T5

6
8-a
27

6
4 D
9

Digitized by Google

XXIV. 3.16

M. FABII
QVINTILIANI
INSTITVTIONVM
ORATORIARVM

Libri duodecim,

Summa diligentia ad fidem vetuſtiſſimorum codicum recogniti, ac reſtituti.

Nouæ huic Editioni adiecit

Fabianarum Notarum SPICILEGIVM SVBCISIVVM

DANIEL PAREVS
PHIL. FIL.

Acceſſerunt etiam Quintilianorum DECLAMATIONES.

Cum Indice accuratiſſimo.

FRANCOFVRTI

Sumptibus H. Robynſon & Gulielmi Fitzeri.

ANNO M. DC. XXIX.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Ornatiſſimo Spectatiſſimoq́; Viro

D. HENRICO FEATHERSTONO LIBRARIO LONdinenſi

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

DANIEL PAREVS Salutem precatur.

T*ANTA mea eſt in ſingularem tuam comitatem, humanitatemque fiducia, vt ſepoſita omni verecundia alloquii huius publici mihi ſumſerim audaciam. Neque eo tamen timiditas mea deueniſſet vmquam, niſi me renitentem animaſſet Vir omni virtute cumulatus, D.*

GVLIELMVS FITZERVS, popularis tuus, iuuandis litteris propriè natus. Ante paucos enim hos dies commodum innuens, nouam ſeparare editionem Inſtitutionum M. FABII QVINTILIANI, nouam quoq; hederam è Muſarum noſtrarum viridario ſibi polliceri non dubitauit, qua fortean Oratorium illud Nectar vendibilius fieri poſſe cenſuit; meque adeo in arctum nimis tempus incluſit, vt Nundinis Mœnanis iam iam ingruentibus SPICILEGIVM aliquod tenue vix colligere daretur. Ego tamen memor illius Varroniani: Neque in bona ſegete nullum eſſe ſpicum, neque in mala non aliquod bonum; *excuſſi protinus inopes meas opes, num exinde aliquid ornamenti accedere poſſet ad optimi Magiſtri virtutes amplificandas.*

*das. Quid præſtiterim, arbitrii alio-
rum erit: quid voluerim, quid am-
plius potuerim, domi noſſe me opinor.
Paucorum dierum penſum hoc eſt,
quod tuæ, Vir ornatiſsime, offero in-
dulgentiæ, certo perſuaſus, eo me dein-
ceps loco apud te futurum, vt & com-
munibus litteris, & honeſtiſsimæ tuæ
voluntati totum totum eſſe vada-
tum, haud grauate agnoſcas. Vale,
Vir præſtantiſsime, & conatibus no-
ſtris faue: diuque Muſis VIVE. Ex
Hermathena noſtra Kal. Auguſti,
M. DC. XXVIII.*

TESTIMONIA ET ELOGIA ILLVSTRIORA DE M. FABIO QVINTILIANO.

MELCHIOR IVNIVS Method. Eloquent. cap. V.

QVINTILIANVM non eſſe negligendũ, ſed legendum diligenter, exiſtimo: maximè iis, qui etiam minima, maxime tamen ad informandum Oratorem neceſſaria, cognoſcere, & docere alios cupiunt. Ab incunabulis enim puerilis doctrinæ quendam ordinem Præceptorum repetit: nec etiam minuta illa, quæ primis annis diſcimus, contemnit. Deinde in Præceptis tradendis ea ratione vtitur, quæ ad diſcendum facile adoleſcentes excitare poteſt. Inter vero alios libros commendati maxime Elo-

Eloquentiæ ſtudioſis, *tertius*, *quartus*, *octauus*, *nonus*, *decimus*, *vndecimus*, eſſe debent: in quibus de artis ſcriptoribus, cauſarum generibus, Statibus, Orationis partibus, elocutione, præceptorum habitu legendo, ſcribendo, dicendo, parando, decoro, memoria, pronūciatione agitur: vt *Primo*, de educatione domeſtica, & priuata, pædagogis, natura puerorum: *ſecundo*, primis Rhetorum elementis, Præceptoris officio, exercitationibus primo inſtituendis: *Quinto*, argumentis, eorundemque tractatione: *Sexto*, animorum motu & facetiis: *Septimo*, diſpoſitione: *Poſtremo*, Oratoris boni conditionibus præceptio inſtituitur.

M. ANTONIVS MVRETVS
Var. Lect. lib. XVIII. cap. XX.

ME puero magna cum cura exponebantur in ſcholis IN-

STITVTIONES ORATORIÆ M. FABII QVINTILIANI, accurati admodum & exquiſiti Rhetoris, neque quiſquam ſatis bonus dicendi Magiſter habebatur, qui non in illis vel præcipue auditores ſuos exercere ſolitus eſſet. Mutata poſtea ratio eſt; cumq; annoſis illis, & ipſa vetuſtate venerandis arboribus neglectis, ſuccreuiſſent inutiles RAMI; iuuentuſque laboris fugitans, inſulſos quoſdam libellos, & omnium prope liberalium artium, & omnium Philoſophiæ diſpendioſa partium compendia, pro pinguibus illis veterum latifundiis adamare cœpiſſet, ex illo vidimus omnia

In peius ruere, & retro ſublapſa referri.

Neque vllum lapſis prope rebus certius remedium eſt, quam vt vetus illa conſuetudo reuocetur, &, expulſis iſtis nouitiis indoctæ arrogantiæ

gantiæ

gantiæ Magiſtris, ac priſcis illis, quos *endo cœlo*, vt ita dicam, merita locarunt, vera & ſolida eruditio repetatur.

CASPAR BARTHIVS

Aduerſar. lib. XXXI. cap. V.

QVI omnibus omnino ſcriptoribus M. FABIVM prætulit, non ille quidem abs ratione audacter iudicauit. Nulla enim virtus Romani ſtili eſt, quam non expleat; cum quicunque ex cæteris ſummã attigere, habeant ſinguli tamen, in quo vel abundent, vel deficiant.

JANVS GEBHARDVS

Crepund. lib. I. cap. V.

NItidiſſimus Auctor eſt QVINTILIANVS, & vbi maxime incurioſus cultus, politiſſimus, inaffectata elegantia totus mundus eſt, ac virili natiuaque pulchritudi-

ne grauis. Doleo, illum ſcriptorem tam frugiferum, tamque ſtudiis adoleſcentiæ obnoxium, non eſſe in manu ac mente juuentutis noſtræ: quæ vbi Romanæ linguæ initia cepit, & primam quaſi cutem eloquendi finxit: mox cultiores ſcriptores alte faſtidit, & ad Afros, inſanoque tumore corruptos, Mileſias fabellas, cæteraque natiuæ eloquentiæ opprobria pudendo delirio diuertit, atque ex colluuie ſordidorum imbrium male ſanum pectus ingurgitat & oblimat.

RODOLPHVS GOCLENIVS

Præfat. Problem. Grammat. lib. V.

QVINTILIANVS, Rhetor proprii ſermonis perſtudioſus, qui docens Romæ, conatus eſt homines iam amantes corrupti ſermonis

monis ad veterem proprietatem reuocare. Mihi eſt in optimis mediæ ætatis ſcriptoribus,

EX

Digitized by Google

EX ANGELI POLITIANI PRÆFATIONE IN M. FAB. QUINTILIANI Inſtitutiones oratorias.

QVINTILIANVM vero non nos quidem illum Ciceroni prætulerimus, ſed has certe eius oratorias Inſtitutiones Rhetoricis Ciceronis libris pleniores v berioreſque eſſe exiſtimamus: nempe quæ ab ipſa quaſi infantia, atque ipſis incunabulis inſtituendum oratorem ſuſceperint, ſummamque eius eloquentiæ manum impoſuerint. Itaque ne ipſi quidem Cicero ſatis, quæ de arte oratoria ſcripſerit, probaſſe omnia videtur. Nam & Rhetoricos libellos, in iis qui de oratore ſint, haud vſquequaque ſequitur, & rudes inchoatoſque adoleſcenti ſibi excidiſſe è manibus affirmat, & ab his ipſis de Oratore in alio ad Brutum libro identidem deſciſcit: neque in hoc quoque, quem extremum abſoluerit, vlla de arte præcepta ponit, ſed oratorem quaſi ipſum informat, & quod dicendi ſit optimum genus, decernit. Ergo vt philoſophi noſtri non, cum in primis Ariſtotelem ſequantur, ſtatim illum Platoni anteponunt, ita nos quod Quintilianum quam Ciceronem interpretari maluimus, non quidem Ciceronis ſacroſanctam illam gloriam detrectauimus, ſed ad Ciceronem feſtinantibus vobis egregie conſuluimus. Hæc igitur & de Quintiliano noſtra ratio fuerit. Sed neque inuſitatas

tatas vias indagamus, cum veterum libros autorum in manus ſumpſerimus, qui tamen ſi minus in vſum conſuetudinemque hominum aliquot iam ante ſeculis non venerunt, non tam ipſorum culpa, quam fortunæ ac temporum iniuria effectum eſt. Quid enim nunc attinet ſuperiorum calamitatem temporum memoria repetere? quod ſine ſummo dolore facere vix pie poſſumus, quibus inſignes illi, atque immortalitate digniſſimi ſcriptores, partim à Barbaris cæſi, fœdeque laniati ſunt, partim ab his ipſis ad noſtrorum vſque parentum memoriam velut in carcerem coniecti, atque in compedibus habiti, vix tandem aliquando, ſicut erant ſemilaceri atque trunci, multumque à ſe ipſis immutati, ſuam hāc in patriā reuerterunt. Perquam igitur inhumanum facinus à nobis fieret, ſi de nobis, deque maioribus noſtris optime meritos inſigneis hos viros, dudum depoſita capitis diminutione, iure poſtliminii ciuitatem repetentes, non vel quam lubentiſſime agnoſcamus, atque in ipſam, quæ his maxime debet, latinitatem, ſuam in rempublicam, ſuum in ordinem, atque adeo intra priuatos parietes noſtros, intra noſtrum ſinum benigne admiſerimus. Quod quidem ſi me nunc primum autore adipiſcentur, cur mihi tandem id vitio vertatur, aut cur non ſumma potius gratia ab omnibus habeatur, quod quaſi mea priuata pecunia publicum omnium æs alienum diſſoluere non dubitarim? Poſtremo ne illud quidem magnifecerim, quod horum ſcriptorum ſeculo corrupta iam fuiſſe eloquentia obiiciatur. nam ſi rectius inſpexerimus, non tam corruptam atque deprauatam illam, quam dicendi mutatum genus intelligemus. Neque autem ſtatim deterius dixerimus, quod diuerſum ſit,

maior

maior certe cultus in ſecundis eſt, crebrior voluptas, multæ ſententiæ, multi flores, nulli ſenſus tardi, nulla iners ſtructura, omninoque non tantum ſani, quin & fortes ſunt omnes, & læti, & alacres, & pleni ſanguinis atque coloris. Quapropter vt plurima ſummis illis ſine vlla controuerſia tribuerimus, ita priora in his aliqua, multoque potiora exiſtere iure contendetimus. Itaque cum maximum ſit vitium, vnum tandem aliquem ſolumque imitari velle, haud ab re profecto facimus, ſi non minus hos nobis, quam illos proponimus, ſi quæ ad noſtrum vſum faciunt, vndique elicimus, atque (vt eſt apud Lucretium)

Floriferis vt apes in ſaltibus omnia libant,

Omnia nos itidem depaſcimur aurea dicta.

Atque hoc profecto eſt, quod cum diu Marcus Cicero Atticis illis limatis & emunctis oratoribus operam dediſſet, poſt illa tamen & Rhodiis & Aſiaticis oratoribus aures commodauit: quorum lenti illi quidem, atque remiſſi: ii vero inflati, vani, atque iactantes: vtrique vero minores Atticis, quaſique ab iis degenerantes exiſtimarentur. Itaque egregie nobilis pictor, qui cum interrogaretur quonam in primis magiſtro profeciſſet, illo, inquit, populum intuens, & recte id quidem. Nam cum nihil in natura hominum ſit ab omni parte beatum, plurium bona ante oculos ponenda, vt aliud ex alio hæreat: & quod cuique conueniat, aptandum eſt. Eſt autem Quintiliano propoſitum, oratorem eum inſtituere qualem fuiſſe neminem memoriæ ſit proditum: qui & moribus perfectus, & omni ſcientia, omnique dicendi facultate ſit abſolutus. Quapropter qui tantæ moli ſit deſtinatus, eum recens natū, quaſi de matris gremio ſuum in ſinum continuo accipit, nihilque

[illegible] qui facit, quod quidem ad educandum, [illegible]n, informandumque illum pertinere in[illegible] unquam à ſe ante dimiſſurus, quam cum [illegible]ciendi, dicendique omnibus numeris per[illegible]ue abſolutum, planeque oratorem ſum[illegible]laremque reddiderit. Atque ad hunc v[illegible]num, omnes non ſuas modo: ſed omni[illegible] q[illegible]que probatiſſimi forent, veterum ſcripto[illegible]en[illegible]tias, omniaque præcepta quaſi ſagittas in [illegible]tiſſime collimat. Ac de intentione hacte[illegible]as autem tanta in his voluminibus exiſtit, quantam vix fortaſſe in vnius alteriuſue ex omni Græcorum Latinorumque copia inueneritis.

Marcus Fabius Quintilianus, ex Hiſpaniæ oppido Calagurriæ, maxime propter obſeſſum in eo Sertorum inſigni, Nerone imperante, à Galba (qui & ipſe deinde imperator fuit) Romam adoleſcens admodum perductus eſt. Patre autem, quantum colligimus, cum erudito viro, tum in reipublicæ ſuæ adminiſtratione honeſtiſſime verſato, vſus eſt. Ipſe cum in ea tempora incidiſſet, quibus & Annæus Seneca, & Iulius Africanus, & Vibius Criſpus, & Tracallus, & Afer Domitius, aliaque Romanum forum præclariſſima ingenia illuſtrarent: Domitium in primis ſenem iam colendum ſibi affectandumque propoſuit, hominem cum omnium eius ætatis oratorum eminentiſſimum, tum præcipua quadam facetiarum atque vrbanitatis laude memorandum, neque illius ſolum actiones, verum & domeſticos ſermones diligentiſſime omnes obſeruauit. Amauit etiam familiariſſime æqualem ſuum Iulium Secundum, miræ facundiæ miræque gratiæ virum: cui tametſi properata mors iniuriam fecit, magnum tamen is

quoque

quoque inter laudata ingenia ſibi locum vindicat. Cum vero & probatiſſimis moribus, & ſumma ingenii vi, & acerrimo ſtudio Quintilianus eſſet, prima ſtatim iuuenta celebrare forum, atque in ſummis patronorum numerari occœpit: ad eamque virtutis & ingenii commendationem repente peruenit, vt non ſolum maximæ quæque ad illum cauſæ deferrentur, ſed & notarii qui eius dicentis verba exciperent, vulgo à ſtudioſis hominibus conducerentur. Quoties vero cum aliis agebat, omnium non ſolum conceſſu, ſed & conſenſu fere ab ipſo ponendæ cauſæ initium exigebatur. Primam vero actionem iuuenili quadam cupiditate gloriæ ductus, eam emiſit, quæ Næuii Arpiniani cauſam continebat, in qua quæſitum fuerat, præcipitatane eſſet ab illo vxor, an ſe ipſa ſua ſponte ieciſſet. Inter cæteras autem quas egit cauſas Quintilianus, duæ in primis inſignes habentur: altera, quam pro regina Berenice apud eam dixit: altera, qua ream tuebatur, quæ ſubieciſſe dicebatur mariti teſtamentum, & chirographum marito expirante hæredibus dediſſe: quod verum erat. Nam quia per leges inſtitui vxor non poterat hæres, id fuerat actum, vt ad eam bona per hoc tacitum fideicommiſſum peruenirent. Et caput quidem quæri facile erat, ſi hoc diceret palam, ſed pariebat hæreditas. Ita ergo figurate cauſam egit, vt iudices illud intelligerent factum, delatores autem non poſſunt apprehendere vt dictum: idque cum maxima Quintiliani laude vtrunque contigit. Verum præter ingenium, quod in illo fuit eminentiſſimum, tantam etiam vim concipiendarum imaginum, quas phantaſias vocant, habuiſſe accepimus, vt frequenter ita motus ſit, vt non ſolum lacrymæ illum, ſed & pallor & vero
ſimilis

ſimilis dolor deprehenderent. Sed cum diu iam in foro tanto ſucceſſu tantaque gloria verſatus foret, vt inde non ingenteis modo opes, ſed & Romanam ciuitatem, omniaq; nobilitatis iura conſequutus eſſet, & iam maximus (vt Iuuenalis inquit) orator haberetur, honeſtiſſimum ſibi agendi cauſas finem ſtatuens dum adhuc deſideraretur, receptui cecinit, ſuamque mox operam vir proculdubio hominum cauſa natus, ad præcipiendi munus transferre coactus eſt. Quo loco adnotādum nobis eſt primum omnium, Quintilianum Romæ publicum iuuentutis gymnaſium, & è fiſco eximium ſtipendium accepiſſe: multique ex eius ludo quaſi ex equo Troiano literatorum proceres extiterunt, inter quos & Plinius ille iunior fuit, qui etiam in epiſtolis Quintilianum præceptorem ſuum libentiſſime agnoſcit: & Iuuenalem item fuiſſe (vt quidam arbitrantur) maxime veriſimile eſt, qui de illo his verbis honorifice mentionem facit,

--vnde igitur tot
Quintilianus habet ſaltus? exempla nouorum
Fatorum tranſit: felix & pulcher, & acer,
Felix & ſapiens, & nobilis & generoſus,
Appoſitam nigræ lunam ſubtexit alutæ,
Felix orator quoque, maximus & iaculator.
Et ſi perfrixit, cantat bene.

Erat autem in eo præter cætera adeo exprompta fideliſque memoria, vt quæ ex tempore aliquando dixiſſet, ad verbum etiam repetita redderet: cuius rei ſæpiſſime periculum fecit, ſi quando interuentus aliquorum qui hunc honorem mererentur, iterare declamationis partem coegiſſet. Poſtquam vero in erudiendis iuuenibus viginti annos tanta ſua gloria tan-

taque iuuentutis Romanæ vtilitate poſuit, vt ab ingeniosiſſimo Latinorũ epigrammatũ poeta, & vagæ iuuentutis moderator, & Romanæ togæ gloria vere meruerit appellari: etiam hunc laborem deprecatus, ſtudiis aliquando ſuis quietem impetrauit: atque vt non ſolum ætatis ſuæ hominibus, ſed & poſteris quoque conſuleret, totum illum ocium ad hos de oratoria inſtitutione libros componendos tranſtulit: quorum cum tertium iam in manibus volumen haberet, Domitianus Auguſtus curam illi ſororis ſuæ nepotum delegauit. Vxorem prætorii viri filiam, omnes quæ in fœminam cadunt laudes (vt ipſe inquit ſupergreſſam, quum nondum ætatis vndeuigeſimum expleſſet annum, duos enixam filios, amiſit, Quorum alterum quintum iam annum egreſſum, miræ gratiæ, iucunditatis, ingeniique puerum, defleuit extinctum. Alter autem ſui nomen parentis referens, iamque ætatis decimum egreſſus annum omnibus etiam quas vix illa capiat ætas, corporis animique laudibus cumulatus, & conſulari nuper adoptione ad omnium ſpes honorum prius admotus, atque auunculo prætori gener deſtinatus, & omnium ſpe ſacris eloquentiæ candidatus, quum octo menſium valetudinem perpeſſus eſſet, infelici parenti hos ipſos etiam in pueri vſum elucubranti libros, alterum orbitatis vulnus inflixit. atque hunc ſuum caſum in horum librorum ſexto vir pius, ſed omnium ſuorum ſuperſtes, miſerabiliter delamentatur. Hos autem qui nunc in manibus noſtris libri verſantur, Victorio Marcello cum ſumma ſibi amicitia coniuncto, tum eximio ſtudiorum amore flagrant, dicauit: de quibus, id quod de Carthagine Salluvius ait, ſilere ſatius puto, quam pauca dicere. Ferebantur autem & alii duo ſub Quintiliani nomine

libri artis rhetoricæ, neque editi, vt ipſe inquit, à ſe, neque in hoc comparati. Nam alterum ſermone per biduum habito, pueri quibus id præſtabatur, exceperant: alterum pluribus ſane diebus, quantum notando conſequi potuerant, interceptum, boni iuuenes temerario editionis honore vulgauerant. Hos deinde compoſuit, in quibus eadem ſunt aliqua, multa mutata, plurima adiecta. Fuit enim in homine, vt in nullo vnquam ingenuus quidam animus. Itaque omnia in his libris ſedulo præcipit, & omiſſo interdum ſpecioſiore ſtyli genere, ad vtilitatem ſe diſcentium ſummittit: omniaque in iis quæ ſecutus ipſe eſt, quæ partim præceptis, partim ratione cognouerit vſurpata, ſine vlla diſſimulatione promit. Sed neque veterem protſuſque vulgatam opinionem ſuam damnare ipſe in his libris eſt veritus, neque in tanta re homo candidiſſimus conſcius eſſe ſibi diſſimulanti in vlla parte iudicii ſui ſuſtinuit. Præter hos autem, & vnum librum de cauſis corruptæ eloquentiæ, & alterum item, qui nunc quoque extat, declamationum compoſuit. Miro autem candore veterum ingenia virtuteſque omnium indicauit. Senecam tantum damnare, inuiſumque habere eſt creditus: quod accidiſſe ſibi ipſe ſcribit, dum corruptum & omnibus vitiis deprauatum dicendi genus reuocare ad ſeueriora iudicia contendit. Nam cum ſolus fere Seneca in manibus adoleſcentium foret, non quidem ipſum omnino conabatur excutere, ſed potioribus præferri non ſinebat. Hactenus quæ mihi de Quintiliano comperta ſunt.

DOCTISS. HVMANISS.QVE

VIRO, D. PETRO CASTELLANO, TVTElenſium Epiſcopo, anagnoſtæ Regio, Petrus Galandius S.P.D.

SÆpenumero mirari ſoleo, Antiſtes ornatiſſime, cur in tanta præclarorum ingeniorum multitudine, tanta bonorum autorum luce, qui quotidie nouo ſplendore prodeunt, tam pauci cum in cæteris artib. ſummis, tum præcipue in eloquentia, admirabiles exiſtant. Ac poſcit aliquis iure quodammodo in aliis reconditioribus diſciplinis linguæ Græcæ ignorantiam prætexere, cum ad hanc diem Latina *fere ſola nobis in vſu fuerit, & qui diſciplinas eas tradere ſunt aggreſſi, tam procul à vera Græcorum methodo abfuerint, vt nulla eos propinquitate contingere videantur. Nam & plurima aliena fide miſcendo Plinius, centones interfeciſſe, & de medicina loquens Celſus, latine quidem, temere tamen multa pronuntiaſſe, & quod ait Perſius, coruos paſſim ſecutus dici poteſt: & hoc præſtare philoſophi Seneca, quod vitia ſtrenue & Stoice inſectetur. Porro Ciceronem conſtat in eo genere ad Platonis æmulationem per dialogos philoſophiæ fruſta quædam ab aliis tractata continnaſſe ad pompam potius & ſplendorem, quam*

vlla

vlla methodi commoditate inſtitiſſe. Eloquentiam vero, rerum vt Euripides ait, reginam à nobis in hodiernum diem turpiter neglectam, quo ore excuſabimus? Ea enim non poetis & hiſtoricis modo, quibus Græcis pares eſſe facile poſſumus, verumetiam Ciceronis immortalibus orationibus, & ad eam via perueniendi eiuſdem & Quintiliani præceptionibus certiſſima, tam ad viuum expreſſa eſt, vt non æquatam hac parte Græciam ſolum, verum etiam longiſſimo interuallo ſuperatam exiſtimem. Nam cum tenui, medio, & ſublimi, tribus dicendi generibus, quæ nobis docere, delectare, mouere, tria oratoris officia referunt, vniuerſa contineatur eloquentia; iis ita omnibus vbertim effloruit Cicero, vt non modo qui in horum ſingulis excelluerunt apud Græcos plurimi, verumetiam Demoſthenem ipſum, cui hæc laus vni tanquam principi tribuitur, facile, præcipuis in eloquentia rebus anteuerterit. Nam vt cum eo Demoſthenes docendi diligentia, atque omni inueniendi acumine paria fecerit, ornatu tamen & ſalibus, commotioniſque & commiſerationis vehementia cedat neceſſe eſt. Iam vero de præceptis viam ad eloquentiam communientibus ſi ſermo inſtituatur, quis Græcorum de Rhetorica libros magna ſuperſtitione atque ambitione ad ingenii oſtentationem comparatos, cum Ciceronis & Quintiliani pol tiſſimis ſcriptis, quæ nihil ſuperuacui, nihil impediti, nihil non ad artem pertinentis complectuntur, com-

parauerit? Et ſane peruulgata quædam rhetorum præcepta negligens prætermiſerit aut breuiter perſtrinxerit Cicero, viri conſularis & in eloquentia eminentiſſimi ſeruata dignitate: quid in Quintiliano, viuo quodam præceptionum omnis generis exundante gurgite, quod vel ad mores, vel ad docentis diſcentiſque vtilitatem pertineat, deſiderare poſſis? Quo magis Ciceronis quibuſdam ſimiis nihil eius præter vmbram & laruam habentibus, infenſus ſum, qui Quintilianum prolixum, & nullo certo docentem ordine clamitantes, de manibus ſtudioſorum excutere meditantur. Cuius mentem, & ſuſceptam à principio ad finem inſtituendi rationem, ſi intentis oculis acrius intueantur, facile obſtinatum in praua ſententia animum mutauerint. Tanta enim facundia, diligentia, dexteritate, induſtria ab imis fundamentis ad ſumma faſtigia partibus omnibus expreſſam hanc eloquentiæ architecturam comperient, vt prauis affectibus depoſitis, facile confeſſuri ſint, nihil in eo genere ne mente quidem & cogitatione perfectius concipi poſſe. Tradiderunt rhetorica varii cum Latini, tum Græci: quorum cum alii tanquam neglectis carceribus metam ſolam ſpectarent, elementa, & omnium diſciplinarum ſtudia ſine quibus eloquentiæ corpus nullo modo coaleſcere poteſt, prætermiſerũt. Alii ex difficultate inuſitata, nominis & famæ cupiditate, his flexibus & mæandris rhetorica implicuerunt, vt & Dædali iuxta poetas labyrintho te facilius quam è ſinuoſis eorum diuiſionibus explicare

care queas. Alii ea ſermonis inopia & paupertate eadem tradere ſunt aggreßi, vt non modo non inflammarent ad eloquentiæ ſtudium bene dicendi cupidos, verumetiam deterrerent. Plerique vero cum linguæ atque animi diuortium facerent, tam ſunt ſubtiliter de rebus iiſdem nugati, vt de moribus, officio, & omni virtutum vſu non aliter conticuerint, quam ſi ea ab oratoris profeßione alienißima fuiſſent. At Fabius cum faſtigia non poſſe conſiſtere niſi bene iactis fundamentis iudicaret, ad ipſam pueri ſtatim nati balbutientem infantiam, & minima quæque, ſine quibus maioribus locus eſſe nequit, demittere ſeſe non recuſauit. A nutricibus enim æqualibus, pædagogiſq; ſanctis iuxta ac diſertis incipiens, cum puerum tanquam gremio fouendum ſuſcepiſſet, ad præceptorem in ſchola publica præſtantißimum, qui non acerbus ſtudiorum exactor ſit, ſed per luſum & iucundam æmulationem aßiduus magis quam vehemens excitator, deducit. Legere, ſcribere, pronuntiare ſingulari artificio docet: exercitatione optima & grauißima paulatim ediſcendi, memoriam firmat. Ipſius etiam præceptoris officia perſequens, vt illi diſcipuli ingenium explorandum ſit: vt ad eius naturam ſeipſum accõmodare, optimis animum imbuere, mores ſuos auſteritate & comitate temperare, vt alias omnes diſciplinas ordine ante rhetorica tradere (quod vtinam noſtris temporibus negligi, iure queri non poſſumus) vt profeßionum diſcrimen facere, autorumque delectum habere debeat, grauißi-

me præcipit. Hinc rhetorices progymnaſmatis breuiter percuſſis, ſumma eiuſdem capita oratione locupletiſſima diſcutit, de ipſius vtilitate, materia ſimul & diuiſione, totoq́; genere & ſubſtantia. His accedunt ex libro tertio ſtatim ſcitu perquã neceſſariæ quæſtiones de rhetorices origine & initio, progreſſu, perfectione, partibus, ſtatibus, quæſtionũ & cauſarũ generibus, in quib. inuentionis & diſpoſitionis fontes aperiuntur, & hæc quidẽ trib. primis libris. Quatuor autem ſequentib. in partib. orationis ordine quodã doctrina faciliori inuentionis & diſpoſitionis vſum oſtendit. Et quamuis diſpoſitionem coniunctam eſſe velit cum inuentione, quã duplicem facit, vnã quæ ad docendũ, alterã quæ ad affectus mouendos pertineat: illã tamẽ peculiariter libro ſeptimo deſcribit, vbi quotuplex ſit quid ſit, quanta ſit eius vtilitas, primum in vniuerſum: deinde in ſingulis cauſarum generib. & ſtatibus prudentiſſime docet. Elocutionẽ autem, quod & difficillima & in immenſum effuſa ſit, cui memoriam & pronuntiationẽ adnectit, ad peculiarem tractationẽ in quatuor libris ſequentes reiicit. Quib. cũ quicquid de arte dici poteſt abunde diſſeruiſſet, cumq́; ad partes diuiſionis libro ſecundo factæ, de artifice, arte & opere reſpiceret, vltimo libro qui mores ipſius oratoris, quæ cauſas ſuſcipiendi, diſcendi agendiq́; ratio, finiſq́;, & quæ poſt finẽ ſtudia eſſe debeant, magna cum dignitate præſcribit. Et ne parum alere facundiã & augere vires eloquentiæ poſſet, ſi aliorum more præcepta ſterilia & nuda traderet, ſine vlla ſubtilitatis affecta-

fectatione, quæ robur omne naturæ & virtutem artiũ debilitare concidendo ſolet, bonos medicos, qui cum abſynthium propinant, prælito melle poculo fallunt, imitatus eſt. Ea n. tanto verborum ornatu velut oſſa carne operuit, & ſententiarum interiectarum grauitate tanquã neruoſis toris adſtrinxit, tanta ſermonis copia, quæ à Cicerone breuitate conſtricta, rudiorib. obſcura eſſe poterãt, late perſequendo explanauit, vt luce clariora omnia, omnia admirabilia iucunda amabiliaq́; iuuenib. reddiderit. Quem ſi quis obiiciat non eſſe ſtructuræ artificio, cõpoſitioniſq́; concinnitate & numeris Ciceronis *ſimilem, reſpondebo, non propterea diſertũ & eloquentem non eſſe. An idcirco non habet orationem, quantũ in hac præceptorum traditione fieri poteſt numeroſam? Quanã rerum natura eſt, quæ in eodem genere non habeat cõplura diſſimilia, conſimili tamen laude digna? Id nos docent innumerabiles quas aurib. atq́; oculis colligimus voluptates, quæ diuerſæ noſtros tamen ſenſus ita delectant, vt difficillimum ſit iudicare à qua maxime afficiantur. Quid* Cæſar *proprie eleganterq́; dicere cõtentus, Plinius, Suetonius, Titus Liuius, in quo Pollio patauinitatem notauit, Ciceroni diſſimillimi: an propterea non legendi, non in diuerſo genere ſuſcipiendi? Nũquam in his inſtitutionib. oratoriis, in quib. oratione perpetua vti non poteſt, minus id à* Fabio *requirendũ erat, quam in eius orationibus aut declamationibus: quæ ſi extarent hodie earum loco quæ ſuppoſititiæ Quintiliani nomine circunferuntur, quãplurimas*

 virtutes

virtutes Tullianis proximas in his fortaſſe animaduerteremus. Atq; vt quod ſentio, exẽplo plane familiari patefaciam, tantũ vtilitatis adferre eloquentiæ ſtudioſis poſt Ciceronẽ mihi Fabius videtur, quantũ medicinã tractantib. poſt Hippocratem Galenus. Ne igitur eum qui tot res tã diſsipatas & genere diſtantes, vinculo tamen naturæ quodã inter ſe colligatas, nec aliter ad eum quem quærimus perficiendum, quã flores & ſuccos diuerſorum generum ad mellis ſuauiſsimum ſaporem, neceſſarias in vnum tanto facilitatis ſtudio congeſſerit, perfricta fronte tanquam confuſum aut prolixum vituperemus: neq; præſtantiſsimorum autorum, quos omnino duos in hoc genere habemus pernicioſum diuortium admittamus: nec vero ſi nobis terra in Italiam via pateat, mare ad magnas merces importandas accõmodatius, intercludamus. Sed vt ad id vnde digreſſa eſt, noſtra reuertatur oratio, hanc ego faſtidioſam & inſolentem quorundã cenſurã, qui pro Cicerone non aliter vmbram eius, quam apud poetas pro Iunone nubẽ Ixion, amplectuntur, inter cæteras cauſam ſtatuo cur tam pauci hodie vere eloquentes euadant: & Ciceronis amore inflammati, cutem ſummam atq; extima quædam lineamenta, non animum aut ſpiritum aſſequãtur. Ac cum me animo & cogitatione ad exquirendas huius eloquentiũ penuriæ cauſas attentius conuerto, longe maximam eloquentiæ peſtem adferre mihi videtur, qui pro grauioris notæ autorib. ineptiſsimos libellos (qui quotidie primo cogitationis impetu, tanquam è ſatis Cadmi ſerpentis dentib. emergunt) imperitæ

perita

perita iuuentuti obtrudunt. Cum enim grauium autorum ſententia idem eſſe in animorum affectionib. atq; ſaporib. coloribuſq; conſtet, vt quemadmodum quo primum colore ſimplex vellerum candor tingitur, elui, quem liquorem teſta recens combiberit, abſtergi non poßit. ſic quæ tenellis animis primum inſederunt, vitioſa præſertim, vix vnquam mutari cõtingat: à prodigioſis eiuſmodi libellis par erat adoleſcentes eſſe primis annis remotißimos, & Ciceroni Quintilanoque, qui acuere & alere ingenia poſſunt, addictißimos. In hos itaq; rei literariæ ſcopulos cum ſemel incurrerunt nullo iudicio præditi adoleſcentes, vel cum voluptatum ſtudio laborem detrectant, vel ad quæſtuoſas artes præpropere feſtinant, facile tanquam naufragio ſtudiorũ omnium facto eloquentiæ & ſapientiæ curam abiiciunt: non alia quidem dementia, quam qui riuulis aut potius turbidis lacunis contenti, lympidißimos fontes, & pleno torrentes alueo fluuios aſpernãtur. Quid aliud his qui ante tempus à grauium autorum monumentis abducuntur, contingere putandum eſt, quam ſpuriis eiectis, qui certæ nutricis vberum beneficio priuati, nunquam virile corporis robur colligunt? Qui poterunt auaritia atque ambitione quaſi ab ortu quodam ad honores & ſordidam aduocationum ſtipem præmature abrepti ſibi vtiles, aut patriæ ciues ſalutares eſſe? Nulla ſeueriore diſciplina in tuto collocatis moribus, nulla ſubnixi bonarum artium ſcientia, effreni vitæ licentia, & falſæ doctrinæ perſuaſione tumentes, cum ſe ad gubernacula reipublicæ tractanda

ſtanda euehi vident, quid non ſibi licere autumant? quam inſoleſcant? in quæ flagitia ſeſe non ingurgitant? quid facunditate inſcitia ſua immundo contactu veluti Harpyiæ Virgilianæ non contaminant? Quid diſcordiis non committunt, & in rem priuatã conuertunt? Quem non virum bonum religionis aut æquitatis aſsimulata ſpecie opprimere conantur? Itaq; pro pacificatoribus, diſcordiarum flabella: pro religionis & legum aſſertoribus, proditores & pernicioſiſsima buſta: pro ciuib. honeſtis, vtilibus & ſalutaribus, probra peſtes & funera ſunt reipublicæ. Quis bene natus non indigniſsime ferat, ſacrorum concionatorum ex horum autorum contemptu fœdam inſcitiã? qui cum ex ſophiſtarum & barbarorum hominum tenebris prodigioſa, quadã rerum & verborum farragine ſint inſtructi, nec populum docent veram de religione perſuaſionem, & ſpinis quibuſdam omnia exaſperantes nullis dictionis aut ſententiarum ornamentis delectant, nec maiorib affectib ad veram pietatem inflammant. Quib. eominus ignoſcendum eſſe puto quod omnib. fere curiis & iudiciis excluſa hodie vetus illa fori Romani dicendi facultas, apud hos ſolos locum habere videatur, quodq; ipſi in his rebus verſentur, quæ nullum ornamentorum, amplificationum, aut locorum communium genus reſpuant. Harum ego rerum cauſa, vt ad Quintiliani lectionẽ aliqua facilitatis illecebra ſtudioſos adoleſcentes inuitarem argumenta noſtra ſingulis capitib. præfixa, ſub incudem reuocaui & caſtigatiora plenioraq; rurſus typis excudi ad publicam vtilitatem paſſus ſum.

Idq;

Idq; eo feci lubentius, rogante & multis precib. præter cæteros à me contendente Vaſcoſano noſtro, huius Academiæ typographo præſtantiſsimo, cui in hoc genere denegare quidquam magnopere inhumanum iudicabam. Ea eſt n. hominis in arte typographica excellens induſtria, in conquirendis vetuſtis exemplaribus, cõferendis & caſtigandis diligentia, in doctos homines, quorum opera vtitur, liberalitas, in omnes beneuolentia, vt generoſos eius conatus non adiuuare, ſtudioq; honeſtiſsimo non obſequi nefas eſſe exiſtimem. Hæc ad te doctiſsimum hominem pro tua prudentia atq; dignitate occupationumq; magnitudine nimis fortaſſe multa, pro rei vero neceſsitate pauca ad modum, ſcribenda duxi: non vt Quintiliano ſatis ex ſeſe iudiciis ſanis commendato, aliquam oratione noſtra commendationem conciliarem, verum vt quid tu de reſtituenda perturbata diſciplina vetere, & certo tradendarum artium conſtituendo ordine, non ita pridem ſenſiſſes, tibi in memoriam reuocarem. Memineram n. te ante annum Regis ſapientiſsimi, humaniſsimi, atque omnium literarum ſtudioſiſsimi iuſſu id non animo ſolum agitaſſe, ac vſurpaſſe ſermonibus, verumetiam ſcriptis acutiſsimis mandauiſſe, & vehementer ei placuiſſe primam deſcriptionem tuam. Cumq; autoritate & gratia tantum hodie apud illum dicendi cupidiſsimum quantum mortalium nemo, valeas, ſisq; reconditarum omnium artium cognitione, atq; inſuper incomparabili eloquentia clariſsimus: facile rectam viam qua ad eam perueniendum ſit, tuis auſpiciis aliis indicari

&

M. FAB. QVINTILIANVS
TRYPHONI BIBLIOPOLÆ
SALVTEM.

Cauſam edendi operis profert, quod illud efflagitari vehementer intelligat: & beneuolentiam captat à ſua modeſtia, & fide diligentiaque Tryphonis.

EFflagitaſti quotidiano conuitio, vt libros: quos ad Marcellum meum de inſtitutione oratoria ſcripſeram, iam emittere inciperem: nam ipſe eos nondum opinabar ſatis maturuiſſe: quibus componendis (vt ſcis) paulo plus quam biennium, tot alioqui negotiis diſtrictus, impendi: quod tempus non tam ſtylo, quam inquiſitione inſtituti operis prope infiniti, & legendis autoribus, qui ſunt innumerabiles datum eſt. Vſus deinde Horatii conſilio, qui in arte poetica ſuadet ne præcipitetur editio, nonumq; prematur in annum, dabam iis ocium, vt refrigerato inuentionis amore, diligentius repetitos tanquam lector perpenderem. Sed ſi tantopere efflagitantur, quam tu affirmas permittamus vela ventis, & oram ſoluentibus bene precemur. Multum autem in tua quoque fide ac diligentia poſitum eſt, vt in manus hominum quam emendatiſsimi veniant.

* *
*

M. FAB.

M. FAB. QVINTILIANI IN ORATORIÆ INSTITVTIONIS LIBROS XII.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Ad Marcellum Victorinum procœmium.

ARGVMENTVM.

Procœmium quatuor continet: Cauſas condendi operis, Marcello dicandi, qualem oratorem inſtituat, quo pacto vniuerſum opus partiatur. Operis condendi cauſa: vt inter opiniones varias facilior eſſet electio quid potiſſimum ſequendum. Cauſa copioſius etiam ſcribendi quam ab amicis efflagitatum erat, vt eos plenius ſibi demereretur, ne alienis ſolum veſtigiis inſiſtere videretur, ſi prioribus nihil adderet: ne duo libelli de rhetorica impoliti & manci diutius ſub eius nomine circumferrentur. Cauſa Marcello dicandi: quia amiciſſimus: quia literarum amore flagrans: quia inſtituendo eius filio plurimum profuturos putauerit. Oratorem inſtituit perfectiſſimum, eloquentiſſimum, omnibus diſciplinis & virtutibus inſtructiſſimum, atque in philoſophorum arrogantiam inuehitur, vltimam hanc partem ab oratoribus ſeparantium, & ſibi vendicantium. Totum autem opus in duodecim libros partitur: quorum Primus elementa ante rhetoris officium continet: Secundus rhetorices Progymnaſmata: Tertius, Quartus, Quintus, Sextus, Septimus, inuentionem & diſpoſitionem, cum orationis partibus: Octauus, Nonus, Decimus, elocutionem: Vndecimus, memoriam & pronuntiationem: Duodecimus denique, vltimam partem definitionis oratoris, id eſt mores eius, virtutes & officia. Prima partes ad beneuolentiam ſunt comparata, dum ſuam modeſtiam, & ſcribendi cauſas profert, Marcelloque opus dicat. Attentos reddit lectores, oratorem inſtituendo, & pleniora omnia quam vetera promittendo. Diuiſio operis ad docilitatem pertinet.

POST impetratam ſtudiis meis quietem, quæ per viginti annos erudiendis iuuenibus impenderam, cum à me quidam familiariter poſtularent, vt aliquid de ratione dicendi componerem, diu ſum e- *Inſtitutio operis.*

Google

quidem reluctatus: quod autores vtriuſque linguæ clariſſimos non ignorabam multa, quæ ad hoc opus pertinerent, diligentiſſime ſcripta poſteris reliquiſſe. Sed qua ego ex cauſa faciliorem mihi veniam meæ deprecationis arbitrabar fore, hac accendebantur illi magis: quod inter diuerſas opiniones priorum, & quaſdam etiam inter ſe contrarias, difficilis eſſet electio: vt mihi ſi non inueniendi noua, at certe iudicandi de veteribus iniungere laborem non iniuſte viderentur. Quamuis autem non tam me vinceret præſtandi quod exigebatur fiducia, quam negandi verecundia: latius ſe tamen aperiente materia, plus quam imponebatur oneris, ſponte ſuſcepi: ſimul vt pleniori obſequio demererer amantiſſimos mei, ſimul ne vulgarem viam ingreſſus alienis demum veſtigiis inſiſterem. Nam cæteri fere, qui artem orandi literis tradiderunt, ita ſunt exorſi, quaſi perfectis omni alio genere doctrinæ, ſummam in eloquentia manum imponerent, ſiue contemnentes tanquam parua quæ prius diſcimus ſtudia: ſiue non ad ſuum pertinere officium opinati, quando diuiſæ profeſſionum vices eſſent: ſeu, quod proximum vero, nullam ingenii ſperantes gratiam circa res etiamſi neceſſarias, procul tamen ab oſtentatione poſitas, vt operum faſtigia ſpectantur, latent fundamenta. Ego cum nihil exiſtimem arti oratoriæ alienum, ſine quo oratorem non poſſe fieri fatendum eſt: nec ad vllius rei ſummam, niſi præcedentibus initiis perueni: ad minora illa, ſed quæ ſi negligas, non ſit maioribus locus, demittere me non recuſabo: nec aliter quam ſi mihi tradatur educandus orator, ſtudia eius formare ab infantia incipiam.

Operis dicatio. Quod opus, Marcelle Victori, tibi dicamus, quem cum amiciſſimum nobis, tum eximio literarũ amore flagrantem, non propter hęc modo (quamquam ſunt magna) digniſſimum hoc mutuæ inter nos charitatis pignore iudicabamus, ſed quod erudiendo nato tuo, cuius prima ætas manifeſtum iter ad ingenii lumen oſtendit, non inutiles fore libri videbantur quos ab ipſis diſcendi velut incunabulis, per omnes quę modo aliquid oratori futuro conferant artes, ad ſummam eius operis perducere deſtinabamus. Atque eo magis, quod duo iam ſub nomine meo libri ferebantur artis rhetoricæ, neque editi à me, neque in hoc comparati. Nanque alterum, ſermone per biduum habito, pueri quibus id præſtabatur, exceperant: alterum pluribus ſane diebus, quantum notando conſequi potuerant, interceptum boni iuuenes, ſed nimium amantes mei, te-

merario

ineratio editionis honore vulgauerant. Quare in his quoque libris erunt eadem aliqua multa mutata, plurima adiecta, omnia vero compoſita, & quam nos poterimus elaborata. Oratorem autem inſtituimus illũ perfectum, qui eſſe niſi vir bonus non poteſt. Ideoque non dicendi modo eximiam in eo facultatem, ſed omnes animi virtutes exigimus. Neque enim hoc conceſſerim, rationem rectæ honeſtæque vitæ (vt quidam putauerunt) ad philoſophos relegandam: cum vir ille vere ciuilis, & publicarum priuatarumque rerum adminiſtrationi accommodatus, qui regere conſiliis vrbes, fundare legibus, emendare iudiciis poſſit, non alius ſit profecto quam orator. Quare tametſi me fateor vſurum quibuſdam quæ philoſophorum libris continentur, tamen ea iure vereque contenderim eſſe operis noſtri, proprieque ad artem oratoriam pertinere. An ſi frequentiſſime de iuſtitia, fortitudine, temperantia, cæteriſque ſimilibus ſit diſſerendum, & adeo, vt vix vlla poſſit cauſa reperiri, in quam non aliqua quæſtio ex his incidat, eaque omnia inuentione atque elocutione ſint explicanda dubitabitur, vbicunq; vis ingenii & copia dicendi poſtulatur, ibi partes oratoris eſſe præcipuas? Fueruntque hæc, vt Cicero apertiſſime colligit, quemadmodum iuncta natura, ſic officio quoque copulata, vt iidem ſapientes atque eloquentes haberentur. Scidit deinde ſe ſtudium, atque inertia factum eſt, vt artes eſſe plures viderentur. Nam vt primum lingua eſſe cœpit in quæſtu, inſtitutumque eloquentiæ bonis male vti, curam morum qui diſerti habebantur, reliquerunt. Ea vero deſtituta, infirmioribus ingeniis velut prædæ fuit. Inde quidam contempto bene dicendi labore, ad confirmandos animos, ſtatuendaſque vitæ leges regreſſi, partem quidem potiorem, ſi diuidi poſſet, retinuerunt: nomen tamen ſibi inſolentiſſimum arrogauerunt, vt ſoli ſapientiæ ſtudioſi vocarentur: quod neque ſummi imperatores, neque in conſiliis rerum maximarum, ac totius adminiſtrationis reipublicę præclariſſime verſati, ſibi vnquam vendicare ſunt auſi. Facere enim optima quam promittere maluerunt. Ac veterum quidem ſapientiæ profeſſorum multos & honeſta præcepiſſe, & vt præceperunt, etiam vixiſſe facile conceſſerim: noſtris vero temporibus ſub hoc nomine maxima in pleriſque vitia latuerunt. Non enim virtute ac ſtudiis vt haberentur philoſophi, laborabant, ſed vultum, & triſtitiam, & diſſentientem à cæteris habitum peſſimis moribus prætendebant. Nunc autem

Procœmiũ

Oratoris qualitas.

Eloquentia abuſus.

quæ velut propria philoſophiæ aſſeruntur, paſſim tractamus omnes. Quis enim non de iuſto, æquo, ac bono modo non vir peſſimus, loquitur? Quis non etiam ruſticorum aliqua de cauſis naturalibus quærit? Nam verborum proprietas ac differentia omnibus qui ſermonem curæ habent, debet eſſe communis. Sed ea & ſciet optime & eloquetur orator: qui ſi fuiſſet aliquando perfectus, non philoſophorum ſcholis virtutis præcepta peterentur. Nunc neceſſe eſt ad eos aliquando autores recurrere, qui deſertam, vt dixi, partem oratoriæ artis, meliorem præſertim, occupauerunt, & velut noſtrum repoſcere: non vt nos illorum vtamur inuentis, ſed vt illos alienis vſos eſſe doceamus. Sit igitur orator vir talis, qualis vere ſapiens appellari poſſit: nec moribus modo perfectus (nam id quidem mea opinione, quanquam ſint qui diſſentiant, ſatis non eſt) ſed etiam ſcientia, & omni facultate dicendi: qualis adhuc fortaſſe nemo fuerit. Sed non ideo minus nobis ad ſummam tendendum eſt, quod fecerunt plerique veterum: qui etſi nondum quenquam ſapientem repertum putabant, præcepta tamen ſapientiæ tradiderunt. Nam eſt certe aliquid conſummata eloquentia, neque ad eam peruenire natura humani ingenii prohibet: quod ſi non contingat, altius tamen ibunt qui ad ſumma nitentur, quam qui præſumpta deſperatione quo velint euadendi, protinus circa ima ſubſtiterint. Quo magis impetranda erit venia, ſi ne minora quidem illa, verum operi quod inſtituimus neceſſaria, prætereibo. Nam liber Primus, ea quæ ſunt ante officium rhetoris continebit. Secundo, prima apud rhetorem elementa, & quæ de ipſa rhetoricæ ſubſtantia quæruntur, tractabimus. Quinque deinceps inuentioni: (nam & huic diſpoſitio ſubiungitur:) quatuor elocutioni, in cuius partem memoria ac pronuntiatio veniunt) dabuntur. Vnus accedet, in quo nobis orator ipſe informandus eſt, vt qui mores eius, quæ in ſuſcipiendis, diſcendis, agendis cauſis ratio, quod eloquentiæ genus, quis agendi debeat eſſe finis, quæ poſt finem ſtudia, quantum noſtra valebit infirmitas, diſſeramus. His omnibus admiſcebitur, vt quiſque locus poſtulabit, dicendi ratio; quæ non eorum modo ſcientia, quibus ſolis quidam nomen artis dederũt, ſtudioſos inſtruat, & (vt ſic dixerim,) ius ipſum rhetorices interpretetur, ſed alere facundiam, vires augere eloquentiæ poſſit. Nam plerunq; nudæ illæ artes, nimia ſubtilitatis affectatione frangunt atque concidunt quicquid eſt in oratione generoſius. & omnem

Orator perfectus nondum inuentus.

Operis diuiſio.

Operis ſumma & finis.

omnem ſuccum ingenii bibunt, & oſſa detegunt: quæ vt eſſe & adſtringi neruis ſuis debent, ſic corpore operienda ſunt. Ideoque nos non particulam illam, ſicut plerique, ſed quicquid vtile ad inſtituendum oratorem putamus, in hos duodecim libros contulimus, breuiter omnia demonſtrando. Nam ſi quantum de quaque re dici poteſt, proſequamur, finis operis non reperietur. Illud tamen in primis teſtandum eſt, nihil præcepta atque artes valere, niſi adiuuante natura. Quapropter ei, cui deerit ingenium, non magis hæc ſcripta ſunt, quam de agrorum cultu ſterilibus terris. Sunt & alia ingenita quidem adiumenta, vox, latus patiens laboris, valetudo, conſtantia, decor: quæ ſi modica obtigerunt, poſſunt ratione ampliari: ſed nonnunquam ita deſunt, vt bona etiam ingenii ſtudiique corrumpant: ſicut & hæc ipſa ſine doctore perito, ſtudio pertinaci, ſcribendi, legendi, dicendi multa & continua exercitatione, per ſe nihil proſunt.

Quid circa primam pueri inſtitutionem prouidendum ſit: & quemadmodum prima elementa tradenda ſint.

CAP. I.

ARGVMENTVM.

Patrem de filio, quo ſit circa eius inſtitutionem diligentior, non diffidere, ſed ſpem optimam capere iubet: cum vis percipiendi, quæ traduntur, ſit hominibus propria: vt auibus volandi facultas, & equis currendi. Nutrices, pueroſque inter quos educabitur infans, vitioſo ſermone, maliſq; moribus infames, repudiandos: quia tenacius hæreant quæ rudibus annis percipiuntur. In parentibus etiam plurimum eruditionis optat. Pædagogos quoque moribus probatis, & doctos eſſe vult: aut qui ſe doctos non eſſe intelligant. A ſermone Græco puerum incipere mauult, & quia Latinus pluribus in vſu vel nolentibus ſe præbeat, & quia diſciplinis Græcis prius inſtituendus ſit, vnde Latinæ fluxerunt, ita tamen, vt Latina ſtatim ſubſequantur, & cito pariter eant. Eumque ſtatim vt fandi potens erit, literis inſtituendum, nec expectandum annum ſeptimum, cum initia literarum ſola memoria conſtent, quæ in pueris tenaciſſima eſt. Eundem docendum eſſe per luſum, & iucundam æmulationem, legere primum, deinde ſcribere: quorum primum vt expeditiſſime faciat, literarum formas prius quam nomina, contextum & ſyllabas perdiſcat. ad quod profuturum ait, literas eburneas aut quid ſimile obieciſſe, quo facilius ad diſcendum allici tenera illa ætas poſſit. Hinc ſyllabas omnes, & ſtatim difficillimas quoque perdiſcendas, nec in conti-

nuanda lectione nimium properandum. cum hanc feſtinationem incommoda plurima conſequantur. Scribere vero & celeriter & recte perdiſcere poſſe, ſi literæ ex ſolida materia tabellæ inſculpantur, quarum ſulcos ſtylo ſequens puer, articulos firmet. Sed primam operam non in vulgaribus & forte occurrentibus verbis ponendam, verum iis & verbis & ſententiis, vnde plurimum fructus ad puerum redeat, qui etiam nomina quædam verſuſque difficultatis affectata, ſyllabis aſperrime coeuntibus catenatos celeriter proferre conſueſcat, vt os abſolutius, & ſermo expreſſior eſſe poſſit.

IGITVR nato filio, ſpem pater de illo primum quam optimam capiat. ita diligentior à principiis fiet. Falſa enim eſt querela, pauciſſimis hominibus vim percipiendi quæ tradantur, eſſe conceſſam, pleroſque vero laborem ac tempora tarditate ingenii perdere. Nam contra plures reperias & faciles in excogitando, & ad diſcendum promptos. quippe id eſt homini naturale: ac, SICVT aues ad volatum, equi ad curſum, ad ſæuitiam feræ gignuntur: ita nobis propria eſt mentis agitatio atque ſolertia: vnde origo animi cœleſtis creditur. Hebetes vero & indociles non magis ſecundum naturam hominis eduntur, quam prodigioſa corpora, & monſtris inſignia: ſed hi pauci admodum. fuerit argumentum, quod in pueris elucet ſpes plurimorum: quæ cum emoritur ætate, manifeſtum eſt non naturam defeciſſe, ſed curam. Præſtat tamen ingenio alius alium: concedo: ſed vt plus efficiat, aut minus: nemo tamen reperitur, qui ſit ſtudio nihil conſecutus. Hoc qui peruiderit, protinus vt erit parens factus, acrem quam maxime curam ſpei futuri oratoris impendat. Ante omnia ne ſit vitioſus ſermo nutricibus: quas, ſi fieri poſſet, ſapientes Chryſippus optauit. certe, quantum res pateretur, optimas eligi voluit. Et morum quidem in his haud dubie prior ratio eſt: recte tamen etiam loquantur. Has primum audiet puer, harum verba effingere imitando conabitur. Et natura tenaciſſimi ſumus eorum quæ rudibus annis percipimus: Vt ſapor quo noua imbuas, durat: nec lanarum colores quibus ſimplex ille candor mutatus eſt, elui poſſunt. Et hæc ipſa magis pertinaciter hærent, quæ deteriora ſunt. Nam bona facile mutantur in peius: nunc quando in bonum verteris vitia? Non aſſueſcat ergo, ne dum infans quidem eſt, ſermoni qui dediſcendus ſit. In parentibus vero quamplurimum eſſe eruditionis optauerim.

Nutrices quæ ſint pueris diligendæ.

Parentum eruditio filiorum in-

Verum

Inſtitutio puerorū.

Verum nec de patribus tantum loquor. nam Gracchorum eloquentiæ multum contuliſſe accepimus Corneliam matrem, cuius doctiſſimus ſermo in poſteros quoque eſt epiſtolis traditus: & Lælii filia reddidiſſe in loquendo paternam eloquentiam dicitur: & Quinti Hortenſii filiæ oratio apud Triumuiros habita, legitur non tantum in ſexus honorem. Nec tamen ii quibus diſcere ipſis non contigit, minorem curam docendi liberos habeant: ſed ſint propter hoc ipſum ad cætera magis diligentes. De pueris inter quos educabitur ille huic ſpei deſtinatus, idem quod de nutricibus dictum ſit. De pædagogis hoc amplius, vt aut ſint eruditi plane, quam primam eſſe curam velim: aut ſe non eſſe eruditos ſciant. nihil enim peius eſt iis qui paulum aliquid vltra primas literas progreſſi, falſam ſibi ſcientiæ perſuaſionem induerunt. Nam & cedere præcipiendi peritis indignantur, & velut iure quodam poteſtatis, quo fere hoc hominum genus intumeſcit, imperioſi atque interim ſæuientes, ſtultitiam ſuam perdocent. Nec minus error eorum nocet moribus. Siquidem Leonides Alexandri pædagogus, vt à Babylonio Diogene traditur, quibuſdam cum vitiis imbuit, quæ robuſtum quoque & iam maximum regem ab illa inſtitutione puerili ſunt proſecuta. Si cui multa videor exigere, cogitet oratorem inſtitui, rem arduam: etiam cum ei formando nihil defuerit, præterea plura ac difficiliora ſupereſſe. Nam & ſtudio perpetuo, & præſtantiſſimis præceptoribus, & pluribus diſciplinis opus eſt. Quapropter præcipienda ſunt optima: quæ ſi quis grauabitur, non rationi defuerit, ſed homini. Si tamen non continget quales maxime velim, habere nutrices, pueros, pædagogos: at vnus certe ſit aſſiduus dicendi non imperitus: qui ſi qua erunt ab his præſente alumno dicta vitioſe, corrigat protinus, nec inſidere illi ſinat: dum tamen intelligatur, id quod prius dixi, bonum eſſe: hoc, remedium. A ſermone Græco puerum incipere malo: quia Latinus, qui pluribus in vſu eſt, vel nobis nolentibus ſe perhibet: ſimul quia diſciplinis quoque Græcis prius inſtituendus eſt, vnde & noſtræ fluxerunt. Non tamen hoc adeo ſuperſtitioſe velim fieri vt diu tantum loquatur Græcè aut diſcat, ſicut pleriſque moris eſt. hinc enim accidunt & oris plurima vitia in peregrinum ſonum corrupti, & ſermonis, cui cum Græcæ figuræ aſſidua conſuetudine hæſerint, in diuerſa quoque loquendi ratione pertinaciſſime durant. Non longe itaque Latina ſubſequi debent,

ſtitutioni perutilis.

Cicero in Bruto & Val. lib. 8. tit. 3.

Pædagogi qui adhibendi, & quæ in illis requirantur.

Studia puerorum quatenus componenda.

bent, & cito pariter ire Ita fiet, vt quum æquali cura linguam vtranq; tueri cœperimus, neutra alteri officiat. Quidam literis inſtituendos, qui minores ſeptem annis eſſent, non putauerunt quod illa prima ætas & intellectum diſciplinarum capere, & laborem pati non poſſit. In qua ſententia Heſiodum eſſe plurimi tradunt, qui ante Grammaticum Ariſtophanem fuerunt. Nam is primus ὑποθήκας, in quo libro ſcriptum hoc inuenitur, negauit eſſe huius poetæ. Sed alii quoque autores, inter quos Eratoſthenes, idem præceperunt. Melius autem, qui nullum tempus vacare cura volunt, vt Chryſippus. nam is, quamuis nutricibus triennium dederit, tamen ab illis quoque iam informandam quam optimis inſtitutis mentem infantium iudicat. Cur autem non pertineat ad literas ætas, quæ ad mores iam pertinet? Neq; ignoro, toto illo de quo loquor tempore vix tantum effici, quantum conferre vnus poſtea poſſit annus: ſed tamẽ mihi, qui hoc ſenſerunt, videntur non tam diſcentibus in hac parte, quam docentibus pepercíſſe. Quid melius alioqui facient, ex quo loqui potuerunt? Faciant enim aliquid neceſſe eſt. Aut cur hoc, quantulumcunque eſt, vſque ad ſeptem annos lucrum faſtidiamus? Nam certe quamlibet parum ſit quod contulerit ætas prior, maiora tamen aliqua diſcet puer eo ipſo anno, quo minora didiciſſet. Hoc per ſingulos annos prorogatum, in ſummam proficit: & quantum in infantia præſumptum eſt temporis, adoleſcentiæ acquiritur. Idem etiam de ſequentibus annis præceptum ſit: ne quod cuique diſcendum eſt, ſero diſcere incipiat. Non ergo perdamus primum ſtatim tempus: atque eo minus, quod initia literarum ſola memoria conſtant: quæ non modo iam eſt in paruis, ſed tum etiam tenaciſſima eſt. Nec ſum adeo ætatum imprudens, vt inſtandum teneris protinus acerbe putem, exigendamque plenam operam. Nam id in primis cauere oportebit, ne ſtudia qui dem amare nondum poteſt, oderit, & amaritudinem ſemel præceptã, etiã vltra rudes annos reformidet. Luſus hic ſit: & rogetur & laudetur: & nõnunquam ſciſſe ſe gaudeat. aliquando ipſo nolente doceatur alius, cui inuideat. contẽdat interim, & ſæpius vincere ſe putet, præmiis etiam, quæ capit illa ætas, euocetur. Parua docemus, inſtituendum oratorem profeſſi: ſed eſt ſua etiam ſtudiis infantia: & vt corporum mox etiam fortiſſimorum educatio à lacte cuiuſque initium ducit: ita futurus eloquentiſſimus edidit aliquando vagitum, & loqui primum incerta voce tentauit, & hæſit circa formas literarum.

Infantia vt per luſum docenda.

rarum.

rarum. Nec ſi quid diſcere ſatis non eſt, ideo neceſſe non eſt. Quod ſi nemo reprehendit patrem qui hæc non negligenda in ſuo filio putet, cur improbetur, ſi quis ea quæ domi ſuæ recte faceret, in publicum promit? Atque eo magis, quod minora etiam facilius minores percipiunt: & vt corpora ad quoſdam membrorum flexus formari niſi tenera non poſſunt, ſic animos quoque ad pleraque duriores robur ipſum facit. An Philippus Macedonum rex Alexandro filio ſuo prima literarum elementa tradi ab Ariſtotele ſummo eius ætatis philoſopho voluiſſet, aut ille ſuſcepiſſet hoc officium, ſi non ſtudiorum initia à perfectiſſimo quoque tractari, pertinere ad ſummam credidiſſet? *Ariſtoteles Alexandri præceptor.* Fingamus igitur Alexandrum dari nobis impoſitum gremio, dignum tanta cura infantem (quanquam ſuus cuique dignus eſt) pudeatne me in ipſis ſtatim elementis etiam breuia docendi monſtrare compendia? Neque enim mihi illud ſaltem placet, quod fieri in plurimis video, vt literarum nomina & contextum prius quam formas paruuli diſcant. *Literarũ traditio.* Obſtat hoc agnitioni earum, non intendentibus mox animum ad ipſos ductus, dum antecedentem memoriam ſequuntur. Quæ cauſa eſt præcipientibus, vt etiam cum ſatis affixiſſe eas pueris recto illo quo primum ſcribi ſolent contextu videntur, retroagant rurſus & varia permutatione perturbent, donec literas, qui inſtituuntur, facie norint, non ordine. Quapropter optime ſicut hominum, pariter & habitus & nomina edocebuntur. Sed quod in literis obeſt, in ſyllabis non nocebit. Non excludo autem, id quod eſt notũ, irritandæ ad diſcendum infantiæ gratia, eburneas etiam literarum formas in luſum offerre, vel ſi quid aliud, quo magis illa ætas gaudeat, inueniri poteſt, quod tractare, intueri, nominare, iucundum ſit. Cum vero iam ductus ſequi cœperit, non inutile erit eas tabellæ quam optime inſculpi, vt per illos velut ſulcos ducatur ſtylus. *Bene ſcribendi ſtudium.* Nam neque errabit quemadmodum in ceris (continebitur enim vtrinque marginibus) neque extra præſcriptum poterit egredi: & celerius ac ſæpius ſequendo certa veſtigia, firmabit articulos: neque egebit adiutorio manum ſuam manu ſuperimpoſita regentis. Non eſt aliena res, quæ fere ab honeſtis negligi ſolet, cura bene ac velociter ſcribendi. Nam cum ſit in ſtudiis præcipuum, quoque ſolo verus ille profectus, & altis radicibus nixus paretur, ſcribere ipſum, tardior ſtylus cogitationem moratur: rudis & confuſus intellectu caret: vnde ſequitur alter dictandi quæ ex his transfe-

rendaſunt, labor. Quare cum ſemper & vbique, tum præcipue in epiſtolis ſecretis & familiaribus delectabit, ne hoc quidem neglectum reliquiſſe. Syllabis nullum compendium eſt: perdiſcendæ omnes: nec, vt fit plerunque, difficillima quæque earum differenda, vt in omnibus ſcribendis deprehendantur. Quinimo ne primæ quidem memoriæ temere credendum: repetere, & diu inculcare, fuerit vtilius: & in lectione quoque non properare ad continuandam eam vel accelerandam, niſi cum inoffenſa atque indubitata literarum inter ſe coniunctio ſuppeditare ſine vlla cogitandi ſaltem mora poterit: tunc ipſis ſyllabis verba complecti, & his ſermonem connectere incipiat. Incredibile eſt quantum moræ lectionis feſtinatione adiiciatur. Hinc enim accidit dubitatio, intermiſſio, repetitio, plus quam poſſunt audentibus: deinde cum errarunt, etiam iis quæ iam ſciunt, diffidentibus. Certa ſit ergo in primis lectio, deinde coniuncta, & diu lentior, donec exercitatione contingat emendata velocitas. Nam proſpicere in dextrum (quod omnes præcipiunt) & prouidere, non rationis modo, ſed vſus quoque eſt: quoniam ſequentia intuenti, priora dicenda ſunt, &, quod difficillimum eſt, diuidenda intentio animi, vt aliud voce, aliud oculis agatur. Illud non pœnitebit curaſſe, cũ ſcribere nomina puer (quemadmodum moris eſt) cœperit, ne hanc operam in vocabulis vulgaribus & forte occurrentibus perdat. Protinus enim poteſt interpretationem linguæ ſecretioris, quas Græci γλώσσας vocant, dum aliud agitur, ediſcere, & inter prima elementa conſequi rem poſtea proprium tempus deſideraturam. Et quoniam adhuc circa res tenues moramur: ii quoque verſus qui ad imitationem ſcribendi proponentur, non ocioſas velim ſententias habeant, ſed honeſtum aliquid monentes. Proſequitur hæc memoria in ſenectutem, & impreſſa animo rudi, vſque ad mores proficiet. Etiam dicta clarorum virorum, & electos ex poetis maxime: (nanque eorum paruis cognitio gratior eſt:) locos ediſcere inter luſum licet. Nam & maxime neceſſaria eſt oratori (ſicut ſuo loco dicam) memoria: & ea præcipue firmatur atque alitur exercitatione: & in iis de quibus nunc loquimur ætatibus, quæ nihil dum ipſæ ex ſe generare queunt, prope ſola eſt quæ iuuare curam docentium poſſit. Non alienum fuerit exigere ab his ætatibus, quo ſit abſolutius os, & expreſſior ſermo, vt nomina quædam verſusque affectatæ difficultatis ex pluribus aſperrime coeuntibus inter

Legendi optima ratio.

Quæ ſcribendo proponenda. Ariſtoteles lib. de poet. & Feſt. Pomp.

Nempe l. 1. c. 2.

ſe

ſe ſyllabis catenatos, & velut confragoſos, quam citatiſſime voluant. χαλεποὶ Græce vocantur. res modica dictu: qua tamen omiſſa, multa linguæ vitia, niſi primis eximuntur annis, inemendabili in poſterum prauitate durantur. Inſtitutio & eruditio puerorum.

Vtrum vtilius domi, an in ſcholis erudiantur.

CAP. II.

ARGVMENTVM.

Refellit eorum opiniones qui puerum à ſchola publica arcentes domi inſtitui volunt, duplici nitentes argumento, quod in ſchola facilius corrumpantur, quodq; vnus magis vacaturus ſit vni. Priorem cauſam oſtendit ad ſcholas non pertinere, & retorquet in aduerſarios: cum pueri licentia parentum corrupti, domo malos mores adferant, qui tamen præceptoris ſancta & graui vigilantia corrigi queant: qui vt talis ſit, multis vndiq; ſtimulis vrgetur, cum domeſticus ille maiori ſecuritate turpitudinem domi exercere poſſit. Secundum plane falſum oſtendit, cum contra optimus quiſque præceptor maiori theatro & frequentia accendi ſoleat. Ergo vtilius publice quam domi inſtitui, quamuis non ſit incommodum futurum, ſi domeſticus aliquis doctus & probus lateri puerorum adiungatur. Inſerit præterea obiectiones duas, doctum illum præceptorem publicum non ſe ad pueri captum accommodaturum: & numerum auditorum impedire præceptoris caſtigationem prælectionemque. Primum oſtendit eſſe falſum: ſecundum in ſpeciem probabile, multis commodis compenſat. His argumentis confirmat quod in ſcholis diſcat non reformidare homines: quod amicitias contrahat perduraturas in extremam ſenectutem, quod ibi prudentiam & ſenſum communem diſcat: quod ex æmulatione inflammetur ad diſcendum: quod audiat etiam quæ ad alios pertineant: quod condiſcipulorum facilitas accommodatior iucundiorem faciat imitationem: Poſtremo, quod præceptor vno præſente non concipiat idem ſpiritus, nec effundat eas vires quas in celebritate. His morem pueros inſtituendi laudatiſſimum, ſuis olim præceptoribus familiarem interſerit.

SEd nobis iam paululum accreſcere puer, & exire de gremio, ac diſcere ſerio incipiat. Hoc igitur potiſſimum loco tractanda quæſtio eſt, Vtiliusne ſit domi atque intra priuatos parietes ſtudentem continere, an frequentiæ ſcholarum & velut publicis præceptoribus tradere. Quod quidem cum iis à quibus clariſſimarum ciuitatum mores ſunt inſtituti tum eminentiſſimis autoribus video placuiſſe, Non eſt tamen diſſimulan-

Cur domi doceri pueros nonnulli ſentiant melius.

ſimulandum, eſſe nonnullos qui ab hoc prope publico more priuata quadam perſuaſione diſſentiant. Hi duas præcipue rationes ſequi videntur: Vnam, quod moribus magis conſulant fugiendo turbam hominum eius ætatis, quæ ſit ad vitia maxime prona: vnde cauſas turpium factorum ſæpe extitiſſe vtinam falſo iactaretur. Alteram, quod quiſquis futurus eſt ille præceptor, liberalius tempora ſua impenſurus vni videtur, quam ſi eadem in plures partiatur. Prior cauſa prorſus grauis. Nam ſi ſtudiis quidem ſcholas prodeſſe, moribus autem nocere conſtaret, potior mihi ratio viuendi honeſte, quam vt optime dicendi videretur. Sed mea quidem ſententia, iuncta iſta atque indiſcreta ſunt. Neque enim eſſe oratorem niſi bonum virum iudico: & fieri etiam ſi poſſet, nolo. de hac re igitur prius. Corrumpi mores in ſcholis putant: nam & corrumpuntur interim: ſed domi quoque: & ſunt multa eius rei exempla, tam læſæ hercle, quam conſeruatæ ſanctiſſime vtrobique opinionis. Natura cuiuſque totum curaque diſtat. Da mentem ad peiora facilem, da negligentiam formandi cuſtodiendique in ætate prima pudoris: non minorem flagitiis occaſionem ſecreta præbuerint. nam & eſſe poteſt turpis domeſticus ille præceptor: nec tutior inter ſeruos malos, quam ingenuos parum modeſtos conuerſatio eſt. At ſi bona ipſius indoles, ſi non cæca ac ſopita parentum ſocordia eſt: & præceptorem eligere ſanctiſſimum quemque (cuius rei præcipua prudentibus cura eſt) & diſciplinam quæ maxime ſeuera fuerit, licet: & nihilominus amicum grauem virum, aut fidelem libertum lateri filii ſui adiungere: cuius aſſiduus comitatus etiam illos meliores faciat, qui timebantur. Facile erat huius metus remedium. Vtinam liberorum noſtrorum mores non

Vt ſit Parentum indulgentia pernicioſa.

ipſi perderemus. Infantiam ſtatim deliciis ſoluimus. MOLLIS illa educatio quam indulgentiam vocamus, neruos omnes & mentis & corporis frangit. Quid non adultus concupiſcet, qui in purpuris repit? Nondum prima verba exprimit, & iam coccum intelligit, iam conchylium poſcit. Ante palatum eorum quam os inſtituimus. In lecticis creſcunt. ſi terram attigerint, è manibus vtrinque ſuſtinentium pendent. Gaudemus ſiquid licentius dixerint. Verba ne Alexandrinis quidem permittenda delitiis, riſu & oſculo excipimus. Nec mirum: nos docuimus, ex nobis audierunt, noſtras amicas, noſtros concubinos vident. Omne conuiuium obſcœnis canticis ſtrepit: pudenda dictu ſpectantur. Fit ex his conſuetudo, deinde na-

tura.

Inſtitutio & Educatio puerorum.

tura. Diſcunt hæc miſeri ante quam ſciant vitia eſſe: inde ſoluti ac fluentes non accipiunt è ſcholis mala iſta, ſed in ſcholas afferunt. Verum in ſtudiis magis vacabit vnus vni. Ante omnia mihi prohibet eſſe iſtum, neſcio quem vnum, etiam cum eo qui in ſcholis eruditur. Sed etiam ſi iungi vtrunq; non poſſet, lumen tamen illud conuentus honeſtiſſimi, tenebris ac ſolitudini prætuliſſem. Nam optimus quiſque præceptor frequentia gaudet, ac maiore ſe theatro dignum putat. At vero minores ex conſcientia ſuæ infirmitatis hærere ſingulis, & officio fungi quodammodo pædagogorum non indignantur. Sed præſtet alicui vel gratia, vel amicitia, vel pecunia, vt doctiſſimum atque incomparabilem magiſtrum domi habeat: num tamen ille totum in vno diem conſumpturus eſt? aut poteſt eſſe vlla tam perpetua diſcentis intentio, quæ non vt viſus oculorum obtutu continuo fatigetur? cum præſertim multo plus ſecreti temporis ſtudia deſiderent. Neque enim ediſcenti, ſcribenti, & cogitanti præceptor aſſiſtit: quorum aliquid agentibus, cuiuſcunque interuentus impedimento eſt. Lectio quoque non omnis nec ſemper præeunte vel interpretante eget. Quando enim tot autorum notitia contingeret? Ergo modicum tempus eſt, quo in totum diem velut opus ordinetur. Ideoque per plures ire poſſunt etiam quæ ſingulis tradenda ſunt. Pleraque vero hanc conditionem habent, vt eadem voce ad omnes ſimul perferantur. Taceo de partitionibus & declamationibus rhetorum: quibus certe quantuscunque numerus adhibeatur, tamen vnuſquiſque totum feret. Non enim vox illa præceptoris, vt cœna, minus pluribus ſufficit: ſed vt ſol, vniuerſis idem lucis caloriſque largitur. Grammaticus quoque de ratione loquendi ſi diſſerat, quæſtiones explicet, hiſtorias exponat, poemata enarret: tot illa diſcent, quot audient. At enim emendationi prælectionique numerus obſtat. Sit incommodum (nam quid fere vndique placet?) mox illud comparabimus commodis. Nec ego tamen eo mitti puerum volo, vbi negligatur. Sed neque præceptor bonus maiore ſe turba, quam vt ſuſtinere eam poſſit, onerauerit: & in primis ea habenda cura eſt, vt is omnino fiat nobis familiariter amicus: nec officium in dicendo ſpectet, ſed affectum. ita nunquam erimus in turba. Nec ſane quiſquam literis ſaltem leuiter imbutus, eum in quo ſtudium ingeniumque perſpexerit, non in ſuam quoque gloriam peculiariter fouebit. Sed vt fugiendæ ſint magnæ ſcholæ (cui ne ipſe quidem rei aſſentior)

Partitionibus, id eſt materiis diuiſis diſcipulis, quæ dicuntur πιεργχειρήσεις.

Non fugienda magna ſi ad ſchola.

ſi ad aliquem merito concurritur: non tamen hoc eo valet, vt fugiendæ ſint omnino ſcholæ. Aliud eſt enim vitare eas, aliud eligere. Et ſi refutauimus quæ contra dicuntur, iam explicemus quid ipſi ſequamur. Ante omnia, futurus orator, cui in maxima celebritate & in media reipubl. luce viuendum eſt, aſſueſcant iam à tenero non reformidare homines, neque illa ſolitaria & velut vmbratili vita palleſcere. Excitanda mens & attollēda ſemper eſt, qui in huiuſmodi ſecretis aut langueſcit, & quendam velut in opaco ſitum ducit: aut contra tumeſcit inani perſuaſione. Neceſſe eſt enim ſibi nimium tribuat, qui ſe nemini comparat. Deinde cum proferenda ſunt ſtudia, caligat in Sole, & omnia noua offendit: vt qui ſolus didicerit, quod inter multos faciendum eſt. Mitto amicitias, quæ ad ſenectutem vſque firmiſſimæ durant, religioſa quadam neceſſitudine imbutæ. Neque enim eſt ſanctius, ſacris iiſdem quam ſtudiis initiari. Senſum ipſum qui communis dicitur, vbi diſcet, quum ſe à congreſſu, qui non hominibus ſolum, ſed mutis quoq; animalibus naturalis eſt, ſegregarit? Adde, quod domi ea ſola diſcere poteſt, quæ ipſi præcipientur: in ſchola, etiam quæ aliis. Audiet multa quotidie probari, multa corrigi. proderit alicuius obiurgata deſidia: proderit laudata induſtria: excitabitur laude æmulatio: turpe ducet cedere pari, pulchrum ſuperaſſe maiores. Accendunt omnia hæc animos: & licet ipſa vitium ſit ambitio, frequenter tamen cauſa virtutum eſt. Nō inutilem ſcio ſeruatum eſſe à præceptoribus meis morem, qui cum pueros in claſſes diſtribuerant, ordinem dicendi ſecundum vires ingenii dabant: & ita ſuperiore loco quiſque declamabat, vt præcedere profectu videbatur. Huius rei iudicia præbebantur, ea nobis ingens palmæ contentio. ducere vero claſſem, multo pulcherrimum. Nec de hoc ſemel decretum erat: triceſimus dies reddebat victo certaminis poteſtatem. Ita nec ſuperior ſucceſſu curam remittebat. & dolor victum ad depellendam ignominiam concitabat. Id nobis acriores ad ſtudia dicendi faces ſubdidiſſe, quam exhortationes docentium, pædagogorum cuſtodiam, vota parentum, quantum animi mei coniectura colligere poſſum, contenderem. Sed ſicut firmiores in literis profectus alit æmulatio; ita incipientibus, atque adhuc teneris, condiſcipulorum quam præceptoris, iucundior hoc ipſo quod facilior, imitatio eſt. Vix enim ſe prima elementa ad ſpem tollere effingendæ, quam ſummam putant, eloquentiæ audebunt: proxima amplectentur

In Oratore quæ requirantur ſtudia.

Senſus cōmuni.

Ducere claſſem, id eſt, *primū locum tenere.*

Semel, pro *in perpetuum.*

Elementa pro *elemē-*

pleĉtentur magis: vt vites arboribus applicitę, inferiores prius apprehendendo ramos, in cacumina euadunt. Quod adeo verum eſt, vt ipſius etiam magiſtri, ſi tamen ambitioſis vtilia præferret, hoc opus ſit, cum adhuc rudia tractabit ingenia, non ſtatim onerare infirmitatem diſcentium, ſed temperare vires ſuas, & ad intellectum audientis deſcendere. Nam vt vaſcula oris anguſti ſuperfuſam humoris copiam reſpuunt: ſenſim autem influentibus, vel etiam inſtillatis complentur: ſic animi puerorum quantum excipere poſſint, videndum eſt. Nam maiora intellectu, velut parum aptos ad percipiendum animos non ſubibunt. Vtile igitur eſt habere quos imitari primum, mox vincere velis. ita paulatim & ſuperiorum ſpes erit. His adiicio, præceptores ipſos non idem mentis ac ſpiritus in dicendo poſſe concipere ſingulis tantum præſentibus, quod illa celebritate audientium inſtinctos. Maxima enim pars eloquentiæ conſtat animo. hunc affici, hunc concipere imagines rerum, & transformari quodammodo ad naturam eorum de quibus loquimur, neceſſe eſt. Is porro quo generoſior celſiorque eſt, hoc maioribus velut organis commouetur: ideoque & laude creſcit, & impetu augetur, & aliquid magnum agere gaudet. Eſt quædam tacita dedignatio, vim dicendi tantis comparatam laboribus, ad vnum auditorem demittere. pudet ſupra modum ſermonis attolli. Et ſane concipiat quis mente vel declamantis habitum, vel orantis vocem, inceſſum, pronuntiationem, illum denique animi & corporis motum, ſudorem, & (vt alia prætere am) fatigationem, audiente vno, nonne quiddam pati furori ſimile videatur? Non eſſet in rebus humanis eloquentia, ſi tantum cum ſingulis loqueremur.

Inſtitutio & Educatio puerorum.

tatis, ſicut ſeruitia pro ſeruis.

Qua ratione puerorum ingenia dignoſcantur, & quomodo tractanda ſint.

CAP. III.

ARGVMENTVM.

Duo tradit hoc capite, puerorum ingenia primum perſpicienda, eoſque non temere cædendos eſſe. Nam cum primum & præcipuum omnium in puero quem in oratorē euadere deſideramus ſit natura, qui inuita nequicquā tentantur omnia, ad ſummā illam ſpem quēque alere conari, natura eius & ingenio nō diligenter explorato, eſſe vehementer abſurdū. Signa quibus id colligi poſſit, hæc eſſe, Memo-

riam

riam primum, quæ duas habet partes, facilè percipere, & fideliter continere. Deinde imitationem, non illam quidem vitiorum, aut rerum per ſe parum momenti habentium, vt eſt habitus & inceſſus, ſed omnium bonorum. nam vt à probitate ſeiuncta ſit imitatio, nullo pacto ferendum. Subiungit & hæc ſi vltro interroget: ſi non ingenium tanquam præcox effundat ante tempus: ſi laude excitetur & iuuetur: ſi victus fleat: ſi luſu aliquo liberali cupiat interdum recreari. Poſtremo, temere non eſſe cædendos, quia turpe & ſeruile ſit.

TRadito ſibi puero, docendi peritus ingenium eius in primis naturamque perſpiciat. Ingenii ſignum in paruis præcipuum, memoria eſt. Eius duplex virtus, facile percipere & fideliter continere. Proximum, imitatio: nam id quoq; eſt docilis naturæ: ſic tamen, vt ea quæ diſcit, effingat, non habitum forte & inceſſum, & ſi quid in peius notabile eſt. Non dabit mihi ſpem bonæ indolis, qui hoc imitandi ſtudio petet, vt rideatur. Nam probus quoque in primis erit ille vere ingenioſus: alioqui non peius duxerim tardi eſſe ingenii, quam mali. Probus autem ab illo ſegni & iacente plurimum aberit. Hic mens, quæ tradentur, non difficulter accipiet: quædam etiam interrogabit: ſequetur tamen magis quam præcurret. Illud ingeniorum velut præcox genus, non temere vnquam peruenit ad frugem. Hi ſunt qui parua facile fiunt: & audacia prouecti, quicquid illud poſſint, ſtatim oſtendunt. Poſſunt autem id demum quod in proximo eſt: verba continuant: hæc vultu interrito nulla tardati verecundia proferunt: non multum præſtant, ſed cito. non ſubeſt vera vis, nec penitus immiſſis radicibus nititur, vt quæ ſummo ſolo ſparſa ſunt ſemina, celerius ſe effundunt, & imitatæ ſpicas herbulæ, inanibus ariſtis ante meſſem flaueſcunt. Placent hæc annis comparata, deinde ſtat profectus, admiratio decreſcit. Hæc cum animaduerterit, perſpiciat deinceps quonam modo tractandus ſit diſcentis animus. Sunt quidam, niſi inſtiteris, remiſſi: quidam imperia indignantur: quoſdam continet metus, quoſdam debilitat: alios continuatio extundit, in aliis plus impetus facit. Mihi ille detur puer, quem laus excitet, quem gloria iuuet, qui victus fleat. hic erit alendus ambitu, hunc mordebit obiurgatio, hunc honor excitabit: in hoc deſidiam nunquam verebor. Danda eſt tamen omnibus aliqua remiſſio: non ſolum quia nulla res eſt quæ perferre poſſit continuum laborem: atque ea quoq; quæ ſenſu & anima carent, vt ſeruare vim ſuam poſſint, velut alterna quie-

Ingenii puerilis ſignum memoria.

In ingeniorum varietate qua ſit habenda ratio.

Remiſſio vt neceſſaria & vtilis cum modo adhibita.

Ingenia vt cognoſcenda & tractāda.

ma quiete retenduntur: ſed quod ſtudium diſcendi, voluntate quæ cogi non poteſt, conſtat. Itaque & virium plus afferunt ad diſcendum renouati ac recentes, & acriorem animum, qui fere neceſſitatibus repugnat. Nec me offenderit luſus in pueris: eſt & hoc ſignum alacritatis: neque illum triſtem, ſemperque demiſſum, ſperare poſſum erectæ circa ſtudia mentis fore; cum in hoc quoque maxime naturali ætatibus illis impetu iaceat. Modus tamen ſit remiſſionibus, ne aut odium ſtudiorum faciant negatæ, aut ocii conſuetudinem nimiæ. Sunt etiam nonnulli acuendis puerorum ingeniis non inutiles luſus, quum poſitis inuicem cuiuſque generis quæſtiunculis æmulantur. Mores quoque ſe inter ludendum ſimplicius detegunt: modo nulla videatur ætas tam infirma, quæ non protinus quid rectum prauumq; ſit, diſcat, tum vel maxime formanda, cum ſimulandi neſcia eſt, & præcipientibus facillime cedit. Frangas enim citius quam corrigas quæ in prauum indurauerunt. Protinus ergo ne quid cupide, ne quid improbe, ne quid impotenter faciat monendus eſt puer: habendumq; in animo ſemper illud Virg.

Retenduntur, id eſt, laxantur & recreantur.

Luſus vt pueris vtiles.

---- *Adeo in teneris conſueſcere multum eſt.*

Georg. II

Non eſſe cædendos pueros, nec grauius vapulandos.

Cædi vero diſcentes, quanquam & receptum ſit, & Chryſippus non improbet, minime velim: primum, quia deforme atque ſeruile eſt: & certe, quod conuenit, ſi ætatem mutes, iniuria. deinde, quod ſi cui tam eſt mens illiberalis, vt obiurgatione non corrigatur, is etiam ad plagas, vt peſſima quæque mancipia, durabitur. poſtremo quod ne opus quidem erit hac caſtigatione, ſi aſſiduus ſtudiorum exactor adſtiterit. Nunc fere negligentia pædagogorum ſic emendari videtur, vt pueri non facere quæ recta ſunt cogantur, ſed cur non fecerint puniantur. Denique cum paruulum verberibus coegeris, quid iuueni facias, cui nec adhiberi poteſt hic metus, & maiora diſcenda ſunt? Adde, quod multa vapulantibus dictu deformia, & mox verecundiæ futura, ſæpe dolore vel metu accidunt: qui pudor refringit animum, & abiicit, atque ipſius lucis fugam & tædium dictat. Iam ſi minor in deligendis cuſtodum & præceptorum moribus fuit cura, pudet dicere in quæ probra nefandi homines iſto cædendi iure abutantur, quam det aliis quoque nonnunquam occaſionem hic miſerorum metus. Non morabor in parte hac. nimium eſt quod intelligitur. Quare hoc dixiſſe ſatis eſt, in ætatem infirmam & iniuriæ obnoxiam, nemini debet nimium licere. Nunc quibus inſtituendus ſit ar-

tibus qui ſic formabitur, vt fieri poſſit orator, & quæ in quaque
ætate inchoanda, dicere ingreditur.

De grammatica.

CAP. IIII.

ARGVMENTVM.

*Puerum huic ſpei deſtinatum, legendi ſcribendique iam peritum,
bonis moribus, bono ingenio præditum, grammatic[illegible] tradendum
præcipit. Grammatices facit duas partes, vnam recte loquendi ſcien-
tiam, quam horiſticen alii, alii methodicen nominant. qu[illegible] præce-
pta, primas rerum finitiones, & methodum emendate loquendi ſcri-
bendique tradat, ſub qua ſcribendi rationem continet. Alteram poe-
tarum & hiſtoricorum enarrationem, quam exegeticen vocant, ad
quam emendatam lectionem refert. ¶ In hac grammatices profeſſio-
ne muſicen propter rhythmum & metrum requirit. Aſtrologiæ et-
iam cognitionem, propter poetas, qui ſyderum ortu & occaſu tempo-
ra rerum declarare conſueuerunt. Et philoſophiam, propter locos
plurimos in authoribus ex intima philoſophia petitos, & propter
Empedoclem Varronemq́; qui præcepta ſapientiæ verſibus tradide-
runt. Addit & eloquentiam, vt omnia proprie & copioſe demonſtra-
re queat. ¶ Hinc elementorum vim ſtatim tradendam: & non ſolum
quo pacto vocales à conſonantibus diſtinguantur, & hæ rurſus in ſe-
miuocales & mutas partiantur: verumetiam quas literas à Græcis
mutuemur ſcribendis eorum nominibus, nempe y & z, & in Latinis
an Æolicum digamma deſideretur. Et qui ſonus medius ſit inter I
& V. An redundent H & K & X. Quo pacto I & V, tranſeant in
conſonantes præpoſita vocalibus, vt Venus, Iuno. Quid in literis pro-
prium, quid commune. Quæ mutationes accidant declinatione aut
præpoſitione, vt ſeco ſecui, cadit excidit, Quæ cum quibus cognatio,
vt R & S, Valerii Valeſii, arbos labos. T. & S, pultare pulſare, & o-
lim T cum D, Alexanter Alexander. Et pro aſpiratione Digamma
vel F, fordeum, fœdus, pro hordeum & hædus; B pro P, F & H, Byr-
rus, Bruges, Belena. O pro V, & contra, Hecoba & Culchides. E &
I, leber, Minerua. ¶ Hinc quot ſint partes orationis, & quo pacto
earum numerus ad octo paulatim deductus ſit, reiectis articulis, aſ-
ſeueratione & attractione, vocabulo appellationeque nomini ſubie-
ctis. ¶ His cognitis ad declinationes nominum & verborum accedit:
quibus neglectis ambitioſi quidam ſuos diſcipulos humi adhuc re-
ptantes, circa ſublimiora oſtentare volentes, præpoſtere docebant. Et
primum declinare nomina & verba præcipit, doceri genera, nomi-
num origines ſcrutari, vnde Burri, Agrippæ, Poſthumi. Deinde ſi-
ne ali-*

Grammatica:

ne aliqua vis ſexti caſus apud Latinos, ſeptimi apud Græcos. In verbis quoque præter accidentia noſſe quæ ſint anomala, vt in nominibus quæ heteroclita. Vt participia tranſeant in nomina verbalia, vt ſapiens, nutritor. Cuius rationis ſunt illa imperſonalia paſſiua. Itur in antiquam ſyluam. Et illud, - totis Vſque adeo turbatur agris. Item & illud, Campus curritur. Vt quædam paſſiua poſitione, actiuam habeant ſignificationem: vt, pranſus potus. Vt quædam nomina tranſeant in aduerbia, noctu, diu. Et quædam his ſimile quid patiantur: vt dictu, factu.

Grammatices vſus & diuiſio.

PRimus in eo qui legendi ſcribendique adeptus erit facultatem, grammaticis eſt locus. Nec refert, de Græco, an de Latino loquar: quanquam Græcum eſſe priorem placet. Vtrique eadem via eſt. Hæc igitur profeſſio cum breuiſſime in duas partes diuidatur, recte loquendi ſcientiam, & poetarum enarrationem: plus habet in receſſu, quam in fronte promittit. Nam & ſcribendi ratio coniuncta cum loquendo eſt, & enarrationem præcedit emendata lectio: & mixtum his omnibus iudicium eſt: quo quidem ita ſeuere ſunt vſi veteres grammatici, vt nō verſus modo cenſoria quadam virgula notare, & libros qui falſo viderentur inſcripti, tanquam ſubditios ſummouere familia permiſerint ſibi: ſed autores alios in ordinem redegerint, alios omnino exemerint numero. Nec poetas legiſſe ſatis eſt: excutiendum omne ſcriptorum genus: non propter hiſtorias modo, ſed verba, quæ frequenter ius ab autoribus ſumunt. Tum nec citra muſicen grammatice poteſt eſſe perfecta, cum ei de metris rhythmiſque dicendum ſit. Nec ſi rationem ſyderum ignoret, poetas intelligat: qui (vt alia mittam) toties ortu occaſuque ſignorum in declarandis temporibus vtuntur. Nec ignara philoſophiæ, cum propter plurimos in omnibus fere carminibus locos ex intima quæſtionum naturalium ſubtilitate repetitos, tum vel propter Empedoclem in Græcis, Varronem ac Lucretium in Latinis: qui præcepta ſapientiæ verſibus tradiderunt. Eloquentia quoque non mediocri eſt opus, vt de vnaquaque earum quas demonſtrauimus rerum dicat proprie & copioſe. Quo minus ſunt ferendi, qui hanc artem vt tenuem ac ieiunam cauillantur: quæ niſi oratori futuro fundamenta fideliter iecerit, quicquid ſuperſtruxeris, corruet: neceſſaria pueris, iucunda ſenibus, dulcis ſecretorum comes: & quæ vel ſola omni ſtudiorum genere plus habet operis quam oſtentationis. Ne quis igitur tanquam parua faſtidiat gramma-

Scriptura vt cum Elocutione iuncta.

Criticorũ veterum cenſura.

Eloquentia vtilitas

De literis earum v[ſu]

& poteſtate. Duas, y & z. Nam in optimo me. dia breui plenum ſonum non habet, vt in optimo longa.

grammatices elementa: non quia magnæ ſit operæ, conſonantes à vocalibus diſcernere, ipſaſque eas in ſemiuocalium numerum, mutarumque partiri: ſed quia interiora velut ſacri huius adeuntibus, apparebit multa rerum ſubtilitas, quæ non modo acuere ingenia puerilia, ſed exercere altiſſimam quoque eruditionem ac ſcientiam poſſit. An cuiuslibet auris eſt exigere literarum ſonos? Non Hercule magis, quam neruorum. At grammatici ſaltem omnes in hanc deſcendent rerum tenuitatem, deſint-ne aliquæ nobis neceſſariæ literæ, non quum Græca ſcribimus: (tum enim ab iiſdem duas mutuamur;) ſed proprie in Latinis, vt in his, *Seruus.* & *Vulgus*, Æolicum digamma deſideratur. Et medius eſt quidam V. & I. literæ ſonus. Non enim ſic *optumum* dicimus, vt *opeimum*. Et in *Here*, neque E plane, neque I auditur. An rurſus aliæ redundent, præter illam aſpirationis: quæ ſi neceſſaria eſt, etiam contrariam ſibi poſcit. Et Q. quæ & ipſa quorundam nominum nota eſt. & K, cuius ſimilis effectus ſpecieſque, niſi quod paulum à noſtris obliquatur, *Kappa* apud Græcos nunc tantum in numero manet. Et noſtrarum vltima χ, qua tamen carere potuimus, ſi non quæſiſſemus. Atque etiam in ipſis vocalibus grammatici eſt videre, an aliquas pro conſonantibus vſus acceperit; quia *Iam* ſicut *Tam* ſcribitur; & *Quos* vt *Cos.* Atque vt vocales iungantur; aut enim vnam longam faciunt, vt veteres ſcripſere, qui geminatione earum velut apice vtebantur: aut duas; niſi quis putat etiam ex tribus vocalibus ſyllabam fieri, quod nequit, ſi non aliquæ officio conſonantium fungantur. Quæret etiam hoc, quomodo, duabus demum vocalibus in ſeipſas coeundi natura ſit, cum conſonantium coeat nulla, niſi alteram frangat. Atqui litera I ſibi incidit. *Coniicit* enim eſt ab illo *Iacit.* Et V, quomodo nunc ſcribitur *Vulgus* & *Seruus.* Sciat etiam Ciceroni placuiſſe *Aijo Maijamque* geminata I ſcribere. Quod ſi eſt, etiam iungetur vt conſonans. Quare diſcat puer, quid in literis proprium, quid commune, quæ cum quibus cognatio: nec miretur cur ex *Scamno* fiat *Scabellum*: aut à *pinna*, (quod eſt acutum) ſecuris vtrinque habens aciem, *Bipennis*: ne illorum ſequatur errorem, qui quia à pennis duabus hoc eſſe nomen exiſtimant, pinnas auium dici volunt. Neque has modo nouerit mutationes, quas afferunt declinatio, aut præpoſitio, vt *ſecat ſecuit, cadit excidit, cadit cecidit, calcat exculcat*: & ſic à lauando *lotus*, & inde rurſus *illotus* & mille alia: ſed & quæ rectis quo-

que caſibus ætate tranſierunt. Nam & *Valeſii* & *Fuſii* in *Valerios Furioſque* venerunt: ita *arbos, labos, vapos*, etiam & *clamos* ac *laſes*. ætatis fuerunt. Et hæc ipſa S litera ab his nominibus excluſa, in quibuſdam ipſa alteri ſucceſſit: nam *mertare* atque *pultare* dicebant. Quin *fordeum faduſque*, pro aſpiratione, * F, vel ſimili litera vtentes: nam contra Græci aſpirare ſolent. vt pro Fundanio Cicero teſtem, qui primam eius literam dicere non poſſet, irridet. Sed B quoque in locum aliarum dedimus aliquando, vnde *Byrrhus*, & *Bruges*, & *Balæna*. Necnon eadem fecit ex duello bellum, vnde Duellos quidam dicere *Bellos* auſi. Quid *ſtlocum ſtliteſque*? Quid T literæ cum D quædam cognatio? Quare minus mirum ſit in vetuſtis operibus vrbis noſtræ, & celebribus templis legantur *Alexanter* & *Caſſantra*. Quid O atque V. permutatæ inuicem? vt *Hecoba* & *notrix*, *Culchides*, & *Pulyxena* ſcriberentur: ac ne in Græcis id tantum notetur, dederont, ac probaueront. Sic ὀδυσσεὺς quem ὀλυσσέα fecerunt Æoles, ad Vlyxem deductus eſt. Quid? non E quoque I loco fuit? vt *Menerua, & leber, & magester, & Dijoue & Veioue*, pro *Dijoui & Veioui*? * Sed mihi locum ſignare ſatis eſt. Non enim doceo, ſed admoneo docturos. Inde in ſyllabas cura tranſibit, de quibus in orthographia pauca annotabo.

Grammatica.

* *Vau, vel ſi.*

Pyrrhus, Phryges, Phalæna.

Cicero in Oratore.

pro, *Locum, liteſque* Sext. Pomp. frag. 19.

Gell. lib. 5. cap. 12.

* *alias* Deioue victore, *non* Deioui victori.

¶ Tum videbit ad quem hoc pertinet, quot & quæ ſint partes orationis: quanquam de numero parum conuenit. Veteres enim, quorum fuerunt Ariſtoteles quoque atque Theodectes, verba modo & nomina & coniunctiones tradiderunt: videlicet quod in verbis vim ſermonis, in nominibus materiam; (quia alterum eſt quod loquimur, alterum de quo loquimur:) in coniunctionibus autem complexum eorum eſſe iudicauerunt, quas coniunctiones à pleriſque dici ſcio: ſed hæc videtur ex συνδέσμῳ magis propria tranſlatio. Paulatim à philoſophis, ac maxime Stoicis, auctus eſt numerus: ac primum coniunctionibus articuli adiecti, poſt, præpoſitiones: nominibus appellatio, deinde pronomen, deinde miſtum verbo participium, ipſis verbis aduerbia. Noſter ſermo articulos non deſiderat, ideoque in alias partes orationis ſparguntur. Sed accedit ſuperioribus interiectio. Alii tamen ex idoneis duntaxat autoribus octo partes ſecuti ſunt, vt Ariſtarchus & ætate noſtra Palemo, qui vocabulum ſiue appellationem nomini ſubiecerunt tanquam ſpecies eius. At ii qui aliud nomen, aliud vocabulum faciunt,

De partibus orationis.

Interiectio.

An diffe-

BIBLIOTECA NAZ. ROMA

vant Nomen, Vocabulum & Appellatio.

ciunt nouem. Nihilominus fuerunt qui ipſum adhuc vocabulum ab appellatione diducerent, vt eſſet vocabulum, corpus viſu tactuque manifeſtum, domus, lectus: appellatio, cui vel alterum deeſt, vel vtrunque, ventus, cœlum, Deus, virtus. Adiiciebant & aſſeuerationem, vt heu: & attrectationem, vt faſceatim quæ mihi non approbantur. Vocabulum, an appellatio dicenda ſit προσηγορία, & ſubiicienda nomini, necne, quia parui refert, liberum opinaturis relinquo. Nomina declinare & verba in primis pueri ſciant: neque enim aliter peruenire ad intellectum ſequentium poſſunt. quod etiam monere ſuperuacuum fuerat, niſi ambitioſa feſtinatione plerique à poſterioribus inciperent: & dum oſtentare diſcipulos circa ſpecioſa malunt, compendio morarentur. At ſi quis & didicerit ſatis, & (quod non minus deeſſe interim ſolet) voluerit docere quæ didicit, non erit contentus tradere in nominibus tria genera, & quæ ſint duobus, omnibusve communia. Nec ſtatim diligentem putabo, qui promiſcua, quæ & epicœna dicuntur, oſtenderit, in quibus ſexus vterque per alterum apparet: aut quæ fœminina poſitione mares, aut neutrali fœminas ſignificant, qualia ſunt Muræna, & Glycerium. Scrutabitur mille præceptor acer atque ſubtilis origines nominum: vt quæ ex habitu corporis * *Cicerones, Rufos, Longoſque* fecerunt: (* niſi erit aliud ſecretius, *Syllæ, Burrhi, Galbæ, Planci, Panſæ, Scauri*, taliaq;) & ex caſu naſcẽtium: hinc *Agrippa & Opiter & Cordus & Poſthumus* erunt. & ex iis quæ poſt natos eueniunt, vnde & *Vopiſcus*. Iam *Cottæ, Scipiones, Lænates, Serani* ſunt: & ex variis cauſis. Gentes quoque ac loca, & alia multa reperias inter nominum cauſas. In ſeruis iam intercidit illud genus quod ducebatur à domino, vnde *Marcipores, Publiporeſque*. Quærat etiam, ſitne apud Græcos vis quædam ſexti caſus, & apud nos quoque ſeptimi. Nam cum dico, *haſta percuſſi*, non vtor ablatiui natura: nec ſi idem Græce dicam, datiui. Sed in verbis quoque qui eſt adeo imperitus vt ignoret genera & qualitates & perſonas & numeros? Literarii pene iſta ſunt ludi, & triuialis ſcientiæ. Iam quoſdam illa turbabunt, quæ declinationibus non tenentur. Nam & quædam, participia, an vera appellationes ſint, dubitari poteſt, quia aliud alio loco valent, vt *lectus, & ſapiens*. Quædam appellationibus ſimilia, vt *fraudator, nutritor*. Iam *Itur in antiquam ſyluam*, nonne propriæ cuiuſdam rationis eſt? nam

Nominum tria genera.

Genus epicœnum quale.

Origines nominum.

**Allobros. Ciceros, Rufos.*

** al.* Vbi erit aliquid ſecretius.

Vis ſexti caſus apud Græcos, & ſeptimi apud Latinos.

Æneid, 6.

quod

quod initiu[illegible]eius inuenias? cui ſimile *Fletur* accipimus: alter, ut, Oratio-nis virtu-tis & vitia.

Panditur interea domus omnipotentis olympi. Aliter, vt, *In Andria*

—Totis Vſque adeo turbatur agris— *Æneid.* 10. *Æelog.* 1.

Eſt etiam quidam tertius modus, vt *vrbs habitatur*: vnde & *campus curritur, mare nauigatur.* *Pranſus* quoque atque *potus* diuerſum valent, quam indicant. Quid quod multa verba non totum declinationis ordinem ferunt? Quædam etiam mutantur, vt *fero* in præterito. Quædam tertiæ demum perſonæ figura dicuntur, vt *licet, piget.* Quædam ſimile quiddam patiuntur vocabulis in aduerbium tranſeuntibus. Nam vt *noctu & diu*, ita *dictu & factu*. Sunt enim hæc quoque verba participalia quidem, non tamen qualia dicto factoque.

De virtutibus & vitiis orationis.

CAP. V.

ARGVMENTVM.

Orationis virtutes & vitia aggreditur, virtutes tres eſſe numero, vt oratio ſit emendata, dilucida & ornata. nam apte dicere ornatui ſubiici. Hanc exigi verbis primum ſingulis, deinde coniunctis. In ſingulis an Latina ſint, peregrina, ſimplicia, compoſita, propria, tranſlata, vſitata, aut ficta, conſiderari. In coniunctis laudari verba bene rebus accommodata, in quibus merito placeat bona vocalitas, quam Græci euphoniam vocent. ¶ Duo eſſe orationis non emendatæ vitia barbariſmum & ſolœciſmum. Et barbariſmum quidem eſſe in ſingulis verbis: fierique ſcripto vel dicto tribus modis. Primo ſi quis nomen peregrinum Latinæ orationi inſerat. Secundo, animi natura, vt ſi quis quid dicat inſolenter, minaciter, aut crudeliter. Tertio, partim ſcripto, partim dicto, additione, detractione, mutatione, träſmutatione, diuiſione, complexione, aſpiratione, ectaſi: ſyſtole, genere, numero, ſonis, quales ſunt iotaciſmi, lambdaciſmi, iſchnotheres, plateiaſmi, chiloſtomia. ¶ Accentu, cuius Græcis longe ſit ratio difficilior quam Latinis, vt cum acuta & grauis alia pro alia ponitur. vbi breuiter quæ ratio accentuũ ſit præſcribit: antepenultimam longam natura circumflecti. Rôma: longam poſitione acui. feruor: breuẽ in poly yllabis reticere acutum in antepenultimam, vt târtarus: Monoſyllaba, natura circunflecti, Ros: breuia, aut longa poſitione, acui. ôb, lùx. Verum hic notandum eſſe, tertium barbariſmi genus in poetis aut venia dignum, aut etiam laudi duci. In proſa quoque immutationem recipi: vt Canopitarum apud Ciceronem, p pro b, literarum adiectionem, vt in aſſentior. Quædam etiam iuncta ſine reprehenſione dici, quæ ſingula vitioſa ſint, vt duapondo, trepondo.

pondo. ¶ *Solœciſmum complexu orationis fieri, etiamſi cum in verbo ſit vitium. Adiectione, detractione, tranſmutatione, immutatione: atque etiam in partibus orationis per varia earum accidentia, per genera, tempora, perſonas, modos, numeros: per comparationes, ſuperlationes, atque vbi patrium pro poſſeſſiuo ponitur: vbi quies pro pro motu: & vt in ſumma dicam, vbi quæuis particula alterius officio ſeu poteſtate fungitur. Quædam etiam faciem ſolœciſmi habere, quæ ſchemata ſint: vt Thyeſtes tragœdia, ludi Floralia.* ¶ *His omnibus ad finem adiungit ſibi placere, vt in peregrinis quibus Latini pro ſuis vtuntur accentuum, & caſuum rationem Latinam ſequamur, quouſque patitur decor, quia in quibuſdam conſuetudo ſuperet autoritatem, & quædam ſint quæ vtroque modo non indecenter efferri poſſunt.* ¶ *Poſtremo, quæ ratio ſit vocum compoſitarum: & Græcos componendis nominibus fingendiſque, Latinis eſſe feliciores oſtendit: & quæ propria & tranſlata verba ſint, definitione explicat.*

Orationis virtutes. IAm cum omnis oratio tres habeat virtutes, vt emendata, vt dilucida, vt ornata ſit: (quia di ere apte, quod eſt præcipuum, plerique ornatui ſubiciunt) totidem vitia, quæ ſunt ſupradictis contraria, emendate loquendi regula, quæ grammatices prior par eſt, examinet. Hæc exigitur verbis aut ſingulis aut pluribus. Verba nunc generaliter accipi volo: nam *Duplex verborum intellectus.* duplex eorum intellectus eſt: alter, quia omnia per quæ ſermo nectitur, ſignificat, vt apud Horatium in arte:

Verbaq; prouiſam rem non inuita ſequentur.

Alter in quo eſt vna pars orationis, *lego, ſcribo*. Quam vitantes ambiguitatem quidam dicere maluerunt, voces dictiones, locutiones. Singula ſunt aut noſtra, aut peregrina: aut ſimplicia, aut compoſita: aut propria, aut tranſlata: aut vſitata, *De vocibus quibus ſingulis vitium ſæpius quam virtus ineſt.* aut ficta. Vni verbo vitium ſæpius quam virtus ineſt. Licet enim dicamus aliquid proprium, ſpecioſum, ſublime, nihil tamen horum niſi in complexu loquendi ſerieque contingit. Laudamus enim verba bene rebus accommodata: ſola eſt quæ notari poſſit velut vocalitas, quæ εὐφωνία dicitur: cuius in eo delectus eſt, vt inter duo quæ idem ſignificant, ac tantundem valent, quod melius ſonat, malis. Prima barbariſmi ac ſolœciſmi fœditas abſit. Sed quia interim excuſantur hæc vitia aut conſuetudine, aut autoritate, aut vetuſtate, aut denique vicinitate virtutum (nam ſæpe à figuris ea ſeparare difficile eſt) ne quem tam lubrica obſeruatio fallat, acriter ſe in *Alluſio ad* illud tenue diſcrimen grammaticus intendat, de quo nos latius

tius ibi loquemur, vbi de figuris orationis tractandum erit. Interim vitium quod fit in ſingulis verbis, ſit barbariſmus. Occurrat mihi forſan aliquis, Quid hic promiſſor tanti operis dignum? aut quis hoc neſcit, alios barbariſmos ſcribendo fieri, alios loquendo? quia quod male ſcribitur, male etiam dici neceſſe eſt: quæ vitioſe dixeris, non vtique & ſcripto peccant. Illud prius adiectione, detractione, immutatione, tranſmutatione: hoc ſecundum, diuiſione, complexione, aſpiratione, ſono contineri? Sed vt parua ſint hæc, pueri docentur adhuc: & grammaticos officii ſui commonemus. Ex quibus ſi quis erit plane impolitus, & veſtibulum modo artis hujus ingreſſus, intra hæc quæ profitentium commentariolis vulgata ſunt, conſiſtet: doctiores multa adiicient: vel hoc primum, quod barbariſmum pluribus modis accipimus. Vnum gente, quale ſit ſi quis Afrum vel Hiſpanum Latinæ orationi nomen inſerat: vt ferrum quo rotæ vinciuntur, dici ſolet canthus, quanquam eo tanquam recepto vtitur Perſius ſicut Catullus ploxenum circa Padum inuenit: & in oratione Labieni, ſiue illa Cornelii Galli eſt, in Pollionem caſnar aſſectator è Gallia ductum eſt. nam maſtrugam, quod Sardum eſt, illudens Cicero ex induſtria dixit. Alterum genus barbariſmi accipimus, quod fit animi natura, vt is à quo inſolenter quid aut minaciter aut crudeliter dictum ſit, barbare locutus exiſtimetur. Tertium eſt illud vitium barbariſmi, cuius exempla vulgo ſunt plurima, ſibi etiam quiſque fingere poteſt, vt verbo cui libebit adiiciat literam ſyllabamve, vel detrahat, aut aliam pro alia, aut eandem alio quam rectum eſt loco ponat. Sed quidam fere in iactationem eruditionis ſumere illa ex poetis ſolent: & autores quos prælegunt, criminantur. Scire autem debet puer, hæc apud ſcriptores carminum aut venia digna aut etiam laude duci: potiusque illa docendi erunt minus vulgata. nam duos in vno nomine faciebat barbariſmos Tinca Placentinus (ſi reprehendenti Hortenſio credimus) *preculam* pro *pergulam* dicens, & immutatione, cum c pro g vteretur: & tranſmutatione, cum r præponeret e antecedenti. At in eadem vitii geminatione *Metieo Fuffetieo* dicens Ennius, poetico iure defenditur.

Orationis virtutes & vitia.

Illud in arte, Quid dignum tanto feret hic promiſſor hiatu?

Barbariſmi ſpecies.

Satyra 5. ad Æmilium.

Pro Scauro, & de prouinciis conſularibus.

Barbariſmi apud poetas.

Sed in proſa quoque iam eſt quædam recepta immutatio. Nam Cicero Canopitarum exercitum dicit, ipſi *Canobon* vocant: & *Tharſomenum* pro *Tharſumeno* multi autores,

Ex Cicerone in Bruto.

res, etiam ſi eſt in eo tranſmutatio, vendicauerunt: ſimiliter alia.nā ſiue eſt falſum * *aſſentior*, Siſenna dixit *aſſentio*, multiq; & hunc & analogiam ſecuti. ſiue illud verum eſt, hæc quoque pars conſenſu defenditur. At il'e pexus pinguiſque doctor, aut illic detractionem, aut hic adiectionem putabit. Quid quod quædam quæ ſingula proculdubio vitioſa ſunt, iuncta ſine reprehenſione dicuntur? Nam *dua & tre & pondo*, diuerſorum generum ſunt barbariſmi: aut *duapondo & trepondo*, vſque ad noſtram ætatem ab omnibus dictum eſt, & recte dici Meſſala confirmat. Abſurdum forſan videatur dicere barbariſmum, quod eſt vnius verbi vitium, fieri per numeros, aut genera, ſicut ſolœciſmum: *ſcala* tamen & *ſcopa*, contraque *hordea & mulſa* *, licet literarum mutationem, detractionem, adiectionem non habeant, non alio vitioſa ſunt, quam quod pluralia ſingulariter, & ſingularia pluraliter efferuntur, & gladia qui dixerunt, genere exciderunt. Sed hoc quoque notare contentus ſum, ne arti culpa quorundam peruicaciam perplexæ, videar & ipſe quæſtionem addidiſſe. Plus exigunt ſubtilitatis quæ accidunt in dicendo vitia, quia exempla eorum tradi ſcripto non poſſunt, niſi cum in verſus inciderunt, vt *διαίρεσις* Europai: & ei contrarium vitium, quod *συναίρεσιν* & *συναλοιφὴν* Græci vocant, nos complexionem dicimus: qualis eſt apud P. Varronem:

Cum te flagranti deiectum fulmine Phaeton.

Nam ſi eſſet proſa oratio, eaſdem literas enunciare veris ſyllabis licebat Præterea quæ fiunt ſpacio, ſiue quum ſyllaba correpta producitur, vt,

Italiam fato profugus-

Seu longa corripitur: vt, *Vnius ob noxam*, & furias extra carmen non deprehendas: ſed nec in carmine vitia ducenda ſunt. Illa vero non niſi aure exiguntur, quæ fiunt per ſonos: quanquam per aſpirationem, ſiue adiicitur vitioſe, ſiue detrahitur, apud nos non poteſt quæri an in ſcripto ſit vitium, ſi H litera eſt, non eſt nota. cuius quidem ratio mutata cum temporibus eſt ſæpius. Parciſſime ea veteres vſi etiam in vocalibus, cum *ados ircóſque* dicebant. Diu deinde * ſeruatum, ne conſonantibus aſpiraretur, vt in *Graccis, & triumpis*. Erupit breui tempore nimius vſus, vt *chorona, chenturiones, prachones* adhuc quibuſdam inſcriptionibus maneant. qua de re Catulli nobile epigramma eſt. Inde durat ad nos vſque vehementer, & com-

Marginalia: * Sentior. lib. de Cel. 25. 2. cap. — * mulſa. — * diuiſio. — Æneid. 1. — Ibidem. — Haſpiratio. — * reſeruatum. obſeruatum. — Cic. in Orat.

& comprehendere, & mihi: nam *mehe* quoque pro *me* * apud antiquos tragœdiarum præcipue ſcriptores in veteribus libris inuenimus. Adhuc difficilior obſeruatio eſt per tenores, quos quidem ab antiquis dictos tonores comperi, vt videlicet declinato à Græcis verbo qui τόνες dicunt: vel accentus, quas Græci προσῳδίας vocant, cum acuta & grauis alia pro alia ponitur, vt in hoc Camilus, ſi acuitur prima. Aut grauis pro flexa, vt *Chétegus*, & hic prima acuta: nam ſic media mutatur. Aut flexa pro graui, vt apice circumducta ſequente, quam ex duabus ſyllabis in vnam cogentes, & deinde flectentes, dupliciter peccant. Sed id ſæpius in Græcis nominibus accidit: vt Atrĕ̂us: quem nobis iuuenibus doctiſſimi ſenes acuta prima dicere ſolebant, vt neceſſario ſecunda grauis eſſet. Item Tereî, Nereîque. Hæc de accentibus tradita. Cæterum iam ſcio quoſdam eruditos, nonnullos etiam grammaticos ſic docere ac loqui, vt propter quædam vocum diſcrimina, verbum interim acuto ſono finiant, vt in illis:

-Quæ circum littora, circum *Piſcoſos ſcopulos-*

ne ſi grauem poſuerint ſecundam, circus dici videatur, non circuitus. Item quantum, quale, interrogantes graui: comparantes, acuto tenore concludunt: quod tamen in aduerbiis fere ſolis ac pronominibus vindicant, in cæteris veterem legem ſequuntur. Mihi videtur conditionem mutare, quod his locis verba coniungimus. Nam cum dico, *circum littora*, tanquam vnum enuncio, diſſimulata diſtinctione: itaque tanquam in vna voce, vna eſt acuta: quod idem accidit in illo,

-Troiæ qui primus ab oris.

Euenit vt metri quoque conditio mutet accentum: vt,

-Pecudes pictæq; volúcres.

Nam volúcres media acuta legam: quia etſi natura breuis, tamen poſitione longa eſt, ne faciat iambum, quem non recipit verſus heroicus. Separata vero hæc, à præcepto noſtro non recedent: aut ſi conſuetudo vicerit, vetus lex ſermonis abolebitur: cuius difficilior apud Græcos obſeruatio eſt; (quia plura illis loquendi genera, quas Διαλέκτους vocant: & quod alias vitioſum, interim alias rectum eſt:) apud nos vero rectiſſima ratio, ac etiam breuiſſima. Nanque in omni voce, acuta intra numerum trium ſyllabarum continetur, ſiue hæ ſint in verbo ſolæ, ſiue vltimæ: & in his aut proxima extremæ, aut ab ea tertia. Trium porro de quibus loquor, media longa, aut

Oratio- nis virtutes & vitia

De Arrio vide Polit. cap. 19. miſcell.

* *mee.*

De accentuum ratione.

Térrei.

Nérei.

Æneid. 4.

Æneid. 1.

Ibidem.

ga, aut acuta, aut flexa erit: eodem loco breuis, vtique graue habebit ſonum: ideoque poſitam ante ſe, id eſt ab vltima tertiam, acuet. Eſt autem in omni voce vtique acuta, ſed nunquam plus vna: nec vltima vnquam: ideoque in diſyllabis prior. Præterea nunquam in eadem, flexa & acuta quoniam eadem flexa ex acuta. itaque neutra claudet vocem Latinam. Ea vero quæ ſunt ſyllabæ vnius, erunt acuta aut flexa, ne ſit aliqua vox ſine acuta. Et illa per ſonos accidunt, quæ demonſtrari ſcripto non poſſunt: vitia oris & linguæ & *ἰωτακισμοὺς* & *λαμβδακισμοὺς*, *ἰσχνότητας* & *πλατειασμοὺς*, feliciores fin-

** al. diuiditur.* gendis nominibus Græci vocant: ſicut *κοιλοστομίαν*, cum vox quaſi in receſſu oris auditur. * Sunt etiam proprii quidam & ineuitabiles ſoni, quibus nonnunquam nationes reprehendimus. Remotis igitur omnibus quæ ſupra diximus vitiis, erit illa quæ vocatur *ὀρθοέπεια*, id eſt emendata cum ſuauitate vocum explanatio. nã ſic accipi poteſt recta. Cætera vitia omnia

De ſolœciſmo. ex pluribus vocibus ſunt, quorum eſt ſolœciſmus: quanquam circa hoc quoque diſputatum eſt. nam etiam qui contextu vel complexu orationis accidere eum confitentur; quia tamen vnius emendatione verbi corrigi poſſit, in verbo eſſe vitium, non in ſermone contendunt: cum ſiue amaræ corticis, ſeu medio cortice, per genus facit ſolœciſmum. quorum neutrum

Æclog. 6. & Georg. 2. quidem reprehendo, cum ſit vtriuſque Virgilius autor. Sed fingamus vtrumlibet non recte dictum: mutatio vocis alterius in qua vitium erat, rectam loquendi rationem ſic reddit, vt amari corticis fiat, vel media cortice. quod manifeſtæ calumniæ eſt: neutrum enim vitioſum ſeparatum eſt, ſed compoſitione peccatur: quæ iam ſermonis eſt. Illud eruditius quæritur, an in ſingulis quoque verbis poſſit fieri ſolœciſmus: vt ſi vnum quis ad ſe vocans, dicat: *Venite*, aut ſi plures à ſe dimittens, ita loquatur, *Abi* aut, *Diſcede*. Necnon cum reſponſum ab interrogatione diſſentit, vt ſi dicenti, *Quem video?* ita oc-

An in geſtu fiat ſolœciſmus. curras, *Ego*. In geſtu etiam nonnulli putant idem vitium ineſſe, quum aliud voce, aliud nutu vel manu demonſtratur. Huic opinioni neque omnino accedo, neque plane diſſentio. nam id fateor poſſe accidere voce vna, non tamen aliter, quam ſi ſit aliquid quod vim alterius vocis obtineat, ad quod vox illa referatur: vt ſolœciſmus ex complexu fiat eorum quibus res ſignificantur, & voluntas oſtenditur. Atque vt omnem effugiam cauillationem, ſit aliquando in vno verbo, nunquam in ſolo verbo.

Per

Per quot autem & quas accidat ſpecies, non ſatis conuenit. Qui pleniſſime, quadripertitam volunt eſſe rationem, nec alia quam barbariſmi: vt fiat Adiectione: vt, *Veni de Suſis in Alexandriam.* Detractione, *Ambulo viam, Ægypto venio, Ne hoc fecit.* Transmutatione, qua ordo turbatur, *Quoque ego, Enim hoc voluit, Autem non habuit.* Ex quo genere an ſit igitur, in initio ſermonis poſitum dubitari poteſt, quia maximos autores in diuerſa fuiſſe opinione video, cum apud alios ſit etiam frequens, apud alios nunquam reperiatur. Hæc tria genera quidam deducunt à ſolœciſmo, & adiectionis vitium, πλεονασμὸν: detractionis, ἔλλειψιν: inuerſionis, ἀναστροφὴν vocant: quæ ſi in ſpeciem ſolœciſmi cadant, ὑπέρβατον quoque appellari eodem modo poſſe. Immutatio ſine controuerſia eſt, cum aliud pro alio ponitur. Id per omnes orationis partes deprehendimus, frequentiſſime in verbo, quia plurima huic accidunt, ideoque in eo fiunt ſolœciſmi per genera, tempora, perſonas, modos, ſiue cui ſtatus eos dici, ſeu qualitates placet, vel ſex, vel (vt alii volunt) octo: nam totidem vitiorum erunt formæ, in quot ſpecies eorum quidque de quibus ſupra dictum eſt, diuiſeris. Præterea numeros, in quibus nos ſingularem ac pluralem habemus. Græci & δυϊκόν. Quanquam fuerunt qui nobis quoque adiicerent dualem, *ſcripſére, legére*: quod euitandæ aſperitatis gratia mollitum eſt vt apud veteres pro male merêtis, *male merére.* ideoque quod vocant duale, in illo ſolo genere conſiſtit, cùm apud Græcos & in verbi tota fere ratione, & in nominibus deprehendatur, & ſic quoque rariſſimus eius ſit vſus, apud noſtrorum vero neminem hæc obſeruatio reperiatur; quin è contrario.

Orationis virtutes & vitia.

Per quot & quas accidat ſpecies ſolœciſmus.

Immutatio in oratione vitiū.

Deuenére locos; &. Conticuére omnes; & Conſedére duces, aperte nos doceant, nihil horum ad duos pertinere; Dixére quoque, quanquam id Antonius Rufus ex diuerſo ponit exemplum, de pluribus patronis preco pronunciet. Quid? non Liuius circa initia ſtatim primi libri, *Tenuere*, inquit, *arcem Sabini?* & mox, *In aduerſum Romani ſubiere?* Sed quem potius ego quam M. Tullium ſequar? qui in Oratore, *Non reprehendo*, inquit, *ſcripſere; ſcripſerunt eſſe verius ſentio.* Similiter in vocabulis & nominibus fit ſolœciſmus genere, numero, aut caſibus. Quicquid eorum alteri ſuccedet, huic parti ſubiungatur licet, per comparationes & ſuperlationes; itemq; in quibus * patrium pro poſſeſſiuo dicitur, vel contra. Nam vitium quod fit per quantitatem, vt magnum peculiolum, erunt qui ſolœciſmum

Virg. Æne. 2. & 6.

Id. Æn. 1.

Ouid. Metam. 1.

*al *primitiuum.*

putent;

putent; quia pro nomine integro poſitum ſit diminutiuum. Ego dubito an id improprium potius appellem: ſignificatione enim deerat. Solœciſmi porro vitium non eſt in ſenſu, ſed in complexu. In participio per genus, & caſum, vt in vocabulo: per tempora, vt in verbo: per numerum, vt in vtroque, peccatur. Pronomen quoque genus, numerum, caſus habet, quæ omnia recipiunt huiuſmodi errorem. Fiunt ſolœciſmi, & quidem plurimi, per partes orationis: ſed id tradere ſatis non eſt: ne ita demum vitium eſſe credat puer, ſi pro alia ponatur alia: vt verbum, vbi nomen eſſe debuerit: vel aduerbium, vbi pronomen, & ſimilia. Nam ſunt quædam cognata, vt dicunt, id eſt eiuſdem generis, in quibus qui alia ſpecie quam oportet vtetur, non minus quam ipſo genere permutato deliquerit. Nam & *an*, & *aut*, coniunctiones ſunt: male tamen interroges, hic, aut ille ſit. Et *ne* ac *non*, aduerbia: qui tamen dicat pro illo, *Ne feceris*, *Non feceris*, in idem incidat vitium: quia alterum negandi eſt, alterum vetandi. Hoc amplius *intro* & *intus*, loci aduerbia: Eo tamẽ intus, & Intro ſum, ſolœciſmi ſunt. Eadem in diuerſitate pronominum, interiectionum, præpoſitionum accidunt. Eſt enim ſolœciſmus in oratione comprehenſionis vnius ſequentium ac priorum inter ſe inconueniens poſitio. Quædam tamen & faciem ſolœciſmi habent, & dici vitioſa non poſſunt: vt tragœdia Thyeſtes & ludi Floralia ac Megaleſia: quanquam hæc ſequenti tempore interciderunt: nunquam aliter à veteribus dicta. Schemata igitur nominabuntur, frequentiora quidem apud poetas, ſed oratoribus quoque permiſſa. Verum ſchema fere habebit aliquam rationem, vt docebimus * eo quem paulo ante promiſimus loco. Sed hoc quoque quod ſchema vocatur, ſi ab aliquo per imprudentiam factum erit, ſolœciſmi vitio non carebit. In eadem ſpecie ſunt, ſed ſchemate carent, vt ſupra dixi, nomina fœminina quibus mares vtuntur, & neutralia quibus fœminæ. Hactenus de ſolœciſmo. Neque enim artem grammaticam componere aggreſſi ſumus: ſed cum in ordinem incurreret, inhonoratam tranſire noluimus. Hoc amplius: vt inſtitutum ordinem ſequar, verba aut Latina aut peregrina ſunt. Peregrina porro ex omnibus prope dixerim gentibus, vt homines, vt inſtituta etiam multa, venerunt. Taceo de Tuſcis & Sabinis, & Præneſtinis quoque: nam vt eorum ſermone vtentem Vectium Lucilius inſectatur: quemadmodum Pollio deprehendit in Liuio *Patauinitatem*: licet omnia Italica pro Roma-

Solœciſmus vt ſit in complexu.

An, aut. Ne, non.

Intro, Intus.

Solœciſmi vt quædã faciem tãtum habeant.

Schemata quæ.

** Hoc eſt Lib. 9. cap. 3. Ca. de declin. nominum.*

Verba aut Latina aut Peregrina.

Patauini-

bis habeam. Plurima Gallica valuerunt, vt *rheda* ac *petoritum*: quorum altero Cicero tamen, altero Horatius vtitur. Et *mappam* quoque, vſitatum * Circo nomen, Pœni ſibi vendicant: & *Gurdos*, quos pro ſtolidis accipit vulgus, ex Hiſpania duxiſſe originem audiui. Sed hæc diuiſio mea ad Græcum ſermonem præcipue pertinet: nam & maxima ex parte Romanus inde conuerſus eſt, & confeſſis quoque Græcis vtimur verbis, vbi noſtra deſunt, ſicut illi à nobis nonnunquam mutuantur. Inde illa quæſtio exoritur, an eadem ratione per caſus duci externa, qua noſtra, conueniat. Ac ſi reperias grammaticum veterum amatorem neget quicquam ex Latina ratione mutandum: quia cum ſit apud nos caſus ablatiuus, quem illi non habent, parum conueniat, vno caſu noſtro, quinque Græcis vti. Quin etiam laudet virtutem eorum, qui potentiorem facere linguam Latinam ſtudebant, nec alienis egere inſtitutis fatebantur, inde *Caſtórem* media ſyllaba producta pronuntiarunt: quia hoc omnibus noſtris nominibus accidebat, quorum prima poſitio in eaſdem quas Caſtor literas exit: & vt *Palæmo*, ac *Thelamo*, & Plato: (nam ſic eum Cicero quoque appellat:) dicerentur, retinuerunt: quia Latinum quod o & n literis finiretur, non reperiebant. Ne in a quidem atque s literas exire temere maſculina Græca nomina recto caſu patiebantur: ideoque & apud Cælium legimus, *Pelia Cincinnatus*: & apud Meſſalam, *Benefecit Euthia*: & apud Ciceronem, *Hermagora*: ne miremur quod ab antiquorum pleriſque *Ænea* & *Anchiſa* ſit dictus. Nam ſi vt *Mecœnas*, *Suffenas*, *Aſprenas* dicerentur, genitiuo caſu non e litera, ſed tis ſyllaba terminarentur. Inde *olýmpo* & *tyránno* acutam mediam ſyllabam dederunt, quia duabus longis ſequentibus primam breuem acui noſter ſermo non patitur. Sic genitiuus *Achylli* * & *Vlyſſi* * cit, ſic alia plurima.

¶ Nunc recentiores inſtituerunt Græcis nominibus Græcas declinationes potius dare: quod tamen ipſum non ſemper fieri poreſt. Mihi autem placet Latinam rationem ſequi quouſque patitur decor. Neque enim iam Calypſonem dixerim, vt Iunonem: quanquam ſecutus antiquos C. Cæſar vtitur hac ratione declinandi. Sed autoritatem conſuetudo ſuperauit. In cæteris quæ potuerunt vtroque modo non indecēter efferri, qui Græcam figuram ſequi malit, non Latine quidem, ſed citra reprehenſionem loquetur. Simplices voces, prima

Oratio-nis virtutes & vitia.

tas Liuii, Pro Milone. Serm. 2. Sat. 6. Martial: lib. 12.

* *Circo. Romanus ſermo ex Græco conuerſus.*

Propria nomina in s.

In as.

Rhet. 1. & in Bruto.

* *per ſynkreſin ab* Achilleus & Vlyſſeus.

*2. de Orat. In Orator. & Quintil. inf lib. 6. cap. de riſu. Ouid libr. II. Faſt. * Suouetaurilia. Liu. deca. prima. lib. I. Odyſſea 8. Vide Crinit. lib. 9. cap. 5.*

ma poſitione, id eſt, natura ſua conſtant; compoſitæ aut præpoſitionibus ſubiunguntur, vt innocens interdum repugnantibus interſe duabus, quale eſt imperterritus; alioqui poſſunt aliquando continuari duæ, vt *incompoſitus*, *reconditus*, & quo Cicero vtitur. *ſubabſurdum*. Aut è duobus quaſi corporibus coaleſcunt, vt *maleficus*. Nam ex tribus noſtræ vtiq; linguæ non conceſſerim; quamuis *capſis* Cicero dicat compoſitum eſſe ex *cape ſi vis*; & inueniantur qui *Lupercalia* æque tres partes orationis eſſe contendant, quaſi *luere per caprum*. nam * *Solitaurilia* iam perſuaſum eſt eſſe ex *ſue, oue, & tauro*. & ſane ita ſe habet ſacrum quale apud Homerum quoque eſt. Sed hæc non tam ex tribus, quam ex particulis trium coeunt. Cæterum etiam ex præpoſitione & duobus vocabulis dure videtur ſtruxiſſe Pacuuius:

—*Nerei*

Repandi roſtrum incuruiceruicum pecus.

Iunguntur autem aut ex duobus Latinis integris, vt *ſuperfui*, *ſubterfugi*, (quanquam ex integris an compoſita ſint, quæritur:) aut ex integro & corrupto, vt *maleuolus*; aut ex corrupto & integro, *vt noctiuagus*: aut ex duobus corruptis, vt *pediſequus*: aut ex noſtro & peregrino, vt *biclinium*: aut contra, vt *epitogium*, & *Anticato*: aut ex duobus peregrinis, vt *epirrhedium*.

Cic. in Orat.

Nam cum ſit præpoſitio ἐπὶ Græca, *rheda* Gallicum: nec Græcus tamen nec Gallus vtitur compoſito. Romani ſuum ex alieno vtroque fecerunt. Frequenter autem propoſitiones quoque copulatio iſta corrumpit: inde *abſtulit*, *aufugit*, *amiſit*: cum præpoſitio ſit *ab*, ſola: & *coit*, cum ſit præpoſitio *con*: ſic *ignaui*, & * *erepti*, & ſimilia.

** èrep.*

Sed res tota magis Græcos decet, nobis minus ſuccedit: nec id fieri natura puto, ſed alienis fauemus, ideoque cum κυρταύχενα mirati ſumus, *incuruiceruicum* vix à riſu defendimus. Propria ſunt verba, cum id ſignificant in quod primum denominata ſunt. Tranſlata cum alium natura intellectum, alium loco præbent. Vſitatis tutius vtimur: noua non ſine quodam periculo fingimus. Nam ſi recepta ſunt, modicam laudem afferunt orationi: repudiata, etiam in iocos exeunt.

*Cic. 1. de nat. Deor. Hom. 4. Ilia & Odyſſ 9. * ἀσομ.*

Audendum tamen: nanque vt Cicero ait, etiam quæ primo dura viſa ſunt, vſu molliuntur. Sed minime nobis conceſſa eſt ὀνοματοποιΐα. quis enim ferat ſiquid ſimile illis merito laudatis, λίγξε βιὸς, & σίζει* ὀφθαλμὸς, fingere audeamus? Iam ne *balare* quidem aut *hinnire* fortiter diceremus, niſi iudicio vetuſtatis niterentur.

Sermo ex quibus conſtet.

De quatuor quibus ſermo conſtat.
CAP. VI.

ARGVMENTVM.

Profert quatuor quibus ſermo conſtat, rationem, authoritatem, vetuſtatem, & conſuetudinem. Rationem duobus conſtare, analogia præcipue, & etymologia. Analogiam duplici ratione exigi, comparatione ſimilium, & diminutione. Comparationem aut genere deprehendi, aut declinatione. Genere: vt cum panus maſculinum ſit, ſic etiam funis. Declinatione: vt cum ornatus, quarta ſit: ita ſenatus. Diminutione: vt cuius generis ſit diminutiuum, eiuſdem intelligatur eſſe & primitiuum, vt cum funiculus maſculini ſit generis, eiuſdem intelligatur funis. Primam etiam poſitionem ex obliquis inueniri: vt cum cecidi à cado ſit, ſic & pepigi à pago. Verum cum analogia ſibi plurimis in locis repugnet, rationem eius per omnia duci non poſſe. Quare eruditorum quorundam nimiam curioſitatem circa hanc partem irridendam, qua per eam omnia defendere velint, cum in plurimis vſui & conſuetudini cedat. ¶ *Addit, etymologiam, quam alii originationem, Cicero notationem vocauerit, habere in ſe multam eruditionem vel cum ex Græcis orta tractet, vel tum ex hiſtoriis veterum, nomina hominum, locorum, gentium, vrbium, requirat: vt unde Bruti, Publicolæ. Et hanc neceſſarium habere vſum quoties res de qua quæritur, interpretatione eget: vt ſi dicat Cicero aſſiduum ab æſſibus dandis, locupletem. Verum & hanc aliquando conſuetudini ſeruire, vt in triquetra & meridie. Quare hic non aliter quam in analogia eruditos nimis curioſos vides, qui ad hanc omnia exigentes, ad fœdiſſima vſque ludibria dilabantur. Vetera orationi maieſtatem afferre cum delectatione, modo non ſit nimis crebra, & ab vltimis & iam obliteratis temporibus repetita: qualia ſint* Topper & Antigerio. ¶ *Similem eſſe circa autoritatem rationem: quare videndum eſſe non ſolum quid dixerint quantumuis magni, ſed quid perſuaſerint. Nam hoc tempore laturum neminem tuburchinabundum & lurchabundum, quibus Cato vſus ſit.* ¶ *In conſuetudine conſtituendum inprimis quid conſuetudinem vocari velimus: nempe loquendo conſenſum eruditorum, ſicut viuendo conſenſum bonorum.*

EST etiam ſua loquentibus obſeruatio, ſua ſcribentibus. Sermo conſtat ratione, vetuſtate, authoritate, conſuetudine. Rationem præſtat præcipue Analogia, nonnunquam & Etymologia. Vetera, maieſtas quædã, & vt ſic dixerim, religio commendat, Authoritas ab oratoribus vel hiſtoricis peti ſo-

Loquentiũ & ſcribentium vt ſit ſua peculiaris ob-

ſeruatio. Sermo ex quibus conſtet.

Æneid. 11. *Ecl.* 3. & 1.

Conſuetudinis vis.

Analogia quæ & illius vſus ſeu vis.

let. nam poëtas metri neceſſitas excuſat, niſi ſiquando nihil impediente in vtroque modulatione pedum, alterum malunt: qualia ſunt, —*Imo de ſtirpe reciſum.* & *Aeria quo congeſſere palumbes.* &, —*Silice in nuda.* & ſimilia: cum ſummorum in eloquentia virorum iudicium pro ratione, & vel error honeſtus eſt magnos duces ſequentibus. Conſuetudo vero certiſſima loquendi magiſtra: vtendumque plane ſermone, vt nummo: cui publica forma eſt. Omnia tamen hæc exigunt acre iudicium, analogia præcipue, quam proxime ex Græco transferentes in Latinum, proportionem vocauerunt. Eius hæc vis eſt, vt id quod dubium eſt, ad aliquid ſimile de quo non quæritur, referat: vt incerta certis probet. Quod efficitur duplici via: comparatione ſimilium in extremis maximè ſyllabis, (propter quod ea quæ ſunt è ſingulis, negantur debere rationem) & diminutione. Comparatio in nominibus, aut genus deprehendit, aut declinationem: Genus, vt ſi quæratur, *funis* maſculinum ſit, an fœmininum, ſimile illi ſit panis. Declinationem, vt ſi veniat in dubium, *hac domu* dicendum ſit, an *hac domo*, & *domum* an *domorum* ſimilia ſint *domus, anus, manus*. Diminutio genus modo detegit: & ne ab eo eodem exemplo recedam, funem maſculinum eſſe funiculus oſtendit.

Fatendi. i. Indicandi.

¶ Eadem in verbis quoque ratio comparationis: vt ſi quis antiquos ſequutus *feruere* breui media ſyllaba dicat, deprehendatur vitioſe loqui, quod omnia quæ e & o literis fatendi modo terminantur, eadem ſi in infinitis e literam media ſyllaba acceperunt, vtique productam habent, *prandeo, pendeo, ſpondeo, prandere, pendere, ſpondere.* At quæ o ſolam habent, dummodo per eandem literam in infinito exeant, breuia fiunt, *lego, dico, curro, legere, dicere, currere,* etiamſi eſt apud Lucillium,

Feruit aqua, & feruet: feruit nunc, feruet ad annum.

Sed pace dicere hominis eruditiſſimi liceat, ſi *feruit* putat illi ſimile *currit & legit*, *feruo*, dicetur, vt *curro & lego*. quod nobis inauditum eſt. Sed non eſt hæc vera comparatio: nam *feruit* illi eſt ſimile *ſeruit*: quam proportionem ſequenti dicere neceſſe eſt feruire, vt ſeruire. Prima quoque aliquando poſitio ex obliquis inuenitur, vt memoria repeto conuictos à me qui reprehenderant quod hoc verbo vſus eſſem, pepigi. Nam id quidem dixiſſe ſummos autores confitebantur, rationem tamen negabant permittere: quia prima poſitio *paciſcor*, cum

habere:

haberet naturam patiendi, faceret tempore præterito *pactus* ſum. Nos præter autoritatem oratorum atque hiſtoricorum analogia quoque dictum tuebamur. Nam quum in XII. tabulis legeremus, *Ni ita pagunt*: inueniebamus ſimile huic, *cadunt*, inde prima poſitio, etiamſi vetuſtate exoleuerat, apparebat, *pago*, vt *cado*: vnde non erat dubium ſic *pepigi* nos dicere, vt *cecidi*. Sed meminerimus non per omnia duci analogiæ poſſe rationem, cum ſibi ipſa plurimis in locis repugnet. Quædam ſine dubio conantur eruditi defendere, vt cum deprehenſum eſt, *lepus* & *lupus* ſimili poſitione, quantum caſibus numeriſque diſſentiant: ita reſpondent, non eſſe paria, quia lepus epicœnum ſit, lupus maſculinum: quanquam Varro in eo libro quo initia vrbis Romæ enarrat, lupum fœminam dicit, Ennium Pictoremque Fabium ſecutus. Illi autem iidem cum interrogantur cur *aper* *apri*, & *pater patris* faciat: illud nomen poſitum, hoc ad aliquid eſſe contendunt. Præterea quoniam vtrunque à Græco ductum ſit, ad eam rationem recurrunt, vt πατρὸς patris, κάπρου capri faciat. Illa tamen quomodo effugient, vt nomina quamuis fœminina ſingulari nominatiuo, u, s, literis finita, nunquam genitiuo caſu in ris ſyllabam terminantur, faciat tamen *Venus Veneris*? Item cum e, s, literis finita, per varios exeant genitiuos, nunquam tamen eadem *ris* ſyllaba terminatos, *Ceres* cogat dici *Cereris*? Quid vero quæ tota poſitionis eiuſdem, in diuerſos flexus exeunt? cum *Alba* faciat *Albanos* & *Albenſes*; *Volo*, *volui* & *volaui*. Nam præterito quidem tempore variè formari verba prima perſona o, litera terminata, ipſa analogia confitetur. Si quidem facit *Cado cecidi*, *Spondeo ſpopondi*, *Pingo pinxi*, *Lego legi*, *Pono poſui*, *Frango fregi*, *Laudo laudaui*. Non enim cum primum fingerentur homines, analogia demiſſa cœlo formam loquendi dedit: ſed inuenta eſt: poſtquam loquebantur, & notatum in ſermone, quid quomodo caderet. itaque non ratione nititur, ſed exemplo: nec lex eſt loquendi, ſed obſeruatio: vt ipſam analogiam nulla res alia fecerit, quam conſuetudo. Inhærent tamen quidam moleſtiſſima diligentiæ peruerſitate, vt *audaciter* potius dicant quam *audacter*, licet omnes oratores aliud ſequantur: & *emicauit*, non *emicuit*: & *conire*, non *coire*. His permittamus & *audiuiſſe*, & *ſciuiſſe*, & *tribunale*, & *faciliter*, dicere; *frugalis* quoque ſit apud illos, non *frugi*: nam quo alio modo fiat *frugalitas*? Iidem *centum millia nummum*, & *fidē Deum*, oſten-

Sermo quibus conſtet.

Locus ex xii. tabul.

Analogiæ ratio vt nō per omnia duci poſſit.

Lupus vt ſit fœmineum.

oſtendant duplices ſolœciſmos eſſe, quando & caſum mutant, & numerum. Neſciebamus enim, ac non conſuetudini & decori ſeruiebamus: ſicut in plurimis quæ Tullius in Oratore diuinè, vt omnia, exequitur. Sed Auguſtus quoque in epiſtolis

C. Cæſarem Agrippæ & Iulia filium, quem adoptauit Auguſtus. Sueto.

ad C. Cæſarem ſcriptis emendat, quod, is *calidum* dicere quam *caldum* malit: non quia illud non ſit Latinum, ſed quia ſit odioſum, & vt ipſe Græco verbo ſignificauit, περίεργον. Atqui hanc quidam ὀρθοέπιαν ſolam putant, quam ego minime excludo. Quid enim tam neceſſarium, quam recta locutio? Immo inhærendum ei iudico quoad licet: diu etiam mutantibus repugnandum: ſed abolita atque abrogata retinere, inſolentiæ cuiuſdam eſt, & friuolæ in paruis iactantiæ. Multum enim

Locutio recta quam neceſſaria.

literatus, qui ſine aſpiratione & producta ſecunda ſyllaba ſalutarit, *auete* (eſt enim) & *calefacere* dixerit potius quam quod dicimus, & *conſeruauiſſe*: his adiiciat *face & dice*, & ſimilia. Recta eſt hæc via; quis negat? ſed adiacet & mollior & magis trita. Ego tamen non alio magis angor, quam quod obliquis caſibus ducti etiam primas ſibi poſitiones non inuenire, ſed mutare permittunt: vt cum *ebur & robur*, ita dicta ac ſcripta ſummis authoribus, in o, literam ſecundæ ſyllabæ transferunt, quia ſit *roboris & eboris*: *ſulfur* autem & *guttur*, v, literam in genitiuo ſeruent: ideoque etiam *iecur & femur* controuerſiam fecerunt, quod non minus eſt licentioſum, quam ſi *ſulfuri & gutturi* ſubiicerent in genitiuo literam o mediam, quia eſſet *eboris & roboris*: ſicut Antonius Gnipho, qui *robur* quidem & *ebur* atque etiam *marmur* fatetur eſſe, verum fieri vult ex his *robura, ebura, marmura*. Quod ſi animaduerterent literarum affinitatem, ſcirent ſic ab eo quod eſt *robur, roboris* fieri: quomodo ab eo quod eſt *miles, limes, militis limitis: index vindex: indicis vindicis*: & quæ ſupra iam attigi. Quid? non ſimiles quoque (vt dicebam) poſitiones, in longe diuerſas figuras per obliquos caſus exeunt? vt *virgo, Iuno, fuſus, luſus, cuſpis, puppis*, & mille alia? cum illud etiam accidat, vt quædam pluraliter non dicantur; quædam contra ſingulari numero; quædam caſibus careant: quædam à primis ſtatim poſitionibus tota mutentur, vt *Iupiter*. Quod verbis etiam accidit, vt *fero tuli*: cuius præteritum perfectum, & vlterius non inuenitur. Nec plurimum refert, nulla hæc, an prædura ſint. Nam quid *progenies* genitiuo ſingulari, quid plurali *ſpes* faciet? Quomodo autem *quire & ruere*, vel in præterita patiendi modo, vel in participia tranſibunt? Quid de

Gnipho grammaticus, quem & Cicero, teſte Tranquillo, audiit.

aliis

aliis dicam, cum *Senatus ſenatus ſenatui*; an *ſenatus ſenati ſe-nato* faciat, incertum ſit? Quare mihi non inuenuſtè dici videtur, aliud eſſe Latinè, aliud Grammaticè loqui. Ac de analogia vel nimium.

Sermo ex quibus conſtet.

¶ Etymologia, quæ verborum originem inquirit, à Cicerone dicta eſt notatio, quia nomen eius apud Ariſtotelem inuenitur σύμβολον, quod eſt *nota*: nam verbum è verbo dictum, id eſt, *veriloquium*, ipſe Cicero qui finxit, reformidat. Sunt qui vim potius intuiti, *originationem* vocent. Hæc habet aliquando vſum neceſſarium, quoties interpretatione res de qua quæritur, eget. vt cum M. Cælius ſe eſſe hominem frugi vult probare, non quia abſtinens ſit: (nam id ne mentiri quidem poterat:) ſed quia vtilis multis, id eſt fructuoſus, vnde ſit dicta *frugalitas*. Ideoque in definitionibus aſſignatur etymologiæ locus. Nonnunquam etiam barbara ab emendatis conatur diſcernere, vt cum Triquetram dici Siciliam, an *Triquedram*: *meridiem, an medidiem* oporteat, quæritur, aliaque quæ conſuetudini ſeruiunt. Continet autem in ſe multam eruditionem, ſiue illa ex Græcis orta tractemus, quæ ſunt plurima, præcipueque Æolica ratione (cui eſt ſermo noſter ſimillimus) declinata: ſiue ex hiſtoriarum veterum notitia, nomina hominum, locorum, gentium, vrbium requiramus. vnde *Bruti, Publicolæ*, **Pici* cur Latium, Italia, Beneuentum: quæ Capitolium, collem Quirinalem, & Argiletum appellandi ratio. Iam illa minora, in quibus maxime ſtudioſi eius rei fatigantur, qui verba paulum declinata, varie & multipliciter ad veritatem reducunt, aut correptis aut porrectis, aut adiectis aut detractis, aut permutatis literis ſyllabiſve. Inde prauis ingeniis ad fœdiſſima vſque ludibria dilabuntur: ſitne *Conſul* à conſulendo, an à iudicando: nam & hoc *Conſulere* veteres appellauerunt: vnde adhuc remanet illud, *Rogat, boni conſulas*: id eſt, *bonum iudices*. Senatui nomen dederit ætas: nam ii-dem Patres ſunt: & Rex, rector: & alia plurima indubitata. Nec abnuerim *tegulæ, regulæque*, & ſimilium his, rationem. Iam ſit & *claſſis* à *calando*, & *lepus leuipes*, & *vulpes volipes*: etiamne à contrariis aliqua ſinemus trahi? vt *lucus*, quia vmbra opacus, parum luceat? & *ludus*, quia ſit longiſſime ab luſu? & *dis* quia minime diues? Etiamne *hominem* appellari, quia ſit humo natus? (quaſi vero non omnibus animalibus eadem origo, aut illi primi mortales ante nomen impo-

De Etymologia quæ & Notatio dicta.

In Topic. Ariſt. lib. περὶ ἑρμηνείας.

Frugalitas vnde dicta.

Cic. in Orat.

** Pythici.*

Conſulere *vetuſtum & quid.*

Boni conſulere.

fuerint terræ, quam ſibi) & *verba* ab aere verberato? Pergamus: ſic perueniemus eouſque, vt *ſtella*, luminis ſtilla credatur: cuius etymologiæ autorem, clarum ſane in literis, nominari ea parte qua à me reprehenditur, inhumanum eſt. Qui vero talia libris comi lexi ſunt, nomina ſua ipſi inſcripſerunt, ingenioſeque ſibi viſus eſt Caius Grauius * *celibes* dicere veluti *calites*, quod onere grauiſſimo vacent, idque Græco argumento. ἠϊθέους enim eadem de cauſa dici affirmat. Nec ei cedit Modeſtus inuentione. nam quia Cœlo Saturnus genitalia abſciderit, hoc nomine appellatos qui vxore careant. At * L. Ælius *pituitam*, quia petat vitam. Sed cui non poſt Varronem ſit venia? qui *agrum*, quod in eo agatur aliquid: & *graculos*, quia gregatim volent, dictos, Ciceroni perſuadere voluit, cum alterum ex Græco ſit manifeſtum duci, alterum ex vocibus auium: Sed huic tanti fuit vertere, vt *merula*, quia ſola volat, quaſi mera volans nominaretur. Quidam non dubitauerunt etymologiæ ſubiicere omnem nominis cauſam: vt ex habitu: quemadmodum dixi, longos, & rufos: ex ſono ſtrepere, murmurare: etiam deriuata, vt a velocitate dicitur *velox*: & compoſita pleraque his ſimilia, quæ ſine dubio aliunde originem ducunt; ſed arte non egent, cuius in hoc opere non eſt vſus niſi in dubiis.

** al. Caninius legit Valla in Dialecticis: al. Gabinius.*

** Lælius. Lib. 4. de lingua Latina.*

Vid. Sup. cap. 4.

De verbis vetuſtis: & quatenus iis vtendū.

¶ Verba à vetuſtate repetita, non ſolum magnos aſſertores habent, ſed etiam afferunt orationi maieſtatem aliquam, non ſine delectatione: nam & autoritatem antiquitatis habent: & quia intermiſſa ſunt, gratiam nouitati ſimilem parant. Sed opus eſt modo, vt neque crebra ſint hæc, neque manifeſta, quia nihil eſt odioſius affectatione: nec vtique ab vltimis & obliteratis repetita temporibus, qualia ſunt *topper*, & *antigerio*, & *exantlare*, & *proſapia*, & Saliorum carmina vix ſacerdotibus ſuis ſatis intellecta. Sed illa mutari vetat religio, & conſecratis vtendum eſt. Oratio vero, cuius ſumma virtus eſt perſpicuitas, quam ſit vitioſa, ſi egeat interprete? Ergo vt nouorum optima erunt maxime vetera, ita veterum maxime noua. Similis circa auctoritatem ratio. Nam etiam ſi poteſt videri nihil peccare, qui vtitur iis verbis quæ ſummi authores tradiderunt, multum tamen refert non ſolum quid dixerint, ſed etiam quid perſuaſerint. Neque enim *tuburchinabundum & lurchabundum* iam in nobis quiſquam ferat, licet Cato ſit autor: nec *hos lodices*, quanquam id Pollioni placeat: nec *gladiola*, atqui Meſſala dixit: nec *parricidatum*, quod in Cœ-

Affectatio odioſa.

Perſpicuitas Orationis virtus ſumma.

De Autoritate.

in Cœlio vix tolerabile videtur: nec *colloſ* mihi Caluus perſuaſerit: quæ nec ipſi iam dicerent.

Sermo ex quibus conſtet.

¶ Supereſt igitur conſuetudo, nam fuerit pene ridiculum malle ſermonem quo locuti ſunt homines, quam quo loquantur. Et ſane quid eſt aliud vetus ſermo, quam vetus loquendi conſuetudo? Sed huic ipſi neceſſarium eſt iudicium, conſtituendumque in primis, id ipſum quid ſit, quod conſuetudinem vocemus. Quæ ſi ex eo quod plures faciunt, nomen accipiat, periculoſiſſimum dabit præceptum, non orationis modo, ſed (quod maius eſt) vitæ. Vnde enim tantum boni, vt pluribus quæ recta ſunt placeant? Igitur vt velli, & comam in gradus frangere, & in balneis * perpotare, quamlibet hæc inuaſerint ciuitatem, non erit conſuetudo, quia nihil horum caret reprehenſione: at leuamus & tondemus & conuiuimus ex conſuetudine: ſic in loquendo, non ſi quid vitioſe multis inſederit, pro regula ſermonis accipiendum erit. Nam vt tranſeam quemadmodum vulgo imperiti loquuntur, tota ſæpe theatra, & omnem Circi turbam exclamaſſe barbarè ſcimus. Ergo conſuetudinem ſermonis, vocabo conſenſum eruditorum: ſicut viuendi, conſenſum bonorum.

De conſuetudine vide Gellium lib. 1. cap. 10.

* *al.* perpotare.

De Orthographia.

CAP. VII.

ARGVMENTVM.

Poſt rationem loquendi, ad ſcribendi regulam accedit: hanc Græcis Orthographiam dictam: locum habere in dubiis, quo apice ſignandæ, neque enim in aliis deſiderari, quia his quæ natura verbi ſatis pateant, apponere apicem ſit ineptiſſimum. At inmalus pro Arbore, & palus ſecundæ declinationis, longa nota monendos eſſe. Conducere & ad hoc orthographiam, vt quo pacto præpoſitiones cum verbis iungendæ ſint ſciamus: vt ex, cum ſpecto, remanente ſ, exſpecto: cum pecto, remota ſ, expecto. Nam in iis ſolum fieri, in quibus id dubie propter affinitatem ſuboriri poſſit. Præpoſitiones per d, ſcribendas, vt ad: aduerbia & coniunctiones per t: at. ſet. Quædam quæ per b ſcribantur, magis efferri per p, obtinuit. Per n, ſcripta, commutari in m, immunis. In compoſitione manentibus omnibus, mediam literarum conſonantem ſequenti iungi, aruſpex: quia ſit à ſpectando. Contra in abſtemius priori, quia ſit ex abſtinentia temeti, abſtemius. Orthographiam

quoque conſuetudini ſeruire. Olim ſemiuocales non fuiſſe geminatas. Ciceronis temporibus ſ, literam mediam vocalium longarum, vel ſubiectam longis, geminatam: vt diuiſſio, cauſſas. Vſum fuiſſe ei diphthongi vbi eſſet i, in pluralibus & in datiuis ſingularibus; quod ſuperuacuum erat. Et ai pro æ, in genitiuis & datiuis prima, vt aulai, aquai. Quædam eſſe quæ ſcribantur aliter quam enuntientur, Cneus. Caius. Alioqui ſic ſcribendum eſſe quodque, quomodo ſonat: niſi contra conſuetudo obtinuerit,

Scribentibus quæ cuſtodienda Orthographia quæ.

NVnc quoniam diximus quæ ſit loquendi regula, dicendum quæ ſcribentibus cuſtodienda: quod Græci ὀρθογραφίαν vocant, nos recte ſcribendi ſcientiam nominemus. Cuius ars non in hoc poſita eſt, vt nouerimus quibus quæque ſyllaba literis conſtet: (nam id quidem infra grammatici officium eſt:) ſed totam, vt mea fert opinio, ſubtilitatem in dubiis habet: vt longis ſyllabis omnibus

Quando apicis appoſitio neceſſaria.

apponere apicem, ineptiſſimum eſt, quia plurimæ natura ipſa verbi quod ſcribitur patent: ſed interim neceſſarium, cum eadem litera alium atque alium intellectum, prout, correpta vel producta eſt, facit: vt *malus*; vtrum arborem ſignificet, an hominem non bonum: apice diſtinguitur. P*alus* aliud priore ſyllaba longa, aliud ſequenti ſignificat: & cum eadem litera nominatiuo caſu breuis, ablatiuo longa eſt, vtrum ſequamur, plerunque hac nota monendi ſumus Similiter putauerunt illa quoque ſeruanda diſcrimina, vt *ex* præpoſitionem ſi verbum ſequeretur *ſpecto*, adiecta ſecundæ ſyllabæ ſ litera, *expecto*: ſed ſi *pecto*, remota ſ ſcriberemus. Illa quoque ſeruata eſt à multis differentia, vt *ad* cum eſſet præpoſitio, d literam: cum autem coniunctio, t acciperet. Item *cùm* ſi tempus ſignificaret, *per q: ſi *comitem*, per

**per q, u, e, m: ſi comitem, per c, u, m.*

c: ſi verò cauſam, per q, ac duas ſequentes u u, ſcriberetur. Frigidiora his alia, vt *quicquid*, c quartam haberet, ne interrogare bis videremur. Et *quotidie*, non *cotidie*, vt ſit, quot diebus. * Verum hæc iam inter ipſas ineptias euanuerunt.

** vide Vallam lib. 6. cap. 60.*

Quæri ſolet in ſcribendo, præpoſitiones, ſonum quem iunctæ efficiunt, an quem ſeparatæ, obſeruare conueniat: vt cum dico, *obtinuit*. ſecundam enim b literam ratio poſcit, aures magis audiunt p. Et inmunis, illud n, quod veritas exigit ſequentis ſyllabæ ſono victum, m gemina commutatur. Eſt etiam in diuidendis verbis obſeruatio, mediam literam conſonantem priori an ſequenti ſyllabæ adiungas. *Aruſpex* enim

In verbis diuidendis obſeruatio.

quia

quia pars eius poſterior à ſpectando eſt, ſ, literam tertiæ dabit: *abſtemius*, quia ex abſtinentia temeti compoſita vox eſt, primæ relinquetur. Nam K, quidem in nullis verbis vtendum puto, niſi quæ ſignificat, etiam vt ſola ponatur. Hoc eo non omiſi, quod quidam eam quoties a ſequatur neceſſariam credunt: cum ſit c littera, quæ ad omnes vocales vim ſuam perferat. Verum orthographia quoq; conſuetudini ſeruit, ideoque ſæpe mutata eſt. Nam illa vetuſtiſſima transeo tempora, quibus & pauciores literæ, nec ſimiles his noſtris earum formæ fuerunt, & vis quoque diuerſa: ſicut apud Græcos o literæ, quæ interim longa ac breuis, vt apud nos: interim pro ſyllaba quam nomine ſuo exprimit, poſita eſt: vt Latinis veteribus d plurimis in verbis vltimam adiectam: quod manifeſtũ eſt etiã ex columna roſtrata quæ eſt C. Duellio in foro poſita. *Plin. li. 34. Cap 5.* Interim g quoque, vt in puluinari Solis qui colitur iuxta ædẽ Quirini, *vesperug*: quod veſperuginem accipimus. De mutatione etiam literarum, de qua* ſupra dixi, nihil repetere hic **Cap. 4.* neceſſe. Fortaſſe enim ſicut ſcribebant, etiam ita loquebantur. Semiuocales non geminare, diu fuit vſitatiſſimi moris: atque econtrario vſque ad Accium & vltra, porrectas ſyllabas geminis, vt dixi, vocalibus ſcripſerunt. Diutius durauit vt e, i, iungendis, eadem ratione qua Græci ει, vterentur. ea caſibus numeriſque diſcreta ſunt, vt Lucillius præcipit. *Iam puereiuenere*, e poſtremum facito, atque i,

Vt puerei plures fiant. ac deinceps idem,

Mendacei furciq; addese, cùm dare furiei, Iuſſeris.

Quod quidem cum ſuperuacuum eſt, quia i, tam longæ quàm breuis naturam habet: tum incommodum aliquando. Nam in iis, quæ proximam ab vltima literam e habebunt, & i longa terminabuntur, illam rationem ſequentes, vtemur e gemina, qualia ſunt hæc, *aureei*, *argenteei* & ſimilia: idque iis præcipuè qui ad lectionem inſtituentur, etiam impedimento erit: ſicut in Græcis accidit adiectione i literæ: quam non ſolum datiuis caſibus in parte vltima aſcribunt, ſed quibuſdam etiam interponunt, vt in ληιστῆ, quia etymologia ex diuiſione inter* ſyllabas facta, deſideret eam literam. æ ſyllabam, **in triſyllabu.* cuius ſecundam nunc e literam ponimus, varie per a & i efferebant, quidam ſemper vt Græci: quidam ſingulariter tantum, cum in datiuum vel genitiuum caſum incidiſſent, vnde *pictai* veſtis, & *aquai*, Virgilius amantiſſimus vetuſtatis, carminibus inſeruit. In iiſdem plurali numero e vtebantur, hi

Æn. lib. 9. & 3.

Vide Cæliũ li. 14. ca. 39. & Politia. miſcell. 48.

Sylla, Galba. Eſt in hac quoq; parte Lucilij præceptum: quod quia pluribus explicatur verſibus, ſi quis parum credat, apud ipſum in nono requirat. Quid quod Ciceronis temporibus, paulumque infra fere quoties ſ litera media vocalium longarum, vel ſubiecta longis eſſet, geminabatur? vt *cauſſa, caſſiſus, diuiſſiones*: quo modo & ipſum, & Virgilium quoque ſcripſiſſe, manus eorum docent. Atqui paulum ſuperiores, etiam illud quod nos gemina ſ dicimus *tuſſi*, vna dixerunt *tuſi*. Etiam *optimus, maximus*, vt mediam i literam, quæ veteribus u fuerat, acciperent, C. primum Cæſaris inſcriptione traditur factum. *Here*, nunc e litera terminamus: at veterum Comicorum adhuc libris inuenio, *Heri ad me venit*. Quod idem in epiſtolis Auguſti, quas ſua manu ſcripſit, aut emendauit, deprehenditur. Quid? non Cato Cenſorius, *dicam & faciam, & dicem & faciem* ſcripſit? eundemque in cæteris quæ ſimiliter cadunt, modum tenuit? quod & ex veteribus eius libris manifeſtum eſt, & à Meſſalla in libro de S litera poſitum. *Sibe & quaſe*, ſcriptum in multorum libris eſt: ſed an hoc voluerint autores, neſcio: T. Liuium ita his vſum, ex Pediano comperi, qui & ipſe eum ſequebatur, hæc nos i litera finimus. Quid dicam *vortices* & *vorſus*, cæteraque ad eundem modum, quæ primo Scipio Africanus in e literam ſecundam vertiſſe dicitur? Noſtri præceptores *ceruom ſeruomque*, u & o literis ſcripſerunt, quia ſubiecta ſibi vocalis in vnum ſonum coaleſcere, & confundi nequiret: nunc u gemina ſcribuntur, ea ratione quam *reddidi: neutro ſane modo vox quam ſentimus, efficitur. Nec inutiliter Claudius Æolicam illam ad hos vſus F literam adiecerat. Illud nunc melius, quod, *Cui*, tribus quas propoſui literis enotamus: in quo, pueris nobis, ad pinguem ſane ſonum, * *qu & oi* vtebatur; tantũ vt ab illo *Qui*, diſtingueretur. Quid, quæ ſcribuntur aliter quam enunciantur? Nam Gaius C litera notatur, quæ inuerſa Ↄ, mulierem declarat; quia tam *Caias* eſſe vocitatas, quam, *Caios*, etiam ex nuptialibus ſacris apparet. Nec Cneus * eam literam in pronominis nota accipit, quæ ſonat *columna* * exempta n litera, & *Conſules*, geminata s litera Coſs. legimus: & *Suburra* quum tribus literis notatur, * e tertiam oſtendit. Multa ſunt generis huius: ſed hæc quoque vereor ne modum tam paruæ quæſtionis exceſſerint. Iudicium autem ſuum Grammaticus interponat his omnibus. Nam hoc valere plurimum debet. Ego (niſi quod con-

** Supra cap. 4.*

** Quoi. Vide Polit. ca. 89. miſcel.*

Inuerſa litera C, quid denotet.

** Geneus Sexto Pompeio ſcribitur à generando.*

conſuetudo obtinuerit) ſic ſcribēdum quicque iudico, quomodo ſonat. Hic enim vſus eſt literarum, vt cuſtodiant voces, & velut depoſitum reddant legentibus. itaque id exprimere debent, quod dicturi ſumus. Hæc fere ſunt emendate loquendi ſcribendique partes: quas reliquas, ſignificanter ornateq; dicendi, non equidem grammaticis aufero: ſed cum mihi officia Rhetoris ſuperſint, maiori* operi reſeruo. Redit autem illa cogitatio, quoſdam fore, qui hæc quæ diximus, parua nimium, & impedimenta quoque maius aliquid agendi, putent. Nec ipſe ad extremam vſque anxietatem, & ineptas cauillationes deſcendendum, atq; his ingenia concidi & cōminui credo. Sed nihil ex grammatica nocuerit, niſi quod ſuperuacuum eſt. An ideo minor eſt M. Tullius orator, quod idem artis huius diligentiſſimus fuit, & in filio (vt in epiſtolis apparet,) recte loquendi vſquequaq; aſper quoq; exactor? Aut vim C. Cæſaris fregerunt editi de analogia libri? Aut ideo minus Meſſala nitidus, quia quoſdam totos libellos non de verbis modo ſingulis, ſed etiam literis dedit? Non obſtant hæ diſciplinæ per illas euntibus, ſed circa illas hærentibus.

Lectio Pueri.

* *& columna & Coss. exempta n litera legimus.*

**Sue. à pago Succuſano.*

Literarum vſus.

* *Infra. Lib. 8.*

De lectione pueri.

CAP. VIII.

ARGVMENTVM.

Hactenus de his quæ ad methodicen grammaticam pertinebant, nunc quæ ad hiſtoricen ſiue exegeticen, proponit. In legendi ratione docendum puerum eſſe, vbi ſuſpendere ſpiritum debeat, quo loco verſum diſtinguere, vbi claudatur ſenſus, vnde incipiat, quando attollenda vel ſubmittenda vox, quid lentius, celerius, concitatius, lenius dicendum. Lectionem virilem eſſe debere, & cum ſuauitate grauem. Et quia teneræ mentes altius trahant quicquid rudibus annis inſederit, placere, vt lectio ab Homero & Virgilio incipiat, vt præter alia commoda ſublimitate carminis heroici animus aſſurgat, & magnitudine rerum ſpiritum ducat. ¶ Vtiles eſſe etiam & tragœdos. Alere lyricos, ſi partes operum præſertim quæ vacant obſcœnitate, eligantur. Elegiam quæ amat, repudiandam, Comœdiam quæ plurimum ad eloquentiam conferat, cum mores erunt in tuto, inter præcipua legendam. In quibus grammatici officium ſit, curare partes orationis ſibi ſoluto verſu reddi, & pedum proprietates, vt quæ barbara, quæ impropria, deprehendat: oſtendatque vel venia digna propter neceſſitatem, vel etiam laudi ducenda: vt etiam demonſtret quot quæque

verba

verba modis intelligenda ſint. ¶ *Circa gloſſemata quoque, id eſt voces minus vſitatas, pueros diligenter exerceat* ¶ *Praterea tropos maiore cura. & figuras tum ſententiarum tum verborum excutiat. His etiam vt accedat enarratio hiſtoriarum non nimis operoſa.* Nam *fabulas etiam contemptiſſimas perſequi, eſſe inſani. In omnibus doceat qua in œconomia virtus, quid in decoro rerum, quid perſona cuique conueniat, quid in ſenſibus, vbi copia probabilis, vbi modus.*

Lectionis ratio.

SVpereſt lectio: in qua puer vt ſciat vbi ſuſpendere ſpiritum debeat, quo loco verſum diſtinguere, vbi claudatur ſenſus, vnde incipiat, quando attollenda vel ſummittenda ſit vox, quid quoque flexu, quid lentius, celerius, concitatius, lenius dicendum, demonſtrari niſi in opere ipſo non poteſt. Vnum eſt igitur quod in hac parte præcipiam: Vt omnia iſta facere poſſit, intelligat. Sit autem * in primis lectio virilis, & cum ſuauitate quadam grauis: & non quidem proſæ ſimilis, quia carmen eſt, & ſe poetæ canere teſtantur: non tamen in canticum diſſoluta, nec plaſmate (vt nunc à pleriſque fit) effœminata. de quo genere optime C. Cæſarem prætextatum adhuc accepimus dixiſſe: *Si cantas, male cantas: ſi legis, cantas.* Nec proſopopœias, vt quibuſdam placet, ad comicum morem pronuntiari velim, eſſe tamen flexum quendam, quo diſtinquantur ab iis in quibus poeta perſona ſua vtetur. Cætera admonitione magna egent: in primis, vt teneræ mentes, tracturæque altius quicquid rudibus & omnium ignaris inſederit, non modo quæ diſerta, ſed vel magis quæ honeſta ſunt, diſcant: ideoq; optime inſtitutum eſt, vt ab Homero atq; Virgilio lectio inciperet: quanquã ad intelligendas eorum virtutes, firmiore iudicio opus eſſet. ſed huic rei ſupereſt tempus: neque enim ſemel legentur. Interim & ſublimitate heroici carminis animus aſſurgat: & ex magnitudine rerum ſpiritum ducat, & optimis imbuatur. Vtiles tragœdiæ. Alunt & lirici: ſi tamen in his non autores modo, ſed etiam partes operis elegeris. Nam & Græci licenter multa, & Horatium in quibuſdam nolim interpretari. Elegia vero, vtique quæ amat, & hendecaſſyllaba, quibus ſunt commata ſotadeorum: (nam de ſotadeis * ne præcipiendum quidem eſt:) amoueantur, ſi fieri poteſt: ſi minus, certe ad firmius ætatis robur reſeruentur. Comœdiæ, quę plurimum cõferre ad eloquentiam poteſt, cum per omnes & perſonas & affe-

** Poetarum in primis lectio vt pueris vtilis.*

Vide Cæliũ Rhodig. li. 5. ca. 24.

Poetarum principes Homerus & Virgilius.

Tragœdiarum vtilitas.

Horatii lectio vt non in omnibus vtilis.

** Sotadei*

affectus eat, quem vſum in pueris putē, paulo poſt ſuo loco, dicam. Nam cum mores in tuto fuerint inter præcipua legenda erit. de Menandro loquor: nec tamen excluſerim alios. Nam latini quoque autores afferent vtilitatis aliquid. Sed pueris, quæ maxime ingenium alant, atque animum augeāt, prælegenda: cæteris quæ ad eruditionem modo pertinent, lōga ætas ſpatium dabit. Multum autem veteres etiam Latini conferunt, quanquam plerique plus ingenio quam arte valuerunt. in primis copiam verborum, quorum in tragœdiis grauitas, in comœdiis elegantia, & quidam velut ἀττικισμὸς inueniri poteſt. Oeconomia quoq; in his diligentior, quam in pleriſque nouorum erit, qui omnium operum ſolam virtutem ſententias putauerunt. Sanctitas certe, &, vt ſic dicam, virilitas ab his petenda, quando nos in omnia delitiarum genera vitiaque, dicendi quoque ratione defluximus. Denique credamus ſummis oratoribus, qui veterum poemata vel ad fidem cauſſarum, vel ad ornamentum eloquētiæ aſſumunt. Nam præcipue quidem apud Ciceronem, frequenter tamen apud Aſinium etiam, & cæteros, qui ſunt proximi, vidimus Ennii, Accii, Pacuuii, Lucillii, Terentii, Cæcilii, & aliorum inſeri verſus, ſumma non eruditionis modo gratia, ſed etiam iucunditatis: cum poeticis voluptatibus aures à forenſi aſperitate reſpirent. quibus accedit non mediocris vtilitas, cum ſententiis eorum velut quibuſdam teſtimoniis, quæ propoſuere confirment. Verum priora illa ad pueros magis, hæc ſequentia ad robuſtiores pertinebūt: cum grammatices amor, & vſus lectionis, non ſcholarum temporibus, ſed vitæ ſpatio terminentur. In prælegendo grammaticus & illa quidem minora præſtare debebit, vt partes orationis reddi ſibi ſoluto verſu deſideret, & pedum proprietates: quæ adeo debent eſſe notæ in carminibus, vt etiam in oratoria compoſitione deſiderentur: deprehendatque quæ barbara, quæ impropria, quæ contra legem loquendi ſint poſita: non vt ex his vtique improbentur poetæ: (quibus quia plerunque metro ſeruire coguntur, adeo ignoſcitur, vt vitia ipſa aliis in carmine appellationibus nominentur. metaplaſmos enim, & ſchematiſmos, & ſchemata, vt dixi, vocamus, & laudē virtutis neceſſitati damus:) ſed vt commoneat artificialium, & memoriam agitet. Id quoque inter prima rudimenta non inutile, demonſtrare quot quæque verba modis intelligenda ſint. Circa gloſſemata

Lectio pueri.

fuerunt Cinadi vt colligere licet ex Cœl. Rhodig. 7. ca. 16.

Comœdiarum & Tragœdiarum vtilitas. vid. inf. ca. 11.

Pro Cœlio, pro Cor. Balbo, in Antoniū, in Piſonem.

Veteres poeta.

Sup. cap. 5. de virtutib. & vitiis orationis.

Gloſſemata.

ſemata etiam, id eſt voces minus vſitatas, non vltima eius profeſſionis diligentia eſt. Enimuero iam maiore cura doceat tropos omnes, quibus præcipue non poema modo, ſed etiam oratio ornatur: ſchemata vtraque, id eſt figuras, quæque λέξεως, quæque διανοίας vocantur: quorum ego, ſicut troporum tractatum in eum locum differo, quo mihi de ornatu orationis dicendum erit. Præcipue vero illa infigat animis, quæ in œconomia virtus, quæ in decoro rerum: quid perſonæ cuiq; conuenerit: quid in ſenſibus laudandum, quid in verbis: vbi copia probabilis, vbi modus. His accedat enarratio hiſtoriarum, diligens quidem illa, non tamen vſque ad ſuperuacuum laborem occupata. Nam receptas, aut certe claris autoribus memoratas expoſuiſſe ſatis eſt. Perſequi quidem quod quiſque vnquam vel contemptiſſimorum hominum dixerit, aut nimiæ miſeriæ, aut inanis iactantiæ eſt: & detinet atque obruit ingenia melius aliis vacatura. Nam qui omnes etiam indignas lectione ſchedas excutit, anilibus quoque fabulis accommodare operam poteſt. Atqui pleni ſunt eiuſmodi impedimentis grammaticorum cōmentarii, vix ipſis qui compoſuerunt, ſatis noti. Nam Didymo quoque, quo nemo plura ſcripſit, accidiſſe compertum eſt, vt cum hiſtoriæ cuidam tā quam vanæ repugnaret, ipſius proferretur liber, qui eam continebat. Quod euenit præcipue in fabuloſis vſque ad ridicula, quædam etiam pudenda: vnde improbiſſimo cuique pleraque fingendi licentia eſt, adeo vt de libris totis, & autoribus, vt ſuccurrit, mentiatur tuto; quia inueniri, qui nunquam fuere, non poſſunt. Nam in notioribus frequentiſſime deprehenduntur à curioſis. Ex quo mihi inter virtutes grammatici habebitur, aliqua neſcire.

Lib. 8.

Grammaticorum commentarii vt vitandi.

Ignorantia vt interdū vtilis.

De officio grammatici, & quæ primordia ſint dicendi.

Cap. IX.

Argvmentvm.

Perfecti duabus grammatica partibus, nempe methodice, & hiſtorice, adiicit veluti corollarium grammaticorum cura quadam dicendi primordia: Fabellas primum Aeſopicas, & earum tradendarum rationem: chrias etiam & ethologias, atq; ſententias: & chriarum plura genera, aliud voce ſimplici, aliud in reſpondēdo, aliud in facto, aliud huic pene par, quod chriodes appellant.

Et

Oratori artiũ plurium ſcientia an neceſſaria.

ET finitæ quidem ſunt partes duæ, quas hæc profeſſio pollicetur, id eſt ratio loquendi, & enarratio autorum: quarum illam methodicen, hanc hiſtoricen vocant. Adiiciamus tamen eorum curę quædam dicendi primordia, quibus ætates nondum rhetorem capientes inſtituant. Igitur Æſopi fabellas, quæ fabulis nutricularum proxime ſuccedunt, narrare ſermone puro, & nihil ſe ſupra modum extollente, deinde eandem gracilitatem ſtylo exigere condiſcant: Verſus primo ſoluere, mox mutatis verbis interpretari; tum paraphraſi audacius vertere, qua & breuiare quædam, & exornare, ſaluo modo poetæ ſenſu, permittitur. Quod opus, etiam conſummatis profeſſoribus difficile, qui commode tractauerit, cuicunque diſcendo ſufficiet. Sententiæ quoque & chriæ & ethologiæ* ſubiectis dictorum rationibus apud grammaticos ſcribantur, quia initium ex lectione* ducunt. Quorum omnium ſimilis eſt ratio, forma diuerſa: quia ſententia vniuerſalis eſt vox; ethologia* perſonis continetur.

Grammatices partes duæ, loquendi ratio & Authorum enarratio.

Æſopicarũ fabularum vtilitas.

* *Al.* ætiologiæ.

* *ratione.*

* *ætiologia*

¶ Chriarum plura genera traduntur. Vnum ſimile ſententiæ, quod eſt poſitum in voce ſimplici, *Dixit ille.* aut, *Dicere ſolebat.* Alterum, quod eſt in reſpondendo: *Interrogatus ille.* vel, *Cum hoc ei dictum eſſet, reſpondit.* Tertium huic non diſſimile, cum quis non dixiſſet, ſed aliquid feciſſet. Etiam in ipſis factis eſſe chriam putant, vt Crates cum indoctum puerum vidiſſet, pædagogum eius percuſſit. Et aliud pene par ei, quod tamen eodem nomine appellare non audent, ſed dicunt χρειῶδες: vt, Milo quem vitulum aſſueuerat ferre, taurum ferebat. In his omnibus & declinatio per eoſdem ducitur caſus, & tam factorum quam dictorum ratio eſt.

Chriarum vt genera plura.

¶ Narratiunculas à poetis celebratas, notitiæ cauſa non eloquentiæ tractandas puto. Cætera maioris operis ac ſpiritus, Latini rhetores relinquendo, neceſſaria grammaticis fecerũt: Græci magis operum ſuorum & onera & modum norunt.

An oratori futuro neceſſaria ſit plurium artium ſcientia.

CAP. X.

ARGVMENTVM.

Puerum hactenus à grammaticis doctum, priuſquam rhetori tradatur, vt efficiatur orbis ille doctrinæ, quem Græci encyclopædiam vocant, mathematicis inſtituendum contendit: quæ etiam ſi in dicendo ſe non oſtendunt & proferunt, vim tuam oc-

culta

Digitized by Google

culte ſuggerere, & tacite ſentiri confirmat, nec aliter ex iis oratorem conſummatum effici, quam antidota & pharmaca ex multis diuerſas vires habentibus perfectiſſima, aut meliarto florum ac ſuccorum genere ſuauiſſimum euadere. ¶ Primam mathematicarum muſicam tractat, cuius laudes primum ab efficientibus, adiunctis exemplis, & teſtimoniis maiorum celebrat. Deinde ad vſum eius accedit, eamque apud veteres coniunctam cum grãmatica fuiſſe probat. Oratorem enim ab ea petere numeros, qui in corpore ſint, & in voce, quorum alii ad geſtum, alij ad collocationem verborum, ad flexus vocis alii pertineant. ¶ Denique de qua muſica præcipiat oſtendit, nempe non de effœminata, & impudicis modis fracta, ſed de graui & ſancta, rationisque cognitionem habente: quæ ad mouendos leniendosque affectus plurimum valeat ¶ Geometriam probat oratori eſſe neceſſariam, eamque late accipiendo ad arithmeticam & aſtrologiam extendit. ſummas & cõputationes incidere frequẽter in cauſas, quæ arithmetices beneficio ſint explicandæ. Eſſe etiam & ſæpe de terminis, menſuris, finibus & magnitudinibus controuerſias: quare lineares illas formas tenendas eſſe. Porro maiorem geometriæ cum arte oratoria eſſe cognationem, propter ordinem vtrobique neceſſariũ. nam quod in demonſtrando faciant geometræ, vt ex prioribus probent inſequentia, ex certis incerta: idem facere & oratores dicendo. hinc ſecundum pleroſque cum dialectica maiorem habere affinitatem. Geometriæ vſum aliquem formis ſubiectis commonſtrat: & formam quidem orbicularem eſſe omnium capaciſſimam & perfectiſſimam, quadratam triangulis eſſe perfectiorẽ, triangula æquis lateribus, inæqualibus: & hanc ſe tollere vſque ad rationem mundi: vnde numeris cognoſcimus certos eſſe ſyderum conſtitutoſque curſus: quod & ad oratorem pertinere ſubiectis exemplis probat.

HÆc de grammatica, quã breuiſſime potui: non vt omnia dicerem, ſectatus, quod infinitũ erat: ſed vt maxime neceſſaria: nunc de cæteris artibus, quibus inſtituendos prius quam tradantur rhetori, pueros exiſtimo, ſtrictim ſubiungã, vt efficiatur orbis ille doctrinæ, quã Græci ἐγκυκλον παιδείαν vocant. Nam iiſdẽ fere annis aliarum quoq; diſciplinarũ ſtudia ingredienda ſunt: quæ quia & ipſæ artes ſunt, & *eſſe perfecta ſine his orandi ſcientia non poteſt, nec rurſus ad efficiendum oratorem ſatis valent ſolæ: an ſint huic operi neceſſariæ, quæritur Nam quid, inquiunt, ad agendã cauſam, dicendam-

* *Al.* & eſſe perfectæ ſine or. ſ. poſſunt, nec rurſ. &c.

Oratoriũ artiũ pluriũ an ſcientia neceſſaria.

ve ſententiam pertinet, ſcire quemadmodum in data linea conſtitui triangula æquis lateribus poſſint? Aut quo melius vel defendet reum, vel reget conſilia, qui citharæ ſonos nominibus & ſpaciis diſtinxerit? Enumerent etiam fortaſſe multos, quamlibet vtiles foro, qui nec geometren audiuerint, nec muſicos niſi hac communi voluptate aurium intelligant. Quibus ego primum hoc reſpondeo, quod & M. Cicero ſcripto ad Brutum libro frequentius teſtatur, non eum à nobis inſtitui oratorem, qui ſit, aut fuerit: ſed imaginem quandam concepiſſe nos animo perfecti illius, ex nulla parte ceſſantis. Nam & ſapientem formantes eũ, qui ſit futurus conſummatus vndique, & (vt dicunt) mortalis quidam deus, non modo cognitione cœleſtium vel mortalium putant inſtituendum, ſed per quædam parua ſane, ſi ipſa demum æſtimes, ducunt ſicut exquiſitas interim ambiguitates. Non quia Ceratinæ* aut Crocodilinæ poſſint facere ſapientem, ſed quia illum ne in minimis quidem oporteat falli. Similiter oratorem, (qui debet eſſe ſapiens,) non geometres faciet, aut Muſicus, quæque his alia ſubiungam, ſed hæ quoque artes vt ſit conſummatus, iuuabunt. Niſi forte antidotum quidem, atque alia quæ morbis aut vulneribus medentur, ex multis atque interim contrariis quoque inter ſe effectibus componi videmus, quorum ex diuerſis fit illa miſtura vna; quæ nulli earum ſimilis eſt quibus conſtat, ſed proprias vires ex omnibus ſumit: & muta animalia mellis illum inimitabilem humanæ rationi ſaporem, vario florum ac ſuccorum genere perficiunt: nos mirabimur, ſi oratio, qua nihil præſtantius homini dedit prouidentia, pluribus artibus eget: quæ etiam cum ſe non oſtendunt in dicendo, nec proferunt, vim tamen occultam ſuggerunt, & tacite quoque ſentiuntur. Fuit aliquis ſine his diſertus: at ego oratorem volo. Non multum adiiciunt: ſed æque nõ erit totum, cui vel parua deerunt: & optimum quidem hoc eſſe conueniẽt, cuius etiam ſi in arduo ſpes eſt, nos tamen præcipiamus omnia, vt ſaltem plura fiant. Sed cur deficiat animus? Natura enim perfectum oratorem eſſe non prohibet: turpiterque deſperatur, quicquid fieri poteſt. Atque ego vel iudicio veterum poteram eſſe contentus.

*Vid. Politian. Miſcel. cap. 54. & 55. Vid. & Cœl Rho. 30. c. 1

Oratio in hominem præſtantiſſimum demum vt pluribus egeat artibus.

Cic. 3. de Orat.

¶ Nam quis ignorat muſicen, (vt de hac primum loquar,) tantum iam illis antiquis temporibus non ſtudii modo, verumetiam venerationis habuiſſe, vt iidem muſici & vates & ſapientes iudicarentur? mittam alios, Orpheus* & Linus:

Muſica laus.

**Vid. Cic. 3. de Orator. & Strabo. 1. de geogra. li. & 10.*

quorum vtrunque diis genitum, alterum vero, quod rudes quoque atque agreſtes animos admiratione mulceret, non feras modo, ſed ſaxa etiam ſyluaſque duxiſſe, poſteritatis memoriæ traditū eſt. Et Timagenes autor eſt, omnium in literis ſtudiorum antiquiſſimam muſicen extitiſſe: & teſtimonio ſunt clariſſimi poetæ, apud quos inter regalia conuiuia laudes heroum ac deorum ad citharam canebantur. Iopas vero ille Virgilii nonne canit

Vir. ecl. 4.

—errantem Lunam, Soliſq; labores? &c.

Horat in art. Apud Hom. Achilles, & Phemius. Odyſſ. 1. Æneid. 1. & eclog. 4. Vide Macro l 2. ſomn. Scipio. Cic. in Cato. Valer. lib. 2. tit. de inſtit. antiqui. & Gel. lib 1. c. 11. Lib. 2. de legib.

Quibus certe palam confirmat autor eminentiſſimus, muſicen cum diuinarum etiam rerum cognitione eſſe coniunctam. Quod ſi datur, erit etiam oratori neceſſaria. Siquidē (vt diximus) hæc quoq; pars, quæ ab oratoribus relicta, à philoſophis eſt occupata, noſtri operis fuit: ac ſine omnium talium ſcientia non poteſt eſſe perfecta eloquentia. Atque claros nomine ſapientiæ viros, nemo dubitauerit ſtudioſos muſices fuiſſe, quum Pythagoras atque eum ſecuti, acceptam ſine dubio antiquitus opinionem vulgauerint, mundum ipſum ſiue eius ratione eſſe compoſitum, quam poſtea ſit lyra imitata. Nec illa modo contenti diſſimilium concordia, quam vocant ἁρμονίαν, ſonum quoque his motibus dederunt. Nam Plato cum in aliis quibuſdam, tum præcipue in Timæo, ne intelligi quidem niſi ab iis, qui hanc quoque partem diſciplinæ diligenter perceperint, poteſt. Quid de Philoſophis loquor, quorum fons ipſe Socrates iam ſenex inſtitui lyra non erubeſcebat? Duces maximos & fidibus & tibiis ceciniſſe traditum, & exercitus Lacedæmoniorum muſicis accenſos modis. Quid autem aliud in noſtris legionibus cornua ac tubæ faciunt? quorum concentus quanto eſt vehementior, tanto Romana in bellis gloria cæteris præſtat. Non igitur fruſtra Plato ciuili viro, quem πολιτικὸν vocant, neceſſariam muſicen credidit.

**Stoicos intellige.*

Et eius *ſectæ, quæ aliis ſeueriſſima, aliis aſperrima videtur, principes in hac fuere ſententia, vt exiſtimarent ſapientum aliquos nonnullam operam in his ſtudiis accommodaturos.

Muſices vtilitas.

Lycurgus duriſſimarum Lacedæmoniis legum autor, muſices diſciplinam probauit. Atque eam natura ipſa videtur ad tolerandos facilius labores velut muneri nobis dediſſe. Siquidem & remiges cantus hortatur: nec ſolum in iis operibus, in quibus plurium conatus præeunte aliqua iucunda voce conſpirat, ſed etiam ſingulorum fatigatio quamlibet ſe rudi modulatione ſolatur. Laudem adhuc dicere artis pul-

cherri-

cherrimæ videor, nondum tamen eam oratori coniunge- re. Tranſeamus igitur id quoque, quod grammatice quon- dam ac muſice iunctæ fuerunt. Siquidem Architas atque Ariſtoxenus etiam ſubiectam grammaticen muſicæ putaue- runt: & eoſdem vtriuſque rei præceptores fuiſſe, cum So- phron oſtendit mimorum quidem ſcriptor; ſed quem Plato adeo probauit, vt ſuppoſitos capiti libros eius, cum morere- tur habuiſſe credatur: tum Eupolis, apud quem Prodamus & muſicen, & literas docet. Et Maricas, qui eſt Hyperbo- lus, nihil ſe ex muſicis ſcire, niſi literas confitetur. Ariſtopha- nes quoque non vno libro ſic inſtitui pueros antiquitus ſoli- tos eſſe demonſtrat. Et apud Menandrum in Hypobolimæo, ſenex repoſcenti filium patri, velut rationem impendiorum quæ in educationem contulerat, opponens, pſaltis ſe & geo- metris multa dicit dediſſe. Vnde etiam ille mos, vt in conui- uiis poſt cœnam circumferretur lyra: cuius cum ſe imperi- tum Themiſtocles confeſſus eſſet, vt verbis Ciceronis vtar, habitus eſt indoctior. Sed veterum quoque Romanorum e- pulis fides ac tibias adhibere moris fuit. Verſus quoque Salio- rum habent carmen. Quæ cum omnia ſint a Numa rege inſtituta, faciunt manifeſtum, ne illis quidem qui rudes ac bellicoſi videntur, curam muſices, quantum illa recipiebat ætas, defuiſſe. Denique in prouerbium vſque Græcorum celebratum eſt, Indoctos à muſis atque gratiis abeſſe. Ve- rum quid ex ea proprie petat futurus orator, diſſeramus. Numeros muſice duplices habet, in vocibus, & in corpo- re. vtriuſque enim rei aptus quidam modus deſideratur. Vocis rationem Ariſtoxenus muſicus diuidit in ῥυθμὸν, & * μέλος ἔμμετρον: quorum alterum modulatione, alterum canore ac ſonis conſtat. Num igitur non hæc omnia o- ratori neceſſaria? quorum vnum ad geſtum, alterum ad collocationem verborum, tertium ad flexus vocis, qui ſunt in agendo quoque plurimi, pertinet. Niſi forte in carmi- nibus tantum & canticis exigitur ſtructura quædam, & inoſ- fenſa copulatio vocum in agendo ſuperuacua eſt: aut non compoſitio & ſonus in oratione quoque varie pro rerum modo adhibetur, ſicut in muſice. Nanque & voce & modu- latione grandia elate, iucunda dulciter, moderata leniter ca- nit; totaque arte conſentit cum eorum quæ dicuntur, affe- ctibus. Atqui in orando quoque intentio vocis, remiſſio, fle- xus, pertinet ad mouendos audientium affectus: aliaque &

Oratori artium plurium ſcientia neceſſaria.

Ariſtopha. in Nebu.

In ἱκκεῦσι.

Tuſcul. 1.

Muſices ignari vt olim contempti.

** Alii legũt, & μέλος, & μέτρον. Vide Gell. lib. 16. c. 18. & Boetium de Muſica lib. 1.*

In orando quæ requiruntur. collocationis & vocis (vt eodem vtar verbo) modulation: qua concitationem Iudicum, alia miſericordiam petamus : cum etiam organis, quibus ſermo exprimi non poteſt, affici animos in diuerſum habitum ſentiamus. Corporis quoque decens & aptus motus, qui dicitur εὐρυθμία, eſt neceſſarius : nec aliunde peti poteſt: in quo pars actionis nō minima conſiſtit qua de re ſepoſitus* nobis eſt locus. Age, ſi habebit in primis curam vocis orator, quid tam Muſices proprium? Sed ne hæc quidem præſumenda pars eſt : vt vno interim contenti ſimus exemplo C. Gracchi præcipui ſuorum temporum oratoris, cui concionanti conſiſtens poſt eum muſicus, fiſtula quam τονάριον vocant, modos quibus deberet intendi, miniſtrabat. Hæc ei cura inter turbidiſſimas actiones, vel terrenti optimates, vel iam timenti fuit. Libet propter quoſdam imperitiores, etiam craſſiore, vt vocãt, muſa, dubitationem huius vtilitatis eximere. Nam poetas certe legendos oratori futuro conceſſerint: num igitur hi ſine muſice? At ſi quis tam cæcus animi eſt, vt de aliis dubitet : illos certe, qui carmina ad lyram compoſuerunt. Hæc diutius forent dicenda, ſi hoc ſtudium velut nouum præciperem. Cum vero antiquitus vſque à Chirone atque Achille ad noſtra tempora apud omnes, qui modo legitimam diſciplinam non ſint peroſi, durauerit, non eſt committendum vt illa dubia faciam defenſionis ſolicitudine. Quamuis autem ſatis iam ex ipſis quibus ſum modo vſus exemplis, credam eſſe manifeſtum, quæ mihi, & quatenus muſice placeat : apertius tamen profitendum puto, non hanc a me præcipi, quæ nunc in ſcenis effœminata, & impudicis mōdis fracta, non ex parte minima, ſi quid in nobis virilis roboris manebat, excidit: ſed qua laudes fortium canebantur, quaque & ipſi fortes canebant, nec pſalteria & ſpadicas, etiam virginibus probis recuſanda : ſed cognitionem rationis, quæ ad mouendos leniendoſque affectus plurimum valet. Nam & Pythagoram accepimus, concitatos ad vim pudicæ domui afferendam iuuenes, iuſſa mutare in Spondeum modos tibicina, compoſuiſſe : & Chryſippus etiam nutricum quæ adhibentur infantibus, allectationi ſuum quoddam carmen aſſignat. Eſt etiam non inerudite ad declamandum ficta materia, in qua ponitur tibicen qui ſacrificãti Phrygium cecinerat, acto illo in inſaniam, & per præcipitia delato, accuſari, quod cauſa mortis extiterit. quæ ſi dici debet ab oratore, nec dici citra ſcientiam muſices poteſt, quomodo non hanc

*Lib. 11.

Cic. de Ora. & Gel. lib. 1. c. 11.

Cælius lib. 5. c. 23.

Boetius in proœmio de muſica.

De harmonia multa Athenæus lib. 14.

hanc quoque artem neceſſariam eſſe operi noſtro vel iniqui conſentiant.

¶ In geometria partem fatentur eſſe vtilem teneris ætatibus. agitari namque animos atque acui ingenia, & celeritatem percipiendi venire inde, concedunt: ſed prodeſſe eam non vt cæteras arteis, cum perceptæ ſint, ſed cum diſcatur, exiſtimant. Id vulgaris opinio eſt. Nec ſine cauſa ſummi viri etiam impenſam huic ſcientiæ operam dederunt. Nam quum ſit geometria diuiſa in numeros atque formas: numerorum quidem notitia non oratori modo, ſed cuicunque primis ſaltem literis erudito, neceſſaria eſt. In cauſis vero vel frequentiſſime verſari ſolet: in quibus actor non dico ſi circa ſummas trepidat, ſed ſi digitorum ſaltem incerto aut indecoro geſtu à computatione diſſentit iudicatur indoctus. Illa vero linearis ratio, & ipſa quidem cadit frequenter in cauſas. nam de terminis menſuriſque ſunt lites: ſed habet maiorem quandam aliã cũ arte oratoria cognationem. Iam primum ordo eſt geometriæ neceſſarius: nonne & eloquentiæ? Ex prioribus geometria probat inſequentia, & certis incerta: nonne id in dicendo facimus? Quid? illa propoſitarum quæſtionum cõcluſio, non tota fere conſtat ſyllogiſmis? propter quod plures inuenias qui dialecticæ ſimilem, quam qui rhetoricæ fateantur hanc artẽ. Verum & orator, etiam ſi raro, non tamen nunquam probabit dialectice. Nam & ſyllogiſmis, ſi res poſcet, vtetur: & certe enthymemate, qui rhetoricus eſt ſyllogiſmus. Denique probationũ quæ ſunt potentiſſimæ, γραμμικαὶ ἀποδείξεις vulgo dicũtu. Quid autẽ magis oratio quã probationẽ petit? Falſa quoq; veriſimilia, geometria ratione deprehendit. Fit hoc & in numeris per quaſdã quas ψευδογραφίας vocant: quibus pueri ludere ſolebamus. Sed alia maiora ſunt. Nam quis non ita proponenti credat: Quorum locorũ extremæ lineæ eandem menſuram colligunt, eorum ſpatiũ quoq; quod his lineis continetur, par ſit neceſſe eſt? At id falſum eſt. Nam plurimum refert cuius ſit formæ ille circuitus: reprehenſiq; à geometris ſunt hiſtorici, qui magnitudines inſularum ſatis ſignificari nauigationis ambitu crediderunt. Nã vt quæq; forma perfectiſſima, ita capaciſſima eſt. Ideoq; illa circuncurrens linea ſi efficiet orbem, quæ forma eſt in planis maxime perfecta, amplius ſpatiũ complectetur, quã ſi quadratum paribus oris efficiat. Rurſus quadrata triangulis, triãgula ipſa plus æquis lateribus quam inæqualibus. Sed alia forſitan obſcuriora: nos facillima

Oratori vt artium plurium ſcientia neceſſaria.

Geometria vt oratori vtilis.

Arithmeticen ſub Geometria comprehendit, vt paulo poſt Aſtrologiam.

Dialectica & Rhetorica oratori neceſſaria.

Ariſt. in poſter. analyticu.

*al. probationibus.

Orbicularis lineæ.

etiam imperitis ſequamur experimentum. Iugeri menſuram, ducentos & quadraginta longitudinis pedes eſſe, dimidioque in latitudinē patere, non fere quiſquam eſt qui ignoret, & qui ſit circuitus, & quantū campi claudat, colligere expeditum. At centeni & octogeni in quamq; partem pedes, idē ſpatium extremitatis, ſed multo amplius *diuiſæ quatuor lineis areæ faciunt. Id ſi computare quē piget, breuioribus numeris idē diſcat. nā deni in quadrū pedes, quadraginta per orā, intra centū erūt. At ſi quindeni per latera, quini in fronte ſint: ex illo quod amplectuntur, quartā deducent eodem circunductu. Si vero porrecti vtrinq; vndeuiceni ſingulis diſtent, non plures intus quadratos habebunt, quam per quot longitudo ducetur, quæ circumibit autem linea, eiuſdem ſpatii erit cuius ea quæ centum continet. Ita quicquid formæ quadrati detraxeris, āplitudini quoq; peribit. Ergo etiam id fieri poteſt, vt maiore circuitu minor loci amplitudo claudatur. Hoc in planis. Nam in collibus vallibuſq; etiam imperito patet plus ſoli eſſe quā cæli. Quid quod ſe eadem geometria tollit ad rationem vſque mundi? in qua cum ſiderum certos conſtitutoſq; curſus numeris docet, diſcimus nihil eſſe inordinatum atq; fortuitum: quod ipſum nonnunquam pertinere ad oratorem poteſt. An vero cum Pericles Athenienſes Solis obſcuratione territos, redditis eius rei cauſis, metu liberauit: aut cum Sulpitius ille Gallus in exercitu L. Pauli de Lunæ defectione diſſeruit, ne velut prodigio diuinitus facto militum animi terrerentur, non videtur eſſe vſus oratoris officio? Quid ſi Nicias in Sicilia ſciſſet, non eodem confuſus metu pulcherrimum Athenienſium exercitum perdidiſſet: ſicut Dion, cum ad deſtruendam Dionyſii tyrannidem venit: non eſt tali caſu deterritus. Sint exempla licet vſus bellici, tranſeamuſq; quod Archimedes vnus obſidionem Syracuſarum in longius traxit: illud vtique iam proprium eſt ad efficiēdum quod intendimus, plurimas quæſtiones, quarum difficilior alia ratione explicatio eſt, vt de ratione diuidendi, defectione in infinitum, de celeritate augendi, linearibus illis probationibus ſolui ſolere: vt ſi eſt oratori (quod proximus demonſtrabit liber) de omnibus rebus dicendum, nullo modo ſine geometria eſſe poſſit orator.

**al. clauſæ*

Aſtrologia vtilitas.

Plutar. in vita Periclis.

Plin. lib. 2. cap. 12.

Valer. lib. 8. cap. 1.

Thucyd. lib. 7.

Plutar. in vita Dionis, & Marcelli.

Ca de materia Rhetorices.

De

Inſtitutio pronunciationis & geſtus.

De prima pronuntiationis & geſtus inſtitutione.

CAP. XI.

ARGVMENTVM.

Comœdo & palæſtritæ operam aliquam propter pronuntiationem, geſtum & motum, dandam cenſet. Non quia puerum fœmineæ vocis exilitate frangi, aut ſeniliter tremere, aut ebrietatis effingere vitia, & corporis cura mentem obruere oporteat, ſed vt eorum imitatione oris vitia emendet; geſtum & motum quantum oratoris grauitas poſtulat, componat: quomodo narrandum, qua ſit autoritate ſuadendum, quidque ſingulis partibus agendum, diſcat. Ad quæ omnia plurimum profuturum ſit, ſi electa ex grauibus orationibus ediſcere, & ſtans ea dicere, & quemadmodum agere oporteat, cogatur.

DAndum aliquid comœdo quoque, dum eatenus, qua pronuntiandi ſcientiam futurus orator deſiderat. Non enim puerum quem in hoc inſtituimus, aut fœmineæ vocis exilitate frãgi volo, aut ſeniliter tremere. Nec vitia ebrietatis effingat, nec ſeruili vernilitate imbuatur: nec amoris, auaritiæ, metus diſcat affectum: quæ neque oratori ſunt neceſſaria & mentem præcipue in ætate prima teneram adhuc & rudem inficiunt. NAM FREQVENS imitatio tranſit in mores. Ne geſtus quidem omnis ac motus à comœdis petendus eſt. Quanquam enim vtrunque eorum ad quendam modum præſtare debet orator: plurimum tamen aberit à ſcenico, nec vultu nec manu nec excurſionibus nimius. Nam ſi qua in his ars eſt dicentium, ea prima eſt ne ars eſſe videatur. Quod eſt igitur in his doctoris officium? In primis vitia ſi qua ſunt oris, emendet: vt expreſſa ſint verba, vt ſuis quæque literæ ſonis enuntientur. Quarundam enim vel exilitate vel pinguedine nimia laboramus: quaſdam velut acriores parum efficimus, & aliis non diſſimilibus, ſed quaſi hebetioribus permutamus. Quippe ρ literæ, qua Demoſthenes quoque laborauit, λ ſuccedit: quarum vis eſt apud nos quoque. Et cum c ac ſimiliter r non valuerunt, in g ac d molliuntur. Ne illas quidem circa ſ literam delicias hic magiſter feret: nec verba in faucibus patietur audiri, nec oris inanitate reſonare: nec, quod minime ſermoni puro conueniat: ſimplicem vocis naturam pleniore quoddam ſono circunlinire, quod Græci καταπεπλασμένον dicunt ſic appellatur cantus tibiarum, quæ

Pronunciatio in oratore quæ requiratur & quis geſtus.

Cælius lib. 7. cap. 22.

Cicer. 1. de Oratore.

Vide Halicar. in art.

præcluſis quibus clareſcunt foraminibus, recto modo exitu grauiorem ſpiritum reddunt. Curabit etiam ne extremæ ſyllabæ intercidant, vt par ſibi ſermo ſit: vt quoties exclamandum erit, laterum conatus ſit ille, non capitis: vt geſtus ad vocem, vultus ad geſtum accommodetur. Obſeruandum erit etiam, vt recta ſit facies dicentis: ne labra d ſtorqueantur: ne immodicus hiatus rictum diſtendat: ne ſupinus vultus, ne deiecti in terram oculi, ne inclinata vtrolibet ceruix. Nam frons pluribus generibus peccat. Vidi multos quorum ſupercilia ad ſingulos vocis conatus alleuarentur, aliorum conſtricta, aliorum etiam diſſidentia, cum altero in verticem tenderent, altero pene oculus ipſe premeretur. Infinitum autem, vt mox dicemus, in his quoque rebus momentum eſt. Et nihil poteſt placere, quod non decet. Debet etiam docere comœdus quomodo narrandum, qua ſit authoritate ſuadendum: qua concitatione conſurgat ira, qui flexus deceat miſerationem. Quod ita optime faciet, ſi certos ex comœdiis elegerit locos, & ad hoc maxime idoneos, id eſt actionibus ſimiles. Iidem autem non ad pronuntiandum modo vtiliſſimi, verum ad augendum quoque eloquentiam maxime accommodati erunt. Et hæc, dum infirma ætas maiora non capiet. Cæterum cũ legere oratores oportebit, cum virtutes earum iam ſentiet, tum mihi diligens aliquis ac peritus aſſiſtat: neque ſolum lectione formet, verumetiam ediſcere electa ex his cogat, & ea dicere ſtantem clare, & quemadmodum agere oportebit, vt protinus pronuntiatione *vocem & memoriam exerceat. Ne illos quidem reprehendendos putem, qui paulum etiam palæſtricis vacauerint. Non de his loquor, quibus pars vitæ in oleo, pars in vino conſumitur, qui corporis cura mentem obruerunt (hos enim abeſſe ab eo quem inſtituimus, quam longiſſime velim:) ſed nomen eſt idem iis à quibus geſtus motuſque formantur: vt recta ſint brachia, ne indoctæ ruſticæue manus, ne ſtatus indecorus, ne qua in proferendis pedibus inſcitia, ne caput oculique ab alia corporis inclinatione diſſideant. Nam nec hoc eſſe in parte pronuntiationis negauerit quiſquam, nec ipſam pronuntiationem ab oratore ſecernet. Et certe quod facere oporteat, non indignandum eſt diſcere, cum præſertim hæc chironomia, quæ eſt (vt nomine ipſo declaratur) lex geſtus, & ab illis temporibus heroicis orta ſit, & à ſummis Græciæ viris, & ab ipſo etiam Socrate probata, a Platone quoque in

Lib. 11. cap. de pronuntiatione.

Lectionis ratio & vtilitas.

*al. pronũtiationem & mem.

Odyſſ. 3. & 8. Iliad. 17. Lib 3. de Rep. &

in parte ciuilium poſita virtutum, & à Chryſippo in præceptis de liberorum educatione compoſitis, non omiſſa. Nam Lacedæmonios quidem etiam ſaltationem quandam, tanquam ad bella quoque vtilem, habuiſſe inter exercitationes accepimus. Neque id veteribus Romanis dedecori fuit: argumentum eſt, ſacerdotum* nomine ac religione durans ad hoc tempus ſaltatio: & illa in tertio Ciceronis de oratore libro verba Craſſi, quibus præcepit, vt orator vtatur laterum* inclinatione forti ac virili, non à ſcena & hiſtrionibus; ſed ab armis, aut etiam à palæſtra: cuius etiam diſciplinæ vſus in noſtram vſque ætatem ſine reprehenſione deſcendit. A me tamen nec vltra pueriles annos retinebitur, nec in his ipſis diu. Neque enim geſtum oratoris componi ad ſimilitudinem ſaltationis volo, ſed ſubeſſe aliquid ex hac exercitatione puerili, vnde nos non id agentes furtim decor ille diſcentibus traditus proſequatur.

Inſtitutio pronunciationis & geſtus.

de legib. 7. Pyrrhichon.

* *Saliorum ſcil. de quibus Alex. ab Alex. lib. 1. c. 26.*

* *al.* Inflexione, *habet Cice.*

An plura eodem tempore doceri prima ætas poſſit.

CAP. XII.

ARGVMENTVM.

Refellit eorum ſententiam, qui artes de quibus egit hoc primo libro, eodem tempore tradi vetabant. Quod oportere probat ſimilibus, ab agricolis, citharœdis, & oratoribus. Efficientibus, à natura puerorum, priuſquam obduruerunt, aut laboris iudicium collegerunt maxime docili, & laborum patientiſſima. Id probat effectis, quod breuiſſimo tempore ſine cuiuſquam opera rectiſſime omnia loqui conſueſcant, quod nouitiis ſeruis vix tota vita contingit: quodque nullo labore diſcurſationibus & reptationibus vnquam defatigentur. Poſtremo Platonis exemplo, cuius bono ingenio prædito ea omnia ineſſe poſſe contendit.

QVæri ſolet, an etiam ſi diſcenda ſint hæc, eodem tempore tamen tradi omnia & percipi poſſint. Negant enim quidam, quia confundatur animus ac fatigetur tot diſciplinis in diuerſum tendentibus, ad quas nec mens, nec corpus, nec dies ipſe ſufficiat: & ſi maxime patiatur hæc ætas robuſtior, tamen pueriles annos onerari non oportrat. Sed non ſatis perſpiciunt quantum natura humani ingenii valeat: quæ ita eſt agilis & velox, ſic in omnem partem, vt ita dixerim, ſpectat, vt ne poſſit quidem aliquid agere tantum vnum: in plura vero, non eodem die modo, ſed eodem temporis

Cur non docenda plura ſimul vno eodemque tempore: immo quidem variis horum.

momento vim ſuam impendat. An vero citharœdi non ſimul & memoriæ, & ſono vocis, & pluribus flexibus ſeruiunt, cum interim al os neruos dextra * percutiunt, alios læua trahunt, continent, probant, ne pes quidem ocioſus, certam legem temporum ſeruat, & hæc pariter omnia. Quid? nos agendi ſubita neceſſitate deprehenſi, nonne alia dicimus, alia prouidemus, cum pariter inuentio rerum, electio verborum, compoſitio geſtus, pronuntiatio, vultus, motuſque deſiderentur? Quæ ſi velut ſub vno conatu tam diuerſa parent ſimul, cur non pluribus horis diuerſa partiamur, cum præſertim reficiat animos ac reparet varietas ipſa, contraque ſit aliquando difficilius in labore vno perſeuerare? ideoque & ſtylus lectione requieſcit, & ipſius lectionis tædium vicibus leuatur. Quamlibet multa egerimus, quodam tamen modo recentes ſumus ad id quod incipimus. Quis non obtundi poſſit, ſi per totum diem cuiuſcunque artis vnum magiſtrum ferat? Mutatione recreabitur: ſicut in cibis, quorum diuerſitate reficitur ſtomachus, & pluribus minore faſtidio alitur. Aut dicant iſti mihi, quæ ſit alia ratio diſcendi? Si grammatico ſoli deſeruiamus, deinde geometræ tantum? omittamus interim quod didicimus, mox tranſeamus ad muſicum, excidant priora? & quum Latinis ſtudebimus literis, non reſpiciamus ad Græcas? & vt ſemel finiam, nihil faciamus niſi nouiſſimum? Cur non idem ſuademus agricolis, ne arua ſimul & vineta, & oleas & arbuſtum colant? ne pratis & pecoribus, & hortis, & aluearibus accommodent curam? Cur ipſi aliquid forenſibus negotiis, aliquid deſideriis amicorum, aliquid rationibus domeſticis, aliquid curæ corporis, nonnihil voluptatibus quotidie damus? quarum nos vna res quælibet nihil intermittentes fatiget. Adeo facilius eſt multa facere, quam diu. Illud quidem minime verendum eſt, ne laborem ſtudiorum pueri difficilius tolerent: neque enim vlla ætas minus fatigatur. Mirum ſit forſitan, ſed experimentis deprehendas. Num & docilioria ſunt ingenia priuſquam obduruerunt. Id vel hoc argumento patet, quod intra biennium quam verba recte formare potuerunt, quamuis nullo inſtante, omnia fere loquuntur: at nouitiis noſtris, per quot annos ſermo Latinus repugnat? Magis ſcias, ſi quem iam rebuſtum inſtituere literis cœperis, non ſine cauſa dici παιδομαθεῖς eos, qui in ſua quidque arte optime faciant. Et patientior eſt laboris natura pueris quã iuuenibus.

* *al.* percurrunt.

Varietas in diſcendo ſuauiſſima.

genibus. Videlicet vt corpora infantium nec caſus quo in terram toties deferuntur, tam grauiter affligit, nec illa per manus & genua reptatio, nec poſt breue tempus continui luſus, & totius diei diſcurſus, quia pondus illis abeſt, nec ſe ipſi grauant: ſic animi quoque, credo, quia minore conatu mouentur, nec ſuo niſu ſtudiis inſiſtunt, ſed formandos ſe tantummodo præſtant, non ſimiliter fatigantur. Præterea ſecundum aliam ætatis illius facilitatem, velut ſimplicius docentes ſequuntur, nec quæ iam egerint, metiuntur. Abeſt illis etiam adhuc laboris iudicium. Porro, vt frequenter experti ſumus, minus afficit ſenſus fatigatio, quam cogitatio. Sed ne temporis quidem vnquam plus erit: quia his ætatibus omnis in audiendo profectus eſt. Cum ad ſtylum ſecedet, cum generabit ipſe aliquid atque componet, tum inchoare hæc ſtudia vel nō vacabit, vel non libebit. Ergo cum grammaticus totum diem occupare non poſſit, nec debeat, ne diſcentis animum tædio auertat: quib. potius ſtudiis hæc temporum velut ſubſidia donabimus? Nam nec ego conſumi ſtudentem in his artibus volo: nec vt moduletur, aut muſicis modis cantica excipiat, nec vtique ad minutiſſima geometriæ opera deſcendat. Non comœdum in pronuntiando, nec ſaltatorem in geſtu facio: quæ ſi omnia exigerem, ſuppeditabat tamen tempus. Longa eſt enim quæ diſcit ætas, & ego non de tardis ingeniis loquor. Denique cur in his omnibus, quæ diſcenda oratori futuro puto, eminuit Plato? qui non contentus diſciplinis quas præſtare poterant Athenæ; non Pythagoreorum, ad quos in Italiam nauigauerat: Ægypti quoque ſacerdotes adiit, atque eorum arcana perdidicit. Difficultatis patrocinia prætexímus ſegnitiæ. Neque enim nobis operis amor eſt: nec quia ſit honeſta, atque pulcherrima rerum eloquentia, petitur ipſa; ſed ad vilem vſum & ſordidum lucrum accingimur. Dicant ſiue his in foro multi, & acquirant, dum ſit locupletior aliquis ſordidæ mercis negotiator, & plus voci ſuæ debeat præco: ne velim quidem lectorem dari mihi, quid ſtudia referant computaturum. Qui vero imaginem ipſam eloquentiæ diuina quadam mente conceperit, quique illam (vt ait non ignobilis tragicus, *) reginam rerum orationem ponet ante oculos, fructumque non ex ſtipe aduocationum, ſed ex animo ſuo, & contemplatione ac ſcientia petet, perpetuum illum, nec fortunæ ſubiectum facile perſuadebit ſibi, vt tempora **quæ ſpectaculis, campo, teſſeris,

Docerii an plura ſimul poſſint.

Similitudo inſignis.

Iuuentutis ætas quam ſit ad ſtudia aptior aliis ætatibus.

Plato.

Cic. 4 Tuſc. & 5. Finium.

Operis amor ex lucri cauſa.

**Euripid. in Hecub. vnde & Pacuuius apud No. Marcell. tranſtulit. vide Cic. 2 de Orat.*

cir. mediũ.

* *Tempora quæ male collocata.*

teſſeris, ocioſis denique ſermonibus, ne dicam ſomno, & conuiuiorum mora conterunt, geometræ potius ac muſico impendat, quanto plus delectationis habiturus, quam ex illis ineruditis voluptatibus? Dedit enim hoc prouidentia hominibus munus, vt honeſta magis iuuarent. Sed nos hæc ipſa dulcedo longius duxit. Hactenus ergo de ſtudiis, quibus antequam maiora capiat, puer inſtituendus eſt: proximus liber velut nouum ſumet exordium, & ad Rhetoris officia tranſibit.

M. FAB. QVINTILIANI DE INSTITVTIONE ORATORIA

LIBER II.

Quando ſit Rhetori tradendus puer.

CAPVT I.

ARGVMENTVM.

Agitat hoc capite tria, Quando rhetori tradendus ſit puer, quouſque grammatici profeſſio extendatur, vnde rhetoris inchoet. Prima, quæ præcipua eſt, ex aliis pendet. rhetori tradendum eſſe puerum monet, quando per iuſtam eruditionem poterit. neq; enim ætatis habendam rationem. Id autem vere æſtimari non poſſe, niſi rhetoris & grammatici profeſſiones ſuis terminis circunſcribantur, & quaſi certis cancellis includantur. ¶ Et grammaticum quidem ſuæ artis appellatione, quæ intra literas conſiſtit, aſſumptis poetarum & hiſtoricorum viribus, contentum eſſe debere Rhetorem etiam prima ſuæ artis opuſcula, vt ſunt narrationes, laudes, vituperationes, loci communes, non oportere detrectare, quamuis conſuetudo, huius aut ignauia aut faſtu, vel illius temeritate licentiaque diuerſum obtinuerit, quæ ſi locum habeat, rhetore tardius: ſin minus, eodem citius opus fore, etiam cum grammaticis puer operam dabit: neque enim incommodum eſſe, vt eodem tempore grammatico & rhetori diuerſis horis det operam puer, quod horum quiſque rectius ſuas partes obiturus ſit.

Tenuit

Rhetori quando tradendus puer.

Cur ſerius rhetoribus tradantur pueri à grammaticis.

TENVIT conſuetudo, quæ quotidie magis inualeſcit, vt præceptoribus eloquentiæ, Latinis quidem ſemper, ſed etiam Græcis interim, diſcipuli ſerius quam ratio poſtulat, traderentur. Eius rei duplex eſt cauſa: quod & rhetores vtique noſtri ſuas partes omiſerunt, & grammatici alienas occupauerunt. Nam & illi declamare modo, & ſcientiam declamandi ac facultatem tradere, officii ſui ducunt, idque intra deliberatiuas iudicialeſque materias: nam cætera vt profeſſione ſua minora deſpiciunt: & hi non ſatis credunt excepiſſe quæ relicta erant, (quo nomine gratia quoque his eſt habenda, ſed ad proſopopœias vſque, & ad ſuaſorias, in quibus onus dicendi vel maximum eſt, irrumpunt. Hinc ergo accidit, vt quæ alterius artis prima erant opera, facta ſint alterius nouiſſima: & ætas altioribus iam diſciplinis debita, in ſchola minore ſubſideat, ac rhetoricen apud grammaticos exerceat. Itaq; quod eſt maxime ridiculum, non ante ad declamandi magiſtrum mittendus videtur puer, quam declamare iam ſciat. Nos ſuum cuique profeſſioni modum demus. Et grammatice (quam in Latinum transferentes, literaturam vocauerunt) fines ſuos norit, præſertim tantum ab hac appellationis ſuæ paupertate, intra quam primi illi conſtitere, prouecta. Nam tenuis à fonte, aſſumptis poëtarum hiſtoricorumq; viribus, pleno iam ſatis alueo fluit. cum præter rationem recte loquendi, non parum alioqui copioſam, prope omnium maximarum artium ſcientiam amplexa ſit. Et rhetorice, cui nomen vis eloquendi dedit, officia ſua non detrectet, nec occupari gaudeat pertinentem ad ſe laborem: quæ dum operæ cedit, iam pene poſſeſſione depulſa eſt. Nec inficiabor, ex iis aliquem qui grammaticen profitentur, eouſq; ſcientiæ progredi poſſe, vt ad hæc quoque tradenda ſufficiat: ſed cum id aget, rhetoris officio fungetur, non ſuo. Nos porro quærimus, quando iis quæ rhetorice præcipit, percipiendis puer maturus eſſe videatur. In quo quidem non id eſt æſtimandum, cuius quiſque ſit ætatis, ſed quantum in ſtudiis iam effecerit. Et ne diutius differam quando ſit rhetori tradendus, ſic optime finiri credo, cum poterit. Sed hoc ipſum ex ſuperiore pendet quæſtione. Nam ſi grammatices munus vſque ad ſuaſorias, (*quæ ſunt apud rhetorem materiæ inter rudimenta dicendi) prorogatur, tardius rhetore opus eſt. Si rhetor primo operis ſui officia non recuſat, à narrationibus ſtatim, & laudandi vi ſuperan-

Grammaticorum abuſus.

Cic. in Orat.

Rhetoris munus.

Rhetori quando tradendus puer.

**Hæc parentheſis non eſt in*

vetuſtiſs eo dicibus ſeri ptis. ſuperandique opuſculis cura eius deſideratur. An ignoramus antiquis hoc fuiſſe ad augendum eloquentiam genus exercitationis, vt theſes dicerent *, & communes locos, & cætera circa complexum rerum perſonarumque, quibus veræ fictæque controuerſiæ continentur? Ex quo palam eſt quam turpiter deſerat eam partem rhetorices inſtitutio, quam & primam habuit, & diu ſolam. Quid autem eſt ex iis de quibus ſupra dixi, quod non tum in alia quæ ſunt rhetorum propria, tum certe in illud iudiciale cauſſæ genus incidat? An non in foro narrandum eſt? qua in parte neſcio, an ſit vel plurimum. Non laus ac vituperatio certaminibus illis frequenter inſeritur? Non communes loci? ſiue qui ſunt in vitia directi, quales legimus à Cicerone compoſitos: ſeu quibus quæſtiones generaliter tractantur, quales ſunt editi à Quinto quoque Hortenſio: vt, ſitne paruis argumentis credendum, & pro teſtibus, & in teſtes, in mediis litium medullis verſantur. Arma ſunt hæc quodammodo præparanda ſemper, vt his, cum res poſcet, vtaris. Quæ qui pertinere ad oratorem non putabit, is ne ſtatuam quidem inchoari credet, cum eius membra funduntur. Neque hanc (vt aliqui putabunt) feſtinationem meam ſic quiſquam calumnietur, tanquam eum qui ſit rhetori tradendus, abducendum protinus à Grammaticis putem. Dabuntur illis tum quoque tempora ſua: neque erit verendum, ne binis præceptoribus oneretur puer. Non enim creſcet, ſed diuidetur qui ſub vno miſcebatur labor: & erit ſui quiſque operis magiſter vtilior: quod adhuc obtinent Græci, à Latinis omiſſum eſt: & fieri videtur excuſatè, quia ſunt qui labori iſti ſucceſſerunt.

**Al diſcerent. Al. docerent.*

Vt in paradoxis.

Puero vt dari poſſint plures præceptores.

De moribus & officiis præceptoris.

CAP. II.

ARGVMENTVM.

Eligendum eſſe rhetorices præceptorem maxima cura, ſanctiſſimis præditum moribus, & omnibus quæ illam profeſſionem deceant officiis inſignem: quia pueri tum adulti ferocientes, & iam ad libidinem procliuiores facti, grauitate & ſanctitate docentis in officio contineri debent. Officia ennumerat. ¶ Inuehitur in puerorum petulantiam, & aſſurgendi exultandique aliis declamantibus licentiam, quos ex præceptoris vultu & iudicio pendere oportebat. ¶ Poſtremò pueros ab adoleſcentibus ſeparandos cenſet, ne ab illis ad vitia illectari, & ante tempus corrumpi queant.

Ergo

Rhetori quando tradendus puer.

ERgo etiam ad eas in ſtudiis vires peruenerit puer, vt quæ prima eſſe præcepta rhetorum dix mus, mente conſequi poſſit, tradendus eius artis magiſtris erit. Quorum in primis inſpici mores oportebit. Quid ergo non idcirco potiſſimum in hac parte tractare ſum aggreſſus, quia non in cæteris quoque doctoribus idem hoc examinandum quam diligentiſſime putem, ſicut teſtatus ſum libro priore: ſed quod magis neceſſariam eius rei mentionem facit ætas ipſa diſcentium. Nam & adulti fere pueri ad hos præceptores transferuntur, & apud eos iuuenes etiam facti perſeuerant, ideoque maior adhibenda tum cura eſt: vt & teneriores annos ab iniuria ſanctitas docentis cuſtodiat, & ferociores à licentia grauitas deterreat. Neque vero ſatis eſt ſummam præſtare abſtinentiam, niſi diſciplinæ ſeueritate conuenientium quoque ad ſe mores adſtrinxerit. Sumat igitur ante omnia parentis erga diſcipulos ſuos animum, ac ſuccedere ſe in eorum locum à quibus ſibi liberi traduntur, exiſtimet. Ipſe nec habeat vitia, nec ferat. Non auſteritas eius triſtis, non diſſoluta ſit comitas: ne inde odium, hinc contemptus oriatur. Plurimus ei de honeſto ac bono ſit ſermo. Nam quo ſæpius monuerit, hoc rarius caſtigabit. Minime iracundus: nec tamen eorum quæ emendanda erunt, diſſimulator: ſimplex in docendo, patiens laboris, aſſiduus potius quam immodicus. Interrogantibus libenter reſpondeat, non interrogantes percontetur vltro. In laudandis diſcipulorum dictionibus nec malignus, nec effuſus: quia res altera tædium laboris, altera ſecuritatem parit. In emendando quæ corrigenda erunt, non acerbus, minimeque contumelioſus. nam id quidem multos à propoſito ſtudendi fugat, quod quidam ſic obiurgant, quaſi oderint. Ipſe aliquid, imo multa quotidie dicat, quæ ſecum audita referant. Licet enim ſatis exemplorum ad imitandum ex lectione ſuppeditet, tamen viua illa, (vt dicitur,) vox alit plenius, præcipueque præceptoris, quem diſcipuli, ſi modo recte ſunt inſtituti, & amant, & verentur. Vix autem dici poteſt, quanto libentius imitemur eos quibus fauemus. Minime vero permittenda pueris, vt fit apud pleroſque, aſſurgendi exultandique in laudando licentia: quinetiam iuuenum modicum eſſe, cum audient, teſtimonium debet. Ita fiet, vt ex iudicio præceptoris diſcipulus pendeat, atque id ſe dixiſſe recte, quod ab eo probabitur, credat. Illa vero vitioſiſſima, quæ iam humanitas vocatur, inuicem qualiacunque laudandi, cum eſt indecora & theatra-

Rhetorices magiſtris quando tradendus puer.

Cap. 1. & 2.

Præceptoris cura quam diligens requiratur: qui illorũ mores & quæ officia.

theatralis, & ſeueræ inſtitutis ſcholis aliena, cum ſtudiorum perniciosiſſima hoſtis. Superuacua enim videtur cura, ac labor, parata, quicquid effuderint, laude. Vultum igitur præceptoris intueri tam qui audiunt, debent, quam ipſe qui dicit. Ita enim probanda atque improbanda diſcernent: ſic ſtylo facultas continget, auditioni iudicium. At nunc proni atque ſuccincti ad omnem clauſulam non exurgunt modo, verum etiam excurrunt, & cum indecora exultatione conclamant. Id mutuum eſt, & ibi declamationis fortuna. Hinc tumor & vana de ſe perſuaſio; vſque adeo, vt illo condiſcipulorum tumultu inflati, ſi parum à præceptore laudentur, ipſi de illo male ſentiant. Sed ſe quoque præceptores intentè ac modeſtè audiri velint. Non enim iudicio diſcipulorum dicere debet magiſter, ſed diſcipuli magiſtri. Quin, ſi fieri poteſt, intendendus animus in hoc quoque, vt perſpiciat quæ quiſque & quomodo laudet: & placere quæ bene dicet, non ſuo magis quam eorum nomine delectetur, qui rectè iudicabunt.

Pueros adoleſcentibus ſedere permiſtos, non placet mihi. Nam etiamſi vir talis, qualem eſſe oportet ſtudiis moribuſq; præpoſitum, modeſtam habere poteſt etiam iuuentutem; tamen vel infirmitas à robuſtioribus ſeparanda eſt: & carendum non ſolum crimine turpitudinis, verumetiam ſuſpicione. Hæc notanda breuiter exiſtimaui. Nam vt abſit ab vltimis vitiis ipſe præceptor, ac ſchola, ne præcipiendum quidem credo. Ac ſi quis eſt qui flagitia manifeſta in deligendo filii præceptore non vitet, iam hinc ſciat cætera quoque quæ ad vtilitatem iuuentutis componere conamur, eſſe ſibi, hac parte omiſſa, ſuperuacua.

Cæſaris apophthegma.

An protinus præceptore optimo ſit vtendum.

CAP. III.

ARGVMENTVM.

Refellit eorum opinionem qui puerum eminentiſſimo ſtatim tradendum negabant, ſed modiocri committendum, his argumentis perſuaſi, quod & minores illi ſufficerent docendis rudioribus, quodque eminentes ad minora ſeſe demittere nollent. Sufficere minores non poſſe probat, cum illi non minus, ſed peius, & dedocenda doceant. Id Timothei muſici exemplo confirmat. Optimum vero quenque non faſtidire hanc curam, quia per initia ad ſummum tendendum eſſe intelligat, rationemque & viam maxime compendiariam noſcat, per quam ad eloquentiam peruenerit. ¶ Inde aliquas

quas obiectiones ſoluit, & quo pacto prudens & probus præceptor ſe ad menſuram diſcentis ſubmittat, & magna perſpicuitate, quæ prima ſit eloquentiæ virtus, vtatur, commemorat.

Præceptoris mores & officia.

Ne illorum quidem perſuaſio ſilentio transeunda eſt, qui etiam cum idoneos rhetori pueros putauerunt, non tamen continuo tradendos eminentiſſimo credunt, ſed apud minores aliquandiu detinent: tanquam inſtituendis artibus magis ſit apta mediocritas præceptoris, cum ad intellectum atque imitationem facilior, tum ad ſuſcipiendas elementorum moleſtias minus ſuperba. Qua in re mihi non arbitror diu laborandum, vt oſtendam quanto ſit melius optimis imbui, quantaque in eluendis quæ ſemel inſederint vitiis, difficultas conſequatur: cum geminatum onus ſuccedentes premat, & quidem dedocendi grauius ac priusquam docendi. Propter quod Timotheum clarum in arte tibiarum, ferunt * duplices ab iis quos alius inſtituiſſet, ſolitum exigere mercedes, quam ſi rudes traderentur. Error tamen eſt in re duplex. Vnus, quod interim ſufficere illos minores exiſtimant: & bono ſane ſtomacho contenti ſunt. Quæ quanquam & ipſa reprehenſione digna ſecuritas, tamen eſſet vtcunq; tolerabilis, ſi eiuſmodi præceptores minus docerent, non peius. Alter, ille etiam frequentior, quod eos qui ampliorem dicendi facultatem ſunt conſecuti, non putant ad minora deſcendere: idque interim fieri, quia faſtidiant præſtare hanc inferioribus curam: interim, quia omnino non poſſint. Ego porro eum qui nolit, in numero præcipientium non habeo: poſſe autem maxime, ſi velit, optimum quenque contendo. Primum, quod eum qui eloquentia cæteris præſtet, illa quoque per quæ ad eloquentiam peruenitur, diligentiſſime percepiſſe credibile eſt. Deinde, quia plurimum in præcipiendo valet ratio, quæ doctiſſimo cuique planiſſima eſt. Poſtremo, quia nemo ſic in maioribus eminet, vt eum minora deficiant. Niſi forte Iouem quidem Phidias optime fecit, illa autē quæ in ornamentum operis eius accedunt, alius melius elaboraſſet: aut orator loqui neſciet: aut leuiores morbos curare non poterit medicus præſtantiſſimus. Quid ergo? non eſt quædam eloquentia maior, quam vt eam intellectu conſequi puerilis infirmitas poſſit? Ego vero confiteor: ſed hunc diſertum præceptorem, prudentem quoque, & non ignarum docendi eſſe oportebit, ſummittentem ſe ad menſuram * dicentis: vt

Præceptoris mediocritas an magis apta.

Dedocere male docta grauius.

* Duplices *pro* duplo maiores.

Vide Pauſaniam Heliacon primo.

* *Al.* Diſcentis.

E velo-

velociſſimus quiſque, ſi forte iter cum paruulo faciat, det manum, & gradum ſuum minuat, nec procedat vltra quam comes poſſit. Quid ſi plerunque accidit vt faciliora ſint ad intelligendum, & lucidiora multo, quæ à doctiſſimo quoque dicuntur? Nam & prima eſt eloquentiæ virtus, perſpicuitas, & quo quiſque ingenio minus valet, hoc ſe magis attollere & dilatare conatur: vt ſtatura breues, in digitos eriguntur, & plura infirmi minantur. Nam tumidos, & corruptos, & tinnulos, & quocunque alio cacozeliæ* genere peccantes, certum habeo non virium, ſed infirmitatis vitio laborare: vt corpora non robore, ſed valetudine inflantur: & recto itinere lapſi, plerunque diuertunt. Erit ergo obſcurior etiam quo quiſque deterior. Non excidit mihi, ſcripſiſſe me in libro* priore, cum potiorem in ſcholis eruditionem eſſe quam domi dicerem, libentius ſe prima ſtudia teneroſque profectus ad imitationem condiſcipulorum, quæ facilior eſſet, erigere. quod à quibuſdam ſic accipi poteſt, tanquam hæc, quam nunc tueor, ſententia, priori diuerſa ſit. Id à me procul aberit, nanque ea cauſa vel maxima eſt cur optimo cuique præceptori ſit tradendus puer, quod apud eum diſcipuli quoque melius inſtituti, aut dicent quod inutile non ſit imitari: aut ſi quid errauerint, ſtatim corrigentur: at indoctus ille etiam probabit fortaſſe vitioſa, & placere audientibus iudicio ſuo coget. Sit ergo tam eloquentia quam moribus præſtantiſſimus, qui ad Phœnicis Homerici exemplum dicere ac facere doceat.

Perſpicuitas prima eloquentiæ virtus.

**Id eſt malæ imitationis. vid. & inf. lib. 8. cap. 3.*

** Nempe I. 2.*

Iliad. 9. & Cic. 3 de Orat.

De primis apud rhetorem exercitationibus.

CAP. IV.

ARGVMENTVM.

Primas apud Rhetorem exercitationes aggreditur. Narrationis, præter eam quæ propria cauſſarum eſt, quam in librum quartum differt, tres ſpecies facit, fabulam, argumentum, & hiſtoriam: hanc apud rhetorem ſtatim tractandam puero proponit: nam poeticas quæ fabuloſa ſunt, grammaticis addixit, eamque vult eſſe non ieiunam & aridam, ſed ſplendentem: nec rurſus ſinuoſam, aut poetica licentia laſciuientem. Quorum vtrunque cum vitioſum ſit, minus tamen eſſe copia quam inopia vitium. In paruis etiam copiam illam redundantem maxime probandam: quia

quia cum ſterilia nullo labore vincantur, facile remedium ſit vbertatis. Eam obrem magiſtrum aridum, & ex ſeſe nil niſi maciem & infirmitatem gignentem in primis euitandum. ¶ Atque obiter quæ ratio ſit emendandi quæ à pueris conſcripta ſunt, præſcribit: nempe nimia ſeueritate non eſſe ad deſperationem & diffidentiam redigendos, ſed mediocri laude, & dictatis interdum totis ferè materiis quas illi imitentur, & tanquam ſuas ament, excitandos, nec ferendam in illis extemporalem ſine cogitatione garrulitatem, quam plurima incommoda conſequantur. ¶ Narrationibus confirmationes & confutationes ſubiungit, rerum non ſolum à poetis, verumetiam ex ipſis annalium monumentis petitarum. Laudes clarorum hominum ac vituperationes, ſimplices primum, deinde comparatas annectit: ex quibus incredibilem manare vtilitatem oſtendit. ¶ Hinc theſes ex rerum comparatione, vt viri militaris ſit ne maior gloria quam iuriſperiti. Deinde locos communes in vitia citra complexum perſonarum: alios item de teſtibus & argumentis non minus ad forenſes actiones pertinentes: quibus qui velit emblematis nulla cognitione rerum inſtructi ad omnem occaſionem vtuntur, vehementer improbat. Admiſcet exercitationes quæ præparant ad coniecturales cauſas: vt cum quæritur cur armata apud Lacedæmonios Venus. ¶ Atque vltimo loco legum tractandarum rationem ad laudem aut vituperationem, ad ſuaſionem aut accuſationem pro conſuetudine & iure ciuitatum, & quicquid circa has refelli aut aſtrui poſſit (quod genus propter difficultatem exercitationes omnes ſuperet) diligenter exequitur.

Præceptore optimo vtendum.

HInc iam quas primas in docendo partes Rhetorum putem, tradere incipiam, dilata parumper illa quæ ſola vulgo vocatur, arte rhetorica. Ac mihi opportunus maxime videtur ingreſſus ab eo, cuius aliquid ſimile apud grammaticos puer didicerit. Et quia narrationum, excepta qua in cauſſis vtimur, tres accipimus ſpecies: fabulam, quæ verſatur in tragœdiis atq; carminibus, non à veritate modo, ſed etiam à forma veritatis remotam: argumẽtum, quod falſum, ſed vero ſimile comœdiæ fingunt: hiſtoriam, in qua eſt geſtæ rei expoſitio, grammaticis autem poeticas dedimus: apud rhetorem initium ſit hiſtoria, tanto robuſtior, quanto verior. Sed narrandi quidem quæ nobis optima ratio videatur, tum demonſtrabimus, cum de iudiciali parte dicemus. Interim admonere illud ſatis eſt, vt ſit ea neque arida prorſus atque ieiuna:

Narrationum vt plures ſpecies.

Cic. Rhet. 1

Lib. 1. *c.* 4.

Lib. 3. *c.* 9. & 10. & 4. *c.* 2.

(nam quid opus erat tantum ſtudiis laborem impendere, ſi res nudas atque inornatas indicare ſatis videretur?) neque rurſus ſinuoſa, & accerſitis deſcriptionibus, in quas pleriq; imitatione poeticæ licentiæ ducuntur, laſciuia. Vitium vtrunque: peius tamen illud quod ex inopia, quam quod ex copia venit. Nam in pueris oratio perfecta nec exigi nec ſperari poteſt: melior autem eſt indoles læta, generoſique conatus, & vel plura iuſto concipiens interim ſpiritus. Nec vnquam me in

Doctoribus quæ ratio adhibenda in docendis pueris.

his diſcentis annis offendat ſi quid ſuperfuerit. Quin ipſis doctoribus hoc eſſe curæ velim, vt teneras adhuc mentes more nutricum mollius alant, & ſatiari velut quodam iucundioris diſciplinæ lacte patiantur. Erit illud plenius interim corpus, quod mox adulta ætas adſtringat. Hinc ſpes roboris. Maciem namque & infirmitatem in poſterum mirari ſolet protinus omnibus membris expreſſus infans. Audeat hæc ætas plura, & inueniat, & inuentis gaudeat, ſint licet illa non ſatis interim ſicca & ſeuera. Facile remedium eſt vbertatis; ſterilia nullo labore vincuntur. Illa mihi in pueris natura nimium ſpei dabit, in qua ingenium iudicio præſumitur. Materiam eſſe primum volo vel abundantiorem, atque vltra quàm oporteat fuſam. Multum inde decoquent anni, multum ratio limabit, aliquid velut vſu ipſo deteretur, ſit modo vnde excidi poſſit, & quod exculpi, erit autem, ſi non ab initio tenuem nimium laminam duxerimus, & quam cælatura altior rumpat. Quod me de his ætatibus ſentire minus mirabitur,

2. de Orat.

qui apud Ciceronem legerit, Volo enim ſe efferat in adoleſcente fœcunditas. Quapropter in primis euitandus, & in

Magiſter aridus vitandus.

pueris præcipue, magiſter aridus non minus quàm teneris adhuc plantis ſiccum & ſine humore vllo ſolum. Inde fiunt humiles ſtatim, & velut terram ſpectantes, qui nihil ſupra quotidianum ſermonem attollere audeant. Macies illis pro ſanitate, & iudicii loco infirmitas eſt: & dum ſatis putant vitio carere, in id ipſum incidunt vitium, quod virtutibus carent. Quare mihi ne maturitas quidem ipſa feſtinet, nec muſta in lacu ſtatim auſtera ſint: ſic & annos ferent, & vetuſtate proficien. Ne illud quidem quod admoneamus indignum eſt, ingenia puerorum nimia interim emendationis ſeueritate de-

Vir. Geor. 2

Similitudo egregia.

ficere: nam & deſperant, & dolent, & nouiſſime oderunt: &, quod maxime nocet, dum omnia timent, nihil conantur. Quod etiam ruſticis notum eſt, qui frondibus teneris non putant adhibendam eſſe falcem, quia reformidare ferrum videntur.

Exercitationes Rhetoricæ.

dentur, & cicatricem nondum pati poſſe. Iucundus ergo tum maxime debet eſſe præceptor, vt remedia, quæ alioqui natura ſunt aſpera, molli manu leniantur: laudare aliqua, ferre quædam, mutare etiam, reddita cur id fiat ratione: illuminare, interponendo aliquid ſui. Nonnunquam hoc quoque erit vtile, totas ipſum dictare materias, quas & imitetur puer, & interim tanquam ſuas amet. At ſi tam negligens ei ſtylus fuerit, vt emendationem non recipiat: expertus ſum prodeſſe, quoties eandem materiam rurſus à me tractatam, ſcribere de integro iuberem: poſſe enim eum adhuc melius, quatenus nullo magis ſtudia quam ſpe gaudent. Aliter autem alia ætas emendanda eſt, & pro modo virium exigendum: & corrigendum opus. Solebam ego dicere pueris aliquid auſis licentius aut lætius, laudare illud me adhuc, venturum tempus quo idem non permitterem. ita & ingenio gaudebant, & iudicio non fallebantur.

Narrationum compoſitio.

¶ Sed vt eo reuertar, vnde ſum egreſſus: Narrationes ſtylo componi quanta maxima poſſit adhibita diligentia volo. Nam vt primo cum ſermo inſtituitur, dicere quæ audierint, vtile eſt pueris ad loquendi facultatem, ideoque & retro agere expoſitionem, & à media in vtranque partem diſcurrere ſanè merito coguntur: ſed ad præceptoris gremium, & dum aliud non poſſunt, & dum res ac verba connectere incipiunt, vt protinus memoriam firment: ita cum iam formam rectæ atque emendatæ orationis accipient, extemporalis garrulitas, nec expectata cogitatio, & vix ſurgendi mora, circulatoriæ vere iactationis eſt. Hinc parentum imperitorum inane gaudium: ipſis vero contemptus operis, & inuerecunda frons, & conſuetudo peſſime dicendi, & malorum exercitatio, &, quæ magnos quoque profectus frequenter perdidit, arrogans de ſe perſuaſio innaſcitur. Erit ſuum parandæ facultati tempus, nec à nobis negligenter locus * iſte tranſibitur. Interim ſatis eſt ſi puer omni cura, & ſummo quantum ætas illa capit, labore, aliquid probabile ſcripſerit: in hoc aſſueſcat, huius rei naturam ſibi faciat. Ille demum in id quod quærimus, aut ei proximum poterit euadere, qui ante diſcet recte dicere, quam cito.

Vitia vnde.

* *Lib.10. c.7.*

Præceptum optimum.

Narrationibus non inutiliter ſubiungitur opus deſtruendi confirmandique eas, quod *ἀνασκευὴ* & *κατασκευὴ* vocatur. Id porro non tantum in fabuloſis & carmine traditis fieri poteſt, verum etiam in ipſis annalium monumentis: vt ſi quæratur, an ſit credibile ſuper caput Valerii pugnantis ſe-

Liu. dec. 1. lib. 7. Gell. lib. 9. cap. 11. Gell. lib. 7. cap. 1. Liu. dec. 3. lib. 6. & dec. 1. lib. 10.

tis ſediſſe coruum, qui os oculoſque hoſtis Galli roſtro atque alis euerberaret: ſit in vtramque partem ingens ad dicendum materia, vt de ſerpente quo Scipio traditur genitus, & lupa Romuli, & Ægeria Numæ. Nam Græcis hiſtoriis plerunque poeticæ ſimilis eſt licentia. Sæpe etiam quæri ſolet de tempore, de loco, quo geſta res dicitur. Nonnunquam de perſona quoque; ſicut Liuius frequentiſſime dubitat, & alii ab aliis hiſtorici diſſentiunt. Inde paulatim ad maiora tendere incipiet, laudare claros viros, & vituperare improbos: quod non ſimplicis vtilitatis opus eſt. Namque & ingenium exercetur multiplici variaque materia, & animus contemplatione recti prauique formatur, & multa inde cognitio rerum venit: exemplíſque, quæ ſunt in omni genere cauſſarum potentiſſima, iam tum inſtruitur, cùm res poſcet vſurus.

¶ Hinc illa quoque exercitatio ſubit comparationis, vter melior, vterue deterior: quæ quanquam verſatur in ratione ſimili, tamen & duplicat materiam, & virtutum vitiorumque non tantum naturam, ſed etiam modum tractat. Verum de ordine laudis, contraque; quoniam tertia hæc rhetorices pars eſt, præcipiemus *ſuo tempore. Communes loci, (de iis loquor, quibus citra perſonas in ipſa vitia moris eſt perorare, vt in adulterum, aleatorem, petulantem) ex mediis ſunt iudiciis, &, ſi reum adiicias, accuſationes: quanquam hi quoque ab illo generali tractatu ad quaſdam deduci ſpecies ſolent, vt ſi ponatur adulter cæcus, aleator pauper, petulans ſenex. Habent autem nonnunquam etiam defenſionem: Nã & pro luxuria, & pro amore dicimus, & leno interim paraſituſque defenditur: ſic vt non homini patrocinemur, ſed crimini. Theſes autem quæ ſumuntur ex rerum comparatione, vt ruſticane vita an vrbana potior, iuriſperitian militaris viri laus maior, miræ ſunt ad exercitationem dicendi ſpecioſæ atque vberes: quæ vel ad ſuadendi officium, vel etiam ad iudicium diſceptationemque iuuant plurimum. Nam poſterior ex prædictis locus, in cauſſa Murenæ copioſiſſime à Cicerone tractatur. Sunt & illæ pene totæ ad deliberatiuum pertinentes genus, ducendane vxor, petendine ſint magiſtratus. Nanque hæ perſonis modo adiectis ſuaſoriæ erunt. Solebant præceptores mei, neque inutili, & nobis etiam iucundo genere exercitationis, præparare nos coniecturalibus cauſſis, cum quærere atque exequi iuberent, cur armata apud Lacedæmo-

** Libro 3. maxime c. 7.*

Communium locorum vtilitas.

dæmonios Venus: & quid ita crederetur Cupido puer, ac volucer, & ſagittis ac face armatus, & ſimilia: in quibus ſcrutabamur voluntatem, cuius in controuerſiis frequens quæſtio eſt: quod genus chriæ videri poteſt. Nam locos quidem, quales ſunt de teſtibus, ſemperne his credendum: & de argumentis an habenda etiam paruis fides: adeo manifeſtum eſt ad forenſes actiones pertinere, vt quidam nec ignobiles in officiis ciuilibus, ſcriptos eos, memoriæque diligentiſſime mandatos, in promptu habuerint, vt quoties eſſet occaſio, extemporales eorum dictiones his velut emblematis exornarentur. Quo quidem (nec enim eius rei iudicium differre ſuſtineo) ſummam videbantur mihi infirmitatem de ſe confiteri. Nam quid hi poſſint in cauſis quarum varia ac noua ſemper eſt facies, proprium inuenire, quomodo propoſitis ex parte diuerſa reſpondere, altercationibus velociter occurrere, teſtem rogare, qui etiam in iis quæ ſunt communia, & in plurimis cauſis tractantur, vulgatiſſimos ſenſus verbis, niſi tanto ante præparatis, proſequi nequeant? Neceſſe eſt his, cum eadem iudiciis pluribus dicunt, aut faſtidium moueant, velut frigidi & repoſiti cibi: aut pudorem, deprehenſa toties audientium memoria infelix ſupellex; quæ, ſicut apud pauperes ambitioſos, pluribus & diuerſis officiis conteratur: cum eo quidem, quod vix vllus eſt tam communis locus, qui poſſit cohærere, cum cauſſa, niſi aliquo propriæ quæſtionis vinculo copulatus, appareatque eum non tam inſertum; quam applicitum, vel quod diſſimilis eſt cæteris, vel quod plerunque aſſumi etiam parum apte ſolet, non quia deſideratur, ſed quia paratus eſt: vt quidam ſententiarum gratia verboſiſſimos locos arceſſunt, cum ex locis debeat naſci ſententia. Ita ſunt autem ſpecioſa hæc & vtilia, ſi oriuntur ex cauſſa. Cæterum quamlibet* pulchra locutio, niſi ad victoriam tendit, vtique ſuperuacua, ſed interim etiam contraria eſt. Verum hactenus euagari ſatis fuerit.

Vid. Auſo. ſect. 1. Lactătius de falſa religion. lib. 1. cap. 11. Propert. lib. 1.

* al. quælibet.

¶ Legum laus & vituperatio iam maiores ac probe ſummi operibus ſuffecturas vices deſiderant: quæ quidem ſuaſoriis magis an controuerſiis accommodata ſit exercitatio, conſuetudine & iure ciuitatum differt. Apud Græcos enim lator earum ad iudicem vocabatur: Romanis pro concione ſuadere ac diſſuadere moris fuit. Vtroque autem modo pauca de his, & fere certa dicuntur. Nam genera ſunt tria, ſacri, publici,

De legum iure & vario genere, variaq; illarum ratione. Vide De-

publici, priuati iuris. Quæ diuiſio ad laudem magis ſpectat, ſi quis eam per gradus augeat, quod lex, quod publica, quod ad religionem deum comparata ſit. Ea quidem de quibus quæri ſolet, communia omnibus. Aut enim de iure dubitari poteſt eius qui rogat, vt de P. Clodii, qui non rite creatus tribunus arguebatur: Aut de ipſius rogationis, quod eſt variũ, ſiue non * trino forte nundino promulgata, ſiue non idoneo die, ſiue contra interceſſiones, vel auſpicia, aliudue quid quod legitime obſtet, dicitur lata eſſe vel ferri, ſiue alicui manentium legum repugnare. Sed hæc ad illas primas exercitationes nõ pertinent. Nam ſunt hæ citra complexum perſonarum, temporum, cauſſarum. Reliqua eadem fere vero fictoque certamine huiuſmodi tractantur. Nam vitium aut in verbis eſt, aut in rebus. In verbis quæritur, an ſatis ſignificent, an ſit in his aliquid ambiguum. In rebus, an lex ſibi ipſa conſentiat, an in populum ferri debeat, an in ſingulos homines. Maxime vero commune eſt quærere, an ſit honeſta, an vtilis. Nec ignoro, plures fieri à pleriſque partes: ſed nos iuſtum, pium, religioſum, cæteraque his ſimilia, honeſto complectimur. Iuſti tamen ſpecies non ſimpliciter excuti ſolet. Aut enim de re ipſa quæritur, vt dignane pœna vel præmio ſit: Aut de modo præmii, pœnæue, qui tam maior quam minor culpari poteſt. Vtilitas quoque interim natura diſcernitur, interim tempore. Quædam an obtineri poſſint, ambigi ſolet. Ne illud quidem ignorare oportet, leges aliquando totas, aliquando ex parte reprehendi ſolere, cum exemplum rei vtriuſque nobis claris * orationibus præbeatur. Nec me fallit eas quoque leges eſſe, quæ non in perpetuum rogentur, ſed de honoribus aut imperiis, qualis Manilia fuit, de qua Ciceronis oratio eſt. Sed de his nihil hoc loco præcipi poteſt. Conſtant enim propria rerum de quibus agitur, non communi qualitate. His fere veteres facultatem dicendi exercuerunt, aſſumpta tamen à dialecticis argumentandi ratione. Nam fictas ad imitationem fori conſiliorumq; materias apud Græcos dicere, circa Demetrium Phalerea inſtitutum fere conſtat. An ab ipſo id genus exercitationis ſit inuentum (vt alio quoque libro ſum confeſſus) parum comperi: ſed ne ij quidem qui hoc fortiſſime affirmant, vllo ſatis idoneo autore nituntur. Latinos vero dicendi præceptores extremis L. Craſſi temporibus cœpiſſe, Cicero autor eſt: quorum inſignis maxime Plotius fuit.

moſth. in orat. πρὸς Λεπτίνην, καὶ κατὰ Τιμοκράτους.

Suet. in Cæſa. & Cic. in ora. pro domo ſua.

** Vide Macrobium lib. 1. Sat. cap. 19.*

Honeſtum quid complectatur.

Legum vtilitas.

Cic. in Orat. pro lege Agraria.

** al.* Oratoribus.

Demoſthenis & Æſchinis.

Lib. 3. de Orat.

De lectione oratorum & hiſtoricorum apud rhetorem.

CAP. V.

ARGVMENTVM.

Profuturum diſcipulis plurimum ait, ſi rhetor eos hiſtoriæ atque etiam magis orationum lectione inſtruxerit. Atque hoc loco quod ſit rhetoris officium docet, nempe ſilentio facto vnum aliquem per vices conſtituere lectorem, in quo virtutes demonſtrare, vel: ſi ita incidat, vitia poſſit, vt reliqui protinus pronuntiationi quoque aſſueſcant: tum diligenter partes omnes orationis, earum vim & proprietatem excutere: ne quid maneat intactum. quid elocutionis inuentioniſue proprium, quæ prudentia diuidendi, quæ ſubtilitas argumentandi, frequenter etiam ſuos interrogare, & eorum iudicium experiri. Fore etiam vtile, ſi corrupta & vitioſæ orationes pueris non quidem ad imitationem, ſed vt vitari vitia facilius queant, proponantur. Neque interim prohibet vt vel ipſe præceptor declamet, vel ſuos declamationibus exerceat: verum multo plus collaturum diſcipulis, ſi hanc operim in grauium hominum orationibus poſuerit ¶ Et quia periculoſum eſt ſine delectu quemuis in manum ſumere, optimos quoſque & candidiſſimos, ſuaui copia & perſpicuitate amabiles, quales Cicero & Liuius, eligendos cenſet. ¶ Atque autorum genera duo eſſe cauenda: horridum vnum, & iam obliterata illius antiquitatis. alterum noua licentia lenociniis ſine grauitate laſciuiens. Solidis tamen & iam firmis ingeniis in vtriſque verſari permittit, vt ex illis virile quiddam ex his floſculos & nitorem detergendo rudis ſeculi ſqualori aptum colligere poſſint.

SEd de ratione declamandi poſt paulo: interim, quia prima Rhetorices rudimenta tractamus, non omittendum videtur id quoq; vt moneam, quantum ſit collaturus ad profectum diſcentium Rhetor, ſi quemadmodum à grammaticis exigitur poetarum enarratio, ita ipſe quoque hiſtoriæ, atque etiam magis orationum lectione ſuſceptos à ſe diſcipulos inſtruxerit: quod nos in paucis quorum id ætas exigebat, & parentes vtile eſſe crediderant, ſeruauimus. Cæterum ſentientibus iam tum optima, duæ res impedimento fuerunt, quod & longa conſuetudo aliter docendi fecerat legẽ, & robuſti fere iuuenes, nec hunc laborem deſiderantes, ex-

Nempe c. 11. infra.

Hiſtoriarum & Orationum lectio vt pueris perutilis.

 emplum

emplum noſtrum ſequebantur. Nec tamen etiam ſi quid noui vel ſero inueniſſem præcipere in poſterum puderet. Nunc vero ſcio id fieri apud Græcos, ſed magis per adiutores: quia Non videntur tempora ſuffectura, ſi legentibus ſingulis præire ſemper ipſi velint. Et hercle prælectio, quæ in hoc adhibetur, Vt facile atque diſtincte pueri ſcripta oculis ſequantur, etiam illa quæ vim cuiuſque verbi, ſi quod minus vſitatum incidat, docet, multum infra rhetoris officium exiſtimanda eſt. At demonſtrare virtutes, vel, ſi quando ita incidat, vitia: id profeſſionis eius atque promiſſi, qui ſe magiſtrum eloquentiæ pollicetur, maxime proprium eſt: eo quidem validius, quod non vtique hunc laborem docentium poſtulo, vt ad gremium reuocatis, cuiuſque eorum velit libri lectioni deſeruiant. Nam mihi cum facilius, tum etiam multo magis videtur vtile, facto ſilentio vnum aliquem (quod ipſum imperari per vices optimum eſt) conſtituere lectorem, vt protinus pronunciationi quoque aſſueſcant: tum expoſita cauſſa in quam ſcripta legetur oratio: (nam ſic clarius quæ dicentur, intelligi poterunt) nihil otioſum pati, quodque in inuentione, quodque in elocutione annotandum erit: quæ in prooemio conciliandi iudicis ratio: quæ narrandi lux, breuitas, fides: quod aliquando conſilium, & quam occulta calliditas. Nanque ea ſola in hoc ars eſt, quæ intelligi niſi ab artifice non poſſit. Quanta deinceps in diuidendo prudentia, quam ſubtilis & crebra argumentatio: quibus viribus inſpirat, qua iucunditate permulceat: quãta in maledictis aſperitas, in locis vrbanitas: vt denique dominetur in affectibus, atq; in pectora irrumpat, animumque iudicum ſimilem iis quæ dicit, efficiat. Tum in ratione eloquendi, quod verbum proprium, ornatum, ſublime: vbi amplificatio laudanda, quæ virtus ei contraria: quid ſpecioſe tranſlatum, quæ figura verborum, quæ lenis & quadrata, ſed virilis tamen compoſitio. Ne id quidem inutile, etiam corruptas aliquando & vitioſas orationes, quas tamen plerique iudiciorum prauitate mirantur, legi palam pueris, oſtendique in his quam multa impropria, obſcura, timida, humilia, ſordida, laſciuia, effœminata ſint: quæ non laudantur modo à pleriſque, ſed (quod peius eſt) propter hoc ipſum quod ſunt praua, laudantur. Nam ſermo rectus, & ſecundum naturam enunciatus, nihil habere ex ingenio videtur: illa vero quæ vtcunque deflexa ſunt, tanquam exquiſitiora miramur: non aliter quã diſtor-

In legendo & eloquẽdo quæ ratio & quæ obſeruanda, ſequẽda & vitanda.

diſtortis, & quocunque modo prodigioſis corporibus apud quoſdam maius eſt pretium, quam iis quæ nihil ex communis habitus bonis perdiderunt: atque etiam qui ſpecie capiuntur, vulſis, læuatiſque, & inuſtas comas acu comentibus, & non ſuo colore nitidis, plus eſſe formæ putant, quam poſſit tribuere incorrupta natura: vt pulchritudo corporis venire videatur ex malis moribus. Nec ſolum hæc ipſe debebit docere præceptor, ſed frequenter interrogare, & iudicium diſcipulorum experiri. Sic audientibus ſecuritas aberit, nec quæ dicentur, perfluent aures: ſimulque ad id perducentur, quod ex hoc quæritur, vt inueniant ipſi, & intelligant. Nam quid aliud agimus docendo eos, quam ne ſemper docendi ſint? Hoc diligentiæ genus auſim dicere plus collaturum diſcentibus, quam omnes omnium artes, quæ iuuant ſine dubio multum: ſed latiore quadam comprehenſione, per omnes quidem ſpecies rerum quotidie pene naſcentium ire qui poſſunt? Sicut de re militari quanquam ſunt tradita quædam præcepta communia; magis tamen proderit ſcire, qua ducum quiſque ratione, in quali loco, tempore, ſit vſus ſapienter, aut contra. Nam in omnibus fere minus valent præcepta, quam experimenta. An vero declamabit quidem præceptor, vt ſit exemplo ſuis auditoribus; non plus contulerint lecti Cicero ac Demoſthenes? Corrigetur palam ſiquid in declamando diſcipulus errauerit: non potentius erit emendare orationem? quinimo etiam iucundius. Aliena enim vitia quiſque reprehendi mauult, quam ſua. Nec deerant plura quæ dicerem, ſed neminem hæc vtilitas fugit: atque vtinam tam non pigeat facere iſtud, quam non diſplicebit. Quod ſi potuerit obtineri, non ita difficilis ſupererit quæſtio, qui legendi ſint incipientibus. Nam quidam illos minores, quia facilior eorum intellectus videbatur, probauerunt, alii floridius genus, vt ad alenda primarum ætatum ingenia magis accommodatum. Ego optimos quidem & ſtatim, & ſemper, ſed tamen eorum candidiſſimum quenque, & maxime expoſitum velim, vt Liuium à pueris magis quam Salluſtium: & hic hiſtoriæ maioris eſt autor, ad quem tamen intelligendum iam profectu opus ſit Cicero, vt mihi quidem videtur, & iucundus incipientibus quoq; & apertus eſt ſatis: nec prodeſſe tantum, ſed etiã amari poteſt, tum (quemadmodum Liuius præcipit) vt quiſque erit Ciceroni ſimillimus. Duo autem genera maxime cauenda pueris puto; Vnum, ne quis eos, antiquitatis nimius

Lectio Hiſtoricorum & Oratorũ.

Hiſtorici qui præferendi in legendo.

In epiſt. ad filium ſ cuius me-

minit. lib. 10. cap. 1.

Antiquitatis vt nimia admiratio vitãda pueris.

mius admirator, in Gracchorum, Catoniſque, & aliorum ſimilium lectione dureſcere velit. Fient enim horridi atque ieiuni, Nam neque vim eorum adhuc intellectu conſequentur: & elocutione, quæ tum ſine dubio erat optima, ſed noſtris temporibus aliena, contenti, quod eſt peſſimum, ſimiles ſibi magnis viris videbuntur. Alterum, quod huic diuerſum eſt, ne recentis huius laſciuiæ floſculis capti, voluptate quadam praua diliniantur, vt prædulce illud genus, & puerilibus ingenijs hoc gratius, quo proprius eſt, adament. Firmis autem iudiciis, iamque extra periculũ poſitis, ſuaſerim & antiquos legere, ex quibus ſi aſſumatur ſolida ac virilis ingenii vis, detorſo rudis ſeculi ſqualore, tum noſter hic cultus clarius eniteſcet: & nouos, quibus & ipſis multa virtus adeſt. Nec enim nos tarditatis natura damnauit: ſed dicendi mutauimus genus, & vltra nobis, quàm oportebat indulſimus, ita non tam ingenio illi nos ſuperarunt, quam propoſito. Multa ergo oportebit * eligere: ſed curandum erit, ne iis quibus permiſta ſunt, inquinentur. Quoſdam vero etiam quos totos imitari oporteat, & fuiſſe nuper * & nunc eſſe quidem, libenter non conceſſerim modo, verumetiam contenderim. Sed hi qui ſint, non cuiuſque eſt pronuntiare. Tutius circa priores vel erratur: ideoque hanc nouorum diſtuli lectionem, ne imitatio iudicium antecederet.

* *al.* licebit.

* *al.* ſemper.

De diuiſione.

CAP. VI.

ARGVMENTVM.

Qua ratione pueri ad veram compoſitionem & plenam ſtyli facultatem à præceptoribus perducendi ſint, docet. Et primum duplicem oſtendit viam à diuerſis vſu receptam: vnam, qua materias quas diſcipulis dabant in ſumma capita partitas, latius dicendo proſequebantur, & argumentis affectibuſque implebant: Alteram, qua eaſdem ſimplices proponere contenti, poſt declamationem in quo quiſque erraſſet, oſtendebant, quarum ſi ſeparandæ ſint, priorem ſubiectis rationibus longe commodiorem eſſe probat. Vtranque rationem miſcendam ſuadet, & primum materias velut præformatas tradere ſecundum cuiuſque vires, deinde cum profectu breuia quadam ſignare veſtigia. Poſtremo ſuis eos permit-

 Diuiſio.

permittere viribus, auium exemplo, ſuos pullos ad volatum ita paulatim inſtituentium.

FVit etiam in hoc diuerſum præcipientium propoſitum, quod eorum quidam materias quas diſcipulis ad dicendum dabant, non contenti diuiſione dirigere, latius dicendo proſequebantur: nec ſolum probationibus implebant, ſed etiam affectibus. Alii cum primas modo lineas duxiſſent, poſt declamationes, quid omiſiſſet quiſque tractabant, quoſdam vero locos non minore cura, quam cum ad dicendum ipſi ſurgerent, excolebant. Vtile vtrunque: & ideo neutrum ab altero ſeparo: ſed ſi facere tantum alterum neceſſe ſit, plus proderit demonſtraſſe rectam protinus viam, quam reuocare ab errore iam lapſos. Primum, quia emendationem auribus modo accipiunt, diuiſionem vero ad cogitationem etiam & ſtylum perferunt: deinde quod libentius præcipientem audiunt, quam reprehendentem. Si qui vero paulo ſunt viuaciores, in his præſertim moribus, etiam iraſcuntur admonitioni, & taciti repugnant. Nec ideo tamen minus vitia aperte coarguenda ſunt. Habenda enim ratio cæterorum, qui recta eſſe quæ præceptor non emendauerit, credent. Vtraque autem ratio miſcenda eſt, & ita tractanda, vt ipſæ res poſtulabunt. Nanque incipientibus danda erit velut præformata materia ſecũdum cuiuſque vires. At cum ſatis compoſuiſſe ſe ad exemplum videbuntur, breuia quædam demonſtranda veſtigia: quæ perſecuti, iam ſuis viribus ſine adminiculo progredi poſſint. Nonnunquam credi ſibi eos oportebit: ne mala conſuetudine ſemper alienum laborem ſequendi, nihil per ſe conari & quærere ſciant. Quod ſi ſatis prudenter dicenda viderint, iam prope conſummata fuerit præcipientis opera. Si quid errauerint adhuc, erunt ad ducẽ reducẽdi. Cui rei ſimile quiddam facientes aues cernimus, quæ teneris infirmiſque fœtibus cibos ore ſuo collatos partiuntur: at cum viſi ſunt adulti, paulum egredi nidis: & circumuolare ſedem illam præcedentes ipſæ docent, tum expertas vires, libero cælo, ſuæque ipſorum fiduciæ permittunt.

Viam rectam demonſtrare vtilius quam ab errore lapſos reuocare.

Similitudo ſumpta à volatu auium.

De

De ediſcendo.

CAP. VII.

Argvmentvm.

Conſuetudinem ſui temporis improbat, qua pueri quæ ſcribebant omnia ediſcebant & declamabant. Id quemadmodum aliquando permittere non inutile, maxime cum aliquid politius & limatius ſcripſerint, ita longe vtilius electos ex claris autoribus locos ediſcere, & hanc operam in illis ponere cenſet, quod argumentis ſubiectis probat.

ILlud ex conſuetudine mutandum prorſus exiſtimo in his de quibus nunc diſſerimus ætatibus, ne omnia quæ ſcripſerint, ediſcant, & certa, vt moris eſt, die dicant: quod quidẽ maxime patres exigunt: atque ita demũ ſtudere liberos ſuos, ſi quam frequentiſſime declamauerint, credunt: cum profectus præcipue diligẽtia conſtet. Nam vt ſcribere pueros, plurimumque eſſe in hoc opere plane velim: ſic ediſcere electos ex orationibus vel hiſtoriis, aliove quo genere dignorum ea cura voluminum locos, multo magis ſuadeam. Nam & exercebitur acrius memoria, aliena complectendo, quam ſua: & qui erunt in difficiliore huius generis labore verſati, ſine moleſtia, quæ ipſi compoſuerint, iam familiarius animo ſuo affigent, & aſſueſcent optimis, ſemperque habebunt intra ſe, quod imitentur: etiam non ſentientes, formam orationis illam quam mente penitus acceperint, exprimẽt. Abundabunt autem copia verborum optimorum, & compoſitione, ac figuris iam non quæſitis, ſed ſponte & ex repoſito velut theſauro ſe offerentibus. Accedit his & iucunda in ſermone bene à quoq; dictorum relatio, & in cauſis vtilis. Nam & plus autoritatis afferunt ea, quæ non præſentis gratia litis ſunt cõparata, & laudem ſæpe maiorem, quam ſi noſtra ſint, conciliant. Aliquando tamen permittendum, quæ ipſi ſcripſerint, dicere, vt laboris ſui fructum etiam ex illa quæ maxime petitur laude, plurimum capiant. Verum id quoque tum fieri oportebit, cum aliquid commodius elimauerint, vt eo velut præmio ſtudii ſui donentur, ac ſe meruiſſe vt dicerent, gaudeant.

Diligentia in ſtudiis requiſita. Memoriæ exercitiũ neceſſariũ.

An ſecundum ſui quiſque ingenii docendus ſit naturam.

In docendo ingenia ſpectanda.

C A P. VIII.

ARGVMENTVM.

Diſcrimina ingeniorum noſſe, & quo quemque natura ferat, & hinc quemque maxime qui imbecillo eſt ingenio, ſecundum vim naturamque ingenii ſui docere primam boni præceptoris virtutem eſſe dicit, liberaliore autem ingenio præditum, quem oratorem fieri poſſe ſperamus, per omnia quæ oratorem perficiunt, exercendum & verſandum, pancratiaſtæ exemplo, & phonaſci, qui non vno aliquo ſuarum artium aut certaminum genere, reliquis omiſſis, contenti in omnibus excellere ſtudent.

Virtus præceptoris haberi ſolet, nec immerito, diligenter in iis quos erudiendos ſuſceperit, notare diſcrimina ingeniorum, & quo quemq; natura maxime ferat, ſcire. Nã eſt in hoc incredibilis quædam varietas: nec pauciores animorũ pene quam corporum formæ. Quod intelligi etiam ex ipſis oratoribus poteſt, qui tantum inter ſe diſtant genere dicendi, vt nemo ſit alteri ſimilis, quamuis plurimi ſe ad eorum quos probabant, imitationem compoſuerint. Vtile deinde pleriſque viſum eſt ita quemque inſtituere, vt propria naturæ bona, doctrina fouerent, & in id potiſſimum ingenia quo tenderẽt, adiuuarentur: vt ſi quis palæſtræ peritus, cum in aliquod plenum pueris gymnaſium venerit, expertus eorum omni modo corpus, animumque, diſcernat cui quiſque certamini ſit præparandus: ita præceptorem eloquentiæ, cum ſagaciter fuerit intuitus cuius ingenium preſſo limatoque genere dicẽdi, cuius acri, graui, dulci, aſpero, nitido, vrbano, maxime gaudeat, ita ſe commodaturum ſingulis, vt in eo quo quiſque eminet, prouehatur: quod & adiuta cura natura magis eualeſcat, & qui in diuerſa ducatur, nec in iis quibus minus aptus eſt, ſatis poſſit efficere, & ea in quæ natus videtur, deſerendo faciat infirmiora. Quod mihi (libera enim vel contra receptas perſuaſiones rationem ſequenti, ſententia eſt) in parte verum videtur. Nam proprietates ingeniorum diſpicere prorſus neceſſarium eſt. In his quoque certum ſtudiorum facere delectum nemo diſſuaſerit. Nanque erit alius hiſtoriæ magis idoneus, alius compoſitus ad carmen, alius vtilis ſtudio iuris, vt

Cic. de opt. dicendi genere, & de clar. oratoribus.

Ingeniorũ proprietatem & naturam inſpiciendã.

De his Ariſtot. lib. 1. rhet. & Calim lib.

7.c.51. antiquit. ris, vt nonnulli rus fortaſſe mittendi. Sic diſcernet hæc dicendi magiſter, quo modo palæſtricus ille curſorem faciet, aut pugilem, aut luctatorem, aliudue quid ex iis quæ ſunt ſacrorum certaminum. Verum ei qui foro deſtinabitur, non in vnam partem aliquam, ſed in omnia quæ ſunt eius operis, etiam ſi qua difficiliora diſcenti videbuntur, elaborandum eſt. Nam & omnino ſuperuacua erat doctrina, ſi natura ſufficeret. An ſiquis ingenio corruptus ac tumidus, vt plerique ſunt, inciderit, in hoc eum ire patiemur: aridum atque ieiunum non alemus, & quaſi veſtiemus? Nam ſi quædam detrahere neceſſarium eſt, cur non ſit adiicere conceſſum? Neque ego contra naturam pugno. Non enim deſerendum id bonum, ſi quod ingenitum eſt, exiſtimo, ſed augendum addendumque quod ceſſat. *Cic. 3. de Orat.* An vero clariſſimus ille præceptor Iſocrates, quem nõ magis libri bene dixiſſe, quam diſcipuli bene docuiſſe teſtantur, cum de Ephoro atque Theopompo ſic iudicaret, vt alteri frænis, alteri calcaribus opus eſſe diceret; aut in illo lentiore tarditatem, aut in hoc pene præcipiti concitationem adiuuandam docendo exiſtimauit, cum alterum alterius natura miſcendum arbitraretur? *Imbecilla ingenia vt tractãda.* Imbecillis tamen ingeniis ſane ſic obſequendum ſit, vt tantum in id quo vocat natura, ducantur. Ita enim quod ſolum poſſunt, melius efficient. Si vero liberalior *natura contigerit, & in qua merito ad ſpem oratoris ſimus aggreſſi, nulla dicendi virtus omittenda eſt. ** Al. materia.* Nam licet ſit aliquam in partem pronior, vt neceſſe eſt, cæteris tamen non repugnabit, atque ea cura paria faciet iis in quibus eminebat: ſicut ille (ne ab eodem exemplo recedamus) exercendi corpora peritus, non ſi docendum pancratiaſten *ſuſceperit, pugno ferire vel calce tantum, aut nexus modo, atque in his certos aliquos docebit, ſed omnia quę ſunt eius certaminis. ** Luctatorem athletam vide Gell. 13. c. 26.* Erit qui ex his aliqua non poſſit? In id maxime quod poterit incumbet. Nam ſunt hæc duo vitanda prorſus: Vnum ne tentes quod effici non poſſit: Alterum, ne ab eo quod quis optime facit, in aliud cui minus eſt idoneus, transferas. *Vitanda quæ.* At ſi fuerit qui docebitur, ille quem adoleſcentes ſenem vidimus, Nicoſtratus, omnibus in eo docendi partibus ſimiliter vtetur: efficietque illum, qualis hic fuit, luctando pugnandoque (quorum vtroque certamine iiſdem diebus coronabatur) inuictum. Et quanto id magis oratoris futuri magiſtro prouidendum erit? Non enim ſatis eſt dicere preſſe tãtum, aut ſubtiliter, aut aſpere: non magis quam phonaſco

*acu-

*acutis tantum, aut mediis, aut grauibus ſonis, aut horum etiam particulis excellere. Nam SICVT cithara, ita oratio perfecta non eſt, niſi ab imo ad ſummum omnibus intenta neruis conſentiat.

De officio diſcipulorum.

*Id eſt vocis exercendæ magiſtro.

De officio diſcipulorum.

CAP. IX.

ARGVMENTVM.

Quia parũ profuerit docere, niſi diſcipuli ſe præbeant dociles: quo pacto id fieri poſſit, demonſtrat, nimirũ ſi pietatem in præceptores exerceant, & eos tanquam animorum patres colant amentq́ue.

PLura de officiis docentium locutus, diſcipulos id vnum interim moneo, vt præceptores ſuos nõ minus quam ipſa ſtudia ament: & parentes eſſe non quidem corporum, ſed mentium credant. Multum hæc pietas confert ſtudio nam ita & libenter audient, & dictis credent, & eſſe ſimiles concupiſcent: in ipſos denique cœtus ſcholarum læti, & alacres cõuenient, emendati non iraſcentur, laudati gaudebunt. vt ſint chariſſimi, ſtudio merebuntur. Nam vt illorum officium eſt docere, ſic horum præbere ſe dociles. alioqui neutrum ſine altero ſufficiet. SICVT hominis ortus ex vtroque gignentium confertur, & fruſtra ſparſeris ſemina, niſi illa præmollitus fouerit ſulcus: ita eloquentia coaleſcere nequit, niſi ſociata tradentis accipientiſque concordia.

Præceptores à diſcipulis cur amandi.
vide Petrar. de remediis vtriuſque fort. lib. 2. dialog. 41. & Philelphus lib. 2. de educa. liberor.

De vtilitate & ratione declamandi.

CAP. X.

ARGVMENTVM.

Præexercitationes hactenus traditæ ſunt, & orationem membra à reliquis ſeiuncta: nunc corpus ipſum, declamationes iudiciales & ſuaſorias, vltimum rhetoris munus aggreditur: & primum eas ab vtilitate commendat: deinde formam depingit, oſtenditque quid ſit earum proprium, nempe, vt veris actionibus ſint quam ſimillimæ: quamuis pluſculum nitoris aſſumere permittantur. ¶ Inuehitur in licentiam atque inſcitiam declamatorum: & quatenus poetica themata pertractanda iuuenibus permitti oporteat ſtatuit, nempe vt vberius luxuriantes creſcant, & eloquentiæ vires maiores adyciant.

IN his primis operibus, quæ non ipſa parua ſunt, ſed maiorum quaſi membra atque partes, bene inſtituto, ac ſatis exerci-

exercitato, iam fere tempus appeteret aggrediendi ſuaſoris iudicialeſque materias: quarum antequam viam ingredior, pauca mihi de ipſa declamandi ratione dicenda ſunt: quæ quidem vt ex omnibus nouiſſime inuenta, ita multo eſt vtiliſſima. Nam & cuncta illa de quibus diximus, in ſe fere continet, & veritati proximam imaginem reddit: ideoq; ita eſt celebrata, vt pleriſque videretur ad formandam eloquentiam vel ſola ſufficere. Neque enim virtus vlla perpetuæ duntaxat orationis reperiri poteſt, quæ non ſit cum hac diſcendi meditatione communis. Eo quidem res iſta culpa docentium recidit, vt inter præcipuas quæ corrumperent eloquentiam cauſſas, licentia atq; inſcitia declamantium fuerit. Sed eo quod natura bonum eſt, bene vti licet. Sint ergo & ipſæ materiæ quæ fingentur, quam ſimillimæ veritati: & declamatio in quantum maxime poteſt, imitetur eas actiones in quarum exercitationem reperta eſt. Nam magos & peſtilentiam, & reſponſa, & ſæuiores tragicis nouercas, aliaque magis adhuc fabuloſa fruſtra inter ſponſiones & interdicta quæremus. Quid ergo? Nũquam hæc ſupra fidem, & poetica (vt fere dixerim) themata, iuuenibus pertractare permittemus, vt expatientur, & gaudeant materia, & quaſi *in corpus eant? Erit optimum, ſed certa ſint grandia & tumida, non ſtulta etiam, & acrioribus oculis intuenti ridicula: ac ſi iam cedendum eſt, impleat ſe declamator aliquando, dum ſciat, vt quadrupedes cum viridi pabulo diſtentæ ſunt, ſanguinis detractione curantur, & ſic ad cibos viribus conſeruandis idoneos redeunt: ita ſibi quoque tenuandas adipes, & quicquid humoris corrupti contraxerit, emittendum, ſi eſſe ſanus ac robuſtus volet. Alioqui tumor ille inanis primo cuiuſque veri operis conatu deprehẽdetur. Totum autem declamandi opus qui diuerſum omnino à forenſibus cauſſis exiſtimant, ii profecto ne rationem quidem qua iſta exercitatio inuenta ſit, peruident. Nam ſi foro non præparat: aut ſcenicæ oſtentationi, aut furioſæ vociferationi ſimillimum eſt. Quid enim attinet iudicem præparare, qui nullus eſt? narrare quod omnes ſciant falſum? probationes adhibere cauſſæ, de qua nemo ſit pronuntiaturus? Et hæc quidem otioſa tantum: affici vero, & ira vel luctu permouere, cuius eſt ludibrii, niſi quibuſdam pugnæ ſimulacris ad verum diſcrimen aciemque iuſtam conſueſcimus? Nihil ergo inter forenſe genus dicendi, atque hoc declamatorium intererit? Si profectus gratia dicimus, nihil. Vtinamque adiici ad con-

Declamantium inſcitia præcipua eloquẽtia corrumpendæ cauſa.

σωματοῦσθαι Græci dicunt.

conſuetudinem poſſet, vt nominibus* vteremur! & perplexæ magis, & longioris aliquando actus controuerſiæ fingerentur, & verba in vſu quotidiano poſita minus timeremus, & iocoſos inſerere moris eſſet: quæ nos, quamlibet per alia in ſcholis exercitati ſumus, tyrones in foro inueniunt. Si vero in oſtentationem comparetur declamatio, ſane paululum aliquid inclamare ad voluptatem audientium debemus. Nam & iis actionibus quæ in aliqua ſine dubio veritate verſantur, ſed ſunt ad popularem aptatæ delectationem, quales legimus panegyricos, totumque hoc demonſtratiuum genus, permittitur adhibere plus cultus, omnemque artem, (quæ latere plerunque in iudiciis debet) non confiteri modo, ſed oſtentare etiam hominibus in hoc aduocatis. Quare declamatio, quoniam eſt iudiciorum conſiliorumque imago, ſimilis eſſe debet veritati: quoniam autem aliquid in ſe habet ἐπιδεικτικὸν,* nonnihil ſibi nitoris aſſumere. Quod faciunt auctores comici: qui nec ita prorſus vt nos vulgo loquimur, pronuntiant, quod eſſet ſine arte: nec procul tamen à natura recedant, quo vitio periret imitatio: ſed morem communis huius ſermonis decore quodam ſcenico exornant. Sic quoque aliqua nos incommoda ex his quas finxerimus materiis conſequentur, & in eo præcipue, quod multa in his relinquuntur incerta, quæ ſumimus vt videntur ætates, facultates, liberi, parentes, vrbiũ ipſarum vires, iura, mores, aliaque his ſimilia. Quin aliquando etiam argumenta ex ipſis poſitionum vitiis ducimus. Sed hæc ſuo quæque loco. Quamuis omne propoſitum operis à nobis deſtinari eo ſpectet, vt orator inſtituatur: tamen ne quid ſtudioſi requirant, ſi quid erit quod ad ſcholas pertineat proprie, in tranſitu non omittemus.

Oratoriæ artis cognitio an neceſſaria.

**nominibus, intellige propriis.*

Panegyrici laudis orationes.

**Id eſt, demonſtratiuum.*

Authoris ſcopus & finis.

An artis huius neceſſaria cognitio ſit.

CAP. XI.

ARGVMENTVM.

Naturam ad eloquentiam minime ſufficere, verum artem adiungendam contendit, refellendo & ridendo eorum ineptiam inſcitiamque, qui contempta arte, natura & ingenii viribus gloriātes, pro terſa, culta, nitida, & vbiq; conſona oratione, hiulca, diſſoluta, & monſtroſa vtantur.

IAm hinc ergo nobis inchoanda eſt ea pars artis, ex qua capere initium ſolent qui priora omiſerunt: quanquam video quoſ-

Natura vt ad eloquentiam mini me ſufficiat. quoſdam in ipſo ſtatim limine obſtaturos mihi, qui nihil egere huiuſmodi præceptis eloquentiam putent: ſed natura ſua, & vulgari modo, & ſcholarum exercitatione contenti, rideant etiam diligentiam noſtram, exemplo magni quoque nominis profeſſorum, quorũ aliquis, vt opinor, interrogatus quid eſſet σχῆμα & νόημα, neſcire ſe quidem, ſed ſi ad rem pertineret, eſſe in ſua declamatione, reſpondit. Alius percontanti, Theodoreus, an Apollodoreus eſſet, Ego, inquit, parmularius ſum. Nec ſane potuit vrbanius ex confeſſione inſcitiæ ſuæ elabi. Porro hi, quia & beneficio ingenii præſtantes ſunt habiti, & multa etiam memoria digna exclamauerunt: plurimos habent ſimiles negligentiæ ſuæ, pauciſſimos naturæ. Igitur impetu dicere ſe, & viribus vti gloriantur. Nec enim opus eſſe probatione aut diſpoſitione in rebus fictis: ſed (cuius rei gratia plenum ſit auditorium) ſententiis grandibus, quarum optima quæque à periculo petatur. Quin etiam in cogitando nulla ratione adhibita, aut tectum intuẽtes, magnum aliquid quod vltro ſe offerat, pluribus ſæpe diebus expectantes, aut murmure incerto velut claſſico inſtincti, concitatiſſimum corporis motum non enuntiandis, ſed quærendis verbis accommodant. Nonulli certa ſibi initia priuſquam ſenſum inuenerint deſtinant, quibus aliquid diſerti ſubiungendum ſit: eaque diu ſecum ipſi clareque meditati, deſperata connectendi facultate, deſerunt: & ad alia deinceps, atque inde alia non minus communia atque nota diuertunt. Qui plurimum videntur habere rationis, non in cauſſas tantum laborem ſuum, ſed in locos intendunt: atque in his non corpori proſpiciunt, ſed abrupta quædam, vt forte ad manum venere, iaculantur. Vnde fit, vt diſſoluta & ex diuerſis congeſta oratio cohærere non poſſit, ſimiliſque commentariis puerorum ſit, in quos ea quæ aliis declamantibus laudata ſunt, regerunt: magnas tamen ſententias, & res bonas (ita enim gloriari ſolent) elidunt. Nam & barbari, & ſerui, &, ſi hoc ſat eſt, nulla eſt ratio dicendi.

Quare ineruditi ingenioſiores vulgo habeantur.

CAP. XII.

ARGVMENTVM.

Hoc caput ex ſuperiori pendet. rationes etenim profert, quibus moti, imperiti, ineruditos & artis expertes melius artificibus & eruditis dicere iudicent: quia trahant, non ducant: rumpant, non ſol-

ſoluant: effringant, non aperiant, quod illis videtur robuſtius. Quia diuiſione (quæ ſpeciem virium minuere videtur) non vtuntur: quia ſine delectu omnia dicant, vnde copioſiores apparẽt: quia argumentis minus inhæreant: quia effuſius maledicant: quia inter ſordes magis emiceant eorum ſententiæ: quia geſtu, motu, & pronuntiatione impotentius ſe iactent: quæ tamen omnia à vera eloquentia ſunt alieniſſima.

Ineruditi cur ingenioſiores.

NE hoc quidem negauerim, ſequi plerunque hanc opinionem, vt fortius dicere videantur indocti. Primum, vitio male iudicantium, qui maiorem habere vim credunt ea, quæ non habent artem: vt effringere, quam aperire: rumpere, quam ſoluere: tradere, quam ducere, putant robuſtius. Nam & gladiator, qui armorum inſcius in pugnam ruit; & luctator, qui totius corporis niſu in id quod ſemel inuaſit, incumbit, fortior ab his vocatur: cum interim & hic frequenter ſuis viribus ipſe proſternitur, & illum vehementius impetus excipit aduerſarii mollis articulus. ſed ſunt in hac parte quæ imperitos etiam naturaliter fallant. Nam & diuiſio cum plurimum valeat in cauſſis, ſpeciem virium minuit: & rudia politis maiora, & ſparſa compoſitis numeroſiora creduntur. Eſt præterea quædam virtutum vitiorumque vicinia, quæ maledicus pro libero, temerarius pro forti, effuſus pro copioſo accipitur. Maledicit autem ineruditus apertius & ſæpius, vel cum periculo ſuſcepti litigatoris, frequenter etiam ſuo. Affert & iſta res opinionem, quia libentiſſime homines audiunt ea quæ dicere ipſi* noluiſſent. Illud quoque alterum quod eſt in elocutione ipſa periculum, minus vitat, conaturque perdite: vnde euenit nonnunquam, vt aliquid grande inueniat, qui ſemper quærit quod nimium eſt: verum & raro euenit, & cætera vitia non penſat. Propterhoc quoque interdum videntur indocti copiam habere maiorem, quod dicunt omnia: doctis eſt & electio, & modus. His accedit, quod à cura docendi quod intenderint, recedunt. Itaque illud quæſtionum & argumentorum apud corrupta iudicia frigus euitant: nihilque aliud quam quo vel prauis voluptatibus aſſiſtentium permulceant, quærunt. SENTENTIÆ quoque ipſæ, quas ſolas petunt, magis eminent, cum omnia circa illas ſordida & abiecta ſunt: vt lumina non inter vmbras (quemadmodum Cicero dixit) ſed plane in tenebris clariora ſunt. Itaque ingenioſi vocentur vt libet, dum tamen conſtet, contumelioſe

Artem non habentia, an vim habeant maiorem.

Diuiſionis vis.

*al. voluiſſent.

Lib. de orat.

Ineruditorum mimorum geſticulationes quam ridiculæ.

ſic laudari diſertum. Nihilominus confitendum eſt etiam detrahere doctrinam aliquid, vt limam rudibus, & cotes hebetibus, & vino vetuſtatem: ſed vitia detrahit: atque eo ſolo minus eſt quod literæ perpolierunt, quo melius. Verum hi pronuntiatione quoque famam dicendi fortius quærunt. Nam & clamant vbique: & omnia leuata (vt ipſi vocant) manu, emugiunt, multo diſcurſu, anhelitu, iactatione, geſtu, motu capitis furentes. Iam collidere manus, terræ pedem incutere, femur, pectus, frontem cædere mire ad pullatum circulum facit: cum ille eruditus, vt in oratione multa ſummittere, variare, diſponere, ita etiam in pronuntiando ſuum cuique eorum quæ dicet, colori accommodare actum ſciat: & ſi quid ſit perpetua obſeruatione dignum: modeſtus & eſſe & videri malit. At illi hanc vim appellant, quæ eſt potius violentia: cum interim non actores modo aliquos inuenias, ſed (quod eſt turpius) præceptores etiam, qui breuem dicendi exercitationem conſecuti, omiſſa ratione, vt tulit impetus, paſſim tumultuentur, eoſque qui plus honoris literis tribuerunt, & ineptos, & ieiunos, & trepidos, & infirmos, vt quodque verbum contumelioſiſſimum occurrit, appellent. Verum illis quidem gratulemur, ſine labore, ſine ratione, ſine diſciplina diſertis: nos quando & præcipiendi munus etiam pridem deprecati ſumus, & in foro quoque dicendi, quia honeſtiſſimum finem putabamus, deſinere dum deſideraremur, inquirendo ſcribendoque talia, conſolemur ocium noſtrum, quæ futura vſui bonæ mentis iuuenibus arbitremur, nobis certe ſunt voluptati.

Quis modus ſit in arte.

CAP. XIII.

ARGVMENTVM.

Eſſe artem ad naturam adiungendam, contra imperitos oſtendit. Nunc autem quis modus in arte ſtatui debeat (ne in hanc etiam partem anili ſuperſtitione obſtricti ſimus) docet, nempe rhetorices præceptis, quæ catholica vocent, ita adhærendum eſſe, vt intelligamus ea pro ratione loci, temporis, & perſonarum, pro neceſſitate, aut occaſione (quibus tota dicendi doctrina conſtat) mutari. Id probat & illuſtrat ſimilitudine à bonis imperatoribus, ſtatuariis, & pictoribus ducta: qui etiam ſi de acie inſtituenda, de ſtatuis, & picturis faciendis, ordinem certum, conſtitutumque habeant, de illo tamen plurima frequenter mutent, varios flexus auer

Modus in arte.

auerſioneſq; ſequentes. Quare in omni actione duo ſpectanda monet, quid deceat, & quid expediat: ad quæ reſpicientes, artem dicendi non ſolis præceptis, verum multo labore, aſſiduo ſtudio, varia exercitatione, pluribus experimentis, altiſſima prudentia, præſentiſſimo conſilio conſtare, cognoſcamus.

NEmo autem à me exigat id præceptorum genus, quod eſt à pleriſque ſcriptoribus artium traditum, vt quaſi quaſdam leges immutabili neceſſitate conſtrictas ſtudioſis dicēdi feram: vtique proœmium, & id quale: proxima huic narratio: quæ lex deinde narrandi propoſitio poſt hanc, vel, vt quibuſdam placuit, excurſio: tum certus ordo quæſtionum, cæteraque quæ velut ſi aliter facere fas non ſit, quidam tanquam iuſſi ſequuntur. Erat enim rhetorice res prorſus facilis ac parua, ſi vno & breui præſcripto contineretur: ſed mutantur pleraque cauſſis, temporibus, occaſione, neceſſitate. Atque ideo Res in oratore præcipua conſilium eſt; quia varie & ad rerum momenta conuertitur. Quid ſi enim præcipuas Imperatori, quoties aciem inſtruet, dirigat frontem, cornua vtrinque promoueat, equites pro cornibus locet? Erit hæc quidem rectiſſima fortaſſe ratio, quoties licebit: ſed mutabitur natura loci, ſi mons occurret, ſi flumen obſtabit, ſi collibus, ſyluis, aſperitate alia prohibebitur. Mutabit hoſtium genus, mutabit præſentis conditio diſcriminis. nunc acie directa, nunc cuneis, nunc auxiliis, nunc legione pugnabitur: nonnunquam terga etiam dediſſe ſimulata fuga proderit. Ita proœmium neceſſarium, an ſuperuacuum: breue, an longius: ad iudicem omni ſermone directo, an aliquando auerſo per aliquam figuram, dicendum ſit: conſtricta an latius fuſa narratio, continua an diuiſa, recta an ordine permutato, cauſſæ docebunt. Itemque de quæſtionum ordine, cum in eadem controuerſia aliud alii parti prius quæri frequenter expediat. Neque enim rogationibus plebiſue ſciris ſancta ſunt iſta præcepta, ſed hoc quicquid eſt, vtilitas excogitauit. Non negabo autem ſic vtile eſſe plerunque, alioqui nec ſcriberem: verum ſi eadem illa nobis aliud ſuadebit vtilitas, hanc relictis magiſtrorum autoritatibus ſequemur. Equidem id maxime præcipiam, ac *Repetens iterum iterumque monebo,* Res duas in omni actu ſpectet orator, quid deceat, quid expediat. Expedit autem ſæpe mutare ex illo conſtituto traditoque ordine aliqua & interim decet: vt in ſtatuis atque picturis videmus variari ha-

Rhetorices difficultas vnde.

Circunſtantiæ vt in rebus obſeruanda, maxime in bellicis.

Æneid. 3.

Præceptum perutile.

habitus, vultus, ſtatus. Nam recti quidem corporis vel minima gratia eſt. Nempe enim aduerſa ſit facies, & demiſſa brachia, & iuncti pedes, & à ſummis ad ima rigens opus. Flexus ille, &, vt ſic dixerim, motus, dat* actum quendã effictis. Ideo nec ad vnum modum formatæ manus, & in vultu mille ſpecies. Curſum habent quædam & impetum, ſedent alia, vel incumbunt: nuda hæc, illa velata ſunt: quædam miſta ex vtroque. Quid tam diſtortum & elaboratum, quam eſt ille Diſcobolos* Myronis? Si quis tamen vt parum rectum improbet opus, nonne ab intellectu artis abfuerit, in qua vel præcipue laudabilis eſt illa ipſa nouitas, ac difficultas? Quam quidem gratiam & delectationem afferunt figuræ, quæque in ſenſibus, quæque in verbis ſunt. Mutant enim aliquid à recto, atque hanc præ ſe virtutem ferunt, quod à conſuetudine vulgari receſſerunt. Habet in pictura ſpeciem tota facies: Apelles tamen imaginem Antigoni latere tantum altero oſtendit, vt amiſſi oculi deformitas lateret. Quid? non in oratione operienda ſunt quædam, ſiue oſtendi non debent, ſiue exprimi pro dignitate non poſſunt? vt fecit Timanthes, vt opinor, Cithnius, in ea tabula qua Colotem Teium vicit. Nam cum in Iphigeniæ immolatione pinxiſſet triſtem Calchantem, triſtiorem Vlyſſem, addidiſſet Menelao quem ſummum poterat ars efficere mœrorem: conſumptis affectibus, non reperiens quo digne modo patris vultum poſſet exprimere, velauit eius caput, & ſuo cuique animo ded[i]t æſtimandum. Non ne huic ſimile eſt illud Salluſtianum, Nam de Carthagine tacere ſatius puto, quam parum dicere? Propter quæ mihi ſemper moris fuit, quam minime alligare me ad præcepta, quæ καθολικὰ vocãt, id eſt (vt dicamus quomodo poſſumus) vniuerſalia, vel perpetualia. Raro enim reperitur hoc genus, vt non labefactari parte aliqua, aut ſubrui poſſit. Sed de his plenius ſuo quicque loco tractabimus. Interim nolo ſe iuuenes ſatis inſtructos, ſi quem ex his qui breues plerunque circunferuntur, artis libellum edidicerint, & velut decretis Technicorum* tutos putẽt. Multo labore, aſſiduo ſtudio, varia exercitatione, pluribus experimentis, altiſſima prudentia, præſentiſſimo conſilio conſtat ars dicendi. Sed adiuuatur his quoque, ſi tamen rectam viam, non vnam orbitam monſtrent: à qua declinare qui crediderit nefas patiatur, neceſſe eſt illam per funes ingredientium tarditatem. Itaque & ſtratum militari labore iter ſæpe deſerimus compendio ducti: & ſi rectum

al. actum uendam, & factum.

** Lapidum vibrator, de quo Plin. 34. cap. 8*

Cic. in Orat. Plin. lib. 35. cap. 10. & Valerius li. 8. c. 12.

In Iugurtha.

** Hos acutulos & minutos docto res interpretatur Cal. Rhod. 14. c. 24.*

limitem rupti torrentibus pontes inciderint, circumire cogemur: & ſi ianua tenebitur incendio, per parietem exibimus. Late fuſum opus eſt, & multiplex, & prope quotidie nouum, & de quo nunquam dicta erunt omnia. Quæ ſunt tamen tradita, quid ex his optimum, & ſi quid mutari, adiici, detrahi melius videbitur, dicere experiar.

Quid Rhetorica & eius finis.

Ars dicendi ex quibus conſtet.

Rhetorices etymon, & totius operis diuiſio.

CAP. XIV.

ARGVMENTVM.

Rhetoricen non apte in Latinum ſermonem transferri poſſe, atque ideo Græco nomine nobis vtendum, quod & in multis retinendum ſit, concludit. ¶ *Deinde in partes, quæ rurſus in alias libro tertio & quarto diducantur, diuidi: nempe in artem, artificem, & opus.*

RHetoricen in Latinum transferentes, tum oratoriam, tum oratricem nominauerunt. Quos equidem non fraudauerim debita laude, quod copiam Romani ſermonis augere tentauerint. Sed non omnia nos ducentes ex Græco ſequuntur, ſicut ne illos quidem quoties ſuis vtique verbis ſignare noſtra voluerunt. Et hæc interpretatio non minus dura eſt, quam illa * Plauti *eſſentia* atque *entia*: ſed ne propria quidem. Nam *oratoria ſic* effertur, vt *elocutoria*: *Oratrix* vt *elocutrix*: Illa autem de qua loquimur *rhetorice*, talis eſt qualis *eloquentia*, nec dubie apud Græcos quoque duplicem intellectum habet. Namque vno modo fit appoſitum, ars rhetorica, vt nauis piratica: altero nomen rei, qualis eſt philoſophia, amicitia. Nos ipſam nunc volumus ſignificare ſubſtantiam, vt grammatice *literatura* eſt, non *literatrix*, quemadmodum *oratrix*: nec *literatoria*, quemadmodum *oratoria*. Verum in rhetorice non ſic. Ne pugnemus igitur, cum præſertim plurimis alioqui Græcis ſit vtendum. Nam certe & * phyſicos, & muſicos, & geometras dicam: nec vim afferam his nominibus indecora in Latinum ſermonem mutatione. Denique cum M. Tullius etiam ipſis librorum, (quos hac de re primum ſcripſerat,) titulis Græco nomine vtatur, profecto non eſt verendum ne temere videamur oratori maximo de nomine artis ſuæ credidiſſe. Igitur Rhetorice (iam enim ſine metu cauillationis vtemur hac appellatione) ſic, vt opinor, optime diuidetur, vt de arte, de artifice, de opere

Rhetorica vox Græca.

*al. Flauii.

Oratrix vt & infr. lib. 3. c. 6. de ſtatu. & lib. 8. c. 3. de ornatu.

*al. philoſophos.

Ars & artifex. *Oratoris ſumma.*

dicamus. Ars erit, quæ diſciplina percipi debet: ea eſt bene dicendi ſcientia. Artifex eſt, qui percepit hanc artem, id eſt, orator, cuius eſt ſumma, bene dicere. Opus, quod efficitur ab artifice: id eſt bona oratio. Hæc omnia rurſus diducuntur in ſpecies. Sed illa ſequentia ſuo loco, nunc quæ de prima parte tractanda ſunt, ordiar.

Quid ſit rhetorice, & quis eius finis.

CAP. XV.

ARGVMENTVM.

Profert varias, atque etiam inter ſe pugnantes veterum de rhetorica, de fine eius, & oratore, opiniones: aſtruentibus aliis eam eſſe vim perſuadendi, aliis cacotechnian, id eſt, artis prauitatem, aliis vim inueniendi, aliis ducendi in id quod vellet actor, aliis ſcientiam circa quæſtiones ciuiles verſantem, artem aliis ſed non virtutem putantibus, aliis vſum ſolum, atque exercitationem dicendi, aliis quoq; adulandi peritiam, aliis etiam oratorem & peſſimũ virum eſſe aſſeuerantibus. Quorum omnium opiniones refellit, & rhetoricen bene dicendi ſcientiam: eius finem, bene dicere, non perſuadere: & oratorem virum bonum eſſe debere, concludit.

Rhetorice quid: & quam variæ ſint in illius finitionem ſententiæ.

ANte omnia, quid ſit Rhetorice: quæ finitur quidem variè, ſed quæſtionem habet duplicem, aut enim de qualitate ipſius rei, aut de comprehenſione verborum diſſenſio eſt. Prima ac præcipua opinionum circa hoc differentia, quod alii malos quoque viros poſſe oratores dici putant: alii (quorum nos ſententiæ accedimus) nomen hoc: artemque de qua loquimur, bonis demum tribui volunt. Eorum autem qui dicendi facultatem à maiore ac magis expetenda vitæ laude ſecernunt; quidam rhetoricen vim tantum, quidam ſcientiam, ſed non virtutem; quidam vſum, quidam artem quidem, ſed à ſcientia & virtute ſeiunctam; quidam etiam prauitatem quandam artis, id eſt, κακοτεχνίαν nominauerunt. Hi fere aut in perſuadendo aut in dicendo appoſite ad perſuadendum poſitum orandi munus ſunt arbitrati. Id enim fieri poteſt ab eo quoque, qui vir bonus non ſit. Eſt igitur frequentiſſimus finis rhetorices, vis perſuadendi. Quod ego vim appello, pleri que poteſtatem, nonnulli facultatem vocant: quæ res ne quid afferat ambiguitatis, vim dico τὴν δύναμιν. Hæc opinio originem ab Iſocrate (ſi tamen re vera ars quæ circunfertur, eius eſt) duxit. Qui cum longe

ſit

tà voluntate infamantium oratoris officia, finem artis tenere comprehendit, dicens eſſe rhetoricen perſuadendi opificem, id eſt, πειθοῦς δημιουργόν. Neque enim mihi permiſerim eadem vti declinatione, qua Ennius M. Cethegum *Suadæ medullam* vocat. Apud Platonem quoque Gorgias in libro qui nomine eius inſcriptus eſt, idem fere dicit: ſed hanc Platonis illius opinionem vult accipi, non ſuam. Cicero pluribus locis ſcripſit, oratoris officium eſſe, dicere apposite ad perſuadendum. In rhetoricis etiam, quos ſine dubio ipſe non probat, finem facit perſuadere. Verum & pecunia perſuadet, & gratia, & autoritas dicentis, & dignitas, & poſtremo aſpectus etiam ipſe ſine voce, quo vel recordatio meritorum cuiuſque, vel facies aliqua miſerabilis, vel formæ pulchritudo ſententiam dictat. Nam & M. Aquilium defendens Antonius, quum ſciſſa veſte cicatrices quas is pro patria pectore aduerſo ſuſcepiſſet, oſtendit, non orationis habuit fiduciam, ſed oculis populi Romani vim attulit: quem illo aſpectu maxime motum in hoc, vt abſolueret reum, creditum eſt. Seruium quidem Galbam miſeratione ſola, qua non ſuos modo liberos paruulos in concionem produxerat, ſed Galli etiam Sulpitii filium ſuis ipſe manibus circuntulerat, elapſum eſſe, cum aliorum monumentis, tum Catonis oratione teſtatum eſt. Et Phrynen non Hyperidis actione, quanquam admirabili, ſed conſpectu corporis, quod illa ſpecioſiſſimum alioqui, diducta nudauerat tunica, putant periculo liberatam. Quæ ſi omnia perſuadent, non eſt hic, de quo locuti ſumus, idoneus finis. Ideoque diligentiores viſi ſunt ſibi, qui cum de rhetorice idem ſentirent, exiſtimauerunt eam vim dicendo perſuadendi. Quem finem Gorgias in eodem, de quo ſupra diximus libro, velut coactus a Socrate facit, à quo non diſſentit Theodectes, ſiue ipſius id opus eſt quod de rhetorice nomine eius inſcribitur: ſiue, vt creditum eſt, Ariſtotelis: in quo eſt finem eſſe rhetorices, ducere homines dicendo in id quod actor velit. Sed ne hoc quidem ſatis eſt comprehenſum, perſuadent enim dicendo, vel ducunt in id quod volunt, alii quoque, vt meretrices, adulatores, corruptores. At contra non perſuadet ſemper orator: vt interim non ſit proprius hic finis eius: interim ſit communis cum iis qui ab oratore procul abſunt. Atqui non multum ab hoc fine abeſt Apollodorus, dicens, iudicialis orationis primum & ſuper omnia eſſe perſuadere iudici, & ſententiam eius ducere in id quod velit.

Nam

Rhetorica quid & eius finis.

Cicero in Bruto & Catone.

Vide Ang. Politian. miſcell. c. 91.

De Orat. 1.

Perſuaſoria quæ.

Cicero 2. *de Ora. &* 7. *in Verr. act. Valer. lib.* 8. *tit.* 1.

Athenæus 13. *Dipnoſ.*

Vide Valer. lib. 8. *c.* 15.

Nam & ipſe oratorem fortunæ ſubiicit: vt ſi non perſuaſerit, nomen ſuum retinere non poſſit.

Lib. 1. Rhetori. Quidam receſſerunt ab euentu, ſicut Ariſtoteles, qui dicit, Rhetorice eſt vis inueniendi omnia in oratione perſuaſibilia. Qui finis & illud vitium de quo ſupra diximus, habet: & inſuper, quod nihil niſi inuentionem complectitur, quæ ſine elocutione non eſt oratio. Hermagoræ, qui finem eius eſſe ait perſuaſibiliter dicere, & aliis qui eandem ſententiam non eiſdem tamen verbis explicant, ac finem eſſe demonſtrant dicere quæ oporteat omnia ad perſuadendum: ſatis reſponſum eſt, cum perſuadere non tantum oratoris eſſe conuicimus.

Cap. 21. huius lib. vbi de materia rhet. Addita ſunt his alia varie. Quidam enim circa res omnes, quidam circa ciuiles modo verſari rhetoricen putauerunt. quorum verius vtrum ſit, in eo loco qui huius quæſtionis proprius eſt, dicam. Omnia ſubieciſſe oratori videtur Ariſtoteles, cum dixit vim eſſe dicendi quid in quaque re poſſit eſſe perſuaſibile. Et Patrocles, qui non quidem adiicit, in quaque re: ſed nihil excipiendo, idem oſtendit. Vim enim vocat inueniendi quod ſit in oratione perſuaſibile, qui fines & ipſi ſolam complectuntur inuentionem. Quod vitium fugiens Theodorus, vim putat inueniendi & eloquendi cum ornatu credibilia in omni oratione. Sed cum eodem modo credibilia quo perſuaſibilia etiam non orator inueniat: adiiciendo, in omni oratione, magis quam ſuperiores, concedit ſcelera quoque perſuadentibus, pulcherrimæ rei nomen. Gorgias apud Platonē, perſuadendi ſe artificem in iudiciis & aliis cœtib. eſſe ait: de iuſtis quoque & iniuſtis tractare: cui Socrates perſuadendi, non docendi concedit facultatem.

Vid. Ioach. Camerarium hic.

Qui vero non omnia ſubiiciebant oratori, ſolicitius ac verboſius, vt neceſſe erat, adhibuerunt diſcrimina: quorum fuit Ariſton Critolai Peripatetici diſcipulus, cuius hic finis eſt, ſcientia videndi & agendi in quæſtionib. ciuilibus per orationem popularis perſuaſionis. Hic ſcientiam, quia Peripateticus eſt, non vt Stoici, virtutis loco ponit: popularem autem comprehendendo perſuaſionem, etiam contumelioſus eſt aduerſus artem orandi, quam nihil putat doctis perſuaſuram. Illud de omnibus qui circa ciuiles demum quæſtiones oratorem iudicant verſari, dictum ſit.

Excludi ab his plurima oratoris officia: illam certe laudatiuam totam, quæ eſt rhetorices pars tertia. Cautius Theodorus Gadareus, vt iam ad eos veniamus qui artem quidem

eſſe eam, ſed non virtutem, putauerunt. Ita enim dicit (vt ipſis eorum verbis vtar qui hoc ex Græco tranſtulerunt) Ars eſt inuentrix, & iudicatrix, & enuntiatrix decente ornatu ſecundum mentionem eius quod in quoque poteſt ſumi perſuaſibile in materia ciuili. Itemque Cornelius Celſus, qui finem rhetorices ait, dicere perſuaſibiliter in dubia & ciuili materia: Quibus ſunt non diſſimiles, qui ab aliis traduntur, qualis eſt ille, Vis dicendi & eloquendi de rebus ciuilibus ſubiectis ſibi, cum quadam perſuaſione, & quodam corporis habitu, & eorum quæ decet* pronuntiatione. Mille alia, ſed aut eadem, aut ex eiſdem compoſita: quibus item cum de materia rhetorices dicendum erit, reſpondebimus.

Rhetorica quid & eius finis.

* al. *dicet*.

d.c.21.

Quidam enim neque vim, neque ſcientiam, neque artem putauerunt: ſed Critolaus vſum dicendi: nam hoc τριβὴν ſignificat. Atheneus fallendi artem. Plerique autem dum pauca ex Gorgia Platonis, à prioribus imperite excerpta, legere contenti, neq; hoc tantum, neque alia eius volumina euoluunt, in maximum errorem inciderunt: creduntque eum in hac eſſe opinione: vt Rhetoricen non artem, ſed peritiam quandam gratiæ ac voluptatis exiſtimet: & alio loco, ciuilitatis particulæ ſimulacrum, & quartam partem adulationis: quod duas partes ciuilitatis corpori aſſignet, medicinam, & quam interpretantur exercitatricem: duas animo, legalem, atque iuſtitiam: Adulationem autem medicinæ, vocet coquorum artificium: & exercitatricis, mangonum, qui colorem fuco, & verum robur inani ſagina mentiantur: legalis, cauillatricem: iuſtitiæ, rhetoricen. Quæ omnia ſunt quidem ſcripta in hoc libro, dicta: que à Socrate, cuius perſona videtur Plato ſignificare quid ſentiat: ſed alii ſunt eius ſermones ad coarguendos qui contra diſputant, compoſiti, quos ἐλεγκτικοὺς vocant: alii ad præcipiendum, qui δογματικοὶ appellantur. Socrates autem, ſeu Plato, eam quidem quæ tum exercebatur rhetoricen, talem putauit. nam & dicit his verbis, τοῦτον τὸν τρόπον, ὃν ὑμεῖς πολιτεύεσθαι. Non veram autem & honeſtam intelligit. Itaq; diſputatio illa contra Gorgiā ita clauditur, οὐκοῦν ἀνάγκη τὸν ῥητορικὸν δίκαιον εἶναι, τὸν δὲ δίκαιον βούλεσθαι δίκαια πράσσειν. Ad quod ille quidem conticeſcit, ſed ſermonem ſuſcipit Polus iuuenili calore inconſideratior: contra quem illa de ſimulacro & adulatione dicuntur. Tum Callicles adhuc concitatior, qui tamen ad hanc perducitur clauſulam, τὸν μέλλοντα* ὀρθῶς ῥητορικὸν ἔσεσθαι, δίκαιον ἄρα δεῖ εἶναι καὶ ἐπιστήμονα τῶν δικαίων.

Rhetorice κακοτεχνία *falſo ex Platone.*

Plato in Gorgia, lib. 24.

* Vet. αἰτη.

καίων vt appareat Platoni non rhetoricen videri malam, ſed eam veram niſi iuſto ac bono non contingere. Adhuc autem in Phædro manifeſtius facit hanc artem conſummari citra iuſtitiæ quoque ſcientiam non poſſe: cui opinioni nos quoque accedimus. An aliter defenſionem Socratis, & eorum qui pro patria ceciderant, laudem ſcripſiſſet? quæ certe ſunt oratoris opera. Sed in illud hominum genus quod facultate dicendi male vtebatur, inuectus eſt. Nam & Socrates inhoneſtam ſibi credidit orationem, quam ei Lyſias reo compoſuerat: & tum maxime ſcribere litigatoribus quæ illi pro ſe ipſi dicerent, erat moris: atque ita iure, quo non licebat pro altero agere, fraus adhibebatur. Doctores quoque eius artis parum idonei Platoni videbantur, qui rhetoricen à iuſtitia ſeparatent, & veris credibilia præferrent: nam id quoque dicit in Phædro. Conſenſiſſe autem illis ſuperioribus videri poteſt etiam Cornelius Celſus, cuius hæc verba ſunt, Orator ſimile tantum viri* petit. Deinde paulo poſt, Non enim bona conſcientia, ſed victoria, litigantis eſt præmium. Quæ ſi vera eſſent, peſſimorum hominum foret, hæc tam perniciosa nocentiſſimis moribus dare inſtrumenta, & nequitiam præceptis adiuuare. Sed illi rationem opinionis ſuæ viderint.

Cic. 1. de orat. Valer. lib. 6. tit. 4. & Laert.

**Al. veri.*

Nos autem ingreſſi formare perfectum oratorem, quem in primis eſſe virum bonum volumus, ad eos qui de hoc opere melius ſentiunt, reuertamur. Rhetoricen autem quidam eandem ciuilitatem eſſe iudicauerunt: Cicero ſcientiæ ciuilis partem vocat. Ciuilis autem ſcientia idem quod ſapientia eſt. Quidam etiam philoſophiæ, quorum eſt Iſocrates. Huic eius ſubſtantiæ maxime conueniet finitio, Rhetoricen eſſe bene dicendi ſcientiam. Nam & orationis omnes virtutes ſemel complectitur, & protinus mores etiam oratoris, cum bene dicere non poſſit niſi vir bonus. Idem valet Chryſippi finis ille ductus a Cleanthe, ſcientia recte dicendi. Sunt plures eiuſdem, ſed ad alias quæſtiones magis pertinent. Idem ſentiret finis hoc modo comprehenſus: Perſuadere quod oporteat: niſi quod artem ad exitum alligat. Bene Areus, Dicere ſecundum virtutem orationis.

Rhetoric.

Excludunt à rhetorice malos & illi qui ſcientiam ciuilium officiorum eam putauerunt, ſi ſcientiam virtutem iudicant: ſed anguſte intraque ciuiles quæſtiones coercent. Albutius non obſcurus profeſſor atque autor, ſcientiam bene dicendi eſſe conſentit: ſed exceptionibus peccat, adiiciendo, circa ci-

uiles

uiles quæſtiones,& credibiliter, quarum iam vtique reſponſum eſt. Probabilis & illi voluntatis, qui recte ſentire & dicere, rhetorices finem putauerunt. His ſunt fere fines maxime illuſtres, & de quibus præcipue diſputatur. Nam omnes quidem perſequi, nec attinet, nec poſſunt: cum prauum quoddam (vt arbitror) ſtudium circa ſcriptores artium extiterit, nihil eiſdem verbis quæ prior aliquis occupaſſet, finiendi: quæ ambitio procul aberit à me. Dicam enim non vtique quæ inuenero, ſed quæ placebunt: ſicut hoc, rhetoricen eſſe bene dicendi ſcientiam: cum reperto quod eſt optimum, qui quærit aliud, peius velit. His approbatis, ſimul manifeſtum eſt illud quoque, quem finem, vel quid ſummum & vltimum habeat rhetorice, quod τέλος dicitur, ad quod omnis ars tendit. Nam ſi eſt ipſa bene dicendi ſcientia, finis eius & ſummum eſt bene dicere. — *Rhetorica an vtilis.*

An vtilis ſit rhetorice.

CAP. XVI.

ARGVMENTVM.

Probat rhetorices eſſe maximam vtilitatem dignitatemque. Et primum refutat eorum calumnias, qui in eam tanquam rem perniciosam inuehi ſolent, in eam vitium conferentes, quod in homines ſceleratos erat conferendum: quo etiam modo medicinam, ſapientiam, magiſtratus, reprehenſioni obnoxia fieri, ſubiectis exemplis & ſimilibus docet ¶ Deinde aliis contrariis propriis & effectis eius dignitatem vtilitatemque colligit, quod deus nullo magis homines ſeparauerit à brutis, quam dicendi facultate. Et velocitate quidem, firmitate, viribus, & magnitudine, à brutorum quam plurimis homines ſuperari: eſſe etiam intellectum & vſum rationis in quibuſdam, proxime ad homines accedentem, verum vim dicendi vere hominis propriam eſſe, qua etiam homo non ſolum brutis, ſed aliis hominibus præſtet ¶ Addit quod nulla res plenius gratiam referat, quod ea amici defendantur, regatur Senatus populusque, exercitus quocunque ducatur, quod ea verbis etiam in communi vſu poſitis, homines non loqui, ſed tonare ac fulgurare videantur.

SEquitur quæſtio, an vtilis rhetorice. Nam* quidam vehementer in eam inuehi ſolent: &, quod ſit indigniſſimum, in accuſationem orationis vtuntur orandi viribus: Eloquentiam eſſe, quæ pœnis eripiat ſceleſtos, cuius fraude damnen- — *Vt Picus Mirandula, aduer-*

tur

ſus Hermolaum.

Eloquentia abuſus.

** Al inexpugnabilia.*

Ariſtopha. ἐν νεφέλαις. in Gorgia, & Phædro.

tut interim boni: conſilia ducantur in peius: nec ſeditionibus modo turbæque populares, ſed bella etiam * inexpiabilia excitentur: cuius denique cum maxime ſit vſus, cum pro falſis contra veritatem valet. Nam & Socrati obiiciunt comici, docere eum quomodo peiorē cauſſam meliorem faciat: & contra Tiſiam & Gorgiam ſimilia dicit polliceri Plato. Et his adiiciunt exempla Græcorum Romanorumque, & enumerant qui perniciosa non ſingulis tantum, ſed rebus etiam publicis, vſi eloquentia, turbauerint ciuitatum ſtatus, vel euerterint: eoque & Lacedæmoniorum ciuitate expulſam: & Athenis quoque, vbi actor mouere affectus vetabatur, velut reciſam orandi poteſtatem. Quo quidem modo nec duces erunt vtiles nec magiſtratus, nec medicina, nec ipſa denique ſapientia.

Liu. de. lib. 2. & Cic. in Bru.

Nam & dux Flaminius, & Gracchi, Saturnini, Glauciæ magiſtratus, & in medicis venena, & in iis qui philoſophorum nomine male vtuntur, grauiſſima nonnunquam flagitia deprehenſa ſunt. Cibos aſpernemur, attulerunt ſæpe valetudinis cauſſas. nunquam tecta ſubeamus, ſuper habitantes aliquando procumbunt. Non fabricetur militi gladius, poteſt vti eodem ferro latro. Quis neſcit ignes, aquas, ſine quibus nulla ſit vita, & (ne terrenis immorer) Solem Lunamque præcipua ſiderum, aliquando etiam nocere? Num igitur negabitur deformem Pyrrhi pacem cæcus ille Appius dicendi viribus diremiſſe?

Li. lib. 13. & Flo. Pli. lib. 7. c. 30.

Aut non diuina M. Tullii eloquentia & contra leges Agrarias popularis fuit? & Catilinæ fregit audaciam? & ſupplicationes, qui maximus honor victoribus bello ducibus datur, in toga meruit? Nonne perterritos militum animos frequenter a metu reuocat orator? & tot pugnandi pericula ineuntibus, laudem vita potiorem eſſe perſuadet?

L. tamen Craſſus cenſor magiſtros dicendi ſuſtulit. Cic. 3. de orat. & Suet. de claris rhetorib.

Neque vero me Lacedæmonii atque Athenienſes magis nouerint, quā pop. Romanus, apud quem ſumma ſemper oratoribus dignitas fuit. Equidem nec vrbium conditores reor aliter effecturos fuiſſe, vt vaga illa multitudo coiret in populos, niſi docta voce commota: nec legum repertores ſine ſumma vi orandi conſecutos, vt ſe ipſi homines ad ſeruitutem iuris adſtringerent. Quin ipſa vitæ præcepta, etiam ſi natura ſunt honeſta, plus tamen ad formandas mentes valent quoties pulchritudinem rerum claritas orationis illuminat. Quare etiam ſi in vtranque partem valent arma facundiæ, non tamen eſt æquū id haberi malum, quo bene vti licet. Verum hæc apud eos fortaſſe quærantur, qui ſummam rhetorices ad perſuadendi

vim

vim retulerunt. Si vero eſt bene dicendi ſcientia, quem nos finem ſequimur, vt ſit orator inprimis vir bonus: vtilem certe eam eſſe confitendum eſt. Et hercle Deus ille princeps parens rerum, fabricatorque mundi, nullo magis hominem ſeparauit à cæteris, quæ quidem mortalia eſſent, animalibus, quam dicendi facultate. Nam corpora quidem magnitudine, viribus, firmitate, patientia, velocitate præſtantiora in illis mutis, videmus eadem minus egere acquiſitæ extrinſecus opis. Nam & ingredi citius, & paſci, & tranare aquas citra docentem natura ipſa ſciunt. Et pleraque contra frigus ex ſuo corpore veſtiuntur, & arma his ingenita quædam, & ex obuio fere victus: circa quæ omnia mult s hominibus labor eſt. Rationem igitur nobis præcipuam dedit, eiuſque nos ſocios eſſe cum diis immortalibus voluit. Sed ipſa ratio neque tam nos iuuaret, neque tam eſſet in nobis manifeſta, niſi, quæ concepiſſemus mente, promere etiam loquendo poſſemus: quod magis deeſſe cæteris animalibus, quam intellectum & cogitationem quandam videmus. Nam & moliri cubilia, & nidos texere, & educare fœtus, & excludere, quinetiam reponere in hyemem alimenta, opera quædam nobis imitabilia, qualia ſunt cerarum & mellis, efficere, nonnullius fortaſſe rationis eſt: ſed quia carent ſermone quæ id faciunt, muta atque irrationabilia vocantur. Denique homines quibus negata vox eſt, quantulum adiuuat animus ille cæleſtis? Quare ſi nihil à diis oratione melius accepimus, quid tam dignum cultu ac labore ducamus, aut in quo malimus præſtare hominibus, quam quo ipſi homines cæteris animalibus præſtant? Eo quidem magis, quod nulla in parte plenius labor gratiam refert. Id adeo manifeſtum erit, ſi cogitauerimus, vnde, & quouſque iam prouecta ſit orandi facultas, & adhuc augeri poteſt. Nam vt omittam, defendere amicos, regere conſiliis ſenatum, populum, exercitum in quæ velit ducere, quam ſit vtile, conueniatque bono viro: nonne pulchrum vel hoc ipſum eſt, ex communi intellectu, verbiſque quibus vtantur omnes tantum aſſequi laudis & gloriæ, vt non loqui & orare, ſed quod Pericli contigit, fulgurare ac tonare videaris.

Rhetorica an vtilis.

Hominis & bruti differentia.

Cic. in Orat. ex Ariſtophane.

An rhetorice ſit ars.

CAPVT XVII.

ARGVMENTVM.

Rhetoricen artem eſſe probat teſtimoniis primum, non oratorum modo, verumetiam philoſophorum: & ex comparatione aliarum artium, à minori. Item ſub finem capitis à definitione eius, à pari, & effectu. In medio vero tredecim artem oppugnantium obiectiones interjerit, & eaſdem refutat, quæ ſunt huiuſmodi: Non eſſe artem, quod à natura ſit, quoniam natura ſola exercitatione, non etiam arte iuuetur: rhetoricen eſſe eiuſmodi: ergo non eſſe artem. Secundo, Nihil quod ex arte fiat, ante artem fuiſſe: atqui orationes ante artem fuiſſe: ergo, &c. Tertio, Non eſſe artis, quod faciant qui non didicerint: atqui oraſſe Æſchinem & Demadem qui non didicerant: igitur. Quarto, Omnes artes habere materiam, rhetoricen non habere: ergo. Quinto, Nullam artem aſſentiri falſis opinionibus, rhetoricen aſſentiri: ergo. Sexto, Omnes artes habere finem propoſitum, rhetoricen non habere: ergo. Septimo, Artes ſcire quando finem ſunt conſequuta, rhetoricen neſcire: ergo. Octauo, Non eſſe artem quæ vitiis vtatur, rhetoricen vti: ergo. Nono, Nullam artem eſſe ſibi contrariam: rhetoricen eſſe contrariam: ergo. Decimo, Nullam artem deſtruere quod effecerit: id accidere rhetoricæ: ergo. Vndecimo, Nullam artem docere dicenda & non dicenda: id accidere rhetoricæ: ergo. Duodecimo, Artes non in opinionibus eſſe, ſed in ſcientia, rhetoricen eſſe in opinionibus: ergo. Decimotertio, Nullam artem oppugnare diuerſo tempore quod defenderit: id accidere rhetorices operæ: ergo. Quas omnes cauillationes refellit, aut propoſitionem aſſumptionemve negando: vel diſtinguendo, & quod ambiguum erat, interpretando: aut concluſionem non ex præmiſſis ſequi oſtendendo.

FInis non erit, ſi expatiari parte in hac, & indulgere voluptati velim. Tranſeamus igitur ad eam quæſtionem quæ ſequitur, an rhetorice ars ſit. Quod quidem adeo ex iis qui præcepta dicendi tradiderunt nemo dubitauit, vt etiam ipſis librorum titulis teſtatum ſit ſcriptos eos de arte rhetorica:
Rhetoric. 1. Cicero vero etiam quæ Rhetorice vocetur, eſſe artificioſam eloquentiam dicat. Quod non oratores tantum vindicarunt, vt ſtudiis aliquid ſuis præſtitiſſe videantur: ſed cum his philoſophi & Stoici & Peripatetici plerique conſentiunt. Ac me dubitaſſe confiteor, an hanc partem quæſtionis tractandam putarem.

Rhetorica an ſit ars.

tatem. nam quis eſt adeo non ab eruditione modo, ſed à ſenſu remotus hominis, vt fabricandi quidem, & texendi, & è luto vaſa ducendi artem putet: rhetoricen autem, maximum ac pulcherrimum (vt ſupra diximus) opus, in tam ſublime faſtigium exiſtimet, ſine arte veniſſe? Equidem illos qui contra diſputarunt, non tam id ſenſiſſe quod dicerent, quam exercere ingenia materiæ difficultate credo voluiſſe; ſicut Polycratem cum Buſirim laudaret, & Clytemneſtram: quanquam is, quod his diſſimile non eſſet, compoſuiſſe orationem quæ eſt habita contra Socratem, dicitur. Quidam naturalem eſſe rhetoricen volunt, & tamen adiuuari exercitatione non diffitentur: vt in libris Ciceronis de Oratore dicit Antonius, obſeruationem quandam eſſe, non artem. *Lib. 1.* Quod non ideo, vt pro vero accipiamus, eſt poſitum, ſed vt Antonii perſona ſeruetur, qui diſſimulator artis fuit. Hanc autem opinionem habuiſſe Lyſias videtur: cuius ſententiæ talis defenſio eſt, quod indocti & barbari & ſerui pro ſe cum loquuntur, aliquid dicant ſimile principio, narrent, probent, refutent, & (quod vim habeat epilogi) deprecentur. Deinde adiiciunt illas verborum cauillationes. Nihil quod ex arte fiat, ante artem fuiſſe: atqui dixiſſe homines pro ſe, & in alios ſemper: doctores artis, ſero iam & circa Tiſiam & Coraca primum repertos. orationem igitur ante artem fuiſſe, eoque artem non eſſe. Nos porro quando cœperit huius rei doctrina, non laboramus: quanquam apud Homerum, & præceptorem Phœnicem tum agendi tum etiam loquendi, & oratores plures, & omne in tribus ducibus orationis genus, & certamina quoque propoſita eloquentiæ inter iuuenes, inuenimus: quin in cælatura clypei Achillis & lites ſunt, & actores. *Iliad. 9. Iliad. 3. Iliad. 18. Iliad. 6.* Illud admonere ſatis eſt, Omnia quæ ars conſummauerit, à natura initia duxiſſe: aut tollatur medicina, quæ ex obſeruatione ſalubrium atque his contrariorum reperta eſt; & vt quibuſdam placet, tota conſtat experimentis. *Medicina unde.* Nam & vulnus deligauit aliquis antequam hæc ars eſſet: & febrem quiete & abſtinentia, non quia rationem videbat, ſed quia id valetudo ipſa coëgerat, mitigauit. Nec Fabrica ſit ars: caſas enim primi illi ſine arte fecerunt. Nec Muſica: cantatur ac ſaltatur per omnes gentes aliquo modo. Ita ſi Rhetorice vocari debet ſermo quicunque, fuiſſe eam antequam eſſet ars, confitebor. Si vero non quiſque loquitur, orator eſt, & tum non tanquam oratores loquebantur: neceſſe eſt Oratorem factum arte, nec ante artem fuiſſe fateantur.

Quo illud quoque excluditur quod dicunt, Non eſſe artis id quod faciat qui non didicerit: dicere autem homines, & qui non didicerunt. Ad cuius rei confirmationem afferunt Demaden remigem & Æſchinem hypocriten oratores fuiſſe. Falſo. Nam neque orator eſſe qui non* didicit, poteſt: & hos ſero potius quam nunquam didiciſſe quis dixerit: quanquam Æſchines ab initio ſit verſatus in literis, quas pater eius etiam docebat: Demadem neque non didiciſſe certum ſit, & continua dicendi exercitatio potuerit tantum, quantuſcunq; poſtea fuit, feciſſe. Nam id potentiſſimum diſcendi genus eſt. Sed præſtantiorem, ſi didiciſſet, futurum fuiſſe dicere licet. Neque enim orationes ſcribere eſt auſus, vt eum multum valuiſſe in dicendo ſciamus. Ariſtoteles, vt ſolet, quærendi gratia, quædam ſubtilitatis ſuæ argumenta excogitauit in Gryllo: ſed idem & de arte rhetorica tres libros ſcripſit, & in eorum primo non artem ſolum eam fatetur, ſed ei particulam ciuilitatis, ſicut Dialecticis, aſſignat. Multa Critolaus contra, multa Rhodius Athenodorus. Agnon quidem detraxit ſibi inſcriptione ipſa fidem, qua rhetorices accuſationem profeſſus eſt. Nam de Epicuro, qui diſciplinas omnes fugit, nihil miror. Hi complura dicunt, ſed ex paucis locis ducta. Itaque potentiſſimis eorum breuiter occurram, ne in infinitum quæſtio euadat. Prima his argumentatio ex materia eſt. Omnes enim artes aiunt habere materiam, quod eſt verum; Rhetorices nullam eſſe propriam: quod eſſe falſum in ſequentibus probabo.

*al. didicit.

Altera eſt calumnia, nullam artem falſis aſſentiri opinionibus, quia conſtitui ſine perceptione non poſſit, quæ ſemper vera ſit: rhetoricen aſſentiri falſis: non eſſe igitur artem. Ego Rhetoricen nonnunquam dicere falſa pro veris confitebor, ſed non ideo in falſa quoq; eſſe opinione concedam: quia longe diuerſum eſt, ipſi quid videri, & vt alii videatur, efficere, nam & imperator falſis vtitur ſæpe: vt Hannibal, cum incluſus à Fabio, ſarmẽtis circa cornua boum deligatis, incenſiſq;, per noctem in aduerſos montes agens armenta, ſpeciem hoſti abeuntis exercitus dedit: ſed illum fefellit, ipſe quid verum eſſet, non ignorauit. Nec vero Theopompus Lacedæmonius, cum permutato cum vxore habitu è cuſtodia vt mulier euaſit, falſam de ſe opinionem habuit, ſed cuſtodibus præbuit. Item orator cum falſo vtitur pro vero, ſcit eſſe falſum, eoque ſe pro vero vti: non ergo falſam habet ipſe opinionem, ſed

Liu. lib. 3. tertia Decadis.

De Minyis hoc ſcribit in Melpomene Herodotus &

ſed fallit alium. Nec Cicero cum ſe tenebras offudiſſe iudicibus in cauſſa Cluentii gloriatus eſt, nihil ipſe vidit. Et pictor cum vi artis ſuæ efficit, vt quædam eminere in opere, quædã receſſiſſe credamus, ipſe ea plana eſſe non neſcit. Aiunt etiam, omnes artes habere finem aliquem propoſitum, ad quem tendant: hunc modo nullum eſſe in Rhetorice, modo non præſtari eum qui promittatur. Mentiuntur. Nos enim eſſe finem iam oſtendimus, & quis eſſet diximus, præſtabit hunc ſemper orator, ſemper enim bene dicet. Firmum autem hoc quod opponitur, aduerſus eos fortaſſe ſit, qui perſuadere finem putarunt. Noſter orator atque à nobis finita, non ſunt poſita in euentu. Tendit quidem ad victoriam qui dicit: ſed cum bene dixit, etiam ſi non vincat, id quod arte continetur, effecit. Nam & GVBERNATOR vult ſalua naue in portum peruenire: ſi tamen tempeſtate fuerit abreptus, non ideo minus erit gubernator, dicetque notum illud, *Dum clauum rectum teneant.* Et medicus ſanitatem ægri petit: ſi tamen aut valetudinis vi, aut intemperantia ægri, aliove quo caſu ſumma non contingit, dum ipſe omnia ſecundum rationem fecerit, medicinæ fine non excidit. Ita Oratori bene dixiſſe finis eſt. Nam eſt ars ea, vt poſt paulum clarius oſtendemus, in actu poſita, non in effectu. Ita falſum erit illud quoque quod dicitur, ARTES ſcire quando ſint finem conſecutæ, rhetoricem neſcire. Nam ſe quiſque bene dicere intelligit. Vti etiam vitiis rhetoricen, quod ars nulla faciat criminantur: quia & falſum dicat, & affectus moueat. Quorum neutrum eſt turpe, cum ex bona ratione proficiſcitur: ideoque nec vitium. Nam & mendacium dicere, etiam ſapienti aliquando conceſſum eſt: & affectus, ſi aliter ad æquitatem perduci iudex non poterit, neceſſario mouebit orator. Imperiti enim iudicant, & qui frequenter in hoc ipſum fallendi ſunt, ne errent. Nam ſi mihi ſapientes iudices dentur, ſapientum conciones, atq; omne concilium, nihil inuidia valeat, nihil gratia, nihil opinio præſumpta, falſique teſtes: perquam ſit exiguus eloquentiæ locus, qui prope in ſola delectatione ponatur. Sin & audientiũ mobiles animi, & tot malis obnoxia veritas: arte pugnandum eſt, & adhibenda quæ proſunt. Nec enim qui recta via depulſus eſt, reduci ad eam niſi alio flexu poteſt. Plurima vero ex eo contra rhetoricen cauillatio eſt, quod ex vtraque cauſſæ parte dicatur. Inde hæc, Nullam eſſe artem ſibi contrariam, Rhetoricen eſſe contrariam ſibi. Nullam artem de-

Rhetorica An ſit ars.

Valer. lib. 4. c. 6.

Ciceronis vana gloria.

Huius prouerbii meminit Eraſ. in Chil 3. & 1. adag. 28. vbi ex Ennio poeta deſumptũ refert.

Cap. ſeq.

Mendaciũ dicere vt quandoque liceat.

Rhetorices

incõmoda ſeu vitia. ſtruere quod effecerit: accidere hoc rhetorices operi. Item, Aut dicenda eam docere, aut non dicenda. Itaque vel per hoc non eſſe artem, quod non dicenda præcipiat; vel per hoc, quod cum dicenda præceperit, etiam contraria his doceat. Quæ omnia apparet de ea Rhetorice dici, quæ ſit à bono viro atque ab ipſa virtute ſeiuncta: alioqui vbi iniuſta cauſſa eſt, ibi rhetorice non eſt: adeo vt vix ex admirabili quodam caſu poſſit accidere, vt ex vtraque parte orator, id eſt vir bonus, dicat. Tamen quoniam hoc quoque in rerum naturam cadit, vt duos ſapientes aliquando iuſtæ cauſſæ in diuerſum trahant, quando etiam pugnaturos eos inter ſe, ſi ratio ita duxerit, credunt, reſpondebo propoſitis: atque ita quidem, vt appareat hæc aduerſus eos quoque fruſtra excogitata, qui malis motibus nomen oratoris indulgent. Nam rhetorice non eſt contraria ſibi. Cauſſa enim cum cauſſa, non illa ſecum ipſa componitur. Nec ſi pugnẽt inter ſe qui idem didicerunt: idcirco ars, quæ vtrique tradita eſt, non erit. Alioqui nec armorum, quia ſæpe gladiatores ſub eodem magiſtro eruditi, inter ſe componuntur. Nec gubernandi, quia naualibus prælijs gubernator eſt gubernatori aduerſus. Nec imperatoria, quia imperator cum imperatore contendit. Item non euertit opus Rhetorice quod efficit. neque enim poſitum à ſe argumentum ſoluit orator, ſed ne Rhetorice quidem: quia apud eos qui in perſuadendo finem putant, aut ſi quis (vt dixi) caſus, duos inter ſe bonos viros compoſuerit, veriſimilia quærentur. Non autem ſi quid eſt altero credibilius, id ei contrarium eſt, quod fuit credibile. Nam vt candido candidius, & dulci dulcius non eſt aduerſum; ita nec probabili probabilius. Nec præcipit vnquam non dicenda, nec dicendis contraria; ſed quæ in quaque cauſſa dicenda ſunt. Non ſemper autem, etiamſi frequentiſſime, tuenda veritas erit, ſed aliquando exigit communis vtilitas, vt etiam falſa defendantur.

Ponuntur hæc quoque in ſecundo Ciceronis de oratore libro contradictiones, Artem earum rerum eſſe quæ ſciantur, Oratoris omnem actionem opinione non ſcientia contineri: quia & apud eos dicat qui neſciant, & ipſe dicat aliquando quod neſciat. Ex his alterum, id eſt an ſciat iudex de quo dicatur, nihil ad oratoris artem: alteri reſpondendum, Ars earum rerum eſt quæ ſciuntur. Rhetorice ars eſt bene dicendi, bene autem dicere ſcit orator. Sed neſcit an verum ſit quod

al. Ne hi. dicit. Nam * hi quidem qui ignem aut aquam, aut quatuor

elemen-

Rhetorica an ſit ars.

elementa, aut corpora inſecabilia eſſe, ex quibus res omnes initium duxerunt, tradunt: nec qui interualla ſiderum, & menſuras ſolis ac terræ colligunt: diſciplinam tamen ſuam, artem vocant. Quod ſi ratio efficit, vt hæc non opinari, ſed propter vim probationum ſcire videantur: eadem ratio idem præſtare oratori poteſt. Sed an cauſſa vera ſit, neſcit. Ne medicus quidem an dolorem capitis habeat qui ſe pati dicet, curabit tamen tanquam id verum ſit, & erit ars medicina. Quid quod Rhetorice non vtique propoſitum habet ſemper vera dicendi, ſed ſemper veriſimilia? ſcit autem eſſe veriſimilia quæ dicit. Adiiciunt his qui contra ſentiunt, quod ſæpe quæ in aliis litibus impugnarunt actores cauſſarum, eadem in aliis defendant. Quod non artis, ſed hominis eſt vitium. Hæc ſunt præcipua quæ contra rhetoricen dicantur: alia & minora, & tamen ex his fontibus deriuata. Confirmatur autem eam eſſe artem, breuiter. Nam ſiue (vt Cleanthes voluit) ars eſt poteſtas * viam ac ordinem efficiens: eſſe certe viam atque ordinem in bene dicendo nemo dubitauerit: ſiue ille ab omnibus fere probatus finis obſeruatur, artem conſtare ex præceptionibus conſentientibus & coëxercitatis ad finem vitæ vtilem: iam oſtendimus nihil non horum in Rhetorice ineſſe. Quid quod & inſpectione & exercitatione, vt artes cæteræ, conſtat? Nec poteſt ars non eſſe, ſi ars eſt dialectice, quod fere conſtat: cum ab ea ſpecie magis quam genere differat. Sed nec illa omittenda ſunt, quia in re alius ſe inartificialiter, alius artificialiter gerat, in ea eſſe artem: & in eo quod qui didicerit, melius faciat, quam qui non didicerit, eſſe artem. Atqui non ſolum doctus indoctum, ſed etiam doctior doctum in rhetorices opere ſuperabit: neque eſſent eius aliter tam multa præcepta, tamque magni qui docerent. Id quod cum omnibus confitendum eſt, tum nobis præcipue, qui rationem docendi à bono viro non ſeparamus.

* *In vetuſtis quibuſdam manu ſcriptis & impreſſis legitur*, poteſtas via, *id eſt, ordine efficiens.*

Generalis artium diuiſio, & ex quibus ſit rhetorica.

CAP. XVIII.

ARGVMENTVM.

Diuiſionem artium facit in tria genera. vnum vocat Rhetoricum, quod conſtat inſpectione ſeu contemplatione, vt Aſtrologia. Alterum Practicum, quod in actu conſiſtit, vt ſaltatio. Tertium poeticum, quod in effectu eſt, & poſt ſe opus relinquit, vt pictura. ¶ Rhetoricen vero maxime actu contineri, eſſe igitur practicam, quam-

quamuis ex aliis generibus multum aſſumat, vnde media videri poſſit.

CVm ſint autem artium aliæ poſitæ in inſpectione, id eſt, cognitione & æſtimatione rerum, qualis eſt Aſtrologia, nullum exigens actum, ſed ipſo rei cuius ſtudium habet, intellectu contenta, quæ θεωρητικὴ vocatur: Aliæ in agendo, quarum in hoc finis eſt, & ipſo actu perficitur, nihilq; poſt actum operis relinquit, quæ πρακτικὴ dicitur, qualis eſt ſaltatio: Aliæ in effectu, quæ operis quod oculis ſubiicitur, conſummatione* finem accipiunt, quam ποιητικὴν appellamus, qualis eſt pictura: fere iudicandum eſt Rhetoricen in actu conſiſtere. Hoc enim quod eſt officii ſui perficit; atque ita ab omnibus dictum eſt. Mihi autem videtur etiam ex illis cæteris artibus multum aſſumere. Nam & poteſt aliquando ipſa res, inſpectione eſſe contenta. Erit enim Rhetorice in oratore etiam tacente: & ſi deſierit agere, vel propoſito vel aliquo caſu impeditus, non magis deſinet eſſe orator, quam Medicus, qui curandi fecerit finem. Nam eſt aliquis, ac neſcio an maximus etiam ex ſecretis ſtudiis fructus, ac tum pura voluptas literarum, cum ab actu, id eſt opera receſſerunt & contemplatione ſui fruuntur. Sed* effectiue quoque aliquid ſimile ſcriptis orationibus, vel hiſtoriis (quod ipſum opus in parte oratoria merito ponimus) conſequetur. Si tamen vna ex tribus artibus habenda ſit, quia maximus vſus actu continetur, atque* in eo frequentiſſima, dicatur actiua, vel adminiſtratiua. Nam & hoc eiuſdem rei nomen eſt.

*In Manuſcript. legitur, conſummatione, non finem accipiunt.

* al. effectiuæ.

* al. atque eſt in eo freq. ſiue dicatur.

Vtra plus conferat eloquentiæ, ars, an natura.

CAPVT XIX.

ARGVMENTVM.

Conſummatum oratorem fieri non poſſe, niſi ars cum natura iungatur, contendit: & naturam quidem, ſi eas diſtrahi oporteat, arte meliorem eſſe. Si etiam ex æquo adſint mediocria vtraque, plus adhuc efficere naturam. Profectos vero plus arti debere quam naturæ. Quæ ſimilitudinibus à re ruſtica & ſtatuaria ſumptis illuſtrat.

SCio quæri etiam, Naturane plus ad eloquentiam conferat, an doctrina. Quod ad propoſitum quidem noſtri operis nihil pertinet: nec enim conſummatus orator niſi ex vtraque

que fieri poteſt, pluimum tamen referre arbitror, quam eſſe in hoc loco quæſtionē velimus. Nam ſi parti vtilibet omnino alteram detrahas, natura etiam ſine doctrina multum valeb t, doctrina nulla eſſe ſine natura poterit. Sin ex pari coëant, in mediocribus quidem vtriſq; maius adhuc naturæ credam eſſe momentum, conſummatos autem plus doctrinæ debere quam naturæ putabo; SICVT terræ nullam fertilitatem habenti: nihil optimus agricola profuerit: è terra vberi vtile aliquid etiam nullo colente naſcetur. At in ſolo fœcundo plus cultor quam ipſa per ſe bonitas ſoli efficiet. Et ſi Praxiteles ſignum aliquod ex molari lapide conatus eſſet exculpere, Parium marmor mallem rude: at ſi illud artifex expoliſſet, plus in manibus fuiſſet, quam in marmore. Denique Natura materiæ, ars doctrinæ eſt. hæc fingit, illa fingitur. Nihil ars ſine materia: materiæ etiam ſine arte pretium eſt. Ars ſumma, materia optima melior.

Rhetorica an virtus.

Vid. Plin. 38. c. 8.

An virtus ſit rhetorice.

CAP. XX.

ARGVMENTVM.

ExStoicorum ſententia rhetoricen illam bene dicendi ſcientiam (non autem atechniam, aut mataeotechniam, cacotechniamve, quibus homines vel ad ſuam impudentiam vel ſtultitiam, aut etiam improbitatem abutuntur) virtutem eſſe probat, quæ ſibi in dicendis & non dicendis conſonet, quæ prima ſuæ facultatis ſemina in optimum finem à natura trahat ¶ Adiungit etiam argumentum à pari: & quo differat à dialectica, ex Zenone explicat. A materia quam tractat, quæ nulla eſt citra honeſtorum ac inhoneſtorum, iuſti & iniuſti, virtutumque omnium & vitiorum ſcientiam. Ab actione rhetoris, quæ frequenter inter tumultus fortitudinem deſideret. A minori, ex comparatione brutorum, in quibus ineſſe virtus dicitur. ¶ Vltimo loco obiectionem de homine improbo, qui interdum ex arte dicat, ſoluit à ſimili.

ILla quæſtio eſt maior, An ex mediis artibus, quæ neq; laudari per ſe, neque vituperari poſſunt, ſed vtiles aut ſecus ſecundum mores vtentium fiunt, habenda ſit rhetorice: An ſit, vt compluribus etiam philoſophorum placet, virtus. Equidem illud quod in ſtudiis dicendi plerique exercuerunt & exercent, aut nullā artem, quæ ἀτεχνία nominatur, puto (multos enim video, ſine ratione, ſine literis, qua vel impudentia vel

fames duxit, tuêres) aut malam quaſi artem, quam κακοτεχνίαν dicimus. Nam & fuiſſe multos, & eſſe nonnullos exiſtimo, qui facultatem dicendi ad hominum perniciem conuerterūt. Ματαιοτεχνία, quoque eſt quædam, id eſt ſuperuacua artis imitatio, quæ nihil ſane nec boni nec mali habeat, ſed vanum laborem: qualis illius fuit qui grana ciceris ex ſpatio diſtante miſſa, in acum continuo & ſine fruſtratione inſerebat: quem cum ſpectaſſet Alexander, donaſſe dicitur, eiuſdem leguminis modio. Quod quidem præmium fuit illo opere digniſſimum. His ergo comparandos exiſtimo, qui in declamationibus, quas eſſe veritati diſſimillimas volunt, ætatem multo ſtudio ac labore conſumunt. Verum hæc quam inſtituere conamur, & cuius imaginem animo concepimus, quæ bono viro conuenit, quæque eſt vera Rhetorice, virtus erit. Quod philoſophi quidem multis & acutis concluſionibus colligunt: mihi vero etiam planiore ac proprie noſtro * probatione videtur eſſe perſpicuum. Ab illis hæc ducuntur, Si conſonare ſibi in faciendis ac non faciendis, virtutis eſt, quæ pars eius prudentia vocatur, eadem in dicendis ac non dicendis erit. Et ſi virtutes ſunt, ad quas nobis etiā ante quam doceremur, initia quædam ac ſemina ſunt conceſſa natura: vt ad iuſtitiam, cuius ruſticis quoque ac barbaris apparet aliqua imago: nos certe ſic eſſe ab initio formatos, vt poſſemus orare pro bonis, etiam ſi non perfecte, tamen vt ineſſent quædam (vt dixi) ſemina facultatis, manifeſtum eſt. Non eadem autem his natura artibus eſt, quæ à virtute ſunt remotæ. Itaque cum duo ſint genera Orationis, altera perpetua, quæ Rhetorice dicitur: altera conciſa, quæ Dialectice: quas quidem Zeno adeo coniunxit, vt hanc compreſſæ in pugnum manus, illam explicitæ diceret ſimilem, etiam diſputatrix virtus erit: adeo de hac, quæ ſpecioſior atque apertior eſt, nihil dubitabitur. Sed plenius hoc idem atque apertius intueri ex ipſis operibus volo. Nam quid Orator in laudando faciet, niſi honeſtorum ac turpium peritus? aut in ſuadendo, niſi vtilitate propoſita & perſpecta? aut in iudiciis, ſi iuſtitiæ ſit ignarus? Quid? non fortitudinem poſtulat res eadem, cum ſæpe contra turbulentas populi minas, ſæpe cum periculoſa potentium offenſa, nonnunquam, vt in iudicio Miloniano, inter circunfuſa militum arma dicendum ſit; vt ſi virtus non eſt, ne perfecta quidem eſſe poſſit oratio. Quod ſi ea in quoque animalium eſt virtus, qua præſtat

*al. noſtra

[Vide Cic. 2. de fin. in Orat. & in Parti. Dialectices & Rhetorices differentia.]

ſtat cætera vel pleraque, vt in leone impetus, iu equo velocitas: hominem porro ratione atque oratione excellere cæteris certum eſt: cur non tam in eloquentia, quam in ratione virtutem eius eſſe credamus? Recteque hoc apud Ciceronem diſſerit Craſſus. Eſt enim eloquentia vna quædam de ſummis virtutibus. Et ipſe Cicero, in ſua perſona, cum ad Brutum in epiſtolis, tum aliis etiam locis, virtutem eam appellat. At prooemium aliquando & narrationem dicit malus homo, & argumenta, ſic, vt nihil ſit in his requirendum. Nam & latro pugnabit acriter, virtus tamen erit fortitudo: & tormenta ſine gemitu feret malus ſeruus, tolerantia tamen doloris laude ſua non carebit. Multa fiunt eadem, ſed aliter. Sufficiant igitur hæc, quia de vtilitate ſupra tractauimus.

Rhetorices materia quæ.

Ariſtot. Politicorũ 1. cap. 2.

Cic. 1. de Orat.

Quæ ſit materia rhetorices.

CAP. XXI.

ARGVMENTVM.

Varias de materia Rhetorices opiniones recenſet, dicentibus alias eam orationem eſſe, aliis argumenta perſuaſibilia, quæſtiones ciuiles aliis, aliis totam vitam, aliis propter aliquã virtutum, locum ei in Ethice aſſignãtibus. Et concludit omnes res ad dicendum oratori ſubiectas, materiam rhetorices eſſe. Probat autoritatẽ Socratis in Gorgia & Phædro, & Ciceronis in de oratore. ¶ Hinc varias obiectiones ſoluit: multiplicem eius eſſe materiam, circa quam verſetur & alius, quod admittit. Nam idem fieri oſtendit in minoribus artibus: in architectonice, & ſculptura, atq; etiam in parè dialectica: de bono vtili & honeſto diſputare, non philoſophi modo, ſed etiam oratoris eſſe. Omnium autem rerum ita demum peritum eſſe debere, vt cum illa ab artificibus acceperit & cognouerit, de illis longe melius ipſis artificibus dicat. Diſputationem de inſtrumento in librum duodecimum differt.

MAteriam Rhetorices quidam dixerunt eſſe orationem: quam ſententiam ponit apud Platonem Gorgias. Quæ ſi ita accipitur, vt ſermo quacunque de re compoſitus, dicatur oratio; non materia, ſed opus eſt: vt ſtatuarii, ſtatua. nam & oratio efficitur arte, ſicut ſtatua. Sin hac appellatione verba ipſa ſignificari putamus, nihil hæc ſine rerum ſubſtantia faciunt. Quidam argumenta perſuaſibilia: quæ & ipſa in parte ſunt operis, & arte fiunt, & materia egent. Quidam ciuiles quæſtiones: quorum opinio non qualitate, ſed modo errauit. Eſt

enim

enim hæc materia Rhetorices, ſed non ſola. Quidam, quia virtus ſit Rhetorice, materiam eius totam vitã vocant. Alii, quia non omnium virtutum materia ſit tota vita, ſed pleræq; earũ verſentur in partibus; ſicut Iuſtitia, fortitudo, Continentia, propriis officiis & ſuo fine intelliguntur: Rhetoricen quoque dicunt in vna aliqua parte ponendam: eique locum in ethice negotialem aſſignant, id eſt πραγματικόν. Ego (neque id ſine autoribus) materiam eſſe rhetorices iudico, omnes res quæ-
cunque ei ad dicendum ſubiectæ erunt. Nam Socrates apud
In Gorgia. Platonem dicere Gorgiæ videtur, Non in verbis eſſe materiam, ſed in rebus. Et in Phædro palam non in iudiciis modo & concionibus, ſed in rebus etiam priuatis ac domeſticis Rhetoricen eſſe demonſtrat. Quo manifeſtum eſt, hanc opinio-
1. de Orat. nem ipſius Platonis fuiſſe. Et Cicero quodam loco materiam Rhetorices vocat res quæ ſubiectæ ſunt ei: ſed certas demum putat eſſe ſubiectas. Alio vero, de omnibus rebus oratori dicendum arbitratur, his quidem verbis, Quanquam vis oratoris, profeſſioque ipſa bene dicendi, hoc ſuſcipere ac polliceri videatur, vt omni de re, quæcunque ſit propoſita, orna-
3. de Orat. te ab eo copioſeque dicatur. Atque adhuc alibi, Verum enim oratori, quæ ſunt in hominum vita (quandoquidem in ea verſatur orator, atque ea eſt ei ſubiecta materia) omnia quæſita, audita, lecta, diſputata, tractata, agitata eſſe debent. Hanc autem quam nos Materiam vocamus, id eſt res ſubiectas, quidam modo infinitam, modo non propriam Rhetorices eſſe dixerunt: eamque artem circumcurrentem vocauerunt, quod
Rhetorica cur circumcurrens dicta. in omni materia diceret. Cum quibus mihi minima pugna eſt. Nam de omni materia dicere eam fatentur: propriam habere materiam, quia multiplicem habeat, negant. Sed neque infinita eſt, etiam ſi eſt multiplex: & aliæ quoque artes minores habent multiplicem materiam, velut Architectonice. Nanque ea in omnibus quæ ſunt ædificio vtilia, verſatur. Et cælatura, quæ auro, argento, ære, ferro, opera efficit. Nam ſculptura etiam lignum, ebur, marmor, vitrum, gemmas, præterea quæ ſupra dixi, complectitur. Neque protinus non eſt materia rhetorices, ſi in eadem verſatur & alius. Nam ſi quæram, quæ ſit materia ſtatuarii, dicetur æs: ſi quæram quæ ſit excuſoris, id eſt, eius fabricæ quam Græci χαλκευτικὴν vocant, ſimiliter æs eſſe reſpondeant. Atque plurimum ſtatuis differunt vaſa. Nec Medicina ideo non erit ars, quia vnctio & exercitatio cum palæſtrica, cibo-

ru

rum vero qualitas etiam cum coquorum ei ſit arte communis. Quod vero de bono, vtili, iuſto differere, philoſophiæ officium eſſe dicunt, non obſtat. Nam cum philoſophum dicunt, hoc accipi volunt, virum bonum. Cur igitur oratorem, quem à bono viro non ſeparo, in eadem materia verſari mirer? cum præſertim primo libro iam oſtenderim, philoſophos omiſſam hanc ab oratoribus partem occupaſſe, quæ Rhetorices propria ſemper fuiſſet, vt illi potius in noſtra materia verſentur. Denique cum ſit Dialectices materia de rebus ſubiectis diſputare, ſit autem Dialectices oratio conciſa, cur non eadem perpetuæ quoque materia videatur? Solet à quibuſdam & illud poni, omnium igitur artium peritus erit orator. ſi de omnibus ei dicendum eſt. Poſſem hic Ciceronis reſpondere verbis, apud quem hoc inuenio, Mea quidem ſententia nemo eſſe poterit omni laude cumulatus orator, niſi erit omnium rerum magnarum atque artium ſcientiam conſecutus: ſed mihi ſatis eſt, eius eſſe oratorem rei de qua dicet, non inſcium. Neque enim omnes cauſſas nouit, & debet poſſe de omnibus dicere. De quibus ergo dicet? de quibus didicit. Similiter de artibus quoque, de quibus dicendum erit, interim diſcet: & de quibus didicerit, dicet. Quid ergo? non aut faber de fabrica melius, aut de muſice muſicus? Si neſciat orator quid ſit de quo quæritur, plane melius. Nam & litigator ruſticus illiteratuſque de cauſſa ſua melius quam orator qui neſcit quid in lite ſit, dicet: ſed accepta a muſico, à fabro, ſicut à litigatore, melius orator quam ipſe qui docuerit. Verum & faber cum de fabrica, & muſicus cum de muſica, ſi quid confirmationem deſiderauerit, dicet: non erit quidem orator, ſed faciet illud quaſi orator: Sicut cum vulnus imperitus deligabit, non erit medicus, ſed faciet vt medicus. An huiuſmodi res nec in laudem, nec in deliberationem, nec in iudicium veniunt? Ergo cum de faciendo portu Hoſtienſi deliberatum eſt, non debuit dicere ſententiam Orator? Atqui opus erat ratione architectorum.

Liuores & tumores in corpore, cruditatis* an veneni ſigna ſint, non tractat orator? At eſt id ex ratione Medicinæ. Circa menſuras & numeros non verſabitur? Dicamus has Geometriæ eſſe partes. Equidem omnia fere poſſe credo, caſu aliquo venire in officium oratoris: quod ſi non accidet, non erunt ei ſubiecta. Ita (ſic quoque rectè diximus) Materi-

am

Rhetorices materia quæ.

In proœmio 1. lib.

De orat. 1.

Illum facere deſtinauerat Iul. Caſ. perficit Claud. Imper.

**al.* crudelitatis, *ſed minus rectè.*

Cic 1. & 3. de Orat. item de finibus.

am rhetorices eſſe omnes res ad dicendum ei ſubiectas, quod quidem probat etiam ſermo communis. Nam cum aliquid de quo dicamus accepimus, poſitam nobis eſſe materiam frequenter etiam præfatione teſtamur. Gorgias quidem adeo Rhetori de omnibus putauit eſſe dicendum, vt ſe in auditoriis interrogari pateretur, qua quiſque de re vellet. Hermagoras quoque, dicendo mate iam eſſe in cauſſa & in quæſtionibus, omnes res ſubiectas erat complexus. Sed quæſtiones ſi negat ad Rhetoricen pertinere, diſſentit à nobis: ſi autem ad Rhetoricen pertinent, ab hoc quoque adiuuamur. Nihil eſt enim quod non in cauſſam aut quæſtionem cadat. Ariſtoteles tres faciendo partes orationis, Iudicialem, Deliberatiuam, Demonſtratiuam, pene & ipſo * oratori ſubiecit omnia. nihil enim non in hæc cadit. Quæſitum à pauciſſimis etiam de inſtrumento eſt. Inſtrumentum voco, ſine quo formari materia, & in id quod velimus effici opus non poſſit. Verum hoc ego non artem credo egere, ſed artificem. Neque enim ſcientia deſiderat inſtrumentum, quæ poteſt eſſe conſummata, etiamſi nihil faciat: ſed ille opifex, vt cælator cælum, & pictor penicilla. Itaque hæc in eum locum, quo de oratore dicturi ſumus, differamus.

* *Al.* ipſe.

Inſtrumentum quid.

In lib. 12. ſcilicet.

M. FAB. QVINTILIANI DE INSTITVTIONE ORATORIA

LIBER III.

De ſcriptoribus artis Rhetoricæ.

CAPVT I.

ARGVMENTVM.

Repetit breuiter ſumma quædam capita ex libro ſecundo, inde maxime vnde tractatus artis incipit, & tranſit ad ſequentem operis partem, ſtatimque auditorem reddit attentum, à difficultate operis, propter inquiſitionem diuerſarum opinionum, vnde futurum ait vt ſequentibus minus nitoris aſperſurus ſit, quam primis duobus libris: quos quare dicendi maiore ſuauitate condierit, ex Lucretio reſpondet, vt iuuentutem ad cognitionem rerum vtilium quidem, ſed amari quiddam præ ſe ferentium, facilius alliceret: deinde

deinde ſe etiam metuere ait, ne hic liber eo minus gratus ſit, quod non à ſe inuenta contineat, qua ſolicitudine contra inuidiam ſeipſum præmunit. Et quia in nullo tanta erat diuerſarum opinionum congeries, quanta in hoc libro, recenſet ſcriptores artis rhetoricæ, Græcos primū, deinde Latinos; & quo quiſque affectu, & quādo ſcripſerit, prodit: poſt quos ſe operæ pretium facturū exiſtimat, ſi ſuam ſententiam adferat, quæ nulli ſectæ ſit addicta, ſed libere de omnibus pronuntiet, vt ipſe electuris liberum relinquat quod cōmodiſſimum videbitur, ſequi. Rhetoricæ ſcriptores.

QVONIAM in libro ſecundo quæſitum eſt, quid eſſet Rhetorice, & quis finis eius: artem quoque eam eſſe, & vtilem, & virtutem, vt vires noſtræ tulerunt, oſtendimus: materiamque ei res omnes de quibus dicere oporteret, ſubiecimus: iam hinc, vnde cœperit, quibus conſtet, quo quæque in ea modo inuenienda atque tractanda ſint, exequar: intra quem modum pleriqueſcriptores artium conſtiterunt, adeo vt Apollodorus contentus ſolis Iudicialibus fuerit. Nec ſum ignarus, hoc à me præcipue, quod hic liber inchoat, opus, ſtudioſos eius deſideraſſe, vt inquiſitione opinionum, quæ diuerſiſſimæ fuerunt, longe difficillimum; ita neſcio, an minime legentibus futurum voluptati: quippe quod prope nudam præceptorum traditionem deſideret. In cæteris enim admiſcere tentauimus aliquid nitoris, non iactandi ingenii gratia: (namque in id eligi materia poterat vberior:) ſed vt hoc ipſo alliceremus magis iuuentutem ad cognitionem eorum quæ neceſſaria ſtudiis arbitramur, ſi ducti iucunditate aliqua lectionis, libentius diſcerent ea, quorum ne ieiuna atque arida traditio auerteret animos, & aures præſertim tam delicatas raderet, verebamur. qua ratione ſe Lucretius dicit præcepta philoſophiæ carmine eſſe complexum; nanque hac, vt eſt notum, ſimilitudine vtitur:

Ac veluti pueris abſinthia tetra medentes — *Lucr. lib. I item 4.*
Cum dare conantur, prius oras pocula circum
Aſpirant mellis dulci flauoque liquore. & quæ ſequuntur. Sed nos veremur ne parum hic liber mellis, & abſinthii multum habere videatur, ſitque ſalubrior ſtudiis quam dulcior. Quin etiam hoc timeo, ne ex eo minorem gratiam ineat, quod pleraque non inuenta per me, ſed ab aliis tradita, continebit: — *Nota prouerbium.*

habeat

habeat etiam quoſdam qui contra ſentiant & aduerſentur, propterea quod plurimi autores quamuis eodem tenderent, diuerſas tamen vias munierunt, atque in ſuam quiſque induxit ſequentes. Illi autem probant qualecunque ingreſſi ſunt iter: nec facile inculcatas pueris perſuaſiones mutaueris, quia Nemo non didiciſſe mauult, quam diſcere. Eſt autem, vt procedente libro patebit, infinita diſſenſio Autorum, primo ad ea quæ rudia atque imperfecta adhuc erant, adiicientibus quod inueniſſent ſcriptoribus: mox, vt aliquid ſui viderentur afferre, etiam recta mutantibus. Nam primus poſt eos quos poetæ tradiderunt, mouiſſe aliqua circa rhetoricen Empedocles dicitur.

Artiũ Scriptores antiquiſſimi.

Artium autem ſcriptores antiquiſſimi, Corax & Tiſias Siculi: quos inſecutus eſt vir eiuſdem inſulæ Gorgias Leontinus, Empedoclis (vt traditur) diſcipulus.

Gorgiæ quam longa ætas. Vide Gell. li.5.ca.10. noct. Attic ar.

Is beneficio longiſſimæ ætatis (nam centum & nouem vixit annos) cum multis ſimul floruit, ideoque & illorum de quibus ſupra dixi, fuit æmulus, & vltra Socratem vſque durauit. Thraſymachus Calcedonius cum hoc, & Prodicus Ceius, & Abderites Protagoras, à quo decem millibus denariorum didiciſſe artem quã edidit, Euathlus dicitur: & Hippias Elæus, & quam Palamedem Plato appellat, Alcidamas Eleates. Antiphon quoque & orationem primus omnium ſcripſit, & nihilominus artem ipſe compoſuit, & pro ſe dixiſſe optime eſt creditus: etiam Polycrates, à quo ſcriptam in Socratem diximus orationem: & Theodorus Byzantius, ex iis & ipſe quos Plato appellat λογοδαιδάλους.

Li.2.c.17. In Phædro & Cic. in Orat.

Horum primi communes locos tractaſſe dicuntur Protagoras, Gorgias, Prodicus, & Thraſymachus. Cicero in Bruto negat ante Periclem ſcriptum quicquã quod ornatum oratorium habeat: eius aliqua ferri. Equidem nõ reperio quicquam tanta eloquentiæ fama dignum: ideoque minus miror eſſe qui nihil ab eo ſcriptum putent: hæc autem quæ feruntur, ab aliis eſſe compoſita. His ſucceſſere multi, ſed clariſſimus Gorgiæ auditorum, Iſocrates, quanquam de præceptore eius inter autores non conuenit; nos autem Ariſtoteli credimus.

Iſocrates Gorgiæ diſcipulus, & illius vita quam longæua. Cic.3.de

Hinc velut diuerſæ ſecari cœperunt viæ. Nam & Iſocratis præſtantiſſimi diſcipuli fuerunt in omni ſtudiorum genere: eoque iam ſeniore (octauum enim & nonageſimum impleuit annum) pomeridianis ſcholis Ariſtoteles præcipere artem oratoriam cœpit, noto quidem illo (vt traditur) verſu ex Philoctete frequenter vſus,

Ai-

Rhetoricæ Scriptores

Αἰσχρὸν σιωπᾶν μὲν, καὶ Ἰσοκράτην ἐᾶν λέγειν,
Turpe eſſe tacere, & Iſocratem pati dicere.

Ars eſt vtriuſque, ſed pluribus eam libris Ariſtoteles complexus eſt. Eodem tempore Theodectes fuit; de cuius opere ſupra dictum eſt. Theophraſtus quoque Ariſtotelis diſcipulus de rhetorice diligenter ſcripſit: atque hinc vel ſtudioſius philoſophi quam rhetores, præcipueque Stoicorum ac Peripateticorum principes. Fecit deinde velut propriam Hermagoras viam, quam plurimi ſunt ſecuti: cui maxime par atque æmulus videtur Athenæus fuiſſe. Multa poſt Apollonius Molon, multa Areus, multa Cæcilius & Halicarnaſſeus Dionyſius. Præcipue tamen in ſe conuerterunt ſtudia Apollodorus Pergamenus, qui præceptor Apolloniæ Cæſar s Auguſti fuit: & Theodorus Gadareus, qui ſe dici maluit Rhodium: quem ſtudioſe audiſſe, cum in eam inſulam ſeceſſiſſet, dicitur Tyberius Cæſar. Hi diuerſas opiniones tradiderunt, appellatique inde Apollodorei & Theodorei; ad morem certas in philoſophia ſectas ſequendi. Sed Apollodori præcepta magis ex diſcipulis cognoſcas: quorum diligentiſſimus in tradendo Latine fuit C. Valgius, Græce Atticus. Nam ipſius ſola videtur ars edita ad Matium, quia cæteras miſſa ad Domitium epiſtola non agnoſcit. Plura ſcripſit Theodorus, cuius auditorem Hermagoram ſunt qui viderint. Romanorum primus (quantum ego quidem ſciam) condidit aliqua in hac materia M. Cato ille Cenſorius, poſt M. Antonius inchoauit. Nam hoc ſolum opus eius, atque idipſum imperfectum manet. Secuti minus celebres, quorum memoriam ſi quo loco res poſcet, non omittam. Præcipuum vero lumen ſicut eloquentiæ, ita præceptis quoque eius dedit vnicum apud nos ſpecimen orandi, docendique oratorias artes, M. Tullius: poſt quem tacere modeſtiſſimum foret, niſi & Rhetoricos ſuos ipſe adoleſcenti ſibi elapſos diceret, & in oratoriis hæc minora, quæ plerique deſiderant, ſciens omiſiſſet. Scripſit de eadem materia non pauca Cornificius, aliqua Stertinius, nonnihil pater Gallio: accurate vero priores Gallione Celſus & Lenas, & ætatis noſtræ Virginius, Plinius, Rutilius. Sunt & hodie clari eiuſdem operis autores: qui ſi omnia complexi forent, conſuluiſſent labori meo: ſed parco nominibus viuentium: veniet eorũ laudi ſuum tempus: ad poſteros enim virtus durabit, non perueniet inuidia. Non tamen poſt tot ac tantos autores pigebit meam quibuſdam locis poſuiſſe ſententiam.

Orat. & 1. Tuſcul. Lib. 2. c. 15

Vide Strabo. lib. 17.

Neque enim me cuiuſquam ſectæ, velut quadam ſuperſtitione imbutus, addixit*: & electuris quæ volent facienda copia fuit: ſicut ipſe plurium in vnum confero inuenta, vbicunque ingenio non erit locus, curæ teſtimonium meruiſſe contentus.

* Al. addixi.

Quod initium rhetorices.

CAP. II.

ARGVMENTVM.

Ad id quod initio præcedentis capitis promiſerat accingitur: docet Rhetoricen principium à natura duxiſſe: ſtudium & incrementum debere vtilitati: perfectionem, ab arte & exercitatione eſſe conſecutam: Artem, vt medicinam, ex longa obſeruatione factam. ¶ Refellit etiam eos, qui curam dicendi à conditoribus vrbium, aut legum autoribus cœpiſſe, aut à defenſione potius quam ab accuſatione putabant.

NEc diu nos moretur quæſtio, quæ Rhetorices origo ſit. Nam cui dubium eſt, quin ſermonem ab ipſa rerum natura geniti protinus homines acceperint? (quod certe principium eſt eius rei) huic ſtudium & incrementum dederit vtilitas, ſummam ratio & exercitatio? Nec video quare curã dicendi putent quidam inde cœpiſſe, quod ii qui in diſcrimẽ aliquod vocabantur, accuratius loqui defendendi ſui gratia inſtituerint. Hæc enim vt honeſtior cauſſa, ita non vtique prior eſt: cum præſertim accuſatio præcedat defenſionem: niſi quis dicit etiam gladium fabricatum ab eo prius qui ferrum in tutelam ſui, quam qui in perniciem alterius comparauit. Initium ergo dicendi dedit natura: initium artis, obſeruatio. Homines enim ſicut in medicina cum viderent alia ſalubria, alia inſalubria, ex obſeruatione eorum effecerunt artem: ita cum dicendo alia vtilia, alia inutilia deprehenderent, notarunt ea ad imitandum vitandumque, & quædam ſecundum rationem eorum adiecerunt ipſi quoque: hæc confirmata ſunt vſu: tum quæ ſciebat quiſque, docuit. Cicero quidem initium orandi conditoribus vrbium ac legumlatoribus dedit: in quibus fuiſſe vim dicendi neceſſe eſt: cur tamen hanc primam originem putent, non video, cum ſint adhuc quædam vagæ & ſine vrbibus ac ſine legibus gentes, & tamen

Sermonis origo.

Ars unde.

In prologo Rhetoricorum veterum.

men qui ſunt in his nati & legationibus fungantur, & accuſent aliqua ac defendant, & denique alium alio melius loqui credant. Rhetorices initiũ ſeu Inuẽtio.

Quinque eſſe partes rhetoricæ.

CAP. III.

Argvmentvm.

Tria hoc capite complectitur: Partitionem rhetorices, Ordinem partium, & Appellationem. Partes ex quibus ſermo nectitur, rebus & verbis conſtare, & eſſe numero quinque oſtendit, refellens eorum ſententiam, qui eas vel plures, vel pauciores fecerũt. ¶ Docet Memoriam & Actionem excludi non poſſe: Iudicium contra & Ordinem non poſſe adiici, quod illud tribus primis partibus ſit permixtum, ordo vero ad diſpoſitionem referatur. In ordine partium primam eſſe Inuentionem, ſecundam Diſpoſitionem, tertiã Elocutionem: hinc Memoriam & Pronunciationem ſubſequi. ¶ Vltimo loco vocandas eſſe partes contendit, quia totum perficiant: nõ opera, quia oratio opus dicatur. Non etiam elementa, quia eſſent ſolum initia quæ totum non conſtituerent: oſtenditque quibus cauſſis in hos errores inducti fuerint qui ita ſenſerunt: hinc ad cauſſarum genera tranſit, quæ ita rectius quam Rhetorices genera vocata eſſe indicat.

OMnis autem orandi ratio, vt plurimi maximique Autores tradiderunt, quinque partibus conſtat, Inuentione, Diſpoſitione, Elocutione, Memoria, & Pronuntiatione ſiue actione: vtroque enim modo dicitur. Omnis vero ſermo, quo quidem voluntas aliqua enuntiatur, habeat neceſſe eſt & rem, & verba. Ac ſi eſt breuis, & vna concluſione finitus, nihil fortaſſe vltra deſideret: at oratio longior plura exigit. Non enim tantum refert, quid, & quomodo dicamus, ſed etiam quo loco: opus ergo eſt diſpoſitione. Sed neque omnia quæ res poſtulat, dicere, neque ſuo quæque loco poterimus, niſi adiuuante memoria. quapropter ea quoque pars quarta erit. Verum hæc cuncta corrumpit ac propemodum perdit indecora vel voce vel geſtu pronuntiatio. Huic quoque igitur tribuendus eſt neceſſario quintus locus. Nec audiendi quidã, quorum eſt Albutius, qui treis modo primas eſſe partes volunt;

ſunt; quia Memoria atque Actio natura, non arte contingant: quarum nos præcepta ſuo loco dabimus: licet Thraſymachus quoque idem de actione crediderit. His adiecerunt quidam ſextam partem, ita vt inuentione Iudicium ſubnecterent; quia primum eſſet inuenire, deinde iudicare. Ego porro ne inueniſſe quidem credo eum, qui non iudicauit. nec enim contraria, cõmunia, ſtulta, inueniſſe dicitur quiſquam, ſed non vitaſſe. Et Cicero quidem in Rhetoricis iudiciũ ſubiecit Inuentioni: mihi autem adeo tribus primis partibus videtur eſſe permiſtum; (nam neque diſpoſitio ſine eo, neque elocutio fuerit:) vt pronuntiationem quoque vel plurimum ex eo mutuari putem. Quod hoc audacius dixerim, quod in partitionibus oratoriis ad eaſdẽ de quibus ſupra dictum eſt, quinque peruenit partes. Nam cum dupliciter primum diuiſiſſet: in Inuentionem atque Elocutionem: res ac diſpoſitionem inuentioni, verba & pronuntiationem elocutioni dedit: quintamque cõſtituit communem, ac velut cuſtodem omnium, Memoriam. Idem in oratore, quinque rebus conſtare eloquentiam dicit: in quibus poſtea ſcriptis certior eius ſententia eſt. Non minus mihi cupidi nouitatis alicuius videntur fuiſſe, qui adiecerunt Ordinem, cum Diſpoſitionem dixiſſent: quaſi aliud ſit diſpoſitio, quam rerum ordine quam optimo collocatio. Dion inuentionem modo & diſpoſitionem tradidit, ſed vtranque duplicem, rerum, ac verborum: vt ſit elocutio inuentionis, pronuntiatio diſpoſitionis, his quinta pars memoria accedat. Theodorei fere inuentionem duplicem, rerum, atque elocutionis; deinde treis cæteras partes. Hermagoras iudicium, partitionem, ordinem; quæque elocutionis ſunt, ſubiicit œconomiæ: quæ Græce appellata ex cura rerum domeſticarũ, & hic per abuſionem poſita, nomine Latino caret. Eſt & circa hoc quæſtio, quod memoriã in ordine partium quidam inuentioni, quidam diſpoſitioni ſubiunxerunt: nobis quartus eius locus maxime placet. Non enim inuenta tantum tenere vt diſponamus, nec diſpoſita vt eloquamur; ſed etiam verbis formata memoriæ mandare debemus. Hac * enim omnia quæcunque in orationem collata ſunt, continentur. Fuerunt etiam in hac opinione non pauci, vt has non rhetorices partes eſſe exiſtimarent, ſed opera oratoris: eius enim eſſe inuenire, diſponere, eloqui, & cætera. Quod ſi accipimus, nihil arti relinquemus. Nam bene dicere, eſt oratoris: Rhetorice tamen eſt bene dicendi ſcientia:

* al. Hæc.

tia: vel, vt alij putant, Artificis eſt perſuadere: vis autem perſuadendi, artis. Ita inuenire quidem & diſponere, oratoris, inuentio autem & diſpoſitio, rhetorices propria videri poteſt. In eo plures diſſenſerunt, vtrumne hæ partes eſſent Rhetorices, an eiuſdem opera, an (vt Athenæus credit) elemẽta, quæ vocant στοιχεῖα. Sed neque elementa recte quis dixerit: alioqui tantum initia erunt, vt mundi vel humor, vel ignis, vel materia, vel corpora inſecabilia: nec operum recte nomen accipient, quæ non ab aliis perficiuntur, ſed aliud ipſa perficiunt. Partes igitur. Nam cum ſit ex his Rhetorice, fieri non poteſt, vt totum ex partibus conſtet, niſi ſint partes totius, ex quibus conſtet. Videntur autem mihi qui hęc opera dixerunt, eo quoque moti, quod in alia rurſus diuiſione nollent in eodem * nomen incidere. Partes enim Rhetorices eſſe dicebant Laudatiuam, Deliberatiuam, Iudicialem. Quæ ſi partes ſunt, materiæ ſunt potius quam artis. Nanque in his ſingulis Rhetorice tota eſt; quia & Inuentionem, & Diſpoſitionem, & Elocutionem & Memoriam, & Pronuntiationem quæcunque earum deſiderat. Itaque quidam genera ea tria Rhetorices dicere maluerunt: optime autem ii, quos ſecutus eſt Cicero, qui genera cauſſarum.

Rhetoricæ partes ſeu Inuẽtio.

* al. in idẽ.

Ariſtotel. ad Theodect. lib. 1. cap. 3.

Tria eſſe genera cauſſarum.

CAP. IV.

ARGVMENTVM.

Genera cauſſarum optime genera dici docuit: nunc confutatis aliorum opinionibus tria eſſe numero colligit: Demonſtratiuum, Deliberatiuum, & Iudiciale. Sed primum hanc opinionem oppugnantium argumenta profert: plura eſſe genera, ſed hoc numero comprehenſa frequentiſſima pro ſolis. Contra quos probat aliorum argumentis & ſuis, ſolum eſſe tria. Aliorum ſic: Tot eſſe genera cauſſarum, quot auditorum: auditores omnes aut delectationem ſequi, aut conſilium capere, aut iudicare velle. Ergo eſſe tria ſolum genera. Suis hoc pacto: Oratoris officium eſſe in iudiciis, & extra. Quæ ſunt extra, tempus habere præteritum, vel futurum: præterita laudari, futura, in deliberationem cadere: Ergo ſolum eſſe tria genera. ¶ Et rurſus, Oratori certa eſſe omnia, aut dubia: certa laudari aut vituperari: dubia autem in deliberationem, aut in iudicium cadere. ¶ Recenſet diuerſas multorum partitiones:

& Platonem duobus aliis tertium genus proſomileticon (quod & didacticon dicimus) adieciſſe, cuius vis è Dialectica ſit, in quo quæramus quid ſit res, quæ partes eius, quæ cauſſa, &c. Atque ad extremum omnia reduci ad illa tria, demonſtratiuum, deliberatiuum, & iudiciale concludit. Et demonſtratiuum vocari à meliore parte laudatiuum, quorum vtrunque à Græcis profluxiſſe poterit, qui encomiaſticon & epidicticon dicant: niſi Latina interpretatione malimus eſſe contenti, cum qui laudatur, pingi & demonſtrari videatur. Vbi breuiter, quo differat epidicticon ab encomiaſtico, docet. ¶ Ad finem eos improbat qui honeſtum finem laudatiui; vtile, deliberatiui: æquum iudicialis pronuntiarent, cum ſint illi omnium generum communes.

Cauſſarũ genera.

SEd tria an plura ſint, ambigitur. Nec dubie prope omnes vtique ſummæ apud antiquos autoritatis ſcriptores Ariſtotelem ſecuti, qui nomine tantum alio Concionalem pro Deliberatiua appellat, hac partitione contenti fuerunt. Verum & tum leuiter eſt tentatum, cum apud Græcos quoſdã, tum apud Ciceronem in libris de oratore, & nunc maximo temporum noſtrorum autore prope impulſum, vt non modo plura hæc genera, ſed etiam pene innumerabilia videantur. Nam ſi laudandi ac vituperandi officium in parte tertia ponimus: in quo genere verſari videbimur, cum querimur, conſolamur, mitigamus, concitamus, terremus, confirmamus, præcipimus, obſcure dicta interpretamur, narramus, deprecamur, gratias agimus, gratulamur, obiurgamus, maledicimus, deſcribimus, mandamus, renuntiamus, optamus, opinamur, & plurima alia? vt mihi in illa vetere perſuaſione permanenti, velut petenda ſit venia: quærendumq;, quo moti priores, rem tam late fuſam, tam breuiter adſtrinxerint. Quos qui erraſſe putant, hoc ſecutos arbitrantur, quod in his fere verſari tum Oratores videbant. Nam & laudes ac vituperationes ſcribebantur, & ἐπιταφίους dicere erat moris, & plurimum in conſiliis ac iudiciis inſumebatur operæ, vt ſcriptores artium pro ſolis comprehenderint frequentiſſima. Qui vero defendunt, tria faciunt genera auditorum: vnum quod ad delectationem conueniat, alterum quod conſilium accipiat, tertium quod de cauſſis iudicet. Mihi cuncta rimanti, talis quædam ratio ſuccurrit, quod Omne oratoris officium aut in iudiciis eſt, aut extra iudicia. Eorum de quibus iudicio quæritur, manifeſtum genus eſt, ea quæ ad iudicẽ nõ veniunt, aut præteritum

Plinium intelligere videtur.

Vide Ariſt. 1. rh. l. c. 3

Cauſſarũ genera ſeu Inuentio.

itum habent tempus, aut futurum. Præterita laudamus aut vituperamus, de futuris deliberamus. Item omnia de quibus dicendũ eſt, aut certa ſint neceſſe eſt, aut dubia. Certa, vt cuique eſt animus, laudat aut culpat: ex dubiis partim nobiſipſis ad electionem ſunt libera, de his deliberatur: partim aliorum ſententiæ commiſſa, de his lite contenditur. Anaximenes Iudicialem & Concionalem generales partes eſſe voluit; ſeptem autem ſpecies, hortandi, dehortandi: laudandi, vituperandi, accuſandi, defendendi, exquirendi, quod ἐξεταστικὸν dicunt: quarum duæ primæ Deliberatiui, duæ ſequentes Demonſtratiui, tres vltimæ Iudicialis generis ſunt partes. Protagoram tranſeo, qui interrogandi, reſpondendi, mandandi, precandi, quod εὐχωλὴν dixit, partes ſolas putat. Plato in Sophiſta, iudiciali & concionali tertiam adiecit προσομιλητικὴν, quam ſane permittamus nobis dicere ſermocinatricem: quæ à foreſi ratione disiungitur, & eſt accommodata priuatis diſputationibus: cuius vis eadem profecto eſt, quæ Dialecticæ. Iſocratis* in omni genere ineſſe laudem ac vituperationem exiſtimauit. Nobis & tutiſſimum eſt autores plures ſequi, & ita videtur ratio dictare. Eſt igitur, vt dixi, vnum genus quo laus ac vituperatio continetur, ſed eſt appellatum à parte meliore laudatiuum, idem alii demonſtratiuum vocant. vtrunque nomen ex Græco creditur fluxiſſe. Nam & ἐγκωμιαστικὸν & ἐπιδεικτικὸν dicunt. Sed mihi ἐπιδεικτικὸν, non tam demonſtrationis vim habere, quam oſtentationis videtur, & multũ ab illo ἐγκωμιαστικῷ differre. nam vt continet laudatiuum in ſe genus, ita non intra hoc ſolum conſiſtit. An quiſquam negauerit Panegyricos ἐπιδεικτικοὺς eſſe? Atqui formam ſuadẽdi habent, & plerunque de vtilitatibus Græciæ loquuntur: vt cauſſarum quidem genera tria ſint, ſed ea tum in negotiis, tũ in oſtentatione poſita. Niſi forte non ex Græco mutuantes demonſtratiuum vocant, verum id ſequuntur, quod laus ac vituperatio quale ſit quicque demonſtrat. Alterum eſt deliberatiuum: tertium, iudiciale. Cæteræ ſpecies in hæc tria incidunt genera; nec inuenitur ex his vlla, in qua non laudare aut vituperare, aut ſuadere aut diſſuadere, intendere quid vel depellere debeamus. Illa quoque ſunt communia, conciliare, narrare, docere, augere, minuere, concitandis componendiſue affectibus animos audientium fingere. Ne his quidem acceſſerim, qui laudatiuam materiam honeſtorum, deliberatiuã vtiliũ, iudicialẽ iuſtorũ quæſtione contineri putãt,

In dialogo de ente.

* al. Iſocrates.

celeri magis ac rotunda vſi diſtributione, quam vera. Sunt enim quodammodo mutuis auxiliis omnia. Nam & in laude iuſtitia vtilitaſque tractantur, & in conſiliis honeſtas: & raro iudicialem inueneris cauſſam, in cuius non parte aliqua, eorum quid quæ ſupra diximus, reperiatur.

Quibus contineatur omnis ratio dicendi.

CAP. V.

ARGVMENTVM.

Quia locutus eſt de tribus generibus, & ſequitur tractatio de ſtatibus, orationis officia & quæſtionum diuerſitatem explicat, & præcedentes cauſas ex quibus naſcitur, repetit. Omnem enim orationem rebus & verbis conſtare tradit. Facultatem orandi, natura, arte (cui ſubiicitur imitatio) & exercitatione conſummari. Tria eſſe quæ præſtet orator, vt doceat, delectet, moueat: quæ non ſemper in omnem orationem cadant. Alia eſſe quæ probationē deſiderent, alia quæ non deſiderent: contra Celſum, qui oratorem ſolum de incertis, dicere voluit. ¶ Alias quæſtiones eſſe in ſcripto, de iure: alias de non ſcripto, in re. Et omnes eſſe aut finitas, certis perſonis, locis & temporibus incluſas, quæ Hypotheſes dicantur: aut ſeparatas ab omnibus circunſtantiis, quæ Theſes vocentur, ad quas diſputando hypotheſes reducantur. Et quaſdam eſſe quæſtiones inter theſes & hypotheſes medias, theſeſque non minus ad oratorem pertinere, quam hypotheſes: illaſque à Cicerone ſcientia & actione diſtingui. Prius, triū generum eſſe, An ſit, Quid ſit, Quale ſit: ſequens, duorum: Quomodo adipiſcamur, Quomodo vtamur: eoſdemque ſtatus in theſes cadere, qui in hypotheſes. Et alias eſſe in rebus ipſis, alias ad aliud referri. ¶ Poſtremo hypotheſeos refert multa nomina, & varias ſecundum diuerſos finitiones.

OMnis autem oratio cōſtat aut ex his quæ ſignificantur, aut ex his quæ ſignificant, id eſt, rebus, & verbis. Facultas orandi cōſummatur natura, arte, exercitatione: cui quartam partem adiiciunt quidam Imitationis, quam nos arti ſubiicimus. Tria ſunt item quæ præſtare debet orator, vt doceat, moueat, delectet. Hæc enim clarior diuiſio, quam eorum qui totum opus in res & in affectus partiuntur. Non ſemper autem omnia in eam quæ tractabitur materiam cadent. Erunt enim quædam remotæ ab affectibus: qui vt non vbiq; habent

Cic. in Bruto.

 Dicendi ratio ſeu Inuentio.

habeat locum, ita quocunque irruperint, plurimum valent. Præſtantiſſimis autoribus placet, alia in Rhetorica eſſe quæ probationem deſiderent, alia quæ non deſiderent: cum quibus ipſe conſentio. Quidam vero, vt Celſus, de nulla re dicturum oratorem, niſi de qua quæratur, exiſtimant: cui cum maxima pars ſcriptorum repugnat, tum etiam ipſa partitio: niſi forte laudare quæ conſtet eſſe honeſta, & vituperare quæ ex confeſſo ſint turpia, non eſt oratoris officium. Illud iam omnes fatentur, eſſe quæſtiones aut in ſcripto, aut non in ſcripto. In ſcripto ſunt de iure, in non ſcripto de re. Illud legale, hoc rationale genus: Hermagoras atque eum ſecuti, vocant νομικὸν & λογικόν. Idem ſentiunt, qui omnem quæſtionem ponunt in rebus, & in verbis. Item conuenit quæſtiones eſſe aut infinitas, aut finitas. Infinitæ ſunt, quæ remotis perſonis, & temporibus, & locis, cæteriſque ſimilibus, in vtranq; partem tractantur: quod Græci θέσιν dicunt, Cicero propoſitũ; alij quæſtiones vniuerſales ciuiles, alij quæſtiones philoſopho conuenientes, Athenæus partem cauſſæ appellat. Hoc genus Cicero ſcientia & actione diſtinguit: vt ſit ſcientiæ, an *In Topick.* prouidentia mundus regatur: actionis, an accedendum ſit ad remp. adminiſtrandam. Prius, trium generũ; an ſit, quid ſit, quale ſit. omnia enim hęc ignorari poſſunt. Sequens, duorum, quomodo adipiſcamur, quomodo vtamur. Finitæ aũt ſunt ex complexu rerum, perſonarum, temporum, cæterorumque hæ ὑποθέσεις à Græcis dicuntur, cauſſæ à noſtris. In his omnis quæſtio videtur circa res perſonaſque conſiſtere. Amplior eſt ſemper infinita. inde enim finita deſcendit. Quod vt exemplo pateat, infinita eſt, An vxor ducenda, finita, an Catoni ducenda: ideoque eſſe ſuaſoria poteſt. Sed etiam remotæ à perſonis propriis, ad aliquid referri ſolent. Eſt enim ſimplex, An reſpublica adminiſtranda: refertur ad aliquid, An in tyrannide adminiſtranda. Sed hic quoque ſubeſt velut latens perſona, tyrannus enim geminat quæſtionẽ, ſubeſtque & temporis & qualitatis tacita vis: nondum tamen hoc proprie dixeris cauſſam. Hæ autem, quas infinitas voco, & generales appellantur, quod ſi eſt verum, finitæ ſpeciales erunt. In omni autem ſpeciali vtique ineſt generalis, vt quæ ſit prior. Ac neſcio an in cauſſis quoque quicquid in quæſtionem venit qualitatis, generale ſit, Milo Clodium occidit: iure occidit, inſidiatorem. nonne hoc quæritur. An ſit ius inſidiatorem occidendi? Quid in coniecturis? non illa generalia,

an cauſſa ſceleris odium? cupiditas? an tormentis credendū? teſtibus an argumentis maior fides habenda? Nam finitione quidem comprehendi nihil non in vniuerſum certum erit. Quidam putant etiam eas poſſe theſeis aliquando nominari, quæ perſonis cauſiſque contineantur, aliter tantummodo poſitas: vt cauſſa ſit, cum Oreſtes accuſatur: Theſis, an Oreſtes recte ſit abſolutus, cuius generis eſt, an Cato recte Martiam Hortenſio tradiderit. Hi theſin à cauſſa ſic diſtinguunt, vt illa ſit ſpectatiuæ partis, hæc actiuæ. Illic enim veritatis tantum gratia diſputari, hic negotium agi. Quanquā inutiles quidam oratori putant vniuerſales quæſtiones, quia nihil proſit, quod conſtet ducendam eſſe vxorem, vel adminiſtrandam rempublicam, ſi quis vel ætate vel valetudine impediatur.

Sed non omnibus eiuſmodi quæſtionibus ſic occurri poteſt, vt illis; Sitne virtus finis, Regaturne prouidentia mundus. Quinetiam in iis quæ ad perſonam referuntur, vt non eſt ſatis generalem tractaſſe quæſtionem, ita perueniri ad ſpeciē, niſi illa prius excuſſa, non poteſt. Nam quo modo, an ſibi vxor ducenda ſit, deliberabit Cato, niſi conſtiterit vxores eſſe ducendas? Et quo modo, an ducere Martiam debeat quæretur, niſi Catoni ducenda vxor eſt? Sunt tamen inſcripti nomine Hermagoræ libri, qui confirment illam opinionem; ſiue falſus eſt titulus, ſiue alius hic Hermagoras fuit. Nam eiuſdem eſſe quomodo poſſunt, qui de hac arte mirabiliter multa compoſuit, cum, (ſicut ex Ciceronis quoque Rhetorico primo manifeſtum eſt,) materiam Rhetorices in theſeis & cauſſas diuiſerit? Quod reprehendit Cicero, ac* theſin nihil ad Oratorem pertinere contendit, totumque hoc genus quæſtionis ad philoſophos refert. Sed me liberauit reprehendendi* verecundia, & quod ipſe hos libros improbat, & quod in Oratore, atque iis quos de oratore ſcripſit libris, & Topicis, præcipit, vt a propriis perſonis atque temporibus auocemus controuerſiam, quia latius dicere liceat de genere quam de ſpecie, & quod in vniuerſo probatum ſit, in parte probatum eſſe neceſſe ſit. Status autem in hoc omne genus materiæ iidem qui in cauſſas cadunt. Ad hoc adiicitur, alias eſſe quæſtiones in rebus ipſis, alias quæ ad aliud referantur. Illud, An vxor ducenda: hoc, An ſeni ducenda. Illud, An fortis; hoc, An fortior, & ſimilia. Cauſſam finit Apollodorus, vt interpretatione Valgii diſcipuli eius vtar, ita Cauſſa eſt negotium

De inuentione.
* *al.* ac.
* *reſpondendi.*
Libro 3.

Dicendi ratio ſeu Inuentio.

tium omnibus ſuis partibus ſpectans ad quæſtionē: aut Cauſſa eſt negotium, cuius finis eſt controuerſia. Ipſum deinde negotium ſic finit, Negotium eſt congregatio perſonarum, locorum, temporum, cauſſarum, modorum, caſuum, factorum, inſtrumentorum, ſermonum, ſcriptorum, & non ſcriptorum. Cauſſam nunc intelligimus ὑπόθεσιν, negotium περίστασιν. Sed ipſam cauſſam quidam * ſimiliter finierunt, vt Apollodorus negotium. Iſocrates cauſſam eſſe ait, quæſtionem finitam ciuilem, aut rem controuerſam in perſonarum finitarum complexu. Cicero his verbis, Cauſſa certis perſonis, locis, temporibus, actionibus, negotiis cernitur, aut in omnibus, aut in pleriſque eorum.

Negotium quid.

* *al.* quidē

in Topicis.

Quid ſit ſtatus: vnde ducatur: reus an actor eum faciat: quot & qui ſint.

CAP. VI.

ARGVMENTVM.

Quia nulla cauſſa niſi prius cognito eius ſtatu tractari poteſt: antequam cauſſarum genera ſigillatim deſcribat, quorum capite ſuperiori facta fuerat mentio: tractationem ſtatuum, qui in quoque genere cauſſarum ſunt, aggreditur, quam omnem in tria capita ſummam diducit, Quid ſit ſtatus, Vnde dicatur, Quot & qui ſint. Et priuſquam ſtatum definiat, nominis diuerſam appellationem (quæ obſcuritatem gignere poterat) attingit. Inde qui ſtatum primam cauſſarum conflictionē definierunt, recte ſenſiſſe, ſed non ſatis elocutos ait, cum potius id quod ex prima cauſſarum conflictione naſcitur, ſtatum dici oporteat. Et hanc conflictionem aut quæſtionem nō quamuis, quæ vel primo loco ponatur, aut extrinſecus adducatur ſtatum vocandum, ſed quæ ſit cauſſarum propria, de qua iudici ſententia dicenda ſit. Et ſimplices quidem cauſſas vno ſtatu contentas eſſe, multiplices vero tot ſtatus habere, quot quæſtiones. Statum ergo recte dici concludit id, quod in cauſſa ſit potentiſſimum, in quo cauſſa ſtet, & maxime res tota vertatur: quod vt primum cogitandum ſit, ita non primum exequendum. ¶ Adfert & aliam quorundam definitionem, ſtatum eſſe primam depulſionem eius cum quo agitur. Ex qua noua quæſtio oritur, quod ſecundum eſt partitionis iam facta mem-

membrum: Vnde ſtatus ducatur, & vtrum ſtatum ſemper faciat qui reſpondet. Et primum Celſum refutat, qui ſemper ſtatum naſci voluit ab eo qui ſuam propoſitionem confirmaret, quod falſum eſſe oſtendit: & eum quidem in coniecturalibus cauſſis ex propoſitione naſci videri poſſe, quia magis coniectura vtatur qui agit: alioqui ex depulſione colligi, quæ modo à reo, modo etiam ab actore fiat. Ab actore, vt in qualitate, cum reus dicit ſe iure occidiſſe inſidiatorem; ſi neget actor inſidiatorem fuiſſe, depellit, ex quo naſcitur ſtatus. Ergo ab vtroque naſci, ſed per depulſionem quam intentio præcedat. ¶ Tertio loco, qui huius diuiſionis vltimus eſt, quot & qui ſtatus ſint, docet. Profert varietatem opinionum de numero ſtatuum, obiterque decem elementa (quæ nos prædicamenta dicimus) ab Ariſtotele conſtituta attingit, Eſſentiam, Qualitatem, Quantitatem, Ad aliquid. Vbi, Quando, Facere, Pati, Habere, Compoſitum eſſe. Ex quibus quatuor prima ad ſtatus, reliqua ad quoſdam locos argumentorum pertinere videantur. Quæ tamen alii nouem ſolum numero poſuerint, Perſonam, Locum, Tempus, Opportunitatem, Actum, Numerum, Cauſſam, Modum, Occaſionem. Sed hæc ſibi non placere, quia nec ſtatus omnes, nec argumentorum loci his elementis contineri poſſint. Deinde qui ſolum qualitatis ſtatum aut coniecturæ fecerint: & coniecturam à directione quadam rationis ad veritatem, dictam oſtendit. ¶ Hinc qui duos, qui tres, quatuor, quinque, ſex, ſeptem, octo, & qua diuerſitate tradiderint: quique rurſus omnes ad duo capita redegerint: nempe vt dicerent alios eſſe rationales, alios legales; & in rationalibus, vt Hermagoras, negotialem poſuerint. tum quid Negotialis ſtatus ſit, & quo pacto Cicero in Rhetoricis præceptores ſecutus, non ſatis apta quædam de eo tradiderit: Vtque Hermagoras primum translationem addiderit, & legalem ſtatum in quatuor partitus ſit, in ſcriptum & ſententiam, in ratiocinatiuum, ambiguitatem, & leges contrarias, ſubiungit. Qua opinionum varietate de ſtatibus prolata & commemorata, ſuam ſententiam interponit, excuſata prius & mutata quam vſque ad illa tempora eadem de re habuerat: ſeq; Ciceronis & Hippocratis exemplo tuetur, quos non puduerit male ſcripta retractare, & editos libros aliis poſtea ſcriptis damnare. Ergo ſe de ſtatibus ita olim ſenſiſſe ait, vt rationales tres ſtatus faceret, coniecturam, finitionem, & qualitatem, vnum legalem, quem in quinque partes ſubdiuideret, & ſcripti & voluntatis, legum contrariarum, collectiuum, ambiguitatis, & translationis. Verum poſt aliquanto ſanius eandem partitionem feciſſe. Primum, legalem

non

non ſtatum, ſed quæſtionis genus vocaſſe, & è quinque ſpecialibus ſub legali comprehenſis, translationem remouiſſe : quia etiamſi perſonæ, tempora, & actiones transferantur; non ſit tamen in translatione quæſtio, ſed in eo propter quod transferantur. ita ſi ſcripto nititur, ſuccedere legitimis quæſtionibus: ſi cauſſa extrinſecus allata, ſtatibus rationalibus. ¶ *Addit etiam errare eos qui translationem accipiunt pro remotione. Et tandem ſuam ex Ciceronis autoritate de ſtatibus ſententiam pronuntiat. Tria eſſe quæ in omni diſputatione quærantur, An ſit, quid ſit, quale ſit. Et idcirco tres ſolum ſtatus eſſe, finitionem, coniecturam, & qualitatem, quibus quæſtiones finitæ & infinitæ continentur. Neque enim quidquam eſſe in rationali parte vel in legali, quod non his tribus explicetur. extra quos nihil quærendum ſit. Attamen rudes inſtituentibus, non inutilem fore rationem latius fuſam, vt doceamus quadruplicem in iure rationem eſſe defendendi: aut factum negando, aut nomen facti: aut iure defendendo, aut ſi nos hæc omnia deficiant, ad actionem aut translationem, vt aliquo iuris adiutorio elabi poſſimus, confugiendo. Tradit inſuper in cauſſis ſimplicibus vnicum tantum ſtatum, ſed plures quæſtiones: in coniunctis vero plures ſtatus vel eiuſdem vel etiam diuerſi generis eſſe poſſe: quod ſubiectis è iure pluribus exemplis patefacit.* ¶ *Poſtremo cauſſæ, iudicationis, continentis tractationem, capite de iudicialibus cauſſis, quia in eo genere potiſſimum exiſtant, remittit.*

Caußarū ſtatus ſeu Inuentio.

ERgo cum omnis cauſſa contineatur aliquo ſtatu, prius quam dicere aggredior quo modo genus quodque cauſſæ ſit eractandum, id quod commune eſt omnibus, Quid ſit ſtatus, & vnde ducatur, & quot & qui ſint, intuendum puto: tanquam id nonnulli ad iudiciales tantum pertinere materias putauerunt. Quorum inſcitiam, cùm omnia tria genera fuero executus, res ipſa deprehendet. Quod nos Statum, quidam Conſtitutionem vocant, alii Quæſtionem, alii quod ex quæſtione appareat. Theodorus generale caput, id κεφάλαιον γενικώτατον, ad quod referantur omnia. Quorū diuerſa appellatio, vis eadem eſt : nec intereſt diſcentium, quibus quicque nominibus appelletur, dum res ipſa manifeſta ſit. Statum Græci ϛάσιν vocant: quod nomen non primum ab Hermagora traditum putant, ſed alii ab Nauctate Iſocratis diſcipulo, alii à Zopyro Clazomenio: quanquam videtur Æſchines quoque in oratione contra Creſiphontem

Status quam plura Synonima.

vti hoc verbo, cum à iudicibus petit ne Demoſthenem permittant euagari, ſed eum dicere de ipſo cauſſæ ſtatu cogant. Quæ appellatio dicitur ducta, vel ex eo quod ibi ſit primus cauſſæ congreſſus, vel quod in hoc cauſſa conſiſtat. Et nominis quidem hæc origo. Nunc quid ſit: Statum quidam dixerunt primam cauſſarum conflictionem: quos recte ſenſiſſe, parum elocutos puto. Non eſt enim ſtatus prima conflictio. *Feciſti, non feci*: ſed quod ex prima conflictione naſcitur, id eſt genus quæſtionis, *Feciſti, non feci. An fecerit. Hoc feciſti, non hoc feci, Quid fecerit*. quia ex his apparet, illud coniectura, hoc finitione quærendum atque in eo pars vtraque inſiſtit: erit quæſtio coniecturalis, vel finitiui ſtatus. Quid ſi enim dicat quis, Sonus eſt duorum inter ſe corporum conflictio; Erret, vt opinor: non enim ſonus eſt conflictio, ſed ex conflictione. Et hoc leuius. intelligitur enim vtcunq; dictū. Inde vero ingens male interpretantibus innatus eſt error, qui quia primam conflictionem legerant, credere * ſtatum ſemper ex prima quæſtione dicendum: quod eſt vitioſiſſimum. Nam quæſtio nulla non habet vtique ſtatum: conſtat enim ex intentione, & depulſione: ſed aliæ ſunt propriæ cauſſarum, de quibus ferenda ſententia eſt: aliæ adductæ extrinſecus, aliquid tamen ad ſummam cauſſæ conferentes, velut auxilia quædam: quo fit vt in controuerſia vna plures quæſtiones eſſe dicantur. Harum porro plerunque leuiſſima quæque primo loco fungitur. Nanque & illud frequens eſt, vt ea quibus minus conficimus, cum tractata ſunt, omittamus: interim ſponte noſtra velut donantes, interim ad ea quæ ſunt potentiora, gradum ex his feciſſe contenti. Simplex autem cauſſa etiamſi varie defenditur, non poteſt habere plus vno de quo pronuntietur: atque inde erit ſtatus cauſſæ, quod & Orator præcipue ſibi obtinendum & Iudex ſpectandum maxime intelligit. in hoc enim cauſſa conſiſtet. Cæterum quæſtionum poſſunt eſſe diuerſi. Quod vt breuiſſimo pateat exemplo, cum dicit reus, *Etiam ſi feci, recte feci*: qualitatis vtitur ſtatu, cum dicit, *Non feci*, coniecturam mouet. Semper autem firmius eſt non feciſſe: ideoque in eo ſtatum eſſe iudicabo, quod dicerem, ſi mihi plus quam vnum dicere non liceret. Recte igitur eſt appellata Cauſſarum prima conflictio, non quæſtionum. Nam & pro Rabirio Poſthumo Cicero prima parte orationis in hoc intendit, vt actionem competere in equitem Romanum neget: ſecunda, nullam ad eum pecuniam perue-

Status quid.

Sonus quid.

* *al.* credidere & *poſt* ducēdum.

peruenisſe confirmat. Statum tamen in eo dicam fuiſſe, quod eſt potentius. Nec in cauſſa Milonis circa primas quæſtiones, quæ ſunt ante proœmium poſitæ, iudicabo conflixiſſe cauſam: ſed vbi totis viribus inſidiator Clodius, ideoque iure interfectus, oſtenditur. Et hoc eſt quod ante omnia conſtituere in animo ſuo debeat Orator, etiam ſi pro cauſſa plura dicturus eſt, quid maxime liquere iudici velit. Quod tamen vt primum cogitandum, ita non vtique primum dicendum erit. Alii ſtatum crediderunt primam eius cum quo agetur, deprecationem. Quam ſententiam his verbis Cicero complectitur. In quo primum inſiſtit quaſi ad repugnandum congreſſa defenſio. Vnde rurſus alia quæſtio. An cum ſemper ſ faciat qui reſpondet. Cui rei præcipue repugnat Cornelius Celſus, dicens non à depulſione ſumi, ſed ab eo qui propoſitionem ſuam confirmet; vt ſi hominem occiſum reus negat, tatus ab accuſatore naſcatur, quia is velit probare, ſi iure ocſum reus dicit, translata probationis neceſſitate idem à reo at, & fit eius intentio. Cui non accedo equidem. nam eſt ero propius quod contradicitur, NVLLAM eſſe litem, ſi is um quo agitur, nihil reſpondeat: ideoque fieri ſtatum à reſpondente. Mea tamen ſententia varium id eſt, & accidit pro onditione cauſarum: quia & videri poteſt propoſitio aliquã ſtatum facere, vt in coniecturalibus cauſſis. vtitur enim oniectura magis qui agit. Quo moti quidam, eundem à reo ficialem eſſe dixerunt: & in ſyllogiſmo tota ratiocinatio ab eſt, qui intendit. Sed quia videtur illis quoque neceſſitan hos ſtatus exequendi facere qui negat (is enim ſi dicat, *n feci*, coget aduerſarium coniectura vti: & ſi dicat, *Non habet legem*, ſyllogiſmo) concedamus ex depulſione naſci ſtatũ. hilominus enim res eo reuertetur, vt modo is qui agit, mois cum quo agitur, ſtatum faciat. Sit enim accuſatoris intẽ. , *Hominem occidiſti*: ſi neget reus. faciet ſtatum qui negat. od ſi eonfitetur, ſed iure à ſe adulterum dicit occiſum (nẽ egem eſſe * certum eſt quæ permittat), niſi aliquid accu- r reſpondeat, nulla lis eſt. *Non fuit* (inquit) *adulter*. Ergo il ſio incipit eſſe actoris: ille ſtatum faciet. Ita erit quidem is ex prima depulſione, ſed ea fiet ab accuſatore, nõ à reo. d quod eadem quæſtio poteſt eundem vel accuſatorem e, vel reum? Qui artem ludicram exercuerit, in quadecim primis ordinibus ne ſedeat; qui ſe Prætori in hortenderat, neque erat productus, ſedit in quatuordecim

Cauſarum ſtatus ſeu Inuentio.

In Topicis.

* *l. Gracchus 4. C. ad leg. Iu. de adult. l. patri & l. marito, ff. eod.*

cim ordinibus. Nempe intentio eſt, *Artem ludicram exercuiſti*, depulſio, *Non exercui artem ludicram*. quæſtio, Quid ſit artem ludicram exercere. Si accuſabitur theatrali * lege, depulſio erit rei, ſi excitatus fuerit de ſpectaculis, & aget iniuriarum: depulſio erit accuſatoris. Frequentius tamen illud accidet, quod eſt à pluribus traditum. Effugerunt has quæſtiones qui dixerunt ſtatum eſſe id, quod appareat ex intentione & depulſione: *vt feciſti, Non feci*: aut *Rectè feci*. Videri mus tamen vtrum id ſit ſtatus, an in eo ſtatus.

* *De legibus theatralibus Iulia & Roſcia agit Alex. ab Alex. lib. 5, &c. 16.*

Hermagoras ſtatum vocat, per quem ſubiecta res intelligatur, & ad quem probationes etiam partium referantur. Noſtra opinio ſemper hæc fuit, quum eſſent frequenter in cauſſa diuerſi quæſtionum ſtatus, in eo credere ſtatum cauſſæ, quod eſſet in ea potentiſſimum, & in quo maxime res verteretur. Id ſi quis generalem quæſtionem, vel caput generale dicere malit, cum hoc mihi non erit pugna: non magis quam ſi illud adhuc, quo idem intelligatur, eius rei nomen inuenerit: quanquam tota volumina in hanc diſputationem impendiſſe multos ſciam, nobis ſtatum dici placet.

Sed cum in aliis omnibus inter ſcriptores ſumma diſſenſio eſt, tum in hoc præcipue videtur mihi ſtudium quoque diuerſa tradendi fuiſſe: adeo nec qui ſit numerus, nec quæ nomina, ne qui generales quiue ſpeciales ſint ſtatus, conuenit. Ac primum Ariſtoteles elementa decem conſtituit, circa quæ verſari videatur omnis quæſtio, Οὐσίαν, quam * Flauius Eſſentiam vocat: neque ſane aliud eſt eius nomen Latinum: ſed ea quæritur, an ſit. Qualitatem, cuius apertus intellectus eſt. Quantitatem, quæ dupliciter à poſteriorib. diuiſa eſt, quam magnum, & quam multum ſit. Ad aliquid, vnde ductæ tranſlatio & comparatio. Poſt hæc Vbi, & Quando: deinde Facere, Pati, Habere, quod eſt quaſi armatum eſſe, & veſtitum eſſe: Nouiſſime κεῖσθαι, quod eſt compoſitum eſſe quodammodo, vt * ſedere, ſtare, iacere. Sed ex his omnibus prima quatuor ad ſtatus pertinere, cætera ad quoſdam locos argumentorum videntur.

Lib. Categoriarum.

* *Al.* Plautus.

* *Calefacere, ſtare, iraſci.*

Alii nouem elementa poſuerunt. Perſonam, qua de animo, corpore, extra poſitis, quæratur: quod pertinere ad cōiecturæ & qualitatis inſtrumenta video. Tempus, quod χρόνον vocant, ex quo quæſtio, An is quem dum addicta eſt, mater peperit, ſeruus ſit natus. Locum, vnde controuerſia videtur, An fas fuerit Tyrannum in templo occidere: an exulauerit

qui

qui domi latuit. Tempus iterum, quod καιρὸν appellant. Hanc autem videri volunt ſpeciem illius temporis, vt æſtatem, vel hyemem. Huic ſubiicitur ille in peſtilentia comeſſator. Actum, id eſt πρᾶξιν: quod eo referunt, ſciens commiſerit, an inſciens: neceſſitate, an caſu; & talia. Numerum, qui cadit in ſpeciem quantitatis, An Thraſybulo triginta præmia debeantur, qui tot tyrannos ſuſtulerit. Cauſſam, cui plurimæ ſubiacent lites, quoties factum non negatur; ſed quia iuſta ratione ſit factum, defenditur. Τρόπον, cum id quod alio modo fieri licet, alio dicitur factum: hinc eſt, Adulter loris cæſus, vel fame necatus. Occaſionem factorum, quod eſt apertius, quam vt vel interpretandum, vel exemplo ſit demonſtrandum: tamen ἀφορμὰς ἔργων vocant. Hi quoque nullam quæſtionem extra hæc putant. Quidam detrahunt duas partes, Numerum & Occaſionem: & pro illo quem dixi Actu, ſubiiciunt Res, id eſt, πράγματα. Quæ ne præteriſſe viderer, ſatis habui attingere. Cæterum his nec ſtatus ſatis oſtendi, nec omnes contineri locos credo: quod apparebit diligentius legentibus, quæ de vtraque re dicam. Erunt enim plura multo, quam quæ his elementis comprehenduntur.

Cauſſa tũ ſtatus ſeu Inuentio.

De Thraſybulo vide Iuſtin. li. 5.

Apud plures autores legi, placuiſſe quibuſdam, vnum omnino ſtatum eſſe cõiecturalem. Sed quibus placuerit, neque illi tradiderunt, neque ego vſquam reperire potui. Rationem tamen hanc ſecuti dicuntur, quod res omnis ſignis colligeretur: quo modo licet qualitatis quoque ſolum ſtatum faciant: quia vbique qualis ſit cuiuſque rei natura, quæri poteſt. Sed vtrocunque modo ſequetur ſumma confuſio. Neque intereſt, vnum quis ſtatum faciat, an nullum, ſi omnes cauſſæ ſint conditionis eiuſdem. Coniectura dicta eſt à coniectu, id eſt, directione quadam rationis ad veritatem: vnde etiam ſomniorum atque omnium interpretes Coniectores vocantur. Appellatum tamen eſt hoc genus varie, ſicut in ſequentibus apparebit. Fuerunt qui duos ſtatus facerent: Archidemus coniecturalem & finitiuum, excluſa qualitate; quia ſic de ea quæri exiſtimabat, quid eſſet iniquum, quid iniuſtum, quid dicto audientem non eſſe: quod vocat, de eodem & alio. Huic diuerſa ſententia eorum fuit, qui duos quidem ſtatus eſſe voluerunt, ſed vnum inficialem, alterum iuridicialem. Inficialis, quem nos dicimus Coniecturalem, cui ab inficiando nomen alii in totum dederunt, alii in partem: quia accuſatorem coniectura, reum inficiatione vti putauerunt. Iuridicialis eſt, qui

Coniectura vnde dicta.

Inficialis ſtatus vnde dictus.

Iuridicialis.

διχαιολογικὸς Græce dicitur. Sed quemadmodum ab Archidemo qualitas excluſa eſt, ſic ab his repudiata finitio. nam ſubiiciunt ea iuridiciali: quærendumque arbitrantur, iuſtumne ſit ſacrilegium appellari quod obiiciatur, vel furtum vel amentiã. Qua in opinione Pamphilius* fuit: ſed qualitatem in plura partitus eſt: plurimi deinceps, mutatis tantum nominibus, in rem de qua non conſtet, & in rem de qua conſtet. Nam eſt verum, nec aliter fieri poteſt, quam vt aut certum ſit factum eſſe quid, aut non ſit. Si non eſt certum, coniectura ſit: ſi certum eſt, reliqui ſtatus. Nam idem dicit Apollodorus, quum quæſtionem aut in rebus extra poſitis, quibus coniectura explicatur, aut in noſtris opinionibus exiſtimat poſitam: quorum illud πραγματικὸν, hoc περὶ ἐννοίας vocat. Idem, qui ἀπόρους & προληπτικοὺς dicunt, quo dubium & præſumptum ſignificatur, de quo liquet. Idem Theodorus, qui de eo An ſit, & de accidentibus ei quod eſſe conſtat, id eſt περὶ οὐσίας ἢ συμβεβηκότων exiſtimat quæri. Nam in his omnibus prius genus coniecturã habet, ſequens reliqua. Sed hæc reliqua Apollodorus duo vult eſſe, qualitatem, & de nomine, id eſt finitiuam: Theodorus, quid, quale, quantum, ad aliquid. Sunt & qui de eodem, & de alio, modo qualitatem eſſe, modo finitionem velint. In duo & Poſidonius diuidit, vocem, & res. In voce quæri putat, an ſignificet quid, quam multa, quomodo: In rebus coniecturam, quod κατ' αἴσθησιν vocat: & qualitatem: & finitionem, cui nomen dat κατ' ἔννοιαν: & ad aliquid. Vnde & illa diuiſio eſt, alia eſſe ſcripta, alia inſcripta.

*Al. Pamphilus.

Celſus Cornelius duos & ipſe fecit ſtatus generales, An ſit, Quale ſit. Priori ſubiecit finitionem, quia æque quæratur, an ſit ſacrilegus qui nihil ſe ſuſtuliſſe de templo dicit, & qui priuatam pecuniam confitetur ſuſtuliſſe. Qualitatem, in rem & ſcriptum diuidit. Scripto, quatuor partes legales, excluſa translatione: quantitatem & mentis quæſtionem, coniecturæ ſubiecit. Eſt etiam alia in duos diuidendi ſtatus ratio, quæ docet aut de ſubſtantia controuerſiam eſſe, aut de qualitate: ipſam porro qualitatem aut in ſummo genere conſiſtere, aut in ſuccedentibus. De ſubſtantia eſt coniectura. Quæſtio enim tractatur rei, An facta ſit, an fiat, an futura ſit. Interdum etiam mentis: idque melius, quam quod iis placuit, qui ſtatum eundem facti nominauerunt, tanquam de præterito tantum, & tantum de facto quæreretur. Pars qualitatis quæ eſt de ſummo genere, raro in iudicium venit: quale eſt: Id ne ſit hon-

ſeu-

ſtum, quod vulgo laudatur. Succedentium autem aliæ de cō-muni appellatione, vt, Sitne ſacrilegus, qui pecuniam priua-tam ex templo furatus eſt. Aut de re denominata, vbi & factū eſſe certum eſt, nec dubitatur quid ſit quod factum eſt. Cui ſubiacent omnes de honeſtis, iuſtis, vtilibus, quæſtiones. His etiam cæteri ſtatus contineri dicuntur, quia & quantitas modo ad coniecturam referatur, vt Maiorne Sol quam terra: modo ad qualitatem, quanta pœna quempiam, quantoue præmio ſit affici iuſtum: & translatio verſetur circa qualitatem, & definitio pars ſit translationis. Quin & contrariæ leges, & ratiocinatiuus ſtatus, id eſt ſyllogiſmus, & plerunque ſcripti & voluntatis, æquo nitantur: niſi quod hic tertius aliquando coniecturam accipit, quod ſenſerit legis conſtitutor: ambiguitatem vero ſemper coniectura explicari neceſſe ſit: quia cum ſit manifeſtum verborum intellectum eſſe duplicem, de ſola quæritur voluntate.

Cauſſarū ſtatus ſeu Inuentio.

A plurimis tres ſunt facti generales ſtatus, quibus & Cicero in Oratore vtitur, & omnia quæ aut in controuerſiam aut in contentionem veniant, contineri putat, Sitne, Quid ſit, Quale ſit: quorum nomina apertiora ſunt quam vt dicenda ſint. *Lib. 2.* Idem Patrocles ſentit. Tres fecit & M. Antonius, his quidem verbis, Paucæ res ſunt, quibus ex rebus omnes orationes naſcuntur, factum, non factum, ius, iniuria: bonum, malum Sed *Ibidem.* quoniam quod iure dicimur feciſſe, non hunc ſolum intellectum habet, vt lege; ſed illum quoque, vt iuſte feciſſe videamur: ſecuti Antonium apertius voluerunt eoſdem ſtatus diſtinguere. Itaque dixerunt coniecturalem, legalem, iuridicialem: qui & Virginio placent. Horum deinde fecerunt ſpecies, ita vt legali ſubiicerēt finitionem, & alios qui ex ſcripto dicuntur: legum contrariarum, quæ ἀντινομία dicitur: & ſcripti, & ſententiæ vel voluntatis, id eſt κατὰ ῥητὸν, καὶ διάνοιαν: & μετάληψιν, quam nos varie translatiuam, tranſſumptiuam, & tranſpoſitiuam vocamus: συλλογισμόν, quem accipimus ratiocinatiuum, vel collectiuum: ambiguitatis, quæ ἀμφιβολία nominatur: quos poſui, quia & ipſi à pleriſque ſtatus appellantur, quibuſdam legales potius quæſtiones eas dici placuit.

Quatuor fecit Athenæus, προτρεπτικὴν στάσιν, vel παραινετικήν, id eſt exhortatiuum, qui ſuaſoriæ eſt proprius. συστατικήν, qua coniecturam ſignificari, magis ex his quæ ſequuntur, quam ex ipſo nomine apparet: ὑπαλλακτικήν. ea finitio eſt (muta-

tione enim nominis conſtat) Iuridicialem, eadem appellatione Græca, qua cæteri, vſus. Nam eſt (vt dixi) multa in nominibus differentia. Sunt qui ὑπαλλακτικὴν tranſlationem eſſe exiſtiment, ſecuti hanc mutationis ſignificationem. Fecerunt alii totidem ſtatus, ſed alios, an ſit, quid ſit, quale ſit, quantum ſit: vt Cæcilius & Theon. Ariſtoteles in rhetoricis etiam ſic omne opus diuidit, in veritatem, & petenda ac fugienda, quod eſt ſuaſoriæ: & eodem atque alio partiendo ad hoc peruenit, vt, an ſit, quid, quale, quantum, & quàm multum ſit, quærendum putem. Quodam tamen loco finitionis quoque vim intelligit, quo dicit quædam ſic defendi, *Suſtuli, ſed non furtum feci: Percuſſi, ſed non iniuriam feci.* Poſuerat & Cicero in libris Rhetoricis, facti, nominis, generis, actionis: vt in facto coniectura, in nomie finitio, in genere qualitas, in actione ius intelligeretur. Iuri ſubiecerat tranſlationem. Verum hic legales quoque quæſtiones alio loco* tractat vt ſpecies actionis. Fuerunt qui facerent quinque, Coniecturam, finitionem, qualitatem, quantitatem, ad aliquid. Theodorus quoque (vt dixi) iiſdem generalibus capitibus vtitur, an ſit, quid ſit, quale ſit, quantum ſit, ad aliquid. Hoc vltimum maxime in comparatiuo genere verſari putat: quoniam melius ac peius, maius & minus, niſi alio relata non intelliguntur. Sed in illas quoque tranſlatiuas, vt ſupra ſignificaui, quæſtiones incidunt; an huic ius agendi ſit, vel facere aliquid conueniat, an contra hunc, an hoc tempore, an ſic. Omnia enim iſta referri ad aliquid neceſſe eſt.

*in Partitionib. ſcil.

Alii ſex ſtatus putant: coniecturam, quam στόχασιν vocant, & qualitatem: & proprietatem, id eſt, ἰδιότητα, quo verbo finitio oſtenditur: & quantitatem, quam ἀξίαν dicunt: & comparationem: & tranſlationem, cuius ob hoc nouum nomen inuentum eſt* μετάστασις, nouum inquam, in ſtatu, alioqui ab Hermagora inter ſpecies iuridiciales vſitatum. Aliis ſeptem eſſe placuit: à quibus nec tranſlatio, nec quantitas, nec comparatio recepta eſt: ſed in horum trium locum ſubditæ quatuor legales, adiectæque tribus illis rationalibus. Alii peruenerunt vſque ad octo, tranſlatione ad ſeptem ſuperiores adiecta. A quibuſdam deinde diuiſa ratio eſt, vt Status rationales appellarent, quæſtiones (quemadmodum ſupra dixi) legales. In illis de re, in his de ſcripto quæreretur. Quidam in diuerſum hos ſtatus eſſe, illas quæſtiones maluerunt. Sed alii rationales tres putauerunt, an ſit, quid ſit, quale ſit: Hermagoras

*μετάληψις.

magoras ſolus quatuor, coniecturam, proprietatem, tranſlationem, qualitatem, quam per accidentia, id eſt κατὰ συμβεβηκὸς vocat, hac interpretatione, An illi accidat viro bono eſſe, vel malo. Hanc ita diuidit, de appetendis & fugiendis, quæ eſt pars deliberatiua. De perſona, ea oſtenditur laudatiua. Negotialem, quam πραγματικὴν vocat, in qua de rebus ipſis quæritur remoto perſonarum complexu, vt, Sitne liber qui eſt in aſſertione : an diuitiæ ſuperbiam pariant : an iuſtum ſit quid, an bonum ſit. Iuridicialem, in qua fere eadem, ſed certis deſtinatiſque perſonis quærantur : An ille iuſte hoc fecerit vel bene. Nec me fallit, in primo Ciceronis Rhetorico, aliam eſſe *loci negotialis interpretationem, cum ita ſcriptum ſit, Negotialis eſt, in qua quid iuris ex ciuili more & æquitate ſit, conſideratur: cui diligentiæ præeſſe apud nos Iuriſconſulti exiſtimantur. Sed quod ipſius de his libris iudicium fuerit, ſupra dixi. Sunt enim velut regeſtæ in hos commentarios, quas adoleſcens deduxerat, *ſcholæ & ſi qua eſt in his culpa, tradentis eſt: ſiue eum mouit, quod Hermagoras prima in hoc loco poſuit exempla ex quæſtionibus iuris, ſiue quod Græci πραγματικοὺς vocant iuris interpretes. Sed Cicero quidem his pulcherrimos illos de Oratore ſubſtituit, ideoque culpari tanquam falſa præcipiat, non poteſt. Nos ad Hermagoram Tranſlationem hic primus omnium tradidit, quanquam ſemina eius quædam citra nomen ipſum apud Ariſtotelem reperiuntur. Legales autem quæſtiones has fecit, ſcripti & voluntatis (quam ipſe vocat κατὰ ῥητὸν καὶ ὑπεξαίρεσιν, id eſt dictum, & exceptionem: quorum prius ei cum omnibus commune eſt, Exceptionis nomen minus vſitatum) ratiocinatiuum, ambiguitatis, legum contrariarum. Albutius eadem diuiſione vſus, detrahit tranſlationem, ſubiiciens eam iuridiciali. In legalibus quoque quæſtionibus nullum putat eſſe qui dicatur ratiocinatiuus. Scio plura inuenturos adhuc qui legere antiquos ſtudioſius volent : ſed ne hæc quoque exceſſerint modum, vereor. Ipſe me paulum in alia quam prius habuerim opinione, nunc eſſe confiteor. Et fortaſſe tutiſſimum erat famæ modo ſtudenti, nihil ex eo mutare, quod multis annis non ſenſiſſem modo, verumetiam approbaſſem. Sed non ſuſtineo eſſe conſcius mihi diſſimulanti, in eo præſertim opere, quod ad bonorum iuuenum aliquam vtilitatem componimus, in vlla parte iudicii mei. Nam & Hippocrates clarus arte medicinæ, videtur honeſtiſſime feciſſe, qui quoſ-

Cauſſarũ ſtatus ſeu Inuentio.

*Vocem loci, quidam tollunt. Li. 1. de Inuent.

Negotialis quæſtio qua

*Scholæ hic vt apud Cic. Tuſc. quæſt. l. 1. pro diſputationibus accipe: atq; ita hanc clauſulam digere, Sunt. e. v. ſcholæ regeſtæ in h. com. quas ſ. ſcholas, adoleſc. deduxerat

Rheto. 3.

Lib. ep. ad Atticũ 13.

dam errores ſuos, ne poſteri errarent, confeſſus eſt. Et M. Tullius non dubitauit aliquos iam editos libros aliis poſtea ſcriptis ipſe damnare, ſicut Catulum atque Lucullum, & hos ipſos, de quibus modo ſum locutus, artis Rhetoricæ. Etenim ſuperuacuus foret in ſtudiis longior labor, ſi nihil liceret melius inuenire præteritis. Neque tamen quicquam ex his quæ tum præcepi, ſuperuacuum fuit: ad eaſdem enim particulas hæc quoque, quæ nunc præcipiam reuertentur. Ita neminem didiciſſe pœniteat. Colligere tantum eadem, ac diſponere paulo ſignificantius conor. Omnibus autem ſatiſfactum volo, non me hæc ſerius demonſtrare aliis, quã mihi ipſe perſuaſerim. Secundum plurimos autores ſeruabam treis rationales ſtatus, coniecturam qualitatem, finitionem: vnum legalem. Hi mihi ſtatus generales erant. Legalem in quinque ſpecies partiebar, ſcripti & voluntatis, legum contrariarum, collectiuum, ambiguitatis, translationis: nunc quartum ex generalibus intelligo poſſe remoueri. Sufficit enim prima diuiſio, qua diximus alios rationales, alios legales eſſe: ita non erit ſtatus, ſed quæſtionum genus: alioqui & rationalis ſtatus eſſet. Ex his etiam quos ſpeciales vocabam, remoui translationem: frequẽter quidem, ſicut omnes qui me ſecuti ſunt, meminiſſe poſſunt, teſtatus, & in ipſis etiam illis ſermonibus me nolente vulgatis, hoc tamen complexus, vix in vlla controuerſia translationis ſtatum poſſe reperiri, vt non & alius in eadem recte dici videretur: ideoq; à quibuſdam eũ excluſum. Neque ignoro multa transferri, cum in omnibus fere cauſis in quibus cecidiſſe quis formula dicitur, hæ ſint quæſtiones, an huic, an cum hoc, an hac lege, an apud hunc, an hoc tempore liceat agere & ſi qua ſunt talia: ſed perſonæ, tempora, actiones, cæteraque propter aliquam cauſſam transferuntur. Ita non eſt in translatione quæſtio, ſed in eo propter quod transferuntur. *Non debes apud Prætorem petere fideicommiſſum, ſed apud cõſules:* maior enim prætoria cognitione ſumma eſt. Quæritur an maior ſumma ſit: facti controuerſia eſt. *Non licet tibi agere mecũ: cognitor enim fieri non potuiſti.* Iudicatio eſt, an potuerit. *Non debuiſti interdicere, ſed petere:* an recte interdictum ſit, ambigitur. Quæ omnia ſuccedunt legitimis quæſtionibus. Annó præſcriptiones, etiam in quibus maxime videtur manifeſta translatio, eaſdem omnes ſpecies habent, quas eæ leges quibus agitur, vt aut de nomine, aut ſcripto, & ſententia, vel ratiocinatione quæratur, deinde ſtatus ex quæſtione oriatur: transla-

ſatio non habeat quæſtionem de qua contendit Orator, ſed propter quam contendit? Hoc apertius: *Occidiſti hominem, nõ occidi*: quæſtio, An occiderit: ſtatus, coniectura. Non eſt tale, *Habeo ius actionis, non habes* vt ſi quæſtio, an habeat, & inde ſtatus. Accipiat enim actionem, necne, ad euentum pertinet, non ad cauſſam: & ad id quod pronuntiat Iudex: non id propter quod pronuntiat. Hoc illi ſimile eſt, *Puniendus es, non ſum*: videbit Iudex an puniendus ſit: ſed non hic erit quæſtio, nec hic ſtatus. Vbi ergo? *Puniendus es, hominem occidiſti: non occidi*: an occiderit. *Honorandus ſum, non es*; num ſtatum habet? non, vt *puto. *Honorandus ſum, quia tyrãnum occidi: non occidiſti*: quæſtio, & ſtatus. Similiter, *Non recte agis, recte ago*; nõ habet ſtatũ. Vbi *ergo? *non recte agis ignominioſus*. quæritur, an ignominioſus ſit, aut an agere ignominioſo liceat: & quæſtio eſt, & ſtat⁹. Ergo tranſlatiuum genus cauſſæ eſt, vt comparatiuum, & mutuæ accuſationis. At enim ſimile eſt illi, *Habeo ius: nõ habes: Occidiſti, recte occidi. Non nego*: ſed nec res hæc ſtatum facit. non enim ſunt hæ propoſitiones, alioqui cauſſa non explicabitur, ſed cum ſuis rationibus: *Scelus commiſit Horatius, ſororem enim occidit: non commiſit, debuit enim occidere eam, quæ hoſtis morte mœrebat*. quæſtio, an hæc iuſta cauſſa ita qualitas. Ac ſimiliter, in tranſlatione, *Non habes ius abdicandi, quia ignominioſo non eſt actio: habeo ius, quia abdicatio actio non eſt*. quæritur quid ſit actio. ſinie mus. non licet abdicare: ſyllogiſmus. Item cætera per omnes & rationales & legales ſtatus. Nec ignoro fuiſſe quoſdam, qui tranſlationem in rationali quoque genere ponerent, hoc modo, *Hominem occidi iuſſus ab Imperatore. Dona templi cogenti tyranno dedi. Deſerui, tempeſtatibus, fluminibus, valetudine impeditus*: id eſt, *non per me ſtetit, ſed per illa*. A quibus etiam liberius diſſentio. Non enim actio transfertur, ſed cauſſa facti: quod accidit pene in omni defenſione. Deinde is qui tali vtitur patrocinio, non recedit à forma qualitatis. dicit enim ſe culpa vacare, vt magis qualitatis duplex ratio facienda ſit; altera, qua & factum defenditur: altera, qua tantum reus. Credendum eſt igitur iis, quorum autoritatem ſecutus eſt Cicero, tria eſſe, quę in omni diſputatione quærantur, an ſit, quid ſit, quale ſit: quod ipſa nobis etiam natura præſcribit. nam primum oportet ſubeſſe aliquid de quo ambigitur: quod quid ſit, & quale ſit, certe non poteſt æſtimari, niſi prius eſſe conſtiterit: ideoque ea prima quæſtio. ſed non ſtatim quod eſſe manifeſtum eſt, etiam quid ſit apparet. Hoc quoque conſtituto,

Cauſſarũ ſtatus ſeu Inuentio.

* al. non.

* al. vbi eſt ergo.

Liu. deca. 1. lib. 1.

to, nouiſſima qualitas ſupereſt: nec his exploratis aliud eſt vltra. His infinitæ quæſtiones, his finitæ continentur. Horum aliqua in demonſtratiua, deliberatiua, iudiciali materia vtique tractantur. Hæc rurſus iudiciales cauſſas & rationali parte & legali continet. Nec enim vlla iuris diſceptatio, niſi finitione, qualitate, coniectura poteſt explicari. Sed inſtituentibus rudes: non erit inutilis latius primo fuſa ratio, etſi non ſtatim rectiſſima linea tenſa, facilior tamen & apertior via. Diſcant igitur ante omnia quadripertitam in omnib. cauſſis eſſe rationem, quam primam intueri debeat qui acturus eſt. Nam vt à defenſore potiſſimum incipiam, longe fortiſſima tuendi ſe ratio eſt, ſi quod obiicitur, negari poteſt. Proxima, ſi non id quod obiicitur, factū eſſe dicitur. Tertia honeſtiſſima, qua recte factum defenditur. Quibus ſi deficiamur, vltima quidem, ſed iam ſola ſupereſt ſalus, aliquo iuris adiutorio elabendi ex crimine quod neque negari neque defendi poteſt, vt non videatur iure actio intendi. Hinc illæ quæſtiones ſiue actionis, ſiue translationis. Sunt enim quædam non laudabilia natura, ſed iure conceſſa, vt in XII tabulis, debitoris corpus inter creditores diuidi licuit: quam legem mos publicus repudiauit. Eſt aliquid æquum, ſed prohibitum iure: vt libertas teſtamentorum. Accuſatori nihilo plura intuenda ſunt, quam vt probet factum eſſe, hoc eſſe factum, non recte factum, iure ſe intendere. Ita circa ſpecies eaſdem lis omnis verſabitur, translatis tantum aliquando partibus: vt in cauſſis in quibus de præmio agitur, recte factum petitor probat.

Hæc quatuor velut propoſita formæque actionis, quæ tum generales ſtatus vocabam, in duo (vt oſtendi) genera diſcedunt rationale, & legale. Rationale ſimplicius eſt, quia ipſius tantum naturæ contemplatione conſtat. Itaque in eo ſatis eſt oſtendiſſe coniecturam, finitionem, qualitatem. Legalium plures ſint ſpecies neceſſe eſt, propterea quod multæ ſunt leges, & varias habent formas. Alia eſt cuius verbis nitimur, alia cuius voluntate: alias nobis, cum ipſi nullam habemus, adiungimus: alias inter ſe comparamus: alias in diuerſum interpretamur. Sic naſcuntur hæc velut ſimulacra ex illis tribus, interim ſimplicia, interim & mixta, propriam tamen faciem oſtendentia, vt ſcripti & voluntatis, quæ ſine dubio aut qualitate aut coniectura continentur: & ſyllogiſmus, qui eſt maxime qualitatis: & leges contrariæ, quæ iiſdem quibus ſcriptum & voluntas, conſtant: & ἀμφιβολία, quæ ſemper coniectura

ſtura explicatur. Finitio quoque vtrique generi, quodque rerum, quodque ſcripti contemplatione conſtat, communis eſt. Hæc omnia etiam ſi in illos tres ſtatus veniunt, tamen quia (vt dixi) habent aliquid velut proprium, videntur demonſtranda diſcentibus: & permittendum ea dicere vel ſtatus legales, vel quæſtiones, vel capita quædam minora: dum ſciant, nihilne in his quidem præter tria quæ prædiximus, quæri. At quantum, & quam multum, & ad aliquid, & (vt nonnulli putauerunt) comparatiuus, non eandem rationem habent. Sunt enim hæc non ad varietatem iuris, ſed ad ſolam rationem referenda: ideoque ſemper in parte aut coniecturæ aut qualitatis ponenda ſunt, vt qua mente, & quo tempore, & quo loco. Sed de ſingulis dicemus quæſtionibus cum tractare præcepta Diuiſionis cœperimus. Hoc inter omnes conuenit, in cauſſis ſimplicibus ſingulos ſtatus eſſe cauſſarum: quæſtionum autem, quæ velut ſubiacentes, ad illud quo iudicium continetur, referuntur, ſæpe in vnam cadere plures poſſe. Etiam credo aliquando dubitari, quo ſtatu ſit vtendum cum aduerſus vnam intentionem plura opponuntur: & ſicut in colore dicitur narrationis, eum eſſe optimum, quem actor optime tueatur: ita hic quoque poſſe dici, eum ſtatum eſſe faciendum, in quo tuendo plurimum adhibere vitium poſſit Orator. Ideoque pro Milone, aliud Ciceroni agenti placuit, aliud Bruto, cum exercitationis gratia componeret orationem: cum ille iure tanquam inſidiatorem occiſum, & tamen non Milonis conſilio, dixerit: hic etiam gloriatus ſit occiſo malo ciue. In coniunctis vero poſſe duos vel tres inueniri, vel diuerſos: vt ſi quis aliud ſe non feciſſe, aliud recte feciſſe defendat: vel generis eiuſdem, vt ſi quis duo crimina vel omnia neget. Quod accidit etiam ſi de vna re quæratur aliqua, ſed eam plures petant, vel eodem iure, vt proximitatis: vel diuerſo, vt cum hic teſtamento, ille proximitate nitatur. Quoties autem aliud alii petitori opponitur, diſſimiles eſſe ſtatus neceſſe eſt: vt in illa controuerſia, Teſtamenta legibus facta, rata ſint. Inteſtatorum parentum liberi hæredes ſint. Abdicatus, ne quid de bonis patris capiat. Nothus ante legitimum natus, legitimus filius ſit, poſt legitimum natus, tantum ciuis. In adoptionem dare liceat. In adoptionem dato redire in familiam liceat, ſi pater naturalis ſine liberis deceſſerit. Qui ex duobus legitimis alterum in adoptionem dederat, alterum abdicauerat, ſuſtulit nothum: inſtituto hære-

Cauſſarũ ſtatus ſeu Inuentio.

Bruti oratio pro Milone.

Iuris hic plura referuntur capita ex legum xij. tabul. fragmentis &

alijs Iuriſconſultorũ libris. de abdicato deceſſit. Omnes tres de bonis contendunt. Nothus, qui non ſit legitimus, Græci vocant: Latinum rei nomen, vt Cato quoque in oratione quadam teſtatus eſt, non habemus, ideoque vtimur peregrino. Sed ad propoſitum. Hæredi ſcripto opponitur lex, Abdicatus ne quid de bonis patris capiat? fit ſtatus ſcripti & voluntatis, an vllo modo capere poſſit, an ex voluntate patris, an hæres ſcriptus. Notho duplex fit quæſtio, quod poſt legitimos natus ſit, & quod non ſit ante legitimum natus. Prior ſyllogiſmum habet, an pro non natis ſint habendi, qui à familia ſunt alienati. Altera ſcripti & voluntatis. Non enim eſſe hunc natum ante legitimum conuenit: ſed voluntate legis ſe tuebitur, quam dicet talem fuiſſe, vt legitimus eſſet nothus tum natus, cum alius legitimus in domo non eſſet. Scriptum quoque legis excludet, dicens, Non vtique ſi poſtea legitimus natus non ſit, notho nocere: vtetur que hoc argumento, Finge ſolum natum nothum, cuius conditionis erit? tantum ciuis? atqui non erit poſt legitimum natus filius? atqui non erit ante legitimos natus quare ſi verbis legis ſtari non poteſt, voluntate ſtandum eſt. Nec quenquam turbet, quod ex vna lege duo ſtatus fiant. duplex eſt, ita vim duarum habet. Redire in familiam volenti, dicitur ab altero, Primum, vt tibi redire liceat, hęres ſum. idem ſtatus, qui in petitione abdicati. quæritur enim an poſſit eſſe hæres abdicatus. Adiicitur communiter à duobus, redire tibi in familiam non licet, non enim pater ſine liberis deceſſit. Sed in hoc propria quiſque eorum quæſtione nitetur. Alter enim dicet abdicatum quoque inter liberos eſſe: & argumentum ducet ex ipſa qua repellitur lege. Superuacuum enim fuiſſe prohiberi patris bonis abdicatum, ſi eſſet numero alienorum: nunc quia filii iure futurus fuerit inteſtati hæres, oppoſitam eſſe legem, quæ tamen non id efficiat, ne filius ſit, ſed ne hæres ſit. Status finitiuus, quid ſit filius. Rurſus nothus eiſdem colligit argumentis, non ſine liberis patrem deceſſiſſe, quibus in petitione vſus eſt, vt probaret eſſe ſe filium, niſi forte & hic finitionem mouet, an liberi ſint etiam non legitimi. Cadent igitur in vnam controuerſiam vel ſpecialiter duo legitimi ſtatus, ſcripti & voluntatis, & ſyllogiſmus, & præterea finitio: vel tres illi, qui natura ſoli ſunt: coniectura in ſcripto & voluntate, qualitas in ſyllogiſmo, & quæ per ſe eſt aperta finitio. Cauſſa quoque, & iudicatio & continens eſt in omni genere cauſſarum. Nihil enim dicitur cui non inſit ratio, & quo iudicium refera-

referatur, & quod rem maxime contineat. Sed quia magis hæc variantur in litibus, & fere tradita ſunt ab iis qui de iudicialibus cauſſis aliqua compoſuerunt, in illam partem differantur. Nunc quia in tria genera cauſſas diuiſi, ordinem ſequar.

De Demõſtratiuo genere ſeu Inuentio.

De demonſtratiuo, quod conſtat laude & vituperatione.

CAP. VII.

Cap II. huius lib.

ARGVMENTVM.

Propoſitis tribus cauſſarum generibus, à Demonſtratiuo (quod dignitate & facilitate cætera procedit) orditur. Id ab Ariſtotele à parte negotiali remotum eſſe ait, & ad ſolam delectationem tranſlatum: at Romæ etiam forenſibus negotiis inſertum, & ex publico officio vel ſenatuſconſulto magiſtratibus ſæpe demandari ſolitum. Eſſe tamen quaſdam materias concedit ad ſolam delectationem comparatas: vt laudes deorum, quæ certa ſunt: quæ vt non deſiderent probationem, quemadmodum quæ negotiis adhibentur, ſpeciem tamen aliquam probationis habeant: vt ſi quis ad probandam diuinitatem Romuli, adferat; quod proiectus, in profluentem non potuerit extingui. ¶ Ornare & amplificare, laudis proprium eſſe oſtendit, & laudari primum deos, deinde homines, bruta quoque animantia: & carentia anima: vt vrbes, flumina. Facta quoque, & dicta, & res omnis generis, vt mortem, & ſomnium. Tum quomodo quæque laudanda ſint, ſingillatim fuſiſſime docet; hoc tamen vnum ex arte admonet, habendam eſſe loci vbi quis laudet aut vituperet, magnam diſcretionem, cum non iidem ſint apud omnes mores, & perſuaſio publice recepta, diuerſa. ¶ Poſtremo circa ſolam qualitatis quæſtionem, non verſari hoc genus: atque in illud omnes ſtatus cadere poſſe, quamuis maxime qualitate contineatur, concludit.

AC potiſſimum incipiam ab ea quæ conſtat laude ac vituperatione. Quod genus videtur Ariſtoteles, atque eum ſecutus Theophraſtus, aperte negotiali, hoc eſt, πραγματικῆς, remouiſſe, totamque ad ſolos auditores relegaſſe: & id eius nominis, quod ab oſtentatione ducitur, proprium eſt. Sed mos Romanus etiam negotiis hoc munus inſeruit. Nam & funebres laudationes pendent frequenter ex publico aliquo officio, atque ex ſenatuſconſulto magiſtratibus ſæpe mandantur: & laudare teſtem, vel contra, pertinet ad momentum iudiciorum: & ipſis etiam reis dare laudatores licet: & editi in competitores, in L. Piſonem, in Clodium & Cu-

rionem

rionem libri, vituperationem continent, & tamen in Senatu loco ſunt habiti ſententiæ. Neque inficias eo, quaſdam eſſe ex hoc genere materias ad ſolam compoſitas oſtentationem, vel * laudes deorum, virorumque quos priora tempora tulerunt. Quo ſoluitur quæſtio ſupra tractata: manifeſtumque eſt errare eos qui nunquam Oratorem dicturum n[illegible]e re dubia putauerunt. An laudes Capitolini Iouis, perpetua ſacri certaminis materia, vel dubiæ ſunt, vel non oratorio genere tractantur? Vt deſiderat autem laus quæ negotiis adhibetur, probationem: ſic etiam illa quæ oſtentationi componitur, habet interim aliquam ſpeciem probationis: vt qui Romulum Martis filium, educatumque à lupa dicat, in argumentum cœleſtis ortus vtatur his, quod abiectus in profluentem, non potuerit extingui: quod omnia ſic egerit, vt genitum præſide bellorum deo, incredibile non eſſet: quod ipſum quoque cœlo receptum temporis eius homines non dubitauerint. Quædam vero etiam in defenſionis ſpeciem cadent: vt ſi in laude Herculis, permutatum cum regina Lydiæ habitum, & imperata (vt traditur) penſa Orator excuſet. Sed proprium laudis eſt, res amplificare, & ornare. Quæ materia præcipue quidem in deos & homines cadit: eſt tamen & aliorum animalium, & carentium anima. Verum in deis generaliter primum maieſtatem ipſius eorum naturæ venerabimur: deinde propriam vim cuiuſque, & inuenta, quæ vtile aliquid hominibus attulerint. Vis oſtenditur, vt in Ioue, regendorum omnium: in Marte, belli: in Neptuno, maris. Inuenta, vt artium, in Minerua: Mercurio, literarum. medicinæ, Apolline: Cerere, frugum: Libero, vini. Tum ſi qua ab his acta vetuſtas tradidit, commemoranda. Addunt etiam diis honorem parentes, vt ſi quis ſit filius Iouis. Addit antiquitas, vt iis qui ſunt ex Chao. Progenies quoque, vt Apollo ac Diana Latonæ. Laudandum in quibuſdam, quod geniti immortales: in quibuſdam, quod immortalitatem virtute ſunt conſecuti: quod pietas principis noſtri, præſentium quoque temporum decus fecit. Magis eſt varia laus hominum. Nam primum diuiditur in tempora, quodque ante eos fuit, quoque ipſi vixerunt. In iis autem qui fato ſunt functi, etiam quod eſt inſecutum. Ante hominem, patria ac parentes, maioreſque erunt, quorum duplex tractatus eſt. aut etiam reſpondiſſe nobilitati, pulchrum erit: aut humilius genus illuſtraſſe factis.

** al. vt*

Domitianum intelligit.

factis. Illa quoque interim ex eo quod ante ipſum fuit tempore trahentur, quæ reſponſis vel auguriis futuram claritatem promiſerint: vt eum qui ex Thetide natus eſſet: maiorem patre ſuo futurum cecinisse dicuntur oracula. Ipſius vero laus hominis, ex animo, & corpore, & extra poſitis peti debet. Et corporis quidem fortuitorumque cum leuior, tum non vno modo tractanda eſt. Nam & pulchritudinem interim roburque proſequimur honore verborum, vt Homerus in Agamemnone atque Achille. Interim confert admirationi multum etiam infirmitas, vt cum idem Tydea paruum, ſed bellatorem dicit fuiſſe. Fortuna vero dignitatem affert, vt in regibus principibuſque (namque eſt hæc materia oſtendendæ virtutis vberior: tum quo minores opes fuerunt, eo maiorem benefactis gloriam parit. Sed omnia quæ extra nos bona ſunt, quæque hominibus forte obtigerunt; non ideo laudantur, quod habuerit quis ea; ſed quod his honeſte ſit vſus. Nam diuitiæ, & potentia, & gratia, cum plurimum virium dent in vtranque partem, certiſſimum faciunt morum experimentum, aut enim meliores propter hæc, aut peiores ſumus. Animi ſemper vera laus: ſed non vna per hoc opus via ducitur. Nanque alias ætatis gradus, geſtarumque rerum ordinem ſequi ſpecioſius fuit; vt in primis annis laudaretur indoles, tum diſciplinæ; poſt hoc operum, id eſt factorum dictorumque contextus: alias in ſpecies virtutum diuidere laudem, fortitudinis, iuſtitiæ, continentiæ, cæterarumque, ac ſingulis aſſignare quæ ſecundum quanque earum geſta erunt. Vtra ſit autem harum via vtilior, cum materia deliberabimus: dum ſciamus gratiora eſſe audiẽtibus, quæ ſolus quis, aut primus, aut certe cum paucis feciſſe dicetur. ſiquid præterea ſupra ſpẽ aut expectationem, præcipue quod aliena potius cauſſa, quã ſua. Tempus quod finem hominis inſequitur, non ſemper tractare contingit: non ſolum quod viuentes aliquando laudamus, ſed quod rara hæc occaſio eſt, vt referri poſſint diuini honores, & decreta, vt publice ſtatuæ conſtitutæ. Inter quæ numerauerim ingeniorum monumenta quæ ſeculis probarentur. Nam quidam, ſicut Menander, iuſtiora, poſterorum quam ſuæ ætatis iudicia ſunt conſecuti. Afferunt laudem liberi parentibus, vrbes conditoribus, leges latoribus, artes inuentoribus, nec non inſtituta quoque autoribus; vt à Numa traditũ deos colere, & à Publicola faſces populo ſubmittere. * Qui omnis etiam in vituperatione ordo conſtabit, tamen * in diuerſum.

De Demõſtratiuo genere.

Achillem intelligit ex Ouidij Metamor.

Iliad. 2.

Iliad. 5.

**Vid. Cic. in Partit.*

Liuius 1. & 2.

**al.* ſummittere.

*al. tantũ uerſum. Nam & turpitudo generis opprobrio multis fuit: & Iliad. 6. quoſdam claritas ipſa notiores circa vitia, & inuiſos magis fecit: & in quibuſdam, vt in Paride traditum eſt, prædicta pernicies: & corporis ac * fortunæ quibuſdam mala contempturi, vt Therſitæ: at ve o quibuſdam bona vitiis corrupta, odium attulerunt, vt Nireo imbellem, * Pliſtenem impudicum, à poëtis accepimus. Et animi totidem vitia, quot virtutes ſunt: nec minus quam in laudibus, duplici ratione tractantur. Et poſt mortem adiecta quibuſdam ignominia eſt: vt Mælio, cuius domus ſolo æquata: Marcoque Manlio, cuius prænomen è familia in poſterum exemptum eſt. Et parentes malorum odimus. Et eſt conditoribus vrbium infame, contraxiſſe aliquam perniciosam cæteris gentem, qualis eſt primus Iudaicæ ſuperſtitionis autor, & Gracchorum leges inuiſæ: & ſi quod eſt exemplum deforme poſteris traditum, quale libidinis vir Perſes in muliere Samia inſtituere auſus dicitur primus. Sed in viuentibus quoque iudicia hominum velut argumenta ſunt morum, & honos aut ignominia veram eſſe laudem vel vituperationem probat. Intereſſe tamen Ariſtoteles putat vbi quidque laudetur aut vituperetur. Nam plurimum refert qui ſint audientium mores, quæ publice recepta perſuaſio: vt illa maxime quæ probant, eſſe in eo qui laudabitur, credant: aut in eo contra quem dicemus, ea quæ oderint. Ita non dubium erit iudicium, quod orationem præceſſerit. Ipſorum etiam iudicum permiſcenda laus ſemper: nam id beneuolos facit: quoties autem fieri poterit, cum materia vtilitate iungenda. Minus Lacedæmone ſtudia literarum, quàm Athenis, honoris merebuntur: plus patientia, fortitudo. Rapto viuere quibuſdam honeſtum, aliis cura legum. Frugalitas apud * Sybaritas forſitan odio foret, veteribus Romanis ſummum luxuria crimen. Eadem in ſingulis differentia. Maxime fauet Iudex, qui ſibi dicentem aſſentiri * putat. Idem præcepit illud quoque, quod mox Cornelius Celſus prope ſupra modum inualuit: quia ſit quædam virtutibus ac vitiis vicinitas, vtendum proxima deriuatione verborum, vt pro temerario fortem, pro prodigo liberalem, pro auaro parcum vocemus: quæ eadem etiam contra valent. Quod quidem Orator, id eſt, vir bonus, nunquam faciet, niſi forte communi vtilitate ducatur. Laudantur autem vrbes ſimiliter atque homines. Nam pro parente eſt conditor: & multum autoritatis affert vetuſtas, vt iis qui terra dicuntur orti, & virtutes ac vitia circa

Margin notes: *al. formæ. vid. Hom. Iliad. lib. 2. *al. Cliſthenem. *Malorum hominum exempla, de quibus Liu. deca. 1. lib. 4. & lib. 6. vide Caliũ lib 10. cap. 18. Li 2. Rhet ad Theodec. Xenophon de ſtatut. Laced. * Vide Angel. Politi c. 15. Miſcel. & Eraſm. in prou. Sibaritica menſa. * al. aſſentari. vid. Ariſt. 1. Rhetor. ad Theodecten.

tia circa res geſtas:eademque in ſingulis. Illa propria, quæ ex loci poſitione ac munitione ſunt. Ciues illis, vt hominibus liberi, decori. Eſt laus & operum, in quibus honor, vtilitas, pulchritudo, autor ſpectari ſolet. Honor, vt in templis: vtilitas, vt in mur.s: pulchritudo vel autor, vtrobique. Eſt & locorum, qualis Siciliæ apud Ciceronem. in quibus ſimiliter ſpeciem & vtilitatem intuemur: ſpeciem, maritimis, planis, amœnis: vtilitatem, ſalubribus, fertilibus. Erit etiam dictorum factorumque laus generalis. Erit & rerum omnis modi. Nam & ſomni & mortis ſcriptæ laudes, & quorundam a medicis ciborum. Itaque vt non conſenſi hoc laudatiuum genus circa ſolam verſari honeſti quæſtionem; ſic qualitate maxime contineri puto, quanquam omnes tres ſtatus cadere in hoc opus poſſint, hiſce vſum C Cæſarem in vituperando Catone, notauerit Cicero. Totum autem habeat aliquid ſimile ſuaſoriis: quia plerunque eadem illic ſuaderi, hic laudari ſolent.

De Suaſoria Deliberatiua & Proſopopœia.

Act. 4. in Ver.

In Topicis.

De Suaſoria ſeu Deliberatiua, & Proſopopœia.

Cap. VIII.

Argumentum.

Suaſoriæ finem ſolum non eſſe vtilitatem contendit; & mentem eorum qui hoc genus ita finierunt, interpretatur: docetque apud imperitos, aliquãdo honeſtum ab vtili ſeparandum, quod apud ſapientes nullo modo fiat. Eius eſſe duas partes, ſuadendi & diſſuadendi, quarum vtraque vel priuata ſit, vel publica. Prooemio, quale eſt in iudicialibus, non egere, maxime ſi priuata ſit. publicam vero eſſe liberiorem: breuiore tamen, & velut quodam capite & initio contentam. ¶ Narrationem in priuata non eſſe neceſſariam, extrinſecus tamen poſſe multa narrari. In concionibus eſſe illam ſæpe neceſſariam ad affectus mouendos, quæ ordine rei docet. ¶ Tria eſſe in ſuaſoriis ſpectanda. Quid ſit de quo deliberetur. Qui ſint qui deliberent: Quis ſit qui ſuadeat. Rem de qua deliberatur, certum eſſe fieri poſſe, aut non poſſe. ſi incertum ductu duplici pugnandum, primum qualitate, ſi fieri poſſet, faciendum non eſſet: deinde coniectura, quæ potentiſſima eſt, fieri non poſſe. Omnia conſultari aut propter ipſa, aut propter aliud. propter ipſa, an militi ſtipendium conſtitui oporteat. propter aliud, an Romani Fabios dedant Gallis bellum minitantibus. Partes ſuadendi honeſtum, vtile (ſub quo neceſſarium) & poſſibile: ad quæ fas, iuſtum, pium, magnum, facile, æquum, referantur, quæ in omnem

conſultationem non cadant. Omnem conſultationem eſſe de dubiis. Nullam eſſe conſultationem de ſola iucunditate. Vtilitatem aliquando collidi cum honeſtate, & contra, periculaque maiora minoribus opponi. Vtilia etiam ipſa inter ſe nonnunquam comparari. Videndum eſſe diligenter, quid conſequuturi ſimus, & per quid: vt commoda & incommoda inter ſe conferamus. Perſonam aut deliberantium, aut noſtram, diligenter ſpectandam. nam in conſiliis autoritatem valere plurimum, vt etiam exempla & experimenta. Conſultare aut plures, aut ſingulos: Plures, aut ſenatum, aut populum: aut Romanos, aut Fidenates: Singulos, aut Catonem, aut Marium, aut Scipionem, aut ſenem, aut iuuenem: quorum omnium maxima ſit habenda ratio. Turpibus honeſta aliquando ſuaderi, & quo pacto: contra, bonis parum decora. Ita tamen inhoneſta ſuadenda eſſe, quaſi honeſta non ſint: nam turpibus colorem eſſe dandum. In perſona ſuadentis multum referre, qui, qua vita, genere, ætate, fortuna: prouidendumque eſſe, ne quæ dicuntur, ab eo diſſentiant qui ſuadet: quod factu non eſt facile, vnde fit vt Proſopopœia ſint difficillima, in quibus ad reliquum ſuaſoriæ laborem perſonæ difficultas accedat. ¶ *In ſcholis etiam materias fingi ad deliberãdum, ex genere iudiciali & ſuaſorio commixtas, iudicialibus ſimiliores quam ſuaſionibus: vt conſultatio de pœna Theodoti apud Caium Cæſarem.* ¶ *Vltimo loco inuentione & diſpoſitione ſuaſoria tractanda, quæ illi elocutio conueniat, præſcribit. Grauiter primum declamatores accuſat, qui dicendi genus in totum diuerſum in hoc à iudiciali putabant abrupta initia, concitatam orationem, breuitatem & verborum magnificentiam illi tribuentes. Exordia vt non ſint tam longa; negat tamen abrupta eſſe oportere: nec orationem torrentem & concitatam admittit, cum moderatione conſilia maxime conſtent: magnificentiam non affectari, ſed contingere, quia res grauiſſimæ in ſuaſorias incidant.* ¶ *Porro breuitatem, & aliquanto maiorem, ineſſe, propterea quod quæſtio ſimplicior ſit, & membra habeat pauciora. ergo illis vt iudicialibus accommodandam ſecundum conditionem ipſius quæ tractabitur rei, dicendi rationem iubet.*

2. de Ora. *De fœdere Numantino vide Ci. lib. 3. of. & Plut. in vita Tiberii. & C. Grac.*

DEliberatiuas quoque miror à quibuſdam ſola vtilitate finitas. Ac ſi quid in his vnum ſequi oporteret, potior fuiſſet apud me Ciceronis ſententia, qui hoc materiæ genus dignitate maxime contineri putat. Nec dubito quin hi qui ſunt in illa priore ſententia, ſecundum opinionem pulcherrimam, nec vtile

ne vtile quidem, niſi quod honeſtum eſſet, exiſtimarint. Et eſt hæc ratio veriſſima, ſi conſilium contingat ſemper bonorum atque ſapientum. Verum apud imperitos, apud quos frequenter dicenda ſententia eſt, populumque præcipue, qui ex pluribus conſtat indoctis, diſcernēda ſunt hæc, & ſecundum communes magis intellectus loquendum. Sunt enim multi qui etiam quæ credunt honeſta, non tamen ſatis eadem vtilia quoque exiſtiment: quæ turpia eſſe dubitare non poſſunt, vtilitatis ſpecie ducti probent: vt fœdus Numantinum, iugumque Caudinum. Ne qualitatis quidem ſtatu, in quo & honeſtorum & vtilium quæſtio eſt, complecti eas ſatis eſt. Nam frequenter in his etiam coniecturæ locus eſt: nonnunquam tractatur aliqua finitio: aliquando etiam legales poſſunt incidere tractatus, in priuata maxime conſilia, ſiquando ambigitur, An liceat. De coniectura paulo poſt pluribus. Interim eſt finitio apud Demoſthenem, vt, dicat* Halonneſum Philippus, an reddat? Apud Ciceronem* in Philippicis, quid ſit tumultus. Quid? non illa ſimilis iudicialium quæſtio, de ſtatua Seruii Sulpitii, an iis demum ponenda ſit, qui in legatione ferro ſunt interempti? Ergo pars deliberatiua, (quæ eadem ſuaſoria dicitur,) de tempore futuro conſultans, quærit etiam de præterito: officiis conſtat duobus, ſuadendi, aut diſſuadendi. Procœmio, quale eſt in iudicialibus non vbique eget, quia conciliatus eſt ei quiſque, quem conſulit. Initium tamen quodcunque debet habere aliquam procœmii ſpeciem. nec enim abrupte, nec vnde libuit, incipiendum. quia eſt Aliquid in omni materia naturaliter primum. In ſenatu, & vtique in* concionibus, eadem ratio quæ apud iudices, acquirendæ ſibi plerunque eorum apud quos dicendum ſit, beneuolentiæ. Ne mirum, cum etiam in Panegyricis* petatur audientium fauor, vbi emolumentum non in vtilitate aliqua, ſed in ſola laude conſiſtit. Ariſtoteles quidem, nec ſine cauſſa, putat & à noſtra, & ab eius qui diſſentiet, perſona, duci frequenter in* conſiliis exordium, quaſi mutuantibus hoc nobis à iudiciali genere: nonnunquam etiam vt minor res maiorve videatur. In demōſtratiuis vero procœmia eſſe maxime libera exiſtimat. Nam & longe à materia duci, vt in Helenes laude Iſocrates fecerit: & ex aliqua rei vicinia, vt idem in Panegyrico conqueritur, plus honoris corporum quam animorum virtutibus dari: & Gorgias in Olympico laudans eos qui primi tales inſtituerunt conuentus. Quos ſecutus videlic. Criſpus Salluſtius,

De Suaſoria Deliberatiua & Proſopopœia.

De iugo autē Claudino dicto à Claudio Samnitum oppido vbi copia Romanorum ab hoſtibus obſeſſa & preſſa armis poſitu ſub illorum iugum transferunt. Sp. Poſthumo conſule. vide Liu. dec. 1. lib. 1.

In Olinth.

Al. interim, eſtne finitio ap. Dem. de Halonneſum.

Philip. 8. & 9.

Id eſt Solennibus & publicis declamationibus.

Rhetorit. 3.

in bello Iugurthino, & Catilinario, nihil ad hiſtoriam pertinentibus principiis orſus eſt. Sed nunc ad ſuaſoriam, in qua etiam quum procœmio vtemur, breuiore tamen & velut quodam capite tantum & initio debebimus eſſe contenti. Narrationem vero nunquam exiget priuata deliberatio, eius duntaxat rei, de qua dicenda ſententia eſt: quia NEMO* ignorat id de quo conſulit. Extrinſecus poſſunt pertinentia ad deliberationem multa narrari.

*In manuſcriptis codicib. legitur.

In concionibus ſæpe eſt etiam illa quæ ordinem rei docet, neceſſaria, affectus*, vt quæ maxime, *implenda.

*al. ad affectus.

*Manuſcript. maxime poſtulanda.

In Vet. vero vt quæque maxime poſtulabit

Nam & concitanda & lenienda frequenter eſt ira, & ad metum, cupiditatem, odium, conciliationem, impellendi animi. Nonnunquam etiam mouenda miſeratio eſt, ſiue vt auxilium obſeſſis feratur, ſuadere oportebit, ſiue ſociæ ciuitatis euerſionem deflebimus. Valet autem in conſiliis autoritas plurimum. Nam & prudentiſſimus eſſe haberique & optimus is debet, qui ſententiæ ſuæ de vtilibus atque honeſtis credere omnes velit. In iudiciis enim vulgo fas habetur indulgere aliquid ſtudio ſuo: CONSILIA nemo eſt qui neget ſecundum mores dari. Græcorum quidem plurimi omne hoc officium concionale eſſe iudicauerunt, & in ſola Reipublicæ adminiſtratione poſuerunt. Quin & Cicero in hac maxime parte verſatur.

Ariſtotel. 1. Rhetor.

2. de Orat.

Ideoque ſuaſuris de pace, bello, copiis, operibus, vectigalibus, hæc duo præcipue nota eſſe voluit, vires ciuitatis, & mores: vt ex natura cum ipſarum rerum, tum audientium, ratio ſuadendi duceretur. Nobis maior in re videtur varietas. nam & conſultantium & conſiliorum plurima ſunt genera.

In ſuadendo & diſſuadendo quæ ſpectãda.

Quare in ſuadendo & diſſuadendo tria primum ſpectãda erunt, Quid ſit de quo deliberetur, qui ſint qui deliberent, qui* ſit qui ſuadeat. Rem de qua deliberatur, aut certum eſt poſſe fieri, aut incertum. Si incertum, hæc erit quæſtio ſola, aut potentiſſima. Sæpe enim accidet vt prius dicamus, ne ſi poſſit quidem fieri, eſſe faciendum: deinde fieri non poſſe.

*Al. quis.

Cum autem de hoc quæritur, coniectura eſt, An Iſthmos intercidi, an ſiccari palus Pontina, an portus fieri Hoſtiæ poſſit, an Alexander terras vltra Oceanum ſit inuenturus.

Suet. in Caſare. Vide Iuſtinum.

Sed in iis quoque quæ conſtabit poſſe fieri, coniectura aliquando erit: vt ſi quæratur, An vtique futurum ſit vt Carthaginem ſuperent Romani, vt redeat Hannibal, ſi Scipio exercitum in Africam tranſtulerit. Vt ſeruent fidem Samnites, ſi Romani arma depoſuerint.

Liuius deca. 3. l. 8.

Quædam & fieri poſſe, & futura eſſe credibile eſt: ſed aut alio tempore, aut alio loco

au:

aut alio modo. Vbi coniecturæ non erit locus, alia ſunt intuenda. Et primum, aut propter ipſam rem de qua ſententiæ rogantur, conſultabitur; aut propter alias interuenientes extrinſecus cauſſas. Propter ipſam deliberant Patres conſcripti, An ſtipendium militi conſtituant. Hæc materia ſimplex erit. Accedunt cauſſæ aut faciendi, vt Deliberant P.C. an Fabios dedant Gallis bellum minitantibus. Aut non faciendi, vt deliberat C. Cæſar, An perſeueret in Germaniam ire, cum milites paſſim teſtamenta facerent.

De Suaſoria Deliberatiua Proſopopœia.

Liuius deca. 1. l. 4. & 5. Comment.

Hæ ſuaſoriæ duplices ſunt. Nam & illic cauſſa deliberandi eſt, quod bellum Galli minitentur: eſſe tamē quæſtio poteſt, dedendi ne fuerint etiam citra hanc denuntiationem, qui contra fas, cum legati miſſi eſſent, prælium inierint, regemque ad quem mandata acceperant, trucidarint. Et hic nihil Cæſar ſine dubio deliberet, niſi propter hanc militum perturbationem: eſt tamen locus quærendi, an citra hunc quoque caſum penetrandum in Germaniam fuerit. Semper audem de eo prius loquemur, de quo deliberari etiam detractis ſequentibus poſſet. Partes ſuadendi quidam putauerunt honeſtum, vtile, neceſſarium. Ego non inuenio huic tertiæ locum. Quantalibet enim vis ingruat, aliquid fortaſſe pati neceſſe ſit. nihil facere: de faciendo autem deliberatur. Quod ſi hanc vocant neceſſitatem, in quam homines grauiorum metu coguntur, vtilitatis erit quæſtio: vt ſi obſeſſi, & impares, & aqua ciboque defecti, de facienda ad hoſtem deditione deliberent, & dicatur, neceſſe eſt: nempe ſequitur vt hoc ſubiiciatur, alioqui pereundum eſt. ita propter id ipſum non eſt neceſſe, quia perire potius licet. Denique non fecerunt Saguntini, nec in rate Opitergina circumuenti. Igitur in his quoque cauſſis aut de ſola vtilitate ambigetur, aut quæſtio inter vtile atque honeſtum conſiſtet. At enim ſi quis liberos procreare volet, neceſſe habeat vxorem ducere. quis dubitat? ſed ei qui pater vult fieri, liqueat neceſſe eſt vxorem eſſe ducendam. Itaque mihi ne conſilium quidem videtur, vbi neceſſitas eſt: non magis quam vbi conſtat quid fieri omnino non poſſe. OMNIS enim deliberatio de dubiis eſt. Melius igitur, qui tertiam partem dixerunt δυνατὸν, quod noſtri *Poſſibile* nominant. quæ vt dura videatur appellatio, tamen ſola eſt. Quas partes non omnes in omnem cadere ſuaſoriam, manifeſtius eſt quam vt docendum ſit. Tamen apud pleroſque earum numerus augetur, à quibus ponuntur vt partes, quæ

Vt Caſilinenſes de quibus Liui. dec. 3. lib. 3. Idem dec. 3. li. 2. Florus in Epi. lib 110. Ariſt. 3. Ethic. & Rhetori. 1. Poſſibile.

Ariſtot. 1. *Rhet. ad Alexand.* ſpecies ſunt partium. Nam fas, iuſtum, pium, æquum, manſuetum quoque, (ſic enim ſunt interpretati τὸ ἥμερον,) & ſi qua adhuc adiicere quis eiuſdem generis velit, ſubiici poſſunt honeſtati. An ſit autem facile, magnum, iucundum, ſine periculo, ad quæſtionem pertinet vtilitatis: qui loci oriuntur ex contradictione, Eſt quidem vtile, ſed difficile, parum iniucundum, periculoſum. Tamen quibuſdam videtur eſſe nonnunquam de iucunditate ſola conſultatio, vt ſi de ædificando theatro, inſtituendis ludis, deliberetur. Sed neminem adeo ſolutum luxu puto, vt nihil in cauſſa ſuadendi ſequatur præter voluptatem. Præcedat enim ſemper aliquid neceſſe eſt, vt in ludis honor deorum, in theatro non inutilis laborum remiſſio, deformis & incommoda turbæ, ſi id non ſit, conflictatio: & nihilominus eadem illa religio, cum theatrum veluti quoddam illius ſacri templum vocabimus. Sæpe vero & vtilitatem deſpiciendam eſſe dicimus, vt honeſta faciamus: vt cum illis Opiterginis damus conſilium, ne ſe hoſtibus dedant, quanquam perituri ſint niſi fecerint. Et vtilia honeſtis præferimus: vt cum ſuademus vt bello Punico ſerui armentur. Sed tamen neque hic plane concedendum eſt eſſe id inhoneſtum: liberos enim natura omnes, & eiſdem conſtare elementis, & fortaſſe antiquis etiam nobilibus ortos, dici poteſt: & illic vbi manifeſtum periculum eſt, opponenda alia: vt crudelius etiam perituros affirmemus, ſi ſe dediderint, ſiue hoſtis non ſeruauerit fidem, ſiue Cæſar vicerit, quod eſt vero ſimilius. Hæc autem, quæ tantum inter ſe pugnant, plerunque nominibus deflecti ſolent. Nam & vtilitas ipſa expugnatur ab iis qui dicunt non ſolum potiora eſſe honeſta quam vtilia, ſed ne vtilia quidem eſſe quæ non ſint honeſta: & contra, quod nos honeſtum, illi vanum, ambitioſum, ſtolidum, verbis quam re probabilius vocant. Nec tantum inutilibus comparantur vtilia, ſed inter ſe quoque ipſa: vt ex duobus eligamus, in altero quid ſit magis, in altero quid ſit minus. Creſcit hoc adhuc. Nam interim triplices etiam ſuaſoriæ incidunt: vt cum Pompeius deliberauit, Parthos, an Africam, an Ægyptum peteret. Ita non tantum vtrum ſit melius, ſed quid ſit optimum, quæritur. Itemque contra. Nec vnquam incidet in hoc genere materiæ dubitatio rei quæ vndique ſecundum nos ſit. Nam vbi contradictioni locus non eſt, quæ poteſt eſſe cauſſa dubitandi? Ita fere omnis ſuaſoria nihil eſt aliud quam

Florus in epitome lib. 110. *Liu. dec.* 3. *lib.* 4.

Plutar. in Pompeio.

quam comparatio. Videndumque, quid conſecuturi ſimus, & per quid: vt æſtimari poſſit, plus in eo quod petimus, ſit commodi: an vero in eo per quod petimus, incommodi. Eſt vtilitatis & in tempore quæſtio, *Expedit, ſed non nunc.* Et in loco, *Non hic.* Et in perſona, *Non nobis, non contra hos.* Et in genere agendi, *Non ſic.* Et in modo, *Non id tantum.* Sed perſonam ſæpius decoris gratia intuemur, quæ & in nobis, & in iis qui deliberant, ſpectanda eſt. Itaque quamuis exempla plurimum in conſiliis poſſunt, quia facillime ad conſentiendum homines ducuntur experimentis: refert tamen quorum authoritas, & quibus adhibeatur. Diuerſi ſunt enim deliberantium animi, duplex conditio. Nam conſultant aut plures, aut ſinguli: ſed in vtriſque differentia: quia & in pluribus multum intereſt, Senatus ſit, an populus: Romani, an Fidenates: Græci, an Barbari & in ſingulis. Catoni petendos honores ſuademus, an C. Mario: de ratione belli Scipio prior, an Fabius deliberet. Proinde intuenda, ſexus, dignitas, ætas. Sed mores præcipue diſcrimen dabunt. Et honeſta quidem honeſtis ſuadere facillimum eſt: ſi vero apud turpes recta obtinere conabimur, ne videamur exprobrare diuerſam vitæ ſectam, cauendum eſt. Et animus deliberantis, non ipſa honeſti natura, quam ille non reſpicit, promouendus: ſed laude, vulgi opinione, & ſi parum proficiet hæc vanitas, ſecutura ex his vtilitate: aliquanto vero magis obiiciendo aliquos, ſi diuerſa fecerint, metus Nam præter id quod his leuiſſimi cuiuſque animus facillime terretur, neſcio an etiam naturaliter apud plurimos plus valeat malorum timor, quam ſpes bonorum, ſicut facilior eſt idem turpium quam honeſtorum intellectus eſt. Aliquando bonis quoque ſuadentur parum decora, dantur parum bonis conſilia, in quibus ipſorum qui conſulunt, ſpectatur vtilitas. Nec me fallit quæ ſtatim cogitatio ſubire poſſit legentem. Hoc ergo præcipis? & hoc fas putas? Poterat me liberare M. Cicero, qui ita ſcribit ad Brutum, Propoſitis plurimis quæ honeſte ſuaderi Cæſari poſſent, ſimne bonus vir, ſi hæc ſuadeã? Minime. Suaſoris enim finis eſt vtilitas eius cui quiſque ſuadet. At recta ſunt: quis negat? ſed non eſt ſemper rectis in ſuadendo locus. Sed quia eſt altior quæſtio, nec tantum ad ſuaſorias pertinet, deſtinatus eſt mihi hic locus duodecimo, (qui ſummus futurus eſt,) libro Nec ego quicquam fieri turpiter velim, verum interim hæc vel ad ſcholarum exercitationes pertinere

De Suaſoria Deliberatiua & Proſopopoeia.

Cap. 1.

Inventio.

credantur. nam & INIQVORVM ratio noſcenda eſt, vt melius æqua tueamur. Interim ſi quis bono inhoneſta ſuadebit, meminerit non ſuadere tanquam inhoneſta, vt quidam declamatores Sextum Pomp. ad piraticam, propter hoc ipſum, quod turpis & crudelis ſit, impellunt: ſed dandus illis de formibus color, idque etiam apud malos. NEC enim eſt quiſquam tam malus, vt malus videri velit. Sic Catilina apud Salluſt. loquitur, vt rem ſceleratiſſimam non malitia, ſed indignatione videatur audere. Sic Atreus apud Varum*.

*al. Variũ Vet. Varrum.

Iam fero (inquit) infandiſſima, iam facere cogor.

Quanto magis eis quibus cura famæ fuit, conſeruandus eſt hic vel ambitus? Quare & cum Ciceroni dabimus conſilium vt Antonium roget, vel etiam vt Philippicas (ita vitam pollicente eo) exurat non cupiditatem lucis allegabimus: (hæc enim ſi valet in animo eius, tacentibus quoque nobis valet:) ſed vt ſe reipublicæ ſeruet, hortabimur. Hac illi opus eſt occaſione, ne eum talium precum pudeat. Et Caio Cæſari ſuadentes regnum, affirmabimus ſtare iam rempublicam niſi vno regente non poſſe. Nam qui de re nefaria deliberat, id ſolum quærit, quomodo quam minimum peccare videatur. Multum refert etiam quæ ſit perſona ſuadentis: quia anteacta vita, ſi illuſtris fuit, aut clarius genus, aut ætas, aut fortuna, affert expectationem. PROVIDENDVM eſt, ne quæ dicuntur, ab eo qui dicit, diſſentiant. At his contraria ſummiſſionem quendam modum poſtulant. Nam quæ in aliis libertas eſt, in aliis licentia vocatur. Et quibuſdam ſufficit autoritas, quoſdã ratio ipſa ægre tuetur. Ideoque longe mihi difficillimæ videntur Proſopopœiæ, in quibus ad reliquum Suaſoriæ laborem accedit etiam perſonæ difficultas. Nanque idem illud aliter Cæſar, aliter Cicero, aliter Cato ſuadere debebit. Vtiliſſima vero hæc exercitatio, vel quod duplicis eſt operis, vel quod poetis quoque, aut hiſtoriarum futuris ſcriptoribus plurimum confert; verum & oratoribus neceſſaria. Nam ſunt multæ à Græcis Latiniſque compoſitæ orationes, quibus alii vterentur, ad quorum conditionem vitamque aptanda quæ dicebantur fuerunt. An eodem modo cogitauit, aut eandem perſonam induit Cicero cum ſcriberet Cn. Pompeio, & cum C. Appio, cæteriſque; ac non vniuſcuiuſque eorum fortunam, dignitatem, res geſtas intuitus, omnium quibus vocem dabat, etiam imaginem expreſſit? vt melius quidem, ſed tamen ipſi dicere viderentur. Neque enim minus vitioſa eſt

ora-

oratio, ſi ab homine, quam ſi à re cui accommodari debuit, diſſidet: ideoque Lyſias optime videtur in iis quæ ſcribebat indoctis, ſeruaſſe veritatis fidem. Enimuero præcipue declamatoribus conſiderandum eſt, quid cuique perſonæ conueniat: qui pauciſſimas controuerſias ita dicunt vt aduocati: plerunque filii, patres, diuites, ſenes, aſperi, lenes, auari: denique ſuperſtitioſi, timidi, deriſores fiunt: vt vix comœdiarum actoribus plures habitus in pronuntiando concipiendi ſint, quam his in dicendo. Quæ omnia videri poſſunt Proſopopœiæ, quas ego Suaſoriis ſubieci; quia nullo alio ab iis quam perſona diſtant. Quanquam hæc aliquando etiam in controuerſias ducitur, quæ ex hiſtoriis compoſitæ, certius agentium nominibus continentur. Neque ignoto plerunque exercitationis gratia poni & poeticas & hiſtoricas, vt Priami verba apud Achillem aut Syllæ dictaturam deponentis in concione. Sed hæc in partes cedunt trium generum in quæ cauſſas diuiſimus. Nam & rogare, indicare, rationem reddere, & alia de quibus ſupra dictum eſt, varie, atque vt res vult, in materia iudiciali, deliberatiua, demonſtratiua, ſubiicere ſolemus. Frequentiſſime vero in his vtimur ficta perſonarum quas ipſi ſubſtituimus, oratione, vt apud Ciceronem pro Cælio, Clodiam & cæcus Appius, & hic Clodius frater; ille in caſtigationem, hic in rationem amorum compoſitus alloquitur. Solent in ſcholis fingi materiæ ad deliberandum ſimiliores controuerſiis, ex vtroque genere commiſtæ: vt cum apud C. Cæſarem conſultatio de pœna Theodoti ponitur. Conſtat enim accuſatione & defenſione cauſſæ, quod eſt iudicialium proprium. Permiſta autem eſt & vtilitatis ratio, an pro Cæſare fuerit occidi Pompeium: an timendum à rege bellum, ſi Theodotus ſit occiſus: an id minime opportunum hoc tempore, & periculoſum, & certe longum ſit futurum. Quæritur & de honeſto, decea tne Cæſarem vltio Pompeii: an ſit verendum ne peiorem faciat ſuarum partium cauſſam, ſi Pompeium indignum morte fateatur. Quod genus accidere etiam veritati poteſt. Non ſimplex autem circa ſuaſorias error in pleriſque declamatoribus fuit, qui dicendi genus in his diuerſum atque in totum illi iudiciali contrarium eſſe exiſtimarunt. Nam & principia abrupta, & concitatam ſemper orationem, & in verbis effuſionem (vt ipſi vocant) cultum affectauerunt, & earum breuiores vtique commentarios quam *iudicialis materiæ facere elabo-

De Suaſoria Deliberatiua & Proſopopœia.

Homer. Iliad. 24.

Vide Plutar. in Sylla.

De hoc Theodoto Rhetore. Plutar. in vita Pompeij.

**al.* legalis

Inuentio.

elaborarunt. Ego porro vt procemio video non vtique opus eſſe ſuaſoriis, propter quas dixi ſupra cauſſas: ita cur initio furioſo ſit exclamandū, non intelligo: cum propoſita conſultatione rogatus ſententiam, ſi modo eſt ſanus, non * quiritet, ſed quam maxime poteſt ciuili & humano ingreſſu mereri aſſenſum deliberantis velit. Cur autem torrens, & vtique æqualiter concitata ſit in ea dicentis ratio, cum vel præcipue moderationem rationemque conſilia deſiderent? Neque ego negauerim ſæpius ſubſidere in controuerſiis impetum dicendi procemio, narratione, argumentis: quem ſi detrahas, id fere ſupererit, quo ſuaſoriæ cōſtant: verum id quoq; æqualius erit, nō tumultuoſius atq; turbidius. Verborum autē magnificentia non validius eſt affectanda ſuaſorias declamantibus, ſed contingit magis. Nam & perſonæ fere magnæ fingentibus placent, regum, principum, populi, ſenatus, & res ampliores. ita cum verba rebus aptentur ipſo materiæ nitore clareſcunt. Alia veris conſiliis ratio eſt: ideoque Theophraſtus quam maxime remotum ab omni affectatione in deliberatiuo genere voluit eſſe ſermonem, ſecutus in hoc autoritatem præceptoris ſui, quanquam diſſentire ab eo non timide ſolet. Nanque Ariſtoteles idoneam maxime ad ſcribendum demonſtratiuā, proximamque ab ea iudicialem putauit: videlicet quoniam prior illa tota eſſet oſtentationis, hæc ſecunda egeret artis, vel ad fallendū, ſi ita popoſciſſet vtilitas, conſilia fide prudentiaq; conſtarent. Quibus in demonſtratiua conſentio. Nam & omnes alii ſcriptores idem tradiderunt.

*Quiritare, deos hominesque inclamare.

In iudiciis autem conſiliiſque ſecundum conditionem ipſius quæ tractabitur rei, accommodandam dicendi credo rationem. Nam & Philippicas Demoſthenis, eiſdem quibus habitas in iudiciis orationes, video eminere virtutibus. Et Ciceronis ſententiæ & conciones, non minus clarum quam eſt in accuſationibus ac defenſionibus, eloquentiæ lumen oſtendunt. Dicit tamen idē de ſuaſoria, hoc modo, Tota autem oratio, ſimplex & grauis, & ſententiis debet ornatior eſſe quam verbis. Vſum exemplorum nulli materiæ magis conuenire merito fere omnes conſentiunt, cum plerunque videantur reſpondere futura præteritis, habeaturque experimentum velut quoddam rationis teſtimonium. Breuitas quoque aut copia non genere materiæ, ſed modo conſtant. Nam vt in conſiliis plerunque ſimplicior quæſtio eſt, ita ſæpe in cauſſis minor. Quæ omnia vera eſſe ſciet, ſiquis non orationes modo,

Cic. in Partit.

do, ſed hiſtorias etiam: (namque in his conciones atque ſententiæ plerunque ſuadendi ac diſſuadendi funguntur officio) legere maluerit, quam in commentariis Rhetorum conſenſcere. Inueniet enim nec in conſiliis abrupta initia, & concitatius ſæpe in iudiciis dictum, & verba aptata rebus in vtroque genere, & breuiores aliquanto cauſſarum orationes quam ſententiarum. Ne illa quidem in his vitia deprehendet, quibus quidam declamatores laborant, quod & contra ſentientibus inhumane conuitiantur, & ita plerunque dicunt, tanquam ab iis qui deliberant, vtique diſſentiant: ideoq; obiurgantibus ſimiliores ſunt, quam ſuadentibus. Hæc adoleſcentes ſibi ſcripta ſciant, ne aliter quam dicturi ſint, exerceri velint, & in deſueſcendis morentur. Cæterum cum aduocati cœperint in conſilia amicorum, dicere ſententiam in ſenatu, ſuadere, ſiquid conſulet princeps; quod præceptis fortaſſe non credunt, vſu docebuntur.

Partes Cauſſarū Iudiciales.

De partibus cauſſarum iudicialium.

CAP. IX.

ARGVMENTVM.

Pergit ad tertium genus omnium difficillimum, quod officiis duobus conſtare intentionis & depulſionis, & partibus quinq; ait; Procemio, Narratione, Probatione, Refutatione, & Concluſione. Repudiat eos qui Partitionem, Propoſitionem, & Exceſſum adiiciebant: quarum duæ priores ſub confirmatione continentur. Exceſſum vero, ſi in cauſſa ſit, eſſe adiutoriū aut ornamentū partis ex qua egreditur: ſin extra cauſſā ſit, non eſſe partē cauſſæ. Refutationem inter partes retinet. Nec vt quidque primū dicendum, ita primum cogitandum. Ergo ante omnia intuendum, quod genus cauſſæ, quid ſit ſtatus, quid proſit, quid noceat, quomodo confirmandum & confutandum. Deinde quomodo narrandum. Poſtremo quo pacto exordio & peroratione ſit conciliandus iudex. Hoc igitur ordine inſpiciendam materiam eſſe, ſed ſcribendam eo quo apud iudicem dicimus.

NVnc de iudiciali genere, quod eſt præcipue multiplex, ſed officiis conſtat duobus, Intentionis ac Depulſionis. cuius partes, vt plurimis autoribus placuit, quinque ſunt, Procemiū, Narratio, Probatio, Refutatio, Peroratio. His adiecerunt quidam Partitionem, Propoſitionē, Exceſſum: quarum priores duæ probationi ſuccedunt. Nam proponere qui-

Inuentio. dem quæ ſis probaturus, neceſſe eſt: ſed & concludere. Cur igitur ſi illa pars cauſſæ eſt, non & hæc ſit? Partitio vero diſpoſitionis eſt ſpecies, ipſa diſpoſitio pars Rhetorices, & per omnes materias totumque earum corpus æqualiter fuſa, ſicut Inuentio & Elocutio. Ideoque eam non orationis totius partem vnam eſſe credendum eſt, ſed quæſtionum etiam ſingularum. Quæ namque eſt quæſtio, in qua non promittere poſſit orator quid primo, quid ſecundo, quid tertio ſit loco dicturus? quod eſt proprium partitionis. Quam ergo ridiculum eſt, quæſtionem quidem ſpeciem eſſe probationis: partitionem autem quæ ſit ſpecies quæſtionis, partem totius orationis vocari? Egreſſio vero, vel (quod vſitatius eſſe cœpit) Exceſſus, ſiue eſt extra cauſſam, non poteſt eſſe pars cauſſæ: ſiue eſt in cauſſa, adiutorium vel ornamentum partium eſt earum ex quibus egreditur. Nam ſi quicquid in cauſſa eſt: pars cauſſæ vocabitur: cur non argumentum, ſimilitudo, locus communis, affectus, exempla, partes vocentur? Tamen nec iis aſſentior qui detrahunt refutationem, tanquam probationi ſubiectam, vt Ariſtoteles. hæc enim eſt quæ conſtituat, illa quæ deſtruat. Hoc quoque idem aliquatenus nouat, quod procemio non narrationem ſubiungit, ſed propoſitionem. Verum id facit, quia Propoſitio genus, Narratio ſpecies videtur: & hoc* non ſemper, illa vero ſemper & vbique credit opus eſſe.

*al. hac
Vet. hæc.

Verum ex his quas conſtitui partibus, non vt quidque primum dicendum, ita primum cogitandum eſt: ſed ante omnia intueri oportet, quod ſit genus cauſſæ: quid in ea quæratur: quæ proſint, quæ noceant: deinde quid confirmandum ſit, ac refellendum: tum quomodo narrandum. Expoſitio enim probationum eſt præparatio: nec eſſe vtilis poteſt, niſi prius conſtiterit quid debeat de probatione promittere. Poſtremo intuendum quemadmodum iudex ſit conciliandus. Neque enim niſi totis cauſſæ partibus diligenter inſpectis, ſcire poſſumus qualem nobis facere animum cognoſcentis expediat, ſeuerum an mitem, concitatum an remiſſum, aduerſum gratiæ an obnoxium. Neque ideo tamen eos probauerim, qui ſcribendum quoque procemium nouiſſime putant. Nam vt conferri materiam omnem oportet, & quid quoque loco ſit opus, conſtare debet antequam dicere aut ſcribere ordiamur, ita incipiendum ab iis quæ prima ſunt. Nam nec pingere quiſpiam aut fingere cœpit à pedibus: nec denique ARS vlla conſummatur ibi vnde ordiendum eſt. Quid fiet alioqui, ſi

ſpatium

ſpatium componendi orationem ſtylo, non fuerit? nonne nos hæc inuerſa conſuetudo deceperit? Inſpicienda igitur materia eſt, quo præcipimus ordine, ſcribenda, quo dicimus.

Iudicialiũ controuerſiarum genera.

De Generibus Iudicialium controuerſiarum.

CAP. X.

ARGVMENTVM.

Genus Iudiciale dixit eſſe multiplex: illud iam in ſpecies diuidit, primam ſimplicem, ſecundam coniunctam vocat, quæ etiam diuidatur bifariam: aut eſſe vnius generis, vt Repetundarum. Aut plurium, vt furti, & homicidii: quibus tertium genus adiicit comparatiuum, ad quod diuinationem & mutuas accuſationes, quæ Anticategoria dicuntur, poſſe reduci ait: quarum duo ſint genera: vnum quo litigatores idem crimen inuicem intentant: alterum quo diuerſa. Poſtremo, genere cauſſæ cognito, ſtatum diligenter inſpiciendum monet.

CÆterum cauſſa omnis, in qua pars altera agentis eſt, altera recuſantis: aut vnius rei controuerſia conſtat, aut plurium. Illa ſimplex dicitur, hæc coniuncta. Vna controuerſia eſt per ſe furti, per ſe adulterii. Plures aut eiuſdem generis, vt in pecuniis repetundis: aut diuerſi, vt ſi quis ſacrilegii ſimul & homicidii accuſetur. Quod nunc in publicis iudiciis non accidit, quoniam prætor certa lege ſortitur: Principum autem & Senatus cognitionibus frequens eſt, & populi fuit. Priuata quoque iudicia ſæpe vnum iudicem habere multis & diuerſis formulis ſolent: nec aliæ ſpecies erunt, etiam ſi vnus à duobus duntaxat eandem rem, atque ex eadem cauſſa petet, aut duo ab vno, aut plures à pluribus. quod accidere in hæreditariis litibus interim ſcimus: quia quamuis in multis perſonis, cauſſa tamen vna eſt, niſi ſi conditio perſonarum quæſtiones variauerit. Diuerſum his tertium genus, quod dicitur Comparatiuum, cuius rei tractatus in parte cauſſæ frequens eſt: vt cum apud centumuiros poſt alia quæritur & hoc, vter dignior hæreditate ſit. Rarum eſt autem, vt in foro iudicia propter id ſolum conſtituantur, ſicut diuinationes, quæ fiunt de accuſatore conſtituendo, & nonnunquam inter delatores, vter præmium meruerit. Adiecerunt quidam numero mutuam accuſationem, quæ ἀντικατηγορία vocatur: aliis videlicet ſuccedere hanc quoque comparatiuo generi exiſtimantibus:

Inuentio. tibus: cui ſimilis erit petitionum inuicem diuerſarum: quod accidit vel frequentiſſime. Id ſi ipſum vocari debet ἀντικατηγορία, (nam proprio caret nomine) duo erunt genera eius: alterum, quo litigatores idem crimen inuicem intentant: alterum, quo aliud atque aliud. Cui & petitionum conditio par eſt. Cum apparuerit genus cauſſæ, tum intuebimur, negetur ne factum quod intenditur, an defendatur, an alio nomine appelletur, an à genere actionis repellatur: vnde ſunt ſtatus.

Quid ſit Quæſtio, Ratio, Iudicatio, Continens, & Quatenus neceſſaria.

CAP. XI.

ARGVMENTVM.

Genus cauſſæ & ſtatum intuenda præcepit, nunc vt omne dubium diſcutiat circa hunc, Hermagoræ, & quorundam aliorum affectatam ſubtilitatem, & in particulas minutas conciſam, reprehendit: qui Quæſtionem, Rationem, Continens ſeu Firmamentum, & Iudicationem, diuerſas ante ſtatum particulas ſtatuebant. Oſtendit quid extra iudicia quæſtio ſignificet, & duplicem eius in iudiciis acceptionem, tum quid per reliqua quæ ſtatum præcedunt, ſignificari auctores velint. Veriuſque multo & ſimplicius locutos affirmat, qui illa omnia idem eſſe voluerunt; cum abſurdiſſimum videatur, corpus orationis in parua momenta & minutas partes concidendo conſumere, quorum cognitio ſuperuacua futura ſit, ſi quid in controuerſiam veniat, quid in eo & per quid velit efficere aduerſarius quidque nos fuerimus diligenter intuiti.

HIs inuentis, intuendum deinceps Hermagoræ videtur, Quid ſit quæſtio, ratio, iudicatio, côtinens, id eſt, συνέχον, vel, (vt alii vocant,) firmamentum. Quæſtio latius intelligitur, omnis de qua in vtranque partem, vel in plures dici credibiliter poteſt. In iudiciali autem materia dupliciter accipienda eſt: Altero modo, quo dicimus multas quæſtiones habere controuerſiam, quo etiam minores omnes complectimur: Altero, quo ſignificamus ſummam illam in qua cauſſa vertitur. de hac nunc loquor, ex qua naſcitur ſtatus, An factum ſit, quid factum ſit, an recte factum ſit. Has Hermagoras & Apollodorus & alii plurimi Scriptores proprie quæſtiones vocant: Theodorus (vt dixi) capita generalia: ſicut illas minores aut ex illis pendentes, ſpecialia. Nam & quæſtio-

Quæſtio quid.

nem

Inuentionis particulæ.

nem ex quæſtione naſci, & ſpeciem in ſpecies diuidi conuenit. Hanc igitur quæſtionem veluti principalem vocant ζήτημα. Ratio autem eſt qua in quod factum eſſe conſtat, defenditur. Et cur non vtamur eodem, quo ſunt vſi fere omnes, exemplo? Oreſtes matrem occidit. hanc conſtat. dicit, ſe iuſte feciſſe: ſtatus erit qualitatis. quæſtio, An iuſte fecerit. ratio, quod Clytæmneſtra maritum ſuum patrem Oreſtis occidit. hoc αἴτιον dicitur. κρινόμενον autem iudicatio, An oportuerit vel nocentem matrem a filio occidi. Quidam diuiſerunt αἴτιον & αἰτίαν, vt eſſet altera, propter quam iudicium cõſtitutum eſt, vt occiſa Clytæmneſtra: altera, qua factum defenditur, vt occiſus Agamemnon. Sed tanta eſt circa verba diſſenſio, vt alii αἰτίαν cauſſam iudicii, αἴτιον autem facti vocent: alii eadem in contrarium vertant. Latinorum quidam hæc initium & rationem vocauerunt: quidam vtrunque eodem nomine appellant. Cauſſa quoq; ex cauſſa, id eſt αἴτιον ἐξ αἰτίου naſci videtur: quale eſt, Occidit Agamemnonem Clytæmneſtra, quia ille filiam communem immolauerat, & captiuam pellicem adducebat. Iidem putant & ſub vna quæſtione plures eſſe rationes: vt ſi Oreſtes & alteram afferat matris necatæ cauſſam, quod reſponſis ſit impulſus. Quot autem cauſſas faciendi, totidem iudicationes. Nam & hæc erit iudicatio, an reſponſis parere debuerit. Sed & vna cauſſa plures habere quæſtiones & iudicationes (vt ego arbitror) poteſt: vt in eo qui cum adulteram deprehenſam occidiſſet, adulterum, qui tum effugerat, poſtea in foro occidit. Cauſſa enim eſt vna, adulter fuit: quæſtiones & iudicationes, an illo tempore: an illo loco licuerit occidere. Sed ſicut cum ſint plures quęſtiones, omneſque ſuos ſtatus habeant, cauſſæ tamen ſtatus vnus ſit, ad quẽ referuntur omnia: ita Iudicatio maxime propria, de qua pronunciatur. Συνέχον autem (quod, vt dixi, continens alii, firmamentum alii putant; Cicero firmiſſimam argumentationem defenſoris, & * appoſitiſſimam ad iudicationem) quibuſdam id videtur eſſe, poſt quod nihil quæritur: quibuſdam id quod ad iudicationem firmiſſimum afferiur. Cauſſa facti non in omnes controuerſias cadit. Nam quæ fuerit cauſſa faciendi, vbi factum negatur? At vbi cauſſa tractatur, negant eodem loco eſſe iudicationem, quo quæſtionem. Idque & in Rhetoricis Cicero & in Partitionib. dicit. Nam & in coniectura eſt quæſtio ex illo, factum, non factum, an factum ſit. Ibi ergo iudicatio, vbi quæſtio: quia in eadem re prima quæſtio, & extrema diſce-

Ratio quid.

Iudicatio.

Continens Rheto 1.

**al. aptiſſimam.*

Inuentio.

diſceptatio. At in qualitate, Matrem Oreſtes occidit, recte, non recte: an recte occiderit, quæſtio, nec ſtatim iudicatio. Quando ergo? Illa patrem meum occiderat. Sed non ideo tu matrem debuiſti occidere. an debuerit, hic iudicatio. Firmamentum autem verbis ipſius ponam, Si velit Oreſtes dicere eiuſmodi animum matris ſuæ in patrem ſuum, in ſeipſum ac ſorores, in regnum, in famam generis ac familiæ, vt merito ab ea pœnas liberi ſui potiſſimum petere debuerint. Vtuntur alii & talibus exemplis, Qui bona paterna conſumpſerit, ne concionetur. in opera publica conſumpſit. quæſtio, An quiſquis conſumpſerit, prohibendus ſit: iudicatio, An qui ſic. Vel vt in cauſſa militis* Mariani qui C. Luſium tribunum vim ſibi inferentem interfecit; quæſtio, An iure fecerit. Ratio, quod is vim afferebat. Iudicatio, An indemnatum, an Tribunum a milite occidi oportuerit. Alterius etiam ſtatus quæſtionem, alterius iudicationem putant. Quæſtio qualitatis, An recte Clodium Milo occiderit. Iudicatio coniecturalis, An Clodius inſidias fecerit. Ponunt & illud, ſæpe cauſſam in aliquam rem dimitti, quæ non ſit propria quæſtionis, & de ea iudicari. A quibus multum diſſentio. Nam & illa quæſtio, An omnes paterna bona conſumpſerint, concione ſint prohibendi, habeat oportet ſuam iudicationem. Ergo non alia quæſtio, alia iudicatio erit; ſed plures quæſtiones, & plures iudicationes. Quid? non in cauſſa Milonis ipſa coniectura refertur ad qualitatem? Nam ſi eſt inſidiatus Clodius, ſequitur vt recte ſit occiſus. Cum vero in aliquam rem miſſa cauſſa eſt, & receſſum à quæſtione quæ erat conſtituta: hic quæſtio, vbi iudicatio eſt. Paulum in his ſecum etiam Cicero diſſentit. Nam in Rhetoricis (quemadmodum ſupra dixi) Hermagoram eſt ſecutus: in Topicis, ex ſtatu effectam contentionem κρινόμενον exiſtimat. Idque Trebatio, qui iuris erat conſultus, alludens, qua de re agitur appellat: quibus id contineatur, continentia, quaſi firmamenta defenſionis: quibus ſublatis defenſio nulla ſit. At in Partitionibus oratoriis, firmamentum, quod opponitur defenſioni: quia continens quod primum ſit, ab accuſatore dicatur: ratio, à reo, ex rationis & firmamenti quæſtione, diſceptatio ſit iudicationum. Verius igitur & breuius, qui ſtatum & continens & iudicationem idem eſſe voluerunt: continens autem id eſſe, quo ſublato lis eſſe non poſſit. Hi mihi videntur vtranque cauſſam complexi, & quod Oreſtes matrem, & quod Clytæmneſtra Agamemnonem occiderit. Iidem iudi-

*Arunti.] *de quo Plutarch.* in Mario, & Valer. lib 6. tit. 1 de pudicitia.

catiu-

cationem & ſtatum conſentire ſemper exiſtimarunt. Nec enim aliud eorum rationi conueniens fuiſſet. Verum hæc affectata ſubtilitas, circa nomina rerum, ambitioſo labore à nobis in hoc aſſumpta ſolum, ne parum diligenter inquiſiſſe de opere quod aggreſſi ſumus, videremur: ſimplicius autem inſtituenti, nõ eſt neceſſe per tam minutas rerum particulas rationem docendi concidere: quo vitio multi quidem laborarunt, præcipue tamen Hermagoras, vir alioqui ſubtilis, & in plurimis admirandus, tantum diligentiæ nimium ſollicitæ, vt ipſa eius reprehenſio laude aliqua non digna ſit. Hæc autem breuior, & vel ideo lucidior multo* via, neque diſcentem per ambages fatigabit, nec corpus orationis in parua momenta ta. deducendo conſumet. Nam qui viderit quid ſit quod in controuerſiam veniat, quid in eo, & per quæ velit efficere pars diuerſa, quid noſt a, quod in primis eſt intuendum: nihil eorum ignorare, de quibus ſupra diximus, poterit. Nec eſt fere quiſquam, modo non ſtultus, atque ab omni prorſus vſu dicendi remotus, quin ſciat & quid litem faciat, (quod ab illis cauſſa vel continens dicitur) & quæ ſit inter litigantes quæſtio, & de quo iudicari oporteat: quæ omnia idẽ ſunt. Nam & de eo quæſtio eſt, ꝙ in controuerſiam venit: & de eo iudicatur, de quo quęſtio eſt. Sed non perpetuo intendimus in hæc animum, & cupiditate laudis vtcunque acquirẽdæ, vel dicendi voluptate euagamur, quando vberior ſemper extra cauſſam materia eſt, quia in controuerſia pauca ſunt, extra omnia: & hic dicitur de iis quæ accepimus; illic de quibus volumus. Nec tam hoc præcipiendum eſt, vt quæſtionem, continens, iudicationem inueniamus; (nam id quidem facile eſt) quam vt intueamur ſemper, aut certe ſi digreſſi fuerimus, ſaltem reſpiciamus, ne plauſum affectantibus arma excidant. Theodori ſchola (vt dixi) omnia refert ad capita. His plura intelliguntur: Vno modo ſumma quæſtio, item vt ſtatus: Altero cæteræ quæ ad ſummam referuntur: Tertio, propoſitio cum affirmatione: vt dicimus, Caput rei eſt apud Menandrum, κεφαλαιοῦν. In vniuerſum autem quicquid probandum eſt, erit caput; ſed id maius, aut minus. Et quoniam quæ de his erant à ſcriptoribus artium tradita, verboſius etiam quam neceſſe erat expoſuimus: præterea quæ partes eſſent iudicialium cauſſarum, ſupra dictum eſt: proximus liber Prooemia, id eſt exordia concipiet.

Inuentionis particulæ.

*al. multam.

M. FAB.

M. FAB. QVINTILIANI DE INSTITVTIONE ORATORIA

LIBER IV.

PROOEMIVM.

ARGVMENTVM.

Hac præfatione, Poetarum more, deos in auxilium inuocat, & Domitiani numen, quod ad beneuolentiam eius emerendam non parum facit: cuius rei cauſſam duplicem aſſignat: & quia eius expectationi iudicioque grauiſſimo reſpondendum erat, qui ſororis ſuæ filios inſtituendos ſibi tradidiſſet: & quia quæ ſequuntur, præcedentibus ſunt longe difficiliora, quo poſteriore ſibi attentionem parat. Et quæ ſint proponit, ordo cauſſarum iudicialium, officium exordii, narrandi, confirmandi & confutandi ratio, vis perorationis, quæ vel mouendis affectibus, vel reficienda breui repetitione memoria conſtet.

PERFECTO, Marcelle Victori, operis tibi dedicati tertio libro, & iam quarta fere laboris parte tranſacta; nouæ inſuper mihi diligentiæ cauſſa, & altior ſollicitudo, quale iudicium hominum emererer, acceſſit. Adhuc enim velut ſtudia inter nos conferebamus: & ſi parum noſtra inſtitutio probaretur à cæteris, contenti fore domeſtico vſu videbamur, vt tui meique filii formare diſciplinam, ſatis putaremus. Cum vero mihi Domitianus Auguſtus ſororis ſuæ nepotum delegauerit curam, non ſatis honorem iudiciorum cœleſtium intelligam, niſi ex hoc quoque oneris magnitudinem metiar. Quis enim mihi aut mores excolendi ſit modus, vt eos non immerito probauerit ſanctiſſimus cenſor? aut ſtudia, ne fefelliſſe in his videar principem, vt in omnibus, ita in eloquentia quoque eminentiſſimum? Quod ſi nemo miratur Poëtas maximos ſæpe feciſſe, vt non ſolum initiis operum ſuorum muſas inuocarent, ſed prouecti quoque longius, cum ad aliquem grauiorem veniſſent locū, repeti-

Hinc conſtat quo tempore floruerit Quintilianus noſter.

De Exordio.

repeterent vota, & velut noua precatione vterentur: mihi quoque profectò poterit ignoſci, ſi quod initio, quum primum hanc materiam inchoaui, non feceram; nunc omnes in auxilium deos, ipſumque in primis, quo neque præſentius aliud, neque ſtudiis magis propitium numen eſt, inuocem: vt quantum nobis expectationis adiecit, tantum ingenii adſpiret, dexterque ac volens adſit, & me qualem eſſe credidit, faciat. Cuius mihi religionis non hæc ſola ratio, quæ maxima eſt, ſed alia; quia ſic procedit ipſum opus, vt maiora præteritis, ac magis ardua ſint quæ ingredior. Sequitur enim vt iudicialium cauſſarum, quæ ſunt maxime variæ ac multiplices, ordo explicetur, quod prooemii ſit officium: quæ ratio narrandi: quæ probationum ſit fides, ſeu propoſita confirmamus, ſeu contradicta diſſoluimus: quanta vis in perorando, ſeu reficienda breui repetitione rerum memoria eſt iudicis, ſiue affectus (quod eſt longe potentiſſimum) commouendi. De quibus partibus ſingulis quidam ſeparatim ſcribere maluerunt, velut onus totius corporis veriti, & ſic quoque complureis de vnaquaque earum libros ediderunt: quas ego omnes auſus contexere, prope infinitum mihi laborem proſpicio, & ipſa cogitatione ſuſcepti muneris fatigor. Sed durandum eſt, quia cœpimus: & ſi viribus deficiemur, animo tamen perſeuerandum.

Proponit quæ deinceps tractanda ſint lib 4.5. & 6.

De Exordio.

CAP. I.

ARGVMENTVM.

In Oratoris opere, id eſt oratione primum locum Procemium obtinet, circa quod hæc conſideranda dicit: Quid procemium, Quot eius ſpecies, Quando inſinuatione vtendum, Quæ cauſſa procemii, Quis vſus, Quæ propria, & Quomodo præſtentur, Quæ varietas ſingulorum generum, Quæ in eo intuenda, & Quod optimum, Quæ eius figura, habitus & elocutio, & Quando non eſt eius vſus. Quæ vitioſa exordia, Qualis eorum finis. ¶ Procemium ſignificantius à Græcis dictum quam à Latinis, ex eius etymologia: & eſſe id quod apud iudicem dici priuſquam cauſſam cognouerit, proſit, demonſtrat. Eius eſſe duas ſpecies, principium, & inſinuationem. Cuius tria ſunt tempora: Vnum, quando frons cauſſæ parum honeſta eſt. Secundum, quando dicendum eſt apud fatigatos. Tertium, cum aduerſarii actio iudicum animos occupauerit. Procemii vſum & officia, attentos, dociles & beneuolos

L red-

Inuentio.

reddere. Beneuolentiam vero duci à perſonis, rebus, & adiunctis vtrique. A perſonis quinque modis. Actoris, patroni, litigatoris, rei, & iudicis. Actoris, ductum officio cognationis, amicitiæ, reipub. vel magni exempli veniſſe ad agendum dicendo, non auaritia vel ambitione, aut odio, nec contumelioſe vel in perſonam vel in ordinem quemquam agendo. Patroni, eloquentiam actoris & gratiam timere ſimulando, cum honore, aut etiam per contumeliam ſuſpectam reddendo. Litigatoris, eius dignitatem allegando, aut infirmitatem commendando, aut ſexum, ætatem, conditionemue, ex quibus moueatur miſeratio, proferendo. Rei, inuidiã, ſi potens ſit: contemptum, ſi vilis & abiectus: odium, ſi nocens aut turpis, ei conflando. Iudicis, eum modeſte & ad cauſſam accommodate laudando, opinionem domo allatam confirmando, vel detrahendo, metum amouendo vel adhibendo. A cauſſa aliquain vſum principij quæ maxime fauorabilia videbuntur decerpendo, & augendo, contraria repellendo & minuendo, miſerationem ab infœlici noſtro exitu, & ſuperbo aduerſarii ſi vincamur, mouendo. Ab ijs quæ perſonis adiuncta ſunt, liberos, parentes, propinquitates, amicitias, rogationes, ciuitates, proferendo. Ab adiunctis cauſſæ, locum, tempus, habitum, expectationum vulgi, actionem proponendo: optando, abominando, rogando, ſollicitum agendo. Attentionem parari, res nouas, atroces, magnas, ad exemplum vel ad ipſos iudices pertinentes, neque diu nos moraturos, neque extra cauſſam dicturos, promittendo: & in his etiam optando, abominando, rogando, ſollicitum agendo. Dociles fieri, vt in attentione neque diu nos moraturos, neque extra cauſſam dicturos, promittendo, ſummamque cauſſæ breuiter & dilucide indicando. Quæ omnia quemadmodum in vna oratione nonnunquam præſtanda ſint, ita in omnibus locum non habere: cum ſint quæ beneuolentiam, alia quæ docilitatem & attentionem deſiderent. Quæ circa genera cauſſarum, pro quorum varietate aliud atque aliud præſtandum eſt, eſſe cognoſcenda: quæ plurimi quinque fecerint, honeſtum, humile, dubium vel anceps, admirabile, obſcurum. nam turpe ſub humili vel admirabili comprehendi, & in ancipiti quidem iudicem maxime beneuolum reddi oportere, in obſcuro docilem, in humili attentum, in admirabili & turpi remediis per inſinuationem opus eſſe: vt ſi perſona laboremus, ad cauſſam: ſi cauſſa, ad perſonam confugiamus: ſi his deſtituamur, quod aduerſarium lædat quæramus: aut ſi fatigati ſunt, vrbanitate opportuna animum reficiamus, aut ſi perſuaſit illis aduerſarius, noſtras probationes promittendo, aduerſas eluamus. ¶ Inuehitur in de-

mon-

De Exordio.

matores qui plura eſſe tribus ſupra nominatis exordij munera volebant, quæ omnia in hæc tria recidere oſtendit. Hinc generalem de exordii ratione præceptionem tradit, vt in eo intueamur, quid, apud quem, pro quo, contra quem, quo tempore, quo loco: quæ vulgi fama, quo rerum ſtatu, quæ iudicis opinione ſit dicendum. Laudatiſſima eſſe exordia demonſtrat, quæ ab actione partis aduerſæ materiam trahant: quia ſuſpecta non ſint quaſi domi meditata. Elocutionis item & actionis genus exordio conuenire maxime, in quo erunt omnia mediocria & modeſta, ſententia, vox, vultus, cõpoſitio, à quo aberit verbum omne inſolens, audacius translatũ, ab obſoleta vetuſtate repetitum, à poetica licentia ſumptum, quodque argumentoſum nimis, vt eſt confirmatio: nec prorſus ſine argumentationibus, vt eſt narratio: neque luxu nimis diffluens, vt ſunt perorationis loci: ſed quod medium quidem inter hæc omnia obtinebit: in quo turbari memoria ſit longe turpiſſimum futurum. Breue aut longum eſſe debere prout cauſſa erit perplexa, infamis, vel longa, aut contra. Figurari nonnunquam his ſchematibus poſſe, occupatione, apoſtrophe, proſopopœia loquentis. Eius vſum non eſſe, cum iudex eſt ſatis præparatus, aut quando non indiget præparatione, cum eſt nonnunquam occupatus, cum anguſta ſunt tempora, cum maior poteſtas ab ipſa re incipere cogit. ¶ *Exordia vitioſa recenſet, vulgare, commune, commutabile, ſeparatum, translatum, longum. Poſtremo exordii vſum etiam in aliis partibus eſſe, & eius finem cum ſequenti orationis parte commodiſſime connectendum præcipit.*

QVod Principium Latine vel Exordium dicitur, maiore quadã ratione Græci videtur *προοίμιον* nominaſſe: quia à noſtris initium modo ſignificatur, illi ſatis clare partem hanc eſſe ante ingreſſum rei, de qua dicendum ſit, oſtendunt. Nam ſiue propterea quod *οἴμη* cantus eſt, & citharœdi pauca illa, quæ antequam legitimum certamen * inchoent, emerendi fauoris gratia canunt, procœmium cognominauerunt: * Oratores quoq; ea quę prius quam cauſſam exordiantur, ad cõciliandos ſibi iudicum animos præloquuntur, eadem appellatione ſignarunt: ſiue quod *οἶμον* idẽ Græci *viam* appellant, id quod ante ingreſſum rei ponitur, ſic vocare eſt inſtitutum: certe Procœmium eſt, quod apud iudicem prius quam cauſſam cognouerit, proſit. Vitioſeque in ſcholis facimus, quod exordio ſemper ſic vtimur, quaſi cauſſam iudex iam nouerit.

* *Al.* carmen.

* *Al.* vocauerunt.

Inuentio. Cuius rei licentia ex hoc eſt, quod ante declamationem illa velut imago litis exponitur. Sed in foro quoque contingere iſtud principiorum genus ſecundis actionibus poteſt: primis quidem raro vnquam, niſi forte apud eum cui res aliunde iã nota ſit, dicimus. Cauſſa principii nulla eſt alia, quam vt auditorem, quo ſit nobis in cæteris partibus accommodatior, præparemus. Id fieri tribus maxime rebus, inter autores plurimos conſtat, ſi beneuolum, attentum, docilem fecerimus: non quia iſta nõ per totam actionem ſit cuſtodienda, ſed quia initiis præcipue neceſſaria, per quæ in animum iudicis, vt procedere vltra poſſimus, admittimur. Beneuolentiam aut à perſonis, aut à cauſſis duci accepimus: ſed perſonarum non eſt (vt pleriquecrediderunt) triplex ratio, ex litigatore, & aduerſario, & iudice. Nam exordium duci nonnunquam etiam ab actore cauſſæ ſolet. Quanquam enim pauciora de ſe ipſo dicit, & parcius, plurimum tamen ad omnia momenti eſt in hoc poſitum, ſi vir bonus creditur. Sic enim continget, vt nõ ſtudium aduocati videatur afferre, ſed pene teſtis fidem. Quare in primis exiſtimetur veniſſe ad agendum ductus officio vel cognationis, vel amicitiæ, maximeque, ſi fieri poterit, reipublicæ, aut alicuius certe non mediocris exempli. Quod ſine dubio multo magis ipſis litigatoribus faciendum eſt, vt ad agendum magna atque honeſta ratione, aut etiam neceſſitate acceſſiſſe videantur. Sed vt præcipua in hoc dicentis autoritas, ſi omnis in ſubeundo negotio ſuſpicio ſordium aut odiorum, aut ambitionis abfuerit: ita quædam in his quoque cõmendatio tacitã, ſi nos infirmos & impares ingeniis contra agentium dixerimus, qualia ſunt pleraque Meſſalæ procemia. Eſt enim naturalis fauor pro laborantibus: & Iudex religioſus libentiſſime patronum audit quem iuſtitię ſuæ minime timet. Inde illa veterum circa occultandam eloquentiã ſimulatio, multum ab hac noſtrorum temporum iactatione diuerſa. Vitandum etiam, ne contumelioſi, maligni, ſuperbi, maledici in quenquam hominem ordinemue videamur, præcipueq; eorum qui lædi niſi auerſa iudicum voluntate non poſſunt. Nam in iudicem ne quid dicatur, non modo palam, ſed quod omnino intelligi poſſit, ſtultum erat monere, niſi fieret. Etiam * partis aduerſæ patronus dabit exordio materiam: interim cum honore, ſi eloquentiam eius ac gratiam nos timere fingendo, vt ea ſuſpecta ſint iudici, fecerimus: interim per contumeliam, ſed hoc perquam raro, vt Aſinius * pro Vrbiniæ

* *Al.* Etenim.

* *Clariſſimus ſui tẽporis orator de quo Cic. & Plin.*

piæ hæredibus Labienum aduerſarii patronum inter argu- De Exor-
menta malæ cauſſæ poſuit. Negat hæc eſſe procemia Corne- dio.
lius Celſus, quia ſint extra litem. Sed ego cum autoritate ſum-
morum Oratorum magis ducor: tum pertinere ad cauſſam *illiuſque*
puto, quicquid ad dicentem pertinet: cum ſit naturale, vt iu- *commen-*
dices eis quos libentius audiunt, facilius etiam credant. Ipſius *datur bi-*
autem litigatoris perſona tractanda varie eſt. Nam tum di- *bliotheca*
gnitas eius allegatur, tum commendatur infirmitas: nonnun- *Vid in hũc*
quam contingit relatio meritorum: de quibus verecundius *locum Ma-*
dicendum erit ſua quam aliena laudari. Multum agit ſexus, *cro. Satur.*
ætas, conditio, in fœminis, ſenibus, pupillis, liberos, parentes, *lib I.*
coniuges allegantibus. Nam ſola rectum quoque iudicem *Circunſtã-*
inclinat miſeratio. Degustanda tamen hæc procemio non cõ- *tia quæ*
ſumenda. Aduerſarii vero perſona prope iiſdem omnibus, ſed *plurimum*
è contrario ductis, impugnari ſolet. Nam & potentes ſequi- *ad mouen-*
tur inuidia, & humiles abiectoſque contemptio, & turpes ac *dum poſ-*
nocentes odium: quæ tria ſunt ad alienandos iudicum ani- *ſunt.*
mos potentiſſima. Neque hæc dicere ſatis eſt, quod datur etiam imperitis: pleraque augenda aut minuenda, vt expediet. Hoc enim Oratoris eſt, illud cauſſæ. Iudicem conciliabimus nobis non tantum laudando eum, (quod & fieri cum modo debet, & eſt tamen parti vtrique commune:) ſed ſi laudem eius ad vtilitatem noſtræ cauſſæ coniunxerimus, vt allegemus pro honeſtis dignitatem illi ſuam, pro humilibus iuſtitiam, pro infelicibus miſericordiam, pro læſis ſeueritatem, & ſimiliter cætera. Mores quoque (ſi fieri poteſt) Iudicis velim noſſe. Nam prout aſperi, lenes, iucundi, graues, duri, remiſſi erunt, aut aſſumere in cauſſam naturas eorum qua competent, aut mitigare qua repugnabunt, oportebit. Accidit autem interim hoc quoque, vt aut nobis inimicus, aut aduerſario ſit amicus, qui iudicat, quæ res vtrique parti tractanda eſt, ac neſcio an ei magis, in quam videtur propenſior. Eſt enim nonnunquam prauis hic ambitus, aduerſus amicos, aut pro his quibuſcum ſimultates gerant, pronuntiandi, faciendique, iniuſte ne feciſſe videantur. Fuerunt etiam quidam rerum ſuarum iudices. Nam & in libris obſeruationum à Septimio editis, affuiſſe Ciceronem tali cauſſæ inuenio: & ego pro Regina Berenice apud eam ipſam dixi. Similis hic quoque ſuperioribus ratio eſt. Aduerſarius enim fiduciam partis ſuæ iactat, patronus timet cognoſcentis verecundiam. Præterea detrahenda vel confirmanda opinio, ſi quam pręcipue domo vi-

Inuentio. debiturum iudex attuliſſe. Metus etiam nonnunquam eſt amouendus: vt Cicero pro Milone, ne arma Pompeii cõtra ſe diſpoſita putaret, laborauit. Nonnunquam adhibendus, vt idem in Verrem facit: ſed adhibendi modus alter ille frequens eſt & fauorabilis, ne male ſentiat populus Romanus, ne iudicia transferantur: alter autem aſper & rarus, quo minatur corruptis accuſationem. & id quidem in concilio ampliore vtcunque tutius. nam & mali inhibentur, & boni gaudent. Apud ſingulos vero nunquã ſuaſerim, niſi defecerint omnia. Quod ſi neceſſitas exigit, non erit iam ex arte oratoria: non magis quam appellare, etiam ſi id quoque ſæpe vtile eſt: aut antequã pronunciet, reum facere. Nam & minari & deferre etiam nõ Orator poteſt. Si cauſſa conciliandi nobis iudicis materiã dabit, ex hac potiſſimum aliqua in vſum principii, quæ maxime fauorabilia videbuntur, decerpi oportebit. quo in loco Virginius fallitur qui Theodoro placere tradit, vt ex ſingulis quæſtionibus ſinguli ſenſus in procœmium conferantur. Nam ille non hoc dicit, ſed ad potentiſſimas quæſtiones iudicem præparandum. In quo vitii nihil erat, niſi in vniuerſum id præciperet: quod nec omnis actio patitur, nec omnis cauſſa deſiderat. Nam protinus a petitore primo loco, dum ignota iudici lis eſt, quomodo ex quæſtionibus ducemus ſententias? nimirum res erunt indicandæ prius. Demus aliquas (nam id exigit ratio nonnunquam) etiamne potentiſſimas omnes, id eſt totam cauſſam? ſic erit in procœmio peracta narratio. Quid vero ſi (vt frequenter accidit) paulo eſt durior cauſſa? non beneuolentia iudicis petenda ex aliis partibus erit? ſed non niſi ante conciliato eius animo nuda quæſtionum committetur aſperitas. Quæ ſi recte ſemper initio dicendi tractarentur, nihil procœmio opus eſſet. Aliqua ergo nonnunquam, quæ erunt ad conciliandum nobis iudicem potentiſſima, non inutiliter interim ex quæſtionibus in exordio locabuntur. Quæ ſint porro in cauſſis fauorabilia, enumerare non eſt neceſſe, quoniam & manifeſta erunt cognita cuiuſque controuerſiæ conditione, & omnia colligi in tanta litiũ varietate non poſſunt. Vt autem hæc inuenire & augere, ita quod lædit, aut omnino repellere, aut certe minuere, ex cauſſa eſt. Miſeratio quoque aliquando ex eadem venit, ſiue quid paſſi ſumus graue, ſiue paſſuri. Nec enim ſum in hac opinione, qua quidam, vt eo diſtare procœmium ab epilogo credam, quod in hoc præterita, in illo futura dicantur: ſed quod in ingreſſu parcius & modeſtius

Metus vt nonnunquam Iudici amouendus. vid. & inf. lib. 6. c. 1. Act. 2.

ſtius præ curanda eſt iudicis miſericordia: in epilogo vero liceat totos effundere affectus, & fictam orationem induere perſonis, & defunctos excitare, & pignora eorum producere: quæ minus exordiis ſunt vſitata. Sed hæc quæ ſupra dixi, nō mouere tantum, verum ex diuerſo amoliri quoque prooemio opus eſt. Vt autem noſtrum miſerabilem, ſi vincamur, exitum: ita aduerſariorum ſuperbum, ſi vicerint, vtile eſt credi. Sed ex iis quoque quæ non ſunt perſonarum nec cauſſarum, verum adiuncta perſonis & cauſſis, duci prooemia ſolent. Perſonis applicantur nō pignora modo, de quibus ſupra dixi: ſed propinquitates, amicitiæ, interim regiones etiam, ciuitateſque, & ſi quid aliud eius quem defendimus caſu lædi poteſt. Ad cauſſam extra pertinet tēpus, vnde principiū pro Cælio. Locus, vnde pro Deiotaro. Habitus, vnde pro Milone. Opinio, vnde in Verrem. Deinceps, ne omnia enumerentur, fama iudiciorū, expectatio vulgi nihil n. horum in cauſſa eſt, ad cauſſam tamen pertinet. Adiicit Theophraſtus ab actione * principiū, quale videtur eſſe Demoſthenis pro Creſiphonte, vt ſibi dicere ſuo potius arbitrio liceat rogantis, quam eo modo quem accuſator actione præſcripſerit. * FIDVCIA ipſa ſolet opinione arrogantiæ laborare. Faciunt fauorem & illa pene communia, non tamen omittenda, vel ideo, ne occupētur, optare, abominari, rogare, ſolicitum agere: quia plerunque attentum quoque iudicem facit, ſi res agi videtur noua, magna, atrox, pertinens ad exemplum: præcipue tamen ſi iudex aut ſua vice aut reipublicæ commouetur: cuius animus ſpe, metu, admonitione, precibus, vanitate deniq; ſi id profuturum credemus, agitandus eſt. Sunt & illa excitandis * ad audiendum non inutilia, ſi nos neque diu moraturos, neque extra cauſſam dicturos exiſtiment. Docilem ſine dubio & hęc ipſa præſtat attentio: ſed & illud, ſi breuiter & dilucide ſummā rei de qua cognoſcere debeat, indicauerimus: quod Homerus atque Virgilius operum ſuorum principiis faciunt. Nam iſtius rei modus eſt, vt propoſitioni ſimilior ſit, quam expoſitioni: nec quomodo quicque ſit actum, ſed de quibus dicturus ſit Orator oſtendat. Nec video quod huius rei poſſit apud Oratores reperiri melius exemplum, quam Ciceronis pro A. Cluentio. Animaduerti, Iudices, omnem accuſatoris orationem in duas diuiſam eſſe partes: quarū altera mihi niti & magnopere confidere videbatur inuidia iam inueterata iudicii Iuniani: altera tantummodo conſuetudinis cauſſa timide &

De Exordio.

Procemij & Epilogi differētia.

Act.

* *al.* oratione.

* *al.* præſcripſerat.

* *al.* excitando.

Poetarum duo Principes primus Græcorum alter Latinorum.

Inuentio. de & diffidenter attingere rationem veneficii criminum, qua de re lege eſt hæc quæſtio conſtituta. Id tamen totum reſpõdenti facilius eſt, quam proponenti: quia hic admonendus iudex, illic docendus eſt. Nec me quanquam magni autores in hoc duxerint, vt non ſemper facere attentum ac docilem iudicem velim: non quia neſciam id quod ab illis dicitur, eſſe pro mala cauſſa; qualis ea ſit, non intelligit*: verum quia iſtud non negligentia iudicis contingit, ſed errore. Dixit enim aduerſarius, & fortaſſe perſuaſit: nobis opus eſt eius diuerſa opinione: quæ mutari non poteſt, niſi illum fecerimus ad ea quæ dicemus. docilem & attentũ. Quid ergo? Imminuenda quædam & eleuanda, & quaſi contemnenda eſſe: conſentio, ad remittendam intentionem iudicis, quam aduerſario præſtat: vt fecit pro Ligario Cicero. Quid enim agebat aliud ironia illa, quam vt Cæſar minus ſe in rem tanquam non nouam intenderet? Quid pro Cælio, quam vt res expectatione minor videretur? Verum ex iis quæ propoſui, aliud in alio genere cauſſæ deſiderari palam eſt

*al. intelligi.

Cauſſarũ genera.

Genera porro cauſſarum plurimi quinque fecerunt, honeſtum, humile, dubium vel anceps, admirabile. obſcurum: id eſt, ἔνδοξον, ἄδοξον, ἀμφίδοξον, παράδοξον, δυσπαρακολούθητον. Sunt quibus recte videatur adiici turpe, quod alii humili, alii admirabili ſubiiciunt. Admirabile autem vocant, quod eſt præter opinionem hominum conſtitutum. In ancipiti maxime beneuolum iudicem, in obſcuro docilem, in humili attentum parare debemus. Nam honeſtum quidem ad conciliationem ſatis per ſe valet: in admirabili & turpi, remediis opus eſt. Et eo quidẽ* exordium in duas diuidunt partes, principium, & inſinuationem: vt ſit in principiis recta beneuolentiæ & attentionis poſtulatio: quæ quia eſſe in turpi cauſſæ genere non poſſit, inſinuatio ſurrepat animis, maxime vbi frons cauſſę nõ ſatis honeſta eſt, vel quia res ſit improba, vel quia hominibus parum probetur: aut ſi facie quoq; ipſa premitur, vel inuidia conſiſtentis ex diuerſo patroni, aut patris, vel miſerabilis ſenis cæci, infantis. Et quidem quibus aduerſus hæc modis ſit medendum, verboſius tradunt, materiaſq; ipſi ſibi fingunt, & ad morem actionum proſequuntur: ſed hæc cum oriantur ex cauſſis, quarum ſpecies conſequi omnes non poſſumus, niſi generaliter comprehendantur, in infinitum ſunt extrahendę. Quare ſingulis conſilium ex propria ratione naſcetur. Illud in vniuerſum præceptum ſit, vt ab iis quæ lædunt, ad ea quæ proſunt,

*al quidam.

ſunt,

De Exordio.

ſunt, refugiamus. Si cauſſa laborabimus, perſona ſubueniat; ſi perſona, cauſſa: ſi nihil quod nos adiuuet, erit, quæramus quid aduerſarium lædat. Nã vt optabile eſt, plus fauoris mereri: ſic proximum, odii minus. In iis quæ negari non poterunt, elaborandum vt aut minora quam dictum eſt, aut alia mente facta, aut nihil ad præſentem quæſtionem pertinere, aut emendari poſſe pœnitentia, aut ſatis iam punita videantur. Ideoq; agere aduocato quam litigatori, facilius: quia & laudat ſine arrogantiæ crimine, & aliquando vtiliter etiã reprehendere poteſt. Nã ſe quoq; moueri interim finget, vt pro Rabirio Poſthumo Cicero, dum aditum ſibi ad aures faciat & autoritatem induat vera ſentientis, quo magis credatur vel defendenti eadem, vel neganti. Ideoq; hoc primum intuemur litigatoris an aduocati perſona ſit vtendum, quoties vtrunque fieri poteſt. Nam id in ſchola liberũ eſt, in foro rarũ, vt ſit idoneus rei ſuæ quiſq; defenſor. Declamaturus aũt maxime poſitas in affectibus cauſſas propriis perſonis debet induere. Hi ſunt enim qui mandari non poſſunt: nec eadem vi perferuntur alieni animi, qua ſui motus. His & de cauſſis inſinuatione videtur opus eſſe, ſi aduerſarii actio iudicum animos occupauerit, vel ſi dicendum apud fatigatos eſt: quorum alterum promittendo noſtras probationes, & aduerſas eludendo vitabimus: alterum & ſpe breuitatis, & iis quibus attentum fieri iudicem docuimus. Et vrbanitas opportuna reficit animos, & vndecunque petita iudicis voluptas leuat tædium. Non inutilis etiam eſt ratio occupandi quæ videntur obſtare: vt Cicero dicit ſcire ſe mirari quoſdam, quod is qui per tot annos defenderit multos, læſerit neminem, ad accuſandum Verrem deſcenderit. deinde oſtendit hanc ipſam ſociorum defenſionem. quod ſchema πρόληψις dicitur. Id cum ſit vtile aliquãdo, nunc a declamatoribus quibuſdam pene ſemper aſſumitur, qui fas nõn putant niſi à contrario incipere. Negant Apollodorum ſecuti treis eſſe (de quibus diximus) præparandi iudicis partes: ſed multas ſpecies ẽnumerant, vt ex moribus iudicis, ex opinionibus ad cauſſam extra pertinẽtibus, ex opinione de ipſa cauſſa, quæ ſunt prope infinitæ: tũ iis, ex quibus omnes controuerſiæ conſtant, perſonis, factis, dictis, cauſſis, temporibus, locis, occaſionibus cæteris. Quas veras eſſe fateor, ſed in hæc tria genera recidere. Nam ſi iudicem beneuolum, attentum, docilem habeo; quid amplius debeam optare, non reperio; cũ metus ipſe, qui maxime videtur eſſe extra hæc, & attentum iudi-

Inuentio. iudicē faciat, & ab aduerſo fauore deterreat. Verū quoniam non eſt ſatis demonſtrare diſcentib. quæ ſint in ratione procemij;ſed dicendum ēt,quomodo perfici facillime poſſint. hoc adiicio, vt dicturus intueatur,quid,apud quē,pro quo, cōtra quē,quo tempore,quo loco,quo rerū ſtatu, qua vulgi fama dicendū ſit: quid iudicem ſentire credibile ſit antequā incipiamus:tū,quid aut deſideremus,aut deprecemur: ipſa illum natura eo ducet, vt ſciat quid primū dicendū ſit. At nūnc omne quod cœperint,procemiū putant, & vt quicq; ſuccurrerit, vtiq; ſi aliqua ſententia blandiatur, exordiū. Multa autē ſine dubio ex aliis partibus ſunt,aut aliis partib. cauſſæ cōmunia: nihil tamen in quoquam melius dicitur, quā quod æq; bene dici alibi nō poſſit. Multum gratię exordio eſt,quod ab actione diuerſæ partis materiā trahit,hoc ipſo, quod non cōpoſitū domi,ſed ibi atq; è re natū,& facilitate famā ingenii auget,& facie ſimplicis ſumptiq; è proximo ſermonis fidem quoq; acquirit: adeo vt ēt ſi reliqua ſcripta atq; * elaborata ſint, tamen plerunq; videatur tota extemporalis oratio, cuius initium nihil præparatū habuiſſe manifeſtum eſt. Frequentiſſime vero procemium docebit & ſententiarum, & compoſitionis,&vocis,& vultus modeſtia:adeo vt in genere cauſſæ ēt indubitabili,fiducia ſe ipſa nimium exercere *non debeat. Odit enim iudex fere litigantis ſecuritatem: cumq; ius ſuum intelligat, tacitus reuerentiā poſtulat.Nec minus diligenter, ne ſuſpecti ſimus vlla parte, vitandum: propter quod minime oſtentari debet in principiis cura,quia videtur ars omnis dicentis contra iudicē adhiberi.Sed ipſum iſtud euitare, ſummæ artis eſt. Nam id ſine dubio ab omnibus, & quidem optime præceptū eſt, verum aliquatenus temporum conditione mutatur: quia quibuſdā in iudiciis,maximeq; capitalibus, vt apud centumuiros,ipſi iudices exigunt ſolicitas & accuratas actiones: contemniq; ſe, niſi in dicendo ēt diligentia appareat,credunt: nec doceri tantum,ſed ēt delectari volunt. Et eſt difficilis huius rei moderatio:quæ tamen ita temperari poteſt, vt videamur accurate,non callide dicere. Illud ex præceptis veteribus manet,ne quod inſolens verbum,ne audacius tranſlatum,ne aut ab obſoleta * vetuſtate,aut à poetica licentia ſumptū,in principio deprehendatur. Nondum enim recepti ſumus,& cuſtodit nos recens audientiū intentio:magis conciliatis animis,& iam calentibus,hæc libertas feretur,maximeq; cum in locos fuerimus ingreſſi,quorū naturalis vbertas licentiā verbi notari

In dicendo quæ obſeruanda.

* *al.* æque.

* *al.* exercere.

* *al.* abſoleta.

tari

tari circunfuſo nitore non patitur. Nec argumentis autẽ, nec locis, nec narrationi ſimilis eſſe in procemio debet oratio; neque tamen de..ucta ſemper, atq; circumlata; ſed ſępe ſimplici atq; illaboratæ ſimilis, nec verbis vultuq; nimia promittens. Diſſimulata enim, & vt Græci dicunt, ἀνεπίφατος actio, melius ſæpe ſurrepit. Sed hęc prout formari animos iudicũ expediet. Turbari memoria, vel continuandi verba facultate deſtitui, nuſquam turpius: cũ vitioſum procemiũ poſſit videri cicatricoſa facies: & peſſimus certe gubernator, qui nauem, dũ portum egreditur, impegit. Modus autem principii pro cauſa. Nam breuius ſimplices, longius perplexæ ſuſpectæq; & infames deſiderant. Ridendi vero, qui velut leges procemiis omnibus dederant, vt intra quatuor ſenſus terminarentur. Nec minus euitanda eſt immodica eius longitudo, ne in caput excreuiſſe videatur, & quo præparare debet, fatiget. Sermonem à perſona iudicis auerſum, quæ ἀποστροφὴ dicitur, quidam in totum à procemio ſummouent; nonnulla quidem in hanc perſuaſionem ratione ducti. Nam prorſus eſſe hoc magis ſecundum naturam confitendum eſt, vt eos alloquamur potiſſimum, quos conciliare nobis ſtudemus. Interim tamen & eſt hic * procemio neceſſarius ſenſus aliquis: & is acrior fit atq; vehementior ad perſonam directus alterius. Quod ſi accidat, quo iure, aut qua tanta ſuperſtitione prohibemur dare per hanc figuram ſententiæ vires? Nec enim iſtud ſcriptores artium, quia non liceat; ſed quia non putent vtile, vetant. Ita ſi vincet vtilitas, propter eandem cauſſam facere debebimus, propter quam vetamur. Et Demoſthenes * ad Æſchinem orationem in procemio conuertit, & Marcus Tullius cum pro aliis quibuſdam ad quos ei viſum eſt, tum pro Ligario ad Tuberonem. Nam erat multo futura languidior, ſi eſſet aliter figurata. quod facilius cognoſcet, ſi quis illam totam partem vehementiſſimam, cuius hæc forma eſt, *Habes igitur Tubero, quod eſt accuſatori maxime optandum, &c.* conuertat ad iudicem: tum enim vere auerſa videatur oratio, & langueſcat vis omnis, dicentibus nobis, Habet igitur Tubero, quod eſt accuſatori maxime optandum. Illo enim modo preſſit atque inſtitit, hoc tantum indicaſſet. Quod idem in Demoſthene, ſi flexum illi mutaueris, accidet. Quid? non Salluſtius directo ad Ciceronem, in quem ipſum dicebat, vſus eſt principio, & quidem protinus? Grauiter & iniquo animo maledicta tua paterer Marce Tulli, ſicut & Cicero fecerat in Catilinam,

De Exordio.

* *al.* hoc procemiũ.

* *al.* Demoſthenes autẽ ad.

tilinam,

loquentio. tilinam, *Quouſque tandem abutere patientia noſtra?* Ac ne quis apoſtrophen miretur, idem Cicero pro Scauro ambitus reo, quæ cauſſa eſt in commentariis; (nam bis eundem defendit) proſopopœia loquentis pro reo vtitur: pro Rabirio vero Poſthumo, eodemque Scauro reo repetundarum: etiam exemplis: pro Cluentio (vt modo oſtendi) partitione. Non tamen hæc, quia poſſunt bene aliquando fieri, paſſim facienda ſunt; ſed quoties præceptum vicerit ratio, quo modo & ſimilitudine, dum breui, & translatione, atque aliis tropis (quæ omnia cauti illi ac diligentes prohibent) vtemur interim: niſi ſi cui diuina illa pro Ligario ironia, de qua paulo ante dixeram, diſplicet.

Alia exordiorum vitia verius tradiderunt. Quod in plures cauſſas accommodari poteſt, vulgare dicitur. Id minus fauorabile, aliquando tamen non inutiliter aſſumimus magnis ſæpe Oratoribus non euitatum. Quo & aduerſarius vti poteſt, commune appellatur. Quod aduerſarius in ſuam vtilitatem deflectere poteſt, commutabile. Quod cauſſæ non cohæret, ſeparatum. Quod aliunde trahitur, translatum. Præterea quod longum, quod contra præcepta eſt. Quorum pleraque non principii modo ſunt vitia, ſed totius orationis.

Prooemio vt quandoque non ſit opus. Hæc de prooemio, quoties erit eius vſus. Non ſemper autem eſt. Nam & ſuperuacuum aliquando eſt, vt ſi ſit præparatus ſatis etiam ſine hoc iudex, aut ſi res præparatione non egeat. Ariſtoteles quidem in totum id neceſſarium apud bonos iudices negat: aliquando tamen vti, nec ſi velimus, eo licet, cum iudex occupatus, cum anguſta ſunt tempora, cum maior poteſtas ab ipſa re cogit incipere. Contraque eſt interim prooemii vis etiam non in exordio. Nam iudices & in narratione nonnunquam, & in argumentis, vt attendant, & vt faueant rogamus: quo Prodicus velut dormitantes eos excitari putabat: quale eſt Ciceronis, Tum C. Varenus, is qui à familia Anchariana occiſus eſt, *Hoc, quæſo, iudices, diligenter attendite.* Vtique ſi multiplex cauſſa eſt; ſua quibuſque partibus danda præfatio eſt, vt, *Audite nunc reliqua.* &, *Tranſeo nunc illuc.* Sed in ipſis etiam probationibus multa funguntur prooemii vice, vt facit Cicero pro Cluentio: dicturus contra Cenſores: pro Muræna, cum Seruio ſic * excuſat. Verum id frequentius eſt, quam vt exemplis confirmandum ſit. Quoties autem prooemio fuerimus vſi, tum ſiue ad expoſitionem tranſibimus, ſiue protinus ad probationem, id debebit in principio

* *al.* ſe excuſant.

cipio

cipio poſtremum eſſe, cui commodiſſime iungi * initium poterit. Illa vero frigida & puerilis eſt in ſcholiis affectatio, vt ipſe tranſitus efficiat aliquam vtique ſententiam, & huius velut præſtigiæ plauſum petat: vt Ouid. laſciuire in Metamorphoſi ſolet, quem tamen excuſare neceſſitas poteſt, res diuerſiſſimas in ſpeciem vnius corporis colligentem. Oratori ſequentiū vero quid eſt neceſſe ſurripere hanc tranſgreſſionem, & iudicem fallere, qui vt ordini rerum animum intendat, etiam commonendus eſt? Peribit enim prima pars expoſitionis, ſi iudex narrari nondum ſciet. Quapropter vt non abrupte cadere in narrationem: ita non obſcure tranſcendere, eſt optimum. Si vero longior ſequitur ac perplexa magis expoſitio, ad eam ipſam præparandus erit iudex: vt Cicero ſæpius, ſed hoc præcipue loco fecit, *Paulo longius exordium rei demonſtrandæ repetam, quod quæſo iudices ne moleſte patiamini: principiis enim cognitis, multo facilius extrema intelligetis.* Hæc fere ſunt mihi de exordio comperta.

De Exordio.

* *al.* iungi initium ſequentiū poterit.

Metamorphoſis Ouidii.

Pro Cluēt.

De Narratione.

CAP. II.

ARGVMENTVM.

Conſtituto ad audiendum per exordium iudice, locum habet Narratio, per quam quid in controuerſiam veniat, cognoſcit. Circa quam hæc præcipue tāgit: Quid narratio, quæ eius propria, quæ partes: in exordio ſemper ſubiungatur: an ſemper neceſſaria: qui ſit narrationis ordo: quomodo in fictis narrationibus color veritatis tuendus ſit: & quot illa ſint: quæ virtutes narrationis, aut quæ vitia. & quæ elocutio: quale initium, & finis. Narrationem eſſe rei factæ, vel non factæ vtilem ad perſuadendum expoſitionem definit. Narrationis tria eſſe propria: vt dilucida, breuis, & veriſimilis. Dilucidam fore ſi verbis propriis & ſignificantibus exponatur: non ſordidis, non nimis exquiſitis: ſi locis, temporibus, perſonis, & cauſſis diſtinguatur: ſi rebus conſentiat pronuntiatio. Breuem, ſi inde cœperimus, vnde ad iudicem pertinet: ſi ſupervacua reciderimus: ſi partitione vtamur: ſi nimiam breuitatem, quæ obſcuritatem parit, vitauerimus: ſi in longis breui interfatione & commonitione vtamur. Credibilem, ſi omnia conuenientia perſonis, locis, temporibus, naturæ, conſuetudini, hominum opinionibus, & cauſſas rationeſque factis conſentaneas protulerimus: ſi argumentorum ſemina per totam narrationem ſparſerimus: ſi

Digitized by Google

Inuentio.

verbis vulgaribus & communibus, callida ſimplicitatis imitatione fuerimus vſi. ¶ *Narrationem in iudiciis duplicem eſſe tradit: vnam ipſius cauſſæ, alteram rerum ad cauſſam pertinentium. hãc locum habere vbi factum negatur, & longam etiam eſſe circa argumenta criminis, de anteacta vita, de cauſſis propter quas innocens in periculum deducatur, aliiſque, quibus quod obiicitur, incredibile fiat. Id Vlyſſis à Teucro accuſati exemplo apertius reddit. Hinc repetundarum & ambitus cauſſas, tot narrationes, quot obiiciatur crimina, habere, poſſe.* ¶ *Subiungit & alias, non ipſius cauſſæ, ſed ad cauſſam pertinentes: quarum aliæ exempli cauſſa fiant: aliæ excuſiendi alicuius extrinſecus criminis: aliæ augendi. Fictas etiam introduci monet, vel ad concitandos iudices, vel ad recreandos aliqua vrbanitate: interdum etiam per digreſſionem, decoris gratia. Quibus duabus formis contentus, aliarum plura genera facientium, vt perſonæ, loci, temporis, cauſſarum, &c. Nimis ſubtiles diuiſiones non recipit. Narrationem ordine naturali exordio ſubiungendam aſſerit. Id tamen interdũ conditione cauſſarum mutari, vt ſi præiudiciis grauemur, vt in cauſſa Milonis: aut multis ante acta vitæ criminibus oneremur, vt in cauſſa Cælii: quæ prius amolienda ſunt, quam ad cauſſam accedamus. Non eſſe ſemper narrandum contendit, cum cauſſæ tam breues ſunt, vt propoſitionem potius habeant, quam narrationem: aut cum iudici omnia ſunt cognita, maxime vt nobis expedit.* ¶ *Adfert & alia actoris vel patroni propria tempora. Si narratio contra nos erit, non prætermittenda (vt quidam volebant) ſed extenuanda, melius interpretanda, aliis cauſſis præmunienda, quæ contra nos faciant, contendit: quod quo pacto in tribus ſtatibus faciendum ſit, coniectura, finitione, & qualitate, fuſiſſime docet. Quod ſi mixta erit, partem quæ pro nobis facit, prius eſſe tractandam, deinde aduerſus aliqua remediis vtendum. ſi plura erunt quæ proſunt, in mediis tanquam auxiliis ponenda, quæ obſtant, minus virium ſit habitura. Narrationis ordinem eſſe, vt quo pacto quid geſtum eſt, ſic à nobis commemoretur: niſi, vt ordinem inuertamus, magis expediet: nam pro re & tempore intuenda varia quæ proſint: quod pluribus figuris fieri poteſt: ſimulando excidiſſe, quod vtiliore loco reducatur: aut expoſita re, cauſſas quæ anteceſſerunt, ſubiungendo. Circa narrationes fictas (quorum genus vnum inſtrumentis adiuuetur, alterum dicentis ingenio tuendum ſit) curandum primum, vt quod fingitur, fieri poſſit: vt loco, perſonæ, tempori conueniat: & rationem credibilem, ordinemque habeat: ne quæ inter ſe pugnent: & ea fingenda, quæ non poſſint refutari per teſtes. Item*

quæ

quæ à defunctis, vel ab eo cui expediet, vel ab aduerſario, cui neganti nemo lubens credet ¶ *Vitioſa eſſe in narratione, excurſum, apoſtrophen, proſopopœiam, argumentationes; quæ tamen ratione cogente, in eadem virtutum obtinent locum; præter argumentationes, quæ ab hoc loco ſunt aliena.* ¶ *Elocutionem quantum res patitur, debere excultam eſſe, omnique venere exornatam, & verbis quaſi ſenſu tinctis, id eſt ſententiæ cuiuſdam aut argumẽti admonentibus diſtinctam, ad rem tamen accommodatam, vt parua preſſe, grauia atrociter, triſtia miſerabiliter dicamus: ad quod plurimum conducet, quæ res quaſi ante oculos ponit hypotypoſis, & narrantis autoritas, quæ & bona vita & ſancto orationis genere paretur.* ¶ *Narrationis initium eſſe à perſona, vel à re: & perſonam poni interdum cum ſuis accidentibus, interdum ſine his. Finem eius perduci eo poſſe, vnde quæſtio oritur, maxime à petitore: nam à defenſore non ſemper item.*

De Narratione.

MAxime naturale eſt, & fieri frequentiſſime ſolet, ac debet, vt præparato per hæc quæ ſupra dicta ſunt, iudice, res de qua pronuntiaturus eſt, indicetur. Ea eſt narratio. In qua ſciens tranſcurram ſubtiles nimium diuiſiones quorundam plura eius genera facientium. Non enim ſolam volunt eſſe illam negotii de quo apud iudices quæritur, expoſitionem, ſed Perſonæ: vt, Marcus Acilius Palicanus, humili loco Picens, loquax magis quam facundus. Loci, vt, Oppidum eſt in Helleſponto Lampſacum, iudices. Temporis vt

Vere nouo, gelidus canis cum montibus humor
Liquitur. Cauſſarum, quibus hiſtorici frequẽtiſſime vtuntur, cum exponunt vnde bellum, ſeditio, peſtilentia. Præter hæc, alias perfectas, alias imperfectas vocant: quod quis ignorat? Adiiciunt expoſitionem & præteritorum eſſe temporum, quę eſt frequentiſſima: & præſentium, qualis eſt Ciceronis de diſcurſu amicorum, Chryſogonus poſtquam eſt nominatus. & futurorum, quæ ſolis dari vaticinantibus poteſt. Nam ὑποτύπωσις nõ eſt habẽda narratio. Sed nos potioribus vacemus. Plerique ſemper narrandum putauerunt: quod falſum eſſe pluribus coarguitur. Sunt enim ante omnia quædam tam breues cauſſæ, vt propoſitionem potius habeant, quam narrationem. Id accidit aliquando vtrique parti, cum vel nulla expoſitio eſt, vel de re conſtat, de * iure quæritur: vt apud Centumuiros, Filius an frater debeat eſſe inteſtato hæres: Pubertas, annis, an habitu corporis æſtimetur. Aut cum eſt quidem

Pro Cluẽt. *In Verr. act 3.* *Huius Palicani meminit Cic. de clar. Orato. Fuit ille Picentinus Italus ſatis malis moribus.* *Pro Sexto Roſ. Amer.* * *al.* ſed de iure. *Vide tit.*

narra-

Digitized by Google

Inuentio. narrationis locus, ſed aut ante * iudici nota ſunt omnia, aut priore loco recte expoſita. Accidit aliquando alteri, & ſæpius * actori, vel quia ſatis eſt proponere, vel quia ſic magis expedit. Satis eſt dixiſſe, Certam creditam pecuniam peto ex ſtipulatione: legatum peto ex teſtamento. Diuerſæ partis compoſitio * eſt, cur ea non debeantur. Et ſatis eſt actori, & magis expedit ſic indicare, Dico ab Horatio ſororem ſuam interfectam. Nanque & propoſitione iudex crimen omne cognoſcit, & ordo & cauſſa facti pro aduerſario magis eſt. Reus contra tunc narrationem ſubtrahit, cum id quod obiicitur, nec negari, nec excuſari poteſt, ſed in ſola iuris quæſtione conſiſtit: vt in eo, qui cum pecuniam priuatam ex æde ſacra ſurripuerit, ſacrilegii reus eſt, confeſſio verecundior quam expoſitio, Non negamus pecuniam de templo eſſe ſublatam, calumniatur tamen accuſator actione ſacrilegii, cum priuata fuerit, non ſacra: vos autem de hoc cognoſcitis, an ſacrilegiũ ſit admiſſum. Sed vt has aliquando non narrandi cauſſas puto, ſic ab illis diſſentio, qui non eſſe narrationem exiſtimant; cum reus, quod obiicitur, tantum negat. In qua eſt opinione Cornelius Celſus, qui conditionis huius eſſe arbitratur pleraſque cædis cauſſas, & omnes ambitus ac repetundarum. Non enim putat eſſe narrationem, niſi quæ ſummam criminis, de quo iudicium eſt, continet: an deinde fatetur ipſe pro Rabirio Poſthumo, narraſſe Ciceronem: atqui ille & negauit perueniſſe ad Rabirium pecuniam, qua de re erat quæſtio cõſtituta: & in hac narratione nihil crimine expoſuit. Ego autẽ, magnos alioqui ſecutus autores, duas eſſe in iudiciis narrationum ſpecies exiſtimo: alteram ipſius cauſſæ, alteram rerũ ad cauſſam pertinentium expoſitionem. *Non occidi hominem*, nulla narratio eſt: conuenit: ſed erit aliqua & interim etiam longa, circa argumenta eius criminis de anteacta vita, de cauſſis propter quas innocens in periculum deducatur, aliiſque, quibus incredibile id quod obiicitur fiat. Nec enim accuſator hoc tantum dicit, *Occidiſti*; ſed quibus id probet, narrat: vt in tragœdiis, cum Teucer Vlyſſem reum facit Aiacis occiſi; dicens inuentum eum in ſolitudine iuxta exanime corpus inimici cum gladio cruento: non id modo Vlyſſes reſpondet, non eſſe à ſe id facinus admiſſum, ſed ſibi nullas cum Aiace inimicitias fuiſſe: de laude inter ipſos certatum. deinde ſubiungit quomodo in eam ſolitudinem venerit, iacentem exanimem ſit conſpicatus, gladium è vulnere extraxerit. his ſub-

Inſt. quib. mod. tute. fin.

* *al.* ante aut.

* *al.* ſæpius ab actore.

* *al.* expoſitio.

Vide Liu. lib. 1. dec. 1.

ſubtexitur argumentatio. Sed ne illud quidem ſine narratio- De Narratione.
ne eſt, dicente accuſatore, *Fuiſti in eo loco, in quo tuus inimicus occiſus eſt: Non fui.* dicendum enim vbi fuerit. Quare ambitus quoque cauſſæ & repetundarum, hoc etiam plures eiuſmodi narrationes habere poterunt, quo plura crimina. In quibus ipſa quidem neganda ſunt, ſed argumentis expoſitione contraria reſiſtendum; interdum ſingulis, interdum vniuerſis. An reus ambitus male narrabit quos parentes habuerit, quemadmodum ipſe vixerit, quibus meritis fretus ad petitionem deſcenderit? Aut qui repetundarum inſimulabitur; num & anteactam vitam, & quibus cauſſis vel prouinciam vniuerſam, vel accuſatorem aut teſtem offenderit, non vtiliter exponet? Quæ ſi narratio non eſt, ne illa quidem Ciceronis pro Cluentio prima, cuius eſt initium, *A. Cluentius habitus.* Nihil enim hic de veneficio, ſed de cauſſis quibus ei mater inimica ſit, dicit.

Illæ quoque ſunt pertinentes ad cauſſam, ſed non ipſius cauſſæ narrationes, vel exempli gratia, vt in Verrem de L. Domitio, qui paſtorem, quod is aprum quem ipſi muneri obtulerat, exceptum eſſe à ſe venabulo confeſſus eſſet, in crucem ſuſtulit. *Actio. 7.* Vel excutiendi alicuius extrinſecus criminis: vt pro Rabirio Poſthumo. Nam vt ventum Alexandriam eſt, Iudices, hæc vna ratio à rege propoſita Poſthumo eſt ſeruandæ pecuniæ, ſi curationem & quaſi diſpenſationem regiam ſuſcepiſſet. *Idem Cic.* Vel augendi, vt deſcribitur iter Verris. *Actio. 3.* Ficta interim narratio introduci ſolet, vel ad concitandos iudices, vt pro Roſcio contra Chryſogonum, cuius paulo ante habui mentionem. Vel ad ſoluendos aliqua vrbanitate, vt pro Cluentio contra fratres Cepaſios. Interdum per digreſſionem decoris gratia, qualis rurſus in Verrem de Proſerpina, In his quondã locis mater filiam quæſiſſe dicitur. *Actio. 6.* Quæ omnia eo pertinent, vt appareat non vtique non narrare eum qui negat, ſed illud ipſum narrare quod negat. Ne hoc quidem ſimpliciter accipiendum, quod eſt a me poſitum, ſuperuacuam eſſe narrationem rei, quam iudex nouerit. Quod ſic intelligi volo, ſi non modo factum quid ſit, ſciet: ſed ita factum etiam, vt nobis expedit, opinabitur. Neque enim narratio in hoc reperta eſt, vt tantum cognoſcat iudex, ſed aliquanto magis vt cõſentiat. Quare etiam ſi non erit docendus, ſed aliquo modo afficiendus, narrabimus cum præparatione quadam. Scire quidem eum in ſumma quid actum ſit, tamen rationem quoque facti

Inuentio. cuiuſque cognoſcere ne grauetur. Interim propter aliquem in conſilium adhibitum nos repetere illa ſimulemus: interim vt rei quæ ex aduerſo proponatur iniquitatem, omnes etiam circunſtantes intelligant. In quo genere plurimis figuris erit varianda expoſitio, ad effugiendum tædium nota * audientis; ſicut, *Meminiſti*, &, *Fortaſſe ſuperuacuum fuerit hic commorari. Sed quid ego diutius, cum tu optime noris? Illud quale ſit, tu ſcias.* & his ſimilia. Alioqui ſi apud iudicem cui nota cauſſa eſt, narratio ſemper videtur ſuperuacua, poteſt videri non ſemper eſſe etiam ipſa actio neceſſaria. Alterum eſt de quo frequentius quæritur, An ſit vtique narratio procemio ſubiicienda. Quod qui opinantur, non poſſunt videri nulla ratione ducti. Nam cum prooemium idcirco comparatum ſit, vt iudex ad rem accipiendam fiat conciliatior, docilior, & intentior; & probatio niſi cauſſa prius cognita non poſſit adhiberi, protinus notitia rerum inſtruendus videtur. Sed hoc quoque interim mutat conditio cauſſarum: niſi forte Marcus Tullius in oratione pulcherrima quum pro Milone ſcriptam reliquit, male diſtuliſſe narrationem videtur trib. præpoſitis quæſtionibus: aut profuiſſet exponere quomodo inſidias Miloni feciſſet Clodius, ſi reum quia ſe hominem occiſum fateretur, defendi omnino fas non fuiſſet: aut ſi iam præiudicio Senatus damnatus eſſet Milo: aut ſi Cn. Pompeius, qui propter aliquam gratiam iudicium militibus armatis clauſerat, tanquam aduerſus * exiſtimaretur. Ergo hæ quoque quæſtiones vim prooemii obtinebunt, cum omnes iudicem præparauerint. Sed aliter pro L. Murena poſtea quoque narrauit, cum obiecta diluit. Quod fiet vtiliter, quoties crimen non repellendum tantum, ſed etiam transferendum erit, vt prius his defenſis, velut initium ſit aliud culpandi narratio: vt in armorum ratione, antiquior cauendi, quam ictum inferendi, cura eſt.

*al. Quũ ſint nota audienti.

*Al. Aduerſarius.

Erunt quædam cauſſæ, (neque id raro,) crimini quidem de quo cognitio eſt, faciles diluendo, ſed multis anteactæ vitæ flagitiis & grauibus criminib. oneratæ: quæ prius amolienda ſunt, vt propitius iudex defenſionem ipſius negotii, cuius propria quæſtio eſt, audiat: vt ſi defendendus eſt M. Cælius, nonne optime patronus occurrat prius conuitiis luxuriæ, petulantiæ, impudicitiæ; quam veneficii, in quibus ſolis omnis Ciceronis verſatur oratio: deinde tum narret de bonis paulatim, totamque dein explicet cauſſam, quæ eſt ipſius actione

defenſa

defenſa? Sed nos ducit ſcholarum conſuetudo, in quibus certa quædam ponuntur, quæ themata dicimus, præter quæ nihil eſt diluendum. Ideoque narratio prooemio ſemper ſubiungitur. Inde libertas declamatoribus, vt etiam ſecundo partis ſuæ loco narrare videantur. Nam quum pro petitore dicunt, & expoſitione, tanquam prius agant, vti ſolent: & contradictione, tanquam reſpondeant: quod fit non recte. Nam cum ſit declamatio, forenſium actionum meditatio, cur non vtrunque protinus locum exerceat? Cuius rationis ignari, ex more cui aſſueuerunt, nihil in foro putant eſſe mutandum. Sed in ſcholaſticis quoque nonnunquam euenit, vt pro narratione ſit propoſitio. Nam quid exponet quæ zelotypum malæ tractationis accuſat? aut qui Cynicum apud Cenſores reum de moribus facit, cum totum crimen vno verbo in qualibet actionis parte poſito ſatis indicetur? Sed hæc hactenus. Nunc quæ ſit narrandi ratio, ſubiungam. Narratio eſt rei factæ aut non factæ vtilis ad perſuadendum expoſitio. Vel, (vt Apollodorus finit) oratio docens auditorem quid in controuerſia ſit. Eam plerique Scriptores, maxime qui ſunt ab Iſocrate, volunt eſſe lucidam, breuem, veriſimilem. Nec enim refert, an pro lucida perſpicuam, pro veriſimili probabilem credibilemve dicamus. Eadem nobis placet diuiſio. quanquam & Ariſtoteles ab Iſocrate parte in vna diſſenſerit, præceptũ breuitatis irridens, tanquã neceſſe ſit, longam aut breuem eſſe expoſitionem, nec liceat ire per medium. Theodorei quoque ſolam relinquunt vltimam partem; quia nec breuiter vtique, nec dilucide ſemper ſit vtile exponere. Quo diligentius diſtinguenda ſunt ſingula, vt quid quoq; loco proſit, oſtendam. Narratio eſt aut tota pro nobis, aut tota pro aduerſario, aut miſta ex vtriſque. Si erit tota pro nobis, contenti ſimus iis tribus partibus, per quas efficitur quo iudex facilius intelligat, meminerit, credat. Nec quiſquam reprehenſione dignum putet, quod propoſuerim eam quæ ſit tota pro nobis, debere eſſe veriſimilem, cum vera ſit. SVNT enim plurima vera quidem, ſed parum credibilia; ſicut falſa quoque frequenter veriſimilia. Quare non minus laborandum eſt, vt iudex quæ vera dicimus, quam quæ fingimus, credat. Sunt quidem hæ, quas ſupra retuli, virtutes, aliarum quoque partium. Nam & per totam actionem vitanda eſt obſcuritas, & modus vbique cuſtodiendus, & credibilia eſſe oportet omnia quæ dicuntur. Maximeque hæc in ea parte cuſto-

De Narratione.

Declamatio quid.

Narratio quid.

Inuentio. dicenda ſunt, quæ prima iudicem docet: in qua ſi acciderit vt aut non intelligat, aut non meminerit, aut non credat, fruſtra in reliquis laborabimus. Erit autem aperta narratio atque dilucida, ſi fuerit primum expoſita verbis propriis & ſignificantibus, & non ſordidis quidem, non tamen exquiſitis & ab vſu remotis: tum diſtincta rebus, perſonis, temporibus, locis, cauſſis, ipſa etiam pronuntiatione in hoc accommodata, vt iudex quæ dicuntur, quam facillime accipiat. Quæ quidem virtus negligitur à plurimis, qui ad clamorem diſpoſitæ, vel etiam forte circunfuſæ multitudinis compoſiti, non ferunt illud intentionis ſilentium: nec ſibi deſerti videntur, niſi omnia tumultu ac vociferatione concuſſerint: rem indicare, ſermonis quotidiani, & in quemcunque etiam indoctiorum cadentis, exiſtimant: cum interim quod tanquam facile contemnunt, neſcias præſtare minus velint, an poſſint. Neque enim aliud in eloquentia cuncta experti difficilius reperient, quam id quod ſe dicturos fuiſſe omnes putant, poſtquam audierunt: quia non bona iudicant eſſe illa, ſed vera. Tum autem optime dicit orator, cum videtur vera dicere. At nũc velut campum nacti expoſitionis, hic potiſſimum & vocem flectunt, & ceruicem reponunt, & brachium in latus iactant, totoque & rerum & verborum & compoſitionis genere laſciuiunt: deinde (id quod ſit monſtro ſimile) placet actio, cauſſa non intelligitur. Verum hæc omittamus, ne minus gratiæ præcipiendo recta, quam offenſæ reprehendendo praua, mereamur. Breuis erit narratio ante omnia, ſi inde cœperimus rem exponere, vnde ad iudicem pertinet: deinde, ſi nihil extra cauſſam dixerimus: tum etiam ſi reciderimus omnia, quibus ſublatis, nec cognitioni quicquam, nec vtilitati detrahatur. SOLET enim eſſe quædam partium breuitas, quæ longam tamen efficit ſummam. *In portum veni, nauim proſpexi, quanti veheret interrogaui, de pretio conueni, conſcendi, ſublata ſunt anchoræ, ſoluimus oram, profecti ſumus.* Nihil horum dici celerius poteſt, ſed ſufficit dicere, *E portu nauigaui.* Et quoties exitus rei ſatis oſtendit priora, debemus hoc eſſe contenti, quo reliqua intelliguntur. Quare cũm dicere liceat, *Eſt mihi filius iuuenis,* omnia illa ſuperuacua, *Cupidus ego liberorum, vxorem duxi, natum ſuſtuli, filium educaui, in adoleſcentiam perduxi.* Ideoque Græcorum aliqui aliud circuncisam expoſitionem, id eſt σύντομον, aliud breuem putauerunt: quod illa ſuperuacuis careret, hæc poſſet aliquid ex neceſſariis deſiderare.

Nos

Nos autem breuitatem in hos ponimus, non vt minus, ſed ne plus dicatur quam oporteat. Nam iterationes quidem, & ταυτολογίας & περισσολογίας, quas in narratione vitandas quidam Scriptores artium tradiderunt, tranſeo. Sunt n. hæc vitia non tantum breuitatis gratia refugienda. Non minus autem cauenda erit, quæ nimium corripientes omnia ſequitur, obſcuritas: ſatiuſque eſt aliquid narrationi ſupereſſe, quam deeſſe. Nam ſuperuacua cum tædio dicuntur, neceſſaria cum periculo ſubtrahuntur. Quare vitanda etiam illa Saluſtiana (quanquam in ipſo virtutis locum obtinet) breuitas: & abruptum ſermonis genus, quod ocioſum fortaſſe lectorem minus fallit, audientem tranſuolat, nec dum repetatur expectat: cum præſertim lector non fere ſit niſi eruditus, iudicem rura plerunque in decurias mittant, de eo pronuntiaturum, quod intellexerit: vt fortaſſe vbique, in narratione tamen vtique præcipue, media hæc tenenda ſit via dicendi, quantum opus eſt, quantum ſatis eſt. Quantum opus eſt autem, non ita ſolum accipi volo, quantum ad iudicandum ſufficeit: quia non inornata debet eſſe breuitas, alioqui ſit indocta. nam & fallit voluptas, & minus longa quæ delectant videntur: vt amœnum ac molle iter, etiam ſi eſt ſpatii amplioris, minus fatigat, quam durum arduumque* compendium. Nec enim mihi vnquam tanta fuerit cura breuitatis, vt non ea quæ credibilem faciunt expoſitionem, inſeri velim. SIMPLEX enim, & vndique præciſa, non tam narratio vocari poteſt, quam confuſio. Sunt porro multæ conditione ipſa rei longæ narrationes, quibus extrema (vt præcepi) procemii parte ad intentionem præparandus eſt iudex: deinde curandum, vt omni arte vel ex ſpatio eius detrahamus aliquid, vel ex tædio. Vt minus longa ſit efficiemus, quæ poterimus differendo, non tamen ſine mentione eorum quæ differemus. Quis cauſſas occidendi habuerit, quos aſſumpſerit conſcios, quemadmodum diſpoſuerit inſidias, probationis loco dicam. Quædam vero ex ordine prætermittenda, quale eſt apud Ciceronem, Moritur Fulcinius: multa enim quæ ſunt in re, quia remota ſunt à cauſſa, prætermittam. At partitio tædium leuat. Dicam quæ acta ſint ante ipſum rei contractum, dicam quæ in re ipſa, dicam quæ poſtea. Ita tres potius modicæ videbuntur narrationes, quam vna longa.

Interim expediet expoſitiones breui interfatione diſtinguere. Audiſtis quæ ante acta ſunt, accipite nunc quæ inſequuntur.

De Narratione.

** Al. Aridumque*

Id. Cic. pro Cæcinna.

Partitionis in Narratione vtilitas.

Interfationis vſus.

Inuentio. tur. Reficietur enim iudex priorum fine, & ſe velut ad nouum rurſus initium præparabit. Si tamen adhibitis h s quoque artibus in longum exierit ordo rerum, erit non inutilis in extrema parte commonitio: quod Cicero etiam in breui narratione facit. *Adhuc, Cæſar, Q. Ligarius omni culpa caret, domo eſt egreſſurus non modo nullum ad bellum, ſed ne ad minimam quidem belli ſuſpicionem, & cætera.* Credibilis autem erit narratio ante omnia, ſi prius conſuluerimus noſtrum animum, ne quid naturæ dicamus aduerſum: deinde ſi cauſſas ac rationes factis propoſuerimus, non omnibus, ſed de quibus quæritur. Si perſonas conuenientes iis quæ facta credi volemus, conſtituerimus: vt furti reum, cupidum: adulterii, libidinoſum: homicidii, temerarium. Vel contra, ſi defendemus. Præterea loca, tempora, & ſimilia. Eſt autem quidam etiam ductus rei credibilis, qualis in comœdiis, & in mimis. Aliqua enim naturaliter ſequuntur & cohærent, vt ſi bene priora narraueris, iudex ipſe, quod poſtea ſis narraturus, expectet. Ne illud quidem fuerit inutile, ſemina quædam probationum ſpargere: verum ſic, vt narrationem eſſe meminerimus, non probationem. Nonnunquam etiam argumento aliquo confirmabimus quod propoſuerimus, ſed ſimplici & breui: vt in veneficiis, *Sanus bibit, ſtatim concidit, liuor ac tumor confeſtim eſt inſecutus.* Hoc faciunt & illæ præparationes quum reus dicitur robuſtus, armatus, ſolicitus, contra infirmos, inermes, ſecuros. Omnia denique quæ probatione tractaturi ſumus, perſonam, cauſſam, locum, tempus, inſtrumentum, occaſionem, narratione delibabimus. Aliquando ſi deſtituti fuerimus his, etiam fatebimur vix eſſe credibile, ſed verum, & hoc maius habendum ſcelus: neſcire nos quomodo factum ſit, aut quare: mirari, ſed probaturos. Optimæ vero præparationes erunt quæ latuerint, vt à Cicerone ſunt quidem vtiliſſime prædicta omnia per quæ Miloni Clodius, non Clodio Milo inſidiatus eſſe videatur: plurimum tamen facit illa callidiſſima ſimplicitatis imitatio; *Milo autem cum in Senatu fuiſſet eo die quoad Senatus eſt dimiſſus, domum venit: calceos & veſtimenta mutauit: pauliſper dum ſe vxor, vt fit, comparat, commoratus eſt. Quam nihil præparato, nihil feſtinato feciſſe videtur Milo!* Quod non ſolum rebus ipſis vir eloquentiſſimus, quibus moras & lentum profectionis ordinem ducit, ſed verbis etiam vulgaribus & quotidianis, & arte occulta conſecutus eſt: quæ ſi aliter dicta eſſent, ſtrepitu ipſum iudicem, deinde patronum excitaſ-

Pro Milo.

excitaſſent. Frigida videntur iſta pleriſque: ſed hoc ipſum manifeſtum eſt, quomodo iudicem fefellerit, quod vix à lectore deprehenditur. Hæc ſunt quæ credibilem faciunt expoſitionem. Nam ne contraria aut ſibi repugnantia in narratione dicamus, ſi cui præcipiendum eſt, is reliqua fruſtra docetur: etiamſi quidam Scriptores artium hoc quoque tanquam occultum, & à ſe prudenter erutum, tradunt. His tribus narrandi virtutibus adiiciunt quidam magnificentiam, quam μεγαλοπρέπειαν vocant, quæ neque in omnes cauſſas cadit (nam quid in pleriſq; iudiciis priuatis de re certa credita, locato & conducto, interdictis, habere loci poteſt ſupra modum ſe tollens oratio?) nec ſemper eſt vtilis, vt vel proximo exemplo Miloniano patet. Et meminerimus multas eſſe cauſſas, in quibus confitendum, excuſandum, ſummittendum ſit quod exponimus: quibus omnibus aliena eſt illa magnificentiæ virtus. Quare non magis proprium narrationis eſt magnifice dicere, quam miſerabiliter, inuidioſe, grauiter, dulciter, vrbane; quæ cum ſuo quæque loco ſint laudabilia, non ſunt huic parti proprie aſſignata, & velut dedita. Illa quoque vt narrationi apta, ita cæteris partibus communis eſt virtus, quam Theodectes huic vni proprie dedit. non enim magnificam modo vult eſſe, verum etiam iucundam expoſitionem.

De Narratione.

Iuris loca.

Sunt qui adiiciant his Euidentiam, quæ ἐνάργεια Græce vocatur. Neque ego quenquam deceperim, vt diſſimulem Ciceroni quoque plures partes placere. Nam præterquam planam, & breuem, & credibilem, vult eſſe euidentem, moratam cum dignitate. Sed in oratione morata debent eſſe omnia cũ dignitate quæ poterunt. Euidentia in narratione, quantũ ego intelligo, eſt quidem magna virtus, cum quid veri non dicendum, ſed quodammodo etiam oſtendendum eſt: ſed ſubiici perſpicuitati poteſt. quam quidam etiam contrariam interim putauerunt, quia in quibuſdam cauſſis obſcuranda veritas eſt. quod eſt ridiculum. Nam qui obſcurare vult, narrat falſa pro veris: in quo debet laborare vt videantur quam euidentiſſima. Sed quatenus etiam ſorte quadam peruenimus ad difficilius narrationum genus, iam de his loquamur, in quibus res contra nos erit: quo loco nonnulli prætereundam narrationẽ putauerunt. Et ſane nihil eſt facilius, niſi prorſus totam cauſſam omnino non agere. Sed ſi aliqua iuſta ratione huiuſmodi ſuſceperis litem: cuius artis eſt, malam eſſe cauſſam ſilentio confiteri? Niſi forte tam hebes futurus eſt iudex, vt ſecundum

Euidentia in Narratione.

In Topicis.

In Partit.

 id pro-

Inuentio. id pronuntiet, quod ſciet narrare te noluiſſe. Neque inficias eo, in narratione vt aliqua neganda, aliqua adiicienda, aliqua mutanda; ſic aliqua etiam tacenda. ſed tacenda quæ tacere oportebit, & liberum erit. Quod fit nonnunquam breuitatis quoque gratia, quale illud eſt, *Reſpondit quod ei viſum eſt.*

Diſtinguamus igitur genera cauſſarum. Nanque in quibus non de culpa quæritur, ſed de actione, etiamſi erunt contra nos themata, confiteri nobis licebit: Pecuniam de templo ſuſtulit, ſed priuatam: non ideo ſacrilegus eſt. Virginem rapuit, non tamen oprio patri dabitur. Ingenuum ſtuprauit, & ſtupratus ſe ſuſpendit: non tamen ideo ſtuprator capite, vt mortis cauſſa punietur: ſed decem millia, quæ pœna ſtupratori conſtituta eſt, dabit. Verum in his quoque confeſſionibus eſt aliquid quod ex inuidia quam expoſitio aduerſarii fecit, detrahi poſſit. cum etiam ſerui noſtri de peccatis ſuis mollius loquantur. Quædam enim quaſi non narrantes mitigabimus: Non quidem (vt aduerſarius dicit) conſilium furti in templum attulit, nec diu captauit eius rei tempus: ſed occaſione & abſentia cuſtodum corruptus, & pecunia, quæ nimium quam in animis hominum poteſt, victus eſt. Sed quid refert? peccauit, & fur eſt. nihil attinet id defendere, cuius pœnam non recuſamus. Interdum quaſi damnemus ipſi: Vis te dicam vino impulſum? errore lapſum? nocte deceptum? vera ſunt iſta fortaſſe: tu tamen ingenuum ſtupraſti: ſolue decem millia. Nonnunquam propoſitione præparari poteſt cauſſa, & deinde exponi. Contraria ſunt omnia tribus filiis, qui in mortem patris coniurarant. ſortiti nocte ſinguli per ordinem cum ferro cubiculum intrarunt patre dormiente. cum occidere eum nemo potuiſſet, excitato omnia indicarunt. Si tamen pater, qui diuiſit patrimonium, & reos parricidii defendit, ſic agat, Quod contra legem ſufficit, parricidium obiicitur iuuenibus quorum pater viuit, atque etiam liberis ſuis adeſt. ordinem rei narrare quidē nihil neceſſe eſt, cum ad legem nihil pertineat: ſed ſi confeſſionem culpæ meæ exigitis, ego fui pater durus, & patrimonii, quod iā melius ab his adminiſtrari poterat, tenax cuſtos. Deinde ſubiicitur, ſtimulatos ab iis quorum indulgentiores parentes erant: ſemper tamen eum habuiſſe animum, qui ſit euentu deprehenſus, vt occidere patrem non poſſent. Nec enim iureiurando opus fuiſſe, ſi alioqui hoc mentis habuiſſent: nec ſorte, niſi quod ſe quiſque eximi voluerit. Omnia hæc qualicunque placidioribus animis accipientur,

Plura de ſtupratorum pœna Gregor. Syntag. Iur. lib. 36. c. 9.

De Parricidii pœna plura. Idem Gregor. d. lib. 36. c. 24.

Quid autē ſi ſola voluntas in grauioribus delictis pro effectu

pientur, illa breui primæ propoſitionis defenſione mollita. At cum quæritur an factum ſit, vel quale factum ſit, licet omnia contra nos ſint, quomodo tamen euitare expoſitionem ſalua cauſſæ ratione poſſumus? Narrauit accuſator, nec ita, vt quæ eſſent acta tantum indicaret: ſed adiecit inuidiam, rem verbis exaſperauit, acceſſerunt probationes, peroratio incendit, & iræ plenos reliquit. Expectat naturaliter iudex quid narraturi à nobis. Si nihil exponimus, illa eſſe, quæ aduerſarius dixit, & talia qualia dixit, credat neceſſe eſt. Quid ergo? eadem exponemus? Si de qualitate agetur, cuius tum demum quæſtio eſt, cum de re conſtat; eadem, ſed non eodem modo: alias cauſſas, aliam atque aliam rationem dabo. Vel his eleuare quædam licebit: luxuria, hilaritas: auaritia, parſimoniæ: negligentia, ſimplicitatis nomine lenietur. Vultu denique, voce, habitu, vel fauoris aliquid, vel miſerationis merebor. Solet nonnunquam mouere lacrymas ipſa confeſſio. Atque ego libenter interrogem, ſintne illi defenſuri, quæ non narrauerint, necne? Nam ſi neque defenderint, neque narrauerint, tota cauſſa prodetur. At ſi defenſuri ſunt, proponere certe plerunque id quod confirmaturi ſumus, oportet. Cur ergo non exponamus quod & dilui poteſt? vt hoc contingat, vtique indicandum eſt. Aut quid inter probationem & narrationem intereſt, niſi quod narratio eſt probationis continua propoſitio, rurſus probatio narrationi congruens confirmatio? Videamus ergo num expoſitio hæc longior demum eſſe debeat, & paulo verboſior præparatione, & quibuſdam argumentis (argumentis dico, non argumentatione, cui tamen plurimum confert frequens affirmatio) effecturos nos quod dicimus: non poſſe vim rerum oſtendi prima expoſitione: expectent, & opiniones ſuas differant, & bene ſperent. Denique narrandum eſt vtiq;, quicquid aliter quam aduerſarius expoſuit, narrari poteſt: aut eo etiam procemia ſunt in his cauſſis ſuperuacua, quæ quid magis agunt, quam vt cognitioni rerũ accommodatiorem iudicem faciant? Atqui conſtat nuſquam eorum eſſe maiorem vſum, quam vbi anim⁹ iudicis ab aliqua contra nos inſita opinione flectendus eſt. Coniecturales autẽ cauſſæ, in quibus de facto quæritur, non tam ſæpe rei de qua iudicium eſt, quam eorum per quæ res colligenda eſt, expoſitionem habent. Quæ cũ accuſator ſuſpicioſe narret, reus leuare ſuſpicionem debeat: aliter ab hoc atque ab illo ad iudicẽ perferri oportet. At enim quædam argumenta turba valent,

De Narratione.

puniatur ex Doct. ad l. quiſquis C. ad leg. Iul. maieſt. quid conatus?

Probationis & Narrationis differentia.

Inuentio. diducta leuiora ſunt. Id quidem non eo pertinet, vt quæratur An narrandum, ſed quomodo narrandum ſit. Nam & congerere plura expoſitione, quid prohibet, ſi id vtile eſt cauſſæ? & promittere, ſed & diuidere narrationem, & probationem ſubiungere partibus, atque ita tranſire ad ſequentia? Nam ne iis quidem accedo, qui ſemper eo putant ordine, quo quid actũ ſit, eſſe narrandum: ſed eo modo quo expedit. Quod fieri plurimis figuris licet. Nã & aliquando excidiſſe ſimulamus, cum quid vtiliore loco reducimus: & interim nos reducturos reliquum ordinem teſtamur, quia ſic futura ſit cauſſa lucidior. Interim re expoſita ſubiungimus cauſſas quæ anteceſſerũt. Nec enim eſt vna lex defenſionis, certumq; præſcriptum: pro re, pro tempore, intuenda quæ proſint: atque vt erit vulnus, ita vel curandum protinus: vel ſi curatio differri poteſt, interim deligandum. Nec ſæpius narrare dixerim nefas, quod Cicero pro Cluentio fecit: eſtq; non conceſſum modo, ſed aliquãdo etiam neceſſarium: vt in cauſſis repetundarum, omnibuſque quæ ſimplices non ſunt. AMENTIS eſt enim ſuperſtitione præceptorum contra rationem cauſſæ trahi. Narrationem ideo ante probationes ponere eſt inſtitutum, ne iudex, qua de re quæratur, ignoret. Cur igitur ſi ſingula probanda aut refellenda erunt, non ſingula etiam narrentur? Me certe quantacunq; noſtris experimentis habẽda eſt fides, feciſſe hoc in foro, quoties ipſa deſiderabat vtilitas, probantibus & eruditis, & iis qui iudicabant, ſcio, & (quod nõ arroganter dixerim, quia ſunt plurimi quibus cum egi, qui me refellere poſſint ſi mentiar) fere ponendæ à me cauſſæ officium exigebatur. Neque ideo tamen non ſæpius facere oportebit, vt rerum ordinem ſequamur. Quædam vero etiam turpiter conuertuntur: vt ſi peperiſſe narres, deinde concepiſſe: apertum teſtamentum, deinde ſignatum. In quibus ſi id quod poſterius eſt, dixeris, de priore tacere optimum eſt.

Sunt quædam & falſæ expoſitiones, quarum in foro duplex eſt genus. Alterum, quod inſtrumentis adiuuatur: vt Publius Clodius fiducia teſtium, qua nocte inceſtum Romæ commiſerat, Interamnæ* ſe fuiſſe dicebat. Alterum, quod eſt tuendũ dicentis ingenio. Id interim ad ſolam verecundiam pertinet, vnde etiam mihi videtur dici Color: interim ad quæſtionem. Sed vtruncunque erit, prima ſit curarum, vt id quod fingimus, fieri poſſit: deinde, vt & perſonæ, & loco, & tempori congruat, & credibilem rationem & ordinem habeat: ſi cõtinget etiam,

*al. Interamniæ. qua ciuitas eſt teſte Ptol. 3. ca. 1. Pregutio-

vveræ alicui rei cohæreat: aut argumento, quod ſit in cauſſa, De Narratione.
confirmetur. NAM Quæ tota extra rem petita ſunt, mentien-
di licentiam produnt. Curandum præcipue (quod fingenti-
bus frequenter accidit) ne qua inter ſe pugnent. Quædam e- *rum inIta-
nim partibus blandiuntur, ſed in ſummam non conſentiunt. *lia ita dicta*
Præterea, ne iis quæ vera eſſe conſtabit, aduerſa ſint. In ſcho- *quod ſit in-*
la etiam, ne color extra themata quæratur. Vtrobique autem *ter duos*
Oratorem meminiſſe debebit actione tota quid finxerit; quo- *amnes ſita.*
niam ſolent excidere, quæ falſa ſunt: verumque eſt illud quod
vulgo dicitur, MENDACEM *memorem eſſe oportere.* Sciamus
autē, ſi de noſtro facto quæratur, vnum nobis aliquid eſſe di-
cendum: ſi de alieno, mittere in plurimas ſuſpiciones licere.
Eſt tamen quibuſdam ſcholaſticis controuerſiis, in quibus po-
nitur aliquem non reſpondere quæ* interrogatur, libertas *al. qui-
omnia enumerandi quæ reſponderi potuiſſent. Fingenda ve- bus.
ro meminerimus ea quæ non cadunt in teſtem. Sunt autem
quæ noſtro dicuntur animo, cuius ipſi tantum conſocii* ſu- **Melius*
mus. Item quod à defunctis: nec hoc enim eſt qui neget. Item- conſcii.
que ab eo cui idem expediet: is enim non negabit. Ab aduer-
ſario quoque: quia non eſt habiturus in negando fidem. Som-
niorum & ſuperſtitionum colores ipſa iam facilitate autori-
tatem perdiderunt. Non eſt autem ſatis in narratione vti co-
loribus, niſi per totam actionem conſentiant: cum præſertim
quorundam probatio ſola ſit in aſſeueratione & perſeueran-
tia: vt ille paraſitus qui ter abdicatum à diuite iuuenem, &
abſolutum, tanquam ſuum filium aſſerit; habebit quidem
colorem, quo dicat & paupertatem ſibi cauſſam exponendi
fuiſſe: & ideo à ſe paraſiti perſonam eſſe ſuſceptam, quia in il-
la domo filium haberet: & ideo illum innocentem ter abdi-
catum, quia filius abdicantis non eſſet. Niſi tamen omnibus
verbis & amorem patrium, atque hunc quidem ardentiſſi-
mum oſtenderit, & odium diuitis, & metum pro iuuene,
quem periculoſe manſurum in illa domo, in qua tam inuiſus
ſit, ſciat: ſuſpicione ſubiecti petitoris non carebit. Euenit ali-
quando in ſcholaſticis controuerſiis, quod in foro an poſſit
accidere, dubito, vt eodem colore vtraque pars vtatur, deinde
eum pro ſe quiſque defendat: vt in illa controuerſia, Vxor
marito dixit appellatam ſe de ſtupro à priuigno, & ſibi con-
ſtitutum tempus, & locum: eadem contra filius detulit de no-
uerca, edito tantum alio tempore, ac loco: pater in eo quem
vxor prædixerat, filium inuenit; in eo quem filius, vxorem: il-

lam

Inuentio. lam repudiauit: qua tacente, filium abdicat. Nihil dici poteſt pro iuuene, quod nõ idem ſit pro nouerca. Ponentur tamen* omnia communia, deinde ex perſonarum comparatione, & iudicii ordine, & ſilentio repudiatæ, argumenta ducentur. Ne illud quidem ignorare oportet, quædam eſſe, quæ colorem non recipiant, ſed tamen defendenda ſint: qualis eſt ille diues qui ſtatuam pauperis inimici flagellis cecidit, reus eſt iniuriarum. Nam factum eius modeſtum eſſe nemo dixerit: fortaſſe vt ſit tutum, obtinebit. Quod ſi pars expoſitionis pro nobis, pars contrà nos erit, miſcenda ſit an ſeparanda narratio, cum ipſa cauſſæ conditione deliberandum eſt. Nam ſi plura ſunt quæ nocẽt, quæ proſunt obruentur. Itaq; tunc diuidere optimum erit, & iis quæ partem noſtram adiuuabunt, expoſitis & confirmatis, aduerſus reliqua vti remediis de quibus ſupra dictum eſt. Si plura proderunt, etiam coniungere licebit, vt quæ obſtant, in medio, velut auxiliis* noſtris poſita, minus habeāt virium. Quæ tamen non erunt nuda ponenda, ſed vt & noſtra aliqua argumentatione firmemus; & diuerſa, cur credibilia non ſint adiiciamus. quia niſi diſtinxerimus, verendum eſt ne bona noſtra permiſtis malis inquinentur.

*al. etiam.

*al. auxiliis.

Illa quoque de narratione præcipi ſolent, ne qua ex ea fiat excurſio, ne auertatur à iudice ſermo, ne alienæ perſonæ vocem demus, ne argumentemur: adiiciunt quidam etiam, ne vtamur affectibus. Quorum pleraque ſunt frequentiſſime cuſtodienda: imo nunquam niſi ratio coegerit, mutanda: vt ſit expoſitio perſpicua & breuis. Nihil quidem tam raro poterit habere rationem, quam excurſio. nec vnquam debebit eſſe niſi breuis, & talis, vt vi quadam videamur* affectus velut recto itinere depulſi: qualis eſt Ciceronis circa nuptias Saſſiæ, *Omulieris ſcelus incredibile, & præter hanc vnam in omni vita inauditam. O libidinem effrenatam, & indomitam. O audaciam ſingularem, non timuiſſe, ſi minus vim deorum, hominumque famam, at illam ipſam noctem, faceſque illas nuptiales? non limen cubiculi, non cubile filiæ, non parietes denique ipſos ſuperiorum teſtes nuptiarum?* Sermo auerſus à iudice, & breuius indicat interim, & coarguit magis. Qua de re idem quod de procemio dixeram, ſentio; ſicut de proſopopœia quoque: qua tamen non Seruius modo Sulpitius vtitur pro Aufidia, *Somnone te languidum, an graui lethargo putem oppreſſum?* Sed M quoque Tullius circa nauarchos: nam ea quoque rei expoſitio eſt, Vt adeas, tantum dabis, & reliqua. Quid? pro Cluentio, Staleni Bul-

*al. videātur.

Pro Cluēt.

In Verrem act. 7.

Bulbiq; colloquium, nonne ad credulitatem * plurimum & fidem confert? Quæ ne feciſſe ſine obſeruanntia quadam videatur, quanquam hoc in illo credibile non eſt, in Partitionibus præcipit, vt habeat narratio ſuauitatem, admirationes, expectationes, exitus inopinatos, colloquia perſonarum, omnes affectus. De Narratione. *al. celeritatem.

Argumentabimur in narratione, vt dixi, nunquam: argumentum ponemus aliquando, quod facit pro Ligario Cicero, cum dicit ſic eum prouinciæ præfuiſſe, vt illi pacem eſſe expediret. Inſeremus expoſitioni & breuem, cum res poſcet, defenſionem, & rationem factorum. Nec enim narrandum eſt tanquam teſti, ſed tanquam patrono. Rei ordo per ſe talis eſt, Quintus Ligarius legatus in Africam cum C. Conſidio profectus eſt. Quid ergo Marcus Tullius? Quintus igitur, inquit, Ligarius, cum eſſet adhuc nulla belli ſuſpicio, legatus in Africam cum C. Conſidio profectus eſt. Alibi, Non modo nullum ad bellum, ſed ne ad minimam quidem ſuſpicionem belli. Et cum eſſet indicaturo ſatis, Quintus Ligarius nullo ſe implicari negotio paſſus eſt, adiecit, Domum ſpectans, & ad ſuos redire cupiens. Ita quod exponebat, & ratione fecit credibile, & affectus quoque impleuit. Quo magis miror eos qui non putant in narratione eſſe vtendum affectibus. Qui ſi hoc dicunt, non diu, nec vt in epilogo, mecum ſentiunt. Effugiendæ ſunt enim moræ. Cæterum cur ego iudicem nolim, cum eum doceo, etiam moueri? Cur quod in ſumma parte ſum actionis petiturus, non in primo ſtatim rerum ingreſſu, ſi fieri poteſt, conſequar, cum præſertim in probationibus faciliore ſim animo eius abuſurus, occupato vel ira, vel miſeratione? An non Marcus Tullius circa verbera ciuis Romani omnes breuiſſime mouet affectus, non ſolum conditione ipſius, loco iniuriæ, genere verberum, ſed animi quoque commendatione? Summum enim virum oſtendit, qui cum virgis cæderetur, non ingemuerit, non rogauerit; ſed tantum ciuem ſe Romanum eſſe, cum inuidia cædentis, & fiducia iuris clamauerit. Quid? Philodami caſum nonne cum per totam expoſitionem incendit inuidia, tum in ſupplicio ipſo lacrymis impleuit, cum fleores non tam narraret quam oſtenderet, patrem de morte filii, filium de patris? Quid vlli epilogi poſſunt habere miſerabile magis? Serum eſt enim aduocare iis rebus affectum in peroratione, quas ſecurus narraueris. Aſſueuit illis iudex, iamque eas ſine motu mentis accipit,

Actio 7. in Verr.

Actio 3.

Inuentio. pit, quibus commotus nouis non eſt. & difficile eſt mutare habitum animi ſemel conſtitutum. Ego vero (neque enim diſſimulabo iudicium meum: quanquam id quod ſum dicturus, exemplis magis quam præceptis vllis continetur) narrationem, vt ſi illam partem orationis, omni qua poteſt gratia & venere exornandam puto. Sed plurimum refert, quæ ſit natura eius rei quam exponimus. In paruis ergo, quales ſunt fere priuatæ, ſit ille preſſus & velut applicitus rei cultus: in verbis ſumma diligentia, quæ in locis impetu feruntur, & circumiectæ orationis copia latent: hic expreſſa, &, vt vult Zeno, ſenſu tincta eſſe debebunt: compoſitio diſſimulata quidem, ſed tamen quam iucundiſſima: figuræ non illæ poeticæ, & contra rationem * loquendi autoritate veterum receptæ.

*al. fidem.

Nam debet eſſe quam puriſſimus ſermo, & qui varietate tædium effugiat, & mutationibus animum leuet: ne in eundem caſum, ſimilem compoſitionem, pares elocutionum tractus incidamus. Caret enim cæteris lenociniis expoſitio, & niſi commendetur hac venuſtate, iaceat neceſſe eſt. Nec in vlla parte intentior eſt iudex: eoque nihil recte dictum perit. Præterea, neſcio quomodo, etiam credit facilius quæ audienti iucunda ſunt, & voluptate ad fidem ducitur. Vbi vero maior res erit, & atrocia inuidioſe, & triſtia miſerabiliter dicere licebit, non vt conſumantur affectus, ſed vt tamen velut primis lineis deſignentur: vt plane qualis futura ſit imago rei ſtatim appareat. Ne ſententia quidem velut fatigatum intentione ſtomachum iudicis reficere diſſuaſerim, maxime quidem breui interiecta, qualis eſt illa, Fecerunt ſerui Milonis, quod ſuos quiſque ſeruos in re tali facere voluiſſet. Interim paulo liberiore, qualis eſt illa, Nubit genero ſocrus nullis auſpiciis, nullis autoribus, funeſtis ominibus omnium. Quod cum ſit factum iis quoque temporibus, quibus omnis ad vtilitatem potius quam ad oſtentationem componebatur oratio, & erant adhuc ſeueriora iudicia: quanto nunc faciendum magis, cum in ipſa capitis aut fortunarum pericula irrupit voluptas? Cui hominum deſiderio quantum dari debeat, alio loco dicam. Interim aliquid indulgendum eſſe confiteor.

Pro Milo.

Pro Cluent.

Multum confert adiecta veris credibilis rerum imago, quæ velut in rem præſentem perducere audientes videtur: qualis eſt illa M. Cælii in Antonium deſcriptio, Nanque ipſum offendunt temulento ſopore profligatum, totis præcordiis ſterten-

Hypotypoſis, hoc eſt rei informatio. quæ

ſtertentem, ructuoſos ſpiritus geminare: præclaraſque contubernales ab omnibus ſpondis tranſuerſas incubare, & reliquas circumiacere paſſim: quæ tamen exanimatæ terrore hoſtium aduentu percepto excitare Antonium conabantur: nomen inclamabant: fruſtra ceruicibus tollebant: blandius alia ad aurem inuocabat, vehementius etiam nonnulla feriebat. Quarum cum omnium vocem tactumque noſcitaret, proximæ cuiuſque collum amplexu petebat: neque dormire excitatus, neque vigilare ebrius poterat: ſed ſemiſomno ſopore inter manus Centurionum concubinarumque iactabatur. Nihil his neque credibilius fingi, neq; vehementius exprobrari, neque manifeſtius oſtendi poteſt.

De Narratione.

figuram Bud. Euidentiam interpretatur.

Ne illud quidem præteribo, quantam afferat fidem expoſitioni, narrantis autoritas: quam mereri debemus ante omnia quidem vita, ſed & ipſo genere orationis. quod quo fuerit grauius, ſanctius, hoc plus habeat neceſſe eſt in affirmando quoque ponderis. Effugienda igitur in hac præcipue parte omnis calliditatis ſuſpicio: neque enim ſe vſquam cuſtodit magis iudex) nihil videatur fictum, nihil ſolicitum. omnia potius à cauſſa quam ab Oratore profecta credantur. Sed hoc pati non poſſumus, & perire artem putamus, niſi appareat: cum deſinat ars eſſe, ſi apparet. Pendemus ex laude, atque hanc laboris noſtri ducimus ſummam. Ita quæ circunſtantibus oſtentare volumus, iudicibus prodimus.

Autoritas dicentis.

Ars non oſtentanda.

Eſt & quædam repetita narratio, quæ ἐπιδιήγησις dicitur, ſane res declamatoria magis quam forenſis, ideo reperta, vt quia narratio breuis eſſe debet, fuſius & ornatius res poſſet exponi: quod fiet vel inuidiæ gratia, vel miſerationis. Id raro faciendum iudico, neq; ſic vnquam, vt totus ordo repetatur. licet enim per partes idem conſequi. Cæterum qui vti ἐπιδιηγήσει volet, narrationis rem loco ſtringat, & contentus indicare quid factum ſit, quo ſit modo factum, plenius ſe loco ſuo expoſiturum eſſe promittat.

Repetita narratio.

Initium narrationis quidam vtique faciendum à perſona putant: eamque, ſi noſtra ſit, ornandam: ſi aliena, infamandam ſtatim. Hoc ſane frequentiſſimum eſt, quia perſonæ ſunt inter quas litigatur. Sed hæ quoque interim cum ſuis accidentibus ponendæ, cum id profuturum eſt: vt A. Cluentius Habitus fuit pater huiuſce, Iudices, homo non ſolum municipii Latinatis ex quo erat, ſed etiam regionis illius & vicinitatis, virtute, exiſtimatione, nobilitate facile princeps.

Narrationis initium

Pro Cluent.

Inte-

Inuentio. Interim ſine his: vt, Q Ligarius cum eſſet. Frequenter vero & à re: ſicut pro Tullio Cicero, Fundum habet in agro Thurino M. Tullius paternum. Demoſthenes pro Cteſiphonte, τοῦ γὰρ Φωκαϊκοῦ συστάντος πολέμου. De fine narrationis cum his contentio eſt, qui perduci expoſitionem volunt eo, vnde quæſtio oritur. His rebus ita geſtis, P. Dolabella prætor interdixit, vt eſt conſuetudo, de vi hominib. armatis, ſine vlla exceptione: tantum, vt vnde deieciſſet, reſtitueret reſtituiſſe ſe dixit. ſponſio facta eſt. hac de ſponſione vobis iudicandum eſt. Id à petitore ſemper fieri poteſt, à defenſore non ſemper.

Pro Ligario. *Narrationis vis.* *Pro Cæcina.*

De Egreſſione.

CAP. III.

Argvmentvm.

Antequam ad Confirmationem veniat, quæ Narrationem ſequi debet, quorundam refellit opiniones, qui inter has Egreſſionem vel Partitionem, vel Propoſitionem tanquam partes & ſemper neceſſarias, collocabant. Egreſſionem hoc capite tractat: eius locum non eſſe neceſſarium inter Confirmationem & Narrationem, docet: Narrationi tamen, & quæſtionibus vel vniuerſis, vel ſingulis opportune aliquando ſubiungi, cum res poſtulat, aut permittit. Opus ea eſſe, cum Narratio nullam dubitationem habens, circa finem atrox, velut ſpiritu erumpente indignatione, proſequenda eſt. Quando etiam poſt merita commemorata inuehi volumus in ingratos. Item quando aliquid aſperum, quod tueri volumus, præparatione aliqua præmolliendum erit. Hinc quid Egreſſio, & quam late pateat, demonſtrat.

ORdine ipſo Narrationem ſequitur Confirmatio. Probanda ſunt enim quæ propter hoc expoſuimus. Sed priuſquam ingrediar hanc partem, pauca mihi de quorundam opinione dicenda ſunt. Pleriſque moris eſt, prælato rerum ordine protinus vtique in aliquem lætum ac plauſibilem locum quam maxime poſſint fauorabiliter excurrere. Quod quidem natum ab oſtentatione declamatoria, iam in totum venit, poſtquam agere cauſſas non ad vtilitatem litigatorum, ſed ad patronorum iactationem repertum eſt: ne ſi preſſæ illi (qualis ſæpius deſideratur) Narrationis gracilitati coniuncta argumentorum pugnacitas fuerit, dilatis diutius dicendi voluptatibus oratio refrigeſcat. In quo vitium illud eſt, quod ſine diſcrimine cauſſarum atque vtilitatis, hoc, tanquam ſemper expediat,

expediat, aut etiam neceſſe ſit, faciunt: eo quod deſumptas ex his partibus, quarum alius erat locus, ſententias, in hanc congerunt, vt plurima aut iterum dicenda ſint, aut quia alieno loco dicta ſunt, dici ſuo non poſſint.* Ego autem confiteor hoc expatiandi genus non modo narrationi quidem, ſed etiam quæſtionibus vel vniuerſis, vel interim ſingulis opportune poſſe ſubiungi, cum res poſtulat, aut certe permittit: atque eo vel maxime illuſtrari ornarique orationem; ſed ſi cohæret & ſequitur, non ſi per vim cuneatur, & quæ natura iuncta erant, diſtrahit. Nihil enim tam eſt conſequens, quam narrationi probatio: niſi ſi excurſus ille, vel quaſi finis narrationis, vel quaſi initium probationis eſt. Erit ergo illi nonnunquam locus: vt ſi expoſitio circa finem atrox fuerit, proſequamur eam velut erumpente protinus indignatione. Quod tamen ita fieri oportebit, ſi res dubitationem non habebit: alioqui prius eſt, quod obiicias, verum efficere, quam magnũ: quia Criminis inuidia pro reo eſt priuſquam probatur. DIFFICILLIMA enim eſt grauiſſimi cuiuſque ſceleris fides. Idem fieri non inutiliter poteſt, vt ſi merita in aduerſarium aliqua expoſueris, in ingratum inuehâris: aut ſi varietatem criminũ narratione demonſtraueris, quantum ab ea periculum intentetur, oſtendas. Verum hæc breuiter omnia. Iudex enim ordine audito feſtinat ad probationem, & quamprimum certus eſſe ſententiæ cupit. Præterea cauendum eſt, ne ipſa expoſitio* vaneſcat, auerſis in aliud animis, & inani mora fatigatis. Sed vt nõ ſemper eſt neceſſaria poſt narrationem illa procurſio; ita frequenter vtilis ante quæſtionem præparatio, vbique *ſi prima ſpecie minus erit fauorabilis, ſi legem aſperam tuebimur, aut pœnarias actiones inferemus. Eſt hic locus velut ſequentis exordii, ad conciliandum probationibus noſtris iudicem. Quod liberius hic & vehementius fieri poteſt, quia iudici nota iam cauſſa eſt. His igitur velut fomentis, ſi quid erit aſperum, præmolliemus, quo facilius aures iudicum, quæ poſt dicturi erimus, admittant, ne ius noſtrum oderint. Nihil enim facile perſuadetur inuitis. Quo loco tamen iudicis quoque noſcenda natura eſt, iuri magis an æquo ſit appoſitus. Proinde enim magis aut minus erit hoc neceſſarium. Cæterũ res eadem & poſt quæſtionem perorationis vice fungitur. Hanc partem παρέκβασιν Græci vocant, Latini Egreſſum, vel Egreſſionem. Sed hæ ſunt plures, vt dixi, quæ per totam cauſſam varios habent excurſus; vt laus hominum locorumque,

De egreſſione.

*Al. poſſunt.

*Al. poſitio.

*Al. vtique

Quæ res per Egreſſionem tractentur.

Digitized by Google

Inuentio. vt deſcriptio regionum, expoſitio quarundam rerum non ſolum geſtarum, ſed etiam fabuloſarum. Quo ex genere eſt in orationibus contra Verrem compoſitis, Siciliæ laus, Proſerpinæ raptus, pro L. Cornelio popularis illa virtutum Cnei Pompeii commemoratio: in quam ille diuinus Orator, velut nomine ipſo ducis curſus dicendi teneretur, abrupto quem inchoauerat ſermone diuertit actutum.*

Act. 4. & 6

Παρέκβασις eſt, (vt mea quidem fert opinio,) alienæ rei, ſed ad vtilitatem cauſſæ pertinentis, extra ordinem excurrens tractatio. Quapropter non video cur hunc ei potiſſimum locum aſſignent, qui rerum ordinem ſequitur; non magis quam illud, cur hoc ita demum proprium putent, ſi aliquid in digreſſu ſit exponendum, cum tot modis à recto itinere declinet oratio. Nam quicquid dicitur præter illas quinque quas fecimus partes, Egreſſio eſt, indignatio, miſeratio, inuidia, conuitium, excuſatio, conciliatio, maledictorum refutatio: ſimilia his, quæ non ſunt in quæſtione, omnis amplificatio, minutio, omne affectus genus: atque ea maxime iucundam & ornatam faciunt orationem, de luxuria, de auaritia, de religione, de officiis: quæ cum ſint argumentis ſubiecta ſimilium rerum, quia cohærent, egredi non videntur. Sed plurima ſunt quæ rebus nihil ſecum cohærentibus inferuntur, quibus iudex reficitur, admonetur, placatur, rogatur, laudatur. Innumerabilia ſunt hæc, quorum alia ſic præparata afferimus; quædam ex occaſione vel neceſſitate dicimus, ſi quid nobis agentibus noui accidit, interpellatio, interuentus alicuius tumultus. Vnde Ciceroni quoque in proœmio cum diceret pro Milone, digredi fuit neceſſe, vt ipſa oratiuncula qua vſus eſt, patet. Poterit autem paulo longius exire, quia præparat aliquid ante quæſtionem, & qui finitæ probationi velut commendationem adiicit. Atqui ex medio erumpit, cito ad id redire debet, vnde diuertit.

**id eſt cõfeſtim In quibuſd. autem exemplaribus hac ita leguntur diuertit. Ac tamen dia, παρέκβασις eſt.*

Egreſſio quid.

Cicer. pro Milone alia vſus oratione, quam qua hodie extat

De Propoſitione.

CAP. IV.

ARGVMENTVM.

Propoſitionem duplicem eſſe docet: Vnam quæ principalem quæſtionem continet: alteram, quæ ſingulis argumentationibus præponitur. Vſum eius, vt cauſſa ſit & dilucidior, & magis moueat. Ea non eſſe ſemper opus: nempe quando narratio ibi finem habet vbi initium quæſtio: quo fit, vt quadam ſumma collectio ſit ...

tioni, vel commonitio quædam iudicis ſubiungatur. ¶ *Aliam etiam diuiſionem propoſitionum facit, alias eſſe ſimplices, duplices alias, alias multiplices: & quo pacto hæ à partitionibus differant. alias item nudas, alias ratione ſubiecta, alias etiam vtrimq; intẽtione conſtantes: vt ego illud, hoc ait aduerſarius.* De Propoſitione.

SVnt qui Narrationi propoſitionem ſubiungant, tanquam partem iudicialis materiæ: cui opinioni reſpondimus. Mi- *Lib. 3. c. 9.*
hi autem Propoſitio videtur omnis confirmationis initium:
quod non modo in oſtendenda quæſtione principali, ſed nõnunquam etiam in ſingulis argumentis poni ſolet, maximeq; in his quæ ἐπιχειρήματα vocantur. Sed nunc de priore loquimur. Ea non ſemper neceſſaria eſt. Aliquando enim ſine Propoſitione quoq; aliqua ſatis manifeſtum eſt quid in quæſtione verſetur, vtique ſi Narratio ibi finem habet, vbi initium quæſtio: adeo vt aliquãdo ſubiungatur expoſitioni, quæ ſolet in argumentis eſſe ſumma collectio. Hæc ſicut expoſui, ita ge- *Pro Milone*
ſta ſunt, Iudices: inſidiator ſuperatus, vt victa vis, vel potius oppreſſa virtute audacia eſt. Sed nonnunquam valde vtilis eſt, præcipue vbi res defendi non poteſt, de iure*quæritur: vt pro **Al.* ſine
eo qui pecuniam priuatam de templo ſuſtulit, ſacrilegii agi- *al.* nomi-
tur, De ſacrilegio cognoſcitis. vt Iudex intelligat id vnum eſ- ne.
ſe officii ſui,* quærere an id quod obiicitur, ſacrilegium ſit. **Al.* ſub-
Item in cauſſis obſcuris, aut multiplicibus. Nec ſemper pro- texantur.
pter hoc ſolum, vt ſit cauſſa lucidior, ſed aliquando etiam **Hæc eſt lex*
vt magis moueat. Mouet autem, ſi protinus protexantur* a- *fin ff. de rer.*
liqua quæ proſint, Lex* aperte ſcripta eſt, vt peregrinus qui *diuiſ. Hu-*
murum aſcenderit, morte mulctetur. peregrinum te eſſe cer- *ius exem-*
tum eſt: quin aſcenderis murum, non quæritur: quid ſuper- *plum refert*
eſt, niſi vt te puniri oporteat? Hæc enim propoſitio confeſ- *Plutar. in*
ſionem aduerſarii premit: & quodammodo iudicandi moram *Romulo.*
tollit: nec indicat quæſtionem, ſed adiuuat. Sunt autem propoſitiones & ſimplices, & duplices vel multiplices. Quod accidit non vno modo Nam & plura crimina iunguntur: vt cum Socrates accuſatus eſt quod corrumperet iuuentutem, & nouas ſuperſtitiones introduceret. Et ſingula ex pluribus colliguntur: vt cum legatio male geſta obiicitur Æſchini, quod mentitus ſit, quod nihil ex mandatis fecerit, quod moratus ſit, quod munera acceperit. Recuſatio quoque plures interim propoſitiones habet: vt contra petitionem pecuniæ, Male petis: procuratori enim tibi eſſe non licuit: ſed neque illi

Inuentio.

cuius nomine litigas, habere procuratorem: ſed neque es hæres eius à quo accepiſſe mutuum * dicor: nec ipſi debui. Multiplicari hæc in quantum libet poſſunt, ſed rem oſtendiſſe ſatis eſt. Hæ ſi ponantur ſingulæ ſubiectis probationibus, plures ſunt propoſitiones: ſi coniungantur, in partitionem cadunt. Eſt & nuda propoſitio, qualis fere in coniecturalibus: Cædis ago, furtum obiicio. Eſt ratione ſubiecta: vt, Maieſtatem minuit Caius Cornelius: nam codicem tribunus plebis ipſe pro concione legit. Præter hæc vtimur propoſitione aut noſtra; vt, Adulteriũ obiicio, aut aduerſarii; vt, Adulrerii mecum agitur, aut communi; vt, Intrer me & aduerſarium quæſtio eſt, vter ſit inteſtato propior. Nonnunquam diuerſas quoque iungimus, Ego hoc dico, aduerſarius hoc. Habet interim vim propoſitionis, etiam ſi per ſe non eſt propoſitio: vt cum expoſito rerũ ordine ſubiicimus, De his cognoſcite: vt ſit hæc commonitio iudicis, quo ſe ad quæſtionem acrius intendat, & quodam velut iactu excitatus fine mesſe narrationis, & initium probationis intelligat: & nobis confirmationem ingredientibus, ipſe quoque nouum quodammodo audiendi ſumat exordium.

* *Al.* mutuam pecuniam.

De Partitione.

CAP. V.

ARGVMENTVM.

Partitionem finit, & quando ea vtendum non ſit, & contra; & quibus ex cauſſis, qui ſit eius modus, lex, & officia, docet. Proponit primum duas quorundam cauſſas partitionem vetantium; item aliorum vltra tres propoſitiones extendi prohibentium, quas non approbat. Demum ſuas profert, propter quas aliquando partitione ſuperſedere poſſimus. Primum, quia plerunq; gratiora ſint inuenta ſubito, quam ante prauiſa. Quia index interdum fallendus ſit, cum propoſitio nimis eſt dura: quod facile ſit partitionem omittendo. Quia congeſta ſimul fortiora ſint noſtra, quam partitione disiuncta. Nam in partitione ſi ſit aliquid potentiſſimum (quod fere ſit) reliqua ſint ſuperuacua. Inde exempla recte & ſecus facta partitionis à Cicerone proponit. Duplicem pugnandi ductum addit: per qualitatem primum: deinde per coniecturam, hoc pacto. Si feci, recte feci: ſed non feci. Quem, quoties noſtra negatio non erit ſatis potens, vt non ſtare poſſimus: aut etiam poſt rem confirmatam ex abundanti, Ciceronis pro Milone exemplo permittit; & quomodo durior partitio ſit tractanda, & quibus figuris, adiungit.

git.

git. ¶ *Porro eius vſum neceſſarium eſſe, cum plura vel obycienda vel diluenda ſunt, atq; vtilem, & iucundam fore, vt cauſſa lucidior fiat, & iudex certo ſingularum partium fine reficiatur. Modum autem eius eſſe, vt non nimis conciſa & velut articuloſa ſit, cui fruſtra minuta plurimum autoritatis detrahant. Legem, vt ſit lucida, aperta, breuis, nec vllo ſuperuacuo onerata verbo: ne quid in ea deſit: ne quid ſuperſit: ne in ſpecies partiamur, quod in genera partiri ſit ſatis, aut contra. Officia, vt quid ſit de quo conueniat, quid de quo ambigatur, proponat: in quo vt quidq; propoſitum erit, ita tractandum.* De Partitione.

PArtitio eſt noſtrarum aut aduerſarii propoſitionum aut vtramque ordine collata enumeratio. Hac quidam vtendum ſemper putant, quod ea & fiat cauſſa lucidior & Iudex intentior ac docilior, ſi ſcierit & de quo dicimus, & de quo dicturi poſtea ſumus. Rurſus quidam periculoſum id Oratori arbitrantur, duabus ex cauſſis, quod nonnunquam & excidere ſoleant quæ promiſimus, & ſi qua in partiendo præterierimus, occurrere. Quod quidem nemini accidet, niſi qui plane vel nullo fuerit ingenio, vel ad agendum nihil cogitati præmeditatique detulerit. Alioqui quæ tam manifeſta & lucida eſt ratio, quam rectæ partitionis? Sequitur enim naturam ducem, adeo vt memoriæ id maximum ſit auxilium, via dicēdi non decedere. Quapropter ne illos quidem probauerim, qui partitionem vetant vltra treis propoſitiones extendere. Quæ ſine dubio, ſi nimium ſit multiplex, fugiet memoriam Iudicis, & turbabit intentionem. Hoc tamen numero velut lege non eſt alliganda, cum poſſit cauſſa plures deſiderare. Alia ſunt magis propter quæ partitione non ſemper ſit vtendum. Primum, quia pleraque gratiora ſunt, ſi inuenta ſubito, nec domo allata, ſed inter dicendum ex re ipſa nata videantur. Vnde illa non iniucunda ſchemata, Pene excidit mihi: &, Fugerat me: &, Recte admones. Propoſitis enim probationibus, omnis in reliquum gratia nouitatis præcerpitur. Interim vero etiam fallendus eſt iudex, & variis artibus ſubeundus: vt aliud agi, quam quod petimus, putet. Nam eſt nonnunquam dura propoſitio, quam iudex ſi prouidet, non aliter reformidat, quam qui ferrum medici prius quam curetur aſpexit. At ſi re non ante propoſita, ſecurum, ac nulla denuntiatione in ſe conuerſum, intrarit oratio, efficiet quod promittenti non crederetur. Interim refugienda non modo

 do

Inuentio.

do diſtinctio quæſtionum eſt, ſed omnino tractatio: affectibus perturbandus, & ab intentione auferendus auditor. Non enim ſolum Oratoris eſt docere, ſed plus eloquentia circa mouendum valet. Cui rei contraria eſt maxime tenuis illa & ſcrupuloſe in parteis ſectæ diuiſionis diligentia eo tempore quo cognoſcentis iudicium conamur auferre. Quid, quod interim quæ per ſe leuia ſunt & infirma, turba valent? Ideoque congerenda ſunt potius, & velut eruptione pugnãdum: quod tamen rarum eſſe debet, & ex neceſſitate demum, cum hoc ipſum quod diſſimile rationi eſt, coegerit ratio. Præter hæc in omni partitione eſt vtique aliquid potentiſſimum, quod cum audiuit iudex, cætera tanquam ſuperuacua grauari ſolet. Itaque ſi plura vel obiicienda ſunt, vel diluenda, & vtilis & iucunda partitio eſt: vt quid quaque de re dicturi ſumus, ordine appareat. At ſi vnum crimen varie defendemus, ſuperuacua: vt ſi ita partiamur, Dicam non talem eſſe hunc quem tueor, vt in eo credibile videri poſſit homicidium: dicam occidendi cauſſam huic non fuiſſe: dicam hunc eo tempore quo homo occiſus eſt, trans mare fuiſſe. Omnia quæ antequam id quod vltimum eſt, exequeris inania videri neceſſe eſt. Feſtinat enim iudex ad id quod potentiſſimum eſt, & velut obligatum promiſſo patronum, ſi eſt patientior, tacitus appellat: ſi vel occupatus, vel in aliqua poteſtate, vel etiam ſic moribus compoſitus, cum conuitio efflagitat. Itaque non defuerunt qui Ciceronis illam pro Cluentio partitionem improbarent, qua ſe dicturum eſſe promiſit primum, neminem maioribus criminibus grauioribus teſtibus in iudicium vocatum, quã Oppianicum: deinde, præiudicia eſſe facta ab iis ipſis iudicibus a quibus condemnatus ſit: poſtremo, iudicium pecunia tentatum non à Cluentio, ſed contra Cluentium: quia ſi probari poſſet quod eſt tertium, nihil neceſſe fuerit dicere priora. Rurſus nemo tam erit aut iniuſtus, aut ſtultus, quin eum fateatur optime pro Muræna eſſe partitum, Intelligo iudices treis totius accuſationis parteis fuiſſe, & earum vnam in reprehenſione vitæ, alteram in contentione dignitatis, tertiam in criminibus ambitus eſſe verſatam. Nam ſic & oſtendit lucidiſſime cauſſam, & nihil fecit altero ſuperuacuum. De illo quoque genere defenſionis plerique dubitant: Si occidi, recte feci: ſed non occidi. quo enim prius pertinere, ſi ſequens firmum ſit? hæc inuicem obſtare, & vtroque vtentibus, in neutro haberi fidem. Quod ſane in parte verum eſt, & illo ſequenti

quenti (ſi modo indubitabile ſit) ſolo vtendum. At ſi quid in eo quod eſt fortius, timebimus, vtraque probatione nitemur. Alius enim alio moueri ſolet: & qui factum putauit, iuſtum credere poteſt: qui tanquam iuſto non mouebitur, factum fortaſſe non credet. Vt certa manus vno telo poſſit eſſe contenta, incertæ plura ſpargenda ſunt, vt ſit & fortunæ locus. Egregie vero Cicero pro Milone inſidiatorem primo Clodium oſtendit, tum addit ex abundanti, etiam ſi id non fuiſſet, talẽ tamen ciuem cum ſumma virtute interfectoris & gloria necari potuiſſe. Neque illum tamen ordinem, de quo prius dixi, damnauerim: quia quædam etiamſi ipſa ſunt dura, in id tamẽ valent, vt ea molliant quæ ſequuntur. Nec omnino ſine ratione eſt quod vulgo dicitur, INIQVVM *petendum, vt æquum feras.* Quod tamen nemo ſic accipiat, vt omnia credat audẽda. Recte enim Græci præcipiunt, NON tentãda, quæ effici omnino non poſſunt. Sed quoties hac, de qua loquor, duplici defenſione vtemur, id laborandum eſt, vt in illam partem ſequentem fides ex priore ducatur. Poteſt enim videri qui tuto etiam confeſſurus fuit, mentiendi cauſſam in negando non habere. Et illud vtique faciendũ eſt, vt quoties ſuſpicabimur à iudice aliam probationem deſiderari, quã de qua loquimur, promittamus nos plene & ſtatim de eo ſatis eſſe facturos: præcipueque ſi de pudore agitur. FREQVENTER autem accidit, vt cauſſa parum verecunda, iure tuta ſit: de quo ne inuiti iudices audiant, & auerſi, frequentius ſunt admonendi ſecuturam defenſionem probitatis ac dignitatis: expectent paulum, & agi ordine ſinant. Quædam interim nos & inuitis litigatoribus ſimulandum eſt dicere: quod Cicero pro Cluentio facit circa iudiciariam legem. Nonnunquam quaſi interpellemur ab his, ſubſiſtere. Sæpe auertenda ad ipſos oratio hortandi, vt ſinant nos vti noſtro conſilio. Ita ſurripietur animo iudicis, & dum ſperat probationem pudoris, aſperioribus illis minus repugnabit. Quæ cum receperit, etiam verecundiæ defenſioni facilior erit. Sic vtraque res inuicem iuuabit, eritque iudex circa ius noſtrum ſpe modeſtiæ attentior, circa modeſtiam iuris probatione procliuior. Sed non vt *ſemper neceſſaria, aut etiam ſuperuacua partitio eſt, ita opportune adhibita plurimum orationi lucis & gratiæ confert. NEQVE enim id ſolum efficit, vt clariora fiant quæ dicuntur, rebus velut ex turba extractis, & in conſpectu iudicum poſitis: ſed reficit quoque audientem certo ſingularum partium fine: non aliter

De Partitione.

*al. Sed vt non.

Inuentio.

quam facientibus iter, multum detrahunt fatigationis, notata inſcriptis lapidibus ſpatia. Nam & exhauſti laboris noſſe menſuram voluptati eſt, & hortatur ad reliqua fortius exequenda, ſcire quantum ſuperſit. NIHIL enim longum videri neceſſe eſt, in quo quid vltimũ ſit, certum eſt. Nec immerito multum ex diligentia partiendi tulit laudis Quintus Hortenſius: cuius tamen diuiſionem in digitos d[illegible]d[illegible]ctam, nonnunquam Cicero leuiter eludit. Nam eſt cer[illegible] eius modus, & euitanda maxime conciſa nimium & velut articuloſa partitio. Nam & autoritati plurimum detrahunt multa illa non membra, ſed fruſta: & huius gloriæ cupidi, quo ſubtili[illegible] copioſius diuiſiſſe videantur, & ſuperuacua aſſumunt, & q[illegible] natura ſingularia ſunt, ſecant: nec tam plura faciunt, q[illegible] minora. deinde cum fecerunt mille particulas, in eandem i[illegible]dunt obſcuritatem, contra quam partitio inuenta eſt. Diu[illegible] & ſimplex propoſitio quoties vtiliter adhiberi poteſt, prim[illegible] eſſe debet aperta atque lucida; (nam QVID ſit turpius, quam id eſſe obſcurum ipſum, quod in eum ſolum adhibetur vſum, ne ſint cætera obſcura?) tum breuis, nec vllo ſuperuacuo onerata verbo. Non enim de quo dicamus, ſed de quo dicturi ſimus, oſtendimus. Obtinendum etiam, ne quid in ea deſit, ne quid ſuperſit. Supereſt autem ſic fere, cum aut in ſpecies partimur, quod in genera partiri ſit ſatis: aut genere poſito ſubiicitur ſpecies: vt, Dicam de virtute, iuſtitia, continentia: cum iuſtitia atque continentia virtutis ſint ſpecies. Partitio prima eſt, quid ſit de quo conueniat, quid de quo ambigatur. In eo quod conuenit, quid aduerſarius fateatur, quid nos. In eo de quo ambigitur, quæ dicturi ſimus, quæ noſtræ propoſitiones, quæ partis aduerſæ. Turpiſſimum vero eſt, non eo ordine exequi, quo quidque propoſueris.

Pro Quintio. & in Diuin. in Q. Cæliũ.

M. FAB. QVINTILIANI DE INSTITVTIONE ORATORIA

LIBER V.

PROOEMIVM.

ARGVMENTVM.

Attentos hac præfatione reddit. docet enim, quam ſit neceſſaria probationum tractatio ad confirmandum, & confutandum: quia ſin[e]

ſine probatione nulla controuerſia ſit. cum omnium aliarum partium aliqua ſemper abeſſe poſſit. Addit alias cauſſas, quia ad hanc partem omnia alia tendant: quæ intueri, niſi huc perueniamus, ſuperuacuum ſit. Quorundam opiniones leuiter attingit: quorum alii docere, vnicum Oratoru officium, alii tria, ſed docere præcipuum dictitabant: quorum vtriq; huic parti plurimum tribuant. Procœmiũ.

Verunt, & clari quidem Autores, quibus ſolũ videretur Oratoris officium, docere. Namque & affectus duplici ratione excludendos putabant: primum, quia vitium eſſet omnis animi perturbatio: deinde quia iudicem à veritate depelli miſericordia, vel ira, ſimilibuſque, non oporteret: & voluptatem audientium petere, cum vincendi tantum gratia diceretur: non modo agenti ſuperuacuum, ſed vix etiã viro dignũ arbitrabantur. Plures vero, qui nec ab illis ſine dubio partibus rationem orandi ſummouerent; hoc tamen proprium atque præcipuum crederent opus, ſua confirmare, & quæ ex aduerſo proponerentur, refutare. Vtruncunque eſt (nec enim hoc loco meam interpono ſententiam) hic erit liber illorum opinione maxime neceſſarius, quo toto hæc ſola tractantur: quibus ſane & ea quæ de iudicialibus cauſſis iam dicta ſunt, ſeruiunt. Nam neque procœmii, neque narrationis eſt alius vſus, quam vt iudicem præparent: & ſtatus noſſe, atq; ea de quibus ſupra ſcripſimus, intueri, ſuperuacuum foret, niſi ad hanc perueniremus. Denique ex quinque quas iudicialis materiæ fecimus partibus, quæcunque alia poteſt aliquando neceſſaria cauſſa non eſſe: lis nulla eſt, cui probatione opus non ſit. Eius præcepta ſic optime diuiſuri videmur, vt prius in commune, quæ ad omnes quæſtiones pertinent, oſtendamus: deinde quæ in quoque cauſſæ genere propria ſunt, exequamur.

Animi perturbatio vitium.

Procœmij & Narrationis vſus.

De probationum diuiſione.

C A P. I.

ARGVMENTVM.

Quia finitio Probationum cognita eſt, diuiſionem aggreditur in artificiales & inartificiales: quæ vt arte non inueniantur, magnis tamen eloquentiæ viribus tractandæ ſint. Tum ſpecies earum enumerat.

Inuentio. AC prima quidem illa partitio ab Ariſtotele tradita conſenſum fere omnium meruit, alias eſſe probationes, quas
Rhetoric. 1. extra dicendi rationem acciperet Orator: alias, quas ex cauſſa traheret ipſe, & quodammodo gigneret. Ideoque illas *ἀτέχνους*, id eſt, *inartificiales*: has *ἐντέχνους*, id eſt, *artificiales* vocauerunt. Ex illo priore genere ſunt præiudicia, rumores, tormenta, tabulæ, iuſiurandum, teſtes: in quibus pars maxima contentionum forenſium conſiſtit. Sed vt ipſa per ſe carent
al. eleuanda. arte; ita ſummis eloquentiæ viribus alleuanda ſunt plerunque, & refellenda. Quare mihi videntur magnopere damnandi, qui totum hoc genus à præceptis remouerunt. Nec tamen in animo eſt, omnia quæ aut pro his aut contra dici ſoleant, complecti. Non enim communes locos tradere deſtinamus, quod eſſet operis infiniti: ſed viam quandam atque rationem. Quibus demonſtratis, non modo in exequendo ſuas quiſque vires debet adhibere; ſed etiam inueniendo ſimilia, vt quæque conditio litium poſcet. Neque enim de omnibus cauſſis dicere quiſquam poteſt, ſaltem præteritis, vt taceam de futuris.

De Præiudiciis.

CAP. II.

ARGVMENTVM.

Præiudicia in tres ſpecies diuidit: quas finitione & ſubiectis exemplis manifeſtas reddit. Confirmari autem ea oſtendit ſimilitudine rerum de quibus quæritur, & iudicum autoritate. Refelli vero, diſſimilitudinem oſtendendo, negligentiam actorum incuſando, de perſonarum contra quas iudicatum eſt, infirmitate, de teſtium corruptione, aut iudicum culpa (ſi manifeſta eſt) conquerendo; aut iudicium poſterius priori opponendo, aut ſi his omnibus deſtituamur, ad locum communem confugiendo. Multas præiudiciorum cauſſas ad inique pronuntiandum valere: quod manifeſtum faciant Rutilij damnatio, Catilinæ & Clodii abſolutio.

IAm Præiudiciorum vis omnis tribus in generibus verſatur: Rebus, quæ aliquando ex paribus cauſſis ſunt iudicatæ, quæ
Exempla. *Exempla* rectius dicuntur: vt de reſciſſis patrum teſtamentis,
Vide Valer. lib. 7. vel contra filios confirmatis Iudiciis, ad ipſam cauſſam perti-
cap. 7. & 8. nentibus, vnde etiam nomen ductum eſt, qualia in Oppiani-
& Cic. pro cum facta dicuntur, & à ſenatu aduerſus Milonem: Aut cum de eadem cauſſa pronuntiatum eſt, vt in reis deportatis, & aſſertione

ſectione ſecunda, & partibus Centumuiralium; quæ in duas haſtas diu ſæ ſunt. Confirmantur præcipue duobus: autoritate eorum qui pronunciauerunt, & ſimilitudine rerum de quibus quæritur. Refelluntur autem raro per contumeliam iudicum, niſi forte manifeſta in his culpa erit. Vult enim cognoſcentium quiſque firmam eſſe alterius ſententiam: & ipſe * pronunciaturus non libenter exemplum quod in ſe fortaſſe recitat, facit. Confugiendum ergo eſt in duobus ſuperioribus, ſi res feret, ad aliquam diſſimilitudinem cauſſæ. Vix autem vlla eſt per omnia alteri ſimilis. Si id non continget, ac eadem cauſſa erit: aut actorum incuſanda negligentia, aut de infirmitate perſonarum querendum, contra quas erit iudicatum; aut de gratia, quæ teſtes corruperit, aut de inuidia, aut de ignorantia: aut inueniendum quod cauſſæ poſtea acceſſerit. Quorum ſi nihil erit, licet tamen dicere multas iudiciorum cauſſas ad inique pronuntiandum valere: deoque damnatum Rutilium, abſolutos Clodium atque Catilinam. Rogandi etiam iudices, vt rem potius intueantur ipſam, quam iureiurando alieno ſuum donent. Aduerſus conſulta autem Senatus, & decreta principum vel magiſtratuum, remedium nullum eſt; niſi aut inuenta quantulacunque cauſſæ differentia, aut aliqua vel eorundem, vel eiuſdem poteſtatis hominum poſterior conſtitutio, quæ ſit priori contraria: quæ ſi deerunt, lis non erit.

De Præiudiciis.

Cluen. & pro Milo.

* al. ipſa.

De Rutilii damnatione vide Flor. lib. 3.

De Rumore & Fama.

Cap. III.

Argumentum.

Contra famam, aut pro ea, ſtatu finitiuo litigantium vtrique contendendum: & finitiones diuerſas, exemplis in vtranque partem confirmandas eſſe monet.

Famam atque Rumores pars altera conſenſum ciuitatis, & velut publicum teſtimonium vocat: altera ſermonem ſine vllo certo autore diſperſum, cui malignitas initium dederit, incrementum credulitas: quod nulli non etiam innocentiſſimo poſſit accidere fraude inimicorum falſa vulgantium. Exempla vtrinque non deerunt,

Inuentio.

De Tormentis.

CAP. IV.

ARGVMENTVM.

Circa tormenta, generalia quædam & ſpecialia tangit. Primũ vt in fama, diuerſam tormentorum deſcriptionem ex accidentibus in vtramuis partem generaliter adferri docet. Hinc propria conſiderari quis, quem poſtulet aut offerat; in quem, ex qua cauſſa, quæſitore, &c. quæ varie in vtranque partem tractari poſſint.

SIcut in tormentis quoque, qui eſt locus frequentiſſimus, cum pars altera quæſtionem, vera fatendi neceſſitatem vocet, altera ſæpe etiam cauſſam falſa dicendi, quod aliis patientia facile mendaciũ faciat, aliis infirmitas neceſſarium. Quid attinet de his plura? Plenæ ſunt orationes veterum ac nouorum. Quædam tamen in hac parte erunt propria cuiuſque litis. Nam ſiue de habenda quæſtione agetur, plurimum intererit, quis, & quem poſtulet aut offerat, & in quem, & ex qua cauſſa: ſiue iam erit habita, quis ei præfuerit, quis & quo modo ſit tortus, an credibilia dixerit, an inter ſe conſtantia: perſeuerauerit in eo quod cœperat, an aliquid dolore mutarit: prima parte quæſtionis, an procedente cruciatu. Quæ vtrinque tam infinita ſunt, quam ipſa rerum varietas.

De Tabulis.

CAP. V.

ARGVMENTVM.

Docet circa tabulas dupliciter peccari, aut fraude ſignatorum, aut ignorantia; & hoc genus poſtremum refelli, aliud etiam accuſari. Tum vnde argumenta ad tabulas refellendas trahantur, & quam varie, explicat.

COntra tabulas quoque ſæpe dictum, ſæpe dicendum eſt; cum eas non ſolum refelli, ſed etiam accuſari, ſciamus eſſe vſitatum. Cum ſit autem in his aut ſcelus ſignatorum, aut ignorantia: tutius ac facilius id quod ſecundo loco diximus, tractatur, quod ſcilicet pauciores rei fiunt. Sed hoc ipſum argumenta ex cauſſa trahit, ſi forte aut incredibile eſt id actum eſſe quod tabulæ continentur (vt frequentius euenit) aliis probationibus æque inartificialibus ſoluitur: ſi aut is in quem ſignatum eſt, aut aliquis ſignator dicitur abfuiſſe, vel prius

eſſe

eſſe defunctus: ſi tempora non congruunt: ſi vel antecedentia vel inſequentia tabulis repugnant. Inſpectio ipſa ſæpe etiam falſum deprehendit.

De Iureiurando.

De Iureiurando.

CAP. VI.

ARGVMENTVM.

Iurisiurandi formas quatuor deſcribit: oblationem ſui, recuſationem alieni; delationem aut exactionem alieni, aut recuſationem ſui, & quo pacto ſingula quæque tractanda ſint. Præterea ex ſententia ſeniorum quos puer audierat, iuſiurandum non eſſe facile deferendum alteri: nec optionem iudicis aduerſario permittendam, neque ex aduocatu partis aduerſæ iudicem eligendum præcipit.

IVſiurandum litigatores * aut offerunt ſuum, aut non recipiunt* oblatum, aut ab aduerſario exigunt, aut recuſant cum ab ipſis exigatur. Offerre ſuum ſine vlla conditione, vt vel aduerſarius iuret, fere improbum eſt. Qui tamen id faciet, aut vita ſe tuebitur, vt eum non ſit credibile peieraturum: aut ipſa vi religionis: in qua plus fidei conſequetur, ſi id egerit, vt non cupide ad hoc deſcendere; ſed ne hoc quidem recuſare videatur: aut ſi cauſſa modo patietur litis, propter quam deuoturus ſe ipſe non fuerit: aut, ſi præter alia cauſſæ inſtrumenta adiicit ex abundanti hanc quoque conſcientiæ ſuæ fiduciam. Qui non recipiet conditionem, a multis contemni iurisiurandi metum dicet: cum etiam philoſophi quidam ſint reperti, qui deos habere curam rerum humanarum negarent: eum vero qui nullo offerente iurare ſit paratus, & ipſum velle de cauſſa ſua pronuntiare: & quam id quod offert, leue ac facile credat, oſtendere. At is qui defert, agere modeſte videtur, cum litis aduerſarium iudicem faciat, & eum cuius cognitio eſt, onere liberet, qui profecto alieno iureiurando ſtari quam ſuo malit. Quo difficilior recuſatio eſt, niſi forte res eſt ea, quam credibile ſit notum ipſi non eſſe. Quæ excuſatio ſi deerit, hoc vnum relinquetur, vt inuidiam ſibi quæri ab aduerſario dicat, atque id agi, vt in cauſſa, in qua vincere non poſſit, queri poſſit. Itaque hominem quidem malum occupaturum hanc conditionem fuiſſe, ſe autem probare malle quæ affirmet, quam dubium cu[illegible] quam relinquere an peierarit. Sed nobis adoleſcentibus ſeniores in agendo facti præcipere ſolebant, ne vnquam iuſiurandum deferremus: ſicut neque optio iudicis aduerſario eſſet

*Vid. ff. lib. 12. c. 2. & c. 4. t. 1.

* al non reſpuunt.

Cic. de na. deorum 1.

Inuentio. eſſet permittenda: nec ex aduocatis partis aduerſæ iudex eligendus. Nam ſi dicere contraria turpe aduocato videretur, certe turpius habendum, facere quod noceat.

De Teſtibus.

CAP. VII.

ARGVMENTVM.

Teſtimonia primum aut diuina eſſe aut humana tradit & diuina duobus modis tractari, generaliter & ſpecialiter: de quibus ad finem capitis loquitur, vbi varias eorũ ſpecies enumerat. Humanorum fieri alia per tabulas, alia à præſentibus. Tabularum aut refellendarum aut confirmandarum rationem, quia ſit facilior, primo loco explicat; deinde ad teſtes præſentes aggreditur: eoſque dupliciter aut defendi aut oppugnari poſſe, vel actione perpetua, vel interrogatione conciſa, oſtendit. In actionibus tribus modis. Primo locis communibus in vtranque partem pro teſtibus, & contra, generaliter. Secundo ſpecialiter, ita tamen, vt multos inuadamus: vt ſi Græcorum teſtimonia eleues, aut eorum qui in cauſſis repetundarum ſe reo numeraſſe pecunias dicunt. Tertio aduerſus ſingulos: quod genus vel orationi permixtum eſt, vel ſeparatim editum: vt in Vatinium. ¶ His peractis ad modum interrogandi accingitur: & teſtium duo facit genera, vnum voluntariorum, aliud quibus lege teſtimonium denuntietur: quorum alii cupidi ſint reo nocendi, alii verum inuiti dicturi: quod interim accuſatori vel cognitum ſit, vel incognitum. Quæ omnia quomodo varie ab accuſatore & patrono verſanda ſint & pertractanda, non minus docte quam fuſe explicat. In teſtibus tamen interrogandis teſtem probe noſſe præcipuum eſſe monet, vt pro ſua natura quo volumus facile perducatur: Atque omnem interrogationẽ eſſe aut in cauſſa aut extra cauſſam docet. In cauſſa rem altius repetendo, vnde nihil ſuſpecti ſit, per Socraticam inductionem extorquendum etiam ab inuitis, quod nobis proſit. Extra cauſſam de vita teſtium, de amicitia aut inimicitiis cum reo, & cæteris huiuſmodi interrogandum; ex quibus vel lædendi cupiditas, vel mendacium deprehendi poſſit. Interrogationis hanc legem eſſe addit, vt ſit circunſpecta, vt

Actio.61. *verbis quam maxime è medio ſumptis conſtet. Porro teſtes cum tabulis abſentium collidi, argumenta quoque cum teſtibus, & teſtes cum aliis teſtibus. Poſtremo voces per vinum ſomnium, dementiam, vel à paruulis emiſſas, ad confirmationem aut deſtructionem ſui magnam Oratoris induſtriam in vtramuis partem exigere,*

exigere, & teſtimonia deſiderata, vbi cætera deſint, vt pro Cluentio, plurimum virium habere demonſtrat.

De Teſtibus.

MAximus * tamen patronis circa teſtimonia ſudor eſt. Ea dicuntur aut per tabulas, aut à præſentibus. Simplicior contra tabulas pugna. Nam & minus obſtitiſſe videtur pudor inter paucos ſignatores, & pro diffidentia premitur abſentia. Si reprehenſionem non capit ipſa perſona, infamare ſignatores licet. Tacita præterea quadam ſignificatione refragatur his omnibus, quod nemo per tabulas dat teſtimonium niſi ſua voluntate: quo ipſo non eſſe amicum ei ſe contra quem dicit, fatetur. Neq; tamen protinus ceſſerit Orator, quo minus & amicus pro amico, & inimicus contra inimicũ poſſit verum (ſi integra ſit ei fides) dicere. Sed late locus vterque tractatur. Cum præſentibus vere ingens dimicatio eſt, ideoque velut duplici contra eos, proque his acie confligitur, actionum, & interrogationum. In actionibus primum generaliter pro teſtibus, atque in teſtes dici ſolet. Eſt hic communis locus, cum pars altera nullam firmiorem probationem eſſe contendit, quam quæ ſit hominum ſcientia nixa: altera ad detrahendam illis fidem, omnia per quæ fieri ſoleant falſa teſtimonia, enumerat. Sequens ratio eſt, cum ſpecialiter quidem, ſed tamen multos pariter inuadere patroni ſolent. Nam & gentium ſimul vniuerſarum eleuata teſtimonia ab oratoribus ſcimus, & tota genera teſtimoniorum: vt de auditionibus, non enim ipſos eſſe teſtes, ſed iniuratorũ efferre voces. vt in cauſſis repetũdarũ, qui ſe reo numeraſſe pecunias iurant, litigatorum non teſtium habendos loco. Interim aduerſus ſingulos dirigitur actio: quod inſectationis genus & permiſtum defenſioni legimus in orationibus plurimis, & ſeparatim editum, ſicut in Vatinium teſtem. Totum igitur excutiamus locum, quando vniuerſam inſtitutionem aggreſſi ſumus. Sufficiebant alioqui libri duo à Domitio Afro in hanc rem compoſiti, quem adoleſcentulus ſenem colui: vt non lecta mihi tantum ea, ſed pleraque ex ipſo ſint cognita. Is veriſſime præcepit, primum eſſe in hac parte officium Oratoris, vt totam cauſſam familiariter norit: quod ſine dubio ad omnia pertinet. Id quomodo contingat, explicabimus; quum ad deſtinatum huic parti locum venerimus. Ea res ſuggeret materiam interrogationi, & veluti tela ad manum ſubminiſtrabit. Eadem docebit, ad quæ iudicis animus

** De teſtib. quid iuris vid ff. lib. 22.t.5. Co. li 4 t 20. & Authē. ſeu Nouel. 90.*

Cic. pro Flacco.

Inuentio. nimus actione ſit præparandus. DEBET enim vel fieri, vel detrahi teſtibus fides oratione perpetua. quia SIC quiſque dictis mouetur, vt eſt ad credendum vel non credendum ante formatus. Et quoniam duo genera ſunt teſtium, aut voluntariorum, aut eorũ quibus iudex in publicis iudiciis lege denuntiare ſolet: quorũ altero vtraq; pars vtitur, alterum accuſatoribus tantũ conceſſum eſt: ſeparemus officium dantis teſtes, & refellentis. Qui voluntariũ producit, ſcire quid is dicturus ſit, poteſt: ideoq; faciliorẽ videtur in rogando habere rationem. Sed hęc quoq; pars acumen & vigilantiã poſcit, prouidendũq;, ne timidus, ne inconſtans, ne imprudens teſtis ſit. Turbantur enim, & à patronis diuerſæ partis inducuntur in laqueũ: & plus deprehenſi nocent, quam firmi & interriti profuiſſent. Multũ igitur domi ante ver andi: ac variis percontationibus, quales haberi ab aduerſario poſſunt, explorandi ſunt. Sic fit vt conſtent ſibi: aut ſi quid titubauerint, opportuna rurſus eius à quo producti ſunt interrogatione, velut in gradum reponantur. In his quoque adhuc qui conſtiterint ſibi, vitandæ ſunt inſidiæ. nam frequenter ſubiici ab aduerſario ſolent. & omnia profutura polliciti, diuerſa reſpondent, & autoritatem habẽt non arguentium illa, ſed confitentium. Explorandum igitur, quas cauſſas lædendi aduerſarium afferant: nec id ſat eſt inimicos fuiſſe; ſed an deſierint, an per hoc ipſum reconciliari velint: ne corrupti ſint; ne pœnitentia propoſitum mutauerint. Quod cum in iis quoque, qui ea quæ dicturi videntur, reuera ſciunt, neceſſarium eſt præcauere: tum multo magis in iis qui ſe dicturos quæ falſa ſunt, pollicentur. Nam & frequentior eorum pœnitentia eſt, & promiſſum ſuſpectius & ſi perſeuerauerint, reprehenſio facilior. Eorum vero quibus denuntiatur, pars teſtium eſt quæ reum lædere velit, pars quæ nolit. Idque interim ſcit accuſator, interim neſcit. Fingamus in præſentia ſcire. in vtroque enim genere ſummis artibus interrogantis opus eſt. Nam ſi habet teſtem cupidum lædendi, cauere debet hoc ipſum, ne cupiditas eius appareat: nec ſtatim de eo quod in iudicium venit, rogare; ſed aliqua circuitu ad id peruenire, vt illi quod maxime dicere voluit, videatur expreſſum. Nec nimium inſtare interrogatione, ne omnia reſpondendo teſtis fidem ſuam minuat: ſed in tantum euocare eum, quantum ſumere ex vno ſatis ſit. At in eo qui verum inuitus dicturus eſt, prima felicitas interrogantis eſt extorquere quod is noluerit. Hoc non alio modo fie-

In interrogandis teſtibus quæ obſeruari oporteat.

 De Teſtibus.

fieri poteſt, quam longius interrogatione repetita. Reſpondebit enim quæ nocere cauſſæ non arbitrabitur: ex pluribus deinde quæ confeſſus erit, eo perducetur, vt quod dicere non vult, negare non poſſit. Nam vt in oratione ſparſa plerunque colligimus argumenta, quæ per ſe nihil reum aggrauare videantur, congregatione deinde eorum factum conuincimus: ita huiuſmodi teſtis multa de anteactis, multa de inſecutis, loco, tempore, perſona, cæteris eſt interrogandus; vt in aliquod reſponſum incidat, poſt quod illi vel fateri quæ volumus neceſſe ſit, vel iis quæ iam dixerit, repugnare. Id ſi non contingit, reliquum erit vt eum nolle dicere manifeſtum ſit; protrahendusque, vt in aliquo quod vel extra cauſſam ſit, deprehendatur. Tenendus etiam diutius, vt omnia ac plura quam res deſiderat, pro reo dicendo, ſuſpectus iudici fiat: quo non minus nocebit, quam ſi vera in reum dixiſſet. At ſi (quod ſecundo loco diximus) neſciet actor quid propoſiti teſtis attulerit: paulatim, & (vt dicitur) pedetentim interrogando experietur animum eius, & ad id reſponſum quod eliciendum erit per gradus ducet. Sed quia nonnunquam ſunt hæ quoque teſtium artes, vt primo ad voluntatem reſpondeant, quo maiore fide diuerſa poſtea dicant: eſt Oratoris, ſuſpectum teſtem dum prodeſt, dimittere. Patronorum in parte expeditior, in parte difficilior interrogatio eſt. Difficilior hoc, quod raro vnquam poſſunt ante iudicium ſcire quid teſtis dicturus ſit. Expeditior, quod cum interrogandus eſt, ſciunt quid dixerit. Itaque in eo quod incertum eſt, cura & inquiſitione opus eſt, quis reum premat, quas & quibus ex cauſis inimicitias habeat: eaque in oratione prædicenda atque amollienda ſunt, ſiue odio conflatos teſtes, ſiue inuidia, ſiue gratia, ſiue pecunia videri volumus. Et ſi deficietur numero pars diuerſa, paucitatem: ſi abundabit, conſpirationem: ſi humiles producet, vilitatem: ſi potentes, gratiam oportebit inceſſere. Plus tamen proderit cauſſas propter quas reum lædant, exponere: quæ ſunt variæ, & pro conditione cuiuſque litis aut litigatoris. Nam contra illa quæ ſupra diximus, ſimili ratione reſponderi locis communibus ſolet; quia & in paucis atq; humilibus accuſator ſimplicitate gloriari poteſt; quod neminem præter eos * qui poſſunt ſcire, quæſierit: & multos atque honeſtos commendare aliquando eſt facilius. Verum interim & ſingulos vt exornare, ita deſtruere contingit, aut recitatis in actione, aut teſtibus nominatis. Quod iis temporibus, quibus teſtis

Hæc facit Cicer. pro [illegible]

**al. eos, quos putaris ſcire.*

ſtis non niſi poſt finitas actiones rogabatur, & facilius & frequentius fuit. Quid autem in quenque teſtium dicendum ſit, ſumi niſi ex ipſorum perſonis non poteſt. Reliquæ interrogandi ſunt partes. Qua in re primum eſt, noſſe teſtem. nam timidus terreri, ſtultus decipi, iracundus concitari, ambitioſus inflari poteſt: prudens vero & conſtans, vel tanquam inimicus & peruicax dimittendus ſtatim; vel non interrogatione, ſed breui interlocutione patroni refutandus eſt: aut aliquo, ſi continget, vrbane dicto refrigerandus: aut ſiquid in eius vitam dici poterit, infamia criminum deſtruendus. Probos quoſdam & verecundos nō aſpere inceſſere profuit. nam ſæpe qui aduerſus inſectantem pugnaſſent, modeſtia mitigantur.

Teſtium Interrogatio vt in cauſſa aut extra cauſſam; & qua obſeruanda vt illorum dicta opponi poſſint ſeu obiici.

Omnis autem interrogatio, aut in cauſſa eſt, aut extra cauſſam. In cauſſa, ſicut accuſatori præcepimus, patronus quoque altius, & vnde nihil ſuſpecti ſit, repetita percontatione, priora ſequentibus applicando, ſæpe eo perducit homines, vt inuitis quod proſit extorqueat. Eius rei ſine dubio nec diſciplina vlla in ſcholis, nec exercitatio traditur: & naturali magis acumine, aut vſu contingit hæc virtus. Si quod tamen exemplum ad imitationem demonſtrandum ſit, ſolum eſt quod ex dialogis Socraticorum, maximeque Platonis, duci poteſt: in quibus adeo ſcitæ ſunt interrogationes, vt cum pleriſque bene reſpondeatur, res tamen ad id quod volunt efficere, perueniat. Illud fortuna interim præſtat, vt aliquid quod inter ſe parum conſentiat, à teſte dicatur: interim, (quod ſæpius euenit) vt teſtis teſti diuerſa dicat. Acuta autem interrogatio, ad hoc quod caſu fieri ſolet, etiam ratione perducet. Extra cauſſam quoque multa quæ proſint, rogari ſolent, de vita teſtium aliorum, de ſua quiſque, ſi turpitudo, ſi humilitas, ſi amicitia accuſatoris, ſi inimicitiæ cum reo: in quibus aut dicant aliquid quod proſit, aut in mendacio, vel cupiditate lædendi deprehendantur. Sed in primis interrogatio debet eſſe circumſpecta; quia multa contra patronos venuſte teſtis ſæpe reſpondet, eique præcipue vulgo fauetur. Tum verbis quam maxime ex medio ſumptis: vt quis rogatur (is autem eſt ſæpius & imperitus) intelligat; aut ne intelligere ſe neget, quod interrogantis non leue frigus eſt. Illæ vero peſſimæ artes, teſtem ſubornatum in ſubſellia aduerſarij mittere, vt inde excitatus plus noceat, vel dicendo contra reum, cum quo ſederit: vel cum adiuuiſſe teſtimonio videbitur, faciendo ex induſtria multa immodeſte atq; intemperanter, per quæ non à

ſe tan-

De Teſtibus.

ſe tantum dictis detrahat fidem, ſed cæteris quoque qui profuerant, auferat autoritatem*. Quorum mentionem habui, non vt fierent, ſed vt vitarentur. Sæpe inter ſe collidi ſolent, inde teſtatio, hinc teſtes locus vtrinque. Hæc enim ſe pars iureiurando illa conſenſu ſignantium tuetur. Sæpe inter teſtes & argumenta quæſitum eſt. Inde ſcientiam in teſtibus & religionem, ingenia eſſe in argumentis dicitur: hinc teſtem gratia, metu, pecunia, ira, odio, amicitia, ambitu fieri, argumenta ex natura duci: in his iudicem ſibi, in illis alii credere. Communia hæc pluribus cauſſis, multumq; iactata ſunt, ſemperq; iactabuntur. Aliquando vtrinq; ſunt teſtes, & quæſtio ſequitur, ex ipſis vtri meliores viri. ex cauſſis, vtri magis credibilia dixerint. ex litigatoribus, vtri gratia magis valuerint. His adiicere ſi quis volet ea quæ diuina teſtimonia vocantur, ex reſponſis, oraculis, ominibus, duplicem ſciat eorum eſſe tractatum: generalem alterum, in quo inter Stoicos & Epicuri ſectam ſecutos pugna perpetua eſt, regaturne prouidentia mundus. ſpecialem alterum, contra parteis diuinationis, vt quæq; in quæſtionem cadit. Aliter enim oraculorum, aliter aruſpicum, augurum, coniectorum, & mathematicorum fides confirmari, aut refelli poteſt, cum ſit rerum earum ratio diuerſa. Circa eiuſmodi quoque inſtrumenta firmanda, vel deſtruenda, multum habet operis oratio, ſi quæ ſint voces per vinum, ſomnũ dementiam emiſſæ, vel excepta paruulorum indicia, quos pars altera nihil fingere, altera nihil iudicare dictura eſt. Nec tantum præſtari hoc genus poteſt, ſed etiam vbi non eſt, deſiderari ſolet: Pecuniam dediſti, quis numerauit? vbi? vnde? Venenum arguis, vbi emi? à quo? quanti? per quem dedi? quo conſcio? Quæ fere omnia pro Cluentio Cicero in crimine veneficii excutit. Hæc de inartificialibus quam breuiſſime ptoui.

* al. vtilitatem.

De prodigiis. Valer. Max. li. 1. cap. 7. De ſomniis Ve. roc. 8.

De probatione artificiali.

CAP. VIII.

ARGVMENTVM.

Abſolutis argumentationibus inartificialibus artificiales aggreſſurus, in eos inuehitur qui locis communibus, & iis ſolis quæ ad delectandū & mouendos affectus pertinent, deliniti, argumentorum tractationem tanquam aſperam refugiunt; cum delectatio & affectuum commotio parū proſint, niſi prius argumentatione doceamus. ¶ Deinde generales quaſdam probationum diuiſiones facit, alias in rebus eſſe, alias in perſonis: alias per ſe inſpici, alias ad aliud referri: alias ab antecedentibus, ex conſequentibus alias: alias etiam ex

pugnantibus, quæ vel ex præterito tempore, vel ex præſenti vel ex futuro petantur. Rurſus alias eſſe neceſſarias, credibiles alias, alias non repugnantes. ¶ Poſtremo propoſitionum hypotheticarum ſpecies quatuor enumerat.

PArs altera probationum, quæ eſt tota in arte, conſtatque rebus ad faciendam fidem poſitis, plerunque aut omnino negligitur, aut leuiſſime attingitur ab iis qui argumenta velut horrida & confragoſa vitantes, amœnioribus locis deſident: neque aliter quam ii qui traduntur à Poetis guſtu cuiuſdam apud Lotophagos graminis, & Sirenum cantu deliniti, *voluptatem ſaluti prætuliſſe, dum laudis falſam imaginem ſequuntur, ipſa, propter quam dicitur, victoria cedunt. Atqui cetera quæ continuo magis orationis tractatu decurrunt, in auxilium atque ornamentum argumentorum comparantur, neruisque illis quibus cauſſa continetur, adiiciunt ſuperinducti corporis ſpeciem: vt ſi forte quid factum ira, vel metu, vel cupiditate dicatur, latius quæ cuiuſque affectus natura ſit, proſequamur. Iiſdem laudamus, incuſamus, augemus, minuimus, deſcribimus, deterremus, querimur, conſolamur, hortamur. Sed horum eſſe opera in rebus aut certis, aut de quibus tanquam certis loquimur, poteſt. Nec abnuerim eſſe aliquid in delectatione, multum vero in commouendis affectibus: ſed hæc ipſa plus valent cum ſe didiciſſe iudex putat: quod conſequi niſi argumentatione, aliaque omni fide rerum non poſſumus. Quorum priuſquam partior ſpecies, indicandum reor, eſſe quædam in omni probationum genere communia. Nam nec vlla quæſtio eſt, quæ non ſit aut in re, aut in perſona: nec eſſe argumentorum loci poſſunt, niſi in iis quæ rebus aut perſonis accidunt: eaque aut per ſe inſpici ſolent, aut ad aliud referri: nec vlla confirmatio, niſi aut ex antecedentibus, aut ex conſequentibus, aut ex pugnantibus: & hæc neceſſe eſt aut ex præterito tempore, aut ex coniuncto, aut ex ſequenti petere. Nec vlla res probari niſi ex alia poteſt: eaque ſi oportet aut maior, aut par, aut minor. Argumenta vero reperiuntur aut in quæſtionibus, quæ etiam ſeparatæ à complexu rerum perſonarumque ſpectari per ſe poſſint: aut in ipſa cauſſa, cum inuenitur aliquid in ea non ex communi ratione ductum, ſed eius iudicii de quo cognoſcitur proprium. Probationũ præterea omniũ aliæ ſunt neceſſariæ, aliæ credibiles, aliæ non repugnantes. Adhuc, omnium probationum quadruplex ratio eſt, vt vel

Homer. Odyſſ. 9. 10. & 12. Vbi Euſta. & vid. Eraſm. chil. 2. cent. 7. adag. 62. Item & Iuni. adag. 5. centur. 4.
* Al. deliniti.

qui

quia aliquid eſt, aliud non ſit: vt, quia * dies eſt, nox non eſt: vel quia eſt aliquid, & aliud ſit: vt, quia Sol eſt ſuper terram, dies eſt: vel quia aliquid non eſt, aliud ſit: vt, quia nox non eſt, dies eſt: vel quia aliquid non eſt, nec aliud ſit: vt, quia non eſt rationale: nec homo eſt. His in vniuerſum prædictis partes ſubiiciam.

* *Al.* vt dies eſt *is poſt* vt, Sol *omiſſis vocibus* quia *& ita inf.* vt nox *&c. &* vt non rationale.

De Signis.

CAP. IX.

ARGVMENTVM.

Artificiales probationes in tres ſpecies diuidit, Signa, Argumenta, & Exempla. Quare ſigna ab argumentis ſeparet, duplicem cauſſam aſſignat. Primam, quia ſigna ad probationes inartificiales propius quam ad argumenta accedant. Secundam, quia ſi certa ſint, argumenta non ſint, quia non ſit ibi quæſtio: ſi dubia, aliis egeant ad confirmationem ſui: quare neutro modo ſint argumenta. Verum hæc poſterior ratio doctis non probatur. ¶ *Signa diuidit in neceſſaria & veriſimilia. Neceſſaria definit eſſe, quæ ſe habere aliter non poſſunt: quorum aliqua recurrant in contrarium, vt ſpirare & viuere: alia non, vt moueri & ingredi. Veriſimilia definit eſſe, quæ ſola ad tollendam dubitationem non ſufficiant, ſed adiuncta cæteris plurimum valeant, vt ſanguis adiunctis inimicitiis, & minis ad probandam cædem. Hermagoram non probat, qui adiuncta ſub hæc ſigna retulit. Et ſignum generaliter definit id eſſe, quod ex eo de quo quæritur natum, ſub oculos venit. Et quomodo prognoſtica ad ſigna reduci queant, oſtendit.*

OMnis igitur Probatio artificialis conſtat aut Signis, aut Argumentis, aut Exemplis. Nec ignoro pleriſque videri ſigna partem argumentorum, quæ mihi ſeparandi ratio hæc fuit prima, quod ſunt pene ex illis inartificialibus. Cruenta enim veſtis, & clamor, & liuor, & talia, ſunt inſtrumenta: qualia tabulæ, rumores, teſtes, nec inueniuntur ab Oratore, ſed ad eum cum ipſa cauſſa deferuntur. Altera, quod ſigna ſiue indubitata ſint, non ſunt argumenta: quia vbi illa ſunt, quæſtio non eſt: argumento autem niſi in re controuerſa locus eſſe non poteſt: ſiue dubia, non ſunt argumenta, ſed ipſa argumentis egent. Diuiduntur autem in has primas duas ſpecies, quod eorum alia ſunt, (vt dixi,) quæ neceſſaria ſunt, quæ Græci vocant τεκμήρια: alia non neceſſaria, quæ σημεῖα. Priora illa ſunt, quæ aliter habere ſe non poſſunt: quæ mihi vix pertinere ad

Vide cenſurã Agricolæ de hoc loco libr. 1. c. 22.

præcepta artis videntur. Nam vbi eſt ſignum inſolubile, ibi ne lis quidem eſt. Id autem accidit, cum quid aut neceſſe eſt fieri, factumve eſſe, aut certe omnino non poteſt fieri, vel eſſe factum.: quo in cauſſis poſito, lis non eſt niſi facti. Hoc genus per omnia tempora perpendi ſolet. Nam & coiſſe eam cum viro, quæ peperit, quod eſt præteriti: & fluctus eſſe, cum magna vis venti in mare incubuit, quod coniuncti: & eum mori, cuius cor eſt vulneratum, quod futuri, neceſſe eſt. Nec fieri poteſt vt ibi ſit meſſis, vbi ſatum non eſt: vt quis Romæ ſit, cum eſt Athenis: vt ferro vulneratus, qui ſine cicatrice eſt. Sed quædam & retrorſus idem valent, vt viuere hominem, qui ſpirat: & ſpirare, qui viuit. Quædam in contrarium non recurrunt. Nec enim quia mouetur qui ingreditur, idcirco etiam ingreditur, qui mouetur. Quare poteſt & coiſſe cum viro, quæ non peperit: & non eſſe ventus in mari, cum eſſet fluctus: nec vtiq; cor eius vulneratum eſſe qui perit. ac ſimiliter ſatum fuiſſe poteſt, vbi non fuit meſſis: fuiſſe Romæ, qui fuit Athenis: nec fuiſſe ferro vulneratum, qui habet cicatricem. Alia ſunt ſigna non neceſſaria, quæ εἰκότα, Græci vocant: quæ etiam ſi ad tollendam dubitationem ſola non ſufficiunt, tamen adiuncta cæteris plurimum valent. Signum vocant (vt dixi) σημεῖον, quanquam id quidam indicium, quidam veſtigium nominauerunt, per quod alia res intelligitur, vt per ſanguinem cædes. At quia ſanguis vel ex hoſtia reſperſiſſe veſtem poteſt, vel è naribus profluxiſſe: non vtique qui veſtem cruentam habuerit, homicidium fecerit. Sed vt per ſe non ſufficit, ita cæteris adiunctum teſtimonii loco ducitur; ſi inimicus, ſi minatus ante, ſi eodem loco fuit: quibus ſignum cum acceſſit, efficit vt quæ ſuſpecta erant, certa videantur. Alioqui ſunt quædam ſigna vtrique parti communia, vt liuores, tumores. Nam videri poſſunt & veneficii, & cruditatis. Et vulnus in pectore, ſua manu, & aliena periſſe dicentibus, in quo eſt. Hæc perinde firma habentur, atque extrinſecus adiuuantur. Eorum autem quæ ſigna ſunt quidem, ſed non neceſſaria, genus Hermagoras putat, non eſſe virginem Atalantam, quia cum iuuenibus per ſyluas vagetur. Quod ſi receperimus, vereor ne omnia quæ ex facto ducuntur, ſigna faciamus. Eadem tamen ratione qua ſigna, tractantur. Nec mihi videntur Areopagitæ cum damnauerunt puerum coturnicum oculos eruentem, aliud iudicaſſe, quam id ſignum eſſe pernicioſiſſimæ mentis, multisque malo futuræ, ſi adoleuiſſet. Vnde Spurii, Melii,

Mar-

Marcique Manlii popularitas, ſignum affectati regni eſt exiſtimatum. Sed vereor ne longe nimium nos ducat hæc via. Nam ſi eſt ſignum adulteræ, lauari cum viris, erit & conuiuere cum adoleſcentibus, deinde etiam familiariter alicuius amicitia vti: vt fortaſſe corpus vulſum, fractum inceſſum, veſtem muliebrem, dixerit mollis & parum viri ſigna; ſicut (cum ſignum id proprie ſit, quod ex eo de quo quæritur, natum ſub oculos venit) vt ſanguis è cæde, ita illa ex impudicitia fluere videantur. Ea quoque, quæ quia plerunque obſeruata ſunt, vulgo ſigna creduntur, vt prognoſtica: De Argumentis. *Liu. lib. ab vrbe condi 4. & 5.*

——vento rubet aurea Phœbe: *Virgil. Georg. 1.*

Et cornix plena pluuiam vocat improba voce:

ſi cauſſas ex qualitate cœli trahunt, ſane ita appellentur. Nam ſi vento rubet Luna, ſignum venti eſt rubor. Et ſi, (vt idem Poeta colligit,) denſatus & laxatus aer facit vt ſit inde ille auium concentus, idem ſentiemus. Sunt autem ſigna etiam parua magnorum, vt hæc ipſa cornix. Nam maiora minorum eſſe nemo miratur. *Ibid.*

De Argumentis.

CAP. X.

ARGVMENTVM.

Poſt ſigna, Argumenta aggreditur, quorū nomine Enthymemata, Epicheremata, & Apodixes complectitur, quorum omnium varia ſignificata & diuerſas acceptiones apud Græcos eſſe oſtendit. ipſe vero quid per illa intelligi velit, explicat; nempe per enthymema rhetoricum ſyllogiſmum imperfectum, ex conſequentibus proprie vel repugnantibus. per epicherema ratiocinationem rhetoricam ſyllogiſmo affinem. per apodixin euidentem probationem demonſtrationibus aptam. per argumentum rationem probationem præſtantem, qua per aliud colligatur aliud, quo quod dubium erat, cōfirmetur. Quare in omni cauſſa cognoſcendum, aliqua habenda eſſe pro certis: vt deos eſſe, & pietatem præſtandam parentibus: & quæ ſenſibus percipiuntur, vt viſu & auditu. Alia credibilia, quorū tria ſint genera. Primū firmiſſimum, vt liberos à parentibus amari. Alterum propenſius: vt qui recte valeat, in craſtinū peruenturum. Tertium non repugnans, in domo furtum factū ab eo qui domi fuit. Quæ vt optime tractentur, vim naturamq; rerum omnium exploratiſſimam habere conueniat. ¶ Locos definit eſſe argumētorum ſedes. Cognitionis eorum commoda proponit: deinde diuidit in locos perſonarum & rerum, inter quos quaſi medios locos factorū ponit. Perſona-

rum, unde argumenta ſumantur; hos enumerat, à genere, natione, patria, ſexu, ætate, educatione, habitu, fortuna, conditione, natura animi, victu, ſtudiis, ante actis dictiſque, & nomine. His locos factorum ex cauſſis impulſtricibus ſubiungit, quæ in omnes tres ſtatus cadant: ſed bifariam diuiduntur. aut enim nos mouent propter bonorum adeptionem, incrementum, conſeruationem, & uſum: aut malorum euitationem, liberationem, imminutionem, conuerſionem. Et ex quibus praua facta ueniunt, qualis eſt ira, odium, inuidia, cupiditas, ſpes, ambitus, audacia, metus. Et fortuita, ut ebrietas, ignorantia; quæ aliquando ad ueniam, aliquando ad criminis probationem valeant. Item à loco, qui ad omnes tres ſtatus pertineat. Et à tempore, quorum aliud generale ſit: ut olim: aliud ſpeciale, ut æſtate, hieme; quæ etiam ad omnes ſtatus uim adferant. A caſu, à facultatibus, quæ in coniecturis maxime ſint intuenda. Ab inſtrumento & modo; id eſt, ut quicque ſit actum. ¶ Deinde rerum locos recenſet; & finitionem primum, cui genus, ſpeciem, proprium & differens ſubiicit; oſtenditque eam fieri ui ſua, etymologia quoque, & partium enumeratione. Et genus ad probandam ſpeciem nihil habere uirium, uerum ad refellendam ſatis: quia non ſequatur, ſi arbor ſit, platanum eſſe: ſed contra, quia platanus ſit, arborem. In ſpecie contraria omnia. Proprium definit eſſe, quod ſoli accidat, ut homini ſermo: & quod etiam non ſoli, ut igni calefacere, quibus finitio conſtituatur, cum differentibus contra ſoluatur. ¶ His diuiſionem ſubiungit, qua, ex Ciceronis ſententia, adiuuari finitionem credit: & quid à partitione differat, oſtendit. Ex diuiſione argumentum ex remotione naſci, qua modo totum efficitur falſum partes omnes negando, modo unum uerum, omnia præter unum negando: quo dilemmata quoque referantur. His reliqua ſubiungit, Ab initio ad ſummam, & contra. Ab incremento, à ſimilibus, à diſſimilibus, à contrariis, à repugnantibus: à conſequentibus, ab adiectis, quorum multa ſint ſpecies. Ex iis quæ ſub eandem rationem cadunt. Ab efficientibus & effectis, ſiue à cauſſis & euentis; à coniugatis, ex appoſitis ſeu comparatis, ut maiori, minori, pari: à quibus exempla uim ſuam trahant. Item, à fictione, quoties confeſſa deſunt. Poſtremo à circumſtantia, ex ipſo cauſſarum complexu, quæ cuiuſque cauſſæ propria; & cum nulla alia communia, quæ quomodo elici ex cauſſis debeant, exemplo luculento de Theſſalis & Thebanis ſubiecto demonſtrat. Vnde locorum cognitionem generalem & præceptorum artis mancam eſſe monet, niſi magna prudentia, quæ ſingularum cauſarum ſint propria cognoſcamus. quæ omnia ut non in omnem orationem cadant, ita debere cognita & perſpecta eſſe, ut ſtatim in [illegible]

prompta

 De Argumentis.

promptu ſint & occurrant quæ in quamque cauſſam incurrere debeant: quam velocitatem ſtudio exercitatam ita nobis parare debeamus, vt intentionem noſtram non magis remorentur, quam citharœdi manum ſonorum diuerſitas, aut ſcribentium articulos literæ ſyllabæue retardent.

NVnc de argumentis. Hoc enim nomine complectimur omnia quæ Græci ἐνθυμήματα, ἐπιχειρήματα, ἀποδείξεις vocant: quanquam apud illos eſt aliqua horum nominum differentia, etiam ſi vis eodem fere tendit. Nam enthymema (quod nos commentum ſane aut commentationem interpretamur, quia aliter non poſſumus, Græco melius vſuri) vnum intellectum habet, quo omnia mente concepta ſignificat; ſed nunc de eo non loquimur: alterum, quo ſententiam cum ratione: tertium, quo certam quandam argumenti concluſionem, vel ex conſequentibus, vel ex repugnantibus: quanquam de hoc parum conuenit. Sunt enim qui illud prius epicherema dicant: pluresque inuenias in ea opinione, vt id demum quo pugna conſtat, enthymema accipi velint. Et ideo illud Cornificius contrarium appellat: hinc alii rhetoricum ſyllogiſmum, alii imperfectum ſyllogiſmum vocauerunt; quia nec diſtinctis, nec totidem partibus concluderetur: quod ſane non vtique ab Oratore deſideratur, Epicherema Valgius* aggreſſionem vocat, Celſus autem* iudicat non noſtram adminiſtrationem, ſed ipſam rem quam aggredimur, id eſt, argumentum quo aliquid probaturi ſumus, etiam ſi nondum verbis explanatum, iam tamen mente conceptum, epicherema dici. Aliis autem iu- videtur non deſtinata, vel inchoata, ſed perfecta oratio hoc dició. nomen accipere vltima ſpecie. Ideoque propria eius appellatio, & maxime in vſu poſita, eſt, qua ſignificatur certa quædam ſententiæ comprehenſio, quæ ex tribus partibus conſtat. Quidam epicherema rationem appellarunt, Cicero melius, ratiocinationem: quanquam & ille nomen hoc duxiſſe magis à ſyllogiſmo videtur. Nam & ſtatum ſyllogiſticum, ratiocinatiuum appellat, exemplisque vtitur philoſophorum. Et quoniam eſt quædam inter ſyllogiſmum & epicherema vicinitas, poteſt videri hoc nomine recte abuſus. Ἀπόδειξις, eſt euidens probatio, ideoque apud Geometras γραμμικαὶ ἀποδείξεις dicuntur. Hanc & ab epicheremate differre Cæcilius putat ſolo genere concluſionis; & eſſe apodixin imperfectum epicherema, eadem cauſſa qua diximus enthymema à ſyllogiſmo di-

*al. Vernerius.

*al. Verius

*al. Celſi

In Rhetor. & alibi.

al. enthymema. ſtare. Nam & epichetema* ſyllogiſmi pars eſt. Quidam ineſſe epicheremati apodixin putant, & eſſe partem eius confirmantem. Vtrunque autem quanquam diuerſi autores, eodem modo finiunt, vt ſit ratio per ea quæ certa ſunt, fidem dubiis afferens. quæ natura eſt omnium argumentorum. NEQVE enim certa incertis declarantur. Hæc omnia generaliter πίστεις appellant: quod etſi propria interpretatione dicere fidem poſſumus, apertius tamen probationem interpretabimur.

Argumentum vt plura ſignificet. Sed argumentum quoque plura ſignificat. Nam & fabulæ ad actus ſcenarum compoſitæ, argumenta dicuntur: & orationum Ciceronis velut thema ipſe exponens Pedianus, *Argumentum*, inquit, *tale eſt*. & ipſe Cicero ad Brutum ita ſcribit, *Veritus fortaſſe ne nos in Catonem noſtrum transferamus illinc mali quid, etſi argumentum ſimile non erat.* Quo apparet omnem ad ſcribendum deſtinatam materiam ita appellari. nec mirum, cum id inter opifices quoque vulgatum ſit: vnde Virgilius *Argumentum ingens*: —vulgoque, paulo numeroſius opus, dicitur argumentoſum. *Æneid. 7. circ. fin.* Sed nunc de eo dicendum argumento eſt, quod probationem, indicium, fidem, aggreſſionem, eiuſdem rei nomina, Celſus facit, parum diſtincte, vt arbitror. Nam probatio & fides efficitur non tantum per hæc quæ ſunt rationis, ſed etiam per inartificialia. Signum autem, quod ille indicium vocat, ab argumentis iam ſeparaui. Ergo cum ſit argumentum, ratio probationem præſtans, qua colligitur aliud per aliud, & quæ quod eſt dubium, per id quod dubium non eſt, confirmat: neceſſe eſt eſſe aliquid in cauſſa, quod probatione non egeat. alioqui nihil erit quo probemus; niſi fuerit quod aut ſit verum, aut videatur, ex quo dubiis fides fiat. Pro certis autem habemus primum quæ ſenſibus percipiuntur, vt quæ videmus, audimus: qualia ſunt ſigna. Deinde ea in quæ communi opinione conſenſum eſt, Deos eſſe, præſtandam pietatem parentibus. Præterea, quæ legibus cauta ſunt; quæ perſuaſione; etiam ſi non omnium hominum, eius tamen ciuitatis aut gentis in qua res agitur, in mores recepta ſunt: vt pleraque in iure non legibus, ſed moribus conſtant. Si quid inter vtranq; partem conuenit, ſi quid probatum eſt: denique cuicunque aduerſarius non contradicit. Sic enim fiet argumentum. Cum prouidentia mundus regatur, adminiſtranda eſt reſpublica: vt adminiſtranda reſpublica ſit, ſi liquebit mundum prouidentia regi. Debet etiam nota eſſe recte argumenta tractaturo, vis & natura omnium rerum, & quid

De Argumentis.

& quid quæque earum plerunque efficiat, hinc enim ſunt quæ εἰκότα dicuntur. Credibilium autem genera ſunt tria. Vnum firmiſſimum, quod fere accidit, vt liberos à parentibus amari. Alterum velut propenſius, Eum qui recte valeat, in craſtinum peruenturum. Tertium tantum non repugnans, In domo furtum factum ab eo qui domi fuit. Ideoque Ariſtoteles in ſecundo de arte Rhetorica libro, diligentiſſime eſt executus quid cuique rei, & quid cuique homini ſoleat accidere: & quas res, quoſque homines, quibus rebus aut hominibus vel conciliaſſet, vel alienaſſet ipſa natura: vt diuitias qui ſequatur, aut ambitum, aut ſuperſtitionem: quid boni probent, quid mali petant, quid milites, quid ruſtici: quo quæque modo res vitari, vel appeti ſoleat. Verum hoc exequi mitto. Non enim longum tantum, ſed etiam impoſſibile, ac potius infinitum eſt: præterea poſitum in communi omnium intellectu. Si quis tamen deſiderauerit, à quo peteret, oſtendi. Omnia autem credibilia, in quibus pars maxima conſiſtit argumentationis, ex huiuſmodi fontibus fluunt, An credibile ſit à filio patrem occiſum, inceſtum cum filia commiſſum: & contra veneficium in nouerca, adulterium in luxurioſo. Illa quoque, An ſcelus palam factum, an falſum dixerit propter exiguam ſummam. quia ſuos quiſque horum velut mores habet, plerunque tamen, non ſemper: alioqui indubitata eſſent non argumenta. Excutiamus nunc argumentorum locos: quanquam quibuſdam ii quoque de quibus ſupra dixi, videntur. Locos appello, non vt vulgo nunc intelliguntur, in luxuriam, & adulterium, & ſimilia: ſed ſedes argumentorum, in quibus latent, ex quibus ſunt petenda. Nam vt in terra non omni generantur omnia, nec auem aut feram reperias, vbi quæque naſci aut morari ſoleat, ignarus: & piſcium quoque genera alia planis gaudent, alia ſaxoſis, regionibus etiam littoribúſque diſcreta ſunt, nec helopem noſtro mari, aut ſcarum ducas: ita non omne argumentum vndique venit. ideoque non paſſim quærendum eſt. Multus alioqui error eſt: & exhauſto labore, quod non ratione ſcrutabimur, non poterimus inuenire niſi caſu. At ſi ſcierimus vbi quicque naſcatur, cum ad locum ventum erit, facile quod in eo eſt, peruidebimus. In primis igitur argumenta ſæpe à perſona ducenda ſunt: cum ſit, vt dixi, diuiſio, vt omnia in hæc duo partiamur, res atque perſonas: vt cauſſa, tempus, locus, occaſio, inſtrumentum, modus, & cætera, rerum

Credibiliũ genera.

Horat. in arte poet.

rerum ſint accidentia. Perſonis autem non quicquid accidit, exequendum mihi eſt, vt plerique fecerunt, ſed vnde argumenta ſumi poſſunt. Ea porro ſunt, Genus: nam ſimiles parentibus ac maioribus ſuis filii plerunque creduntur: & nonnunquam ad honeſte turpiterque viuendum inde cauſſæ fluunt. Natio: nam & gentibus proprii mores ſunt: nec idem in Barbaro, Romano, Græco, probabile eſt. Patria: quia ſimiliter etiam ciuitatum leges, inſtituta, opiniones habent differentiam. Sexus: vt latrocinium facilius in viro, veneficium in fœmina credas. Ætas: quia aliud aliis annis magis conuenit. Educatio & diſciplina: quoniam refert à quibus, & quo quiſque modo ſit inſtitutus. Habitus corporis. ducitur enim frequenter in argumentum ſpecies libidinis, robur petulantiæ: his contraria in diuerſum. Fortuna: nec enim idem credibile eſt in diuite, ac paupere: propinquis, amicis, clientibus abundante, & his omnibus deſtituto. Conditionis etiam diſtantia eſt. nam clarus an obſcurus, magiſtratus an priuatus, pater an filius, ciuis an peregrinus, liber an ſeruus, maritus an cœlebs, parens liberorum an orbus ſit, plurimum diſtat. Animi natura: etenim auaritia, iracundia, miſericordia, crudelitas, ſeueritas, aliaque his ſimilia afferunt fidem frequenter, aut detrahunt: ſicut victus, luxurioſus, an frugi, an ſordidus, quæritur. Studia quoque: nam ruſticus, forenſis, negotiator, miles, nauigator, medicus, aliud atque aliud efficiunt. Intuendum & quid affectet quiſque, locuples videri an diſertus, iuſtus an potens. Spectantur ante acta dictaque. Ex Præteritis enim æ-

Commotio. ſtimari ſolent præſentia. His adiiciunt quidam Commotionem. hanc accipi volunt temporarium animi motum; ſicut iram, pauorem. Conſilia autem, & præſentis & præteriti & futuri temporis: quæ mihi etiamſi perſonis accidunt, referenda tamen ad illam partem argumentorum videntur, quam ex cauſſis ducimus: ſicut habitus quidam animi, quo tractatur amicus, an inimicus. Ponunt in perſona & nomen, quod quidem ei accidere neceſſe eſt, ſed in argumentum raro cadit: niſi cum aut ex cauſſa datum eſt, vt ſapiens, magnus, planus: aut & ipſum alicuius cogitationis attulit cauſſam, vt Lentulo coniurationis, quod libris Sibyllinis Aruſpicumque reſponſis dominatio dari tribus Corneliis dicebatur, ſeque eum tertium eſſe credebat poſt Syllam Cinnamque; quia & ipſe Cornelius

In Phœnicis. erat. Nam & illud apud Euripidem frigidum ſane, quod nomen Polynicis vt argumentum morum frater inceſſit. Iocorum

rum

 De Argumentis.

rum tamen ex eo frequens materia, qua Cicero in Verrem non ſemel vſus eſt. Hæc fere circa perſonas ſunt, aut his ſimilia. Nec enim complecti omnia vel hac in parte, vel in cæteris poſſumus, contenti rationem plura quæſituris oſtendere. Nunc ad res tranſeo, in quibus maxime ſunt perſonis iuncta quæ agimus: ideoque prima tractanda. In omnibus porro quæ fiunt, quæritur aut quare, aut vbi, aut quando, aut quomodo, aut per quæ facta ſunt. Ducuntur igitur argumenta ex cauſſis factorum, vel futurorum: quorum materiam, quam ὕλην alii, δυνάμειν alii nominauerunt, in duo genera, ſed quaternas vtriuſque diuidunt ſpecies. Nam fere verſatur ratio faciendi circa bonorum adeptionem, incrementum, conſeruationem, vſum: aut * malorum euitationem, liberationem, imminutionem, conuerſionem. nanque & hæc in deliberando plurimum valent. Sed has cauſſas habent recta: praua contra ex falſis opinionibus veniunt. Nam eſt his initium ex iis quæ creduntur bona aut mala, inde errores exiſtunt, & peſſimi affectus: in quibus ſunt ira, odium, inuidia, cupiditas, ſpes, ambitus, audacia, metus, cæteraque generis eiuſdem. Accedunt aliquando fortuita, ebrietas, ignorantia. Quæ interim ad veniam valent, interim ad probationem criminis: vt ſiquis dum alii inſidiatur, alium dicatur intere miſſe. Cauſſæ porro non ad conuincendum modo, quod obiicitur, ſed ad defendendum quoque excuti ſolent, cum quis ſe recte feciſſe, id eſt honeſta cauſa contendit, qua de re latius in tertio libro dictum eſt. Finitiones ex cauſſis interim pendent. An tyrannicida, qui tyrannum à quo deprehenſus in adulterio fuerat, occidit. An ſacrilegus, qui vt hoſtes vrbe expelleret, arma templo affixa detraxit. Ducuntur argumenta & ex loco. Spectatur enim ad fidem probationis montanus an planus, maritimus an mediterraneus, conſitus an incultus, frequens an deſertus, propinquus an remotus, opportunus conſiliis an aduerſus. Quam partem videmus vehementiſſime pro Milone tractaſſe Ciceronem. Et hæc quidem ac ſimilia ad coniecturam frequentius pertinent: ſed interim ad ius quoque, priuatus an publicus, ſacer an profanus, noſter an alienus: vt in perſona, magiſtratus, pater, peregrinus. Hinc enim quæſtiones oriuntur: Priuatam pecuniam ſuſtuliſti: verum quia de templo, non furtum, ſed ſacrilegium eſt. Occidiſti adulterum, quod lex permittit: ſed quia in lupanari, cædes eſt. Iniuriam feciſti; ſed quia magiſtratui, maieſtatis actio eſt. Vel contra, Licuit, quia patet

* *In Manuſcript.* aut malorũ euitationem, & immiutionẽ. nanque & hæc, &c.

Cap. 6.

patet eram, quia magiſtratus. Sed circa facti controuerſiam argumenta præſtant circa iuris lites materiam quæſtionum Ad qualitatem quoque frequenter pertinet locus. Neque enim vbique idem aut licet, aut decorum eſt. Quinetiam in qua quicque ciuitate quæratur, intereſt. Moribus enim & legibus diſtant. Ad commendationem quoque & inuidiam valet. Nam & Aiax apud Ouidium, *Ante rates*, inquit, *agimus cauſam, & mecum confertur Vlyſſes.*

Meta.13.

Et Miloni inter cætera obiectum eſt. quod Clodius in monumentis ab eo maiorum ſuorum eſſet occiſus. Ad ſuadendi momenta idem valet; ſicut tempus, cuius tractatum ſubiungam. Eius autem (vt alio loco iam dixi) duplex ſignificatio eſt. Generaliter enim & ſpecialiter accipitur. Prius illud eſt, Nunc, olim, ſub Alexandro, cum apud Ilion pugnatum eſt. denique præteritum, inſtans, futurum. Hoc ſequens habet & conſtituta diſcrimina, æſtate, hyeme, noctu, interdiu: & fortuita, in peſtilentia, in bello, in conuiuio, Latinorum quidem ſatis ſignificari putauerũt, ſi illud generale, hoc ſpeciale vocarem. Quorum vtrorunq; ratio & in conſiliis quidem, & in illo demonſtratiuo genere verſatur: ſed in iudiciis frequẽtiſſima eſt. Nam & iuris quæſtiones facit, & qualitatem diſtinguit, & ad coniecturam plurimum confert: vt cum interim probationes inexpugnabiles afferat, quales ſunt ſi dicatur (vt ſupra poſui) ſignator, qui ante diem tabularum deceſſit: aut commiſiſſe aliquid vel cum infans eſſet, vel cum omnino natus nõ eſſet. præter id, quod omnia facile argumenta aut ex iis quæ ante rem facta ſunt, aut ex coniunctis rei, aut inſequentibus ducuntur. Ex antecedentibus, Mortem minatus es, noctu exiſti, proficiſcentem anteceſſiſti. Cauſſæ quoq; factorum, præteriti ſunt temporis. Sed tempus ſubtilius quidam quam neceſſe erat, diuiſerunt; vt eſſet iuncti, Sonus auditus eſt: adhærẽtis, Clamor ſublatus eſt: inſequentis illa, latuiſti, profugiſti, liuores & tumores apparuerunt. Iiſdem temporum gradibus defenſor vtetur ad detrahendam ei quod obiicitur, fidem. In his omnis factorum dictorumque ratio verſatur, ſed dupliciter. Nam fiunt quædam, quia aliud poſtea futurum eſt: quædam, quia aliud antea factum eſt: vt cum obiicitur reo lenocinii ſpecioſæ marito, quod adulterii damnatam quandam emerit: aut parricidii reo luxurioſo, quod dixerit patri, Non amplius me obiurgabis: Nam & ille non quia emit, leno eſt: ſed quia leno erat, emit. Nec hic quia ſic erat locutus occidit: ſed quia erat occiſurus

Sup. li. 3. c. 6.

Cap. 5. huius lib. vbi de tabulis actum eſt.

Argum. A caſu.

De Argumentis.

ſitus, ſic locutus eſt. Caſus autem, qui & ipſe præſtat argumẽtis locum, ſine dubio eſt ex inſequentibus, ſed quadam proprietate diſtinguitur: vt ſi dicam, Melior dux Scipio quam Anibal: vicit Annibalem. Bonus gubernator, nunquam fecit naufragium. Bonus agricola, magnos ſuſtulit fructus. Et contra, Sumptuoſus fuit, patrimonium exhauſit, turpiter vixit, vel, Omnibus inuiſus eſt. Intuendæ ſunt, præcipueq; in coniecturis, & facultates. Credibilius eſt enim occiſos à pluribus pauciores, à firmioribus imbecilliores, à vigilantibus dormientes, à præparatis inopinantes. Quorum contraria in diuerſum valent. Hæc & in deliberando intuemur, & in iudiciis ad duas res ſolemus referre, an voluerit quis an potuerit. nam & VOLVNTATEM ſpes facit. Hinc illa apud Ciceronem coniectura: Inſidiatus eſt Clodius Miloni, non Milo Clodio: Ille cum ſeruis robuſtis, hic cum mulierum comitatu: ille in equo, hic in rheda: ille expeditus, hic penula irretitus. Facultati autem licet inſtrumentum coniungere. Sunt enim in parte facultatis & copiæ. Sed ex inſtrumento aliquando etiam ſigna naſcuntur, vt ſpiculum in corpore inuentum. His adiicitur modus, quem τρόπον dicunt, quo quæritur, Quemadmodum quid ſit factum: id quod tum ad qualitatem ſcriptumque pertinet: vt ſi negemus adulterum veneno licuiſſe occidere, ſed ferro oportuiſſe. tum ad coniecturam quoque: vt ſi dicam bona mente factum, ideoque palam: mala, ideoque ex inſidiis, nocte, in ſolitudine. In rebus autem omnibus de quarum vi aut natura quæritur, quaſque etiam citra complexum perſonarum, cæterorumque ex quibus fit cauſſa, per ſe intueri poſſumus, tria ſine dubio ruiſus ſpectanda ſunt, An ſit, quid ſit, quale ſit. Sed quia ſunt quædam loci argumentorum his omnibus communes, diuidi hæc tria genera non poſſunt, idcoque locis potius, vt quoſque incurrent, ſubiicienda ſunt. Ducuntur igitur argumenta ex finitione, ſeu fine: nam vtroque modo traditur. Eius duplex ratio eſt. Aut enim ſimpliciter quæritur. Sitne hoc virtus, aut antecedente finitione. Quid ſit virtus, Id aut in vniuerſum verbis complectimur: vt, Rhetorice eſt bene dicendi ſcientia: aut per partes, vt, Rhetorice eſt recte inueniendi, & diſponendi, & eloquendi cum firma memoria, & cum dignitate actionis, ſcientia: Præterea finimus aut vi, ſicut ſuperiora: aut ἐτυμολογίᾳ, vt aſſiduum ab ære dando, & locupletem à locorum, pecunioſum à pecorum copia. Finitioni ſubiecta maxime videntur genus, ſpecies, differens,

A facultate quæ in coniecturis præcipue intuenda eſt.

Ab inſtrumento.

A modo.

An ſit, quid ſit, quale ſit.

Ex finitione.

Finitioni

ſubiecta differens, proprium. Ex his omnibus argumenta ducuntur.
quæ. Genus ad probandam ſpeciem minimum valet, plurimum ad
Cic. in To- refellendam. Itaque non quia eſt arbor, platanus eſt: at quod
picis. non eſt arbor, vtique platanus non eſt. Nec quod non eſt vir-
Genus. tus, vtique non poteſt eſſe iuſtitia. Itaque à genere perueni-
endum eſt ad vltimam ſpeciem: vt Homo eſt animal, non eſt
ſatis: id enim genus eſt: mortale, etiam ſi eſt ſpecies, cum aliis
tamen communis finitio: rationale, nihil ſupererit ad de-
Species. monſtrandum quod velis. Contra ſpecies firmam probatio-
nem habet generis, infirmam refutationem. Nam Quod iu-
ſtitia eſt, vtique virtus eſt: quod non eſt iuſtitia, poteſt eſſe vir-
tus, ſi eſt fortitudo, conſtantia, continentia. Nunquam itaque
tolletur à ſpecie genus, niſi vt omnes ſpecies quæ ſunt generi
ſubiectæ, remoueantur: hoc modo. Quod neque immortale
eſt, neque mortale, animal non eſt. His adiiciunt propria, &
differentia. Propriis confirmatur finitio, differentibus ſolui-
Proprium. tur. Proprium autem eſt, aut quod ſoli accidit, vt homini ſer-
mo, riſus: aut quod vtique accidit, ſed non ſoli, vt igni calefa-
cere. Et ſunt eiuſdem rei plura propria, vt ipſius ignis lucere,
calere. Itaque quodcunque proprium deerit, ſoluet finitio-
nem: non vtique quodcunque erit, confirmabit. Sæpiſſime au-
tem quid ſit proprium cuiuſque, quæritur: vt ſi per ἐτυμολογίαν
Differens. dicatur, Tyrannicidæ proprium eſt tyrannum occidere, ne-
gemus: non enim ſi traditum ſibi eum carnifex occiderit, ty-
rannicida vocetur: nec ſi imprudens, vel inuitus. Quod au-
tem proprium non erit, differens erit, vt aliud eſt ſeruum eſſe,
aliud ſeruire: qualis eſſe in addictis quæſtio ſolet, Qui ſeruus
eſt, ſi manumittatur, fit libertinus, non idem addictus: & plu-
Lib. 7. c. 3. ra, de quibus alio loco. Illud quoque differens vocant, quum
** In Topi.* genere in ſpecies diducto, ſpecies ipſa diſcernitur. Animal, ge-
ad Treba. nus: mortale, ſpecies: terrenum vel bipes, differens. Nondum
** De hoc le-* enim proprium eſt; ſed iam differt à marino vel quadrupede.
gato vid. Quod non tam ad argumentum pertinet, quam ad diligen-
Vlp. l. cum tem finitionis comprehenſionem Cicero * genus & ſpeciem,
aliorũ. 19. quam eandem formam vocat, à finitione diducit, & iis quæ ad
ff. de auro aliquid ſunt, ſubiicit; vt ſi is cui argentum omne legatum * eſt,
& argen. petat ſignatum quoque; vtatur genere: at ſiquis cum legatum
leg. & Cu- ſit ei, quæ viro materfamilias * eſſet, neget deberi, ei quæ in
iac. obſer. manum non conuenerit, ſpecie: quoniam duæ formæ ſunt ma-
6. c. 31. trimoniorum. Diuiſione autem adiuuari finitionem docet,
** Doctores* eamque differre à partitione quod hæc ſit totius in partes, illa

generum

generis in formas. Partes incertas eſſe, vt quibus conſtet reſpublica: formas certas, vt quot ſint ſpecies * rerumpublicarum, quas tres accipimus; quæ populi, quæ paucorum, quæ vnius poteſtate regerentur. Et ille quidem non his exemplis vtitur, quia ſcribens ad Trebatium, ex iure ea ducere maluit: ego apertiora poſui. Propria vero ad coniecturæ quoque pertinent partem: vt quia proprium eſt boni recte facere: iracundi verbis excandeſcere. An contra quædam in quibuſdam vtique non ſunt, & ratio quamuis ex diuerſo, eadem eſt. * Diuiſio & ad probandum ſimili via valet, & ad refellendum. Probanti interim ſatis eſt vnum habere; hoc modo, Vt ſit ciuis quis aut natus ſit oportet, aut factus. Neganti, vtrunque tollendum eſt, nec natus nec factus eſt. Fit hoc & multiplex, idque eſt argumentorum genus ex remotione, quo modo efficitur totũ falſum, modo id quod relinquitur, verum. Totum falſum eſt hoc modo, Pecuniam te credidiſſe dicis: aut habuiſti ipſe, aut ab aliquo accepiſti, aut inueniſti, aut ſurripuiſti. Si neque domi habuiſti, neque ab aliquo accepiſti; nec * cætera; non credidiſti. Reliquum fit verum ſic, Hic ſeruus, quem tibi vendicas, aut verna tuus eſt, aut emptus, aut donatus, aut teſtamento relictus, aut ex hoſte captus, aut alienus. deinde remotis prioribus, ſupererit alienus. Periculoſum, & cum cura intuendum genus: quia ſi in proponendo vnum quodlibet omiſerimus, cum riſu quoque tota res ſoluitur. Tutius quod Cicero pro Cecinna facit, cum interrogat, Si hæc actio non ſit, quæ ſit? Simul enim remouentur omnia. Vel cum duo ponentur inter ſe contraria, quorum tenuiſſe vtrumlibet ſufficiat: quale Ciceronis eſt, Vnum quidem certe, nemo erit tam iniquus Cluentio, qui mihi non concedat, ſi conſtet corruptum illud eſſe iudicium, aut ab Habito, aut ab Oppianico eſſe corruptum. ſi doceo non ab Habito, vinco ab Oppianico. ſi oſtendo ab Oppianico, purgo Habitum. Fit etiam ex duobus: quorum neceſſaria eſt alterutrum eligendi aduerſario poteſtas, efficiturque vt vtrum elegerit, noceat. Facit hoc Cicero pro Oppio, Vtrum eum Cottam appetiſſet, aut cum ipſe ſeſe conaretur occidere telum ei è manibus ereptum eſt? Et pro Vareno, Optio vobis datur, vtrum velitis caſu illo itinere Varenum vſum eſſe, an huius perſuaſu & inductu. Deinde vtraque facit accuſatori contraria. Interim duo ita proponuntur, vt vtrumlibet electum, idem efficiat: quale eſt, Philoſophandum eſt, etiamſi non eſt philoſophandum.

De Argumentis.

iuris in l. pronuntiatio. § familia. ff de verb. ſign. & Gell. 18. c. 6.

* *Democratia Oligarchia & Monarchia. de quibus plura Sto. ſer. 41.*

In Topic.

* *al. &*

Aſcon. Pedianus in diuin. Ciceron. & Gell lib. 5. cap. 15.

dum. Et illud vulgatum, Quo ſchema, ſi intelligitur? quo, ſi n intelligitur? Et, Mentietur in tormentis, qui dolorem pati poteſt: mentietur, qui non poteſt. Vt ſunt autem tria tempora, ordo rerum tribus momentis conſertus eſt. habent enim omnia initium, incrementum, ſummam: vt iurgium, deinde cædes. Eſt ergo hic quoq; argumentorum locus inuicem probantium. Nam & ex initiis ſumma colligitur: quale eſt, Non poſſum togam prætextam ſperare, cum exordium pullum videam: & contra, Non dominationis cauſſa Syllam arma ſumpſiſſe, argumentum eſt dictatura depoſita. Similiter & ex incremento in vtranque partem ducitur ratio, cum in con... ra tum etiam in tractatu æquitatis, an ad initium ſumma referenda ſit: id eſt, an ei cædes imputanda ſit a quo iurgium cœpit. Eſt argumentorum locus ex ſimilibus, Si continentia virtus, vtique & abſtinentia. Si fidem debet tutor, & procurator. Hoc eſt ex eo genere, quod ἐπαγωγὴν Græci vocant, Cicero Inductionem. Ex diſſimilibus, Non ſi lætitia bonum, & voluptas. Non quod mulieri, idem pupillo. Ex contrariis, Frugalitas bonum, luxuria enim malum. Si Malorum cauſſa bellum eſt, erit emendatio pax. Si veniam meretur qui imprudens nocuit, non meretur præmium qui imprudens * profuit. Expugnantibus, Qui eſt ſapiens, ſtultus non eſt. Ex conſequentibus, ſiue adiunctis, Si eſt bonum iuſtitia, recte iudicandum. Si malum perfidia, non eſt fallendum. Idem retro. Nec ſunt his diſſimilia, ideoque huic loco ſubiicienda, cum & ipſa naturaliter congruant: Quod quis non habuit, non perdidit. Quem quis amat, ſciens non lædit. Quem quis hæredem ſuum eſſe voluit, charum habuit, habet, habebit. Sed cum ſint indubitata, vim habent pene ſignorum immutabilium. Sed hæc conſequentia dico ἀκόλουθα. eſt enim conſequens ſapientiæ bonitas. illa ſequentia ἐπακολουθοῦντα, quæ poſtea facta ſunt, aut futura. Nec ſum de nominibus anxius, vocet enim vt voluerit quiſq; dum vis rerum ipſa manifeſta ſit: appareatque, hoc temporis, illud eſſe naturæ. Itaque non dubito hæc quoque conſequentia, quamuis ex prioribus dent argumentum ad ea que ſequuntur. Quorum quidam duas ſpecies eſſe voluerunt: actionis, vt pro Oppio. Quod educere inuitos in prouinciam non potuit eos inuitos retinere qui potuit? Temporis, in Verrem, Si finem Prætoris edicto afferunt Calendæ Ianuarii, cur non initium quoque edicti naſcatur à Calendis Ianuarii? Quod vtrunque exemplum tale eſt, vt idem in diuerſum, ſi re-

* al. prudens.

Conſequentia & Sequentia.

De Argumentis.

ſi retroagas valeat. Conſequens enim eſt, eos qui inuiti duci non potuerint, inuitos non potuiſſe retineri. Illa quoque quæ ex rebus mutuam confirmationem præſtantibus ducuntur, quæ proprii generis videri quidam volunt, & vocant ἐκ τῶν πρὸς ἄλληλα, Cicero ex rebus ſub eandem rationem venientibus fortiter conſequentibus iunxerim: Si portorium Rhodiis locare honeſtum eſt, & Hermacreonti conducere, &, Quod diſcere honeſtum, & docere. Vnde illa, non hac ratione dicta, ſed efficiens idem Domitii Afri ſententia eſt pulchra, *Ego accuſaui, vos damnaſtis.* Eſt inuicem conſequens, & quod ex diuerſis idem oſtendit: vt qui mundum naſci dicit, per hoc ipſum & deficere ſignificet, quia deficit omne quod naſcitur. Simillima eſt his argumentatio, qua colligi ſolent ex iis quæ faciunt, ea quæ efficiuntur, aut contra: quod genus à cauſſis vocant. Hæc interim neceſſario fiunt, interim plerunque ſed non neceſſario. Nam corpus in lumine vtique vmbram facit, & vmbra vbicunque eſt, ibi eſſe corpus oſtendit. Alia ſunt, vt dixi, non neceſſaria, vel vtrinque, vel ex altera parte. Sol colorat: non vtique qui eſt coloratus, à ſole eſt. Iter puluerulentum facit: ſed nec omne iter puluerem mouet: nec quiſquis eſt puluerulentus, ex itinere eſt. Quæ vtique * talia faciunt, talia ſunt. Si ſapientia bonum virum facit, bonus vir eſt vtique ſapiens. Ideoque boni eſt honeſte facere: mali, turpiter: & qui honeſte faciunt, boni: qui turpiter, mali recte iudicantur. Ad hoc, exercitatio plerunque robuſtum corpus facit: ſed non quiſquis eſt robuſtus, exercitatus: nec quiſquis exercitatus, robuſtus eſt. Nec quia fortitudo præſtat ne mortem timeamus, quiſquis mortem non timuerit, vir fortis erit exiſtimandus. Nec ſi capitis dolorem facit, inutilis hominibus Sol eſt. Et hæc ad hortatiuum maxime genus pertinent. Virtus facit laudē, ſequenda igitur: at voluptas infamiam, fugienda igitur. Recte autem monemur, cauſſas non vtique ab vltimo eſſe repetendas: vt Medea, *Vtinam ne in nemore Pelio*. Quaſi vero id eam fecerit miſeram aut nocentem, quod illic ceciderit. *Abiegna ad terram trabes.* Et Philoctera Paridi, *Si * imperaſſes tibi, ego nunc non eſſem miſer.* Quo modo peruenire quo libet, retro cauſſas legentibus licet. His illud adiicere ridiculū putarem, niſi eo Cicero vteretur, quod Coniugatum vocant: vt, Eos qui rem iuſtam faciant, iuſte facere. quod certe non eget probatione. Quod compaſcuum eſt, compaſcere licere. Quidam hæc quæ vel ex cauſſis, vel

Lib. de Inuentione.

* *al.* quæ vtique ſiunt, talia ſunt.

Ennius in Medea.

Accius.

* *al.* Si par tibi eſſes, non ego nunc eſſem miſ.

ex

Vid. Rodolphum Agricol. li. 1. c. 10.

ex efficientibus diximus, alieno nomine vocant ἐκβάσεις, id eſt exitus. Nam nec hic aliud tractatur, quam quid ex quoque eueniat. Appoſita vel comparatiua dicuntur, quæ minora ex maioribus, maiora ex minoribus; paria ex paribus confirmantur. Coniectura ex maiore, Si quis ſacrilegium facit, faciet & furtum. Ex minore, Qui facile ac palam mentitur, peierabit. Ex pari, Qui ob rem iudicandam pecuniam accepit, & ob dicendum falſum teſtimonium accipiet. Iuris confirmatio eſt eiuſmodi, Ex maiore, Si adulterum occidere licet, & loris cædere. Ex minore, Si furem nocturnum occidere licet, quid latronem? Ex pari, Quæ pœna aduerſus interfectorem patris iuſta eſt, eadem aduerſus matris. Quorum omnium tractatus verſatur in ſyllogiſmis. Illa magis finitionibus aut qualitatibus proſunt, Si robur corporibus bonum non eſt, minus ſanitas. Si furtum ſcelus, magis ſacrilegium. Si abſtinentia virtus, & continentia. Si mundus prouidentia regitur, adminiſtranda eſt reſpublica. Si domus ædificari ſine ratione non poteſt, quid agendum in naualium cura, & armorum? Ac mihi quidem ſufficeret hoc genus, ſed in ſpecies ſecatur. Nam & ex pluribus ad vnum, & ex vno ad plura, (vnde eſt, Quod ſemel; & ſæpius;) & ex parte ad totum, & ex genere ad ſpeciem; & ex eo quod continet, ad id quod continetur, & ex difficilioribus ad faciliora, & ex longe poſitis ad propiora, & ad omnia quæ contra hæc * ſunt, eadem ratione argumenta ducuntur. Sunt enim & hæc maiora & minora, aut certe vim ſimilem obtinent: quę ſi perſequamur, nullus erit ea concidendi modus. Infinita eſt enim rerum comparatio, iucundiora, grauiora, magis neceſſaria, honeſtiora, vtiliora. Sed mittamus plura, ne in eam ipſam quam vito loquacitatem incidam. Exemplorum quoque ad hæc infinitus eſt numerus; ſed pauciſſima attingam. Ex maiore, pro Cecinna, Quod exercitus armatos mouet, id aduocationem rogatorũ non videbitur mouiſſe? Ex faciliore, in Clodium & Curionem: Ac vide an facile fieri tu potueris, cum is factus non ſit, cui tu conceſſiſti. Ex difficiliore, Vide quæſo, Tubero, vt qui de meo facto non dubitem, de Ligarii audeam confiteri. Et ibi, An ſperandi Ligario cauſſa non ſit, cum mihi apud te locus ſit etiam pro altero deprecandi? Ex minore pro Cecinna? Itane vero ſcire eſſe armatos ſat eſt, vt vim factam probes, in manus eorum incidere non eſt ſatis? Ergo vt breuiter contraham ſummam, ducuntur argumenta à perſonis, cauſ-

* *Al.* contra ſunt.

ſis, lo-

ſis, locis, tempore (cuius tres partes diximus, præcedens, coniunctum, inſequens) facultatibus, (quibus inſtrumentum ſubiecimus:) modo (id eſt vt quicque ſit factum) finitione, genere, ſpecie, differentibus, propriis, remotione, diuiſione, initio, incrementis, ſumma, ſimilibus, diſſimilibus, pugnantibus: conſequentibus, efficientibus, effectis, euentis, iugatis, comparatione, quæ in plureis diducitur ſpecies. Illud adiiciendum videtur, duci argumenta non à confeſſis tantum, ſed etiam à fictione, quod Græci κατ' ὑπόθεσιν vocant. Et quidem ex omnibus iiſdem locis quibus ſuperiora; quia totidem ſpecies eſſe poſſunt fictæ, quot veræ. Nam fingere hoc loco eſt proponere aliquid, quod ſi verũ ſit, aut ſoluat quæſtionem, aut adiuuet: deinde id de quo quæritur, facere illi ſimile. Id quo facilius accipiant iuuenes nondum ſcholam egreſſi, primo familiaribus magiſque vſitatis exemplis oſtendam. Lex eſt, Qui parentes non aluerit vinciatur. Non alit quis, & vincula, nihilominus recuſat. Vtitur fictione, ſi miles, ſi infans ſit, ſi reipublicæ cauſſa abſit. Et illa contra optionem fortium, ſi tyrannidem petat, ſi templorum euerſionem. Plurimumque ea res virium habet contra ſcriptum. Vtitur his Cicero pro Cecinna, Vnde tu, aut familia, aut procurator tuus. Si me villicus tuus ſolus deieciſſet: non familia deieciſſet, vt opinor, ſed aliquis de familia. Si vero ne * habeas quidem ſeruum præter eum qui me deiecerit, & alia in eodem libro plurima. Verum eadem fictio valet & ad qualitates, Si Catilina cum ſuo conſilio nefariorum hominum, quos ſecum eduxit, hac de re poſſet iudicare, condemnaret L. Muræнam. Et ad amplificationem, Si hoc tibi inter cœnam in illis immanibus poculis tuis accidiſſet. Sic, & Si reſp. vocem haberet. Has fere ſedes accepimus probationum in vniuerſum: quas neque generatim tradere ſat eſt, cum ex qualibet earum innumerabilis argumentorum copia oriatur; neque per ſingulas ſpecies exequi patitur natura rerum, quod qui ſunt facere conati, duo pariter ſubierunt incommoda, vt & nimium dicerent, nec tamen totum. Vnde plurimi cum in hos inexplicabiles laqueos inciderunt, omnem etiam quem ex ingenio ſuo potuerant habere conatum, velut adſtricti certis legum vinculis perdiderunt: & magiſtrum reſpicientes, naturam ducem ſequi deſierunt. Nam vt per ſe non ſufficit ſcire omnes probationes, aut à perſonis, aut à rebus peti; quia vtrunque in plura diuiditur: ita ex antecedentibus &

Al. non

Ci. pro *Murena*

Philip. 2.

iunctis & inſequentibus trahenda eſſe argumenta qui acceperit, protinus in hoc ſit inſtructus, vt quid in quaque cauſſa dicendum ſit ex his ſciat: præſertim cum plurimæ probationes in ipſo cauſſarum complexu reperiantur, ita vt ſint cum alia lite nulla communes, eæque ſint & potentiſſimæ, & minime obuiæ, quia communibus ex præceptis propria inuenienda ſunt. Hoc genus argumentorum ſane dicamus ex circunſtantia, quia περίστασιν dicere aliter non poſſumus: vel ex iis quæ cuiuſque cauſſæ propria ſunt: vt in illo adultero ſacerdote, qui lege qua vnius ſeruandi poteſtatem habebat, ſe ipſe ſeruare voluit, proprium eſt controuerſiæ dicere. Non vnum nocentem ſeruabis, quia te dimiſſo adulteram occidere non licebit. Hoc enim argumentum lex facit, quæ prohibet adulteram ſine adultero occidi. Et illa, in qua lex eſt, vt argentarii dimidium ex eo quod debebant, ſoluerent: creditum ſuum totum exigerent. Argentarius ab argentario ſolidum petit. Proprium ex materia eſt argumentum creditoris; idcirco adiectum eſſe in lege, vt argentarius totum exigeret. Aduerſus alios enim non opus fuiſſe lege: cum omnes præterquam ab argentariis totum exigendi ius haberent. Cum multa autem nouantur in omni genere materiæ, tum præcipue in iis quæſtionibus quæ ſcripto conſtant, quia vocum eſt in ſingulis ambiguitas frequens, adhuc in coniunctis magis. Et hæc ipſa p'urium legum aliorumve ſcriptorum, vel congruentium, vel repugnantium complexu varientur neceſſe eſt: cum res rei aut ius iuris quaſi ſignum eſt: Non debui tibi pecuniam, nunquam me appellaſti. Vſuram non accepiſti, vltro à me mutuatus es. Lex eſt, Qui patri proditionis reo non affuerit, exhæres ſit: Negat niſi pater abſolutus ſit. Quid ſigni? Lex altera Proditionis damnatus, cum aduocato exulet. Cicero pro Cluentio Publium Popilium & Tiberium Guttam dicit non iudicii corrupti, ſed ambitus eſſe damnatos. Quid ſigni? quod accuſatores eorum, qui erant ipſi ambitus damnati, è lege ſint poſt hanc victoriam reſtituti.

Nec minus in hoc curæ debet adhiberi, quid proponendum, quam quomodo ſit quod propoſueris, probandum. Hic omnino vis inuentionis ſi non maior, certe prior. Nam vt tela ſuperuacua ſunt neſcienti quid petat: ſic argumenta, niſi præuideris cui rei adhibenda ſint. Hoc eſt quod comprehendi arte non poſſit. Ideoque cum plures eadem didicerint, generibus quidem argumentorum ſimilibus vtentur: alius tamen alio

 De Argumentis.

ſio plura quibus vtatur, inueniet. Sit exempli gratia propoſita controuerſia, quæ minime communes cum aliis quæſtiones habet: Cum Thebas euertiſſet Alexander, inuenit tabulas quibus centum talenta mutua Theſſalis dediſſe Thebanos continebatur. Has, quia erat vſus commilitio Theſſalorum, donauit his vltro. poſtea reſtituti à Caſſandro Thebani repoſcunt Theſſalos. Apud Amphictyonas agitur. Centum talenta & credidiſſe eos conſtat, & non recepiſſe. Lis omnis, ex eo quod Alexander ea Theſſalis donaſſe dicitur, pendet. Conſtat illud quoque, non eſſe his ab Alexandro pecuniam datam. Quæritur ergo, An perinde ſit quod datum eſt, ac ſi pecuniam dederit. Quid prodetunt argumentorum loci, niſi hæc prius videro, nihil eum egiſſe donando non potuiſſe donare, non donaſſe? Et prima quidem actio facilis ac fauorabilis, repetentium iure, quod vi ſit ablatum: ſed hinc aſpera & vehemens quæſtio exoritur ex iure belli, dicentibus Theſſalis, hoc, regna, populos, fines gentium atque vrbium contineri. Inueniendum contra eſt, quo diſtet hæc cauſſa à cæteris, quæ in poteſtatem victoris venirent: nec circa probationem res hæret, ſed circa propoſitionem. Dicamus in primis in eo quod in iudicium deduci poteſt, nihil valere ius belli; nec armis erepta, niſi armis poſſe retineri. Itaque vbi illa valeant, non eſſe iudicem: vbi iudex ſit, illa nihil valere. Hoc inueniendum eſt, vt adhiberi poſſit argumentum. Ideo captiuos, ſi in patriam ſuam redierint, liberos eſſe, quia bello parta, non niſi eadem vi poſſideantur. Proprium eſt & illud cauſſæ, quod Amphictyones iudicant: vt alia apud Centumuiros, alia apud priuatum iudicem in iiſdem quæſtionibus ratio ſit. Tum ſecundo gradu non potuiſſe donari à victore ius; quia id demum ſit eius, quod ipſe teneat: ius, quod ſit incorporale, apprehendi manu non poſſe. Hoc reperire difficilius, quam cum inueneris, argumentis adiuuare: vt alia ſit conditio hæredis, alia victoris: quia ad illum ius, ad hunc res tranſeat. Proprium deinde materiæ, ius publici crediti tranſire ad victorem non potuiſſe; quia quod populus crediderit, omnibus debeatur, & quandiu quilibet vnus ſuperfuerit, eſſe eum totius ſummæ creditorem: Thebanos autem non omnes in Alexandri manu fuiſſe. Hoc non extrinſecus probatur, quæ vis eſt argumenti, ſed ipſum per ſe valet. Tertii loci pars prior magis vulgaris, non in tabulis eſſe ius: itaque multis argumentis defendi poteſt. Mens quoque Alexandri duci de-

ber in dubium, honorarit eos, an deceperit. Illud iam rurſus materiæ proprium, & velut nouæ controuerſiæ, quod reſtitutione recepiſſe ius, etiam ſiquod amiſerint, Thebani videntur. Hic & quid Caſſander velit, quæritur: ſed vel potentiſſima apud Amphictyonas æqui tractatio eſt. Hæc non idcirco dico, quod inutilem horum locorum, ex quibus argumenta ducuntur cognitionẽ putem. alioqui nec tradidiſſem: ſed ne, ſiqui cognouerint iſta, ſi cætera negligant, perfectos ſe protinus atque conſummatos putent: & niſi in cæteris quæ mox præcipienda ſunt, elaborauerint, mutam quandam ſcientiam cõſecutos intelligant. Nec enim artibus editis factum eſt vt argumẽta inueniremus: ſed dicta ſunt omnia antequam præciperentur: mox ea Scriptores obſeruata & collecta ediderunt. Cuius rei probatio eſt, quod exemplis eorum veteribus vtuntur, & ab oratoribus illa repetunt: ipſi nullũ nouum, & quod dictum non ſit, inueniunt. Artifices ergo illi, qui dixerunt: ſed habenda iis quoque gratia eſt, per quos labor nobis detractus eſt. Nam QVÆ priores beneficio ingenii ſingula inuenerunt, nobis & non ſunt requirenda, & nota omnia.

μελέτη πάντα δύναται

Exercitatio omnia poteſt.

Sed NON magis hoc ſat eſt, quam palæſtram didiciſſe; niſi corpus exercitatione, continentia, cibis ante omnia natura iuuetur: ſicut contra ne illa quidem ſatis ſine arte profuerint. Illud quoque ſtudioſi eloquentiæ cogitent, neque omnibus in cauſſis ea quæ demonſtrauimus, cuncta poſſe reperiri: neque cum propoſita fuerit materia dicendi ſcrutanda ſingula, & velut oſtiatim pulſanda; vt ſciant, an ad probandum id quod intendimus, forte reſpondeant; niſi cum diſcunt, & adhuc vſu carent. Infinitam enim faciet ipſa res dicendi tarditatem, ſi ſemper neceſſe ſit vt tentantes vnumquodque eorum, quod ſit aptum atque conueniens, experiendo noſcamus: neſcio an etiam impedimento futura ſint, niſi & animi quædam ingenita natura, & ſtudio exercitata velocitas, recta nos ad ea quæ conueniunt cauſſæ, ferant. Nam VT cantus vocis plurimum iuuat ſociata neruorum cõcordia, ſi tamen tardior manus, niſi inſpectis demenſiſque ſingulis quibus quæque vox fidibus iungenda ſit, dubitet, potius fuerit eſſe contentum eo quod ſimplex canendi natura tulerit: Ita huiuſmodi præceptis debet quidem apta eſſe, & citharæ modo intenta ratio doctrinæ: ſed hoc exercitatione multa conſequendum. vt quemadmodum illorum artificum, etiam ſi alio ſpectent; manus tamen ipſa conſuetudine ad graues, acutos, medioſque horum

ſonos

 De Exemplis.

ſonos fertur: Sic oratoris cogitationem nihil moretur hæc varietas argumentorum & copia; ſed quaſi offerat ſe, & occurrat. & VT literæ ſyllabæque ſcribentium cogitationem non exigunt; ſic rationes ſponte quadam ſequantur.

De Exemplis.

CAP. XI.

ARGVMENTVM.

Ad exempla, tertium huius diuiſionis membrum, accedit, quæ Græci Paradigmata vocant. quo nomine omnia ſimilia quoq; complectuntur: quod & ſe facturum hoc capite promittit: quamuis Latinos ſciat, exemplum rerum geſtarum, autoritatem, & ſimile, quod Græci dicunt parabolã, vocare maluiſſe. ¶ *His adiungit, quæ extrinſecus in cauſſam adhibentur vulgo recepta & perſuaſione populari, autoritateſve, vt ſi quid ita diis reſponſum, viſum gentibus, populis, ſapientibus viris, claris ciuibus, illuſtribus poetis; non quidem cauſſis accommodata, aut earum propria: nam ſic ſub teſtimonia quæ inartificialia ſunt, caderent: ſed liberis odio & gratia mentibus tantum dicta factaque; quia aut honeſtiſſima, aut veriſſima videbantur, quæ aliunde accerſita, per ſe nihil valeant, niſi ad aliquam præſentis diſceptationis vtilitatem ingenio applicentur.* ¶ *Quid ſit Inductio Socratica, & quomodo à ratiocinatione differat, exponit: nempe vt in argumẽtatione concludatur, quod in inductione interrogetur. Omnia ex hoc loco ducta, aut ſimilia eſſe, aut diſſimilia, aut contraria, aut ex maiori, aut ex minori, aut pari oſtendit.* ¶ *Exemplum definit, aut rei geſtæ, aut tanquam geſtæ vtilem ad perſuadendum id quod intenderis, commemorationem. Intuendum eſſe an totum ſimile ſit, an ex parte: vt ex eo aut omnia ſumamus, aut quæ erunt vtilia. Exempla quædam tota aliquãdo cõmemorari, quædam ſtrictim attingi. Faboloſorum exemplorum, Æſopicorum apologorum, & prouerbiorum eandem rationem eſſe; maxime ſi veris ſubiungantur; & plurimum poſſe præſertim in animis ſimplicium, & imperitorum.* ¶ *Similitudinẽ & eius ſpecies exequitur, parabolam, analogiam, & imaginem: quas etiam definitione explicat. Et imaginis quidem quam iconaGræci vocant, rariorem vſum, formarum aliarum frequentiorem eſſe commonet, quæ in controuerſiis maxime ſint efficaces: ſi ex iure ciuili petantur. Exempla profert ex Ciceronis Topicis, quibus facile occurri poſſit argumentatione ex diſſimilibus ſumpta. Quare adhibendum magna cura iudicium, ne fallaces ſimilitudines nos pro veris & germanis decipere poſſint.*

 Ter-

TErtium genus ex iis quæ extrinſecus adducuntur in cauſſam, Græci vocant παράδειγμα, quo nomine & generaliter vſi ſunt in omni ſimilium appoſitione, & ſpecialiter in iis quæ rerum geſtarum autoritate nituntur. Noſtri fere ſimilitudinẽ vocare maluerunt, quod ab illis παραβολὴ dicitur: hoc alterum, exemplum: quanquam & hoc ſimile eſt: & illud, exemplum. Nos quo facilius propoſitum explicemus, vtrunque παράδειγμα eſſe credamus, & ipſi appellemus exemplum. Ne vereor, ne videar repugnare Ciceroni, qui Collationem

De Inuent. I. ſeparat ab Exemplo. Nam idem omnem argumentationem diuidit in duas partes, Inductionem, & Rationem, vt plerique Græcorum in παραδείγματα & ἐπιχειρήματα: dixeruntq; παράδειγμα ῥητορικὴν ἐπαγωγήν. Nam illa qua plurimũ Socrates eſt vſus hanc habuit viam, vt cum plura interrogaſſet quæ fateri aduerſario neceſſe eſſet, nouiſſime id de quo quærebatur, inferret, cui ſimile conceſſiſſet. Id eſt inductio. Hoc in oratio-

al. ratiocinatio-. ne * fieri non poteſt: ſed quod illic interrogatur, hic fere ſumitur. Sit igitur illa interrogatio talis, Quod eſt pomum generoſiſſimum? nonne quod optimum? concederetur. Quid equus, quis generoſiſſimus? nonne qui optimus? & plura in eundem modum. Deinde, cuius rei gratia rogatum eſt; Quid homo? nonne is generoſiſſimus, qui optimus? fatendum erit. Hoc in teſtium interrogatione valet plurimum, in oratione perpetua diſſimile eſt. etenim ſibi ipſe reſpondet Orator. QVOD pomum generoſiſſimum? puto quod optimum: & equus, qui velociſſimus: Ita hominum, nõ qui claritate naſcendi, ſed qui virtute maxime excellet. Omnia igitur ex hoc genere ſumpta neceſſe eſt aut ſimilia eſſe, aut diſſimilia, aut con-

** al. Diſſimilitudo.* traria. Similitudo * aſſumitur interim & ad orationis ornatum, ſed illa cum res exiget: nunc ea quæ ad probationem pertinent, exequar. Potentiſſimum autem eſt inter ea quæ ſunt

Exemplum quid proprie. huius generis, quod proprie vocamus Exemplum, id eſt rei geſtæ, aut vt geſtæ, vtilis ad perſuadendum * id quod intenderis, commemoratio. Intuendum igitur, totum ſimile ſit, an ex

** al. ſuadendum.* parte: vt aut omnia ex eo ſumamus, aut quæ vtilia erunt. Simile eſt, Iure occiſus eſt Saturninus, ſicut Grachi. Diſſimile,

** al. Brutus.* Briæus * occidit liberos proditionem molientes, Manlius virtutem fili morte multauit. Contrarium, Marcellus orna-

In Verrem. act. 3. menta Syracuſanis hoſtibus reſtituit, Verres eadem ſociis abſtulit. Et probandorum & culpandorum ex his confirmatio eoſdem gradus habet. Etiam in iis quæ futura dicemus, vtilis

ſimilium

 De Exemplis.

ſimilium admonitio eſt: vt ſi quis dicens Dionyſium idcirco
petere cuſtodes ſalutis ſuæ, vt eorum adiutus armis tyrannidem occupet: hoc referat exemplum, eadem ratione Piſiſtratum ad dominationem perueniſſe. Sed vt ſunt exempla interim tota ſimilia, vt hoc proximum: ſic interim ex maioribus ad minora, ex minoribus ad maiora ducuntur. Si propter matrimonia violata vrbes euerſæ ſunt, quid fieri adultero par
eſt? Tibicines cum ab vrbe diſceſſiſſent, publice reuocati *Valer. lib.*
ſunt: quanto magis principes ciuitatis viri, & bene de repu- *1. tit. inſti.*
blica meriti, cum inuidiæ ceſſerint, ab exilio reducendi? Ad *antiq.*
exhortationem vero præcipue valent Imparia, ADMIRABILIOR in fœmina quam in viro virtus. Quare ſi ad fortiter faciendum accendatur aliquis, non tantum afferent momenti Horatius & Torquatus, quantum illa mulier, cuius manu Pyrrhus eſt interfectus: & ad moriendum non tam Cato & Scipio, quam Lucretia: quod ipſum eſt ex minoribus ad maiora. Singula igitur horum generum ex Cicerone (nam vnde potius?) exempla ponamus. Simile eſt hoc pro Muræna, Etenim mihi ipſi accidit, vt cum duobus patritiis, altero improbiſſimo atque audaciſſimo, altero modeſtiſſimo, atque optimo viro peterem: ſuperaui tamen dignitate Catilinam, gratia Galbam. Maius minoris, pro Milone, Negant intueri lucem eſſe fas ei, qui à ſe hominem occiſum eſſe fateatur. In qua tandem vrbe hoc homines ſtultiſſimi diſputant? nempe in ea, quæ primum iudicium de capite vidit M. Horatii fortiſſimi viri, qui nondum libera ciuitate, tamen populi Romani comitiis liberatus eſt, cum ſua manu ſororem eſſe interfe-
ctam fateretur. Minus maioris, Occidi*, occidi non Spurium * *al.* Occi-
Melium, qui annona leuanda, iacturaque rei familiaris, quia di non ſpu-
nimis amplecti plebem putabatur, in ſuſpicionem incipit re- rium. nec
gni appetendi, &c. deinde Sed eum (auderet enim dicere cum patriam per quos liberaſſet) cuius nefarium adulterium in puluinaribus, & totus in Clodium locus. Diſſimile plures cauſſas
* habet: fit enim genere, modo, tempore, loco, cæteriſque, per * *al.* caſus.
quæ fere omnia Cicero præiudicia quæ de Cluentio videbantur facta, ſubuertit: Contrario vero exemplo cenſoriam notã.
laudando cenſorem Aphricanum, qui eum quem peieraſſe *Valer. lib.*
conceptis verbis palam dixiſſet, teſtimonium etiam pollicitus 4 *tit. de a-*
ſi quis contradiceret, nullo accuſante, traducere equum paſ- *nimi. mo-*
ſus eſt. quæ quia erant longiora, non ſuis verbis expoſui. Bre- *derat.*
ue autem apud Virgilium contrarii exemplum eſt.

At

At non ille, ſatum quo te mentiris, Achilles

Æneid. 2. *Talis in hoſte fuit Priamo*——Quædam autem ex iis quæ geſta ſunt, tota narrabimus: vt Cicero pro Milone, Pudicitiam cum eriperet militi tribunus militaris in exercitu Caij Marij, propinquus eius Imperatoris, interfectus ab eo eſt, cui vim afferebat. Facere enim probus adoleſcens periculoſe: quam perpeti turpiter maluit: atque hunc ille ſummus vir ſcelere ſolutum periculo liberauit. Quædam ſignificare ſatis erit, vt idem ac pro eodem. Neque enim poſſet aut Hala ille Seruilius, aut P. Naſica, aut L. Opimius, aut me conſule Senatus non nefarius haberi, ſi ſceleratos interfici nefas eſſet. Hæc ita dicentur: prout nota erunt, vel vtilitas cauſſæ aut decor poſtulabit. Eadem ratio eſt eorum, quæ ex poeticis fabulis ducuntur, niſi quod iis minus affirmationis adhibetur: cuius vſus qualis eſſe deberet, idem optimus autor ac magiſter eloquentiæ oſtendit. Nam huius quoque generis eadem in oratione reperietur exemplum; *Pro Milone, ſcil.* Itaque hoc, iudices, non ſine cauſſa etiam fictis fabulis doctiſſimi homines memoriæ prodiderunt; eum, qui patris vlciſcendi cauſſa matrem necauiſſet, variatis hominum ſententiis, non ſolum humana, ſed etiam ſapientiſſimæ deæ ſententia liberatum. Illæ quoque fabulæ, quæ etiam ſi originem non ab Æſopo acceperunt: (nam videtur eorum primus autor Heſiodus:) nomine tamen Æſopi maxime celebrantur, ducere animos ſolent, præcipue ruſticorum & imperitorum: qui & ſimplicius, quæ ficta ſunt audiunt, & capti voluptate, facile iis quibus delectantur conſentiunt. *Fabularũ Æſopi primus autor Heſiodus, & quæ illarum vtilitas.* Siquidem & Menenius Agrippa plebem cum patribus in gratiam traditur reduxiſſe nota illa de membris humanis aduerſus ventrem diſcordantibus fabula. *Liui deca. 1 lib. 2.* Et Horatius ne in poemate quidem humilem generis huius vſum putauit in illis verſibus,

Epiſt. lib. 1. epiſt. 1. *Olim quod vulpes ægroto cauta leoni,* &c.

Αἶνον Græci vocant, & αἰσωποποίητον, vt dixi, λόγους μυθικούς: noſtrorum quidam non ſane recepto in vſum nomine apologationem. Cui confine eſt παροιμίας genus illud, quod eſt velut fabella breuior, & per allegoriam accipitur. Non * noſtrum, inquit, onus: bos clitellas. ** Similis fere locus apud Cic. li. 7. epiſt. ad Attic. epiſt. 15. v.* Proximas exempli vires habet ſimilitudo, præcipueque illa quæ ducitur citra vllam tranſlationum miſturam ex rebus, pene paribus. Vt qui accipere in Campo conſueuerunt, iis candidatis quorum nummos ſuppreſſos eſſe putant, inimiciſſimi ſolent eſſe: ſic eiuſmodi iudi-

ces

ces infeſti tum reo venerant. Nam παραβολὴ quam Cicero Collationem vocat, longius res quæ comparentur, repetere ſolet. Nec hominum modo inter ſe opera ſimilia ſpectantur, vt Cicero pro Muræna facit. Quod ſi è portu ſoluentibus, ii qui iam in portum ex alto inuehuntur, prædicere ſummo ſtudio ſolent & tempeſtatũ rationem, & prædonum, & locorum: quod natura fert; vt iis faueamus, qui eadem pericula quibus nos perfuncti ſumus ingrediantur: quo me tandem animo eſſe oportet prope iam ex magna iactatione terram videntem, in hunc, cui video maximas reipub. tempeſtates eſſe ſubeundas.

De Exemplis. bi Gothofred. vid. in not. Cic. pro Cluent.

Sed & à mutis atque etiam inanimis interim huiuſmodi dicitur. Et quoniam ſimilium alia facies in tali ratione, admonendum eſt, rarius eſſe in oratione illud genus quod εἰκόνα Græci vocant (quo exprimitur rerum aut perſonarum imago: vt Caſſius, Quis iſtam faciem planipedis ſenis torquens?) quam id quo probabilius fit quod intendimus: vt ſi animum dicas excolendum, ſimilitudine vtatis terræ; quæ neglecta ſentes atq; dumos, culta fructus creat: aut ſi ad curam reipub. horteris, oſtendas apes etiam, formicasq; non modo muta, ſed etiam parua animalia, in commune tamen laborare. Ex hoc genere dictũ illud eſt Ciceronis, vt corpora noſtra ſine mente; Ita ciuitas ſine lege, ſuis partibus, vt neruis ac ſanguine & membris vti non poteſt. Sed vt hac corporis humani pro Cluentio; ita pro Cornelio, equorum: pro Archia, ſaxorum quoq; vſus eſt ſimilitudine. Illa (vt dixi) propiora, vt remiges ſine gubernatore; ſic milites ſine Imperatore nihil valere. Solent tamen fallere ſimilitudinum ſpecies: ideoq; adhibendum eſt his iudicium. Neque enim vt nauis vtilior noua quam vetus; ſic amicitia: vel vt laudanda quæ pecuniam ſuam pluribus largitur, ita quæ formam. Verba ſunt in his ſimilia, vetuſtatis, & largitionis: vis quidem longe diuerſa, pecuniæ, & pudicitiæ. Itaque in hoc genere maxime quæritur, an ſimile ſit quod infertur. Etiam in illis interrogationibus Socraticis, quorum paulo ante feci mentionem cauendum ne incaute reſpondeas: vt apud Æſchinem Socraticum male reſpondit Aſpaſia Xenophontis vxor: quod Cicero his verbis transfert, Dic mihi, quæſo, Xenophontis vxor, ſi vicina tua melius habeat aurum, quam tu habes, vtrum illius, an tuum malis? Illius, inquit. Quid ſi veſtem & cæterum ornatum muliebrem pretii maioris habeat, quam tu habes, tuum, an illius malis? Illius vero,

Similium vtilitas. *Culturæ neglectæ ſimilitudo.* *Lib. I. de Inuentione.*

vero, reſpondit. Age, inquit, ſi virum illa meliorem habeat, quam tu habes, virumne tuum, an illius malis? Hic mulier erubuit, merito. male enim reſponderat, ſe malle alienum aurum, quam ſuum: nam eſt id improbum. At ſi reſpondiſſet, malle ſe aurum ſuum tale eſſe, quale illud eſſet, potuiſſet pudice reſpondere, malle ſe virum ſuum talem eſſe, qualis melior eſſet. Scio quoſdam inani diligentia per minutiſſimas partes iſta ſecuiſſe, & eſſe aliquid minus ſimile, vt ſimia homini, & vt marmora deformata prima manu: aliquid plus, vt illud, Non ouum tam ſimile ouo. Et diſſimilibus ineſſe ſimile, vt eſt formicæ & elephanto genus, quia ſunt animalia. Et ſimilibus diſſimile:

Vir. Eclog. 1. Buco. vbi ita legitur hic verſus, Sic canibus catulos ſimiles, ſic matribus hœdos.

—Vt canibus catulos, & matribus hœdos:

differunt enim ætate. Contrariorum quoque aliter accipi oppoſita, vt noctem luci; aliter noxia, vt frigidam febri: aliter repugnantia, vt verum falſo: aliter diſparata, vt dura non duris. Sed quid hæc ad præſens propoſitum magnopere pertineant, non reperio.

Illud eſt annotandum magis, argumenta duci ex iure ſimili: vt Cicero in topicis, Ei cui domus * vſusfructus relictus ſit, non reſtituturum hæredem ſi corruerit, quia nõ reſtituat ſeruum, ſi is deceſſerit. Ex contrario, nihil obſtat quo minus iuſtum matrimonium ſit mente coeuntium, etiam ſi * tabulæ ſignatæ non fuerint. Nihil enim proderit ſignaſſe tabulas, ſi mentem matrimonii non fuiſſe conſtabit. Ex diſſimili, quale eſt Ciceronis pro Cecinna: Vt ſiquis me exire domo coegiſſet armis, haberem actionem: ſi quis introire prohibuiſſet, non haberem.

** Vid. tit. 1. li. 7. dige. & paſſim d. lib. & C. lib. 3 t. 33.*

** Facit l. donationes 31. ff. de donationib. lib. 39. t. 5.*

Diſſimilia ſic deprehenduntur, Non ſi qui argentum omne legauit, videri poteſt ſignatam quoque pecuniam reliquiſſe: ideo etiam quod eſt in nominibus, dari voluiſſe creditur. Ἀναλογίαν quidam à ſimili ſeparauerunt, nos eam ſubiectam huic generi putamus. Nam vt vnum ad decem, ſic decem ad centum, ſimile certe eſt: & vt hoſtis, ſic malus ciuis, quanquam hæc vlterius quoque procedere ſolent. Si turpis dominæ conſuetudo cum ſeruo, turpis domini cum ancilla. Si mutis animalibus finis voluptas, idem homini. Cui rei facillime occurrit ex diſſimilibus argumentatio. Non idem eſt dominum cum ancilla coiſſe, quod dominam cum ſeruo. Nec ſi mutis finis voluptas, rationalibus quoque. Immo ex contrario; quia mutis, ideo non rationalibus. Adhibetur

extrin-

extrinſecus in cauſſam & autoritas. Hæc ſecuti Græcos, à quibus κρίσεις dicuntur, iudicia aut iudicationes vocant, non de quibus ex cauſſa dicta ſententia eſt: (nam ea quidem in exemplorum locum cedunt:) ſed ſi quid ita viſum gentibus, populis, ſapientibus viris, claris ciuibus, illuſtribus poetis, referri poteſt. Ne hæc quidem vulgo dicta, & recepta perſuaſione populari ſine vſu, fuerint teſtimonia. Sunt enim quodammodo vel potentiora etiam, quod non cauſſis accommodata; ſed liberis odio & gratia mentibus: ideo tantum dicta factaque; quia aut honeſtiſſima, aut veriſſima videbantur. An vero me de incommodis vitæ differentem non adiuuabit earum perſuaſio nationum, quæ fletibus natos, lætitia defunctos proſequuntur? Aut ſi miſericordiam commendabo iudici, nihil proderit quod prudentiſſima ciuitas Athenienſium non eam pro affectu, ſed pro numine accepit? Nam illa ſeptem præcepta ſapientum, nonne quaſdam vitæ leges exiſtimamus? Si cauſſam veneficii dicat adultera, non Marci Catonis iudicio damnata videatur, qui nullam adulteram non eandem eſſe veneficam dixit? Iam ſententiis quidem poëtarum non orationes modo ſunt refertæ, ſed libri etiam philoſophorum: qui quanquam inferiora omnia præceptis ſuis ac literis credunt; repetere tamen autoritatem à plurimis verſibus non faſtidierunt. Neque eſt ignobile exemplum, Megareos ab Athenienſibus, cum de Salamine contenderent; victos Homeri verſu; qui tamen ipſe non in omni editione repetitur, ſignificans Aiacem naues ſuas Athenienſibus iunxiſſe. *Iliad.* 8. Ea quoque quæ vulgo recepta ſunt, hoc ipſo quod incertum autorem habẽt, velut omnium fiunt: quale eſt, VBI *amici, ibi opes.* &, CONSCIENTIA mille teſtes. & apud Ciceronem, PARES autem (vt eſt in vetere prouerbio) cum paribus facillime congregantur. *Plaut. in Trucul. De ſenect.* Neque enim duraſſent hæc in æternum, niſi vera omnibus viderentur. Ponitur à quibuſdam, & quidem in parte prima, Deorum autoritas, quæ eſt ex reſponſis: vt Socratem eſſe ſapientiſſimum. Id ratum eſt: tamen vtitur eo Cicero in libro de aruſpicum reſponſis: & in concione contra Catilinam; cum ſignum Iouis columnæ impoſitum populo oſtendit: & pro Ligario, cum cauſſam Caij Cæſaris meliorem, quia hæc Dii iudicauerint, confitetur. Quæ cum propria cauſſæ ſunt, diuina teſtimonia vocantur: cum aliunde accerſuntur, argumenta. Nonnunquam contingit iudicis quoque, aut aduerſarii, aut eius qui ex di-

ex diuerſo agit, dictum aliquod aut factum aſſumere ad eorum quæ intendimus, fidem. Propter quod fuerunt qui exempla & has autoritates probationum inartificialium eſſe arbitrarentur, quod ea non inueniret Orator, ſed acciperet. Plurimum autem refert. Nam teſtis, & quæſtio, & his ſimilia, & de ipſa re quæ in iudicio eſt; pronuntiant *: extra petita, niſi ad aliquam præſentis diſceptationis vtilitatem ingenio applicentur, nihil per ſe valent.

*al. renūtiant.

De vſu Argumentorum.

CAP. XII.

ARGVMENTVM.

Poſteaquam vnde Argumenta ducerentur, oſtendit: quemadmodum iis oporteat vti apertiſſime docet. Ergo de Argumentorum vſu loquitur, de quo tredecim præcepta tradit. Primum argumentum oportere eſſe confeſſum: quia Dubia dubiis probari non poſſint. Secundum, quædam eſſe, quæ aliis probanda ſint: vt Iure occidit, quia erat inſidiator: & ſic probandum erit inſidiatorem eum fuiſſe. Tertium, illa eſſe firmiſſima, quæ ex dubiis facta ſunt certa: vt ſi conuincatur qui negabat. Quartum, argumenta, ſi infirma ſunt, congreganda: ſi firma, ſingulis inſtandum. Quintum, quædam argumenta non nuda ponenda: ſed amplificatione veſtienda; vt quæ cuiuſq; affectus vis ſit, ira aut odii, dicatur. Sextum, proferendam eſſe cauſſam cuiuſq; affectus: vt ſi odiū eſt, ex inuidiane, an ex iniuria: & vetus, an nouum; atq; erga quem intelligatur. Septimum, non eſſe omnibus argumentis quæ inuenerimus, iudicem onerandum; quia tædium adferant, & fidem detrahant. Octauum in rebus apertis non eſſe argumentandum. Nonum, patheticas probationes ex affectibus ductas, multum valere: & potentiſſimum eſſe ſi qui iis vtitur, vir optimus ſit, & habeatur. Decimum, intuendum qui ſit apud quem dicimus, & quod illi maxime probabile videatur acquirendum. Vndecimum, probationes ex aſſeueratione inter cætera etiam aliquid poſſe, Ego hoc feci, tu mihi dixiſti: &, O facinus indignum! Duodecimum, probationes ex ſua cuiuſque perſona firmiores eſſe, vt ſi dicatur adultera venefica, meretrix proterua, ſceleratus filius quem accuſet parens. Decimumtertium, argumenta prout cauſſa cuiuſque ratio poſtulabit, ordinanda; vno excepto, ne à potentiſſimis ad leuiſſima decreſcat oratio: nam in principio aut medio poni poſſe, ſi cauſſa exiget, nunquam vero in fine, niſi totam cauſſam debilitare velimus. ¶ Poſtremo breuitatis ſuæ in tractandis argumentis rationem reddens, declamatores ineptos taxat, omnia ad voluptatem referentes, non ad imitationem veritatis.

Hæc

De Argumentorū vſu.

HÆc fere de probatione vel ab aliis tradita, vel vſu percepta in hoc tempus ſciebam. Nec mihi fiducia eſt, vt ea ſola eſſe contendam: quinimmo hortor ad quærendum, & inueniri poſſe fateor: quæ tamen adiecta fuerint, non multum ab his abhorrebunt. Nunc breuiter quemadmodum ſit vtendum his ſubiungam. Traditum fere eſt, argumentum oportere eſſe confeſſum. Dubiis enim probari dubia qui poſſunt? Quædam tamen quæ in alterius rei probationem ducimus, ipſa probanda ſunt. Occidiſti virum, etas enim adultera. Prius de adulterio conuincendum eſt: vt cum id cœperit eſſe pro certo, fiat incerti argumentum: Spiculum tuum in corpore occiſi inuentum eſt, negat ſuum. vt probationi proſit, probandum eſt. Illud hoc loco monere inter neceſſaria eſt, nulla eſſe firmiora, quam quæ ex dubiis facta ſunt certa. Cædes à te commiſſa eſt, cruentam enim veſtem habuiſti. non eſt tam graue argumentum ſi fatetur, quam ſi conuincitur. Nam ſi fatetur, multis ex cauſſis potuit cruenta eſſe veſtis. Si negabit, hic cauſſæ cardinem ponit, in quo ſi victus fuerit, etiam in ſequentibus ruit. Non enim videtur in negando mētiturus fuiſſe, niſi deſperaſſet id poſſe defendi, ſi confiteretur. Firmiſſimis argumentorum, ſingulis inſtandum, infirmiora congreganda ſunt: quia illa per ſe fortia, non oportet circunſtantibus obſcurare, vt qualia ſunt appareant: hæc imbecilla natura, mutuo auxilio ſuſtinentur. Itaque ſi non poſſunt valere, quia magna* non ſunt; valebunt, quia multa ſunt: quæ ad eiuſdem rei probationē omnia ſpectant: vt ſi quis hæreditatis gratia hominem occidiſſe dicatur, Hæreditatem ſperabas, & magnam hæreditatem, & pauper eras, & tum maxime à creditoribus appellabaris: & offenderas eum cuius hæres eras, & mutaturum tabulas ſciebas. Singula leuia ſunt, & communia: vniuerſa vero nocent, etiam ſi non vt fulmine tamen vt grandine. Quædam argumenta ponere ſatis non eſt, adiuuanda ſunt: vt ſi cupiditas cauſſa ſceleris fuit, quæ ſit vis eius: ira, quantum efficiat in animis hominum talis affectio. Ita & firmiora erunt ipſa, & plus habebunt decoris, ſi non nudos & velut carne ſpoliatos artus oſtenderint. Multum etiam refert, ſi argumento nitemur odii, vtrum hoc ex inuidia ſit, an ex iniuria, an ex ambitu: vetus, an nouum: aduerſus inferiorem, parem, an ſuperiorem: alienum, an propinquum. Suos habent omnia iſta tractatus, & ad vtilitatem partis eius quam tuemur, referenda ſunt. Nec tamen omnibus ſemper

* *al.* magna ſunt.

Q quæ

quæ inuenerimus argumentis onerandus eſt iudex: quia & tædium afferunt, & fidem detrahunt. Neque enim poteſt iudex credere ſatis eſſe ea potentia, quæ non putamus ipſi ſufficere quid dicemus *. In rebus vero apertis argumentari tam ſit ſtultum, quam in clariſſimum ſolem mortale lumen inferre. His quidam probationes adiiciunt, quas παθητικὰς vocant, ductas ex effectibus. Atque Ariſtoteles quidem potentiſſimum putat ex eo qui dicit, ſi ſit vir optimus: quod vt optimum eſt, ita longe quidem: ſed ſequitur tamen, videri. Inde enim illa nobilis Scauri defenſio, Quintus Varius Sucronenſis ait, Æmilium Scaurum rempubl. populi Romani prodidiſſe: Æmilius Scaurus negat. Cui ſimile quiddam feciſſe Iphicrates dicitur, qui cum Ariſtophontem, quo accuſante ſimilis criminis reus erat, interrogaſſet, An is accepta pecunia rempub. proditurus eſſet, iſq; id negaſſet: Quod igitur, inquit, tu non feciſſes, ego feci? Intuendum autem, & qui ſit apud quem dicimus: & id quod illi maxime probabile videatur, requirendum. Qua de re locuti ſumus & in procemii & ſuaſoriæ præceptis. Altera ex aſſeueratione * probatio eſt, Ego hoc feci. Tu mihi hoc dixiſti. &, O facinus indignum! & ſimilia. Quæ non debent quidem deeſſe orationi; & ſi deſunt, multum nocent: non tamen habenda ſunt inter magna præſidia, cum hoc in eadem cauſſa fieri ex vtraque parte ſimiliter poſſit. Illæ firmiores ex ſua cuiuſque perſona probationes, quæ credibilem rationem ſubiectam habent: vt vulneratus aut filio orbatus non fuerit alium accuſaturus, quam nocentem: quando ſi negotium innocenti facit, liberet eum noxia * qui admiſerit. Hinc & patres aduerſus liberos, & aduerſus ſuos quiſque neceſſarios autoritatem petunt. Quæſitum etiam, potentiſſima argumenta primone ponenda ſint loco, vt occupent animos: an ſummo, vt inde dimittant: an partita primo ſummoque vt Homerica * diſpoſitione in medio ſint infirma, an à minimis creſcant. Quæ prout ratio cauſſæ cuiuſque poſtulabit, ordinabuntur, vno (vt ego cenſeo) excepto ne a potentiſſimis ad leuiſſima decreſcat oratio. Ego hæc breuiter demonſtraſſe contentus, ita poſui, vt locos ipſos & genera, quam poſſem apertiſſime oſtenderem. Quidam executi ſunt verboſius, quibus placuit propoſita locorum communium materia, quo quæque res modo dici poſſet, oſtendere: ſed mihi ſuperuacuum videbatur. Nam & fere apparet quid in inuidiam, quid in auaritiam, quid in teſtem inimicũ, quid

al. dicimus.

Rheto.2. Valer. Maxim. lib.3. cap.7.

* *al.* affirmatione.

* *al.* Noxa. *differũt autem hæc duo. Noxia enim delictum eſt: Noxa vero delinquẽs. Hinc verſ. ab Accurſ. relatus ad l.1. c. ſi aduer. delict.* Noxia delictũ, delinquens noxa vocatur. *vid. & Iuſtinian. ti. Inſtitu. de noxa. act.*

* *Iliad* 4. *vbi imbecilliores Neſtor medio collocat.*

De Argumentorũ vſu.

in potentes amicos dicendũ ſit. Et de omnibus his omnia dicere infinitum eſt, tam hercule, quam ſi controuerſiarum, quæ ſunt, quæque futuræ ſunt, quæſtiones, argumenta, ſententias tradere velim. Ipſas autem argumentorum velut ſedes nõ me quidem omnes oſtendiſſe confido, plurimas tamen. Quod eo diligentius faciendum fuit, quia declamationes quibus ad pugnam forenſem velut præpilatis exerceri ſolebamus, olim iam ab illa vera imagine orandi receſſerunt, atque ad ſolam compoſitæ * voluptatem, neruis carent, nõ alio medius fidius vitio, dicentium, quam quo mancipiorum negotiatores, formæ puerorum virilitate exciſa lenocinantur. Nam vt illi robur ac lacertos barbamque ante omnia, & alia quæ natura propria maribus dedit parum exiſtimant decora: quæque fortia, ſi liceret, forent, vt dura molliunt: Ita nos habitum ipſum orationis virilem, & illam vim ſtricte robuſteque dicendi tenera quadam elocutionis cute operimus: & dum læuia ſint ac nitida, quantũm valeant, nihil intereſſe arbitramur. Sed mihi naturam intuenti, nemo non vir ſpadone formoſior erit: nec tam auerſa vnquam videbitur ab opere ſuo prouidentia, vt debilitas inter optima inuenta ſit. Nec id ferro ſpecioſum fieri putabo, quod ſi naſceretur, monſtrum erat. Libidinem iuuet ipſum effœminati ſexus mendacium, nunquam tamen hoc continget malis moribus regnum, vt ſi qua precioſa fecit, fecerit & bona. Quapropter eloquentiam licet hanc (vt ſentio enim dicam) libidinoſam reſupina voluptate auditoria probent: nullam eſſe exiſtimabo, quæ ne minimum quidem in ſe indicium maſculini & incorrupti, ne dicam grauis & ſancti viri, oſtendet. An vero ſtatuarum artifices, pictoreſque clariſſimi cum corpora quam ſpecioſiſſima fingendo pingendoue efficere cuperent, nunquam in hunc inciderunt errorem, vt Bagoam * aut Megabyzum * aliquem in exemplum operis ſumerent ſibi, ſed Doryphoron illum, aptum vel militiæ vel palæſtræ, aliorumque iuuenum bellicoſorum & athletarum corpora, quæ eſſe decora vere exiſtimauerunt: nos qui Oratorem ſtudemus effingere, non arma, ſed tympana eloquentiæ demus? Igitur & ille quem inſtituimus adoleſcens, quam maxime poteſt componat ſe ad imitationem veritatis: initurusque frequenter forenſium certaminum pugnam: iam in ſchola victoriam ſpectet, & ferire vitalia ac tueri ſciat: & præceptor id maxime exigat, & inuentum præcipue probet. Nam vt ad peiora iuuenes laude ducuntur; Ita

* *al.* ad ſolam compoſita. *al.* compoſitam.

* *De hoc eunucho ſeu ſpadone agit Plutarch. in vita Alexandri & Cal. Rhodig.* 8. 30.

* *al. Miga.*

laudatii in bonis * mallent. Nunc illud mali eſt, quod neceſſaria plerunque ſilentio tranſeunt, nec in dicendo vid.tur inter bona vtilitas. Sed hæc & in alio nobis tractata ſunt opere, & in hoc ſæpe repetenda. Nunc ad ordinem inceptum reuertamur.

De refutatione.

CAP. XIII.

ARGVMENTVM.

Confirmationem ordine ſequitur Refutatio. Eam dupliciter accipi docet pro defenſoris actione tota, & quarta orationis parte, quę ex aduerſo dicta vtrinque refellit, & confirmationi ſubiungitur. Vtriuſque eandem eſſe conditionem, & ex iiſdem locis argumenta ui mi ad confutandum, qui ſumebantur ad confirmandum: eundem quoque in vtraq; elocutionis habitum. ¶ Defendere quam accuſare multo eſſe difficilius, ex officiorum vtriuſque comparatione probat. Refutanti eſſe duo intuenda: quid & quomodo quidque obiectum ſit. Et illud, Sit ne cauſſæ proprium, an extra ad cauſſam pertinens. Si cauſſæ ſit proprium, aut negandum factum; aut nomen facti, aut iure defendendum; aut cum his non erit locus, transferendum, tum quę neganda, defendenda vel transferenda ſint, tradit. ¶ Deprecationem vero meram, apud iudices ſeueros locum non habere: verum apud principem, aut populum liberum pro ſuo arbitratu iudicantem, valere aliquando: ſed tunc ad deliberatiuas potius quam ad iudiciales pertinere; id tamen raro ſine aliqua defenſionis ſpecie fieri, quę via defendendi quinquepartita ad tres ſtatus referatur: coniecturam, finitionem, & qualitatem, ſub qua translatio & deprecatio contineantur. Si plura ſint quę aduerſarius obiicit, & infirma aut moleſta, quę facile dilui queant, ſimul inuadenda: ſin turba valitura, ſunt ſeparanda. quod reo ſæpius expediet, quam accuſatori, cuius eſt multa ſimul congerere. Si refutatu difficilia erunt, efficere oportere, vt noſtra cum illorum argumentis comparata, valentiora videantur. Falſa ab aduerſario obiecta; obſcura, ſine teſte aut argumento facta, ſatis eſſe negare. Contraria, ſuperuacua, & ſtulta reprehendere oportere: quod ad cauſſam non pertinet; contemnere: quod nobis obiicitur velut aduerſum, oſtendere cauſſæ noſtræ coniunctum eſſe, & pro nobis facere. Contra ſimilia, diſſimile, quid aſſumendum. Itidem contra iudicata & exempla agendum: quę ſi dubia ſint, fabuloſa eſſe vocanda. ¶ Rationem intuendi, quid aduerſarii obiiciant, docuit. Iam quomodo proponant, intuendum monet. Si minus efficaciter locutus eſt, eius verba ponenda: ſi contra nos efficaciter

lobizum. Erant autem Megalobizi, de quibus Strab. lib. 14. dicti Dianæ Epheſiæ Sacerdotes quos eunuchos eſſe oportebat. de quibus etiam Plinius 35. c. 10. Quæ etiam voce deſignantur homines molles & imbelles vt ſunt ſpadones.

* al. gaudent.

efica-

De Refutatione.

efficaciter, eandem rem verbis mutatis & mitioribus proferendam; nec vnquam eius dicta cum ſua confirmatione ponenda, niſi irridere illum velimus. Si erit ordo rei quam narrat incredibilis, totum crimen exponendum: ſi contextu nocebit, per partes diſſoluendum. Vitioſe propoſita, & deprehenſu facilia hæc eſſe: communia, contraria, quæ in actione aduerſarii inuenienda ſint: dubia pro neceſſariis poſita: controuerſa pro confeſſis, communia pluribus pro propriis, vulgaria, ſuperuacua, ſerius conſtituta, & ſupra fidem. Item ſi crimen augeat, cum eſt probandum: ſi de facto diſputet, cum de autore quæritur: ſi impoſſibilia aggrediatur: ſi pro effectis vix dum inchoata relinquat: ſi quæſtionis ſummam non intueatur: ſi non ad propoſita reſpondeat, quod tamen permittatur, cum mala cauſſa adhibitis extrinſecus remediis tuenda eſt: quod optime fit cum pro criminibus virtutes commemorantur. ¶ *Refutantium duo genera notat: Vnum, eorum qui contenti his quæ meditata domo attulerunt, aduerſariis non reſpondent. Alterum, eorum qui nimia diligentia omnibus verbis & ſententiolis reſpondendum putant: Vitam quoque, vultum, inceſſum, habitum recte incuſari. Nonnulla etiam minuendæ inuidiæ cauſſa, quæ aſperius dicta ſunt, eludi; quod patronis maxime conceditur.* ¶ *Declamatorum vitia reprehendit, & quid ad ipſos pertineat, quoque à veris actionibus declamatio differat, oſtendit. Locos communes, ad probationem ſingulorum argumentorum, aut plurium etiam aliquando multum valere, aliquando ad totius cauſſæ inclinationem, qui an ſingulis quæſtionibus ſubiiciendi ſint, an totam cauſſam docendi prius iudices, cum ipſius cauſſæ vtilitate deliberandum.* ¶ *Confirmationis denique & Refutationis pro varietate perſonarum hunc ordinem eſſe contendit, vt actor ſua prius confirmet: tum oppoſita ab aduerſario refutet: defenſor vero à refutatione incipiat.*

REfutatio dupliciter accipi poteſt. Nam & pars defenſoris tota eſt poſita in refutatione; & quæ dicta ſunt ex diuerſo, debent vtrinque diſſolui: & hæc eſt proprie, cui in cauſſis quartus aſſignatur locus. Sed vtriuſque ſimilis conditio eſt. Neque vero ex aliis locis ratio argumentorum in hac parte peti poteſt, quam in confirmatione: nec locorum aut ſententiarum, aut verborum & figurarum alia eſt conditio. Affectus plerunque hæc pars mitiores habet. Non ſine cauſſa tamen difficilius ſemper eſt creditum (quod Cicero ſæpe teſtatur) defendere, quam accuſare: Primum, quod eſt res illa ſimplicior; proponitur enim vno modo, diſſoluitur varie: cum *In Orat.*

 accu-

accuſatori ſatis ſit plerunque, verũ eſſe id quod obiecerit: patronus neget, defendat, transferat, excuſet, deprecetur, molliat, minuat, auertat, deſpiciat, derideat: quare indirecta fere, atque (vt ſic dixerim,) clamoſa eſt actio. Hinc mille flexus & artes deſiderantur. Accuſator præmeditata pleraque domo affert: patronus etiam inopinatis frequenter occurrit. Accuſator dat teſtem: patronus ex re ipſa refellit. Accuſator criminum inuidia, etſi falſa ſit, materiam dicendi trahit, de parricidio, ſacrilegio, maieſtate; quæ patrono tantum neganda ſunt. Ideoque accuſationibus etiam mediocres in dicendo ſuffecerunt: bonus defenſor nemo, niſi qui eloquentiſſimus fuit. Nam, vt quod ſentio ſemel finiam, Tanto eſt accuſare quam defendere, quanto facere quam ſanare vulnera facilius. Plurimum autem refert, & quid protulerit aduerſarius, & quo modo. Primum igitur intuendum eſt, id cui reſponſuri ſumus, proprium ſit eius iudicii, an ad cauſſam extra accerſitum *.

*al. arceſſitum.

Nam ſi eſt proprium: aut negandum aut defendendum, aut transferendum. extra hæc in iudiciis fere nihil eſt. Deprecatio quidem, quæ eſt ſine vlla ſpecie defenſionis; rara admodum, & apud eos ſolos iudices, qui nulla certa pronuntiandi forma tenentur: quanquam ille quoque apud C. Cæſarem & Triumuiros pro diuerſarum partium hominibus actiones, etiam ſi precibus vtuntur; adhibent tamen patrocinia: niſi hoc non fortiſſime defendentis eſt, dicere, Quid aliud egimus Tubero, niſi vt quod hic poteſt, nos poſſemus? Quod ſi quando apud principem, aliumve, cui vtrum velit liceat, dicendum erit, dignum quidem morte eum pro quo loquemur? clementia tamen ſeruandum eſſe vel talem. Primum omnium non erit res nobis cum aduerſario, ſed cum iudice: deinde forma deliberatiuæ magis materiæ, quam iudicialis vtemur. Suadebimus enim vt laudem humanitatis potius, quam voluptatem vltionis concupiſcat. Apud iudices quidem ſecundum legem dicturos ſententiam, de confeſſis præcipere ridiculum eſt. Ergo quæ neque negari, neque transferri poſſunt, vtique defendenda ſunt, qualiacunque ſunt: aut cauſſa cadendum *.

Pro Ligario.

*al. cedendum.

Negandi duplicem oſtendimus formam: aut non eſſe factum: aut non hoc eſſe, quod factum ſit. Quæ neque defendi neque transferri poſſunt, vtique neganda: nec ſolum ſi finitio poteſt eſſe pro nobis, ſed etiam ſi nuda inficiatio ſupereſt. Teſtes erunt? multa in eos dicere licet. Chirographum? de ſimilitudine literarum diſſerendum. Vtique nihil erit peius

quam

 De Refutatione.

quam confeſſio. Vltima eſt actionis controuerſia, cum defendendi negandive non eſt locus, translatio. Atqui quædam ſunt, quæ neque negari, neque defendi, neque transferri poſſunt. Adulterii rea eſt, quæ quum anno vidua fuiſſet, enixa eſt. lis non erit. Quare illud ſtultiſſime præcipitur, quod defendi non poſſit, ſilentio diſſimulandum, ſiquidem eſt id de quo iudex pronunciaturus eſt. Ar ſi extra cauſſam ſit adductum, & tamen coniunctum; malim quidem dicere nihil id ad quæſtionem, nec eſſe in his morandum, & minus eſſe quam aduerſarius dicit: tamen velut huic ſimulationi obliuionis ignoſcam. Debet enim bonus aduocatus pro rei ſalute breuem negligentiæ reprehenſionem non pertimeſcere. Videndum etiam, ſimul nobis plures aggredienda ſint, an amolienda ſingula. Plura ſimul inuadimus, ſi aut tam infirma ſunt, vt pariter impelli poſſint: aut tam moleſta, vt pedem conferre cum ſingulis non expediat. Tum enim toto corpore enitendum, & vt ſic dixerim, directa fronte pugnandum eſt. Interim, ſi reſoluere ex parte diuerſa dicta difficilius erit, noſtra argumenta cum aduerſariorum argumentis conferemus; ſi modo, hæc, vt valentiora videantur, effici poterit. Quæ vero turba valebunt, diducenda erunt: vt quod paulo ante dixi: Eras hæres, & pauper, & magna pecunia appellabaris à creditoribus, & offenderas, & mutaturum tabulas teſtamenti ſciebas. Vrgent vniuerſa. At ſi ſingula quæque diſſolueris, iam illa flamma quæ magna congerie conualuerat, diductis, quibus alebatur, concidet: vt ſi vel maxima flumina in riuos diducantur, qualibet tranſitum præbent. Itaque propoſitio quoque ſecundum hanc vtilitatem accommodabitur, vt ea nunc ſingula oſtendamus, nunc complectamur vniuerſa. Nam interim quod pluribus collegit aduerſarius, ſat eſt ſemel proponere: vt ſi multas cauſſas faciendi quod arguit, reo dicet accuſator fuiſſe: nos non enumeratis ſingulis, ſemel hoc intuendum negemus, quia non quiſquis cauſſam faciendi ſceleris habuit, & fecerit. Sæpius tamen accuſatori congerere argumenta, reo diſſoluere expediet. Id autem quod erit ab aduerſario dictum, quomodo refutari debeat intuendum eſt. Nam ſi erit palam falſum negare ſatis eſt: vt pro Cluentio Cicero, eum quem dixerat accuſator epoto poculo concidiſſe, negat eodem die mortuum. Palam etiam contraria, & ſuperuacua, & ſtulta reprehendere, nullius eſt artis: ideoque nec rationes eorum, nec exempla tradere neceſſe eſt. Id quoque

(obſcurum vocant) quod ſecreto & ſine teſte aut argumento dicitur factum, ſatis natura ſua infirmum eſt. Sufficit enim quod aduerſarius non probat. Item ſi ad cauſſam non pertinet. Sed tamen interim Oratoris eſt efficere, vt quid aut contrarium eſſe, aut à cauſſa diuerſum, aut incredibile, aut ſuperuacuum, aut noſtræ potius cauſſæ videatur eſſe coniunctum. Obiicitur Oppio, quod de militum cibariis detraxerit, aſperum crimen; ſed id contrarium oſtendit Cicero; quia iidem accuſatores obiecerint Oppio quod is voluerit exercitum largiendo corrumpere. Teſtes in Cornelium accuſator lecti à tribuno codicis pollicetur: facit hoc Cicero ſuperuacuum, quia idem fateatur ipſe. Petit accuſationem in Verrem Quintus Cæcilius, quod fuerat quæſtor eius: ipſum Cicero vt pro ſe videretur effecit. Cætera quæ proponuntur communes locos habent. Aut enim coniectura excutiuntur, an vera ſint: aut finitione, aut propria: aut qualitate, an inhoneſta, iniqua, improba, inhumana, crudelia, & cætera quæ ei generi accidunt. Eaque non modo in propoſitionibus aut rationibus, ſed in toto genere actionis intuenda. An ſit crudelis, vt Labieni Rabirium lege perduellionis: Inhumana, vt Tuberonis Ligarium exulem accuſantis, atque id agentis, ne ei Cæſar ignoſcat: Superba, vt in Oppium ex epiſtola Cottæ reum factum. Proinde præcipites, inſidioſæ, impotentes deprehenduntur. Ex quibus tamen fortiſſime inuaſeris, quod eſt aut omnibus periculoſum, vt dicit Cicero pro Tullio, Quis hoc ſtatuit vnquam, aut cui concedi ſine ſummo omnium periculo poteſt, vt eum iure potuerit occidere, à quo metuiſſe ſe dicat ne ipſe poſterius occideretur? Aut ipſis iudicibus, vt pro Oppio monet pluribus, ne illud actionis genus in equeſtrem ordinem admittant. Nonnunquam tamen quædam bene contemnuntur, vel tanquam leuia, vel tanquam ad cauſſam nihil pertinentia. Multis hoc locis facit Cicero. Sed hæc ſimulatio interim hucuſque procedit, vt quæ dicendo refutare non poſſumus, quaſi faſtidiendo calcemus. Quoniam vero maxima pars eorum ſimilibus conſtat, timandum erit diligentiſſime, quid ſit in quoque quod aſſumitur, diſſimile. Id in iure facile deprehenditur. Eſt enim ſcriptum de rebus vtique diuerſis, tantoque magis ipſarum rerum differentia poteſt eſſe manifeſta. Illas vero ſimilitudines, quæ ducuntur ex multis animalibus, aut inanimis, facile eſt eludere. Exempla rerum varie tractanda ſunt, ſi nocebunt. quæ ſi vetera erũt, fabuloſa

In diuina.

dicere

De Refutatione.

dicere licebit. ſi in dubia, maxime quidem diſſimilia. Neque enim fieri poteſt, vt paria ſint omnia: vt ſi Naſica poſt occiſum Gracchum defendatur exemplo Halæ, à quo Melius eſt interfectus: Melium regni affectatorem fuiſſe, à Graccho leges * modo latas eſſe populares: Halam magiſtrum equitum fuiſſe, Naſicam priuatum eſſe dicatur. Si defecerint omnia, tum videndum erit, an obtineri poſſit, ne illud quidem recte factum. Quod de exemplis, idem etiam de iudicatis obſeruandum.

* *Agrarias ſcil. de quibus Caroli Sigon. lib. 2. de antiquo iure Italia. c. 2.*

Quod autem poſui, referre, quo quicque modo accuſator dixerit, huc pertinet, vt ſi eſt minus efficaciter elocutus, ipſa eius verba ponantur: ſi acri & vehementi fuerit vſus oratione, eandem rem noſtris verbis mitioribus proferamus: vt Cicero pro Cornelio: Codicem attigit. & protinus cum quadam defenſione: vt ſi pro luxurioſo dicendum ſit, Obiecta eſt paulo liberalior vita. Sic & pro ſordido parcum, pro maledico liberum dicere licebit. Vtique nunquam committendum eſt, vt aduerſariorum dicta cum ſua confirmatione referamus, aut etiam loci *alicuius executione adiuuemus, niſi cum eludenda: Apud exercitum mihi fueris, inquit: tot annis forum non attigeris: abfueris tandiu: & cum tam longo interuallo veneris, cum iis qui in foro habitarint, de dignitate contendas? Præterea in contradictionibus interim totum crimen exponitur: vt Cicero pro Scauro contra Boſtarem facit, velut orationem diuerſæ partis imitatus. Aut pluribus propoſitionibus iunctis: vt pro Vareno, Cum iter per agros & loca ſola faceret cum Populeno, in familiam Ancharianam incidiſſe dixerunt: deinde Populenum occiſum eſſe: illico Varenum vinctum adſeruatum, dum hic oſtenderet quid de eo fieri vellet. Quod eſt vtique faciendum, ſi erit incredibilis rei ordo, & ipſa expoſitione fidem perditurus. Interim per partes diſſoluitur, quod contextu nocet: & plerunque id eſt tutius. Quædam contradictiones natura ſunt ſingulæ. id exemplis non eget. Communia bene apprehenduntur, non tantum quia vtriuſq; ſunt partis, ſed quia plus proſunt reſpondenti. Neque enim pigebit, quod ſæpe monui, referre. Commune qui prior dicit, contrarium facit. Eſt enim contrarium, quo aduerſarius bene vti poteſt. At enim non veriſſimile eſt tantum ſcelus M. Cottam eſſe commentum. Quid? hoc veriſſimile eſt tantum ſcelus Oppium eſſe conatum? Artificis autem eſt inuenire in actione aduerſarii, quæ inter ſemet ipſa pugnent, aut pugnare videantur:

*al. ioci alicu. excuſſionē. *Cic. pro Murena.*

Digitized by Google

deantur: quæ aliquando ex rebus ipſis manifeſta ſunt: vt in cauſſa Cæliana, Clodia aurum ſe Cælio commodaſſe dicit, quod ſignum magnæ familiaritatis eſt: venenum ſibi paratum, quod ſummi odii argumentum eſt. Tubero Ligarium accuſat: quod is in Africa fuerit: & queritur quod ab eo ipſe in Africam non ſit admiſſus. Aliquando vero præbet eius rei occaſionem minus conſiderata ex aduerſo dicentis oratio; quod accidit præcipue cupidis ſententiarum, vt ducti occaſione dicendi, non reſpiciant quid dixerint, dum locum præſentem non totam cauſſam intuentur. Quid tam * videri poteſt contra Cluentium, quam cenſoria nota? Quid tam contra eundem *, quam filium ab Egnatio corrupti iudicii, quo Cluentius Oppianicum circumueniſſet, crimine exhæredatum? At hæc Cicero pugnare inuicem oſtendit. Sed tu Acci conſideres cenſeo diligenter, vtrum cenſorium iudicium graue velis eſſe, an Egnatii. Si Egnatii, leue eſt quod cenſores de cæteris ſubſcripſerunt. Ipſum enim Egnatium, quem tu grauem eſſe vis, ex Senatu eiecerunt. Sin autem cenſorium, hunc ipſum Egnatium, quem pater cenſoria ſubſcriptione exhæredauit, cenſores in ſenatu, cum patrem eiicerent, retinuerunt. Illa magis vitioſe dicuntur, quam acute reprehenduntur: argumentum dubium pro neceſſario, controuerſum pro confeſſo, commune pro proprio, vulgare, ſuperuacuum, conſtitutum contra fidem. Nam & illa accidunt parum cautis, vt crimen augeant, quod probandum eſt: de facto diſputent, cum de autore quæratur: impoſſibilia aggrediantur, pro affectis * relinquant vixdum inchoata: de homine dicere quam de cauſſa malint: hominum vitam rebus aſſignent: vt ſi quis decemuiratum accuſet, non Appium. manifeſtis repugnent: dicant quod aliter accipi poſſit: ſummam quæſtionis non intuentur *: non ad propoſita reſpondeant: quod vnum aliquando recipi poteſt, cum mala cauſſa adhibitis extrinſecus remediis tuenda eſt: vt cum peculatus reus Verres, fortiter & induſtrie tuitus * contra piratas Siciliam dicitur. Eadem aduerſus contradictiones nobis oppoſitas præcepta ſunt: hoc tamen amplius, quod circa eas multi duobus vitiis diuerſis laborant. Nam quidam etiam in foro tanquam rem moleſtam & odioſam prætereunt: & iis plerunq;, quæ compoſita domo attulerunt contenti, ſine aduerſario dicunt: & ſcil. multo magis in ſcholis in quibus non ſolū contradictiones omittuntur; verū etiam materię ipſæ ſic plerunq; finguntur, vt nihil dici pro parte altera poſſit. Alii diligentia

* *al.* Quid tandem, & *poſt* cenſari nota.

* *al.* contra eum.

* *al.* effectis.

* *al.* intueantur.

Actione 7.

* *al.* tutatus,

De Refutatione.

ligentia lapſi, verbis etiã, vel ſententiolis omnibus reſpondendum putant: quod eſt & infinitum, & ſuperuacuum. non enim cauſſa reprehendetur*, ſed actor: quem ego ſemper videri malim ſic diſertũ, vt ſi dixeritquod rei proſit, ingenii credatur laus eſſe, non cauſſæ: ſi forte quod lædat, cauſſæ, non ingenii culpa. Itaq; illæ reprehenſiones, aut obſcuritatis, qualis in Rullũ eſt: aut infantiæ in dicendo, qualis in Piſonem: aut inſcitiæ rerũ verborumq;, & inſulſitatis etiam, qualis in Antonium eſt*, animo dantur, vt iuſtis odiis: ſuntq; vtiles ad conciliandum iis, quos inuiſos facere volueris, odium. Alia reſpondẽdi patronis ratio: & aliquãdo tamen eorũ non oratio modo, ſed vita etiã, vultus deniq;, inceſſus, habitus recte incuſari ſolet: vt aduerſus Quintium Cicero; Non hæc ſolum, ſed ipſam etiã prætextam demiſſam ad talos, inſectatus eſt. Preſſerat enim turbulentis concionibus Cluentiũ Quintus. Nonnunquam eleuandæ inuidiæ gratia, quæ aſperius dicta ſunt, eluduntur: vt à Cicero, ne Triarius. Nam cũ Scauri columnas per vrbem plauſtris vectas eſſe dixit, Ego porro, inquit, qui Albanas habeo colũnas, clitellis eas apportaui. Et magis hoc in accuſatores conceſſum eſt, quibus cõuitiari aliquando patrocinii fides cogit. Illa vero aduerſus omnes & recepta, & non inhumana conquæſtio, ſi callide quid tacuiſſe, breuiaſſe, obſcuraſſe, diſtuliſſe dicũtur. Defenſionis quoq; permutatio reprehenditur ſæpe, vt Accius aduerſus Cluentium, Æſchines aduerſus Cteſiphontem facit: cum ille Ciceronem lege vſurum modo, hic minime de lege dicturũ Demoſthenem queritur. Declamatores vero in primis ſunt admonendi, ne contradictiones eas ponant, quibus facillime reſponderi poſſit: neu ſibi ſtultum aduerſarium fingãt. Facimus autem, quod maxime vberes loci, populareſque ſententiæ naſcuntur, materiam dicendi nobis, quod volumus ducentibus: vt non ſit inutilis ille verſus, *Non male reſpondit, male enim prior ille rogarat.* Fallet hæc nos in foro conſuetudo, vbi aduerſario, non ipſi nobis reſpondebimus. Aiunt Accium interrogatum cur cauſſas non ageret, cum apud eum in tragœdiis tanta vis eſſet: Hanc reddidiſſe rationem, quod illic ea dicerentur quæ ipſe vellet; in foro dicturi aduerſarii eſſent, quæ minime vellet. Ridiculũ eſt ergo in exercitationibus quæ foro præparantur, prius cogitare quid reſponderi, quam quid ex diuerſo dici poſſit. Et Bonus præceptor non minus laudare diſcipulum debet, ſi quid pro diuerſa, quam ſi quid pro ſua parte acriter excogitarit. Rurſus aliquid

* al. reprehenditur.

Phil. 2. & 3.

* al. accõmodantur iuſtis od.

Pro Cluen.

Accii veteris Poetæ tragici reſponſum lepidum.

Digitized by Google

* *al.* illud. quid * in ſcholis permittendum ſemper, in foro raro. Nam loco à petitore primo contradictione vti qui poſſumus, vbi vera res agitur, cum aduerſarius adhuc nihil dixerit? Incidunt tamen plerique in hoc vitium vel conſuetudine declamatoria, vel etiam cupiditate dicendi: dantque de ſe reſpondentibus venuſtiſſimos luſus, cum modo ſe vero nihil dixiſſe, neque tam ſtulte dicturos: modo bene admonitos ab aduerſario, & agere gratias, quod adiuti ſint, iocantur: frequentiſſime vero, id quod firmiſſimum eſt, nunquam iis reſponſurum aduerſarium fuiſſe, quæ propoſita non eſſent; niſi illa ſciret vera eſſe, & ad fatendum conſcientia eſſet impulſus. vt pro Cluentio Cicero, Nam hoc perſæpe dixiſti, tibi ſic renunciari, me habere in animo cauſſam hanc præſidio legis defendere. itane eſt? ab amicis imprudentes videlicet prodimur? & eſt neſcio quis de iis quos amicos nobis arbitramur, qui noſtra conſilia ad aduerſarium deferat? Quiſnam hoc tibi renunciauit? quis tam improbus fuit? cui ego autem narraui? Nemo (vt opinor) in culpa eſt. nimirum tibi iſtud lex ipſa renunciauit. At quidam contradictione non contenti, totos etiam locos explicant, Scire ſe hoc dicturos aduerſarios, & ita perſecuturos. Quod factum venuſte noſtris temporibus eluſit Vibius Criſpus, vir ingenii iucundi & elegantis: Ego vero, inquit, iſta non dico. quid enim attinet illa bis dici? Nonnunquam tamen aliquid ſimile contradictioni poni poteſt, ſi quid ab aduerſario teſtationibus comprehenſum, in aduocationibus iactatum. Reſpondebimus enim rei ab illis dictæ, non à nobis excogitatæ: aut ſi id genus eſt cauſſæ, vt proponere poſſimus certa, extra quæ dici nihil poſſit: vt cum res furtiua in domo deprehenſa ſit, dicat neceſſe eſt reus, aut ſe ignorante illatam, aut depoſitam apud ſe, aut donatam ſibi, quibus omnibus etiam ſi propoſita non ſint, reſponderi poteſt. At in ſcholis recte & contradictionibus occurremus, vt in vtrunque locum, id eſt primum & ſecundum, ſimul exerceamur, quod niſi fecerimus, nunquam vtemur contradictione. non enim erit cui reſpondeamus. Eſt & illud vitium, nimium ſolliciti, & circa omnia momenta luctantis. Suſpectam enim facit iudici cauſſam, & frequenter quæ ſtatim dicta omnem dubitationem ſuſtuliſſent, dilata, ipſis præparationibus fidem perdunt; quia patronus & aliis credidit opus fuiſſe. Fiduciam igitur Orator præ ſe ferat, ſemperque ita dicat, tanquam de cauſſa optime ſentiat. Quod (ſicut omnia

De Refutatione.

mnia) in Cicerone præcipuum eſt. Nam illa ſumma cura ſecuritati* eſt ſimilis, tantaque in oratione autoritas, vt probationis locum obtineat, dubitare nobis non audentibus. Porro qui ſcierit quid pars aduerſa, quid noſtra habeat valentiſſimum, facile iudicabit quibus maxime rebus vel occurrendum ſit, vel [illegible]tandum. Ordo quidem in parte nulla minus affert laboris. Nam ſi agimus, noſtra confirmanda ſunt primum: tum quæ noſtris opponuntur, refutanda. Si reſpondemus, prius incipiendum eſt à refutatione. Naſcuntur autem ex his quæ contradictioni oppoſuimus, aliæ contradictiones, euntque interim longius: vt gladiatorum manus quæ ſecundæ vocantur, fiunt & tertiæ, ſi prima ad euocandum aduerſarii ictum prolata erat: & quartæ, ſi gemina* captatio eſt, vt bis cauere bis repetere oportuerit. Quæ ratio & vltra ducit. Sed illa etiam quam ſupra oſtendi, ſimplicem ex affectibus atque ex affirmatione ſola probationem recipit refutatio: qualis eſt illa Scauri, de qua dixi ſupra: quin neſcio an etiam frequentior, vbi quid negatur. Videndum præcipue vtrique parti vbi ſit rei ſumma. Nam fere accidit, vt in cauſſis multa dicantur, de paucis iudicetur. In his probandi refutandique ratio eſt, ſed adiuuanda viribus dicentis & adornanda. Quamlibet enim ſint ad dicendum quod volumus accommodata; tamen erunt infirma, niſi maiore quodam Oratoris ſpiritu impleantur. Quare & illi communes loci de teſtibus, de tabulis, de argumentis, aliiſque ſimilibus; magnam vim animis iudicum afferunt: & hi proprii, quibus factum quoque* laudamus; aut contra, iuſtum vel iniuſtum docemus; maius, aut minus; aſperius aut mitius. Ex his autem alii ad comparationem ſingulorum argumentorum faciunt, alii ad plurium, alii ad totius cauſſæ inclinationem. Ex quibus ſunt qui præparent animum iudicis, ſunt qui confirment. Sed Præparatio quoque aut Confirmatio, aliquando totius cauſſæ eſt, aliquando partium; & perinde vt cuique conueniunt, ſubiicienda. Ideoque miror inter duos diuerſarum ſectarum velut duces non mediocri contentione quæſitum, ſingulisne quæſtionibus ſubiiciendi eſſent loci, vt Theodoro placet: an prius docendus iudex quam mouendus, vt præcipit Apollodorus: tanquam perierit hæc ratio media, & nihil cum ipſius cauſſæ vtilitate ſit deliberandum. Hęc præcipiunt qui ipſi non dicunt in foro: vt acies* à ſecuris ocioſisque compoſitæ, ipſa pugnæ neceſſitate turbentur. Nanque omnes fere qui legem dicendi

*al. ſecuritatis.

*al. [illegible]

*al. quodque.

*al. artes.

quaſi

quaſi quædam myſteria tradiderunt, certis non inuen[...]rum modo argumentorum locis ſed concludendorum qu[...] nos præceptis alligauerunt: de quibus breuiſſime præloc[...], quod * ipſe ſentiam, id eſt quid clariſſimos Oratores feciſſe videam, non tacebo.

*al. quid

Quid Enthymema, & quotuplex: quibus etiam conſtet Epicherema, * *& quomodo refellatur.*

Id eſt argumentum quo aliquid probaturi ſumus, vt not. Alex. Aphrodiſ. in Topicis lib. 8. quod & Dialecticum ſyllogiſmum dicitur.

CAP. XIIII.

ARGVMENTVM.

De Argumentorum inuentione, quæ è locis eruantur, deq; eorum vſu tam ad confirmandum quam ad confutandum, locutus de[...]rundem diſpoſitione & forma tractare aggreditur. Et quia Rh[...]res frequentiſſime Enthymematis & Epicheremata vtantur, [...] præcipue loquitur. Quid ſit Enthymema, repetit: & duplex [...]ſtendit: ex conſequentibus, cum propoſitione & coniuncta probati[...]ne; & ex repugnantibus, quod aliquando multiplicetur coniuncti[...] multis contrariis. Quorum omnium optimum illud eſſe cenſet, c[...] propoſito contrario, vel diſſimili, ratio ſtatim ſubiungitur. exemplum eius profert ex Demoſthene. tum quo differat à ſyllogiſmo, [...] recte à quibuſdam ſyllogiſmum imperfectum vocari, docet. Epicherematis partes ſecundum varias opiniones enumerat: nam quid ſit, ſupra capite de argumentis dixit, duas, tres, quatuor, quinq; ſecundum diuerſos recenſet. Secundum Ciceronem quinque: propoſitionem, rationem, aſſumptionem, eius probationem, & concluſionem. Verum quia ratio propoſitioni, & probatio aſſumptioni ſuccedant, ipſe eorum ſententiam comprobat, qui tres ſolummodo partes epicherematis fecerunt, propoſitionem, aſſumptionem, & concluſionem: in quibus forma non ſit ſemper eadem. Nam aliquando idem concludi, quod intendi: aliquando non idem, ſed quod vim habeat parem: aliquando etiam diuerſum: & propoſitionem, aſſumptionem aut confeſſas eſſe, quæ probatione non egeant: aut dubias, quæ eadem egeant. ¶ Hanc inter Syllogiſmum & Epicherema differentiam aſſignat, quod ſyllogiſmorum variæ formæ ſint, & vera colligant veris, nec partium ordinem mutent, quaſi immutabili neceſſitate conſtricti: minutius etiam & ſcrupuloſius omnia ſcrutentur, & ad liquidum confeſſumque magis perducere velint: cum Epicheremata circa credibilia verſentur, partium ordinem & numerum frequenter mutent, & inuertant, non conciſe & minutim, ſed ample,

De Refutatione.

late, copioſe, ornate, eloquentia magna vi vbique affuſa, quod ſuſceperunt probent. ¶ *Poſtremo refellendi epicherematis rationem ſubiungit, nempe propoſitionem aſſumptionemve falſam; aut non ex iis concluſionem ſequi oſtendendo.*

IGitur Enthymema, & argumentum ipſum; id eſt, rem quæ probationi alterius adhibetur, appellant, & argumenti elocutionem. Eam vero dixi duplicem. Ex conſequentibus, quod habet propoſitionem, coniunctamque ei protinus probationem: quale pro Ligario; Cauſſa tum dubia, quod erat aliquid in vtraque parte quod probari poſſet: nunc melior ea certe iudicanda eſt, quam etiam dii adiuuerunt. Habet enim propoſitionem probationemque, non habet concluſionem. Ita eſt ille imperfectus ſyllogiſmus. Ex pugnantibus vero, quod etiam ſolum enthymema quidam vocant, fortior multo probatio eſt. Tale eſt Ciceronis pro Milone: Eius igitur mortis ſedetis vltores, cuius vitam ſi putetis per vos reſtitui poſſe, nolitis. Quod quidem etiam aliquando multiplicari ſolet, vt eſt ab eodem reo factum, Quem igitur cum omnium gratia noluit, hunc voluit cum aliquorum querela? quem iure, quem loco, quem tempore, quem impune non eſt auſus; hunc iniuria, iniquo loco, alieno tempore, cum periculo capitis non dubitauit occidere? Optimum autem videtur Enthymematis genus, cum propoſito diſſimili vel contrario ratio ſubiungitur: quale eſt Demoſthenis, Non enim ſiquid vnquam contra leges factum eſt, idque tu es imitatus, idcirco te conuenit pœna liberari: quin è contrario damnari multo magis. Nam vt ſi quis eorum damnatus eſſet, tu hæc non ſcripſiſſes; ita damnatus tu ſi fueris, non ſcribet alius. Epicherematos, & quatuor & quinque, & ſex etiam factæ ſunt partes a quibuſdam. Cicero maxime quinque defendit, vt ſit propoſitio, deinde ratio eius, tum aſſumptio, & eius probatio, quinta complexio: quia vero interim & propoſitio non egeat rationis, & aſſumptio probationis, nonnunquam etiam complexione opus non ſit, & quadripartitam, & tripartitam, & bipartitam quoque fieri poſſe ratiocinationem. Mihi & plurimis nihilominus autoribus tres ſummum videntur. Nam ita ſe habet natura, vt ſit de quo quæratur, & per quod probetur: tertium adiici poteſt velut ex conſenſu duorum antecedentium. Ita erit prima intentio, ſecunda aſſumptio, tertia connexio. Nam confirmatio primæ ac ſe-

Enthymema quid, docet Ariſt. analiticor. li. 2. c. 20.

De Inuen. lib. 2.

ac ſecundæ partis exornatio, eiſdem cedere poſſunt, quibus
ſubiiciuntur. Sumamus autem ex Cicerone quinque partium
Rhetor.2. exemplum. MELIVS gubernantur ea quæ conſilio reguntur, quam quæ ſine conſilio adminiſtrantur. Hanc primam partem numerant: eam deinceps rationibus variis, &
quam copioſiſſimis verbis approbari putant oportere. Hoc
ego totum cum ſua ratione, vnum puto: alioqui ſi ratio pars
eſt, eſt autem varia ratio, plures partes eſſe dicantur. Aſſumptionem deinde ponit. NIHIL autem omnium rerum melius
quam omnis mundus adminiſtratur. Huius aſſumptionis
quarto in loco aliam porro inducunt probationem, de quo
idem quod ſupra dico. Quinto inducunt loco complexionem, quæ aut id infert ſolum, quod ex omnibus partibus cogitur; hoc modo, Conſilio igitur mundus adminiſtratur: aut
vnum in locum cum conduxerit breuiter propoſitionem &
aſſumptionem, adiungit quid ex his conficiatur; ad hũc modum, Quod ſi melius geruntur quæ conſilio, quam quæ ſine
conſilio adminiſtrantur; nihil autem omnium rerum melius
quam omnis mundus adminiſtratur: conſilio igitur mundus
adminiſtratur. Cui parti conſentio. In tribus autem quas fecimus partibus, non eſt forma ſemper eadem; ſed vna, in qua
idem concluditur quod intenditur. ANIMA immortalis
eſt. Nam quicquid ex ſeipſo mouetur, immortalis eſt: anima
autem ex ſeipſo mouetur, immortalis igitur eſt anima. Hoc
*al ſed & fit non ſolum in ſingulis argumentis; ſed in * totis cauſſis
in. quæ ſunt ſimplices, & in quæſtionibus. Nam & hæ primam habent propoſitionem, Sacrilegium commiſiſti, hominem occidiſti. NON quiſquis hominem occidit, cædis reus tenetur.
Deinde rationem. Sed hæc eſt in cauſſis & quæſtionibus longior, quam in ſingulis argumentis. Et plerunque ſumma complexione, vel per enumerationem, vel per breuem concluſionem teſtantur quid effecerint. In hoc genere propoſitio dubia
eſt. de hac enim quæritur. Altera eſt complexio non par inten-
Platonis tioni, ſed vim habens parem. MORS nihil ad nos. nam quod eſt
argumen- diſſolutum, ſenſu caret. quod autem ſenſu caret, nihil ad nos.
tatio in A- In alio genere non eadẽ propoſitio eſt, quæ connexio. OMNIA
xioche. animalia meliora ſunt quam inanima: nihil autem melius eſt
mundo: mundus igitur animal. Hic poteſt videri de re contentio. Potuit enim ſic conſtitui ratiocinatio. Animal eſt mũdus, omnia enim animalia meliora ſunt quã inanima. Cæterũ
hæc propoſitio aut confeſſa eſt, vt proxima: aut probanda, vt,

QVI beatam vitam viuere volet, philoſophetur oportet. Non enim conceditur Cætera ſequi, niſi confirmata prima parte, non poſſunt. Eſt & aſſumptio interim confeſſa: vt, OMNES autem volunt beatam vitam viuere. Interim probanda, vt illa, QVOD eſt diſſolutum, ſenſu caret: cum ſoluta corpore anima, an ſit immortalis, vel ad tempus certum maneat, ſit in dubio. Quam aſſumptionem, alii rationem vocant, alii epicherema. Epicherema autem nullo differt à ſyllogiſmis, niſi quod illi & plures habent ſpecies: & vera colligunt veris: epichérematis frequentior circa incredibilia eſt vſus. Nam ſi cõtingeret ſemper controuerſa cõfeſſis probare, vix eſſet in hoc genere vſus Oratoris. Nam quid ingenio eſt opus vt dicas, Bona ad me pertinent; ſolus enim ſum filius defuncti, vel ſolus hæres, cum iure bonorum poſſeſſio teſtati ſecundum tabulas teſtamenti detur: ad me igitur pertinent? Sed cum ipſa ratio in quæſtionem venit, efficiendum eſt certum id quod probaturi ſumus quod incertum eſt: vt ſi ipſa forte intentione dicatur, Aut filius non es, aut non es legitimus, aut non es ſolus. Item que, Aut hæres non es, aut iuſtum teſtamentum non eſt, aut capere non potes, aut habes cohæredes. Efficiendum eſt iuſtum, propter quod bona adiudicari nobis debeant. Sed tum eſt neceſſaria illa ſumma connexio, cum intervenit oratio largior. Aliquando ſufficiunt intentio ac ratio, SILENT leges inter arma, nec ſe expectari iubent, cum ei qui expectare velit ante iniuſta pœna luenda ſit, quam iuſta repetenda. Ideoque id enthymema quod eſt ex conſequentibus, rationi ſimile dixerunt. Sed & ſingula quoque interim recte ponuntur: vt ipſum illud, Silent leges inter arma. Et A ratione fas eſt incipere, deinde concludere: vt ibidem, Quod ſi duodecim * tabulæ nocturnum furem quoquo modo, diurnum autem, ſi ſe telo defenderet, interfici impune voluerunt: quis eſt qui quoquo modo quis interfectus ſit, puniendum putet? Variat autem hic adhuc, & rurſus rationem tertio loco ponit, cum videat aliquando gladium nobis ad occidendum hominem ab ipſis porrigi legibus. Prioris autem partis duxit ordinem: Inſidiatori autem & latroni quæ poteſt inferri iniuſta * nex; hæc intentio. Quid comitatus noſtri, quid gladii volunt? hæc ratio. Quos habere certe non liceret, ſi vti illis nullo pacto liceret. hæc ex intentione & ratione connexio.

De Enthymemate.

Epicherema quid & eius differentia & vſus.

Pro Milone.

** Facit l. ſi pignore. 54 §. 2. ff. de furt. & ti. 27. li. 3. C. quando liceat vnicuiq. &c.*

** Eadem verba apud Cic. pro Milone reperiuntur.*

Huic generi probationis tribus occurritur modis, id eſt per omnes partes: Aut enim expugnatur intentio, aut aſſumptio,

Inuentio. aut concluſio; nonnunquam omnia, ſed hæc omnia tria ſunt. Intentio expugnatur, Iure occidi eum, qui inſidiatus ſit. Nã prima ſtatim pro Milone quæſtio eſt, an ſit ei fas lucem intueri, qui à ſe hominem necatum eſſe fateatur. Expugnatur aſſumptio omnibus iis quæ de refutatione diximus. Et ratio quidem nonnunquam eſt vera, cum eius propoſitio vera non ſit. Interim veræ propoſitionis falſa ratio eſt. Virtvs bonum eſt, verum eſt. ſi quis rationem ſubiiciat; quod ea locupletes faciat: veræ intentionis falſa ſit ratio. Connexio aut vera negatur, cum aliud colligit quam id quod ex prioribus conficitur: aut nihil ad quæſtionem dicitur pertinere. Non eſt vera, ſic, Inſidiator * iure occiditur. nam qui curauit vt vim afferat vt hoſtis, debet etiam vt hoſtis repelli. recte igitur Clodius vt hoſtis occiſus eſt. Non vtique. Nondum enim Clodium inſidiatorem oſtendimus: ſed ſit vera connexio, Recte igitur inſidiator vt hoſtis occiditur. Nihil ad nos. Nondum enim Clodius inſidiator apparet. Sed vt poteſt eſſe vera connexio, & tamen falſa intentio & ratio: ita ſi illa vera ſunt, nunquam eſt falſa connexio. Enthymema ab aliis oratorius ſyllogiſmus, ab aliis pars dicitur ſyllogiſmi, propterea quod ſyllogiſmus vtique concluſionem & propoſitionem habet, & per omnes partes efficit quod propoſuit: enthymema tantum intentum intelligi contentum ſit Syllogiſmus talis, Solum bonum virtus: nam id demum bonum eſt, quo nemo male vti poteſt. virtute nemo male vti poteſt. bonum eſt ergo virtus. Enthymema ex conſequentibus, Bonum eſt virtus; qua nemo male vti poteſt. Et contra, Non eſt bonum pecunia: non enim bonum, quo quiſquam male vti poteſt: pecunia poteſt quis male vti: non igitur bonum eſt pecunia. Enthymema ex pugnantibus, An bonum eſt, pecunia, qua quiſque poteſt male vti? Si pecunia quæ eſt in argento ſignato, argentum eſt: qui argentum omne legauit, & pecuniam quæ eſt in argento ſignato, legauit. Argentum autem omne legauit, igitur & pecuniam quæ eſt in argento, legauit. Habebit formam ſyllogiſmi. Oratori ſatis eſt dicere, Cum argentum legauerit omne, pecuniam quoque legauit, quæ eſt in argento. Peregiſſe mihi videor ſacra tradentium artes, ſed conſilio locus ſupereſt. Namque ego vt in oratione ſyllogiſmo quidem aliquando vti nefas non duco, ita conſtate totam, aut certe conſertam * eſſe aggreſſionum & enthymematum ſtipatione minime velim. Dialogis enim & dia-

Fac. l. licent. 4. Cod. ad le. Cornel de ſiccar.

Al. conſertam.

& dialecticis diſputationibus erit ſimilior, quam noſtri operis actionibus, quæ quidem inter ſe plurimum differunt. Nanque illi homines docti, & inter doctos verum quærentes, minutius & ſcrupuloſius ſcrutantur omnia, & ad liquidum confeſſumque perducunt: vt qui ſibi & inueniendi & iudicandi vindicent partes, quarum alteram τοπικὴν alteram κριτικὴν vocant. Nobis ad aliorum iudicia componenda eſt oratio, & ſæpius apud omnino imperitos, atque aliarum certe ignaros literarum loquendum eſt: quos niſi & delectatione allicimus, & viribus trahimus, & nonnunquam turbamus affectibus: ipſa quæ iuſta ac vera ſunt, tenere * nõ poſſumus. Locuples & ſpecioſa vult eſſe eloquentia: quorum nihil conſequetur, ſi concluſionibus certis & crebris, & in vnam prope formam cadentibus conciſa, & contemptum ex humilitate, & odium ex quadam ſeruitute, & ex copia ſatietatem, & ex amplitudine faſtidium tulerit. Feratur igitur non ſemitis, ſed campis: non vti fontes anguſtis fiſtulis colliguntur, ſed vt latiſſimi amnes totis vallibus fluat, ac ſibi viam, ſi quando non acceperit, faciat. Nam quid lege miſerius illa velut præformatas infantibus literas perſequentium, & vt Græci dicere ſolent, Quem *mater amictum dedit, ſolicite cuſtodientium*? * Propoſitio ac concluſio ex conſequentibus & repugnantibus, non inſpiceret, non augeat, non mille figuris variet ac verſet: vt ea naſci, & ipſa prouenire natura, non manu, facta & arte ſuſcepta, magiſtrum fateri vbique videantur? Quis vnquam ſic dicit Orator? Nonne apud ipſum Demoſthenem pauciſſima huiuſmodi reperiuntur? Quæ apprehenſa Græci magis (nam hoc ſolum nobis peius faciunt) in catenas ligant, & inexplicabili ſerie connectunt, & indubitata colligunt, & probant confeſſa, & ſe antiquis per hoc ſimiles vocant. Deinde interrogati, nunquam reſpondebunt quem imitentur. Sed de figuris alio loco. Nunc illud adiiciendum, ne iis quidem conſentire me, qui ſemper argumenta ſermone puro & dilucido & diſtincto, cæterum minime lato ornatoque putant eſſe dicenda. Nanque ea diſtincta quidem ac perſpicua debere eſſe confiteor: in rebus vero minoribus etiam ſermone ac verbis quam maxime propriis, & ex vſu. At ſi maior erit materia, nullum ornatum his, qui modo non obſcuret, ſubtrahendum puto. Nam & ſæpe plurimum lucis affert illa tranſlatio, cum etiam ipſi Iuriſconſulti, quorum ſummus circa verborum proprietatem labor eſt, littus eſſe audeant dicere,

De Enthymemate.

* *Al.* obtinere.

Græcorum adagium.

* *Al.* cuſtodiendum.

Inuentio. quaſi ictus eludit. QVOQVE quid natura magis aſperum, hoc pluribus condiendum eſt voluptatibus: & nimis ſuſpecta argumentatio, diſſimulatione: & multum ad fidem adiuuat audientis voluptas Niſi forte exiſtimamus Ciceronem male in hac ipſa argumentatione dixiſſe, SILERE leges inter arma, & gladium nobis interim ab ipſis porrigi legibus. His tamen habendus modus, vt ſint ornamento, non impedimento.

Iuriſcõſultorũ labor circa verborum proprietatem. Vid. Cicer. in Topic. l. litus, 96. & l. litus 1. 2. ff de verb. ſig. item & §. 2. In ſit. de rer. diuiſ.

M. FABII QVINTILIANI DE INSTITVTIONE ORATORIA LIBER VI.

Proœmium, in quo de fortuna ſua queritur.

ARGVMENTVM.

Hæc præfatio, materiæ quæ libro ſexto tractatur, aptiſſima eſt. Maioribus enim affectibus abundat, & hic liber perorationem tractat, quæ mouendis in omnem partem affectibus accommoda eſt. Deplorat immaturum filij maioris interitũ, qui cũ ſingularibus ingenii animique virtutibus emineret, ad hoc opus ſcribendũ edendumue, ſibi parenti præter tres alias cauſſas, quas initio repetit, veluti calcar dum viueret ſubijciebat. Cuius morte, vt ante vxoris & filii minoris, cum ſcriberet de corrupta eloquentiæ cauſſis, debilitatus, opus iam longe progreſſum intermiſiſſe, & ſtudia ſua diſtuliſſe fatetur: ac tandem proculcatis doloribus, & ſpretis omnibus fortunæ ludibriis, ad opus inceptum redire: & quia clari viri aduerſorum ſolatium à literis petant, & quia glorioſius ſit, aliorum quam priuatis commodis inſudare: qui totus locus ad conciliandam beneuolentiam pertinet.

HÆc, Marcelle Victori, ex tua voluntate maxime ingreſſus, tum ſi qua ex nobis ad iuuenes bonos peruenire poſſet vtilitas; nouiſſime pene & neceſſitate quadam officii delegati mihi, ſedulo laborabam; reſpiciens tamen illam curam meæ voluptatis, qui filio, cuius eminens ingenium, ſolicitam quoque parentis diligentiam merebatur, hanc optimam partem relicturus hæreditatis videbar: vt, ſi me,

ſi me, quod æquum & optabile fuit, fata intercepiſſent, præceptoris tamen parte vteretur. At me fortuna id agentem diebus ac noctibus, feſtinantemque metu meæ mortalitatis, ita ſubito proſtrauit, vt laboris mei fructus ad neminem minus quã ad me pertineret. Illum * enim de quo ſumma conceperam, & in quo ſpem vnicam ſenectutis meæ reponebam, repetito vulnere orbitatis amiſi. Quid nunc agam? aut quem vltra eſſe vſum mei diis reprobantibus credam? Nam ita forte accidit, vt eum quoque librum, quem de cauſſis corruptæ eloquentiæ emiſi iam ſcribere aggreſſus, ſimili ictu feriret. Tunc igitur optimum fuit, infauſtum opus, & quicquid hoc eſt in me infelicium literarum, ſuper immaturum funus conſumpturis viſcera mea flammis inicere, neque hanc impiam viuacitatẽ nouis inſuper curis fatigare. Quis enim mihi bonus parens ignoſcat, ſi ſtudere amplius poſſum? ac non oderit hanc animi mei firmitatem, ſi quis in me eſt alius vſus vocis, quam vt incuſem deos, ſuperſtes omnium meorum? nullam terras deſpicere prouidentiam teſter? ſi non meo caſu, cui tamen nihil obiici, niſi quod viuam, poteſt: at illorum certe, quos vtique immeritos mors acerba damnauit: erepta mihi prius eorundem matre, quæ nondum expleto ætatis vndeuiceſimo anno duos enixa filios, quamuis acerbiſſimis rapta fatis, felix deceſſit. Ego vel hoc vno malo ſic eram afflictus, vt me iam nulla fortuna poſſet efficere felicem. Nam cum omni virtute, quæ in fœminas cadit, functa; inſanabilem attulit marito dolorem: tum ætate ea, puellari præſertim meæ comparata, poteſt & ipſa numerari inter vulnera orbitatis. Liberis tamen ſuperſtitibus oblectabar: & quod nefas erat, ſæua; ſed optabat ipſa, me ſaluo maximos cruciatus præcipiti via effugit. Mihi filius minor quintum egreſſus annum, vt in malis agerem, prior alterum ex duobus eruit lumen. Non ſum ambitioſus in malis, nec augere lachrymarum cauſſas volo: vtinamque eſſet ratio minuendi. Sed diſſimulâte qui poſſum, quid illi gratiæ in vultu, quid iucunditatis in ſermone, quos ingenii igniculos, quam præſtantiam placidæ, & (quod ſcio vix poſſe credi tantum) altæ mentis oſtenderint? * qualis amorem quicunque alienus infans mereretur. Illud vero inſidiantis, quo me validius cruciaret, fortunæ fuit; vt ille mihi blandiſſimus, me ſuis nutricibus, me auiæ educanti, me omnibus qui ſolicitare ſolent illas ætates, anteferret. Quapropter illi dolori, quem ex matre optima, atque laudem

Procœmium.

* *Filii Quintiliani natu maioris mortuiq; luctus.*

Quintiliani aliud opus.

Quintilianus vt liberis & vxore orbatus.

Minoris filij ætas dũ obiit.

* *Al. oſtẽderit.*

Inuentio.

omnem ſupergreſſa, paucos ante menſes ceperam, gratulor. Minus enim eſt, quod flendum meo nomine, quam quod illius gaudendum eſt. Vna poſthæc Quintiliani mei ſpe ac voluptate nitebar: & poterat ſufficere ſolatio. Non enim floſculos, ſicut prior; ſed iam decimum ætatis ingreſſus annum, certos atque deformatos fructus oſtenderat. Iuro per mala mea, per infelicem conſcientiam, per illos manes numina doloris mei; has me in illo vidiſſe virtutes ingenii, non modo ad percipiendas diſciplinas, quo nihil præſtantius cognoui, plurima expertus, ſtudiique iam tum non coacti; (ſciunt præceptores,) ſed probitatis, pietatis, humanitatis, liberalitatis; vt prorſus poſſit hinc eſſe tanti fulminis metus; quod obſeruatum fere eſt, celerius occidere feſtinatam maturitatem, & eſſe neſcio quam, quæ ſpes tantas decerpat, inuidiam; ne videlicet vltra quam homini datum eſt, noſtra prouehantur. Etiam illa fortuita aderant omnia, vocis iucunditas claritaſque, oris ſuauitas, & in vtracunque lingua, tanquã ad eam demum natus eſſet, expreſſa proprietas omnium literarum. Sed hæc ſpes adhuc: illa maiora, conſtantia, grauitas, contra dolores etiam ac metus robur. Nam quo ille animo, qua medicorum admiratione, menſium octo valetudinem tulit? vt me in ſupremis conſolatus eſt? quam etiam deficiens, quamque non tunc ipſum illum alienatæ mentis errorem circa ſolas literas habuit? Tuoſne ego, ô meæ ſpes inanes, labẽtes oculos, tuum fugientem ſpiritum vidi? Tuum corpus frigidum exangue complexus, animam recipere, auramque communem haurire amplius potui? dignus his cruciatibus quos fero, dignus his cogitationibus. Tene conſulari nuper adoptione ad omnium ſpes bonorum * patris admotum, te auunculo prętori generum deſtinatum, te omnium ſpe Atticæ eloquentiæ candidatum, ſuperſtes parens tantum ad pœnas, amiſi? Et ſi non cupido lucis, certe patientia vindicet te reliqua mea ætate. Nam FRVSTRA mala omnia ad crimen fortunæ relegamus. NEMO niſi ſua culpa diu dolet. Sed viuimus, & aliqua viuendi ratio quærenda eſt, credendumque doctiſſimis hominibus, qui vnicum aduerſorum ſolatium literas putauerunt. Si quando tamen ita reſederit præſens impetus, vt aliqua tot luctibus alia cogitatio inſeri poſſit, non iniuſte petierim moræ veniam. Quis enim dilata ſtudia miretur, quæ potius non abrupta eſſe mirandum eſt? Tum ſi qua minus fuerit effecta iis, quæ leuius adhuc afflicti cœperamus, impe-

Filii Ætas maioris natu Quintiliani illius virtutes, morbus & obitus.

** Al. honorum.*

Plin. lib. 2. cap. 7.

imperitiæ aut fortunæ remittant: atque quæ ſiquid mediocrium alioqui noſtro ingenio virium fuit, vt non extinxerit, debilitauit tamen. Sed vel propter hos nos contumacius erigamus, quòd illam vt perferre nobis difficile eſt, ita facile contemnere. Nihil enim ſibi aduerſus me reliquit, & infelicem quidem; ſed certiſſimam tamen attulit mihi ex his malis ſecuritatem. Boni autem conſulere noſtrum laborem. vel propter hoc certum eſt, quod in nullum iam proprium vſum perſeueramus, ſed omnis hæc cura ad alienos, vt alienis vtilis (ſi modo quid vtile ſcribimus) ſpectat. Nos miſeri, ſicut facultates patrimonii noſtri, ita hoc opus aliis præparamus, aliis relinquemus.

De Conclu-ſione ſeu Peroratione.

De Concluſione, ſeu Peroratione.

CAP. I.

ARGVMENTVM.

Perorationem varie vocari docet, eiuſque duplicem rationem eſſe, vnam quæ argumentorum repetitione, alteram quæ affectibus conſtet. Priorem, enumerationem vocari: cuius officium ſit memoriam reficere, & totam cauſſam ante oculos ponere; legem ſiue modum, breuiter per capita decurrere: Elocutionem, quæ omnia grauiter & cum pondere dicat, ſententiis aptis excitet, & figurarum varietate diſtinguat, locũ habere in cauſis multiplicibus, & quæ pluribus argumentis defenſa ſunt, & tam accuſatori quã patrono communem eſſe. Alteram, quæ affectuum commotione conſtat: vtrique communem eſſe; magis tamen accuſatori quam patrono: & verbis fieri vel rebus: Verbis totam cauſſam, veluti ſub oculos ſtatuendo; quod maxime miſerabile vel inuidioſum videbitur: quo moueri iudex poſſit, latius proſequendo: Atrociſſima quæ obiiciuntur, faciendo & variis circunſtantiis amplificando, vt à loco, à tempore, & à perſonis, & reliquis ſimilibus in omnem partem, quod proprie accuſatoris eſt, ad quem miſerationem mouere, nonnunquam etiam pertinere ait; cum caſum eius quem vlciſcitur, aut liberorum, aut parentum ſolitudinem conqueritur: aut futuri temporis imagine, quid accuſatori vel iudicibus futurum ſit, ſi reus abſoluatur, præmonet: Sed affectus frequentius moueri, iudicem à miſeratione auertendo: quid dicturum facturumue aduerſarium putet, occupando; quid Iudices rogantibus reſpondere debeant, docendo. A defenſore quoque maximos affectus & miſera-

Inuentio. *ſerationem moueri oſtendit; de aduerſariorum calumnia, conſpiratione, aut crudelitate conquerendo: dignitatem rei, ſtudia fortia, cicatrices bello ſuſceptas, nobilitatem, aut maiorum merita commendando: quæ omnia variis circunſtantijs amplificanda ſint. Per proſopopœias aut ſe ipſum, aut res mutas, aut ipſum reum loquentem inducendo. Miſerationem tamen, vt non longam eſſe oportere: ita ad finem vſque orationis attolli ſemper, atque creſcere debere admonet. ¶ Hactenus verbis; nunc etiam rebus & factis magnos affectus moueri oſtendit, miſerabilia quædam faciendo; Reos qui periclitantur, ſquallidos, deformes, aut eorum liberos parentesue producendo, per eoſdem obſecrando, deos inuocando, cicatrices aduerſo pectore pro republ. ſuſceptas oſtentando; vt in cauſſa Aquilij fecit Antonius: gladium cruentum, veſtes ſanguine perfuſas proferendo: vt in funere Cæſaris: ſtratos iacendo genua complectendo, niſi perſona grauitas aut vita anteacta, aut rei conditio prohibeat; cum omnia cum dignitate facienda ſint: neque quicquam ſit tam riſu dignum, aut etiam odioſum, quam mimica ſcenicaue ad commouendos affectus geſticulatio. ¶ In cauſſis quoque priuatis eſſe perorationis genus vtrumque, & quod ex argumentorum enumeratione eſt, quodque ex lachrymis conſtat: niſi forte cauſſa ſit praua, aut leuis, quæ nihil tale recipiat. Porro ad lachrymas mouendas aggredi quenquam prohibet, niſi ſummis ingenij viribus præditus ſit. Diſcutere miſerationem non eſſe minus epilogi proprium, quam mouere: cum oratione continua, tum etiam vrbane dictis, quibus Iudex à lacrymis ad iuſtitiam reducatur. Et leniores interdum eſſe epilogos, quibus aduerſariis ſatisfacimus aliqua dignitate & modeſtia præditis. ¶ Poſtremo affectus non ſolum in procemio & epilogo eſſe, verumetiam per totam orationem ſpargi, vbi crimina expoſita ſint, quamuis præcipue in epilogo dominentur.*

PEroratio ſequebatur, quam Cumulum quidam, Concluſionem alii vocant. Eius duplex ratio eſt, poſita aut in rebus, aut in effectibus. Rerum repetitio & congregatio, quæ Græce dicitur ἀνακεφαλαίωσις, à quibuſdam Latinorum Enumeratio, & memoriam iudicis reficit, & totam ſimul cauſſam ponit ante oculos, & etiam ſi per ſingula minus mouerat, turba valet. In hac quæ repetemus quam breuiſſime dicenda ſunt, & quod Græco verbo patet, decurrendum per capita. Nam ſi morabimur, non iam enumeratio, ſed altera quaſi fiet oratio. Quæ autem enumeranda videntur, cum pondere

Enumerationis vtilitas.

dere aliquo dicenda ſunt, & aptis excitanda ſententiis, & figuris vtiq; varianda: alioqui nihil eſt odioſius recta illa repetitione, velut memoriæ iudicum diffidentis. Sunt autem innumerabiles: optimeque in Verrem Cicero, Si pater ipſe iudicaret, quæ diceret cum hæc probarentur? & deinde ſubiecit enumerationem. Aut cum idem, & in eundem per inuocationem deorum ſpoliata a prætore templa dinumeret.* Licet & dubitare num quid nos fugerit, & quid reſponſuri ſint aduerſarii his & his: aut quam ſpem accuſator habeat omnibus ita defenſis. Illa vero iucundiſſima, ſi contingat aliquod ex aduerſario ducere argumentum; vt ſi dicas, Reliquit hanc partem cauſſæ, aut inuidia premere maluit, aut ad preces confugit, & merito, cum ſciret hæc & hæc. Sed non ſunt ſingulæ ſpecies proſequendæ, ne ſola videantur quæ forte nunc dixero; cum occaſiones & ex cauſſis, & ex dictis aduerſariorum, & ex quibuſdam fortuitis quoque oriantur. Nec referenda modo noſtra, ſed poſtulandum etiam ab aduerſariis, vt ad quædam reſpondeant. Id autem, ſi & actionis ſupererit locus, & ea propoſuerimus, quæ refelli non poſſunt. Nã prouocare quæ inde * ſint fortia, non arguentis eſt, ſed monentis. Id vnum epilogi genus viſum eſt pleriſque Atticorum, & philoſophis fere omnibus, qui de arte Oratoria ſcriptum aliquid reliquerũt. Id ſenſiſſe Atticos credo; quia Athenis affectus mouere etiam per præconem prohibebatur Orator. Philoſophos minus miror, apud quos vitii eſt loco, affici: nec boni mores videtur: ſic à vero iudicem auerti: Nec cõuenire bono viro vitiis vti. Neceſſarios tamen affectus fatebuntur, ſi aliter obtineri vera & iuſta & in commune profutura non poſſint. Cæterum illud conſtitit inter omnes, etiam in aliis partibus actionis, ſi multiplex cauſſa ſit, & pluribus argumentis defenſa, vtiliter ἀνακεφαλαίωσιν fieri ſolere: ſicut nemo dubitauerit multas eſſe cauſſas, in quibus nullo loco ſit neceſſaria; ſi breues & ſimplices fuerint. Hæc pars perorationis accuſatori patronoque æque communis eſt. Affectibus quoque eiſdem fere vtuntur: ſed rarius hic, ille ſæpius ac magis. Nam huic concitare iudices, illi flectere conuenit. Verum & accuſator habet interim lacrymas ex miſeratione eius rei quem vlciſcitur: & reus de indignitate calumniæ conſpirationis vehementius interim queritur. Diuidere igitur hæc officia commodiſſimum, quę plerunque ſunt, vt dixi, procœmio ſimilia, ſed liberiora, plenioraque. Inclinatio

De Concluſione ſeu Peroratione.

* al. dinumerat.

* al. quæ deſint fortia.

Vide Ariſtotelem in princ. Rhetoric. lib. 1.

Inuentio.

natio enim iudicum ad nos, petitur initio parcius, cum admitti ſatis eſt, & oratio tota ſupereſt. In epilogo vero eſt, qualem animum iudex in conſilium ferat, & iam nihil amplius dicturi ſumus, nec reſtat quo ſeruemur. * Eſt igitur vtriſque commune, conciliare ſibi, auertere ab aduerſario iudicem, concitare affectus, & componere. Et breuiſſimum quidem hoc præceptum dari vtrique parti poteſt, vt totas cauſſæ ſuæ vires Orator ante oculos ponat: & cum viderit quid inuidioſum, fauorabile, inuiſum, miſerabile aut ſit in rebus, aut videri poſſit, ea dicat, quibus, ſi iudex eſſet ipſe, maxime moueretur. Sed certius eſt ire per ſingula. Et quæ conciliant quidem accuſatorem, in præceptis exordii iam diximus. Quædam tamen quæ illic oſtendere ſatis eſt, in peroratione implenda ſunt magis, ſi contra impotentem, inuiſum, pernicioſum ſuſcepta cauſa eſt: ſi iudicibus ipſis aut gloriæ damnatio rei, aut deformitati futura abſolutio. Nam egregie in Vatinium Caluus, Factum, inquit, ambitum ſcitis omnes, & hoc vos ſcire omnes ſciunt. Cicero quidem in Verrem etiam emendari poſſe infamiam iudiciorũ damnato reo dicit: quod eſt vnum ex ſupradictis. Metus etiam ſi eſt adhibendus, vt facit idem, hunc habeat locum fortiorem quam in prooemio. Qua de re quid ſentirem, alio iam libro expoſui. Concitare quoque inuidiam, odium, iram, liberius in peroratione contingit: quorum inuidiam gratia, odium, turpitudo, irã offenſio iudicis facit, ſi contumax, arrogans, ſecurus ſit, qui non ex facto modo, dictoue aliquo, ſed vultu, habitu, aſpectu moueri ſolet. Egregieq; nobis adoleſcentibus dixiſſe accuſator Coſſutiani Capitonis videbatur, Græce quidem, ſed in hunc ſenſum, Erubeſcit Cæſarem timere. Summa tamen concitandi affectus accuſatori, in hoc eſt; vt id quod obiicit, aut quam atrociſſimum, aut etiam, ſi fieri poteſt, quam maxime miſerabile eſſe videatur. Atrocitas creſcit ex his, quid factũ ſit, à quo, in quẽ, quo animo, quo tempore, quo loco, quo modo: quę omnia infinitos anfractus habent. Pulſatum querimur: de re primum ipſa dicendum: tum ſi ſenex, ſi puer, ſi magiſtratus, ſi probus, ſi bene de repub. meritus. Etiam ſi percuſſus ſit à vili aliquo contemptoq;: vel ex contrario à potente nimium, vel ab eo à quo minime oportuit. Et ſi die forte ſolenni, aut iis tẽporibus, cum iudicia eius rei maxime exercerentur, aut in ſollicito ciuitatis ſtatu. Item in theatro, in templo, in concione creſcit * inuidia. Et ſi non errore, nec ira: vel etiam ſi forte ira,

ſed

al. ſerdemus.

Act. 2.

Act. 7.

Metus ut adhibendus.

Lib. 4. c. 1.

Affectus ut concitandi.

* *al.* in cõcione.

ſed iniqua, quod patri affuiſſet, quod reſpondiſſet, quod honores contra peteret: & ſi plus etiã videri poteſt voluiſſe quã fecit. Plurimum tamen affert atrocitatis, modus; ſi grauiter, ſeu ſi contumelioſe: vt Demoſthenes ex parte percuſſi corporis, ex vultu ferientis, ex habitu inuidiam Midiæ quærit. Occiſus eſt, vtrum ferro, an igne, an veneno; vno vulnere an pluribus; ſubito an expectatione tortus, ad hanc partem maxime pertinet. Vtitur frequenter accuſator & miſeratione, cum aut eius caſum quem vlciſcitur, aut liberorum aut parentum ſolitudinem conqueritur. Etiam futuri temporis imagine iudices mouet, qui maneant eos caſus, qui de vi & iniuria queſti ſunt, niſi vindicentur: fugiendum de ciuitate, cedendum bonis, aut omnia quæcunque inimicus fecerit, præferenda.* Sed ſæpius id eſt accuſatoris, auertere iudicem à miſeratione qua reus ſit vſurus, atque ad fortiter iudicandum concitare. Cuius loci eſt etiam occupare quæ dicturum facturumue aduerſarium putes. Nam & cautiores ad cuſtodiam ſuæ religionis iudices facit, & gratiam reſponſuris aufert, cum ea quæ prædicta ſunt ab accuſatore, iam ſi pro reo petentur, non ſint noua: vt Seruius Sulpitius contra Aufidiam, ne ſignatorum ab ipſis diſcrimen obiiciatur ſibi, præmonet. Necnon ab Æſchine, quali ſit vſurus Demoſthenes actione, prædictum eſt. Docendi interim quoque iudices, qui rogantibus reſpondere debeant: quod eſt vnum repetitionis genus. Periclitantem vero commendat dignitas, & ſtudia fortia & ſuſceptæ bello cicatrices, & nobilitas, & merita maiorum. Hoc quod proxime dixi, Cicero atque Aſinius certatim ſunt vſi: pro Scauro patre hic, ille pro filio. Commendat & cauſſa periculi, ſi ſuſcepiſſe inimicitias ob aliquod factum honeſtum videtur: præcipue bonitas, humanitas, miſericordia. Iuſte enim tunc petere ea quiſque videtur à iudice, quæ alii ipſe præſtiterit. Referenda pars hæc quoque ad vtilitatem reipubl. ad iudicum gloriam, ad exemplum, ad memoriam poſteritatis. Plurimum tamen valet miſeratio, quæ iudicem flecti non tantum cogit; ſed motum quoque animi ſui lacrymis confiteri. Hæc petentur, aut ex iis quæ paſſus eſt reus, aut ex iis quæ tũ maxime patitur, aut ex iis quæ damnatum manent: quæ & ipſa duplicantur cum dicimus ex qua illi fortuna, & in quam recidendum ſit. Affert in his momentum & ætas, & ſexus, & pignora: liberi, dico, & parentes, & propinqui. Quæ omnia tractari varie ſolent. Nonnunquam etiam & ipſe patronus has

partes

De Concluſione Peroratione.

Creſcit inuidia & ſi nõ &c.

Miſerationem accuſator etiam interdum mouet.

* *al.* perferenda.

Inuentio. partes ſubit: vt Cicero pro Milone, O me miſerum, ô me infelicem. Reuocare me tu in patriam Milo potuiſti per hos, ego te in patria per eoſdem retinere non potero? Maximeque ſi (vt tunc accidit) non conuenient ei qui accuſatur, preces. Nam quis ferret Milonem pro capite ſuo ſupplicantem, qui à ſe virum nobilem interfectum; quia id fieri oportuiſſet; fateretur? Ergo & ille captauit ex illa præſtantia animi, fauorem, & in locum lacrymarum eius ipſe ſucceſſit. His præcipue locis vtiles ſunt proſopopœiæ, id eſt fictæ alienarum perſonarum orationes, quales litigatorem decent, vel patronum Mutæ tamen res mouent, aut cum ipſis loquimur, aut cum ipſas loqui fingimus. Ex perſonis quoque trahitur affectus. Non enim audire iudex videtur aliena mala deflentes, ſed ſenſum ac vocem auribus accipere miſerorum; quorum etiam mutus aſpectus lacrymas mouet: quantoque eſſent miſerabiliora ſi ea dicerent ipſi, tanto ſunt quadam ſua portione ad efficiendum potentiora, cum velut ipſorum ore dicuntur: VT ſcenicis actoribus eadem vox, eadem pronunciatio plus ad mouendos affectus ſub perſona valet. Itaque idem Cicero quanquam preces non dat Miloni, eumque potius animi præſtantia commendat, accommodauit ei tamen & verba, & conuenientes etiam forti viro conqueſtiones. O fruſtra, inquit, mei ſuſcepti labores! O ſpes fallaces! O cogitationes inanes meæ! Nunquam tamen debet eſſe longa miſeratio: nec ſine cauſſa dictum eſt, NIHIL facilius quam lacrymas inareſcere. Nam cum etiam VEROS dolores mitiget tempus; citius euaneſcat neceſſe eſt illa, quam dicendo effinximus, imago: in qua ſi moramur, lacrymis fatigatur auditor, & requieſcit, & ab illo quem ceperat impetu, ad rationem redit. Non patiamur igitur frigeſcere hoc opus; & affectum, cum ad ſummũ perduxerimus, relinquamus: nec ſperemus fore, VT aliena quiſquam diu ploret. Ideoque cum in aliis, tum maxime in hac parte debet creſcere oratio: quia QVICQVID non adiicit prioribus, etiã detrahere videtur: & facile deficit affectus, qui deſcendit. Non ſolum autem dicendo, ſed etiã faciendo quædã, lacrymas mouemus: vnde & producere ipſos qui periclitentur, ſquallidos atque deformes; & liberos eorum ac parẽtes, inſtitutũ, & ab accuſatoribus oſtendi cruentum gladium, & lecta è vulneribus oſſa, & veſtes ſanguine perfuſas videmus, & vulnera reſolui, ac verberata corpora nudari. Quarũ rerũ ingens plerunq; vis eſt, velut in rem præſentem animos homi-

Proſopopeia quæ.

Cicero in Partit. & de Inuẽ. 1.

hominum ducentium. Et populum Romanum egit in furorem prætexta Caij Cæſaris prolata in foro cruenta. Sciebatur interfectum eum, corpus denique ipſum impoſitum lecto erat: veſtis tamen illa ſanguine madens, ita repræſentauit imaginem ſceleris, vt nō occiſus eſſe Cæſar, ſed tum maxime occidi videretur. Sed non ideo probauerim, quod factum & lego, & ipſe aliquando vidi, depictam tabulam ſupra Iouem in imagine rei, cuius atrocitate iudex erat cōmouendus. Qvæ enim eſt actoris infantia, qui mutam illam effigiem magis quàm orationem pro ſe putet locuturam? At ſordes, & ſqualores, & propinquorum quoq; ſimilem habitum ſcio profuiſſe, & magnum ad ſalutem momentum preces attuliſſe. Quare & obſecratio illa iudicum per chariſſima pignora, vtique ſi & reo ſint liberi, coniunx,* parentes, vtilis erit. Et Deorum etiā inuocatio, velut ex bona conſcientia profecta videri ſolet. Stratum denique iacere, & genua complecti: niſi tamen perſona nos, & anteacta vita, & rei conditio prohibebit. Quædā enim iam fortiter tuenda, quam facta ſunt. Verum ſic eſt habenda autoritatis ratio, ne ſit inuiſa ſecuritas. Fuit quondam inter hæc omnia potentiſſimum id, quo Lucium Murænam Cicero accuſantibus clariſſimis viris, eripuiſſe præcipue videtur. Perſuaſit enim nihil eſſe ad præſentem rerum ſtatum vtilius, quā pridie Calend. Ianuarias ingredi Conſulatū. Quod genus noſtris temporibus totum pene ſublatum eſt, cùm omnia curæ tutelæque vnius innixa, periclitari nullo iudicii exitu poſſint. De accuſatoribus & reis ſum locutus; quia in periculis maxime verſatur affectus. Sed priuatæ quoque cauſſæ vtrunque habent perorationis genus: & illud quod eſt ex enumeratione probationum, & hoc quod ex lacrymis: ſi aut ſtatu periclitari, aut opinione litigator videtur. Nā in paruis quidem litibus has tragœdias mouere, tale eſt, quale, ſi perſonam Herculis & cothurnos aptare infantibus velit. Illud ne indignum quidem admonitione, ingens in epilogis meo iudicio verti diſcrimen, quomodo ſe dicenti, qui excitatur, accommodet. Nam & imperitia & ruſticitas, & rigor, & deformitas afferunt interim frigus: diligenterque hæc ſunt actori prouidenda. Equidem repugnāteis eos patrono, & nihil vultu commotos, & intempeſtiue ridentes, & facto aliquo vel ipſo vultu riſum mouentes ſæpe etiam vidi, præcipue vero cū aliqua velut ſcenice fiunt. Tranſtulit patronus aliquando puellam, quæ ſoror eſſe aduerſarii diceretur, (nam de hoc lis

De Concluſione ſeu Peroratione.

Suet. in vita Cæſaris, & Appianus lib. 2. bell. ciuil.

* *al.* coniux *ſed idem.*

Vid. Eraſ. Chiliad. 1. cēt. 1. ada. 71. ex Athen. lib. 9.

Inuentio. lis erat,) in aduerſa ſubſellia, tanquam in gremio fratris reſiſturus. at is à nobis præmonitus diſceſſerat. Tum ille alioqui vir facundus, inopinatæ rei caſu obmutuit,& infantem ſuam frigidiſſime reportauit. Alius, imaginem mariti pro rea proferre magni putauit: at ea ſæpius riſum fecit. Nam & ii quorum officii erat vt traderent eã, ignari qui eſſet epilogus, quoties reſpexiſſet patronus, offerebant palam,& prolata nouiſſime, deformitate ipſa; (nam ſenis cadaueri infuſa) præteritam quoque orationis gratiam perdidit. Nec ignorum quid Glyconi, cui Spiridion fuit cognomen, acciderit. Huic puer, quẽ in ius productum, quid fleret interrogabat, ex pædagogo ſe vellicari reſpondit. Sed nihil illa contra Cepaſios Ciceronis fabula efficacius ad pericula epilogorum. Omnia tamen hæc

Pro Cluēt. tolerabilia, quibus actionem mutare facile eſt. at qui à ſtylo non recedunt, aut conticeſcunt ad hos caſus, aut frequentiſſime falſa dicunt. Inde eſt enim, Tendit ad veſtra genua ſupplices manus. &, Hæret in complexu liberorum miſer. &, Reuocat ecce me erſi nihil horum is de quo dicitur, faciat. Et è ſcholis hæc vitia, in quibus omnia libere fingimus;& impune; quia pro facto eſt quicquid volumus: non admittit hoc idem veritas fori Egregieque Caſſius dicenti adoleſcentulo, Quid me toruo vultu intueris Seuere? Non me hercule, inquit, faciebam; ſed ſic ſcripſiſti, ecce. & quam potuit truculentiſſime eum aſpexit. Illud præcipue monendum, ne quis niſi ſummis ingenii viribus ad mouendas lachrymas aggredi audeat. Nam vt eſt longe vehementiſſimus hic cum inualuit affectus, ita ſi nihil efficit, tepet: quem melius infirmus actor tacitis iudicum cogitationibus reliquiſſet. Nam & vultus, & vox; & ipſa illa excitati rei facies: ludibrio etiam plerunque ſunt hominibus quos non promouerunt. Quare metiatur ac diligenter æſtimet vires ſuas actor: & quantum onus ſubiturus ſit, intelligat. Nihil habet iſta res medium, ſed aut lacrymas meretur, aut riſum. Non autem commouere tantum miſerationem, ſed etiam diſcutere, epilogi eſt proprium: quum oratione continua, quæ motos lacrymis iudices ad iuſtitiam reducat, tum etiam quibuſdam vrbane dictis: quale eſt, DATE puero panem, ne ploret. Et corpulento litigatori, cuius aduerſarius item puer circa iudices erat, ab aduocato latus. QVID faciam? ego te baiulare non poſſum. Sed hæc tamen non debent eſſe mimica. Ita neque illum probauerim, qui inter clariſſimos ſui temporis Oratores fuit, qui

qui pueris in epilogum productis, talos proiecit in medium, quos illi diripere cœperunt. Nanque hæc ipſa diſcriminis ſui ignorantia potuit eſſe miſerabilis. Neque illum, qui cum eſſet cruentus gladius eius ab accuſatore prolatus, quo is hominem probabat occiſum; ſubito ex ſubſelliis vt territus fugit, & capite ex parte velato, cum ad agentem ex turba proſpexiſſet, interrogauit an iam ille cum gladio receſſiſſet. Fecit enim riſum, ſed ridiculus fuit. Diſcutiendæ tamen oratione huiuſmodi ſcenæ. Egregieq; Cicero, qui & contra imaginem Saturnini pro Rabirio grauiter, & contra iuuenem cuius ſubinde vulnus in iudicio reſoluebatur, pro Vareno multa dixit vrbane. Sunt & illi leniores epilogi, quibus aduerſario ſatisfecimus: * ſi forte ſit eius perſona talis, vt illi debeatur reuerentia, aut quum amice aliquid commonemus, & ad concordiam hortamur: quod eſt genus egregie tractatum à Paſſieno, cum Domitiæ vxoris ſuæ pecuniariam litem aduerſus fratrem eius Ænobarbum ageret. Nam quum de neceſſitudine multa dixiſſet, de fortuna quoque qua vterque abundabat, adiecit, Nihil vobis minus deeſt, quam de quo contenditis. Omnes autem hos affectus, ſi quibuſdam videntur in procemio atque in epilogo ſedem habere, in quibus ſane ſunt frequentiſſimi, tamen aliæ quoque partes recipiunt, ſed breuiores; vt cum ex his plurima ſint reſeruanda. At hic ſi vſquã, totos eloquentiæ aperire fontes licet. Nam ex his, ſi bene diximus reliqua, poſſidemus iam iudicum animos: & confragoſis atque aſperis euecti, tota pandere poſſumus vela: & cũ maxima pars epilogi amplificatio, verbis atque ſententiis vti licet magnificis, atque ornatis. Tunc eſt commouendum theatrum, quum ventum eſt ad ipſum illud, quo veteres tragœdiæ comœdiæque clauduntur, *Plaudite*. In aliis autem partibus tractandus affectus erit, vt quiſque naſcetur. Nam neq; exponi ſine hoc res atroces & miſerabiles debent. Cũm de qualitate alicuius rei quæſtio eſt, probationibus vniuſcuiuſque rei recte ſubiungitur. Vbi vero coniunctam ex pluribus cauſſam agimus, etiam neceſſe erit vti pluribus quaſi epilogis: vt in Verrem Cicero fecit. Nam & Philodamo, & Nauarchis, & cruciatis ciuibus Romanis, & aliis plurimis ſuas lacrymas dedit. Sunt qui hoc *μερικοὺς ἐπιλόγους* vocent, quo partitam perorationem ſignificant. Mihi non tam partes eius, quam ſpecies videntur. Si quidem hæc epilogi & perorationis nomina ipſa aperte ſatis oſtendunt hanc eſſe conſummationem orationis.

De Concluſione ſeu Peroratione.

* *al.* ſatisfacimus.

Act. 3. & 7.

De

Inuentio.

De diuiſione affectuum, & quomodo mouendi ſint.

CAP. II.

ARGVMENTVM.

Quid in affectibus mouendis fieri oporteret, executus; hoc capite quo id modo conſequi poſſimus oſtendit. Primum omnium affectuum commouendorum laudes ſimpliciter & comparate prædicat: iiſque eloquentiam vere regi, & ſuas vires omnes diffundere demonſtrat: Affectus diuidit in pathos & ethos, id eſt in concitatos & mites compoſitoſque: quorum hi comœdia, tragœdiæ alii ſimiles videri poſſint. Quid vtriuſque proprium. & quomodo inter ſe differant, ample docet. Nempe hos vniuſcuiuſque perſonæ mores, & rerum omnium naturam magna cum delectatione, procul ab ira, odio & furore exprimere: illos totos circa iram, odium, metum, inuidiam, & miſerationem verſari: per quæ orationis grauitas, aut atrocitas, vim rebus indignis, aſperis, aut inuidioſis addat. In quibus hoc præcipuum & ſummum eſſe contendit; vt qui commouere alios velimus, prius commoueamur: & qui lacrymas aliis excutere conamur, in fletum primum prorumpamus ipſi. Id facile fieri poſſe, ſi quas Græci phantaſias: Latini viſiones vocant, animo concipiamus, per quas rerum abſentium imagines ita nobis repræſentemus, vt cernere videamur ipſi, vt quæ in quaque re acerba accidere ſoleant, imaginemur, & oculis animiſque ſubijciamus ſic enim fore vt ἐνάργεια, quam euidentiam dicimus, conſequatur: quæ alios quoque non vulgariter & permoueat & perturbet.

QVamuis autem pars hæc iudicialium cauſſarum ſit ſumma, præcipueque conſtet affectibus, & aliqua de his neceſſario dixerim; non tamen potui, ac ne debui quidem locũ iſtum in vnam ſpeciem concludere. Quare adhuc opus ſupereſt, cum ad obtinenda quæ volumus, potentiſſimum; tum ſupradictis multo difficilius, mouendi iudicum animos, atq; in eum quem volumus habitum formandi, & velut transfigurandi. Qua de re pauca, quæ poſtulabat hæc materia, ſic attigi; vt magis quid oporteret fieri, quam quo id modo conſequi poſſemus, oſtenderem. Nunc altius omnis rei repetenda ratio eſt. Nam & per totam (vt diximus) cauſſam locus eſt affectibus: & eorum non ſimplex natura, nec in tranſitu tractanda, quo nihil maius afferre vis orandi poteſt. Nam cætera forſitan tenuis quoque & anguſti ingenii vena; ſi modo vel

De Affectuum diuiſione.

vel doctrina, vel vſu ſit adiuta, generare atq; ad frugem aliquã perducere queat. Certe ſunt, ſemperq; fuerunt non parũ multi, qui ſatis perite, quæ eſſent probationibus vtilia, reperirent: quos equidem non contemno, ſed hactenus vtiles credo, ne quid per eos iudici ſit ignotum: atque (vt dicam quod ſentio) dignos à quibus cauſſas diſerti docerentur. Qui vero iudicem rapere, & in quem vellet habitum animi poſſet perducere, quo dicto flendum & iraſcendum eſſet, rarius fuit. Atque hoc eſt, quod dominatur in iudiciis, hæc eloquentiam regunt: Namque argumenta plerunque naſcuntur ex cauſſa, & pro meliore parte plura ſunt ſemper: vt qui per hæc vicit, tantum non defuiſſe ſibi aduocatum ſciat. Vbi vero animis iudicum vis afferenda eſt, & ab ipſa veri contemplatione abducenda mens, vbi proprium Oratoris opus eſt. Hoc non docet litigator, hoc libellis non cõtinetur. Probationes enim efficiunt ſane vt cauſſam noſtram meliorem eſſe iudices putent: affectus præſtant vt etiam velint. Sed id quia volunt, credunt quoque. Nam cum iraſci, fauere, odiſſe, miſereri cœperint, agi iã rem ſuam exiſtimant: & Sicvt amantes de forma iudicare non poſſunt; quia ſenſum oculorum premit amor; Ita omnem inquirendæ veritatis rationem iudex amittit occupatus affectibus: æſtu fertur & velut rapido flumini obſequitur. Ita argumenta ac teſtes quid egerint, pronuntiatio oſtendit: commotus autem ab Oratore iudex, quid ſentiat, ſedens adhuc atque audiens confitetur. An cum ille, qui pleriſque perorationibus petitur, fletus erumpit, non palam dicta ſententia eſt? Huc igitur incumbat Orator, Hoc opus eius, hic labor eſt: ſine quo cætera nuda, ieiuna, infirma, ingrata ſunt. adeo velut ſpiritus operis huius atq; animus eſt in affectibus. Horum autem ſicut antiquitus traditum accepimus, duæ ſunt ſpecies: Alteram Græci πάθος vocant, quam nos vertentes recte ac proprie *Affectum* dicimus: Alteram ἦθος, cuius nomine, vt ego quidem ſentio, caret ſermo Romanus: mores appellantur. atque inde pars quoque illa philoſophiæ ἠθικὴ, *Moralis* eſt dicta. Sed ipſam rei naturam ſpectanti mihi, non tam mores ſignificari videntur, quam morum quædam proprietas. nam ipſis quidem omnes habitus mentis continentur. Cautiores, voluntatem complecti, quã nomina interpretari maluerunt. Affectus igitur hos concitatos, illos mites atque compoſitos eſſe dixerunt. In altero vehementer commotos, in altero lenes, denique hos imperare, illos perſuadere. hos ad perturba-

πάθος & ἦθος quid & illorum vſus.

[illegible]ntentio. tionem, illos ad beneuolentiam præualere. Adiiciunt quidam peritorũ πάθος temporale eſſe. Quod vt accidere frequentius fateor, ita nonnullas credo eſſe materias, quæ continuum deſiderent affectum. Nec tamen minus artis aut vſus hi leniores habent, virium atque impetus non tantundem exigunt. In cauſſis vero etiam pluribus verſantur; imo ſecundum quendam intellectum in omnibus. Nam cum niſi ex illo & hoc loco nihil ab Oratore tractetur, quicquid de honeſtis, & vtilibus, deniq; faciendis & nõ faciendis dicitur, hoc vocari poteſt. Quidam commendationem atque excuſationem propria huius officii putauerunt: nec abnuo eſſe iſta in hac parte; ſed non concedo, vt ſola ſint: quin illud adhuc adiicio, πάθος atque ἦθος eſſe interim ex eadem natura: ita vt illud maius ſit, hoc minus: vt amor πάθος, charitas ἦθος. Interdum diuerſa inter ſe; ſicut in epilogis. Namque πάθος concitat, ἦθος ſolet mitigare. Propria tamen mihi huius nominis exprimenda natura eſt, quatenus appellatione ipſa nos ſatis ſignificari videtur. ἦθος quod intelligimus, quodque à docentibus deſideramus, id erit, quod ante omnia bonitate commendabitur: non ſolum mite ac placidum, ſed plerunque blandum & humanum, & audientibus amabile atque iucundum: in quo exprimendo ſumma virtus ea eſt, vt fluere omnia ex natura rerum hominumque videantur, quo mores dicentis ex oratione pelluceant, & quodammodo agnoſcantur. Quod eſt ſine dubio inter coniunctas maxime perſonas, quoties perferimus, ignoſcimus, ſatisfacimus, monemus; procul ab ira, procul ab odio. Sed tamen alia patris aduerſus filium, tutoris aduerſus pupillum, mariti aduerſus vxorem moderatio eſt. Hi enim præ ſe ferunt eorum ipſorũ à quibus læduntur, charitatem: neque alio modo inuiſos eos faciunt, quam quod amare ipſi videntur. Alia cum ſenex adoleſcentis, alia cum conuitium honeſtus inferioris fert. Hic enim tantum concitari, illic etiam affici debet. Sunt & illa ex eadem natura; ſed motus adhuc minoris; veniam petere, adoleſcentiæ defende-

*Al. lęuis. re amores. Nonnunquam etiam lenis *alieni caloris deriſus ex hac forma venit: ſed non his ex locis tantum, verum aliquanto magis propriæ ſunt virtutes ſimulationis, ſatisfaciendi, rogandi; & εἰρωνείας, quæ diuerſum ei quod dicit, intellectum petit. Hinc etiam ille maior ad concitandum odium naſci affectus ſolet, cum hoc ipſo quod nos aduerſariis ſubmittimus, intelligitur tacita impotentiæ exprobratio. Namque

eos

De Affectuum diuiſione.

eos graues & intolerabiles id ipſum demonſtrat, quod cedimus: & ignorant cupidi maledicendi, aut affectatores libertatis. PLVS inuidiam quam conuitium poſſe. nam inuidia aduerſarios, conuitium nos inuiſos facit. Ille iam pene medius affectus eſt, ex amoribus & ex deſideriis amicorum & neceſſariorum. Nam & hoc maior eſt, & illo minor. Non parum ſignificanter etiam illa * in ſcholis ἤθη dixerimus, quibus plerunque ruſticos, ſuperſtitioſos, auaros, timidos, ſecundum conditionum propoſitorum effingimus. Nam ſic ἤθη mores ſunt, cum hos imitamur & ex his ducimus orationem. Denique hoc omne, bonum & comem virum poſcit. Quas virtutes cum etiam in litigatore debeat Orator, ſi fieri poteſt, approbare; vtique ipſe aut habeat, aut habere credatur. Sic proderit plurimum cauſſis, quibus ex ſua bonitate faciet fidem. Nam qui dum dicit, malus videtur, vtique male dicit: non enim videtur iuſta dicere; alioqui ἤθος videretur. Quare ipſum etiam dicendi genus in hoc placidum debet eſſe ac mite: nihil ſuperbum, nihil elatum ſaltem ac ſublime deſideret. PROPRIE, iucunde, credibiliter dicere, ſat eſt. Ideoque & medius ille orationis modus maxime conuenit. Diuerſum eſt huic quod πάθος dicitur, quodque nos *Affectum* proprie vocamus: & vt proxime vtriuſque differentiam ſignem, illud comœdiæ, hoc tragœdiæ ſimile. Hæc pars circa iram, odium, metum, inuidiam, miſerationem, fere tota verſatur. Quæ quibus ex locis ducenda ſint, & manifeſtum omnibus, & a nobis in ratione proœmii atque epilogi dictum eſt. Et metum tamen duplicem intelligi volo, quem patimur: & quem facimus. Et inuidiam: namque altera inuidum, altera inuidioſum facit. Hoc autem hominis, illud rei eſt, in quo & plus habet operis oratio. Nam quædam videntur grauia per ſe, parricidium, cædes, veneficium: quædam efficienda ſunt. Id autem contingit, aut cum magnis alioqui malis grauius eſſe id quod paſſi ſumus, oſtenditur: quale eſt apud Virgilium,

Inuidia ut plus poſſit quam conuitium.

* *Al.* illas.

πάθος Affectus.

Metus ut duplex, ita & Inuidia.

O felix vna ante alias Priameia virgo,
Hoſtilem ad tumulum Troiæ ſub mœnibus altis
Iuſſa mori. Quam miſer enim caſus Andromachæ, ſi comparata ei felix Polyxena? At cum ita exaggeramus iniuriam noſtram, vt etiam quæ multo minora ſunt, intoleranda dicamus: Si pulſaſſes, defendi non poteras: vulneraſti. Sed hæc diligentius, cum ad amplificationem venerimus, dicemus.

Æneid. 3.

Lib. 8.

Inuentio.

mus. Interim notaſſe contentus ſum, non id ſolum agere affectus, vt quæ ſunt oſtendantur acerba ac luctuoſa; ſed etiam vt quæ toleranda haberi ſolent, grauia videantur: vt cum IN maledicto plus iniuriæ, quam in manu: IN infamia plus pœnæ dicimus, quam in morte. Namque in hoc eloquentiæ vis eſt, vt iudicem non ad id tantum impellat, in quod ipſa rei natura deceretur: ſed aut qui non eſt, aut maiorem quam eſt, faciat affectum. Hæc eſt illa, quæ δείνωσις vocatur, rebus indignis, aſperis, inuidioſis addens vim oratio: qua virtute præter alios plurimum Demoſthenes valuit. Quod ſi tradita mihi ſequi præcepta ſufficeret, ſatisfeceram huic parti, nihil eorum quæ legi vel didici, quod modo probabile fuit, omittendo. Sed mihi in animo eſt, quæ latent penitus, ipſa huius loci aperire penetralia; quæ quidem non aliquo tradente; ſed experimento meo, ac natura ipſa duce accepi. Summa enim (quantum ego quidem ſentio) circa mouẽdos affectus in hoc poſita eſt, vt moueamur ipſi. Nam & luctus & iræ & indignationis aliquando ridicula fuerit imitatio; ſi verba vultumque tantum, non etiam animum accommodauerimus. Quid enim aliud eſt cauſſæ, vt lugentes vtique in recenti dolore diſertiſſime quædam exclamare videantur; & ira nonnunquam indoctis quoque eloquentiam faciat, quam quod illis ineſt vis mentis, & veritas ipſa morum? Quare in iis quæ veriſimilia eſſe volemus, ſimus ipſi ſimiles eorum qui vere patiuntur, affectibus: & à tali animo proficiſcitur oratio, qualem facere iudicem volet. An ille dolebit, qui audiet me, cum hoc dicam, non dolentem? Iraſcetur, ſi nihil ipſe qui in iram concitat, idque exigit, ſimile patietur? Siccis agenti oculis lacrymas dabit? fieri non poteſt. NEC incendit niſi ignis, nec madeſcimus niſi humore: nec res vlla dat alteri colorem, quem ipſa non habet. Primum eſt igitur, vt apud nos valeant ea quæ valere apud iudicem volumus: afficiamurque antequam afficere conemur. At quomodo fiet vt afficiamur? NEQVE enim ſunt motus in noſtra poteſtate. Tentabo etiam de hoc dicere. Quas φαντασίας Græci vocant, nos ſane *Viſiones* appellemus: per quas imagines rerum abſentium ita repræſentantur animo; vt eas cernere oculis, ac præſentes habere videamur has quiſquis bene conceperit, is erit in affectibus potentiſſimus. Hunc quidam dicũt εὐφαντασίωτον, qui ſibi res, voces, actus, ſecundum verum optime finget. quod quidem nobis volentibus facile continget. Nam vt inter ocia animorum,

Δείνωσις ſeu Exaggeratio quæ.

Φαντασίαι ſeu Viſiones.

rum, & ſpes inanes, & velut ſomnia quædam vigilantium; ita nos hæ, de quibus loquimur, imagines proſequuntur; vt peregrinari, nauigare, præliari, populos alloqui, diuitiarum quas non habemus, vſum videamur diſponere: nec cogitare, ſed facere: hoc animi vitium ad vtilitatem non transferemus? Vt hominem occiſum querar: non omnia, quæ in re præſenti accidiſſe credibile eſt, in oculis habebo? non percuſſor ille ſubitus erumpet? non expaueſcet circumuentus? exclamabit? vel rogabit? vel feriet*? non ferientem, non concidentem videbo? non animo ſanguis, & pallor, & gemitus? extremus denique expirantis hiatus inſidet? Inſequetur ἐνάργεια, quæ à Cicerone Illuſtratio & Euidentia nominatur: quæ non tam dicere videtur, quam oſtendere: & affectus non aliter, quam ſi rebus ipſis interſimus, ſequentur. An non ex his viſionibus illa ſunt,

Excuſſi manibus radij, reuolutaq; penſa? &,

Leuique patens in pectore vulnus? Et equus ille in funere Pallantis, *poſitis qui inſignibus*

It lacrymans, guttiſque humectat grandibus ora?

Quid? non idem poëta penitus vltimi fati cepit imaginem, vt diceret,

Et dulces moriens reminiſcitur Argos?

Vbi vero miſeratione opus erit, nobis ea de quibus querimur, accidiſſe credamus, atque id animo noſtro perſuadeamus. Nos illi ſimus, quos grauia, indigna, triſtia paſſos queramur. Nec agamus rem quaſi alienam; ſed aſſumamus parumper illum dolorem. Ita dicemus, quæ in ſimili noſtro caſu dicturi eſſemus. Vidi ego ſæpe hiſtriones atque comœdos, cum ex aliquo grauiore actu perſonam depoſuiſſent, flentes adhuc egredi. Quod ſi in alienis ſcriptis ſola pronuntiatio ita falſis accedit affectibus; quid nos faciemus, qui illa cogitare debemus, vt moueri periclitantium vice poſſimus? Sed in ſchola rebus quoque ipſis affici conuenit, eaſque veras ſibi fingere; hoc magis, quod illic vt litigatores loquimur frequentius, quam vt aduocati. Orbum agimus, & naufragum, & periclitantem: quorum induere perſonas quid attinet, niſi affectus aſſumimus? Hæc diſsimulanda mihi non fuerunt, quibus ipſe, quantuſcunque ſum, aut fui; (nam perueniſſe me ad aliquod nomen ingenii credo) frequenter motus ſum, vt me non lacrymæ ſolum deprehenderint, ſed pallor & vero ſimilis dolor.

De Affectuum diuiſione.

* *Al.* fugiet.

Ἐνάργεια *ſeu illuſtratio.*

De Ora. 3. & Acad. quæſt. li. 4.

Æn. lib 9.

Idem li. 11. vbi ita verſus integer vt vidit, leuique patens *&c. & poſt aliquot verſ.* Poſt bellator equus, poſitis inſignibus, Æthon It lacrymans *&c.*

Idem Poet. li. 10. Æn. vbi incipit verſ. Aſpicit, & dulces, *&c.*

Huc refert hiſtoriam Polihiſtrionu, de qua Gell. noct. Attic. lib. 7. c. 5.

Digitized by Google

Inuentio.

De Riſu.

CAP. III. & IV.

ARGVMENTVM.

Riſus excitati vim, excitandi difficultatem, difficultatis cauſſas, vnde facultas eius: quam varie nominetur, quo loco, quibus eius ſpeciebus, & quomodo vtendum; quis eius modus, & quæ Oratori in riſu cauenda; quomodo diuidatur, vnde petatur, & ex quibus locis, & quid vrbanitas ſit, hoc capite tradit. ¶ Vim habere docet ad affectus triſtes ſoluendos, exemplo iuuenum Tarentinorum, qui Pyrrhum riſu placarunt: ad auertendum ab intentione, ad reficiendum, & renouandum. Difficultatem eius mouendi ex eo colligit, quod Demoſthenes & Cicero eo in genere perfecti eſſe non potuerint, cũ hic in eo nimius, ille procul ab excitandi riſus facultate abfuerit. Cauſſas difficultatis has eſſe contendit; quia riſus plerunq; ſit anceps ratio propter varia hominum iudicia: qui non ratione aliqua de dictis ridiculis iudicet, ſed quodam animi latente motu: quod etiam ſalſe dicta, parum ſint honorifica, quodque eius rei nulla ſit exercitatio, nulli præceptores. Facultatem riſus excitandi in natura eſſe & occaſione poſitam, non in arte; quamuis eius rei nonnulla obſeruatio ſit, & præcepta tradita. Ridiculi hæc nomina tradit: vrbanum, cui ruſticum opponitur: venuſtum, ſalſum, facetum, iocoſum, dicax; & quid quodque ſignificet, explicat. His quo quis loco vtatur, & quomodo, apud quem, ex qua cauſſa: plurimum referre affirmat: cum aliis in conuictu & ſermone quotidiano ſit vtendum, in aliis in pugna forenſi: vbi Oratori cauenda hæc monet, vultum, geſtumque diſtortum, dicacitatem ſcurrilem, & ſcenicam obſcœnitatem, affectationem & captationem ridiculi: item in atroci cauſſa aut miſerabili, dictum petulans, ſuperbum, loco & tempori alienum: præparatum, domo allatum: quod in plures conuenit, & multorum ſtudia labefactat. ¶ Ridiculum diuidit, vt ſit aliud in rebus aut factis, aliud in verbis ſeu dictis: quibus tertium genus adiicit, quod in decipiendis expectationibus, dictiſq; aliter accipiendis verſetur: quod è mediis rebus vocat; in quibus riſum petamus vel ex nobis, vel ex aliis. Ex aliis, reprehendendo, refutando eleuando, repercutiendo, eludendo. Ex nobis: noſtra ridicula indicando, & aliqua ſubabſurda, non quidem per imprudentiam, ſed per ſimulationẽ, per quam venuſtiſſima futura ſunt. In his riſum conciliari oſtendit aut ex corpore, aut ex animo, aut ex iis quæ extra ſunt poſita, tribus modis: vel ea oſtendendo, & ſub oculos ſubiiciendo; vel narratione explicando, vel dicto notando,

quæ

quæ ſingula ſubiectis exemplis manifeſta facit. ¶ Ex quibus locis De Riſu.
petatur riſus infinitum eſſe ait; vt tamen confuſionem tollat, ex his
peti tradit: ex locis argumentorum, ex tropis, ex figuris dictionum
& ſententiarum; quorum omnium ſpecies dinumerat. Ridiculum
ex verbis, quibus modis venuſte fiat, quatenus amphibolias & æ-
nigmata recipiat, primum exequitur. ¶ Hinc quæ ex vi rerum
fiant multo acriora & elegantiora, tractat; quorum vſum exẽplis
è figuris ſententiarum, tropis, & locis argumentorum latiſſime do-
cet ¶ His perfectis tertium propoſitæ diuiſionis membrum aggredi-
tur, quod medium inter res & verba vocauit; & ad decipiendas
expectationes, vel dicta aliter intelligenda accommodatum eſſe di-
xit; & omnium longe venuſtiſſimum, quod per inopinatum fiat,
occurrendo, ſimulando, diſſimulando, ambiguum aliquid ponendo,
aliena aut ſua fingendo, contra ſimulantem ſimulando. Inter quæ
leuia ridicula iucundiſſima eſſe contendit, quæ vrbana dici de-
beant. ¶ Poſtremo quibus vrbanitas adiuuetur, & quid ſit, con-
tra Domitium Marſum definit; nempe Latinæ virtutem eſſe, qua
nihil abſonum, nihil agreſte, nihil inconditum, nihil peregrinum;
neque ſenſu, neque verbis, neque ore, geſtuve poſſit deprehendi,
qualis Græcis atticiſmos fuit.

HVic diuerſa virtus, quæ riſum iudicis mouendo, & illos
triſtes ſoluit affectus, & animum ab intentione rerum
frequenter auertit, & aliquando etiam reficit, & à ſatietate,
vel à fatigatione renouat. Quanta ſit autem in ea difficultas,
vel duo maximi Oratores, alter Græcæ, alter Latinæ eloquẽ-
tiæ principes, docent. Nam plerique Demoſtheni facultatem
huius rei defuiſſe credunt; Ciceroni modum. Nec videri po-
teſt voluiſſe Demoſthenes, cuius pauca admodum dicta, nec
ſane cæteris eius virtutibus reſpondentia, palam oſtendunt
non diſplicuiſſe illi iocos, ſed non contigiſſe. Noſter vero, non
ſolum extra iudicia, ſed in ipſis etiam orationibus habitus eſt
nimis riſus affectator. Mihi quidem ſiue id recte iudico, ſiue
amore immodico præcipui in eloquentia viri laboro, mira
quædam videtur in eo fuiſſe vrbanitas. Nam & in ſermone
quotidiano multa, & in altercationibus, & interrogandis te- *Act. 3.*
ſtibus plura quam quiſquam, dixit facete; & illa ipſa quæ ſunt *Vide Ma-*
in Verrem dicta frigidius, aliis aſſignauit, & teſtimonii loco *crob. lib. 2.*
poſuit: vt quo ſunt magis vulgaria, eo ſit credibilius illa ab O- *Saturnal.*
ratore non ficta, ſed paſſim eſſe iactata. Vtinam* Quintus, & *cap. 1.*
libertus eius Tyro, aut alius quiſquis fuit qui tres hac de re li-

bros edidit, parcius dictorum numero indulſiſſent, & plus iudicii in eligendis quã in congerendis ſtudii adhibuiſſent: minus obiectus calumniantibus foret: qui tamen nunc quoque, vt in omni eius ingenio, facilius quid reiici, quam quid adiici poſſit, inuenient. Affert autem ſummam rei difficultatem, primum, quod ridiculum dictum plerunque, falſum eſt; hoc ſemper humile, ſæpe ex induſtria deprauatum: præterea nunquam honorificum; tum varia hominum iudicia*, quia non ratione aliqua, ſed motu quodam, neſcio an enarrabili, iudicatur. Neque hoc ab vllo ſatis explicari puto, licet multi tentauerint. Vnde riſus quidem non ſolum facto aliquo dictove; ſed interdum quodam etiam corporis tactu laceſſitur. Præterea non vna ratione moueri ſolet NEQVE enim acute tantum ac venuſte, ſed ſtulte, iracunde, timide dicta aut facta ridentur. Ideoque anceps eius rei ratio eſt, quod à deriſu non procul abeſt riſus. HABET enim, vt Cicero dicit, ſedem in deformitate aliqua & turpitudine. Quæ cum in aliis demonſtrantur: vrbanitas; cum in ipſum dicentem recidunt, ſtultitia vocatur. Cum videatur autem res leuis, & quæ à ſcurris, mimis, inſipientibus denique ſæpe moueatur; tamen habet vim neſcio an imperioſiſſimam, & cui repugnari minime poteſt. Erumpit enim etiam inuitis ſæpe, nec fultus ope: nec vultus modo ac vocis exprimit confeſſionem, ſed totum corpus vi ſua concutit. Rerum autem ſæpe (vt dixi) maximarum momenta vertit, cum odium iramque frequentiſſime frangat Documento ſunt IVVENES Tarentini, qui multa de Pyrrho rege ſecurius inter cœnam locuti, cum rationem facti repoſcerentur, & neque negari res, neque defendi poſſet, riſu ſunt & opportuno ioco elapſi. Nanque vnus ex his, Immo, inquit, niſi lagena defeciſſet, occidiſſemus te. Eaque vrbanitate tota eſt inuidia criminis diſſoluta. Verum hoc quicquid eſt, vt non auſim dicere carere omnino arte; quia nonnullam obſeruationem habet, ſuntque ad id pertinentia & à Græcis & à Latinis compoſita præcepta: ita plane affirmo præcipue poſitum eſſe in natura & occaſione. PORRO NATVRA non tantum inter hoc valet, vt acutior quis atque habilior ſit ad inueniendum: nam id ſane doctrina poſſet augeri: ſed ineſt proprius quibuſdam decor in habitu atque vultu, vt eadem illa minus dicente alio videantur vrbana eſſe. Occaſioni vero & in rebus eſt tanta vis, vt ſæpe adiuti ea non indocti modo; ſed etiam ruſtici ſalſe dicant in eum quiſquis aliquid dixerit prior. SVNT enim

*al. Vt namque libertus eius.

*al. iudicia in eo, quia.

Lib. 2. de Orat.

Valer. 5. c. 1.

enim longe venuſtiora omnia in reſpondendo, quam in prouocando. Accedit difficultati, quod eius rei nulla exercitatio eſt, nulli præceptores. Vtiq; in conuiuiis & ſermonibus multi dicaces: ſed quia in hoc vſu quotidiano proficimus; oratoria vrbanitas rara, nec ex arte propria, ſed ad hanc conſuetudinem accommodata. Nihil autem vetabat & componi materias in hoc idoneas, vt controuerſiæ permiſtis ſalibus fingerentur: vel res proponi ſingulas ad iuuenum talem exercitationem. Quin illæ ipſæ, quæ dictę ſunt, acvocantur; quas certis diebus feſtæ licentiæ dicere ſolebamus, ſi paulum adhibita ratione fingerentur, aut aliquid in his ſerium quoq; eſſet admiſtum, plurimum poterant vtilitatis afferre: quæ nunc iuuenum, vel ſibi ludentium exercitatio eſt. Pluribus autem nominibus in eadem re vulgo vtimur: quæ tamen ſi diducas, ſuam propriam quandam vim oſtendent. Nam & vrbanitas dicitur: qua quidem ſignificari video ſermonem præ ſe ferentem in verbis & ſono, & vſu proprium quendam guſtum vrbis, & ſumptam ex conuerſatione doctorum tacitam eruditionem: denique cui contraria ſit ruſticitas. Venuſtum eſſe, quod cum gratia quadam & venere dicatur, apparet. Salſum in conſuetudine pro ridiculo tantum accipimus. natura non vtique hoc eſt: quanquam & ridicula oporteat eſſe ſalſa Nam & Cicero, omne quod ſalſum ſit, ait eſſe Atticorum; non quia ſunt maxime ad riſum compoſiti: & Catullus cum dicit,

De Riſu. *Vrbanitas.* *Venuſtum.* *Salſum.* *2. de Orat.*

Nulla in tam magno eſt corpore mica ſalis;

hoc dicit, nihil in corpore eius eſſe ridiculum. Salſum igitur erit, quod non erit inſulſum; velut quoddam ſimplex orationis condimentum, quod ſentitur latente iudicio velut palato, excitatque, & à tædio defendit orationem. Sane tamen, vt ille in cibis paulo liberalius aſperſus, ſi tamen non ſit immodicus, affert aliquid propriæ voluptatis: Ita hi quoque in dicendo habent quiddam, quod nobis faciat audiendi ſitim. Facetum quoque non tantum circa ridicula opinor conſiſtere. Neque enim diceret Horatius facetum carminis genus natura conceſſum eſſe Virgilio. Decoris hanc magis, & excultæ cuiuſdam elegantiæ appellationem puto. Ideoque in epiſtolis Cicero hæc Bruti refert verba, *Na illi ſunt pedes faceti, ac deliciis ingredienti molles.* Quod conuenit cum illo Horatiano,

In epigram *Facetum.* *Sermon. 1. Satyr. 10.*

S 5 —*Molle*

Iouentio. ——*Molle atq; facetum Virgilio.* Iocum vero accipimus, ———— quod eſt contrarium ſerio. Nam & fingere, & terrere, & promittere interim, iocus eſt. Dicacitás ſine dubio à dicendo,

Dicacitas. quod eſt omni generi commune, ducta eſt: proprie tamen ſignificat ſermonem cum riſu aliquo inceſſentem. Ideo Demoſthenem vrbanum fuiſſe dicunt, dicacem negant. Propriũ

Ridiculum autem materiæ de qua nunc loquimur, eſt ridiculum. Ideoq; hæc tota diſputatio à Græcis *περὶ γελοίου* inſcribitur. Eius prima diuiſio traditur eadem, quæ eſt omnis orationis, vt ſit poſitũ in rebus, aut in verbis. Vſus autem maxime ſimplex. At enim ex aliis riſum petimus, aut ex nobis, aut ex rebus mediis. Aliena aut reprehendimus, aut refutamus, aut eleuamus, aut repercutimus, aut eludimus. Noſtra, ridicula indicamus, &, (vt

Lib. 2. de Orator. verbo Ciceronis vtar,) dicimus aliqua ſubabſurda. Nanque eadem, quæ ſi imprudentibus excidant, ſtulta ſunt: ſi ſimulamus, venuſta creduntur. Tertium eſt genus, vt idem dicit, in decipiendis expectationibus, dictis aliter accipiendis, cæteriſque quæ neutram perſonam contingunt: ideoque à me media dicuntur. Item ridicula aut dicimus aut facimus. Facto riſus conciliatur interim admiſta grauitate: vt Marcus Cælius prætor, cum ſellam eius curulem conſul Iſauricus fregiſſet, alteram poſuit loris intentam. dicebatur autem Cos. à patre aliquando cæſus flagris. Interim ſine reſpectu pudoris, vt in illa

Pro Cælio. pyxide Cæliana, quod neque Oratori, neque vlli graui viro conueniat. Idem autem de vultu geſtuque ridiculo dictum ſit: in quibus eſt quidem ſumma gratia; ſed maior cum captare riſum non videntur. nihil enim ex iis quæ dicuntur ſalſa, dicitur ſalſius. Quanquã autem gratiæ plurimum dictis ſeueritas affert, fitque ridiculum id ipſum; quia qui dicit, non ridet: eſt tamen interim & aſpectus & habitus oris & geſtus non inurbanus, cum iis modus contingit. Id porro quod dicitur, aut eſt laſciuum & hilare, qualia Galbæ pleraque: aut contumelioſum, qualia nuper Iunii Baſſi: aut aſperum, qualia Caſſi Seueri: aut lene, qualia Domitii Afri. Refert, his vbi quis vtatur. Nam In conuiuiis & quotidiano ſermone laſciua humilibus, hilaria omnibus conueniunt. Ludere nunquam velimus, longeque abſit propoſitum illud, Potivs amicum quam dictum perdidi. In hac quidem pugna forenſi malim

al. vti licere. mihi lenibus interdicere*: quanquam & contumelioſe & aſpere dicere in aduerſarios permiſſum eſt: cum accuſare etiam palam, & caput alterius iuſte petere conceſſum ſit.

Sed

Sed hic quoque tamen inhumana videri ſolet fortunæ inſectatio: vel quia culpa caret, vel quia recidere etiam in ipſos qui obiecerunt poteſt. Primum itaque conſiderandum eſt, & quis, & in qua cauſſa, & apud quem, & in quem, & quid dicat. Oratori minime conuenit diſtortus vultus, geſtuſque, quæ in mimis rideri ſolent. Dicacitas etiam ſcurrilis & ſcenica huic perſonæ alieniſſima eſt. OBSCOENITAS vero non à verbis tantum abeſſe debet, ſed etiam à ſignificatione. Nam ſi quando obiici poteſt, non in omni loco exprobranda eſt. Oratorem præterea vt dicere vrbane volo, ita videri affectare id, plane nolo Quapropter ne dicet quidem ſalſe quoties poterit, & dictum potius aliquando perdet, quam minuet autoritatem. Nec accuſatorem autem atroci in cauſſa, nec patronum in miſerabili iocantem feret quiſquam Sunt etiam iudices quidam triſtiores, quam vt riſum libenter patiantur. Solet interim accidere, vt id quod in aduerſarium dicimus, aut in iudicem conueniat, aut in noſtrum quoque litigatorem; quanquam aliqui reperiuntur qui ne id quidem quod in ipſos recidere poſſit, euitent; quod fecit Longus Sulpitius, qui cum ipſe fœdiſſimus eſſet, eum contra quem iudicio liberali aderat, ne faciem quidem habere liberi hominis dixit: cui reſpondens Domitius Afer; Et tu, inquit, ex animi ſententia Longe? qui malam faciem habet, liber non eſt? Vitandum etiam ne petulans, ne ſuperbum, ne loco, ne tempori alienum, ne præparatum & domo allatum videatur quod dicimus. Nam ADVERSVS miſeros, (ſicut ſupra dixeram,) inhumanus eſt iocus. Sed quidam ita ſunt receptæ autoritatis & notæ verecundiæ, vt nocitura ſit in eos dicendi petulantia. Nam de amicis iam præceptum eſt. Illud non ad orandi fere conſilium, ſed ad omnia pertinet, ne laceſſat hoc modo, quem lædere ſit periculoſum, ne aut inimicitiæ graues inſequantur, aut turpis ſatisfactio. MALE etiam dicitur, quod in plures conuenit; ſi aut nationes totæ inceſſantur, aut ordines, aut conditio, aut ſtudia multorum. EA QVÆ dicit vir bonus, omnia ſalua dignitate ac verecundia decent. NIMIVM enim riſus precium eſt, ſi probitatis impendio conſtat. Vnde autem concilietur riſus, & quibus ex locis peti ſoleat, difficillimum eſt dicere. Nam ſi ſpecies omnes perſequi velimus, nec modum reperiemus, & fruſtra laborabimus. Neque enim numeroſi minus ſunt loci, ex quibus hæc dicta, quam illi ex quibus eæ, quas ſententias vocamus, ducuntur; neque alii,

De Riſu.

Nam

Inuentio.

Nam hic quoque eſt inuentio & elocutio, atque ipſius elocutionis vis, alia in verbis, alia in figuris. Riſus igitur oriuntur aut ex corpore eius in quem dicimus; aut ex animo, qui factis ab eo dictiſque colligitur: aut ex his quæ ſunt extra poſita. Intra hæc enim eſt omnis vituperatio: quæ ſi grauius poſita ſit, ſeria eſt: ſi leuius, ridicula: Hæc aut oſtenduntur, aut narrantur, aut dicto notantur. Rarum eſt autem, vt oculis ſubiicere contingat, vt fecit C. Iulius, *qui cum Helmio Manciæ ſæpius obſtrepenti ſibi diceret, Iam oſtendam qualis ſis: iſque plane inſtaret interrogatione, qualem ſe tandem oſtenſurus eſſet; digito demonſtrauit imaginem galli in ſcuto Mariano Cimbrico pictam, cui Mancia tum ſimillimus eſt viſus. Tabernæ autem erant circa forum, ac ſcutum illud ſigni gratia poſitum. Narrare quæ falſa ſint, in primis eſt ſubtile, & oratorium: vt Cicero pro Cluentio narrat de Cepaſio atque Fabritio: ac Marcus Cælius de illa C. Lælii collegæque eius in prouinciam feſtinantium contentione. Sed in his omnibus cum elegans & venuſta exigitur tota expoſitio, tum id eſt feſtiuiſſimum, quod adiicit Orator. Nam & à Cicerone ſic eſt Fabritii fuga illa condita; Itaque cum callidiſſime ſe putaret dicere; & cum illa verba grauiſſima ex intimo artificio deprompſiſſet Reſpicite* iudices, hominum fortunas, reſpicite varios duroſque caſus, reſpicite C. Fabricii ſenectutem: cum hoc reſpicite, ornandæ orationis cauſſa ſæpe dixiſſet; reſpexit ipſe: at Fabritius à ſubſelliis demiſſo capite diſceſſerat, & cætera quæ adiecit. nam eſt notus locus: cum in re hoc ſolum eſſet, Fabritium à iudicio receſſiſſe. Et Cælius cum omnia venuſtiſſime finxit, tum illud vltimum ſic ſubſecutus: Quomodo tranſierit, vtrum rate, an piſcatorio nauigio, nemo ſciebat. Siculi quidem, vt ſunt laſciui & dicaces, aiebant in delphino ſediſſe, & ſic tanquam Ariona tranſuectum. In narrando autem Cicero conſiſtere facetias putat, dicacitatem in iaciendo. Mire fuit in hoc genere venuſtus Afer Domitius, *cuius orationibus complures huiuſmodi narrationes inſertæ reperiuntur: ſed dictorum quoque ab eodem vrbane, ſunt editi libri. Illud quoque genus eſt poſitum non in hac veluti iaculatione verborum, & incluſa breuiter vrbanitate; ſed in quodam longiore actu: quod de Craſſo contra Brutum Cicero in ſecundo de oratore libro, & aliis quibuſdam locis narrat. Nam cum Brutus in accuſatione Cn. Planci, ex duobus lectoribus oſtendiſſet contraria L. Craſſum patronum eius in oratione quam

Vituperatio.

2 de Orat.

*al Craſſus vt habet Plinius l.35.c.4.

In orat. pro Cluent.

*al. Reſpicite inquit, iudices.

Siculi vt laſciui & dicaces.

**Hic Domitius Apher inſignis Neronis temporibus Orator Nemauſenſis, qui ex cibi copia inter cœnandum ſpiritum emiſiſſe refert Cœl. Rhodig. l.9.c.11.*

quam de Colonia Narbonenſi habuerat, ſuaſiſſe iis quæ de lege Seruilia dixerat, tres excitauit & ipſe lectores; hiſque patris eius dialogos dedit legendos: quorum cum in Priuernati vnus, alter in Albano, tertius in Tiburti ſermonem habitum cōplecteretur, requirebat vbi eſſent eæ poſſeſſiones. Omneis autem illas Brutus vendiderat: & cum paterna mancipatet prædia, turpis habebatur.

De Riſu.

Cuius meminit C. Plin Sec. epiſt. 2. in epiſt. inci. verum opinaris, &c. Poſt Cic. 2, de Orato. vbi Gothofred. hunc locum profert in ſuis not.

Similis in apologis quoque & quibuſdam etiam interim hiſtoriis exponendis gratia conſequi ſolet. Sed acutior eſt illa atque velocior in vrbanitate breuitas. Cuius quidem duplex eſt forma, dicendi, ac reſpondendi: ſed ratio communis in parte. Nihil enim in laceſſendo dici poteſt, quod non etiam in repercutiendo. At propria quædam ſunt reſpondentium: illa etiam ira concitati afferre ſolent: hæc plerunque in altercatione, aut in rogandis teſtibus requiruntur. Cum ſint autem loci plures ex quibus dicta ridicula ducantur, repetendum eſt mihi, non omneis eos Oratoribus conuenire. In primis autem ex amphibolia, neque illa obſcura, quæ Atellanæ more captet, nec qualia vulgo iactantur à viliſſimo quoque, conuerſa in maledictum fere ambiguitate. Ne illa quidem, quæ Ciceroni aliquando, ſed non in agendo, exciderunt, vt dixi, cum is candidatus qui coqui filius habebatur, coram eo ſuffragium ab alio peteret, *Ego quoque iure tibi fauebo.* Non quia excludenda ſint omnino verba duos ſenſus ſignificantia, ſed quia raro belle reſpondeant; niſi cum prorſus rebus ipſis adiuuantur. Quare non hoc modo pene & ipſum ſcurrile Ciceronis eſt in eundem, de quo ſupra dixi, Iſauricum; Miror quid ſit quod pater tuus homo conſtantiſſimus te nobis varium reliquit: ſed illud ex eodem genere præclarum, cum obiiceret Miloni accuſator in argumentum factarum Clodio inſidiarum, quod Bouillas ante horam nonam diuertiſſet, vt expectaret dum Clodius à villa ſua exiret, & identidem interrogaret quo tempore Clodius occiſus eſſet, reſpondit, Sero. Quod vel ſolum ſufficit, vt hoc genus non totum repudietur. Nec plura modo ſignificari ſolent, ſed etiam diuerſa: vt Nero de ſeruo peſſimo dixit, Nulli apud ſe plus fidei haberi: nihil ei neque occluſum neque obſignatum eſſe. Peruenit res vſque ad ænigma: quale eſt Ciceronis in Pletorium Fonteii accuſatorem, cuius matrem dixit, dum vixiſſet, ludum: poſtquam mortua eſſet, magiſtros habuiſſe. Dicebantur autem, dum vixit, infames fœminæ ad eam conuenire ſolitæ, poſt mortem eius bona væ-

Apologorū & Hiſtoriarum vſus.

Amphibolia, id eſt Sermonis ambiguitas.

Vide Donatum in Adelphos Terent.

ni-

Inuentio.

nibant. Quanquam hic ludus per tranſlationem dictus eſt, magiſtri per ambiguitatem.

Μετάληψις Tranſlatio *Congiariũ.*

In metalepſin quoque cadit ratio dictorum: vt Fabius Maximus incuſans Auguſti cõgiariorum, quæ amicis dabantur, exiguitatem, heminaria eſſe dixit. Nam congiarium cum ſit commune liberalitatis atque menſuræ, à menſura ducta imminutio eſt rerum. Et hæc tam frigida, quam eſt nominum fictio, adiectis, detractis, mutatis literis: vt Aciſculum, quia eſſet pactus, Paciſculum: & Placidum nomine, quia ſ acerbus natura eſſet, Acidum: & Tullium, cum fur eſſet, Tollium, dictos inuenio. Sed hæc eadem genera commodius in rebus quam in nominibus reſpondent. Afer enim venuſte Manlium Suram multum in agendo diſcurſantem, ſalientem, manus iactantem, togam deiicientem & reponentem, non agere dixit, ſed ſatagere.* Eſt enim dictum per ſe vrbanum, Satagere; etiam ſi nulla ſubſit alterius verbi ſimilitudo. Fiunt & detracta & adiecta aſpiratione, & binis coniunctis verbis ſimiliter ſæpius frigida, aliquando tamen recipienda. Eademque conditio eſt in iis quæ à nominibus trahuntur. Multa ex hoc Cicero in Verrem, ſed vt ab aliis dicta, modo futurum vt omnia verreret, cum diceretur Verres: modo Herculi quem expilauerat, moleſtiorem apro Erymanthio* fuiſſe: modo malum Sacerdotem, qui tam nequam verrem reliquiſſet: quia ſacerdoti Verres ſucceſſerat. Præbet tamen aliquando occaſionem quædam fœlicitas hoc quoque genere bene vtendi: vt pro Cecinna Cicero in teſtem Sex. Clodium Phormionem. Nec minus niger, inquit, nec minus confidens, quam ille Terentianus eſt Phormio. Acriora igitur ſunt & elegantiora, quæ trahuntur ex vi rerum. In his maxime valet ſimilitudo; ſi tamen ad aliquid inferius leuiuſque referatur; quia* iam veteres illi iocabantur, qui Lentulum Spintherem, & Scipionem Serapionem eſſe dixerunt. Sed ea non ab hominibus modo petitur; verumetiam ab animalibus: vt nobis pueris Iunius* Baſſus, homo in primis dicax, Aſinus albus vocabatur. Et Sarmentus ſeu Publius Bleſſus* Iunium hominem nigrum & macrum & pandum, fibulam ferream dixit. Quod nunc riſus petendi genus frequentiſſimum eſt.

**In agendo diligentem & aſperum ſeu anxiũ & ſolicitum eſſe, qua voce vſi Terent. in Heaut. & Plaut. in Aſin. Act.6.*

Ex Erymantho Arcadiæ monte, cuius etiam meminit Virg. Æneid.6.

Fœlicitas.

**al.* qua.

**al.* Iulius. *al.* Ionius *de quo & paulo poſt.*

Plin. li.7. ca.22. Val. lib.9. tit.15.

Adhibetur autem ſimilitudo interim palam, interim inſeri ſolet parabolæ: cuius eſt generis id Auguſti, qui militi libellum timide porrigenti, *Noli*, inquit, *dubitare, tanquam aſſem ele-*

elephanto des. Sunt quædam etiam veriſimilia, vnde Vatinius, cum reus agente in eum Caluo, candido frontem ſudario tergeret, idque ipſum accuſator in inuidiam vocaret; *Quamuis reus ſum,* inquit, *& panem candidum edo.* Adhuc eſt ſubtilior illa ex ſimili translatione, cum quod in alia re fieri ſolet, in aliam mutuamur. Ea dicatur ſane fictio: vt Chryſippus, cum in triumpho Cæſaris eborea oppida eſſent translata; & poſt dies paucos Fabii Maximi lignea, thecas eſſe oppidorum Cæſaris dixit. Et Pedo de Mirmillone qui Retiarium conſequebatur, nec feriebat, *Viuum,* inquit, *capere vult.* Iungitur amphiboliæ ſimilitudo: vt L. Galba pilam negligenter petenti, *Sic,* inquit, *petis, tanquam Cæſaris candidatus.* Nam illud petis, ambiguum eſt, ſecuritas ſimilis. Quod hactenus oſtendiſſe ſatis eſt.

Cæterum frequentiſſima aliorum generum cum aliis miſtura eſt: eaq; optima, quæ ex pluribus conſtat. Eadem diſſimilium ratio eſt. Hinc eques Romanus, ad quē in ſpectaculis bibentem cum miſiſſet Auguſtus qui ei diceret, Ego ſi prandere volo, domum eo: Tu enim, inquit, non times ne locum perdas. Ex contrario non vna ſpecies. Neque enim eodem modo dixit Auguſtus præfecto, quē ignominia notabat, ſubinde interponenti precib⁹; Quid reſpondebo patri meo? Dic me tibi diſplicuiſſe: quo Galba penulam roganti. *Non poſſum commodare, domi maneo*: cum cœnaculum eius perplueret. Tertium adhuc illud (ſi quidem vt ne autorem ponam, verecundia ipſius facit) Libidinoſior es, quam vllus ſpado: quo ſine dubio & opinio decipitur ſed ex cõtrario. Et hoc ex eodem loco eſt, ſed nulli priorum ſimile, quod dixit Marcus Veſtinius, cũ ei nunciatum eſſet, * Aliquando deſinet putere. Onerabo librum exemplis, ſimilemque iis qui riſus gratia componuntur, efficiam, ſi perſequi voluero ſingula veterum. Ex omnib⁹ argumentorum locis eadem occaſio eſt. Nam & finitione vſus eſt Auguſtus de pantomimis duobus, qui alternis geſtibus contendebant; cum eorum alterum ſaltatorem dixit, alterum interpellatorem. Ex partitione Galba, cum penulam roganti reſpondit, *Non pluit, non eſt opus tibi: ſi pluit ipſe vtar.* Proinde genere, ſpecie, propriis, differentibus, iugatis, adiunctis, conſequentibus, antecedentibus, repugnantibus, cauſſis, effectis, comparatione parium, maiorum, minorum, ſimilis materia præbetur.

Sicut

De Riſu.

Cic. ad Attic. l. 6.

**Plin ep. li. 3. Meminit Velleij Blæſi, & Martial. in epigr. l. 8. vid. Catanæi not. in eund. Plin.*

Parabola.

**Hic deſunt quædam vt ipſa verba ſatis teſtantur.*

Digitized by Google

Inuentio. Sicut in tropos quoque omeis cadunt. An non plurima καθ᾽ ὑπερβολὴν dicuntur? quale refert Cicero de Memmio homine
Ex tropis. lib.2. de Orat. prælongo, caput eum ad fornicem Fabii offendiſſe. Et quod P. Oppius dixit de genere Lentulorum; cum aſſidue minores parentibus liberi eſſent in naſcendo, decreſcere genus Lentulorum. Interim vtrunque.
Ironia. Quid ironia? nonne etiam quæ ſit veriſſima, ioci prope genus eſt? Qua vrbane vſus eſt Afer, cum Didio Gallo, qui prouinciam ambitioſiſſime petierat, deinde impetrata ea tanquam coactus querebatur? *Age,* inquit, *aliquid, & reipublicæ cauſſa elabora.* Quaque Cicero vſus eſt, cum Vatinii morte nunciata, cuius parum certus dicebatur autor, *Interim,* inquit, *vſura fruar.* Idem per allegoriam M. Cælium melius obiicientem crimina quam defendentem, Bonam dextram, malam ſiniſtram habere dicebat. Emphaſi Liuius dicit ferro cotem Accium Nauium incidiſſe.

Figuras quoque mentis: quæ σχήματα διανοίας dicuntur, *Res eadem recipit omneis,* in quas nonnulli diuiſerunt ſpecies dictorum. Nam & interrogamus, & dubitamus, & affirmamus, & minamur, & optamus. Quædam vt miſerantes, & quædam vt iraſcentes dicimus. Ridicvlvm eſt autem omne quod aperte fingitur. Stvlta reprehēdere faciliimum eſt: nam per ſe ſunt ridicula. Sed rem vrbanam facit aliqua ex nobis adiectio? Stulte interrogauerat exeuntem de theatro Carpathium Titius maximus, an ſpectaſſet: fecit Carpathius dubitationē eius ſtultiorem dicendo, *Non, ſed in orcheſtra pila luſi.*

Refutatio cum ſit in negando, redarguendo, defendendo, eleuando, ridicule negauit Manius Curius. Nam cum eius accuſator, in Sipario omnibus locis, aut nudum eum in neruo, aut ab amicis redemptum ex alea, pinxiſſet, *Ergo ego* (inquit) *nunquam vici.* Redarguimus interim aperte, vt Cicero Vibium Curium multum de annis ætatis ſuæ mentientem: *Tum ergo cum vna declamabamus, non eras natus.* Interim & ſimulata aſſenſione, vt idem Fabiæ Dolabellæ dicenti triginta ſe annos habere, *Verum eſt,* inquit: *nam hoc iam viginti annis audio.* Belle interim ſubiicitur pro eo quod neges, aliud mordacius, vt
**al.* Iulius. Iunius* Baſſus quærente Domitia Paſſieni, quod incuſans e-
de quo Ca- ius ſordes, calceos eam veteres diceret vendere ſolere: *Non*
tanæus in *mehercule,* inquit, *hoc vnquam dixi, ſed emere te ſolere.* Defen-
not. ad ſionem imitatus eſt eques Romanus, qui obiicienti Auguſto quod patrimonium comediſſet: *Meum* inquit, putaui.

Ele-

Eleuandi ratio eſt duplex, vt aut veniam quis, aut iactantiam minuat: quemadmodum C. Cæſar Pomponio oſtendenti vulnus ore exceptum in ſeditione Sulpitiana, quod ipſe ſe paſſum pro Cæſare pugnantem gloriabatur, *Nunquam fugiens reſpexeris*, inquit. Aut crimen obiectum, vt Cicero obiurgantibus quod ſexagenarius Popiliam virginem duxiſſet, *Cras mulier erit*, inquit. Hoc genus dicti, conſequens vocant quidam, atque illi ſimile, quo Cicero Curionem ſemper ab excuſatione ætatis incipientem, facilius quotidie proœmium habere dixit: quia iſta natura ſequi & cohærere videantur. Sed eleuandi genus eſt etiam cauſarum relatio, qua Cicero eſt vſus in Vatinium, qui pedibus æger, cum vellet videri commodioris valetudinis factus & diceret ſe iam bina millia paſſuum ambulare: *Dies enim*, inquit, *longiores ſunt*. Et Auguſtus nunciantibus Tarraconnenſibus palmam in ara eius enatam, *Apparet*, inquit, *quam ſæpe accendatis*. Träſtulit crimen Caſſius Seuerus. Nam cum obiurgaretur à prætore, quod aduocati eius L. Varo* Epicureo Cæſaris amico conuitium feciſſent, *Neſcio*, inquit, *qui conuitiati ſint: & puto Stoicos fuiſſe.*

De Riſu. — lib. 4. epi. Plinij. — Eleuandi ratio. — *al Varro, ſed minus recte.

Repercutiendi multa ſunt genera: venuſtiſſimum quod etiam ſi multitud ne aliqua verbi adiuuatur: vt Thracallus dicenti Suellio, *Si hoc ita eſt is in exilium: ſi non eſt ita, redit*, inquit. Eluſit Caſſius Seuerus, obiiciente quodam quod ei domo ſua Proculeius interdixiſſet, reſpondendo, *Nunquid ego illuc accedo*? Sic eluditur & ridiculum ridiculo, vt diuus Auguſtus, cum ei Galli torquem aureum centum pondo dediſſent, & Dolabella per iocum, tentans tamen ioci ſui euentum, dixiſſet, *Imperator, torque me dona: Malo te*, inquit, *ciuica donare*. Mendacium quoque mendacio: vt Galba dicente quodam, Victoriato ſe vno in Sicilia quinque pedes longam murenam emiſſe: *Nihil*, inquit, *mirum: nam ibi tam longæ naſcuntur, vt iis piſcatores pro reſtibus* * *vtantur*. Contraria eſt negantis confeſſionis ſimulatio, ſed ipſa quoque multum habet vrbanitatis. Sic Afer* cum ageret contra libertum Claudii Cæſaris, & ex diuerſo quidam conditionis eiuſdem cuius erat litigator, exclamaſſet, Præterea tu ſemper in libertos Cæſaris dicis? *Nec mehercle*, inquit, *quicquam proficio*. Cui vicinum eſt, non negare quod obiicitur, cum & id palam falſum eſt, & inde materia bene reſpondendi datur: vt Catulus dicenti Philippo, Quid latras? *Furem video*, inquit.

Repercuſſio. — *al. retibus. — **De quo ſupra, eiuſdem memi nit Plin. 2. ep. 14. tanquam de eius præ-*

Inuentio. ———

ceptore vbi vid. Catã. in not.

Cic. 2. de Orat.

qui ſe in ſe dicere, non eſt fere niſi ſcurratum, & in oratore vtique minime probabile. Quod fieri totidem modis, quot in alios, poteſt. Ideoque hoc, quamuis frequens ſit, tranſeo. Illud vero etiam ſi ridiculum; indignum tamen eſt homine liberali, quod aut turpiter, aut impotenter dicitur: quod feciſſe quendam ſcio, qui humiliori libere aduerſus ſe loquenti, *Colaphum*, inquit, *tibi ducam, & formulam ſcribam, quod caput durum habeas.* Hic enim dubium eſt, vtrum ridere audientes, an indignari debuerint.

Idem Cic. vbi ſupra.

Supereſt genus decipiendi opinione, aut dicta aliter intelligendi, quæ ſunt in omni hac materia vel venuſtiſſima. Inopinatum & à laceſſente poni ſolet: quale eſt quod refert Cicero, QVID *huic abeſt, niſi res & virtus?* Aut illud Afri, *Homo in agendis cauſſis optime veſtitur.* Et in occurrendo, vt Cicero audita falſa Vatinii morte, cum Ouinium libertum eius interrogaſſet, Rectene omnia? dicenti, Recte: *Mortuus eſt*, inquit:

Simulatio & Diſſimulatio.

**al.* dicere.

Plurimus autem circa ſimulationem & diſſimulationem riſus eſt, quæ ſunt vicina, & prope eadem; ſed ſimulatio eſt certam opinionem animi ſui imitantis; diſſimulatio, aliena parum ſe intelligere fingenti. Simulauit Afer, qui cum in cauſſa ſubinde dicentibus, Celſinam diceret, *cognouiſſet quod erat potens fœmina: Quis eſt, inquit, iſte? Celſinam enim videri ſibi virum finxit. Diſſimulauit Cicero, cum Sex. Annalis teſtis reum læſiſſet, & inſtaret identidem accuſator ei, Dic M. Tulli, nunquid potes de Sexto Annali? Verſus tunc dicere cœpit de libro Ennii Annali ſexto,

**Al.* quis *& poſt* ingentes *ſeu* ingenteis *Virg. autẽ lib. 9. Æn. ita habet.* Et mecum ingenteis oras euoluite belli. *Hic autem* potis *pro*

*Qui * potis ingentis cauſſas euoluere belli.*

Cui ſine dubio frequentiſſimam dat occaſionem ambiguitas: vt Caſſelio, qui conſultori dicenti, Nauem diuidere volo: *Perdes*, inquit. Sed auerti intellectus etiam aliter ſolet, cum ab aſperioribus ad leniora deflectitur: vt qui interrogatus, quid ſentiret de eo qui in adulterio deprehenſus eſſet, *Tardum fuiſſe* reſpondit. Ei confine eſt quod dicitur per ſuſpicionem: quale illud apud Ciceronem, *querenti quod vxor ſua è fico ſe ſuſpendiſſet: *Rogo des mihi ſurculum ex illa arbore, vt inſeram.* Intelligitur enim quod non dicitur. Et hercle, OMNIS ſalſe dicendi ratio in eo eſt, vt aliter quam eſt, rectum verumque dicatur. Quod fit totum fingendis aut noſtris aut alienis perſuaſionibus, aut dicendo quod fieri non poteſt.

teſt. Aliena finxit Iuba, qui querenti quodab equo ſuo eſſet aſperſus, *Quid tu*, inquit, *me Hippocentaurum putas?* Sua C. Caſſius, qui militi ſine gladio diſcurrenti, *Heus cōmilito, pugno bene vteris*, inquit. Et Galba de piſcibus, qui cum pridie ex parte adeſi, & verſati poſtero die appoſiti eſſent, *Feſtinemus, alii ſubcœnant*, inquit. Tertium illud Ciceronis (vt dixi) aduerſus Curium. fieri enim certe non poterat, vt cum declamaret, natus non eſſet. Eſt & illa ex ironia fictio, qua vſus eſt C. Cæſar. Nam cum teſtis diceret à reo fœmina ſua ferro petita, & eſſet facilis reprehenſio, cur illam potiſſimum partem corporis vulnerare voluiſſet: *Quid enim faceret*, inquit, *cum tu galeam & loricam haberes?* Vel optima eſt ſimulatio contra ſimulationem: qualis illa Domitii Afri fuit: Vetus habebat teſtamentum, & vnus ex amicis recentioribus ſperans aliquid ex mutatione tabularum, falſam tabulam intulerat, conſulens eum, an primipilaris ei teſtamento ſuaderet ordinare ſuprema iudicia, **Noli*, inquit, *facere: offendis illum.* Iucundiſſima ſunt autem ex his omnibus lenia, & (vt ſic dixerim) boni ſtomachi, Vt Afer ingrato litigatori conſpectum eius vitante in foro, per nomenclatorem miſſum ad eum, *Amas me*, inquit, *quod te non vidi?* Et diſpenſatori, qui cum ad reliqua non reſponderet, dicebat ſubinde: *Non comedi panem, & aquam bibo. Paſce, & redde quod debes.* Quæ ὑπαγωγὰς vocant. Et gratus iocus, qui minus exprobrat quam poteſt: vt idem dicenti candidato, Semper domum tuam colui: cum poſſet palam negare, *Credo*, inquit, *& verum eſt.*

De Riſu.

poteſt vt apud eund. Virg. & alios poetas.

**Cic. vbi ſupra, & Acad. 2.*

**Al. iudicio ſed minus recte.*

Interim de ſe dicere, ridiculum eſt: & quod in alium, ſi abſentem diceret, vrbanum non eſſet: quoniam ipſi palam exprobratur, mouet riſum: quale Auguſti eſt: cum ab eo miles neſcio quid improbe peteret, veniret contra Martianus, quem ſuſpicabatur & ipſum aliquid iniuſte rogaturum: *Non magis*, inquit, *faciam cōmilito, quæ petis, quam quod Martianus à me petiturus eſt.* Adiuuāt vrbanitatem & verſus commode poſiti, ſeu toti vt ſunt: quod adeo facile eſt, vt Ouidius ex tetraſticho Macri carmine librum in malos poetas compoſuerit. quod fit gratius, ſi qua etiam ambiguitate conditur: vt Cicero in Acciũ hominem callidum & verſutum, cum is in quadam cauſſa ſuſpectus eſſet, Niſi qua Vlyſſes rate euaſit Laertius. Seu verbis ex parte mutatis, vt in eum qui cum antea ſtultiſſimus eſſet habitus, poſt acceptam hære-

παροιμία Prouerbiũ

Horat. in Epiſtol. ad Sanam.

 dita-

Inuentio. — ditatem primus ſententiam rogabatur, CVIVS hæreditas eſt? quam vocant ſapientiam: pro illo, facultas eſt Seu fictis nouis verſibus Simile eſt quod παροιμία dicitur, & prouerbia opportune aptata, vt de homine in aquam lapſo, & vt alleuaretur roganti, *Tollat te, qui non nouit.*

Plutarch. in vita Ci-

** Sphinx animal eſt ex genere ſimiarum, quod naturam habet manſuetā pluribus exercitiis & diſciplinis aptam. De quo Diodo. Sicul li. 4. & Plin. 8. c. 21.*

Vide Eraſ. chil. 2. cēt. 3. adag. 9. & cent. 7. adag. 18.

Ex hiſtoria etiam ducere vrbanitatem eruditum: vt Cicero fecit, cum ei teſtem in iudicio Verris roganti dixiſſet Hortenſius, Non intelligo hæc ænigmata: *Atqui debes*, inquit, *cum Sphingem* domi habeas.* Acceperat autem ille à Verre Sphingem æneam magnæ pecuniæ. Subabſurda illa conſtant ſtultis ſimili imitatione, & quæ niſi fingantur, ſtulta ſunt: vt qui mirantibus quod humile candelabrum emiſſet, *Pranſorium erit*, inquit. Sed illa ſimilia abſurdis ſunt acria quæ tanquam ſine ratione dicta feruntur, vt ſeruus Dolabellæ cum interrogaretur, An dominus eius auctionem propoſuiſſet; *Domum*, inquit, *vendidit.* Deprehenſi interim pudorem ſuum ridiculo aliquo explicant: vt qui teſtem dicentem ſe à reo vulneratum, interrogauerat; An cicatrices haberet: cum ille ingentem in femore oſtendiſſet, *Latus*, inquit, *oportuit.* Contumeliis quoq; vti belle datur: vt Hiſpo obiicienti bis acerba crimina accuſatori; *Mentiru*, inquit. Et Fuluius propinquus legato interroganti; An in tabulis quas proferebat, chirographus eſſet: *Et verus*, inquit, *domine.* Has aut accepi ſpecies, aut inueni frequentiſſimas, ex quibus ridicula ducerentur. Sed repetam neceſſe eſt infinitas eſſe tam ſalſe dicendi, quam ſeuere; quas præſtat perſona, locus, tempus, caſus denique, qui eſt maxime varius. Itaque hæc ne omiſiſſe viderer, attigi: illa autem quæ de vſu ipſo & modo iocandi complexus ſum; adeo infima, ſed plane neceſſaria.

His adiicit Domitius Marſus, qui de vrbanitate diligentiſſime ſcripſit, quædam non ridicula; ſed cuilibet ſeueriſſimæ orationi conuenientia, eleganter dicta, & proprio quodam lepôre iucunda: quæ ſunt quidem vrbana, ſed riſum tamen non habent. Neque enim ei de riſu, ſed de vrbanitate eſt opus inſtitutum, quam propriam eſſe noſtræ ciuitatis ait: & ſero ſic intelligi cœptam, poſtquam Vrbis appellationem, etiamſi nomen proprium non adiiceretur, Romam tamen accipi ſit receptum, eamque ſic finit, VRBANITAS eſt virtus quædam in breue dictum coacta: & apta ad delectandos mouendoſque homines in omnem affectum; maxime idonea ad reſiſtendū, vel laceſſendum, prout quæque res ac perſona deſiderat. Cui

Vrbanitas quid.

ſi bre-

ſi breuitatis exceptionẽ detraxeris, omneis rationis virtutes complexa ſit. Nam ſic conſtat rebus & perſonis: & quod in vtriſque oporteat dicere, perfectæ eloquentiæ eſt. Cur autem breuem eam eſſe voluerit, neſcio quidem. At quam in eodem libro dicat fuiſſe, & in multis, narrandi vrbanitatem; paulo poſt ita finit, Catonis (vt ait) opinionem ſequutus. VRBANVS homo erit, cuius multa bene dicta reſponſaque erunt: & qui in ſermonib⁹, circulis, conuiuiis, item in concionibus, omni denique loco ridicule commodeque dicet. Riſus erunt, quicunque hæc faciet Orator. Quas ſi recipimus finitiones, quicquid bene dicetur & vrbane, dicti nomen accipiet. Cæterũ illi qui hoc propoſuerat, conſentanea fuit illa diuiſio; vt dictorum vrbanorum alia ſeria, alia iocoſa, alia media faceret. Nam eadem eſt omnium bene dictorum. Verum mihi etiam iocoſa quædã videntur poſſe non ſatis vrbane referri. Nam meo quidem iudicio, illa eſt vrbanitas, in qua nihil abſonum, nihil agreſte, nihil inconditum, nihil peregrinum, neque ſenſu, neque verbis, neque ore geſtuque poſſit deprehendi: vt non tam ſit in ſingulis dictis, quam in toto colore dicendi: qualis apud Græcos atticiſmos ille redolens Athenarum proprium ſaporem. Ne tamen iudicium Marſi hominis eruditiſſimi ſubtraham, ſeria partitur in tria genera, honorificũ, contumelioſum, medium. Et honorifici ponit exemplum Ciceronis quoque pro Ligario apud Cæſarem, *Qui nihil ſoles obliuiſci, niſi iniurias*. Et contumelioſi, quod Attico ſcripſit de Pompeio & Cæſare, *Habeo quem fugiam, quem ſequar non habeo*. E medii, quod ἀποφθεγματικὸν vocat; & eſt cum ita dixit, NEQVE grauem mortẽ accidere forti viro poſſe, neque immaturam conſulari, neque miſeram ſapienti. Quæ omnia ſunt optime dicta: ſed cur proprie nomen vrbanitatis accipiant non video. Quod ſi non ſolum totus (vt mihi videtur) orationis color meretur; ſed etiam ſingulis dictis tribuendum eſt: illa potius vrbana eſſe dixerim, quæ ſunt generis eiuſdem, quæ ridicula dicuntur, & tamen ridicula non ſunt: vt de Pollione Aſinio ſeriis iociſque pariter accommodato dictum eſt, *Eſſe eum omnium horarum*. Et de actore facile dicente ex tempore, *Ingenium eum in numerato habere*. Etiam Pompeii quod refert Marſus, in Ciceronem diffidentem eius partibus, *Tranſi ad Cæſarem, me timebis*. Erat enim, ſi de re minore aut alio animo, aut denique non ab ipſo dictum fuiſſet, quod poſſet inter ridicula numerari. Etiam illud quod Cicero Cereliæ ſcripſit, reddens rationem cur illa

De Riſu.

Epiſt. li. 8. & in Catil. orat. 4.

Inuentio. C. Cæſaris tempora tam patienter toleraret: *Hæc aut animo Catonis ferenda ſunt, aut Ciceronis ſtomacho.* Stomachus enim ille habet aliquid ioco ſimile. Hæc quæ mouebant, diſſimulanda mihi non fuerunt: in quibus vt errauerim, legentes tamen non decepi, indicata diuerſa opinione, quam ſequi magis probantibus liberum eſt.

De Altercatione.

CAP. V.

ARGVMENTVM.

Principio huius capitis rationem reddit cur Altercationis præcepta ſtatim Inuentioni, ante reliquas rhetoricæ partes, ſubiungat: nempe quod illa tota ex ſola inuentione pendeat; nec quidquam à diſpoſitione mutuetur, neque multum à reliquis tribus partibus adiuuetur. Deſcribit Altercationem, orationem eſſe breuem, atque conciſam, quæ intentione aut depulſione conſtet; interrogandoque aut reſpondendo fiat: qua deſcriptione, quid à perpetua actione differat, ſatis indicat. Locum habere aut in cauſſis quæ ſolis probationibus inartificialibus, vt in teſtium interrogatione, vel etiam mixtis, continentur. Nam & ſeparatim fit altercatio, & perpetuæ etiam actioni poteſt inſeri ¶ Altercandi hæc præcepta tradit: opus eſſe primum magna ingenii velocitate, animi præſentia, & acrimonia; vt ex tempore quiduis dici poſſit: ad quod cauſſas, inſtrumenta, tempora, locos & perſonas familiariter noſſe, plurimum profuturum ſit. Præterea iracundiæ vitio carendum eſſe, & moderatione vtendum Omnia etiam non ſolum refutanda, ſed vrbane contemnenda, eleuanda & ridenda. Atque in altercando præcipuum eſſe ſemper, id de quo quæritur, & quid efficere velimus, in oculis habere. Atque id quidem ingenij acumine præſtari, quod à natura proficiſcens, etiam arte iuuetur. ¶ Poſtremo multas huius acuminis commoditates, ad omnia quæ volumus egregie præſtanda, quas ſtupidi, indocti, & clamoſi non aſſequantur, dinumerat.

ALtercationis præcepta poterant videri tunc inchoanda, cum omnia quæ ad continuam orationem pertinēt, peregiſſem: nam eſt vſus eius ordine vltimus: ſed cum ſit poſita in ſola inuentione, neque habere diſpoſitionem poſſit, nec elocutionis ornamenta magnopere deſideret, aut circa memoriam & pronunciationem laboret: prius quam ſecundam quinque partium; hanc, quæ tota ex prima pendet, tractaturus

turus non alieno loco videor: quam Scriptores ideo fortaſſe reliquerunt, quia ſatis cæteris perceptis, in hac quoque videbatur eſſe profectum. Conſtat enim aut intentione, aut depulſione, de quibus ſatis traditum eſt; quia quicquid in actione perpetua circa probationes vtile eſt, id in hac breui atque conciſa proſit neceſſe eſt. Neque alia dicuntur in altercatione; ſed aliter, aut interrogando, aut reſpondendo. Cuius rei fere omnis obſeruatio in illo teſtium loco excuſſa nobis eſt. Tamen quia latius hoc opus aggreſſuri ſumus, neque perfectus Orator ſine hac virtute dici poteſt, paululum impendamus huic quoq; peculiaris operæ, quæ quidem in quibuſdam cauſſis ad victoriam vel plurimum valet. Nam vt in qualitate generali, in qua recte ne factum quid, an contra ſit, quæritur, perpetua dominatur oratio, & quæſtionem finitionis, actionis plerunque ſatis explicat, & omnia pene in quibus de facto conſtat, aut coniectura artificiali ratione colligitur: Ita in iis cauſſis, (quæ ſunt frequentiſſimæ,) quæ vel ſolis extra artem probationibus, vel miſtis continentur, aſperrima in hac parte dimicatio eſt; nec alibi dixeris magis mucrone pugnari. Nam & firmiſſima quæque memoriæ iudicis inculcanda ſunt, & præſtandum quicquid in actione promiſimus, & refellenda mendacia. Nuſquam eſt denique qui cognoſcit, intentior. Nec immerito quidam, quanquam in dicendo mediocres, hac tamen altercandi præſtantia meruerũt nomen patronorum. At quidam litigatoribus ſuis illum modo ambitioſum declamandi ſudorem præſtitiſſe contenti, cũ turba laudantium deſtituunt ſubſellia, pugnamque illam decertatoriam imperitis ac ſæpe pullatæ* turbæ relinquunt. Itaque videas alios plerunque iudiciis priuatis ad actiones vocari, alios ad probationes. Quæ ſi diuidenda ſunt officia, hoc certe magis neceſſarium eſt: pudendumque dictu, ſi plus litigatoribus proſunt minores.* In publicis certe iudiciis vox illa præconis, præter patronos, ipſum qui egerit, citat. Opus eſt igitur in primis ingenio veloci ac mobili, animo præſenti & acri. Non enim cogitandum, ſed dicendum ſtatim eſt, & prope ſub conatu aduerſarii, manus erigenda. Quare cum in omni parte huiuſce officii plurimum facit, totas non diligenter modo, ſed etiam familiariter noſſe cauſſas: tum in altercatione maxime neceſſarium eſt, omnium perſonarum, inſtrumentorum, temporum, locorum habere notitiã: alioqui & tacendum eſt ſæpe, & aliis ſubiicientibus, plerunque ſtudio lo-

De Altercatione.

Lib. 3.

Lib. 5. c. 7.

* *Al.* pollutæ.

* *Al.* maiores.

Inuentio. loquendi fatue modo accedendum: quo nonnunquam accidit, vt in noſtra credulitate, aliena ſtudia erubeſcamus. Neque tantum hoc ipſis monitoribus clareſcit: quidam faciunt aperte quod rixemur. Videas enim pleroſque ira percitos exclamantes, vt iudex audiat contrarium id eſſe quod admoneatur, ſciatque ille qui pronuntiaturus eſt, in cauſſa malum quod tacetur. Quare bonus altercator vitio iracundiæ careat. Nullus enim rationi magis obſtat affectus, & fert extra cauſſam, & plerunque deformia conuitia facere ac mereri cogit; & ipſos nonnunquam iudices incitat. Melior moderatio, ac nonnunquam etiam patientia. Neque enim refutanda tantum quæ è contrario dicuntur; ſed contemnenda, eleuanda, ridenda ſunt: nec vſquam plus loci reperit vrbanitas: odium mordet & pudor: contra turbantes audendum: impudentiæ fortiter reſiſtendum. Sunt enim quidam præduri in hoc oris, vt obſtrepant* ingenti clamore, & medios ſermones intercipiant, & omnia tumultu confundant: quos vt non imitari, ſic acriter propulſare oportebit; & ipſorum improbitas retundenda: & iudices vel præſidentes magiſtratus appellandi frequenter, vt loquendi vices ſeruentur. Nam eſt res animi iacentis, & mollis ſupra modum frontis; fallitque plerunque, quod probitas vocatur, quæ eſt imbecillitas. Valet autem in altercatione plurimum acumen: quod ſine dubio ex arte non venit natura enim non docetur; arte tamen adiuuatur. In qua præcipuum eſt ſemper id in oculis habere, de quo quæritur, & quod volumus efficere: quia propoſitum tenentes, in rixam non ibimus: nec cauſſæ debita tempora, conuitiando conteremus: gaudebimuſque ſi hoc aduerſarius facit. Omnia tempora fere parata ſunt meditatis diligenter, quæ aut ex aduerſo dici, aut reſponderi à nobis poſſint. Nonnunquam tamen dici ſolet hoc quoque eſſe artis genus, vt quædam in actione diſſimulata, ſubito in altercando proferantur: & inopinaris eruptionibus, & ex inſidiis citiſſimo facto ſimillimum. Id autem tum faciendum, cum eſt aliquid cui reſponderi non ſtatim poſſit: potuerat autem, ſi tempus ad diſponendum fuiſſet. Nam quod fideliter firmum eſt, à primis ſtatim actionibus arripere optimum eſt, quo ſæpius diutiuſque dicatur. Illud vix ſaltem præcipiendum videtur, ne turbidus & clamoſus tantum ſit altercator, & quales fere ſunt qui literas neſciunt. Nam improbitas licet aduerſario moleſta ſit, iudici inuiſa eſt. Nocet etiam diu pugnare, in iis quæ obtinere non poſſis.

Iracundia in Oratore quam noxia: patientia vero & moderatio vtilis.

* al. obſtrepent.

Nam

Nam vbi vinci neceſſe eſt; expedit cedere: quia ſiue plura ſunt de quibus quæritur, facilior erit in cæteris fides: ſiue vnum, mitior ſolet irrogari pœna verecundiæ. Nam culpam præſertim deprehenſam pertinaciter tueri, culpa altera eſt. Dum ſtat acies, multi in re conſilii atque artis eſt, vt errantem aduerſarium trahas, & ire quam longiſſime cogas, vt vana interim ſpe exultet. Ideo quædam bene diſſimulantur inſtrumenta. Inſtant enim, & ſæpe diſcrimen omne committunt, quod deeſſe nobis putant, & faciunt probationibus noſtris autoritatem poſtulando. Expedit etiam dare aliquid aduerſario, quod pro ſe putet: quod apprehendens, maius aliquid cogatur dimittere. Duas interim res proponere, quarum vtramlibet male ſit electurus: quod in altercatione fit potentius, quam in actione: quia in illa nobis ipſis reſpondemus, in hac aduerſarium quaſi confeſſum tenemus. Eſt in primis acuti, videre quo iudex dicto moueatur, quid reſpuat: quod ex vultu ſæpiſſime, & aliquando etiam dicto aliquo factoue eius deprehenditur. Et inſtare proficientibus: & ab iis quæ non adiuuant, quam molliſſime pedem oportet referre. Faciunt hoc medici quoque, vt remedia perinde perſeuerent adhibere, vel deſinant, vt illa recipi vel reſpui vident. Nonnunquam ſi rem euoluere propoſitam facile non ſit, inſerenda eſt alia quæſtio: atque in eam, ſi fieri poteſt, iudex aduocandus. Quid enim cum reſpondere non poſſis, agendum eſt, niſi vt aliud inuenias, cui aduerſarius reſpondere non poſſit? In pleriſque iudex eſt aduocandus, vt dixi, qui circa teſtes eſt locus, & perſonis modo diſtat, quod hic patronorum inter ſe certamen, illuc pugna inter teſtem & patronum. Exercitatio vero huius rei longe facilior. Nam eſt vtiliſſimum, frequenter cum aliquo qui ſit ſtudio eorundem, ſumere materiam vel veræ vel etiam fictæ controuerſiæ, & diuerſas partes altercationis modo tueri: quod idem etiam in ſimplici genere quæſtionum fieri poteſt. Ne illud quidem ignorare aduocatum volo, quo quæque ordine probatio ſit apud iudices proferenda: cuius rei eadem in argumentis ratio eſt, vt potentiſſima prima & ſumma ponantur. Illa enim ad credendum præparant iudicem, hæc ad pronunciandum.

De Altercatione.

Idem Sup. Lib. 5.

Exercitationis vtilitas.

Inuentio.

De Iudicio & Conſilio.

CAP. VI.

ARGVMENTVM.

Priuſquam ad Diſpoſitionem tranſeat, quæ libro ſeptimo tractatur, eorum opiniones refutat, qui iudicium Inuentioni ſubiiciebant, tanquam Rhetorices ſecundam partem: contra quos libro tertio diſputauit. Oſtendit ergo Iudicium, ſic per omnes orationis partes fuſum, vt ſanguis per vniuerſum corpus; & naturale eſſe, cum non magis arte tractetur, quam guſtus & ſapor, & maxime tribus primis rhetoricæ partibus, Inuentioni, Diſpoſitioni & Elocutioni permixtum. ¶ Hanc inter Iudicium & Conſilium differentiam aſſignat, quod Conſilium latentibus rebus; Iudicium ſe proferentibus adhibeatur. quodque hoc frequentiſſime certum ſit; illud vero arte petitum & reconditum. Quædam ex iudicio conſilioue cauenda ſequendaque admonet, quæ exemplis ex Demoſthene & Cicerone petitis manifeſta reddit.

HIs pro noſtra facultate tractatis, non dubitaſſem tranſire protinus ad Diſpoſitionem *, quæ ordine ipſo ſequitur; niſi vererer, ne quoniam fuerunt qui Iudicium Inuentioni ſubiungerent, prætteriſſe hunc locum quibuſdam viderer, qui mea quidem opinione adeo partibus operis huius omnibus connexus ac miſtus * eſt, vt ne à ſententiis quidem aut verbis ſaltem ſingulis poſſit ſeparari: NEC magis arte traditur, quam guſtus aut odor. Ideoque nos quid in quaque re ſequendum cauendumque ſit, docebimus, vt ad ea iudicium dirigatur. Præcipuum igitur, ne quod effici non poteſt, aggrediamur: vt contraria vitemus, & communia: ne quid in eloquendo corruptum obſcurumque ſit: referatur oportet adſenſus, qui non docentur. Nec multum à iudicio credo diſtare conſilium, niſi quod illud oſtendentibus ſe rebus adhibetur, hoc latentibus, & aut omnino nondum repertis, aut dubiis: & quod iudicium frequentiſſime certum eſt; conſilium vero eſt ratio quædam, alte petita, & plerumq; plura perpendens & comparans; habenſque in ſe & inuentionem, & iudicationem. Sed ne hæc quidem præcepta in vniuerſum ſpectanda ſunt. nam ex re ſumitur, cui locum ante actionem eſt frequenter. Nam Cicero ſummo conſilio videtur in Verrem vel contrahere tempora dicendi maluiſſe, quam in eum annum quo erat Quin. Hortenſius conſul futurus, incidere,

** Diſpoſitio autem ſecunda pars eſt Rethorices vt conſtat ex c. 3. lib. 3. Sup. Vid. Cicer. lib. 2. Ora. & de Inuent. 1.*

** al.* mixtus.

Iudicium vt à conſilio differat.

Et in

De Iudicio & Conſilio.

Et in ipſis actionibus primum ac potentiſſimum obtinet locum. nam quid dicendum, quid tacendum, quid diſſitendum ſit exigere, conſilii eſt: negare ſit ſatius, an defendere: vbi prooemio vtendum, & qualiter narrandumque*, & quomodo: iure prius pugnandum an æquo: qui ſit ordo vtiliſſimus: tum omnes colores, aſpere an leuiter, an etiam ſubmiſſe loqui expediat. Sed hæc quoque vt quiſque paſſus eſt locus, monuimus: idemque in reliqua parte faciemus. pauca tamen exempli gratia ponam, quibus manifeſtius appareat* quid ſit quod demonſtrari poſſe præceptis non arbitror. Laudatur conſilium Demoſthenis, quod cum ſuaderet bellum Athenienſibus parum id proſpere expertis, nihil adhuc factum eſſe ratione monſtrat: poterat enim emendari negligentia. At ſi nihil eſſet erratum, melioris in poſterum ſpei non erat ratio. Idem cum offenſam vereretur, ſi obiurgaret populi ſegnitiem; in aſſerenda libertate Reipublicæ, maiorum laude vti maluit, qui eam fortiſſime adminiſtraſſent. NAM & faciles habuit aures, & natura ſequebatur, vt meliora probantes peiorum pœniteret. Ciceronis quidem vel vna pro Cluentio quamlibet multis exemplis ſufficerit oratio. Nam quod in eo conſilium maxime mirer? primamne expoſitionem qua matri, cuius filium premebat autoritas, abſtulit fidem? an quod idem corrupti iudicii crimen transferre in aduerſarium maluit, quam negare propter inueteratam (vt ipſe dicit) infamiam? An quod in re inuidioſa, legis auxilio nouiſſime eſt vſus? quo genere defenſionis etiam offendiſſe* nondum præmollitas iudicum mentes: an quod ſeipſum inuito Cluentio facere teſtatus eſt? Quid pro Milone? quod non ante narrauit, quam præiudiciis omnibus reum liberaret? quod inſidiarum inuidiam in Clodium vertit? quanquam re vera fuerat pugna fortuita: quod factum & laudauit; & tamen voluntatem Milonis remouit? quod illi preces non dedit, & in earum locum ipſe ſucceſſit? Infinitum eſt enumerare, vt Cottæ detraxerit autoritatem: vt pro Ligario ſe oppoſuerit: Cornelium ipſa confeſſionis fiducia eripuerit. Illud dicere ſatis habeo, Nihil eſſe non modo in orando, ſed in omni vita, prius conſilio, fruſtraque ſine eo tradi cæteras artes: pluſque vel ſine doctrina prudentiam, quam ſine prudentia facere doctrinam. Apparet* etiam orationem accommodare locis, temporibus, perſonis, eſſe eiuſdem virtutis. Sed hic quia latius fuſus eſt locus, miſtuſque

* al. narrãdumue.

* al. appareat.

Olynth. 2.

Olynth. 3.

* al. offendiſſet.

* al. Aptare etiam orationem locis, &c.

eum & melius,

Diſpoſitio cum Elocutione, tractabitur cum præcipere de apte dicendo cœperimus.

M. FAB. QVINTILIANI DE INSTITVTIONE ORATORIA

LIBER VII.

Præfatio de Diſpoſitionis vtilitate.

ARGVMENTVM.

Tranſitionem facit ab iis quæ hactenus de Inuentione & motu dicta ſunt, ad Diſpoſitionem, cuius tractationi hunc ſeptimum librum addixit. Vires eius & laudes hac præfatione prædicat; & cur ſecundum in ordine partium Rhetorices locum obtineat, rationem reddit. Omnia præclaris ſimilitudinibus illuſtrat.

Pro hoc vij. libro vide Sulpitii Inſtitutiones.

DE inuentione (vt arbitror) ſatis dictum eſt. Neque enim ea demum quæ ad docendum pertinent, executi ſumus; verum etiam motus animorum tractauimus. SED VT opera extruentibus ſatis non eſt, ſaxa atque materiam, & cætera ædificanti vtilia congerere; niſi diſponendis iis collocandiſque artificum manus adhibeatur: Sic in dicendo quamlibet abundans rerum copiam, cumulum tantum habeat atq; congeſtum; niſi illas eaſdem diſpoſitio in ordinẽ digeſtas, atque inter ſe commiſſas deuinxerit. Nec immerito ſecunda quinq; partium poſita eſt, cum ſine ea prior nihil valeat. NEQVE enim, quanquam fuſis omnibus membris, ſtatua ſit, niſi collocetur: & ſi quam in corporibus noſtris aliorumve animalium partem permutes atq; transferas, licet habeat eadem omnia, prodigium ſit tamen. Et artus etiam leuiter loco moti, perdunt quo viguerunt vſum: & turbari exercitus ſibi ipſi ſunt impedimento. NEC mihi videntur errare, qui ipſam rerum naturam ſtare ordine putant: quo confuſo, peritura ſint omnia. Sic oratio carens hac virtute tumultuetur neceſſe eſt, & ſine rectore fluitet, nec cohæreat ſibi: multa repetat, multa transeat, velut nocte in ignotis locis errans: nec initio nec ſine propoſito, caſum potius quam conſilium ſequatur. Quapropter

Diſpoſitio cur ſecunda ſit pars Rhetorices.

pter totus hic liber ſeruiat Diſpoſitioni, quæ quidem ſi certa De Diſpoaliqua via tradi in omnes materias vllo modo poſſet, non tam ſitione. paucis contigiſſet. Sed cum infinitæ litium formæ fuerint, futuræque ſint, & tot ſeculis nulla reperta ſit cauſſa, quæ eſſet tota alteri ſimilis, ſapiat oportet actor, & vigilet, & inueniat, & iudicet, & conſilium à ſeipſo petat. Neque inficias eo, quædam eſſe quæ demonſtrari poſſint, eaque non omittam.

De Diſpoſitione facienda.

CAP. I.

ARGVMENTVM.

Quia ad bonam Diſpoſitionem faciendam neceſſarium eſt, quæ multiplicia ſunt, in ſuas partes aut ſpecies ſecare: principio ſtatim capitis, quid partitio aut diuiſio ſit, & quo inter ſe differant, definitione explicat; nempe vt partitio ſit totius in partes, diuiſio generis in ſpecies ſectio. Poſt hac diſpoſitionem finit eſſe vtilem rerum ac partium in locos diſtributionem. Huius ordinem naturalem eſſe commonet, vt prima quæſtiones primo loco tractentur; verum tamen id plerunq; cauſſa vtilitate mutari: neq; ſemper eandem eſſe actori quæ defenſori rationem, Demoſthenis & Æſchinis exemplo docet. Ergo quid ipſe diſponendo cum præceptis tum ratione ſæpe factitarit, vt ad bonam diſpoſitionem viam ſternat, aperit: ex quo facienda eſſe hæc elicimus. Omnia quæ in cauſſa verſantur, tam ea quæ pro aduerſariis, quam quæ pro nobis faciant, & quid efficere vterque velit, cognoſcenda, atque oculis ſubiicienda. ¶ Ante omnia actori hanc eſſe diſpoſitionem ſeruandam, vt primo & ſummo loco firmiſſima, in medio infirmiora collocet. Reo grauiſſimum quodque primum refutandum, niſi leuiora multa falſa palam erunt, per quæ in grauiſſimo detrahamus aduerſariis fidem, cum aliqua tamen præfatione & excuſatione delati criminis. Anteacta vitæ crimina plerunque prima purganda. Intuendum eſſe diligenter ſi quæſtio ſimplex ſit, aut coniuncta: ſi ſimplex, an vnum reſpondeamus, an plura. Si vnum, an illud ſit in re, an ſcripto. Si plura, quæ ſint illa, & quo ordine ponenda: nempe vt ab infirmis ad potentiſſima perueniamus. Si quæſtio coniuncta, quam diuerſi ſint ſtatus. Item à prima ſpecie retrorſum quærendum eſſe vſque ad primam generalem quæſtionem: vel à genere ad extremam ſpeciem deſcendendum: vt ſi quis accuſet te furti, quæras an furtoſit illi quid ſublatum, an auferri potuit, an habuit quod auferretur. Excerpendum eſſe quid cum aduerſario nobis conueniat, ſi pro nobis facit, & partiendo multiplicandum: quia hæc congregatio accu-

ſantem

Diſpoſitio.

ſantem adiuuat, ſeparatio defendentem. In tota aliquando materia faciendum eſſe, vt multis prolatu, remotione partium aut ſpecierum vtentes; id vnum remaneat, quod magnopere cupiebamus. Et excutiendum eſſe quicquid dicit, & velut reiectione facta, ad optimum perueniendum, quod diuiſioni atque inuentioni viam facillimam præſtat: vt occiſus eſt Clodius, à Milone, an ab alio? A Milone: iure, an iniuria? iure. voluntate igitur, an imprudentia, an neceſſitate, &c. ¶ ***Et quia plurimæ ſunt cauſſæ, in quibus vtra pars prior dicere debeat, incertum ſit, hoc in foro diiudicari ait vel atrocitate formularum, vel modo petitionum, vel ſorte: quanquam id in multis inuentu videatur difficillimum Occultiores quæſtiones, & in ipſis ſententias, verba, figuras, colores: ingenio, cura & exercitatione inueniri. Atque de deligendis quæſtionibus vtilia ſpecioſis eſſe præponenda Omnia ſubiectis exemplis fuſiſſime etiam deſcriptis explanat.***

**** Lib. 5.***

Diuiſionis & Partitionis differentia.

Diſpoſitio quid.

SIt igitur (vt ſupra *ſignificaui) diuiſio, rerum plurium in ſingulas: partitio, ſingularum in partes, diſcretus ordo, & recta quædam collatio prioribus ſequentia annectens. Diſpoſitio, vtilis rerum ac partium in locos diſtributio. Sed meminerimus ipſam diſpoſitionem plerunque vtilitate mutari, nec eandem ſemper primam quæſtionem ex vtraque parte tractandam. Cuius rei vt cætera exempla prætercam. Demoſthenes quoque atque Æſchines poſſunt eſſe documento, in iudicio Cteſiphontis diuerſum ſecuti ordinem, cum accuſator à iure, quo videbatur potentior, cœperit: patronus omnia vel pene omnia ante ius poſuerit, quibus iudicem quæſtioni legum præpararet. Aliud enim alio docere prius expedit: alioqui ſemper petitoris arbitrio diceretur. Denique in accuſatione mutua, vt ſe vterque defendat priuſquam aduerſarium arguat, omnium rerum neceſſe eſt ordinem eſſe diuerſum. Igitur quid ego ſim ſecutus, quod partim præceptis, partim vſurpatum ratione cognoueram, promam: nec vnquam diſſimulaui. Erat mihi curæ in controuerſiis forenſibus, noſſe omnia quæ in cauſſa verſarentur. Nam in ſchola certa ſunt, & pauca, & ante declamationem exponuntur, quæ θέματα Græci vocant, Cicero propoſita. Cum hæc in conſpectu quodammodo collocaueram, non minus pro aduerſa parte, quam pro mea cogitabam. Et primum (quod non diſſimile dictu eſt, ſed tamen ante omnia intuendum) cõſtituebam, quid vtraque pars vellet efficere, tum per quid, hoc modo. Cogitabam

gitabam quid primum petitor diceret. Id aut confeſſum erat, aut controuerſum. Si confeſſum, non poterat ibi eſſe quæſtio. Tranſibam ergo ad reſponſum partis alterius, idem intuebar: nonnunquam etiam quod inde obtinebatur, confeſſum erat. Vbi primum cœperat non conuenire, quæſtio oriebatur. Id tale eſt, Occidiſti hominem, occidi: conuenit, tranſeo. Rationem reddere debet reus quare occiderit. Adulterum, * inquit, cum adultera occidere licet legem eſſe certum eſt. Tertium iam aliquid videndum eſt, in quo pugna conſiſtat. Non fuerunt adulteri: fuerunt: quæſtio. De facto ambigitur. coniectura eſt. Interim vero & tertium cõfeſſum eſt, adulteros fuiſſe. Sed tibi, inquit accuſator, illos non licuit occidere, exul enim eras, & ignominioſus, de iure quæritur. At ſi protinus dicenti, Occidiſti: reſpondeatur, Non occidi: ſtatim pugna eſt. Sic explorandum eſt, vbi controuerſia incipiat, & conſiderari debet, quæ primam quæſtionem facit. Intentio ſimplex, Occidit Saturninum *Rabirius: coniuncta, Lege de ſicariis commiſit L. Varenus. Nam C. Varenum occidendo, & Cn. vulnerando, & Salarium item occidendo, cadit. Nam ſic diuerſæ propoſitiones erunt, quod idem de petitionibus dictum ſit. Verum *vt ex coniuncta propoſitione plures eſſe quæſtiones ac ſtatus poſſunt, ſi aliud negat reus, aliud defẽdit, aliud iure actionis excludit. In quo genere agenti eſt diſpiciendum, quid quo *loco diluat. Quod pertinet ad actorem, non plane diſſentio à Celſo, qui ſine dubio Ciceronem eſt ſecutus. Inſtat tamen huic parti vehemẽtius, vt putet primo firmum aliquid eſſe ponẽdum, ſummo firmiſſimum, imbecilliora medio: quia & initio mouendus ſit iudex, & ſummo impellendus. At pro reo plerunque grauiſſimum quicque primum mouendum eſt, ne illud ſpectans iudex, reliquorũ defenſioni ſit auerſior. Interim tamen & hoc mutabitur, ſi leuiora illa palam falſa erunt, grauiſſimi defenſio difficilior: vt detracta prius accuſatoribus fide aggrediamur vltimum, iam iudicibus omnia vana eſſe credentibus. Opus erit tamẽ præfatione, qua & ratio reddatur dilati criminis, & promittatur defenſio: ne id quod non ſtatim diluemus, timere videamur. Anteactæ vitæ crimina plerunque prima purganda ſunt, vt id de quo laturus eſt ſententiam iudex, audire propitius incipiat. Sed hoc quoque pro Vareno Cicero in vltimũ diſtulit: non quid frequentiſſime, ſed quid tũ expediret, intuitus. Cum ſimplex intentio eſt, videndum eſt, ac vnũ aliquid reſpondeamus, an plura. Si vnum,

De Diſpoſitione.

** Vid. l. Gracchus. 4 C. ad l. Iul. de adult. & auth. vt lit. matri & auia. c. 15. Nouel 117.*

** Huius meminere Ci. in Ora. de Haruſpic. reſpon. & Flor. 16.*

** al.* Verũ ex, *omiſſa part.* vt, *quæ etiam abundare videtur.*

** al.* quoq; *melius.*

Vt pro Murena.

Diſpoſitio. num, in re quæſtionem inſtituamus, an in ſcripto Si in re: negandum ſit quod obiicitur, an tuendum. Si in ſcripto, in qua ſpecie iuris pugna ſit, & in ea de verbis, an voluntate quæratur. Id ita conſequemur, ſi intuiti fuerimus quæ ſit lex quæ litem faciat: hoc eſt, qua iudicium ſit conſtitutum. Nam quædam in ſcholaſticis ponuntur ad coniungendam modo actæ rei ſeriem: vt, Pater expoſitum qui agnouerit, ſolutis alimẽtis recipiat. Minus dicto audientem filium liceat abdicare. Qui expoſitum recepit, imperat ei nuptias lo. upletis propinqui: ille ducere vult filiam pauperis educatoris. Lex de expoſitis * ad affectum pertinet, iudicium pendet ex lege abdicationis. Nec tamen ſemper ex vna lege quæſtio eſt, vt in ἀντινομίᾳ. His ſpectaris apparebit circa quæ pugna ſit. Coniuncta defenſio eſt, qualis pro Rabirio, Si occidiſſet, recte feciſſet, ſed non occidit. Vbi vero multa contra vnam propoſitionem dicimus, cogitãdum eſt primum quicquid dici poteſt: tum ex his quo quicq; loco dici expediat, ordinandum. In quo non idem ſentio, quod de propoſitionibus paulo ante, quodque de argumentis probationum loco conceſſi, aliquando nos incipere a firmioribus. Nam vis quæſtionum ſemper creſcere debet, & ad potentiſſima ab infirmiſſimis peruenire, ſiue ſunt eiuſdem generis, ſiue diuerſi. Iuris autẽ quæſtiones ſolent eſſe nonnunquam ex aliis atq; aliis conflictationibus: facti ſemper idẽ ſpectant. in vtroque genere ſimilis ordo eſt. Sed prius de diſſimilibus, ex quibus firmiſſimum quicque primum tractari oportet. Ideoque quaſdam quæſtiones executis donare ſolemus, & concedere. Neque enim tranſire ad alias poſſumus, niſi omiſſis prioribus. Quod ipſum ita fieri oportet, non vt damnaſſe eas videamur, ſed omiſiſſe, quia potiſſimus etiam ſine eis vincere. Procurator alicuius pecuniam petit ex fœnore hæreditario: poteſt incidere quæſtio, an huic eſſe procuratorem liceat. Finge nos, poſtquam tractauimus, remittere, vel etiam conuinci: quæretur, an ei cuius nomine litigatur, procuratorem habendi ſit ius. Diſcedamus hinc quoque, recepit materia quæſtionẽ, an ille, cuius nomine agitur, hæres ſit fœneratoris, an ex aſſe hæres. Hæc quoque conceſſa ſunt; quæretur, an debeatur. Contra, nemo tam demens fuerit, vt id quod firmiſſimum duxerit ſe habere, remittat, & ad leuiora tranſcendat. Huic in ſchola ſimile eſt, Non abdicabis adoptatum: vt hunc quoque non virum fortem: vt & fortem, non quicunque* voluntati tuæ non paruerit: & vt in alia omnia ſubiectus

* vid. tit. 52. li 8. vbi de expoſitu agitur.

* vid. Gothofred. ad l. abdicatio. 6. C. de patria pot.

ſubiectus ſit, non propter opinionem: & vt propter opinionem, non propter talem opinionem. Hæc iuris quæſtionum differentia eſt.

In factis autem ad idem tendentia ſunt plura: ex quibus aliqua citra ſummam quæſtionem remitti ſolent: vt ſi is cum quo furti agitur, dicat, Proba te habuiſſe, proba perdidiſſe, proba furto perdidiſſe, proba mea fraude. Priora enim remitti poſſunt: vltimum non poteſt. *Quæ probanda in actione furti.* Solebam & hoc facere præcipue, vt vel ab vltima ſpecie (nam ea fere eſt quæ continet cauſſam) retrorſum quærerem vſque ad primam generalem quæſtionem, vel à genere ad extremam ſpeciem deſcenderem; etiam in ſuaſoriis: vt deliberat Numa, An regnum offerentibus Romanis recipiat: Primum id eſt genus, an regnandum, an in ciuitate aliena, an Romæ, an laturi ſint Romani talem regem.

Similiter & in controuerſiis. Optet enim vir fortis alienam vxorem. Vltima ſpecies eſt, An optare poſſit alienam vxorem. Generale eſt, an quicquid optauerit, accipere debeat: inde an ex priuato, an nuptias, an maritum habentem. Sed hoc non quemadmodum dicitur, ita & quæritur. Primum enim occurrit fere, quod eſt vltimum dicendum, vt hoc Non debes * alienam vxorem optare. Ideoque diuiſionem perdit feſtinatio. Non oportet igitur offerentibus ſe contentum eſſe: quæratur aliquid quod eſt vltra, ſi ne viduam quidem: adhuc plus, ſi nihil ex priuato: vltimum retrorſum, quod idem à capite primum eſt, ſi nihil iniquum. Itaque propoſitione viſa quod eſt facillimum, cogitemus, ſi fieri poteſt, quid naturale ſit primum reſponderi. Id ſi tanquam res agatur, & nobis ipſis reſpondendi neceſſitas ſit intueri, voluerimus, occurrit. Si id non contigerit, ſeponamus id quod primum ſe obtulerit & ipſi nobiſcum ſic loquamur: Quid ſi hoc non eſſet: id iterum & tertium, & dum nihil ſit reliqui. Ita inferiora quoq; ſcrutabimur, quæ tractata faciliorem nobis iudicem in ſumma quæſtione facient. Non diſſimile huic eſt & illud præceptum, vt à communibus ad propria veniamus. Fere enim communia generalia ſunt. Commune eſt, tyrannum occidit: proprium * Viriatum tyrannum occidit, mulier occidit, vxor occidit. Solebam & excerpere quid mihi cum aduerſario conueniret, ſi modo id pro me erat: nec ſolum premere confeſſionem, ſed partiendo multiplicare: vt in illa controuerſia, Dux qui competitorem patrem in ſuffragiis

** Hoc prohibitum decimo decalogi præcepto.*

** al. Virũ tamen tyran.*

uicerat, captus eſt. Euntes ad redimendum eum legati, obuium habuerunt patrem reuertentem ab hoſtibus. is legatis dixit, *Serò itis.* Excuſſerunt illi patrem, & aurum in ſinu eius inuenerunt: ipſi perſeuerarunt ire quo intenderant: inuenerunt ducem crucifixum, cuius vox fuit, *Cauete proditorem.* Reus eſt pater. Quę conueniunt? Proditio nobis prodita eſt, & prodita à duce, quærimus proditorem. te iiſſe ad hoſtes fateris, & iiſſe clam, & ab his incolumem rediiſſe aurum retuliſſe, & aurum occultum habuiſſe. Nam quod fecit, id nonnunquam potentius fit in propoſitione: quæ ſi animos occuparit, prope aures ipſi defenſioni præcluduntur. In totum autem congregatio criminum accuſantem adiuuat, ſeparatio defendentem. Solebam id quod fieri & in argumentis dixi, in tota facere materia, vt propoſitis extra quæ nihil eſſet, omnibus deinde cæteris remotis, ſolum id ſupereſſet quod credi volebam, vt in præuaricationum criminibus, Vt abſoluatur reus aut innocentia ipſius fit, aut interueniente aliqua poteſtate, aut vi, aut corrupto iudicio, aut difficultate probationis, aut præuaricatione. Nocentem fuiſſe confiteris, nulla poteſtas obſtitit, nulla vis corruptum iudicium non quereris; nulla probandi difficultas fuit: quid ſupereſt, niſi vt præuaricatio fuerit? Si omnia amoliri non poteram, tamen plura amoliebar. Hominem occiſum eſſe conſtat, non in ſolitudine, vt à latronibus ſuſpicer: non prædę gratia, quia inſpoliatus eſt: non hæreditatis ſpe, quia pauper fuit. odium igitur in cauſſa. quis inimicus? Quæ res autem faciliorem diuiſioni viam præſtat, eadem inuentioni quoque excutere quidquid dicitur, poteſt; & velut reiectione facta ad optimum peruenire. Accuſatur Milo quod Clodium occiderit, aut fecit, aut nō. Optimum erat negare: ſi non poteſt, occidit: ergo aut iure aut iniuria. Vtique iure: aut voluntate igitur, aut neceſſitate. Nam ignorantia prętendi non poteſt. Voluntas anceps eſt. Sed quia ita id homines putant adiungenda defenſio, vt id pro Republ. fuerit. Neceſſitate; ſubita igitur pugna, non præparata. alter igitur inſidiatus eſt. Vter? profecto Clodius. Videsne vt ipſa rerum neceſſitas deducat ad defenſionem? Adhuc. Aut vtique voluit occidere inſidiatorem Clodium, aut non. Tutius ſi noluit. Fecerunt ergo ſerui Milonis, neque iubente neque ſciente Milone. At hæc tam timida defenſio detrahit autoritatem illi, qua recte dicebamus occiſum. Adiicitur, Quod ſuos quiſque ſeruos in tali re facere voluiſſet. Hoc

Homicidii crimē qua releuent.

eo eſt

 De Diſpoſitione.

eò eſt vtilius, quod ſæpe nihil placet, & aliquid dicendum eſt. Intueamur ergo omnia: ita apparebit aut id quod optimum eſt, aut id quod minime malum. Propoſitione aliquando aduerſarii vtendum: & eſſe nonnunquam communem eam ſuo loco dictum eſt. Multis millibus verſuum ſcio apud quoſdam eſſe quæſitum, quomodo inueniremus vtra pars deberet prior dicere: quod in foro vel atrocitate formularum, vel modo petitionum, vel nouiſſime forte diiudicatur. In ſchola quæri nihil attinet, cum in declamationibus iiſdem narrare, & contradictiones ſoluere, tam ab actore quam à defenſore conceſſum ſit. Sed in plurimis controuerſiis ne inueniri quidem poteſt: vt in illa. Qui tres liberos habebat, Oratorem, Philoſophum, & Medicum; teſtamento quatuor partes fecit, & ſingulas ſingulis dedit: vnam eius eſſe voluit, qui eſſet vtiliſſimus ciuitati. Contendunt quis primus dicat: incertum eſt, propoſitio tamen certa. Ab eo enim cuius perſonam tuebimur, incipiendum erit. Et hæc quidem de diuidendo in vniuerſum præcipi poſſunt. At quomodo inueniemus etiam illas occultiores quæſtiones? ſcilicet quomodo ſententias, verba, figuras, colores? Ingenio, cura, exercitatione. Non tamen ferè vnquam niſi imprudentem fugerint, ſi (vt dixi) naturam ſequi ducem velit. Sed plerique eloquentiæ famam affectantes, contenti ſunt locis ſpecioſis modo, vel nihil ad probationem conferentibus. Alii nihil vitantes, ea quæ in oculos occurrunt, exquirenda putant. Quod quo facilius appareat, vnam de ſchola controuerſiam non ita ſane difficilem aut nouam proponam in exemplum: Qui reo proditionis patri non affuerit, exhæres ſit. proditionis damnatus, cum aduocato exulet. Reo proditionis patri difertus filius affuit, ruſticus nō affuit: damnatus abiit cū aduocato in exilium. Ruſticus cum fortiter feciſſet, præmii nomine impetrauit reſtitutionem patris, & fratris. Pater reuerſus inteſtatus deceſſit: petit ruſticus partem bonorum, Orator totum ſibi vendicat. Hic illi eloquentes, quibuſque nos circa lites raras ſolicitiores, ridiculi videmur, inuadent perſonas fauorabiles. Actio pro ruſtico contra diſertum, pro viro forti contra imbecillem, pro reſtitutore contra ingratum; pro eo qui parte contentus ſit, contra eum qui fratri nihil dare ex paternis velit. Quæ omnia ſunt in materia, & multum iuuant, victoriam tamen non tradunt. In hac quærentur ſententiæ, ſi fieri poterit, præcipites, vel obſcuræ. Nam ea nunc virtus eſt, vt pulchre fuerit cum

Diſpoſitio.

materia tumultu & clamore tranſactum. Illi vero, quibus propoſitum quidem melius, ſed cura in proximo eſt, hæc velut innatantia videbunt, excuſatum eſſe ruſticum, qui non interfuerit iudicio, nihil collaturus patri: ſed nè diſertum quidem habere quod imputet reo, cum is damnatus ſit. Dignum eſſe hæreditate reſtitutorem, non auarum, impium, ingratum; qui diuidere nolit cum fratre, eoque ſic merito. Quæſtionem quoque illam primam ſcripti & voluntatis, qua non expugnata non ſit ſequentibus locus. At qui naturam ſequetur, illa cogitabit profectò, primò, hoc dicturum ruſticum; Pater inteſtatus * duos nos filios reliquit, partem iure gentium peto. Quis tam imperitus, quis tam procul à literis; quin ſic incipiat, etiam ſi neſcierit quid ſit propoſitio? Hanc communem omnium legem leuiter adornabit, vt iuſtam. Nempe ſequetur, vt quæramus quid huic tam æquæ poſtulationi reſpondeatur. At id manifeſtum eſt. Lex eſt quæ iubet exhæredem * eſſe eum, qui patri proditionis reo non affuerit: tu autem non affuiſti. Hanc propoſitionem neceſſario ſequitur legis laudatio, & eius qui non affuerit, vituperatio. Adhuc verſamur in confeſſis: redeat animus ad petitorem: nunquid non hoc cogitet neceſſe eſt, niſi qui ſit planè hebes? Si lex obſtat, nulla lis eſt, inane iudicium eſt: atqui & legem eſſe, & hoc quod ea puniat, à ruſtico factum, extra dubitationem eſt. Quid ergo dicemus? Ruſticus eram. Sed lex * erat, omnes complectitur: nihil proderit. Quæramus ergo, num infirmari in aliqua parte lex poſſit. Quid aliud (ſæpius dicam) natura permittit, quàm vt cum verba contra ſint, de voluntate quæratur? Generalis igitur quæſtio, verbis, an voluntate ſit ſtandum. Sed enim IN commune de iure omni diſputandum ſemper, nec vnquam ſatis iudicatum eſt. Quærendum igitur in hac ipſa, qua conſiſtimus; An aliquid inueniri poſſit quod ſcripto aduerſetur. Ergo quiſquis non affuerit, exhæres erit? quiſquis ſine exceptione? Iam ſe illa vel vltro offerent argumenta. Filius infans & æger non affuit; & qui aberat, & qui militabat, & qui in legatione erat. Iam multum acti eſt: poſſet aliquis non affuiſſe, & hæres eſſe. Tranſeat nunc idem ille qui cogitauit, vt ait Cicero, tibicinis Latini modo ad diſertum: Vt iſta concedam: tu nec infans es, nec æger eras, nec abfuiſti, nec militaſti, nec in legatione fuiſti. Non aliud occurrit, quam illud, *Sed ruſticus ſum.* Contra, quod palam eſt, dicet; Vt agere non potueris, aſſidere potuiſti, & verum eſt. quare redeundum eſt

ruſtico

** Fratribus æqualis eſt portio hæreditatis patris ab inteſtato defuncti. vid. l. 1. ff. ſi tabul. teſta. nulla ex tab. & authent. in ſucceſſione, C. de ſuis & legit. & Nouell. 118.*

** Exhæredationis cauſas refert Iuſtinianus c. 3. Authent. vt cum de appell. cognoſ. quæ eſt Nouell. 115.*

* *al.* Sed iſta lex ſcripta [illegible]

Pro Muræna.

ruſtico ad animum legumlatoris: Impietatem punire voluit, ego autem impius non ſum. Contra quæ diſertus, Tu impie feciſti, inquit, cum exhæredationem meruiſti: licet te poſtea vel pœnitentia, vel ambitus ad hoc genus optionis adduxerit. Præterea propter te damnatus eſt pater. Videbaris enim de cauſſa pronuntiaſſe. Ad hæc ruſticus; Tu vero cauſſa damnationis fuiſti: multos offenderas: inimicitias domui contraxeras. Hæc coniectura alia. Illud quoque quod coloris loco ruſticus dicit, patris fuiſſe tale conſilium, ne vniuerſam domum periculo ſubiiceret. Hæc prima quæſtione ſcripti & voluntatis continentur. Intendamus vltra animum, videamusque an aliquid inueniri præterea poſſit, quo id modo fiat. Sedulo imitor quærentem, vt quærere doceam, & omiſſo ſpecioſiore illo ſtyli genere, ad vtilitatem me ſummitto diſcentium. Omnes adhuc quæſtiones ex perſona petitoris ipſius duximus: cur non aliquid circa patrem quærimus. Dictum vero eſt, Cui quis non affuerit, exhæres erit. Cur non conamur & hic quærere, num cuicunq; non affuerit? Facimus hoc ſæpe in iis controuerſiis, in quibus petuntur in vincula qui parentes ſuos nō alunt: an eum qui teſtimonium in filium impietatis reum dixit: an eum qui filium lenoni vendidit? In hoc de quo loquimur patre, quid apprehendi poteſt? Damnatus eſt. Nunquid igitur lex ad abſolutos tantum patres pertinet? dura prima fronte quæſtio. Non deſperemus, credibile eſt hoc voluiſſe legumlatorem, ne auxilia liberorum innocentibus deeſſent. Sed hoc dicere ruſtico verecundum eſt; quia innocentem fuiſſe patrem fatetur. Dat aliud argumentum controuerſia. Damnatus proditionis cum aduocato exulet. Vix videtur poſſe fieri, vt pœna filio eadem, patri; & ſi affuerit; & ſi non affuerit conſtituta ſit. Præterea lex ad exules nulla pertinet. Non ergo credibile eſt, de non aduocato damnati ſcriptum. An poſſint enim bona eſſe vlla exulis, ruſticus in vtraque parte dubium facit. Diſertus & verbis inhærebit, in quibus nulla exceptio eſt: & propter hoc ipſum pœnam eſſe conſtitutam eis, qui non affuerint, ne periculo exilii deterreantur ab aduocatione, & ruſticum innocenti non affuiſſe dicet. Illud protinus non indignum quod annotetur; poſſe ex vno ſtatu duas generales fieri quæſtiones, An quiſquis, an cuicunque. Hæc ex duabus perſonis quæſita ſunt. E tertia autem, quæ eſt aduerſarii, nulla oriri quæſtio poteſt: quia nulla fit ei de ſua parte controuerſia. Nondum tamen cura deficiat. Iſta enim

 omnia

omnia dici poſſent etiam non reſtituto patre. Nec ſtatim eo tendamus, quod occurrit vltro, à ruſtico reſtitutum. Qui id ſubtiliter quæret, aliquid ſpectabit vltra. Nam vt genus ſpeciem ſequitur, ita ſpeciem genus præcedit. Fingamus ergo ab alio reſtitutum, ratiocinatiua atque collectiua quæſtio orietur, An reſtitutio pro ſublatione iudicii ſit, & perinde valeat, ac ſi iudicium non fuiſſet. Vbi tentabit ruſticus dicere, ne impetrare quidem aliter potuiſſe ſuorum reſtitutionem vno præmio, niſi patre perinde, ac ſi accuſatus non eſſet, reuocato: quæ res, aduocati quoque pœnam, tanquam is non affuiſſet, remiſerit. Tum veniemus ad id quod primum occurrebat, à ruſtico reſtitutum eſſe patrem. Vbi rurſus ratiocinamur, An ruſticus reſtitutor accipi debeat pro aduocato, quando id præſtiterit, quod aduocatus petiit: nec improbum ſit pro ſimili accipi, quod plus eſt. Reliqua iam æquitatis ſunt, vtrius iuſtius ſit deſiderium. Id ipſum adhuc diuiditur, etiam ſi vterque ſibi totum vendicaret; nunc vtique, cum alter ſemiſſem, alter vniuerſa, fratre excluſo. Sed his tractatis etiam magnum momentum habet apud iudices patris memoria, cum præſertim de bonis eius quæratur. Erit ergo coniectura, qua mente pater inteſtatus deceſſerit. Sed ea pertinet ad qualitatem quæ alterius ſtatus inſtrumentum eſt. Plerunque autem in fine cauſſarum de æquitate tractabitur; quia nihil libentius Iudices audiunt. Aliquando tamen hunc ordinem mutabit vtilitas: vt ſi in iure minus fiduciæ erit, æquitate iudicem præparemus. Nihil habui amplius, quod in vniuerſum præciperem. Nunc eamus per ſingulas cauſſarum iudicialium partes, quas vt perſequi ad vltimam ſpeciem; id eſt, ad ſingulas lites controuerſiaſque non poſſum: ita de generalibus ſcribere licet, vt quæ in quem ſtatum frequentiſſime incidat, tradam. Et quia natura prima quæſtio eſt, factumne ſit, ab hac ordiar.

De Coniectura.

CAP. II.

Argvmentvm.

Hactenus de Diſpoſitione in vniuerſum, nunc de eadem ſpecialius in ſingulis ſtatibus: quorum natura primus eſt coniecturalis, quo an ſit res quæritur, præcipere aggreditur. Ergo à coniectura orditur, quam primum diuidit; nam ante libro tertio definierat. Eam aut in re, aut in animo, & vtranque trium temporum eſſe docet; præſentis, præteriti, & futuri. Quæ in re ſit, quæſtionem habere generalem, aut ſpecialem: generalem, vt an mundus prouidentia gubernetur;

De Coniectura.

bernetur; ſpecialem, vt an regnum affectet Manlius. ¶ Ex præterito iudicia eſſe & factorum cauſſas, vt cum quaritur, Vnde bellum. Qua fiunt, & futura ſunt, ex præteritis colligi. Animi coniecturas in omnia etiam tempora cadere: & eſſe vbi perſona eſt, & de facto conſtat. vt qua mente Ligarius in Africa fuerit, &c. Per coniecturas etiam de qualitate & quantitate quari: vt an ſol maior terra. An luna globoſa? Coniectura qua accuſatione & defenſione conſtet, triplex genus eſſe: Vnum de autore & facto. Alterum de facto tantum. Tertium de autore tantum. Ex tertio criminum translationes in alium, & mutuas accuſationes naſci: qua varia inter ſe comparatione vel ex tota, vel ex parte aliqua conſtent In quibus noſtra defenſio accuſationem aduerſarii pracedere debeat, rationes ſubiungit. Tum quo quaque modo tractanda ſint ſiue negentur, ſiue confeſſa ſint, fuſiſſime explicat. ¶ Addit & coniecturam duplicem accuſationi mutua ſimillimam, vt in qua tyrannicidii duo medici pramium petant: quorum primus venenum dedit, quo non eſt ille mortuus, alter antidotum qua ſtatim deceſſit. Vbi perſona, cauſſa, facultates, tempora, inſtrumenta, teſtimonia, non aliter quam mutua accuſatione comparentur. Qua etiam ratione tractari illud oporteat, in quo de duobus citra accuſationem quaritur vtrum factum ſit. ¶ Coniectura locos & tractationem adiungit: eam his tribus capitibus contineri oſtendit: An voluerit, an potuerit, an fecerit. In primo tria ſpectari: perſonas, cauſſas, & conſilia: & quid de vnoquoque in vtranq; partem dicendum ſit, copioſiſſime tradit. In ſecundo, An potuerit; locũ, tempus, difficultates, occaſiones, qua etiam ad animi coniecturam valeant, conſiderari. In tertio, in quo An fecerit quaritur, coniuncta, conſequentia, ſigna, antecedentia, antedicta & facta noſtra & aliena diſcuti. Ad quam rationem reliqua omnia coniectura genera reduci poſſint: vt furti, crediti, depoſiti, proditionis, affectata tyrannidis, adulterii falſi; niſi quod adulterii cauſſa aliquid habeant proprii; quia duorum plerunque diſcrimen ſit, & de vtriuſque vita dicere oporteat: qua ratio in crimine falſi fere ſit eadem.

CONiectura omnis aut de re, aut de animo eſt. Vtriuſque tria tempora, præteritum, præſens, futurum: De re & generales quæſtiones ſunt, & definitæ; id eſt & quæ non continentur, & quæ continentur. De animo quæri non poteſt, niſi vbi perſona eſt, & de facto conſtat. Ergo cum de re agitur: aut quid factum ſit in dubium venit, aut quid fiat, aut quid ſit futurum: vt in generalibus, an atomorum concurſu mundus ſit effectus; an prouidentia regatur, an ſit aliquando caſurus. In

definitis, an parricidium commiſerit Roſcius: an regnum affecter Manlius: an recte Verrem ſit accuſaturus Q. Cæcilius. In iudiciis præteritum tempus maxime valet. Nemo enim ac- *al. niſi de iis quæ, cuſat, niſi * quæ facta ſunt. Nam & quæ fiant, & quæ futura ſint, ex præteritis colliguntur. Quæritur & vnde quid ortum: vt peſtilentia, ira deûm, an intemperie cœli, an corruptis aquis, an noxio terræ halitu. Et quæ cauſſa facti: vt quare ad Troiam quinquaginta reges nauigauerint, iureiurando adacti: an exemplo moti, an gratificantes Atridis. quæ duo genera non multum inter ſe diſtant. Ea vero quæ ſunt præſentis temporis, ſi non argumentis, quæ neceſſe eſt præceſſiſſe, ſed oculis deprehendenda ſunt, non egent coniectura: vt ſi apud Vide Iuſtin. lib. 2. Lacedæmonios quæratur, an Athenis muri fiant. Sed & illud poteſt videri extra hoc propoſitum coniecturæ genus, cum de * al. qui al. quis. aliquo homine quæritur, quid * ſit, vt eſt quæſitum contra Vrbiniæ hæredes, ſi is qui tanquam filius petebat bona, Cluſinius Figulus eſſet, an Soſipater: nam & ſubſtantia eius ſub oculos venit, vt non poſſit quæri, an ſit: quomodo vltra oceanum, nec quid ſit, nec quale ſit; ſed an quid ſit. Verum hoc quoque genus litis ex præterito pendet, an hic ſit ex Vrbinia natus Cluſinius Figulus. Fuerunt autem tales noſtris etiam temporibus controuerſiæ, atque aliquæ in meum quoq; patrocinium inciderunt. Animi coniectura non dubie in omnia tempora cadit; Qua mẽte Ligarius in Africa fuerit, Qua mente Pyrrhus fœdus petat, Quomodo laturus ſit Cæſar, ſi Ptolemæus Pompeium occiderit. Quæritur per coniecturam & quantitas & qualitas circa modum, ſpeciem, numerum. An ſol maior quam terra, Luna globoſa, an plana, an acuta. Vnus mundus; an plures. Itemque extra naturales quæſtiones, maius bellum Troianum, an Peloponneſiacum. Qualis clypeus Achillis. An vnus Hercules. In iis autem, quæ accuſatione ac defenſione conſtant; vnum eſt genus, in quo quæritur & de facto, & de autore. Quod interim coniunctam quæſtionem habet, & vtrunque pariter negatur: interim ſeparatam, cum & factum ſit, necne: & ſi de facto conſtet, à quo factum ſit, ambigitur. Ipſum quoque factum aliquando ſimplicem quæſtionem habet, an homo perierit: aliquando duplicem, veneno, an cruditate perierit. Alterum eſt genus de facto tantum, cum ſi id certum ſit, non poteſt de autore dubitari. Tertium de autore tantum, cum factum conſtat, ſed à quo factum ſit, in controuerſiam venit. Et quod tertio loco poſui, non

eſt

De Coniectura.

eſt ſimplex. Aut enim reus feciſſe tantum modo ſe negat, aut alium feciſſe dicit. Sed ne in alterum quidem transferendi criminis vna forma eſt. Interdum enim ſubſtituitur mutua accuſatio, quam Græci ἀντικατηγορίαν vocant, noſtrorum quidam *Concertatiuam.* Interdum in aliquam perſonam, quæ extra diſcrimen iudicii eſt, transfertur; & alias certam, alias incertam. Et cum in certam; aut in extrariam, aut in ipſius qui periit voluntatem. In quibus ſimilis atque in ἀντικατηγορίᾳ perſonarum cauſſarum, cæterorum comparatio eſt: vt Cicero pro Vareno in familiam Anchiaranam *: pro Scauro circa mortem Boſtaris in matrem auertens crimen, facit. Eſt etiam illud huic contrarium comparationis genus, in quo vtraque à ſe factum eſſe dicit: & illud in quo non perſonæ inter ſe, ſed ipſæ res colliduntur: id eſt, non vter fecerit, ſed vtrum factum ſit. Cum de facto & de autore conſtat, de animo quæri poteſt. Nunc de ſingulis. Cum pariter vtrunque negatur; hoc modo, Adulterium non commiſi. Tyrannidem non affectaui. In cædis ac veneficii cauſſis frequens eſt illa diuiſio, Non eſt factum: & ſi eſt factum, ego non feci. Sed cum dicimus, Proba hominem occiſum, accuſatoris tantum partes ſunt: à reo nihil dici contra, præter aliquas fortaſſe ſuſpiciones poteſt, quas ſpargere quam maxime varie oportebit: quia ſi vnum aliquid affirmaris, probandum eſt, aut cauſſa periclitandum. Nam vt cum inter id quod ab aduerſario, & id quod à nobis propoſitum eſt, quæritur, videtur vtrique alterum verum: Ita ex aduerſo, vnum eſt quo defendimur, reliquum eſt quo premimur. At cum quærimus de ambiguis ſignis cruditatis & veneni, nihil tertium eſt: ideoque vtraq; pars quod propoſuit tuetur. Interim autem ex re quæritur, veneficium fuerit, an cruditas; cum aliqua ex ipſa citra perſonam quoque argumenta ducuntur. Refert enim, conuiuium præceſſerit, an triſtitia, labor, an ocium; vigilia, an quies. Ætas quoque eius qui perierit diſcrimen facit. Intereſt, ſubito defecerit, an longiore valetudine conſumptus ſit. Liberior adhuc in vtranque partem diſputatio, ſi tantum ſubita mors in quæſtionem venit. Interim ex perſona probatio rei petitur; vt propterea credibile ſit venenum fuiſſe, quia credibile eſt ab hoc factum veneficium: vel contra. Cum vero de reo & de facto quæritur, naturalis ordo eſt, vt prius factum eſſe accuſator probet, deinde à reo factum. Si tamen plures in perſonam probationes habuerit, conuertet hunc ordinem. Defenſor autem prius negabit eſſe factum:

Ἀντικατηγορίαν mutua accuſatio *ſeu* Recriminatio *quā Sulpitius* Repercuſſiuam & Apologationem *appellat.*

* *al.* Anchianā.

 quia

quia ſi in hac parte vicerit, reliqua non neceſſe habet dicere: victo ſupereſt vt tueri ſe poſſit. Illic quoque vbi de facto tantum controuerſia eſt; quod ſi probetur, non poſſit de autore dubitari: ſimiliter argumenta & ex perſona, & ex re ducuntur, ſed in vnam facti quæſtionem: ſicut in illa controuerſia. (vtendum eſt enim & his exemplis, quæ ſunt diſcentibus magis familiaria.) Abdicatus medicinæ ſtuduit. Cum pater eius ægrotaret, deſperantibus de eo cæteris medicis, adhibitus; ſanaturum ſe dixit, ſi is potionem à ſe datam bibiſſet. Pater acceptæ potionis epota parte, dixit venenum ſibi datum: filius quod reliquum erat, exhauſit: pater deceſſit: ille parricidii reus eſt. Manifeſtum eſt quis potionem dederit, nulla quæſtio de autore: tantum an fuerit venenum, ex argumentis à perſona ductis colligetur. Supereſt tertium, in quo factum eſſe conſtat aliquid: à quo ſit factum, quæritur. Eius rei ſuperuacuum eſt ponere exemplum, cum plurima ſint huiuſmodi iudicia: vt ſi hominem occiſum eſſe manifeſtum eſt; vel ſacrilegium commiſſum: is autem qui arguitur feciſſe, neget: ex hoc naſcitur ἀντικατηγορία. Vtique hoc factum eſſe conuenit, quod duo inuicem obiiciunt. In quo quidem genere cauſſarum admonet Celſus fieri id in foro non poſſe: quod neminem ignorare arbitror. De vno enim reo conſilium cogitur: & ſi qui ſunt qui inuicem accuſent, alterum iudicium perferre neceſſe eſt.

Apollodotus quoque ἀντικατηγορίαν duas eſſe controuerſias dixit: & ſunt re vera ſecundum forenſe ius duæ lites. Poteſt tamen hoc genus in cognitionem venire ſenatus: aut principis. Sed in iudicio quoque nihil intereſt actionum, vtrum ſimul de vtroque pronuntietur, an de vno ſeorſum. Quo in genere ſemper prior debebit eſſe defenſio: Primum, quia natura potior eſt ſalus noſtra, quam aduerſarii pernicies. Deinde, quod plus habebimus in accuſatione autoritatis, ſi prius de innocentia noſtra conſtiterit. Poſtremo, quod ita demum duplex cauſſa erit. Nam qui dicit, Ego non occidi, habet reliquam partem; vt dicat, Tu occidiſti. At qui dicit, Tu occidiſti ſuperuacuum habet poſtea dicere, Ego non occidi. Hæ porro actiones conſtant comparatione: ipſa comparatio non vna via ducitur. Aut enim totam cauſſam noſtram cum tota aduerſarii cauſſa componimus, aut ſingula argumenta cum ſingulis. Quorum vtrum ſit faciendum non poteſt, niſi ex ipſius litis vtilitate cognoſci: vt Cicero ſingula pro Vareno comparat in primo

De Coniectura.

primo crimine. Eſt enim ſuperior, cum perſona alieni cum perſona matris temere comparetur. Quare optimum eſt, ſi fieri poterit, vt ſingula vincantur à ſingulis. Sed ſi quando in partibus laborabimus, vniuerſitate pugnandum eſt: ſiue inuicem accuſant, ſiue crimen reus citra accuſationem in aduerſarium vertit. vt Roſcius in accuſatores ſuos, quamuis reos non feciſſet: ſiue in ipſos, quos ſua manu periiſſe dicemus, factum deflectitur: non aliter quam in iis quæ mutuam accuſationem habent, vtriuſq; patris argumentis * inter ſe comparantur. Id autem genus de quo nouiſſime dixi, non ſolum in ſcholis ſæpe tractatur, ſed etiam in foro. Nam id eſt in cauſſa Næuii Arpuniani ſolum quæſitum, præcipitatane eſſet ab eo vxor; an ſe ipſa ſua ſponte ieciſſet. Quam actionem equidem ſolam in hoc tempus emiſeram, quod * me ipſum feciſſe ſeductum iuuenili cupiditate gloriæ fateor. Nam cæteræ, quæ ſub nomine meo feruntur, negligentia excipientium in quæſtum notariorum corruptæ, minimam partem mei habent.

* al. argumenta.

Quintiliani oratio prima.

* al. quod ipſum.

Authoris noſtri orationes ſeu declamationes vt corruptæ in lucem emiſſæ.

Eſt & alia duplex coniectura, huic ἀντικατηγορίᾳ non diuerſa, de præmiis, vt in illa controuerſia, Tyrannus ſuſpicatus à medico ſuo datum ſibi venenum, torſit eum: & cum id dediſſe ſe negaret, accerſit alterum medicum: ille datum ei venenum dixit, ſed ſe antidotum daturum: & dedit ei potionem, qua epota tyrannus deceſſit. De præmio duo medici contendunt. Nam vt illic factum in aduerſarium transferentium; ita hic ſibi vendicantium perſonæ, cauſſæ, facultates, tempora, inſtrumenta, teſtimonia comparantur. Illud quoque etiam ſi non eſt ἀντικατηγορία; ſimili tamen ratione tractatur, in quo citra accuſationem quæritur, vtrum factum ſit. Vtraque enim pars expoſitionem ſuam habet, atque eam tuetur: vt in lite Vrbiniana petitor dicit Cluſinium Figulum filium Vrbiniæ acie victa in qua ſteterat, fugiſſe: iactatumque caſibus variis, retentum etiam à rege; tandem in Italiam ac patriam ſuam Marginos veniſſe, atque ibi agnoſci: Pollio contra, ſeruiſſe eum Piſauri dominis duobus, medicinam factitaſſe, manumiſſum alienæ* vel familiæ venali immiſcuiſſe, ac rogantem vt eis ſeruiret, emptum. Nonne tota lis conſtat duarum cauſſarum comparatione, & coniectura duplici atque diuerſa? Quæ autem accuſantium atque defendentium, eadem petentium & inficiantium ratio eſt. Ducitur coniectura primum à præteritis. In his ſunt perſonæ, cauſſæ, conſilia. Nam is ordo eſt, vt facere voluerit,

* al. alienæ ſe faceret familiæ.

Digitized by Google

voluerit, potuerit, fecerit. Ideoque intuendum ante omnia, qualis ſit, de quo agitur. Accuſatoris autem eſt efficere, vt ſi quid obiecerit non ſolum turpe ſit, ſed etiam crimini de quo eſt iudicium quam maxime conueniat. Nam ſi reum cædis, impudicum vel adulterum vocet, lædat quidem infamia: minus tamen hoc ad fidem valeat, quam ſi audacem, petulantem crudelem, temerarium oſtenderit. Patrono, ſi fieri poterit, id agendum eſt, vt obiecta vel neget, vel defendat, vel minuat; proximum eſt, vt à præſenti quæſtione ſeparet. Sunt enim pleraque non ſolum diſſimilia: ſed etiam aliquando contraria. vt ſi reus furti, prodigus dicatur, an * negligens. Neque enim videtur in eundem & contemptus pecuniæ, & cupiditas cadere. Si deerunt hæc remedia, ad illa declinandum eſt; non de hoc quæri, nec eum qui aliquando peccauerit, vtique commiſiſſe omnia: & hanc fiduciam fuiſſe accuſatoribus falſa obiiciendi; quod læſum & vulneratum reum ſperauere hac inuidia opprimi poſſe. Alia propoſitio eſt accuſatoris, contra quã loci oriuntur ſæpe à perſona, & interim generaliter, Incredibile eſſe à filio patrem, ab vxore virum occiſum, ab Imperatore proditam hoſtibus patriam. Facile reſpondetur, vel quod omnia ſcelera in malos cadant, ideoq; ſæpe deprehenſa ſint: vel quod INDIGNVM ſit, crimina ipſa atrocitate defendi. Interim proprie, quod eſt varium. Nam dignitas & tuetur reum, & nonnunquam ipſa in argumentum facti conuertitur; tanquam inde fuerit ſpes impunitatis: ſed perinde paupertas, humilitas, opes; vt cuique ingenio vis eſt, in diuerſum trahuntur. PROBI vero mores, & anteactæ vitæ integritas, nunquam *non plurimum profuerint. Si nihil obiicietur, patronus quidem in hoc vehementer incumbet; accuſator autem ad præſentem quæſtionem de qua ſola iudicium ſit, cognitionem allegabit, dicens, neminem non aliquando cœpiſſe peccare, nec pro ἐξ σκαιῶν * ducendum ſcelus primum. Hoc in reſpondendo. Sic autem præparabit actione prima iudicum animos, vt noluiſſe potius obiicere, quam non potuiſſe credatur. Eoque ſatius eſt, omni ſe anteactæ vitæ abſtinere conuicio, quam leuibus aut friuolis, aut manifeſto falſis reum inceſſere; quia fides cæteris detrahitur: & qui nihil obiicit, omiſiſſe credi poteſt maledicta tanquam ſuperuacua: qui vana congerit, confitetur vanum in anteactis argumentum, in quibus vinci, quam tacere maluerit. Cætera quæ à perſonis duci ſolent, in argumentorum locis expoſuimus.

*al. aut.

*al. nonnunquam plurimũ.

Vt pro L. Murena.

*ἐξ σκαιῶν. tyrocinii.

Proxi-

De Coniectura.

Hanc Cicero vt multo præſtantiſſimam: ſic etiã firmiſſimam putat: quare Sulpitius victricem probationẽ *vocat.*

Proxima eſt ex cauſſis probatio, in quibus hæc maxime ſpectantur, ira, odium, metus, cupiditas, ſpes: nam reliqua in has ſpecies cadunt. Quorum ſi quid in reum conueniet, accuſatoris eſt efficere, ad quicquid faciendum cauſſæ valere videantur eaſque quas in argumentum ſumet, augere. Si minus illuc conferenda eſt oratio, aut aliquas fortaſſe latentes fuiſſe, aut nihil ad rem pertinere cur fecerit, ſi fecit: aut etiam dignius eſſe odio ſcelus, quod non habuerit cauſſam. Patronus vero quoties poterit, inſtabit huic loco, vt nihil credibile ſit factũ eſſe ſine cauſſa. Quod Cicero vehementiſſime multis orationibus tractat: præcipue tamen pro Vareno, qui omnibus malis premebatur: nam & damnatus eſt. At ſi proponitur cur factum ſit; aut falſam cauſſam, aut leuem, aut ignotam reo dicet. Poſſunt eſſe aliquæ interim ignotæ: an hæredem habuerit; an accuſaturus fuerit eum à quo dicitur occiſus. Si alia defecerint, non vtique ſpectandas eſſe cauſſas. Nam quem poſſe reperiri, qui non metuat, oderit, ſperet? plurimos tamen hæc ſalua innocentia facere. Neque illud eſt omittendum, non omnes cauſſas in omnibus perſonis valere. Nam vt alicui ſit furandi cauſſa paupertas; non erit idem in T. Curio Fabricioque momentum. De cauſſa prius, an de perſona dicendum ſit, quæritur: varieque eſt ab Oratoribus factum: à Cicerone etiam prælatæ frequentiſſimæ cauſſæ. Sed mihi, ſi neutro litis conditio præponderet, ſecundum naturam videtur incipere à perſona. Nam hoc magis generale eſt, rectiorque diuiſio; aut in nullo crimen credibile, aut in hoc. Poteſt tamen id ipſum, ſicut pleraque, vertere vtilitas. Nec tantum cauſſæ voluntatis ſunt quærendæ: ſed interim & erroris, vt ebrietas, & ignorantia. Nam vt hæc in qualitate crimen eleuant, ita in coniectura premunt. Et perſona quidem neſcio an vnquam vtique in vno actu rei poſſit incidere; de qua neutra pars dicat: de cauſſis frequenter quæri nihil attinet, vt in adulteriis, in furtis: quia illas per ſe ipſa crimina ſecum habent. Poſt hæc intuenda videntur & conſilia, quæ late patent; an credibile ſit reum ſperare id à ſe ſcelus effici poſſe; an ignorari cum feciſſet: an etiam ſi ignoratum non eſſet, abſolui, vel pœna leui tranſigi, vel tardiore, vel ex qua minus incommodi conſecuturus, quam ex facto gaudii videretur: an etiam tanti putauerit pœnam ſubire. Poſt hæc, an alio tempore, & aliter facere, vel facilius, vel ſecurius potuerit: vt dicit Cicero pro Milone enumerans plurimas occaſiones, quibus ab eo Clodius

impune

impune occidi potuerit. Præterea, cur potiſſimum in illo loco, illo tempore, illo modo ſit aggreſſus: qui & ipſe diligentiſſime tractatur pro eodem locus. An etiam ſi nulla ratione ductus eſt, impetu raptus ſit, & abſque ſententia. Nam vulgo dicitur, Scelera non habere conſilium. An etiam conſuetudine peccandi ſit allectus. Excuſſa prima parte, an voluerit: ſequitur, an potuerit. Hic tractatur locus, tempus: vt furtum in loco clauſo, vel recluſo; frequenti, vel ſolo: tempore, vel diurno, cum teſtes plures; vel nocturno, cum maior difficultas. Inſpiciuntur vtique difficultates & occaſiones, quæ ſunt plurimæ; ideoque exemplis non egent. Hic ſequens locus talis eſt, vt ſi fieri non potuit ſublata lis ſit: ſi potuit, ſequatur quæſtio, an fecerit. Sed hæc etiam ad animi coniecturam pertinent: nam & ex his colligitur an ſperauerit. Ideo ſpectari debent & inſtrumenta, vt Clodii ac Milonis comitatus. Quæſtio an fecerit, incipit à ſecundo tempore, id eſt præſenti: ac deinde *coniuncto hoc eſt inſequenti*: quorum ſunt ſonus, clamor, gemitus, latitatio, metus, & ſimilia. His accedunt ſigna, de quibus tractatum eſt. Verba etiam & facta, quæque anteceſſerunt, quæque inſecuta ſunt. Hæc aut noſtra ſunt, aut aliena. Sed verba magis nocent, aut minus. Magis nocent & minus proſunt noſtra, quam aliena: magis proſunt & minus nocent aliena quam noſtra. Facta autem interim magis proſunt noſtra, interim aliena: vt ſi quid quod pro nobis ſit, aduerſarius fecit. Semper vero magis nocent noſtra quam aliena. Eſt & illa in verbis differentia, quod aut aperta ſunt aut dubia. Seu noſtra ſeu aliena ſunt, infirmiora in vtrunque ſint neceſſe eſt dubia: tamen noſtra ſæpe magis nocent, vt in illa controuerſia. Interrogatus filius vbi eſſet pater, dixit, Vbicunque eſt, viuit. at ille in puteo mortuus eſt inuentus. Aliena quæ ſunt dubia, nunquam poſſunt nocere, niſi aut incerto autore, aut mortuo. Nocte audita eſt vox, *Caueto tyrannicidam*: & interrogatus, cuius veneno moreretur, reſpondit, *Non expedit tibi ſcire*. Nam ſi eſt qui poſſit interrogari, ſoluet ambiguitatem. Cum autem dicta factaque noſtra defendi ſolo animo poſſint, aliena varie refutantur. De vno quidem maxime genere coniecturalium controuerſiarum locuti videmur, & in omnes aliquid de his cadit. Nam depoſiti furti, creditæ pecuniæ, & à facultatibus argumenta veniunt, an fuerit quod deponeretur: & à perſonis, an illum depoſuiſſe apud hunc, vel huic crediditſſe credibile ſit:

 De Coniectura.

ſit: an petitorem calumniari, an reum infici atorem eſſe, vel furem. Sed etiam in furti reo, ſicut in cædis, quæritur de facto, & de autore. Crediti & depoſiti duæ ſunt quæſtiones, ſed nonnunquam iunctæ; an datum ſit, an redditum. Habent aliquid proprii, adulterii cauſſæ; quod plerunque duorum diſcrimen eſt; & de vtriuſque vita dicendum: quanquam & id quæritur, an vtrunque defendi pariter oporteat. Cuius rei conſilium naſcetur ex cauſſa. Nam ſi adiuuabit pars altera, coniungam: ſi nocebit, ſeparabo. Ne quis autem mihi putet temere excidiſſe, quod plerunque duorum crimen eſſe adulterium, non ſemper, dixerim: poteſt accuſari ſola mulier incerti adulterii: Munera domi inuenta ſunt; pecunia, cuius autor non extat: codicilli, dubium ad quem ſcripti. In falſo quoque ratio ſimilis: Aut enim plures in culpam vocantur, aut vnus. Et ſcriptor quidem ſemper tueri ſignatorem neceſſe habet, ſignator ſcriptorem non ſemper: nam & decipi potuit. Is * autem, qui hoc adhibuiſſe, & cui id factum dicitur, & ſcriptorem & ſignatores defendet. Iidem argumentorum loci in cauſſis proditionis, & affectatæ tyrannidis. Verum illa ſcholarum conſuetudo iuris in forum poteſt nocere; quod omnia, quæ in themate non ſunt, pro nobis ducimus. Adulterium obiicis, quis teſtis? quis iudex? quod pretium? quis conſcius? Venenum, vbi emi? à quo? quando? per quem dedi? Pro reo tyrannidis affectatæ, vbi ſunt arma? quos contraxi ſatellites? Neque hæc nego eſſe dicenda, & ipſis vtendum pro parte ſuſcepta? Nam & in foro, ſiquando aduerſarius probare non poterit, deſiderabo. Sed in foro tantum illam facultatem olim deſiderauimus, vbi non fere cauſſa agitur, vt non aliquid ex his, aut plura ponantur. Huic ſimile eſt, quod in epilogis quidam, quibus volunt, liberos, parentes, nutrices accommodant; niſi quod magis conceſſeris, ea quæ non ſint poſita; deſiderare, quam dicere. De animo quo modo quæratur, ſatis dictum eſt; cum ita diuiſerimus, an voluerit, an potuerit, an fecerit. Nam quâ via tractatur an voluerit, eadem quo animo fecerit. Id enim eſt an malefacere voluerit. Ordo quoque rerum aut affert, aut detrahit fidem, multo ſcilicet magis res prout congruunt, aut repugnant. Sed hæc niſi in ipſo complexu cauſſarum non deprehenduntur. Quærendum tamen ſemper quid cui connectatur, & quid cui conſentiat.

** al. His, ſed minus recte.*

Pro Cælio.

De

De Finitione.

CAP. III.

ARGVMENTVM.

Quid factum negare non poteſt, ei nomen facti negandum docet: ergo Coniectura Finitionem proximam eſſe: in qua quid ſit res quæritur. In hanc nos aliquando à qualitate delabi oſtendit: vt in actionibus Reipub. læſæ: in quibus ad nomen confugimus: ſi quod obiicitur, rectè factum eſſe defendi non poteſt. ¶ Quid Finitio ſit explicat, propria, dilucida, & breuiter comprehenſa rei propoſitæ expoſitio. His locis conſtare contendit, genere, ſpecie, differentia, & proprio. Adhiberi autem illum pluribus cauſſis, aut cum certum de nomine ſit, ſed de re per illud intelligenda incertum: Quid interim ex coniectura pendeat, vt quid ſit Deus: interim ex qualitate, vt quid Rhetorice: Aut cum re manifeſta, de nomine non conſtat: vt an ſit tyrannicida, qui tyrannum ad mortem compulit. ¶ Porro hanc omnem materiam in tres ſpecies diuidit. Prima totum crimen negari, nec aliud nomen ſubiici, etiam ſi rem fatemur: vt cum obiicitur adulterium in lupanari. Secunda ſic negari crimen, vt aliud nomen edatur: vt ſi obiicienti ſacrilegium, dicatur eſſe furtum: vbi vtrumque finiendum. Tertia quæri in rebus ſpecies diuerſis, an hoc eodem nomine ſit appellandum, vt amatorium venenum. ¶ Formam Oratoriæ finitionis deſcribit, quam ſeruitute ex conſuetudine Philoſophorum ducta, immutabili neceſſitate non vult eſſe aſtrictam, aut per argumenta verborum cauillatricem, ſed expoſitis rei partibus & proprietatibus latius oratione ductam. Cuius exempla luculenta ex Ciceronis orationibus profert. ¶ Finitionis hunc eſſe ordinem certum, quid ſit quo finitionem confirmamus; & an hoc ſit, quo in rem finitionem applicamus. Illud generale eſſe, & fere difficilius: hoc particulare, & ad aliud ſequi. in finitione prouidendum eſſe, ne ſit ſuperuacua, nihil ad cauſſam pertinens, ambigua, communis, contraria, falſa, parum plena; quibus duobus vltimis euerti præcipue poſſit. Excuſſa priore parte quid ſit: facile quod ſecundum eſt; id eſt, an hoc ſit, perfici: cum ex primo non aliter inferatur, quam ex theſi hypotheſis: adiunctis, repugnantibus, cauſſis affectis, ſimilibus Exemplis ex Cic. oratione pro Cecinna, & quibuſdam fictis, id demonſtrat. ¶ Circa finem quartum quoddam genus addit, quam finitionem certam vocat, de qua inter vtranque partem conueniat, vt in cauſſa Cornelii de maieſtate, quam ad qualitatem reducit.

Sequi-

De Finitione.

SEquitur Coniecturam Finitio. Nam qui non poteſt dicere nihil feciſſe, proximum habebit, vt dicat; non id feciſſe, quod obiicitur. Itaque pleraque legibus iiſdem quibus coniectura verſatur, defenſionis tantum genere mutato: vt in furtis, depoſitis, adulteriis. Nam quemadmodum dicimus, Non feci furtum, non accepi depoſitum, non commiſi adulterium: ita, non eſt hoc furtum, non eſt hoc depoſitum, non eſt hoc adulterium. Interim à qualitate ad finitionem deſcenditur, vt in actionibus dementiæ, malæ tractationis, reipublicæ læſæ. In quibus ſi recte facta eſſe quæ obiiciuntur, dici non poteſt, illud ſuccurrit: Non eſt hoc dementem eſſe, male tractare, rempubl. lædere. Finitio igitur eſt, rei propoſitæ propria & dilucida & breuiter comprehenſa verbis enunciatio. Conſtat maxime, ſicut eſt dictum, genere, ſpecie differentibus, propriis; vt ſi finias equum; (noto enim maxime vtar exemplo) genus eſt animal: ſpecies, mortale: differentia, irrationale; (nam & homo mortale erat:) proprium, hinniens. Hæc adhibetur orationi in pluribus cauſis. Nam tum eſt certum de nomine; ſed quæritur, quæ res ei ſubiicienda ſit: tum res eſt manifeſta, ſed de nomine non conſtat. De re cum dubium eſt, interim coniectura eſt: vt ſi quæratur, quid ſit Deus. Nam qui id neget, Deum eſſe ſpiritum omnibus partibus immiſtum; non hoc dicat, falſam eſſe illius diuinæ naturæ appellationem; ſicut Epicurus, qui humanam ei formam, locumque inter mundos dedit: ſed nomine vterque vno vtitur: vtrum ſit in re, coniectat. Interim qualitas tractatur, vt quid ſit Rhetorice, vis perſuadendi, an bene dicendi ſcientia. Quod genus eſt in iudiciis frequentiſſimum. Sic enim quæritur, an deprehenſus in lupanari cum aliena vxore, adulter ſit: quia non de appellatione, ſed de vi facti eius ambigitur, an omnino peccarit. Nam ſi peccarit, non poteſt aliud eſſe quam adulter. Diuerſum eſt genus, cum controuerſia conſiſtit in nomine, quod pendet ex ſcripto; nec verſatur in iudiciis, niſi propter verba, quæ litem generant. An qui ſe interficit, homicida ſit: an qui tyrannum in mortem compulit, tyrannicida: an carmina magorum, veneficium. Res enim manifeſta eſt, ſciturque non idem eſſe occidere ſe, quod alium: non idem occidere tyrannum, quod compellere ad mortem: non idem carmina, ac mortiferam potionē: quæritur tamen, an eodem nomine appellanda ſint. Quanquam autem diſſentire vix audeo à Cicerone, qui permultos ſecutus

Finitio quid.

Deus quid.

In Topicis.

autores,

Sacrilegiũ quid.
Adulteriũ quid.
Tyrannicidium quid.
Rhetorice quæ.

autores, dicit finitionem eſſe de eodē & de altero: (ſemper enim neganti aliquod eſſe, nomen dicendum quid ſit potius:) tamen in eandem treis habeo velut ſpecies. Nam interim ſic conuenit quærere, an habendum ſit adulterium in lupanari. Cum hoc negamus; non neceſſe eſt dicere, quid id vocetur? quia totum crimen inficiamus. Interim quæritur, an hoc furtum, an ſacrilegium: non quin ſufficiat, non eſſe ſacrilegium; ſed quia neceſſe ſit dicere, quid ſit aliud; quo in loco vtrunq; finiendum eſt. Interim etiam quæritur in rebus ſpecie diuerſis; an & hoc eodem modo ſit appellandum, cum res vtraque habeat ſuum nomen, vt amatorium, venenum. In omnibus autem huius generis litibus quæritur, an etiam hoc: quia nomen de quo ambigitur, vtique in alia re certum eſt. Sacrilegium eſt rem ſacram de templo ſurripere: num & priuatam? Adulterium, cum aliena vxore domi coire: an & in lupanari? Tyrannicidium, occidere tyrannum; an etiam in mortem compellere? Ideoque συλλογισμός, de quo poſtea dicam: velut infirmior eſt finitio; quia hac quæritur, an idem ſit huius rei nomen, quod alterius: illo, an perinde habenda ſit hæc, atque illa. Eſt & talis finitionum diuerſitas, vt quidam ſentiunt, num idem diuerſis verbis comprehendatur: vt Rhetorice, bene dicendi ſcientia, & eadem bene inueniendi, & bene enunciandi, & dicendi ſecundum virtutem orationis, & dicendi quid ſit officii. Atque prouidendum, an ſi ſenſu non pugnant comprehenſione diſſentiant. Sed de his diſputatur, non litigatur. Opus eſt aliquando finitione obſcurioribus & ignotioribus verbis, vt quid ſit clarigatio. Erit & interim notis nomine verbis: vt quid ſit penus, quid litus. Quæ varietas efficit, vt eam quidam coniecturæ, quidam qualitati, quidam legitimis quæſtionibus ſubiecerint. Quibuſdam ne placuit quidem omnino ſubtilis hæc & ad morem Dialecticorum formata concluſio, vt in diſputationibus potius per argumenta verborum cauillatrix, quam in Oratoris officio multum allatura momenti. Licet enim valeat in ſermone tantum, vt conſtrictum in vinculis ſuis habeat eum qui reſponſurus eſt, & vel tacere, vel etiam inuitum id quod ſit contra, cogat fateri: non eadem eſt tamen eius in cauſſis vtilitas. Perſuadendum enim iudici eſt: qui etiam ſi verbis deuinctus eſt, tamen niſi ipſi rei acceſſerit, tacitus diſſentiet. Agenti vero, quæ tanta eſt huius præciſæ comprehenſionis neceſſitas? An ſi non dixero, Homo eſt animal ratione mortale;

De Finitione.

mortale; non porero expoſitis tot corporis animique pro-
prietatibus latius oratione ducta, vel à diis eum, vel à mu-
tis diſcernere? Quid, quod nec vno modo definitur res ea-
dem, ſed latiore, varioque tractatu; vt facit Cicero, vt o-
mnes Oratores plerunque fecerunt. Rariſſima enim apud
eos reperietur illa ex conſuetudine Philoſophorum ducta
ſeruitus, (eſt enim certe ſeruitus:) ad certa ſe verba adſtrin-
gendi. Idque faciendum in libris Ciceronis de Oratore ve-
tat M. Antonius. Nam eſt etiam periculoſum, cum ſi vno in
verbo ſit erratum, tota cauſſa cecidiſſe videamur. Optimaque
eſt illa media via, qua vtitur Cicero pro Cecinna, vt res pro-
ponatur, verba non periclitentur. Etenim, Recuperatores,
NON ea ſola vis eſt, quæ ad corpus noſtrum vitamque per-
uenit; ſed etiam multo maiore ea, quæ periculo mortis inie-
cto, formidine animum præteritum loco ſæpe & certo ſtatu
dimouet. At * cum finitionem præcedit probatio; vt in Philip- * al. Aut
picis Cicero, Seruium Sulpitium occiſum ab Antonio colligit, Philip. 9.
& in clauſula demum ita finit; Is ei profecto mortem attulit,
qui cauſſa mortis fuit. Non negauerim tamen hæc quoque vt
expedit cauſſæ, eſſe facienda; & ſiquando firma comprehen-
di poterit, & breui complexu verborum finitio, eſſe id tum
elegans, tum etiam fortiſſimum, ſi modo erit illa inexpugna-
bilis. Eius certus ordo eſt, quid ſit, an hoc ſit, & in hoc fere la-
bor maior eſt, vt finitionem confirmes, quam vt in rem fini-
tionem applices. In eo: quid ſit, duplex opus eſt. Nam & no-
ſtra cōfirmanda eſt, & aduerſæ partis deſtruenda finitio. Ideo-
que in ſchola, vbi nobis ipſis fingimus contradictionem, duos
ponere debemus fines, quales vtrinque eſſe optimi pote-
runt. At in foro prouidendum, num forte ſuperuacua, & ni-
hil ad cauſſam pertinens, an ambigua, an contraria, an com-
munis ſit finitio: quorum nihil non accidere agentis culpa
poteſt. Vt recte autem finiamus, ita fiet; ſi prius in animo con-
ſtituerimus, quid velimus efficere. Sic enim accommodari ad
voluntatem verba poterunt. Atque vt à notiſſimo exemplo,
quo ſit res lucidior, non recedamus. Qui priuatam pecu-
niam de templo ſurripuit, ſacrilegii reus eſt. Culpa manifeſta.
quæſtio eſt, an huic crimini nomen, quod eſt in lege, conue-
niat. Ergo ambigitur, an hoc ſacrilegium ſit. Accuſator, quia
de templo ſit ſurrepta pecunia, vtitur hoc nomine. Reus, quia
priuatam ſurripuerit, negat eſſe ſacrilegium, ſed furtum fate-

 tur.

Sacrilegii finitio diuerſa. tur. Actor ergo ita finiet, Sacrilegium eſt ſurripere aliquid de ſacro. Reus ita finiet, Sacrilegium eſt ſurripere aliquid ſacri. Vterque alterius finitionem impugnat. Ea duobus generibus euertitur, ſi aut falſa eſt, aut parum plena. Nam illud tertium, niſi ſtultis non accidit, vt nihil ad quæſtionem pertineat. Falſa eſt, ſi dicas; Equus eſt animal rationale: nam eſt equus animal, ſed irrationale. Quod autem commune cum alio eſt, deſinet eſſe proprium. Hic reus falſam dicit eſſe finitionem accuſatoris: accuſator autem non poteſt dicere falſam rei. Nam eſt ſacrilegium, ſurripere aliquid ſacri. Dicit parum plenam: adiiciendum enim, aut ex ſacro. Maximus autem vſus in approbando refellendoque fine propriorum ac differentium, nonnunquam etiam etymologiæ. Quæ tamen omnia, ſicut in cæteris, confirmat æquitas; nonnunquam etiam coniectura mentis. Etymologia maxime rara eſt.

Tumultus quid. Quid enim eſt aliud tumultus, niſi perturbatio tanta, vt maior timor oriatur? Vnde etiam nomen ductum eſt tumultus.

Addicti & Serui alias differentias vid. & inf. paulo poſt. Cap. 10. Circa propria ac differentia, magna ſubtilitas: vt cum quæritur, An addictus, quem lex ſeruire donec ſoluerit iubet, ſeruus ſit: altera pars finit ita, Seruus eſt, qui eſt iure in ſeruitute. Altera, qui in ſeruitute eſt eo iure, quo ſeruus: aut, vt antiqui dixerunt, qui ſeruitutem ſeruit. Quæ finitio etiam ſi conſtat æquo: niſi tamen propriis & differentibus adiuuetur, inanis eſt. Dicet enim aduerſarius ſeruire eum ſeruitutem, aut eo iure quo ſeruum. Videamus ergo propria differentiaque liberorum, quæ libro quinto leuiter in tranſitu attigeram. Seruus cum manumittitur, fit libertinus: addictus recepta libertate eſt ingenuus. Seruus inuito domino libertatem non conſequetur: addictus ſoluendo, circa voluntatem domini conſequetur. Ad ſeruum nulla lex pertinet: addictus legem habet. Propria liberi, quæ nemo habet niſi liber, prænomen, nomen, cognomen, tribum: habet hæc addictus. Excuſſo quid ſit, prope peracta eſt quæſtio, an hoc ſit. Id enim agimus, vt ſit cauſſæ noſtræ conueniens finitio. Potentiſſima autem eſt in ea qualitas, an amor, an inſania. Huc pertinebunt probationes, quas Cicero dicit proprias eſſe finitiones, ex antecedentibus, conſequentibus, adiunctis, repugnantibus, cauſſis, effectis, ſimilibus: de quorum argumentorum natura dictum eſt.

In Topicis.

Lib. 5. Breuiter autem pro Cecinna Cicero initia, cauſſas, effecta, antecedentia, conſequentia complexus eſt. Quid igitur? fugiebant propter metum? Quid metuebant? Vim videlicet. Po-

ſtis igitur principia negare, cum extrema conceditis? Sed ſimilibus quoque vſus eſt. Quæ vis in bello appellatur, ea in ocio non appellabitur? Sed ex contrario argumenta ducuntur; vt ſi quæratur, an amatorium, venenum ſit necne: quia venenum, amatorium non ſit. Illud alterum genus, quo ſit manifeſtius adoleſcentibus meis; (meos enim ſemper adoleſcentes putabo;) hic quoque fictæ controuerſiæ vtar exemplo. Iuuenes qui conuiuere ſolebant, conſtituerunt vt in littore cœnarent. Vnius, qui cœnæ defuerat, nomen tumulo quem extruxerant, inſcripſerunt. Pater eius à tranſmarina peregrinatione cum ad littus idem appuliſſet, lecto nomine ſuſpendit ſe. Dicuntur hi cauſſa mortis fuiſſe. Hic finitio eſt accuſatoris, Per quem factum eſt, vt quis perierit, cauſſa mortis eſt. Rei eſt, Qui fecit quid ſciens, per quod perire homini neceſſe eſſet. Remota finitione, accuſatori ſat eſt dicere, Cauſſa mortis fuiſtis, per vos enim factum eſt, vt homo periret: quia niſi vos illud feciſſetis, viueret. Contra, non ſtatim per quem factum eſt vt quis periret, is damnari debet, vt accuſator, teſtis, iudex rei capitalis. Nec vndecunque cauſſa fluxit, ibi culpa eſt: vt ſi cui quis profectionem ſuaſerit, vt ad amicum accedat trans mare, & is naufragio perierit. Ad cœnam inuitarit, & is crudelitate illic contracta deceſſerit. Nec fuit in cauſſa mortis ſolum adoleſcentium factum, ſed credulitas ſenis, & in dolore ferendo infirmitas? denique ſi fortior fuiſſet aut prudentior, viueret. Nec mala mente fecerunt: & ille potuit vel ex loco tumuli, vel ex opere tumultuario ſuſpicari non eſſe monumentum. Qui ergo puniri debent, in quibus omnia ſunt homicidæ præter manum? Eſt interim certa finitio, de qua inter vtranque partem conuenit: vt Cicero dicit, Maieſtas eſt in imperio atque in omni populi Romani dignitate. Quæritur tamen, an maieſtas minuta ſit; vt in cauſſa Cornelii quæſitum eſt, ſed hic etiam ſimilis videri poteſt finitiuæ: tamen quia de finitione non ambigitur, iudicatio eſt qualitas, atque ad eum potius ſtatum reducenda, ad cuius forte quadam venimus mentionem, ſed & erat ordine proximus locus.

De finitione.

In Partit.

De Qualitate.

CAP. IIII.

ARGVMENTVM.

Coniectura & Finitione abſolutis; Qualitatem, quod ordine natura tertium eſt, aggreditur: quam late accipiendo ad Quantitatem

tem continuam & diſcretam extendit: cuius ſtatu ſuaſorias, demonſtratiuas, & bonam partem iudicialium contineri tradit. ¶ Qualitatem diuidit in abſolutam & aſſumptiuam: in quibus omnis lis ſit aut de præmio, aut de pœna, aut de quantitate. Culpæ defenſionem in vtraque primam tractat. Abſolutam definit eam eſſe, in qua quod obiicitur, honeſtum eſſe defendimus. Cuius loci ſunt natura, lex, mos, iudicatum, pactum: vt ſi quis in ciuitate libera cædem tyranni obiiciat. Aſſumptiuam in qua factum per ſe improbabile, aſſumptis extrinſecus auxiliis defenditur, vt ſi Oreſtes accuſetur, quod matrem ſuam occiderit huius ſpecies multas enumerat: Comparationem criminis, translationem vel remotionem, excuſationem, quam ſubdiuidit in ignorantiam, neceſſitatem, & fortunam: culpæ imminutionem, & deprecationem, quam in Senatu, apud populum, & principem, & vbicunque iuris clementia eſt, locum habere dicit. Hactenus de culpæ defenſione: de præmiis duo quæri: an vllo ſit quis præmio dignus, an tanto: de duobus, vter: & quis de pluribus dignior. Quibus abdicationis cauſſas, dementiæ, malæ tractationis, & orbatum nuptias indicentium ſubiungit. Multas præterea controuerſiarum ſpecies enumerat, quæ in qualitatem cadunt. ¶ Poſtremo quantitatem qualitati ſubiacere: ſeu ratione modi, quo facti magnitudo æſtimatur, ſeu numeri; vt cum quæritur, an Thraſibulo triginta præmia debeantur, colligit.

EST autem Qualitas alia de ſummo genere; atque ea quidem non ſimplex. Nam & qualis ſit cuiuſque rei natura, & quæ forma, quæritur: An immortalis anima, an humana ſpecie Deus: & de magnitudine ac numero, quantus ſol, an vnus mundus. Quæ omnia coniectura quidem colliguntur; quæſtionem tamen habent in eo, qualia ſint. Hæc & in ſuaſoriis, aliquando tractari ſolent; vt ſi Cæſar deliberet, an Britanniam impugnet: quæ ſit Oceani natura, an Britannia * inſula; (nam tum ignorabatur,) quanta in ea terra, quo numero militum aggredienda, in conſilium ferendum ſit. Eidem qualitati ſuccedunt facienda, ac non facienda: appetenda, vitanda: quæ in ſuaſorias quidem maxime cadunt, ſed in controuerſiis quoque ſunt frequentia: hac ſola differentia, quia illic de futuris, hic de factis agitur. Item demonſtratiuæ partis omnia ſunt in hoc ſtatu; factum eſſe conſtat: quale ſit factum, quæritur. Lis eſt omnis aut de præmio, aut de pœna, aut de quantitate, igitur primum genus cauſſæ, aut ſimplex, aut comparatiuum. Illic quid æquum, hic quid æquius, aut quid

** Hæc hodie diuino numine ab vno rege ſub vnica ditione occupatur & regitur: cum antea inter plura regna diui*

De Qualitate.

æquiſſimum ſit, excutitur. Cum de pœna iudicium eſt à parte eius qui cauſſam dicit, aut defenſio eſt criminis, aut imminutio, aut excuſatio, aut, (vt quidam putant,) deprecatio. Defenſio longe potentiſſima eſt, qua ipſum factum quod obiicitur, dicimus honeſtũ eſſe. Abdicatur aliquis, quod inuito parte militarit, honores petierit, vxorẽ duxerit: tuemur quod fecimus. Partem hanc vocant Hermagorei κατ' ἀντίληψιν, ad intellectum id nomen referentes. Latine ad verbum tranſlatum non inuenio, abſolutam appellant. Sed enim de re ſola quæſtio, iuſta ſit ea, necne. Iuſtum omne continetur natura vel conſtitutione. Natura, quod ſit ſecundum cuiuſque rei dignitatem. Hæc ſunt pietas, fides, continentia, & alia. Adiiciunt & id quod ſit par. verum id non temere intuendum eſt. Nam & vis contra vim, & talia nihil habent aduerſum eum qui prior fecit iniuſte: & non quoniam res pares ſunt, etiam id eſt iuſtum, quod anteceſſit. Illa vtrinque iuſta, eadem lex, eadem conditio: forſitan ne ſint quidem paria, quæ vlla parte ſunt diſſimilia. Conſtitutio eſt in lege, more, iudicato, pacto. Alterum eſt defenſionis genus, in quo factum per ſe improbabile; aſſumptis extrinſecus auxiliis tuemur: id vocant * ἀντέγκλημα. Latini hoc quoq; non ad verbum transferunt: Aſſumptiua enim dicitur cauſſa. In quo genere fortiſſimum eſt, ſi crimen cauſſa facti tuemur; qualis eſt defenſio Oreſtis, oratio Milonis. Ἀντίληψις dicitur; quia omnis noſtra defenſio conſtat eius accuſatione, qui vindicatur. Occiſus eſt, ſed latro: exectus, ſed raptor. Eſt & ita ex cauſſis facti ducta defenſio priori contraria, in qua neque factum ipſum per ſe, vt in abſoluta quæſtione defenditur: neque ex contrario facto, ſed ex aliqua vtilitate aut reipubl. aut hominum multorum, aut etiam ipſius aduerſarii; nonnunquam & noſtra, ſi modo id erit quod facere noſtra cauſſa fas ſit: quod ſub extrario accuſatore & legibus agente prodeſſe nunquam poteſt, in domeſticis diſceptationibus poteſt. Nam & filiis pater in iudicio, abdicationis; & maritus vxori, ſi malæ tractationis accuſabitur: & patri filius, ſi dementiæ cauſſa erit, non inuerecunde dicet, multum ſua intereſſe. In quo tamen incommoda vitantis melior, quam commoda petentis eſt cauſſa. Quibus ſimilia etiam in vera rerum quæſtione tractantur. Nam quæ in ſcholis abdicatorum, hæc in foro exhæredatorum à parentibus, & bona apud Conſules repetentium ratio eſt. quæ illic malæ tractationis, hic rei vxoriæ, cum quæritur vtrius culpa

ſæ fuiſſet. continet enim Angliam, Scotiã & Hiberniam: de qua inſula plura Geographi, quare in longum octingentis millibus paſſuum porrigi tradunt.

Abdicationis cauſas refert Gothofred. in not. ad l. abdicatio. Cod. de patria poteſt.

** al. κατ' ἀντίθεσιν.*

Digitized by Google

diuortium factum ſit, quæ illic dementiæ, hic petendi curatoris. Subiacet vtilitati etiam illa defenſio, ſi peius aliquid futurum fuit. Nam in comparatione malorum, boni locum obtinet leuius: vt ſi Mancinus fœdus Numantinum ſic defendat, quod periturus, niſi id factum eſſet, fuerit exercitus Romanus. Hoc genus ἀντίστασις Græce nominatur: Comparatiuum noſtri vocant. Hæc circa defenſionem facti: quæ ſi neque per ſe ipſam, neque adhibitis auxiliis dabitur, proximum eſt in alium transferre crimen, ſi poſſumus. Ideoque etiam in his qui iam ſcripti ſunt ſtatus, viſa eſt cadere translatio. Interdum ergo culpa in hominem relegatur: vt ſi Gracchus reus fœderis Numantini, cuius metu, leges populares tuliſſe in Tribunatu videtur, miſſum ſe ab Imperatore ſuo diceret. Interim deriuatur in rem: vt ſi is qui teſtamento quid iuſſus non fecerit, dicat per leges id fieri non potuiſſe. Hoc μετάστασιν dicunt. Excluſis quoque his, excuſatio supereſt. Ea eſt aut ignorantiæ: vt ſi quis fugitiuo ſtigmata ſcripſerit, eoque ingenuo iudicato neget ſe liberum eum ſciſſe. Aut neceſſitatis: vt cum miles ad commeatus diem non affuit, dicit ſe fluminibus intercluſum, aut valetudine. Fortuna quoque ſæpe ſubſtituitur culpæ: nonnunquam male feciſſe nos, ſed bono animo dicimus. Vtriuſque rei multa & manifeſta exempla ſunt. Idcirco non eſt eorum neceſſaria expoſitio. Si omnia quæ ſupra ſcripta ſunt deerunt, videndum an minui culpa poſſit. Hic eſt ille qui à quibuſdam dicitur ſtatus quantitatis. Sed ea cum ſit aut pœnæ, aut honoris; ex qualitate facti conſtituitur: eoque nobis ſub hoc eſſe ſtatu videtur: ſicut eius quoque, quæ ad numerum refertur à Græcis. nam ποιότητα, & ποσότητα dicunt; nos vtrundem eadem appellatione complectimur.

Vltima eſt Deprecatio: quod genus cauſſæ plerique negarunt in iudicium vnquam venire. Quin Cicero quoque pro Quinto Ligario idem teſtari videtur, cum dicit; Cauſſas Cæſar egi multas, & quidem tecum, dum te in foro tenuit ratio honorum tuorum, certe nunquam hoc modo; Ignoſcite iudices, errauit, lapſus eſt, non putauit, ſi vnquam poſthac, & cætera. In Senatu vero & apud populum, & apud principem, & vbicunque iuris clementia eſt, habet locum deprecatio. In qua plurimum valet, ex ipſo qui reus eſt, hæc tria in vita præcedere, ſi innocens, ſi bene meritus, ſi ſpes in futurum innocenter victuri, & in aliquo vſu futuri: præterea ſi vel aliis incommodis, vel præſenti periculo, vel pœnitentia videatur ſatis pœ-

tis pœ-

tis pœnarum dediſſe. Extra, nobilitas, dignitas; propinqui, amici. In eo tamen qui cognoſcit, plurimum ponendum, ſi laus eum miſericordis potius quam reprehenſio diſſoluti conſecutura eſt. Verum & in iudiciis etiam ſi non toto genere cauſſæ, tamen ex parte magna hic locus ſæpe tractatur. Nam & diuiſio frequens eſt, etiam ſi feciſſet, ignoſcendum fuiſſe; idque in cauſſis dubiis ſæpe præualuit: & epilogi omnes in eadem fere materia verſari ſolent. Sed nonnunquam etiam reus hic totius ſummam conſtituit, ſi exhæredatum à ſe filium pater teſtatus fuerit elogio: propterea quod is meretricem amauerit. Nam omnis hic quæſtio, an huic delicto pater debuerit ignoſcere, & centumuiri tribuere debeant veniam. Sed etiam in formulis, cum pœnariæ ſunt actiones, nos ita cauſſam partimur, an commiſſa ſit pœna, an exigi debeat. Id autem quod illi viderunt, verum eſt, reum à iudicibus hoc defenſionis modo liberari non poſſe. De præmiis autem quæruntur duo, an vllo ſit dignus qui petit, an tanto: ex duobus, vter dignior: ex pluribus, quis digniſſimus. Quorum tractatus ex ipſo meritorum genere ducuntur. Et intuebimur non rem tantum, ſiue alleganda, ſiue comparanda erit; ſed perſonam quoque. Nam & multum intereſt, tyrannũ iuuenis occiderit, an ſenex: vir, an fœmina: alienus, an coniunctus. Et locum multipliciter: in ciuitate tyrannis aſſueta, an libera ſemper: in arce, an domi. Et quomodo factum ſit, ferro, an veneno. Et quo tempore, bello, an pace: an cum depoſiturus eſſet eam poteſtatem, an cum aliquid noui ſceleris auſurus. Habetur in meritis gratia, periculum quoque, ac difficultas. Similiter liberalitas à quo profecta ſit, refert. Nam in paupere gratior quam in diuite, dante beneficium quam reddente, patre quam orbo. Item quam rem dederit, & quo tempore, & quo animo: id eſt, num in aliquam ſpem ſuam. ſimiliter alia. Et ideo qualitas, maxima Oratoris recipit opera: quia in vtranque partem plurimum eſt ingenio loci, nec vſquam tantum affectus valent. Nam coniectura extrinſecus quoque adductas frequenter probationes habet, & argumenta ex materia ſumit: & quale quidque videatur, eloquentiæ opus eſt: hic regnat, hic imperat, hic ſola vincit. Huic parti ſubiungit Virginius cauſſas abdicationis, dementiæ, malæ tractationis, orbarum nuptias indicentium. Nam & iudicium fere ſic accidit: inuentique ſunt, qui has materias officiorum vocarent. Sed alios quoque nonnunquam leges hæ recipiunt ſtatus. Nam & con-

iectura eſt aliquando in pleriſque horum; cum ſe vel non feciſſe, vel bona mente feciſſe contendunt. Cuius generis exempla ſunt multa. Et quid ſit dementia, ac mala tractatio, finitur. Nam iuris quæſtiones plerunque leges præcurrere ſolent, & ex quibus cauſſis non fiat * ſtatutum. Quod tamen facto defendi non poterit, iure nitetur. Et quot & quibus cauſſis abdicare non liceat, & in quæ crimina malæ tractationis actio detur, & cui accuſare dementiæ non permittatur. Abdicationum formæ ſunt duæ: altera criminis perfecti, vt ſi abdicetur raptor, adulter. Altera imperfecti; velut pendentis, & adhuc in conditione poſiti; quales ſunt in quibus abdicatur filius, qui non pareat patri. Illa ſemper aſperam abdicantis actionem habet; (immutabile eſt enim quod factum eſt;) hæc ex parte blandam, & ſuadenti ſimilem. Mauult enim pater corrigere, quam abdicare. At pro filiis in vtroque genere ſummiſſam, & ad ſatisfaciendum compoſitam. A quo diſſenſuros ſcio, qui libenter patris figuram lædunt: quod non auſim dicere nunquam eſſe faciendum; poteſt enim materia incidere, quæ hoc exigat: cæterum videndum eſt, quoties aliter agi poteſt. Sed de figuris alio libro tractabimus. Non diſſimiles autem abdicationum actionibus ſunt, malæ tractationis actiones. Nam & ipſæ habent eandem in accuſationibus moderationem. Dementiæ quoque iudicia, aut propter id quod factum eſt, aut propter id quod adhuc fieri vel non fieri poteſt, inſtituuntur: & actor in eo quod factum eſt, liberum habet impetum; ſic tamen, vt factum accuſet, ipſius patris tanquam valetudine lapſi miſereatur; in eo vero cuius libera mutatio eſt, diu roget & ſuadeat, & nouiſſime dementiam rationi quæratur obſtare, non mores: quos quanto magis in præteritum laudauerit, tanto facilius probabit morbo eſſe mutatos. Reus, quoties cauſſa patietur, debebit eſſe in defenſione moderatus; quia fere ira, contentio, & concitatio furori ſunt ſimilia. Omnibus his commune eſt, quod rei non ſemper defenſione facti; ſed excuſatione ac venia frequenter vtuntur. Eſt enim domeſtica diſceptatio: qua & ſemel peccaſſe, & per errorem, & leuius quam obiiciatur, abſolutioni nonnunquam ſufficit. Sed alia quoque multa controuerſiarum genera in qualitatem cadunt. Iniuriarum; quanquam enim reus aliquando feciſſe negat, plerunque tamen hæc actio facto atque animo continetur. De accuſatore conſtituendo, quæ iudicia diuinationes vocantur: in quo genere Cicero quidem,

*al. non fiant ſtatus.

Lib. 9.

dem, qui mandantibus ſociis Verrem accuſabat, hac vſus eſt diuiſione ſpectandum à quo maxime agi velint hi quorum de vltione quæritur: à quo minime velit is, qui accuſatur: frequentiſſime tamen hæ ſunt quæſtiones, vter maiores cauſſas habeat, vter plus induſtriæ aut virium ſit allaturus ad accuſandum, vter id meliore fide facturus. Tutelæ prætetea: in quo iudicio ſolet quæri, an alia de re quam de calculis cognoſci oporteat: an fides præſtari debeat tantum, nõ etiam conſilium & euentus. Cui ſimile eſt malæ geſtæ procurationis in foro, negociorum geſtorum: nam & mandati actio eſt. Præter hæc finguntur in ſcholis & ſcripti maleficii, in quibus aut hoc quæritur, an ſcriptum ſit: aut hoc, an maleficium ſit: raro vtrunque. Malæ geſtæ legationis apud Græcos, & veris cauſſis frequens: vbi iuris loco quæri ſolet, an omnino aliter agere quam mandatum ſit, liceat; & quouſque ſit legatus: quoniam alii * in renunciando ſunt: vt in hoc, qui teſtimonium in Verrem dixerat poſt perlatam legationem. Plurimum tamen eſt in eo, quale ſit factum Reipub. læſæ. Hinc mouentur quidem mille iuris cauillationes, quid ſit rempubl. lædere: & læſerit ne, an profuerit: & ab ipſo, an propter ipſum læſa ſit. in facto tamen plurimum ineſt. Ingrati quoque. In quo genere quæritur, an is cum quo agitur, acceperit beneficium: quod raro negandum eſt. ingratus eſt enim qui negat. an quantum acceperit, reddiderit: an protinus qui non reddiderit, ingratus ſit: an potuerit reddere: an id quod exigebatur, debuerit: quo animo ſit. Simpliciores illæ iniuſti repudii, ſub qua lege controuerſiæ illud proprium habent, quod à parte accuſantis defenſio eſt, & defendentis accuſatio. Prætetea cum quis rationem mortis in Senatu reddit: vbi vna quæſtio eſt iuris, an is demũ prohibendus ſit, qui mori vult; vt ſi legum actionibus ſubtrahat. Cætera qualitatis. Finguntur & teſtamenta, in quibus de ſola quæratur voluntate: vt in controuerſia quam ſupra expoſui; in qua de parte patrimonii quarta, quam pater digniſſimo ex filiis reliquerat, contendunt Philoſophus, Medicus, Orator. Quod item accidit, ſi orbæ nuptias indicant pares gradu, & ſi inter propinquos de idoneo quæratur. Sed nec omnes mihi perſequi materias in animo eſt: (fingi enim adhuc poſſunt:) nec communes ſunt earum quæſtiones, quia poſitionibus mutantur. Hoc tantum admiror; Flauium, cuius apud me merito ſumma eſt autoritas, cum artem ſcholæ tantum componeret, tam anguſte materiam qualitatis terminaſſe. Quan.

Act. 1.

* al. aliæ.

ſe. Quantitas quoque, (vt dixi plerunque,) etiam ſi non ſemper, tamen plerunq; eidem ſubiacet, ſeu modi eſt, ſeu numeri. Sed modus aliquando conſtat æſtimatione facti, quanta ſit culpa, quantumve beneficium: aliquando iure, cum id in controuerſiam venit, qua quis lege puniendus, vel honorandus ſit. Stuprator an decem millia dare debeat, quæ pœna huic crimini conſtituta eſt: an quia ſtupratus ſe ſuſpendit, capite puniri, tanquam cauſſa mortis. Quo in genere falluntur qui ita dicunt, tanquam inter duas partes quæratur. Nam de decem millibus nulla controuerſia eſt, quæ nec petuntur. Iudicium redditur, an reus cauſſa ſit mortis. In coniecturam quoque eadem ſpecies cadit: quum perpetuo, an quinquennali ſit exilio multandus, in controuerſiam venerit: num prudens cædem commiſerit, quæritur. Illa quoq; quæ ex numero ducitur, pendet ex iure: an Thraſibulo triginta præmia debeantur: & cum duo fures pecuniam abſtulerunt, ſeparatim quadruplum quiſque, an duplum debeat. Sed hic factum quoque æſtimatur, & tamen in* ipſum pendet ex qualitate.

Stupratoris pœna.

* *al.* ius ipſum.

De Actionis quæſtione.

CAP. V.

ARGVMENTVM.

Qui neque ſtatu coniecturæ, neque finitionis, neque qualitatis tueri ſe volet, aut poterit, huic ad aliquod iuris adiutorium, id eſt, ad agendi conditionem & modum confugiendum monet: Cuius duas partes facit, Intentionem & Præſcriptionem: quæ à ſtatu qualitatis aliena non ſunt, ſed litigandi formam habent diuerſam. Intentio eſt, quando contra id quod intendit aduerſarius, pugnamus, nec admittendum dicimus. Præſcriptio, exceptio qua aduerſario facultatem litigandi adimimus propter certam cauſſam, aut actionem in aliam perſonam aut locum transferre volumus, quæ tum Translatio dicitur. ¶ Præterea legis aut etiam ſcripti cuiuſque varias vires enumerat, & ad ſtatus legitimos tranſit.

QVi neque feciſſe ſe negabit, neque aliud eſſe quod fecerit, dicet; neque factum defendet, neceſſe eſt in ſuo iure conſiſtat: in quo plerunque actionis eſt quæſtio: quæ non ſemper eadem eſt; vt quidam putauerunt. Nam & iudicium antecedit, qualia ſunt prætoriæ curioſa conſilia, cum de iure accuſatoris ambigitur: & in ipſis frequentiſſime iudiciis verſatur. Eſt enim duplex eius diſceptationis conditio, quod aut

intentio

 De Statu ex Scripto & Voluntate.

intentio, aut præſcriptio habet controuerſiam. Ac fuerunt qui præſcriptionis ſtatum facerent, tanquam ea non iiſdem omnibus, quibus cæteræ leges, quæſtionibus contineretur. Cum ex præſcriptione lis pendet, de ipſa re quæri non eſt neceſſe. Ignominioſo patri filius præſcribit: de eo ſolo iudicatio eſt, an liceat. Quoties tamen poterimus, efficiendũ eſt, vt de re quoq; bene ſentiat. Sic enim iuri noſtro libentius indulgebit: vt in ſponſionibus, quæ ex interdictis fiunt, etiamſi non proprietatis eſt quæſtio, ſed tantum poſſeſſionis: tamen non ſolum poſſediſſe nos, ſed etiam noſtrum poſſediſſe docere oportebit. Sed frequentius etiam quæritur de intentione. Vir fortis optet quicquid* volet. nego illi dandum quicquid optauerit. non habeo præſcriptionem, ſed tamen voluntate contra verba præſcriptionis modo vtor. In vtroque autem genere ſtatus idem fit. Porro lex omnis aut tribuit, aut adimit, aut punit, aut iubet, aut vetat, aut permittit. Litem habet, aut propter ſeipſam, aut propter alteram. Quæſtio eſt aut in ſcripto, aut in voluntate. In ſcripto aut apertum eſt, aut obſcurum, aut ambiguum. Quod de legibus dico; idem accipi volo de teſtamentis, pactis, ſtipulationibus, omni denique ſcripto: idem de voce. Et quoniam quatuor huius generis quæſtiones vel ſtatus facimus, ſingulos percurram.

*al. quod.

De Statu ex Scripto & Voluntate.

CAP. VI.

ARGVMENTVM.

Status legales ſupra quatuor enumerauit, quia tribus aliis non re ipſa, ſed ratione tractandi ad docendum accommodata, ſeparati ſunt. Primi ſpecies tres facit. Vnam, in qua de ſcripto & voluntate quæritur, cum ſcriptum obſcurum eſt, & vterque ſuam interpretationem confirmat, & aduerſarii labefactat. Alteram, in qua intellectus vnus certus, alter dubius. Tertiam, in qua altera pars ſcripto, altera voluntate nititur. Scripto, tribus modis occurri poſſe docet: Primo, quando ſcriptum ſemper ſeruari non poſſe ex ipſo apparet. Secundo, quando nullum argumentum ex ipſa lege peti poteſt. Tertio, quando ex verbis ſcripti, ſcriptoris aliam mentem fuiſſe probamus. Qui ſcriptum defendit, vt ſe voluntate quoque ſcriptoris adiuuare tentet, præcipit. Omnia ſubiectis exemplis manifeſta erunt.

SCripti & Voluntatis frequentiſſima inter conſultos quæſtio eſt; & pars magna controuerſiæ iuris hinc pendet: quo minus

minus id in ſcholis accidere mirum eſt, vbi etiam ex induſtria fingitur. Eius genus vnum eſt, in quo & de ſcripto, & de voluntate quæritur. Id tum accidit, cum eſt in lege aliqua obſcuritas; & in ea, aut vterque ſuam interpretationem confirmat, aut aduerſarii ſubuertit: vt hic, Fur quadruplum ſoluat. Duo ſurripuerunt pariter decem millia, petuntur ab vtroque quadragena, illi poſtulant vt vicena conferant. Nam & Actor dicit hoc eſſe quadruplum quod petat, & Rei hoc quod offerant: voluntas quoque vtrinque defenditur. Aut cum de altero intellectu certum eſt, de altero dubium. Ex meretrice* natus, ne concionetur: Quæ filium habebat, proſtrare* cœpit. Prohibetur adoleſcens concione. Nam de eius filio, quæ ante partum meretrix fuit, certum eſt: an eadem huius cauſſa ſit, dubium eſt, quia ex hac natus, & hæc meretrix eſt. Solet & illud quæri, quo referatur quod ſcriptum eſt; Bis de eadem re ne ſit actio; id eſt, hoc bis ad actorem, an ad actionem. Hæc ex iure obſcuro. Alterum genus eſt ex manifeſto: quod qui ſolum viderunt, hunc ſtatum plani & voluntatis appellauerunt. In hoc altera pars ſcripto nititur, altera voluntate. Sed contra ſcriptum tribus generibus occurritur. Vnum eſt, in quo id ſeruari ſemper non poſſe ex ipſo patet. Liberi parentes alant, aut vinciantur. Non enim alligabitur infans. Hinc erit ad alia tranſitus & diuiſio, num quiſquis non aluerit, num hic. Propter hoc proponunt quidam tale genus controuerſiarum, in quo nullum argumentum eſt quod ex lege ipſa peti poſſit, ſed de eo tantum de quo lis eſt, quærendum ſit. Peregrinus ſi murum* aſcenderit, capite puniatur. Cum hoſtes murum aſcendiſſent, peregrinus eos depulit. petitur ad ſupplicium. Non erunt hic ſeparatæ quæſtiones, an quiſquis, an hic: quia nullum poteſt afferri argumentum contra ſcriptum, vehementius eo quod in lite eſt: ſed hoc tantum, an ne ſeruandæ quidem ciuitatis cauſſa. Ergo & æquitate & voluntate pugnandum. Fieri tamen poteſt, vt ex aliis legibus exempla ducamus, per quæ appareat ſemper ſtari ſcripto* non poſſe, vt Cicero pro Cecinna fecit. Tertium, cum in ipſis verbis legis reperimus aliquid per quod probemus aliud legumlatorem* voluiſſe: vt in hac controuerſia. Qui nocte cum ferro deprehenſus fuerit, alligetur. Cum annulo ferreo inuentum magiſtratus alligauit. Hic quia eſt verbum in lege deprehenſus, ſatis etiam ſignificatum videtur non contineri lege, niſi noxium ferrum. Sed vt qui volun-

**Spurii vt omni beneficio, ita & munere ſecludi docent Doct. iuris ad fin. authēt. licet. Cod. de nat. lib.*

** al.* proſtare.

Fac. l vlt. §. id ipſum C. de bonis quæ liber. vbi Imp. præſcribit parentibus & liberis officiū eſſe reciprocū alimentorū ratione.

Muri etenim ciuitatis ſancti.

** Iuriſc. ad l. vlt ff. de rer. diuiſ.*

** Interdum enim plus veritati rei geſtæ quam ſcripto ſtatur. arg. l. 3. & 4. C. plus valere quod agitur.*

** Not. Dd. ad l. ſcire oportet. 13. §. 2.*

tate

tate nitetur, ſcriptum quoties poterit infirmate debebit: ita qui ſcriptum tuebitur, adiuuare ſe etiam voluntate tentabit. In teſtamentis & illa accidunt, vt voluntas manifeſta ſit, ſcriptum nihil ſit: vt in iudicio Curiano, in quo nota L. Craſſi & Scæuolæ fuit contentio. Subſtitutus hæres erat, ſi poſthumus ante tutelæ ſuæ annos *deceſſiſſet. Non eſt natus Propinqui bona ſibi vendicabant. Quis dubitatet, quin ea voluntas fuiſſet teſtantis, vt is non nato filio hæres eſſet; qui *mortuo? ſed hoc non ſcripſerat. Id quoque, quod huic contrarium eſt, accidit nuper, vt eſſet ſcriptum quod apparet ſcriptorem noluiſſe: Quid *ſeſtertium numûm quinque millia legauerat, cum emendaret teſtamentum, ſublatis ſeſtertiis numis, argenti pondo poſui, quinque millia remanſerunt. Apparuit tamen quinque pondo dari voluiſſe; quia ille in argento legato modus & inauditus erat, & incredibilis. Sub hoc etiam ſtatu generales ſunt quæſtiones; ſcripto, an voluntate ſtandum ſit: quæ fuerit ſcribentis voluntas. Tractatus omnes qualitatis aut coniecturæ, de quibus ſatis dictum arbitror.

De Legibus contrariis.

ff. de excuſ. tut. mentem potius legiſlatorum quam verba ſpectanda.

Cic. de Orat.

* *annos per actos.*

* *al.* quid non mortuo.

* *al.* Qui.

De Legibus contrariis.

C A P. VII.

Argvmentvm.

Scripto & ſententia, Leges contrarias ſubiungit: quia in his quæ duæ ſint, duo ſunt ſcripti & volũtatis ſtatus, quæ etiam ſi contrariæ dicantur, contrarias tamen iure ipſo non eſſe, ſed caſu quodam collidi admonet. ¶ Porro aut pares inter ſe collidi, aut ipſas ſecum, aut diuerſas aut ſimiles, aut etiam impares. ¶ Preterea vt lex alia aliam abroget, aut labefactet, ius vtriuſque cognoſcendum eſſe, quod aut in vtraque dubium ſit, aut confeſſum. Si confeſſum; videndum eſſe, an ad deos pertineant, an ad homines, an ad rempublicam, an ad priuates, &c. Si dubium, alteri, aut inuicem vtriq. controuerſiam de iure moueri Poſtremo duplices leges vt duas committi: & quod de legibus dicitur, idem de ſenatuſconſultis & omnibus ſcriptis intelligendum.

PRoximum eſt de legibus conttariis dicere; quia inter omnes artium Scriptores conſtat in antinomia duos eſſe Sctipti & voluntatis ſtatus: neque immerito. quia cum lex legi obſtet; vttinque contra ſcriptum dicitur, & quæſtio eſt de voluntate: in vtraque id ambigitur, an vtique illa lege ſit vtendum. Omnibus autem manifeſtum eſt, nunquam eſſe legem

Vid. Bud. in annot. ad Pandectas ſeu digeſta.

legi

Digitized by Google

legi contrariam iure ipſo: quia ſi diuerium ius eſſet, alterum altero abrogaretur: ſed eas caſu collidi, & euentu. Colliduntur autem aut pares inter ſe: vt ſi optio tyrannicidæ & viri fortis comparentur, vtrique data quod velit petendi poteſtate: hic meritorum temporis, præmii collatio eſt. Aut ſecum ipſe, vt duorum fortium, duorum tyrannicidarum, duarum raptarum: in quibus non poteſt eſſe alia quæſtio, quam temporis; vtra prior ſit; aut qualitati, vtra iuſtior ſit per tio. Diuerſæ quoque leges confligunt, aut ſimiles. Diuerſæ quibus etiam citra aduerſam legem contradici poſſit: vt in hac controuerſia, Magiſtratus ab arce ne diſcedat: Vir fortis optato quæ volet: * vel alia] nulla obſtante, quæri poteſt, an quicquid optarit accipere debeat: & à magiſtratu multa dicentur, quibus ſcriptum expugnatur; Si incendium in arce fuerit, ſi in hoſtes recurrendum. Similes, contra quas nihil opponi poteſt, niſi lex altera. Tyrannicidæ imago in gymnaſio ponatur: contra, mulieris imago in gymnaſio ne ponatur. Mulier tyrannum occidit. Nam neque mulieris imago vllo alio caſu poni poteſt, neque tyrannicidæ vllo alio caſu ſummoueri. Impares ſunt, cum alteri multa ſunt quæ opponi poſſunt, alteri nihil niſi quod in lite eſt: vt cum vir fortis impunitatem deſertoris petit. Nam contra legem viri fortis (vt ſupra oſtendi) multa dicuntur: aduerſus deſertores ſcripta, non poteſt niſi optione ſubuerti. Item aut confeſſum eſt ex vtraque parte ius, aut dubium. Si confeſſum eſt, hæc fere quæruntur: Vtra lex potentior: ad Deos pertineant, an ad homines: ad rempublicam, an ad priuatos. De honore an de pœna. De magnis rebus, an de paruis: Permittat, an vetet, an imperet. Solet tractari & vtra ſit antiquior, & velut potentiſſimâ; vtra minus perdat: vt in deſertore, & viro forti, quod illo non occiſo lex tota tollatur: occiſo, ſit reliqua viro forti alia optio. Plurimum tamen eſt in hoc, vtrum fieri ſit melius, atque æquius: de quo nihil præcipi, niſi propoſita materia poteſt. Si dubium, aut alteri, aut inuicem vtrique de iure ſit controuerſia; vt in re tali, Patri in filium, Patrono in libertum manus iniectio ſit; liberti hæredem ſequantur. Liberti filium quidam fecit hæredem, inuicem petitur manus iniectio, & patronus negat ius patris illi fuiſſe, quia ipſe in manu patroni fuerit. Duplices leges, ſicut duæ colliduntur: vt, Nothus * ante legitimum natus, legitimus ſit: poſt legitimum, tantum ciuis. Quod de legibus, idem de ſenatuſ-

consul-

*Vel alia nulla obſtante, non erat in vetuſto codice Similes.

*Vid. Gothofre. ad Nouel. 89. 15.

conſultis d ctum: quæ ſi aut inter ſe pugnent, aut obſtent legibus; non tamen aliud ſit eius ſtatus nomen.

De Syllogiſmo ſeu Ratiocinatione.

De Syllogiſmo ſeu Ratiocinatione.

CAP. VIII.

ARGVMENTVM.

Quid Syllogiſmus habeat ſcripto & voluntati ſimile, & in quo ab iiſdem differat; & quam cum finitione coniunctionem habeat, primum oſtendit. Deinde duas eius ſpecies facit. Primã, quæ ex eo quod ſcriptum eſt, id quod incertum eſt ducit: ratiocinatione colligitur, unde quia ratiocinatiua dicatur. ¶ huius multas ſpecies cum exemplis denumerat. Alteram, quæ ex ſcripto ducit quod ſcriptum non eſt; in quarum vtraque voluntas legiſlatoris, & æquitatis tractatio ſit potentiſſima.

SYllogiſmus habet aliquid ſimile ſcripto & voluntati; quia ſemper pars in eo altera ſcripto nititur: ſed intereſt, quod illic contra ſcriptum dicitur, his ſuper ſcriptum: illic qui verba defendit, hoc agit, vt fiat vtique quod ſcriptum eſt: hic ne aliud quam ſcriptum eſt. Eius nonnulla etiam cum finitione coniunctio. Nam ſæpe ſi finitio infirma eſt, in ſyllogiſmum delabitur. Sit enim lex; Venefica capite puniatur. Sæpe ſecubanti amatorium dedit, eundem repudiauit: per propinquos rogata vt rediret, non eſt reuerſa. ſuſpendit ſe maritus. Mulier veneficii rea eſt. Fortiſſima eſt actio dicentis, amatorium venenum eſſe, id erit finitio: quæ ſi parum valebit, fiet ſyllogiſmus: ad quem velut remiſſa priore contentione veniemus, an perinde puniri debeat, ac ſi vitam veneno neceſſet. Ergo hic ſtatus ducit ex eo quod ſcriptum eſt, id quod incertum eſt: quod quoniam ratiocinatione colligitur, ratiocinatiuus dicitur. In has autem fere ſpecies venit, An quod ſemel ius eſt, idem & ſæpius. Inceſti * damnata & præcipitata de ſaxo, vixit, repetitur. An quod in vno, & in pluribus, Qui duos vno tempore tyrannos occidit, duo præmia * petit. An quod ante, & poſtea. Raptor profugit, rapta nupſit, reuerſo illo petit optionem. An quod in toto, idem in parte: Aratrum accipere pignori non licet: vomerem accepit. An quod in parte, idem in toto: Lanas vehere Tarento non licet, oues vexit. In his ſyllogiſmis ſcripto alter nititur, altero non ſatis cautũ eſſe dicit. Poſtulo vt præcipitetur inceſta: lex eſt: & tacita optionem petit, & in oue lanæ ſunt: ſimiliter alia. Sed quia

Vid. text. & Doct. all §. item lex Cornelia. §. Inſti. de pub. iudic. & ad l. eorum. 4. C. de malefi. & l. ſi quis aliquid. 18. § qui abortiones. ff. de pœn.

De pœna inceſti.

** Vid. Doct. ad authẽt. inceſtus. C. de inceſt. & nefar. nupt.*

** Tyrannũ occidere vi*

Diſpoſitio ——— liceat docent Cic. 1. & 2. Philippic. Lucian. in Orat. pro tyrannicida vbi etiam præmio affectos tyrannicidas oſtendit. *al. vt bis.

quia reſpondeti poteſt, non eſt ſcriptum, vt ſæpius* præcipitetur damnata, aut quandocunque rapta optet, aut tyrannicida duo præmia accipiat; nihil de vomere cautum, nihil de oneribus: ex eo quod manifeſtum, colligitur quod dubium eſt. Maioris pugnæ eſt, ex ſcripto ducere quod ſcriptum non eſt. Qui patrem occiderit, culeo inſuatur, matrem occidit. Ex domo in ius educere ne liceat: tabernaculis eduxit. In hoc genere hæc quæruntur; An quoties propria lex non eſt, ſimili ſit vtendum: an id de quo agitur, ei de quo ſcriptum eſt, ſimile ſit. Simile autem & maius eſt, & par, & minus. In illo priore, an ſatis lege cautum ſit, an & ſi parum cautum eſt, hac ſit vtendum. In vtroque de voluntate legumlatoris, ſed de æquo tractatus potentiſſimi.

De Ambiguo, ſeu Amphibolia.

CAP. IX.

Argumentum.

Amphiboliam duobus modis fieri primum docet, aut vocibus ſingulis aut coniunctis. In ſingulis tribus modis. Primo homonymia, cum vox plura ſignificat. Secundo, cum alium ſenſum habet ſimplex dictio integra, alium diuiſa. Tertio, cum idem accidit compoſitis. In coniunctis per caſus collocationem, per flexum, per ſitum, per productionem & correptionem. Quæ quibus modis ſoluenda ſint omnes, ordine tradit.*

* al. per caſus, per collocationem.

Vid. Gell. lib. 11. c. 12.

Amphiboliæ ſpecies ſunt innumerabiles; adeo, vt Philoſophorum quibuſdam nullum videatur eſſe verbum, quod non plura ſignificet: genera admodum pauca. Aut enim vocibus accidit ſingulis, aut coniunctis. Singula afferunt errorem, cum pluribus rebus aut etiam hominibus eadem appellatio eſt: ὁμωνυμία dicitur, vt Gallus. Vtrum enim auem, an gentem, an nomen, an fortunam corporis ſignificet, incertum eſt: & Aiax Telamonis, an Oilei filius. Verba quoque quædam diuerſos intellectus habent, vt Cerno: quæ ambiguitas plurimis modis accidit: vnde fere lites, præcipue ex teſtamentis, cum de libertate, aut etiam de hæreditate contendunt ii quibus idem nomen eſt: aut quid ſit legatum, quæritur. Alterum eſt, in quo alia integro verbo ſignificatio eſt, alia diuiſio: vt, in genua, &, arma-mentum, & cor-vinum; ineptæ ſane cauillationes, ex quo tamen Græci controuerſias ducunt: inde αὐλητρὶς illa vulgata, cum quæritur; Vtrum au-

αὐλητρὶς ſi cecidit, publicetur.

De Ambiguo ſeu Amphibolia.

aula quæ ter ceciderit; aut tibicina, ſi ceciderit, debeat publicari. Tertia eſt ex compoſitis, vt ſi quis corpus ſuum in occulto loco poni iubeat, circaque monumentum multum agri ab hæredibus in tutelam cinerum, vt ſolet, leget, *Sit latus* occultum.* Sic apud Græcos contendit λέων & παντελέων, cum ſcriptura dubia eſt, bona omnia, λέοντι, an bona παντελέοντι relicta ſint. In coniunctis plus ambiguitatis eſt.

Vide Laertium in vita Zenonis.

* *al.* littus.

Fit autem per caſus: vt,

Aio te Æacida Romanos vincere poſſe.

Per caſus.

Verſus ſunt Ennii apud Cic. 2. de Diuin.

Per collocationem; vbi dubium eſt, quid quo referri oporteat: ac frequentiſſime cum id quod medium eſt, vtrinque poſſit trahi, vt de Troilo Virgilius,

Æneid. I.

Lora tenens tamen-

Hic vtrum quod teneat tamen lora, an quamuis teneat, tamen trahatur, quæri poteſt. Vnde controuerſia illa, Teſtamento quidam poni iuſſit ſtatuam auream haſtam tenentem. Quæritur, ſtatua* haſtam tenens aurea eſſe debeat, an haſta eſſe aurea in ſtatua alterius materiæ. Fit per flexum idem magis,

* *al.* an ſtatua.

Quinquaginta vbi erant centum inde occidit Achilles. Sæpe vtri duorum antecedentium ſermo ſubiunctus ſit, in dubio eſt: vnde eſt controuerſia, *Heres meus vxori meæ dare damnas eſto argenti, quod elegerit, pondo centum.* Vter eligat quæritur. Verum id quod ex his primum eſt, mutatione caſuum: ſequens, diuiſione verborum, aut tranſlatione emendatur: tertium adiectione. Accuſatiui geminatione facta amphibolia, ſoluitur ablatiuo: vt illud, *Lachetem audiui percuſſiſſe Demeam*, fiat, à Lachete percuſſum Demeam. Sed ablatiuo ipſi, vt in primo diximus, ineſt, naturalis amphibolia.

Videtur hic verſ. Ennii in Achil. qui tamen in fragmentis veterum Poetarum non extat.

Cœlo decurrit aperto: vtrum per apertum cœlum, an cum cœlum apertum eſſet. Diuiſio reſpiratione & mora conſtat. Statuam, deinde auream haſtam: vel ſtatuam auream, deinde haſtam. Adiectio talis eſt, argentum quod elegerit ipſe, vt hæres intelligatur: vel ipſa, vt vxor. Adiectione facta amphibolia, qualis ſit, Nos flentes illos deprehendimus, detractione ſoluetur. Pluribus verbis emendandum, vbi eſt id, quod quo referatur, dubium eſt, & ipſum eſt ambiguum. *Heres meus dare illi damnas eſto omnia ſua.* In quod genus incidit Cicero loquens de C. Fannii ſoceri inſtituto, Quem, quia cooptatus in Augurum collegium non erat, non admodum diligebat:

In Bruto.

Diſpoſitio præſertim cum ille Q. Scæuolam ſibi minorem natu generum prætul.ſſet. Nam id ſibi, & ad ſocerum referri, & ad Fannium poteſt Productio quoque in ſcripto, & correptio in dubio relicta, cauſſa eſt ambiguitatis: vt in hoc, Cato. aliud enim oſtendit breuis ſecunda ſyllaba caſu nominatiuo, aliud eadem ſyllaba producta caſu datiuo aut ablatiuo.

Plurimæ præterea ſunt aliæ ſpecies, quas perſequi nihil neceſſe eſt. Nec refert quomodo facta ſit amphibolia, aut quo reſoluatur. Duas enim res ſignificari manifeſtum eſt: & quod ad ſcriptum vocemve pertinet, in vtramque par eſt partem. Ideoque fruſtra præcipitur, vt in hoc ſtatu vocem ipſam ad noſtram partem conemur vertere. Nam ſi id fieri poteſt, amphibolia non eſt. Amphiboliæ autem omnis in his erit quæſtio, aliquando vter ſit ſecundum naturam magis ſermo, ſemper vtrum ſit æquius, vtrum is qui ſic ſcripſit ac ſic dixit, ſic voluerit. Quorum in vtramque partem ſatis ex his quæ de coniectura & qualitate diximus, præceptum eſt.

Quæ ſit inter ſtatus cognatio, & quæ diuerſitas.

CAP. X.

ARGVMENTVM.

Pertractatis diligenter ſtatibus, qui legales dicuntur; quæ ſit illorum inter ſe, quorundam etiam cum finitione cognatio; quæ rurſus differentia, qua diſtincti ſunt, ne qui illos ſepararunt, errare videantur, demonſtrant. Atque de diſpoſitione hoc in genere ait, non poſſe omnia quæ ad ipſam pertinent, arte & præceptis tradi: ſed à natura quoque, doctrina & ſtudio, hanc facultatem parari: id pictorum atque imperatorum exemplis probat. ¶ Præterea magno iudicio opus eſſe vt certa nobis propoſita materia, diſpoſitione œconomica velut in repræſenti vtamur: quæ pro rei varietate quotidie alia atque alia futura ſit, hoc vno ſemper neceſſario, vt quocunque collocationis vtamur ordine, apte inter ſe iungantur omnia, & cohæreant.

Eſt autem quædem inter hos ſtatus cognatio. Nam & in finitione, quæ ſit voluntas nominis, quæritur: & in ſyllogiſmo, qui ſecundus à finitione ſtatus eſt, ſpectatur quid voluerit ſcriptor: & ex contrariis legibus duos eſſe ſcripti & voluntatis ſtatus apparet Rurſus & finitio quodammodo eſt amphibolia, cum in duas partes diducatur intellectus nominis. Scriptum & voluntas habet in verbis vocis quæſtionem: quod

idem

idem in antinomia petitur. Ideoque omnia hæc quidam ſcriptum & voluntatem eſſe dixerunt: alii in ſcripto & voluntate amphiboliam eſſe quæ facit quæſtionem. Sed diſtincta ſunt. Aliud eſt enim obſcurum ius, aliud ambiguum. Igitur finitio in natura ipſa nominis quæſtionem habet generalem, & quæ eſſe etiam citra complexum cauſſæ poſſit. Scriptum & voluntas de eo diſputat verbo, quod eſt in lege: Syllogiſmus, de eo quod non eſt, Amphiboliæ lis in diuerſum trahit: Legum cõtrariarum ex diuerſo pugna eſt. Neque immerito & recepta eſt à doctiſſimis hæc differentia, & apud plurimos ac prudentiſſimos durat. Et de hoc quidem genere diſpoſitionis*, etiamſi non omnia tradi, tamen aliqua potuerunt. Sunt alia, quæ niſi propoſita de qua dicẽdum eſt materia, viam docendi non præbeant. Non enim cauſſa vniuerſa in quæſtiones ac locos diducenda eſt: ſed hæ ipſæ partes habent rurſus ordinem ſuum. Nam & in procemio primum eſt aliquid, & ſecundum, ac deinceps. Et quæſtio omnis ac locus habet ſuam diſpoſitionem, vt theſes etiam ſimplices. An ſic forte ſatis erit, diuidendi peritus, qui controuerſiam in hæc diduxerit; An omne præmium viro forti dandum ſit, an ex priuato: an nuptiæ, an ea quæ nupta ſit, an hæc? deinde cum fuerit de prima quæſtione dicendum, paſſim, & vt quicque in mentem venerit, miſceri? non primum in ea ſcierit eſſe tractandum, verbis legis ſtandum ſit, an voluntate? huius ipſius particulæ aliquod initium fecerit? deinde proxima ſubnectens, ſtruxerit orationem, vt pars hominis eſt manus, eius digiti, illorum quoque articuli? Eſt & hoc, quod ſcriptor demonſtrare non poſſit, niſi certa, definitaque materia. Sed quid vna faciat, aut altera? quinimmo centum ac mille in re infinita, atque materia? Præceptoris eſt, in alio atque alio genere quotidie oſtendere quis ordo ſit rerum, & quæ copulatio: vt paulatim fiat vſus, & ad ſimilia tranſitus. Tradi enim omnia, quæ ars efficit non poſſunt. Nam quis pictor omnia quæ in rerum natura ſunt, adumbrare didicit? ſed percepta ſimul imitandi ratione, aſſimilabit quicquid acceperit. Quis enim non faber vaſculum aliquod quale nunquam viderat, facit? Quidam vero non docentium ſunt, ſed diſcentium. Nam & medicus quid in quoque valetudinis genere faciendum ſit, quid quibus ſignis prouidendum docebit. Vim ſentiendi pulſus venarum, caloris motus, ſpiritus meatum, coloris diſtantiam, quæ ſua cuiuſque ſunt, ingenium dabit. Quare plurima pe-

De ſtatuũ cognatione & diuerſitate.

Obſcuri & Ambigui differentia.

* *Al.* diſceptationis.

Diſpoſitio tamus à nobis, & cum cauſſis deliberemus, cogitemuſque homines ante inueniſſe artem, quam docuiſſe. Illa enim potentiſſima eſt, quæque vere dicitur œconomica totius cauſſæ diſpoſitio, quæ conſtitui niſi velut in re præſenti non poteſt vbi aſſumendum prooemium, vbi omittendum: vbi vtendum expoſitione continua, vbi partita: vbi ab initiis incipiendum, vbi more Homerico à mediis, vel vltimis: vbi omnino non exponendum: quando à noſtris, quando ab aduerſariorum propoſitionibus incipiamus: quando à firmiſſimis probationibus, quando à leuioribus: quando in cauſſa proponendæ prooemiis quæſtiones, qua præparatione præmuniendæ, quid iudicis animus accipere poſſit ſtatim dictum, quo paulatim deducendus: ſingulis, an vniuerſis opponenda refutatio: reſeruandi perorationi, an per totam orationem diffundendi affectus: de iure prius, an de æquitate dicendum: an anteacta crimina, an de quibus iudicium eſt, prius obiicere vel diluere conueniat. Si multiplices cauſſæ erunt, quis ordo faciendus, quæ teſtimonia, tabulæve cuiuſque generis in actione recitandæ, quæ reſeruandæ. Hæc eſt velut imperatoria virtus, copias ſuas partientis ad caſus præliorum, retinentis partes propter caſtella tuenda, cuſtodiendaſve vrbes, petendos commeatus, obſidenda itinera, mari denique ac terra diuidendis. Sed hæc in oratione præſtat omnia, cui affuerint natura, doctrina, ſtudium. Quare nemo expectet, vt alieno tantum labore ſit diſertus. Vigilandum ducat, iterum enitendum, pallendum: eſt facienda ſua cuique vis, vſus, ſua ratio: non reſpiciendum ad hæc, ſed in promptu habenda: nec tanquam tradita, ſed tanquam innata. Nam viam demonſtrare velociter ars poteſt, ſi qua eſt: verum ars ſatis præſtat, ſi copias eloquentiæ ponit in medio: noſtrum eſt vti eis ſcire. Reliqua partium eſt demum diſpoſitio: & in his ipſis primus aliquis ſenſus, & ſecundus, & tertius: qui non modo vt ſint ordine collocati, elaborandum eſt, ſed vt inter ſe iuncti, atque ita cohærentes, ne commiſſura pelluceat: corpus ſit, non membra. Quod ita continget, ſi & quid in quoque conueniat viderimus, & vt verba verbis applicemus, non pugnantia, ſed quæ inuicem complectantur. Ita res diuerſæ diſtantibus ex locis quaſi inuicem ignotæ non collidentur, ſed aliqua ſocietate cum prioribus ac ſequentibus ſe, copulaque tenebunt: ac videbitur non ſolum compoſita oratio, ſed etiam continua. Verum longius fortaſſe progredior fallente tranſitu,

Artis inuentio vt præcedat eiuſdem doctrinam.

tranſitu, & à diſpoſitione ad elocutionis præcepta labor, quod proximus liber inchoabit. Procemiū.

M. FAB. QVINTILIANI DE INSTITVTIONE ORATORIA

LIBER VIII.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

PROOEMIVM.

ARGVMENTVM.

Repetit breuiter atque eleganter quæ hactenus ſeptem primis libris de Inuentione & Diſpoſitione tractata ſunt: in quibus quam rationem præcipiendi incipientibus adhibere præceptores debeant, docet: nempe ſimplicem & breuem, quæ ex omnibus (quæ noſſe ad ſcientiæ perfectionem neceſſarium ſit) optima quæque duntaxat eligat: quod ita fieri oportere: quatuor ſubiectis rationibus probat. Repetitione facta, maximum eſſe naturæ momentum; ſine qua fruſtra tententur omnia, admonet: & ad partem operis ſequentem tranſit, nempe ad Elocutionem, Rhetoricæ partem tertiam, vt pulcherrimam, ita difficillimam; quod Marci Antonii & Ciceronis autoritate probat: & quo inter ſe differant Diſertus & Eloquens, quidque ſit eloqui, definitione explicat. Et quoniam Elocutio propriè verborum ſit, ne cura rerum reiecta, in iis omne ſtudium ponere velle videatur, importunorum cauillationibus ſtatim occurrit, ſe nullo pacto Elocutionem mollem & effœminatam, quæ naturà res non conſequatur; ſed affectata atque accerſita nimia diligentia dignitatem orationis corrumpat, approbare aut deſiderare: verum eam quæ à veritate profecta, ſenſum animi noſtri optime promat, res ipſas (quarum gratia verba reperta ſunt) auditorum animis exacte repræſentet, & earum naturam ad viuum exprimat: quæque decenter cohærentia omnia iucundam atque admirabilem orationem facere poſſint. Tota præfatio ad docilitatem ex rerum præteritarum repetitionis ordine & perſpicuitate, atque ad attentionem ex ſequentium pulchritudine & difficultate eſt comparata.

Elocutio.

HIs fere, quæ in proximos quinque libros collata ſunt, ratio inueniendi, atque inuenta diſponendi, continetur: quam vt per omnes numeros penitus cognoſcere, ad ſummã ſcientiæ neceſſarium eſt; ita incipientib. breuius ac ſimplicius tradi magis conuenit. Aut n. difficultate inſtitutionis tam numeroſæ atq; perplexæ deterreri ſolent: aut eo tempore, quo præcipue alenda ingenia, atq; indulgentia quadam enutrienda ſunt, aſperiorũ tractatu rerum atteruntur: aut ſi hæc ſola didicerint, ſatis ſe ad eloquentiam inſtructos arbitrantur: aut quaſi ad certas quaſdam dicendi leges alligati, conatum omnem reformidant. Vnde exiſtimant accidiſſe, vt qui diligentiſſimi artiũ ſcriptores extiterunt, ab eloquentia longiſſime fuerint. Via tamen opus eſt incipientibus, ſed ea plana, & cum ad ingrediendum, tum ad demonſtrandum expedita. Eligat itaque peritus ille præceptor ex omnibus optima, & tradat ea demum in præſentia, quæ placent, remota refutandi cætera mora. Sequuntur enim diſcipuli quo duxeris. Mox cũ robore diſcendi etiam creſcet eruditio. Iidem primo ſolum iter credant eſſe in quod inducentur, mox illud cogituri etiam optimum. Sunt autem neq; obſcura, neque ad percipiendum difficilia, quæ Scriptores diuerſis opinionibus pertinaciter tuendo inuoluerunt. Itaque in toto artis huiuſce tractatu difficilius eſt iudicare quid doceas, quam cum iudicaris, docere: præcipueque in duabus his partibus perquam ſunt pauca, circa quæ, ſi is qui inſtituetur, non repugnauerit, pronum ad cætera habiturus eſt curſum. Nempe enim plurimum in hoc laboris exhauſimus, vt oſtenderemus Rhetoricen bene dicendi ſcientiam, & vtilem, & artem, & virtutem eſſe: materiam eius, res omnes de quibus dicendum eſſet. Tum & eas in tribus fere generibus Demonſtratiuo, Deliberatiuo, Iudicialique reperiri. Orationem porro omnem conſtare rebus, & verbis. In rebus intuendam inuentionem, in verbis elocutionem, in vtriſque collocationem: quæ memoria complecteretur: actio commendaret. Oratoris officium, docendi, mouendi, delectandi partib. contineri. Ex quibus ad docendum, expoſitio, & argumentatio: ad mouendum, affectus pertinerent: quos per omnem quidem cauſſam, ſed maxime tamen in ingreſſu ac fine dominari. Nam delectationem, quamuis in vtroque ſit eorum, magis tamen proprias in Elocutione partes habere. Quæſtiones alias infinitas, alias

Rhetorices quæ ſcientia.

Oratio quibus conſtet: & quale ſit Oratoris officium.

lias

lias finitas, quæ perſonis, locis, temporibus continerentur. In omni porro materia tria eſſe quærenda; An ſit, quid ſit, quale ſit. His adiiciebamus demonſtratiuum laude ac vituperatione conſtare. In ea, quæ ab ipſo de quo diceremus, quæ poſt eum acta eſſent, intuendum. Hoc opus tractatu honeſtorum vtiliumque conſtare. Suaſoriis accedere tertiam partem ex coniectura, poſſetne fieri, & an eſſet futurum, de quo deliberaretur. Hic præcipue diximus ſpectandum, quis, apud quē, quid diceret. Iudicialium cauſſarum alias in ſingulis, alias in pluribus controuerſiis conſiſtere: & in quibuſdam ſufficere modo intentionem, modo depulſionem. porro depulſionem omnem inficiatione duplici, factumne, & an hoc factum eſſet, præterea defenſione ac tranſlatione conſtare. Quæſtionem, aut ex facto, aut ex ſcripto eſſe. Ex facto, de rerum fide, proprietate, qualitate. Ex ſcripto, de verborum vi, aut voluntate: in quibus vis tum cauſſarum, tum actionū inſpici ſoleat, quæque aut ſcripti & voluntatis, aut ratiocinatiuæ, aut ambiguitatis, aut legum contrariarum ſpecie continetur.

Elocutio.

In omni porro cauſſa iudiciali quinque eſſe partes: quarum exordio conciliari audientem, narratione cauſſam proponi, confirmatione roborari, refutatione diſſolui, peroratione aut memoriam iudicis refici, aut animos moueri. His argumentandi & afficiendi locos, & quibus generibus concitari, placari, reſolui iudices oporteret, adiecimus. Acceſſit ratio diuiſionis. Credere modo qui diſcet velit, certam quandam viam eſſe, in qua multa etiam ſine doctrina præſtare debeat per ſe ipſa natura, vt hæc de quibus dixi, non tam inuenta à præceptoribus, quam cum fierent obſeruata eſſe videantur. Plus exigunt laboris & curæ quæ ſequuntur. Hinc enim iam Elocutionis rationem tractabimus, partem operis, vt inter omnes Oratores conuenit, difficillimam. Nam & M. Antonius, cuius ſupra habuimus mentione, ait, à ſe diſertos viſos eſſe multos, eloquentem autem neminem. Diſertis ſatis putat dicere quæ oporteat: ornate autem dicere, proprium eſſe eloquentiſſimi. Quæ virtus ſi vſque ad eum in nullo reperta eſt, ac ne in ipſo quidem, aut L. Craſſo; certum eſt, & in his, & in prioribus eam deſideratam, quia difficillima fuit. Et Marcus Tullius, Inuentionem quidem ac diſpoſitionem prudentis hominis putat, eloquentiam Oratoris. Ideoque præcipue circa partis huius præcepta elaborauit.

Elocutio ſecunda artis Oratoriæ pars.

de Orat. 1.

Diſerti & Eloquentis differentia.

2. de Orat.

Digitized by Google

Elocutio.

Eloqui quid.

Quod eum merito feciſſe, etiam ipſo rei de qua loquimur nomine palam declaratur. Eloqui enim hoc eſt, omnia quæ mente conceperis, promere, atque ad audientes perferre: ſine quo ſuperuacua ſunt priora, & ſimilia gladio condito, atque intra vaginam ſuam hærenti. Hoc itaque maxime docetur: hoc nullus niſi arte aſſequi poteſt: hoc ſtudium adhibendum: hoc exercitatio petit, hoc imitatio: hic omnis ætas conſumitur; hoc maxime Orator Oratore præſtantior: hoc genera ipſa dicendi alia aliis potiora. Neque enim Aſiani, aut quocunque alio genere corrupti, res non viderunt, aut eos non collocauerunt: neque quos aridos vocamus, ſtulti aut in cauſſis cæci fuerunt: ſed his iudicium in eloquendo ac modus, illis vires defuerunt: vt appareat in hoc & vitium & virtutem eſſe dicendi. Non ideo tamen ſola eſt agenda cura verborum. Occurram enim neceſſe eſt, velut in veſtibulo protinus apprehenſuris hanc confeſſionem meam, reſiſtam iis qui omiſſa rerum (qui nerui ſunt in cauſſis) diligentia, quodam inani circa voces ſtudio ſeneſcunt: idque faciunt gratia decoris: quod eſt in dicendo mea quidem opinione pulcherrimum, ſed cum ſequitur, non cum affectatur. Corpora ſana & integri ſanguinis, & exercitatione firmata, ex iiſdem his ſpeciem accipiunt, ex quibus vires, namque & colorata & adſtricta, & lacertis expreſſa ſunt: ſed eadem ſi quis vulſa atque fucata muliebriter comat, fœdiſſima ſunt ipſo formæ labore. Et cultus conceſſus atque magnificus addit hominibus, vt Græco verſu teſtatum eſt, autoritatem: at muliebris & luxurioſus, non corpus exornat, ſed detegit mentem. Similiter illa tranſlucida & verſicolor quorundam elocutio, res ipſa effœminat, quæ illo verborum habitu veſtiuntur. Curam ego verborum, rerum volo eſſe ſolicitudinem. Nam plerunque optima rebus cohærent, & cernuntur ſuo lumine: at nos quærimus illa tanquam lateant ſemper, ſeque ſubducant. Ita nunquam putamus circa id eſſe, de quo dicendum eſt: ſed ex aliis locis petimus, & inuentis vim afferimus. Maiore animo aggredienda eloquentia eſt: quæ ſi toto corpore valet, vngues polire, & capillum reponere, non exiſtimabit ad curam ſuam pertinere. Sed euenit plerunque vt hac diligentia deterior etiam fiat oratio. Primum, quia ſunt optima minime accerſita, & ſimplicibus atque ab ipſa veritate profectis ſimilia. Nam illa quæ curam fatentur, ficta atque compoſita videri etiam volunt, nec gratiam conſequuntur, & fidem amittunt,

Vide Eraſ. chil. 3. cent. 1. adag. 60 Veſtis virum facit *vbi huius loci meminit & Homeri verſ. refert ex* Odiſſ.

pro-

propter id quod ſenſus obumbrant, & velut læto gramine ſata ſtrangulant. Nam & quod rectè dici poteſt, circumimus amore verborum: & quod ſatis dictum eſt, repetimus: & quod vno verbo patet, pluribus oneramus: & pleraque ſignificare melius putamus, quam dicere. Quid, quod nihil iam proprium placet, dum parum creditur diſertum, quod & alius dixiſſet? A corruptiſſimo quoque poetarum figuras ſeu tranſlationes mutuamur: tum demum ingenioſi ſcilicet, ſi ad intelligendos nos opus ſit ingenio. Atqui ſatis apertè Cicero præceperat, in dicendo vitium vel maximum eſſe, à vulgari genere orationis, atque à conſuetudine communis ſenſus abhorrere. Sed ille durus, atque ineruditus: nos melius, quibus ſordent omnia quæ natura dictauit: qui non ornamenta quærimus, ſed lenocinia, quaſi vero ſit vlla verborum, niſi rei cohærentium, virtus: quæ vt propria ſint & dilucida & ornata, & aptè collocentur, ſi tota vita laborandum eſt, omnis ſtudiorum fructus amiſſus eſt. Atque pleroſque videas hærentes circa ſingula, & dum inueniunt, & dum inuenta ponderant, ac dimetiuntur. Quod etiam ſi idcirco fieret, vt ſemper optimis vterentur, abominanda tamen hæc infelicitas erat, quæ & curſum dicendi refrenat, & calorem cogitationis extinguit mora & diffidentia. Miſer enim, & (vt ſi dicam) pauper Orator eſt, qui nullum verbum æquo animo perdere poteſt. Sed ne perdet quidem, qui rationem loquendi primum cognouerit, tum lectione multa & idonea copioſam ſibi verborum ſupellectilem compararit, & huic adhibuerit artem collocandi: deinde hæc omnia exercitatione plurima roborarit, vt ſemper in promptu ſint, & ante oculos. Nanque & hoc qui fecerit, ei res cum nominibus ſuis occurrent. Sed opus eſt ſtudio præcedente, & acquiſita facultate, & quaſi repoſita. Nanque iſta quærendi, iudicandi, comparandi anxietas, dum diſcimus adhibenda eſt, non cum dicimus. Alioqui SICVT qui patrimonium non pararunt, ſubinde quærunt: ita in oratione, qui non ſatis laborarunt. Si præparata vis dicendi fuerit, erunt in officio, ſic vt non ad requiſita reſpondere, ſed vt ſemper ſenſibus inhærere videantur, atque vt vmbra corpus ſequi. Tamen in hac ipſa cura eſt aliquid ſatis. Nam cum Latina, ſignificantia, ornata, apta ſint collocata, quid amplius laboremus? Quibuſdam tamen nullus finis calumniandi eſt, & cum ſingulis pene ſyllabis commorandi: qui etiam cum optima ſint reperta, quærunt aliquid

Proœmiũ.

1. de Orat. in prologo.

quod

Elocutio. quod ſit magis antiquum, remotum, inopinatum: nec intelligunt iacere ſenſus in oratione in qua verba laudantur. Sit igitur cura Elocutionis quam maxima, dum ſciamus tamen nihil verborum cauſſa eſſe faciendum; cum verba ipſa rerũ gratia ſint reperta: quorum ea ſunt maxime probabilia, quæ ſenſum animi noſtri optime promunt, atque in animis iudicum quod volumus efficiunt. Ea debent præſtare ſine dubio & admirabilem & iucundam orationem. Verum admirabilem non ſic, quomodo prodigia miramur: & iucundam orationem non deformi voluptate, ſed cum laude ad dignitatem coniuncta.

Quæ in Elocutione ſpectanda.

CAP. I.

ARGVMENTVM.

Quid eſſet Elocutio, ex procœmio cognouimus: proximum erat, vt quomodo diuideretur; & quibus conſtaret, diceremus. Spectari ergo Elocutionem ait in verbis aut ſingulis, aut coniunctis, vtraque ſuis propriis circumſcribit, repetita quorundam ex primo libro mentione, atque hoc inſuper addito, vt verba ſint nimis peregrina & externa, neue curioſa & affectata oratio.

Phraſis *qualis vox Græca.* IGitur quam Græci φράσιν vocant, Latine dicimus Elocutionem. Eam ſpectamus in verbis aut ſingulis, aut coniunctis. In ſingulis intuendum eſt, vt ſint Latina, perſpicua, ornata, & ad id quod efficere volumus, accommodata. In coniunctis, vt emendata, vt collocata, vt figurata. Sed ea quæ de ratione Latine atque emendate loquendi fuerunt dicenda, in libro primo cum de grammatice loqueremur, executi ſumus. Verum illic tantum ne vitioſa eſſent, præcepimus: hic non alienum eſt admonere, vt ſint quamminime peregrina, & externa. Multos enim quibus loquendi ratio non deſit, inuenias; quos curioſe potius loqui dixeris, quam Latine: quomodo & illa Attica anus Theophraſtum hominem alioqui diſertiſſimum, annotata vnius affectatione verbi, hoſpitem dixit: nec alio ſe id *De Liuij laude vid. Plin. epiſt. l. 2. epi 3.* deprehendiſſe interrogata reſpondit, quam quod nimium Attice loqueretur. Et in Tito Liuio miræ facundiæ viro, putat ineſſe Pollio Aſinius quandam Patauinitatem. Quare, ſi fieri poteſt, & verba omnia, & vox, huius alumnum vrbis oleant: vt oratio Romana plane videatur, non ciuitate donata.

De

De perſpicuitate.

De Perſpicuitate.

CAP. II.

ARGVMENTVM.

Elocutionis has eſſe virtutes dicit, vt in ſingulis verba perſpicua ſint, & ornata: in coniunctis collocata & figurata. Nam vt Latina ſint & emendata, ad grammaticũ pertinere oſtendit. Primam ergo virtutem Perſpicuitatem aggreditur, quam effici verborum proprietate contendit; cuius octo modos enumerat, quorum primo vitium, quod improprium vocant, opponit: docetq; non omnia quæ propria non ſint, improprii vitio laborare: cum abuſio & translatio neceſſaria ſint, & pro propriis recepta quæ per eas efferuntur. Nam proprietatem non ad nomen, ſed ad vim ſignificandi referri. Et quia obſcœna ſordida & humilia vitanda ſint, primi modi vſum non eſſe ſemper oſtendit; & humilia ſemper vitantes etiam vbi cauſſa non poſtularet, ea quæ in vſu ſunt, reformidant, ridendos eſſe iudicat. ¶ Perſpicuitati obſcuritatem opponit, cuius in verbis ſingulis tres modos enumerat: nimis vetuſta, regionibus familiaria; & artium propria, & homonyma. In coniunctis modos octo: ſermonem nimis longum, hyperbatum, parentheſin nimis longam, amphiboliam, inanium verborum turbam, obſcuritatem, nimiam breuitatem, ſermonem verbis apertis occultos ſenſus habentem. Quibus enumeratis, quæ ſit perſpicuitatis obſeruatio, virtus & forma, cum ſumma eius commendatione præſcribit.

PErſpicuitas in verbis præcipuam habet proprietatem: ſed proprietas ipſa non ſimpliciter accipitur. Primus enim intellectus eſt, ſua cuiuſque rei appellatio: qua non ſemper vtimur. Nam & obſcœna vitabimus, & ſordidia, & humilia. Sunt autem humilia infra dignitatem rerum, aut ordinis. In quo vitio cauendo non mediocriter quidam errare ſolent, qui omnia quæ ſunt in vſu, etiamſi cauſſæ neceſſitas poſtulet, reformidant: vt ille qui in actione Ibericas herbas ſe ſolo nequicquã intelligente, dicebat, niſi irridens hanc vanitatem Caſſius Seuerus, ſpartum eum dicere velle indicaſſet. Nec video quare clarus Orator duratos muria piſces nitidius eſſe crediderit, quam ipſum id quod vitabat. In hac autem proprietatis ſpecie, quæ nominibus ipſis cuiuſque rei vtitur, nulla virtus eſt: atq; ei contrarium eſt vitium id quod apud nos improprium, ἄκυρον apud Græcos vocatur: quale eſt,

Tan-

Elocutio.

Virg. Æneid. 4.

*al. Mortem.

*al. de cruce.

—*Tantum ſperare dolorem.* Aut quod in oratione Dolabellæ emendatum à Cicerone annotaui, Mortem* ferre. aut qualia nunc laudantur à quibuſdam, quorum eſt decernere,* verba ceciderunt. Non tamen quicquid non erit proprium, protinus & improprii vitio laborabit: quia primum omnium multa ſunt & Græce & Latine non denominata. Nam & qui iaculum emittit, iaculari dicitur: qui pilam aut ſudem, appellatione priuatim ſibi aſſignata caret: & vt lapidare quid ſit manifeſtum eſt, ita glebarum teſtarumque iactus non habet nomen. Vnde abuſio, quæ κατάχρησις dicitur, neceſſaria. Trãſlatio quoque, in qua vel maximus eſt orationis ornatus, verba non ſuis rebus accommodat. Quare proprietas non ad nomen, ſed ad vim ſignificandi refertur: nec auditu, ſed intellectu perpendenda eſt. Secundo modo dicitur proprium inter plura quæ ſunt eiuſdem nominis, id, vnde cætera ducta ſunt: vt vertex eſt contorta in ſe aqua, vel quicquid aliud ſimiliter vertitur. Inde propter flexum capillorum, pars eſt ſumma capitis: & ex hoc, quod eſt in omnibus eminentiſſimum. Recte inquam, dixeris hæc omnia vertices, proprie tamen, vnde initium eſt. Sic ſoleæ & turdi piſces, & cætera. Tertius eſt huic diuerſus modus, cum res communis pluribus, in vno aliquo habet nomen eximium: & carmen funebre proprie Nænia: & tabernaculum ducis, Auguſtale. Item quod commune eſt & aliis nomen: intellectu alicui rei peculiariter tribuitur; vt vrbem, Romam accipimus: & venales, nouitios: & Corinthia, æra: cum ſint vrbes aliæ quoque, & venalia multa, & tam aurum & argentum, quam æs Corinthium. Sed ne in his quidem virtus Oratoris inſpicitur. At illud iam non mediocriter probandum, quod hoc etiam laudari modo ſolet vt proprie dictum; id eſt, quo nihil inueniri poſſit ſignificantius: vt Cato dixit C. Cæſarem ad euertendam rempublicam ſobrium acceſſiſſe: vt Virgilius *deductum carmen*, & Horatius *acrem tibiam, Hannibalemque dirum.* In quo modo illud quoque eſt à quibuſdam traditum proprii genus ex appoſitis, quæ epitheta dicuntur, vt, *Dulce muſtum*: &, *Cum dentibus albis.* De quo genere alio loco dicendum eſt. Etiam quæ bene tranſlata ſunt, propria dici ſolent. Interim autem quæ ſunt in quoque genere præcipua, proprii locum accipiunt, vt Fabius inter plures imperatoris virtutes *Cunctator* eſt appellatus. Poſſunt videri verba quæ plus ſignificant quam elo-

Eclog. 9.

Serm. 1.

loquuntur, in parte ponenda perſpicuitatis : intellectum e-nim adiuuant. Ego autem libentius emphaſim retulerim ad ornatum orationis, quia non vt intelligatur efficit, ſed vt plus intelligatur. At obſcuritas fit etiam verbis ab vſu remotis : vt ſi commentarios quis pontificum, & vetuſtiſſima fœdera, & exoletos ſcrutatus autores, id ipſum petat ex eis, vt quæ inde contraxerit, non intelligantur. Hinc enim aliqui famam eruditionis affectant, vt quædam ſoli ſcire videantur. Fallunt etiam verba vel regionibus quibuſdam magis familiaria, vel artium propria, vt *Atabulus ventus*, & *nauis Saccaria*, & *In malato ſanum*. Quæ vel vitanda apud iudicem ignarum ſignificationum earum, vel interpretanda ſunt: ſicut in his quæ homonyma dicuntur; vt, Taurus animal ſit, an mons, an ſignum in cœlo, an nomen hominis, an radix arbotis, niſi diſtinctum non intelligitur. Plus tamen eſt obſcuritatis in contextu & continuatione ſermonis, & plures modi. Quare nec ſit tam longus, vt eum proſequi non poſſit intentio: nec traiectione tam tardus, vt in hyperbaton finis eius differatur. Quibus adhuc peior eſt mistura verborum, qualis in illo verſu,

Saxa vocant Itali mediis quæ in fluctibus, aras.

Etiam interiectione, qua & Oratores & Hiſtorici frequenter vtuntur, vt medio ſermone aliquem inſerant ſenſum, impediri ſolet intellectus, niſi quod interponitur, breue eſt. Nam Virgilius illo loco quo pullum equinum deſcribit, cum dixiſſet,

Nec vanos horret ſtrepitus,—

compluribus inſertis, alia figura quinto demum verſu redit,

—Tum ſi qua ſonum procul arma dedere,
Stare loco neſcit.—

Vitanda in primis ambiguitas, non hæc ſolum de cuius genere ſupra dictum eſt, quæ incertum intellectum facit, vt, Chremetem audiui percuſſiſſe Demeam: ſed illa quoque, quæ etiāſi turbare non poteſt ſenſum, in idem tamen verborum vitium incidit: vt ſi quis dicat, viſum à ſe hominem librum ſcribentem. Nam etiamſi librum ab homine ſcribi pateat; male tamen compoſuerat, feceratq; ambiguū, quantum in ipſo fuit.

Eſt etiam in quibuſdam turba inanium verborum, qui dum communem loquendi morem reformidant, ducti ſpecie nitoris, circumeunt omnia copioſa loquacitate quæ dicere volūt: ipſam deinde illam ſeriem cum alia ſimili iungentes, miſcentesq;, vltra quam vllus ſpiritus durare poſſit, extendunt. In hoc malum

De Perſpicuitate.

Emphaſis.

Vide Calium. l.3.c.15

Vox Taurus vt varia ſignificet.

Hyperbatō ſiue Hyperbaſis vox Græca ſignificans transgreſſionem verbi.

Æneid.11

Georg.3.

Lachetē *dicit ſupr. lib.7.c.9. de Ambiguo.*

Elocutio.

malum etiam à quibuſdam laboratur: neque id nouum vitium eſt, cum iam apud Titum Liuium inueniam fuiſſe præceptorē aliquē qui diſcipulos obſcurare quæ dicerent, iuberet, Græco verbo vtens, σκότισον. Vnde illa ſcilicet egregia laudatio, Tanto melior: ne ego quidem intellexi.

Alii breuitatis æmuli, neceſſaria quoq; orationi ſubtrahunt verba, & velut ſatis ſit ſcire ipſos quæ dicere velint, quantum ad alios pertineat, nihil putant. At ego ocioſum ſermonem dixerim, quem auditor ſuo ingenio non intelligit. Quidam emutatis in peruerſum dictis, de figuris idem vitium conſequūtur. Peſſima vero ſunt ἀδιανόητα, hoc eſt quę verbis aperta, occultos ſenſus habent: vt, Conductus eſt cæcus ſecus viam ſtare: & qui ſuos artus morſu lacerāſſet, fingitur in ſcholis ſupra ſe cubaſſe. Ingenioſa hæc & fortia, vt ex ancipiti diſerta credantur, perficiunt. At perſuaſit quidem iam multos iſta perſuaſio, vt id iam demum eleganter atque exquiſite dictum putent, quod interpretandum ſit. Sed auditoribus etiam nonnullis grata ſunt hæc, quæ cum intellexerint, acumine ſuo delectantur, & gaudent non quaſi audiuerint, ſed quaſi inuenerint. Nobis prima ſit virtus perſpicuitas, propria verba, rectus ordo, non in longum dilata concluſio: nihil neque deſit, neque ſuperfluat. Ita ſermo & doctis probabilis, & planus imperitis erit. Hæc eſt eloquendi obſeruatio. Nam rerum perſpicuitas quo modo præſtanda ſit, diximus in præceptis narrationis. Similis autem ratio eſt in omnibus. Nam ſi neque pauciora quam oportet, neque plura, neque inordinata aut indiſtincta dixerimus, erunt dilucida, & negligenter quoque audientibus aperta: quia idipſum in conſilio eſt habendum, non ſemper tam eſſe acrem iudicis intentionem, vt obſcuritatem apud ſe ipſe diſcutiat, & tenebris orationis inferat quoddam intelligentiæ ſuæ lumen: ſed multis eum frequenter cogitationibus auocari: niſi tam clara fuerint quæ dicemus, vt in animum eius *ratio, vt Sol in oculos, etiamſi in eam non intendatur, incurrat. Quare non vt intelligere poſſit, ſed ne omnino poſſit non intelligere, curandum. Propter quod etiam repetimus ſæpe, quæ non ſatis percepiſſe eos qui cognoſcunt, putamus. Quæ cauſſa vtique noſtra eſt culpa* dicta obſcurius, qua cauſſa ad planiora & communia magis verba deſcendimus: cum id ipſum optime fiat, quod nos aliquando non optime feciſſe ſimulamus.

*al. oratio

*al. noſtra culpa dicta obſcurius eſt.

De

De Ornatu. De Ornatu.

CAP. III.

ARGVMENTVM.

Laudem ornatus amplificat ab eius pulchritudine & difficultate, per comparationem: quantaq; ſit eius vis, ex Ciceronis oratione pro Cornelio, eiuſdemq; alio loco teſtimoniis & variis ſimilitudinibus probat. Qualis ornatus eſſe debeat, definit: non effœminatus, nõ adſcititius aut fucatus; ſed ſanctus, fortis, virilis, & ſpeciem cũ vtilitate iunctam habens. Eundem pro diuerſo materiæ genere variandum monet, atq; in genere demonſtratiuo in quo plenius velis ferri debet, longe alium eſſe quam in deliberatiuo & iudiciali, à quibus etiamſi preſſior & caſtigatior ſit, non tamen excludatur. Ornatum eſſe in ſingulis verbis, & coniunctis, vt perſpicuitatem: nam quod ſupra dixit, in verbis ſingulis ſpectari an perſpicua & ornata ſint, ad primam poſitionem referendum eſt, vt poſtea toti orationis corpori eadem virtutes ſeruiant. Primum in ſingulis magnum eſſe ſynonymiæ vſum: quia cum plura idem ſignificent, aliaq; honeſtiora, ſublimiora, iucundiora, aut vocaliora ſint; licet, quæ rebus accommodatiſſima erunt, eligere: vt atrocibus verba ipſo auditu aſpera dare, à rebus humilibus ſublimia procul auferre. Contra vbi ſubmittenda erit oratio, in verbis humilibus magnam vim repoſitam exiſtimare. omnia Ciceronis, Horatiiq; & Virgilij illuſtribus exemplis demonſtrat. Verborum ex quibus ornatus petatur, triplicem ſectionem facit, aut enim propria eſſe, aut ficta, aut translata. Propria, ornata eſſe, & dignitatem conſequi, ſi antiqua ſint, & cum modo ſumantur, nec ab illis obliteratis temporibus repetantur. Ficta vero Græcis quam Latinis eſſe magis conceſſas: quibus nouare vix permittitur, niſi his ſe remediis præmuniant: Permitte mihi vt ſic loquar, liceat ita dicere, *&c. At verba flectere, deriuare, componere ſatis concedi.* ¶ *Translata, de quibus* cap. de tropis *amplius loquetur, extra contextum orationis probari non poſſe, nec vlla ſingula per ſe vim habere tradit. Itaq; à ſingulis ad coniuncta tranſit. Coniuncti ſermonis ornatum in duo partitur: quam elocutionem concipiamus, & quomodo efferamus. In primo conſtare debere: minuendumne, an augendum ſit: remiſſe dicendum, an concitate, &c. In ſecundo quibus translationibus, figuris, & ſententiis, & qua collocatione intentionem perficiamus. Et quia vitio carere prima ſit virtus, antequam ad ornatum & eius virtutes accedat, orationis vitia eidẽ contraria recenſet, cacophaton, cuius plures ſpecies facit, tapinoſin, & ei vitium contrarium, rebus paruis exceſſum immoderatum*

Elocutio. *tum tribuens, mioſin, tautologian, epanalepſin, homiologian, macrologian, pleonaſmon, periergiam, cacozelon, anœconomeron, aſchematon, cacoſyntheton, cœniſmon, quæ omnia exemplis appoſitis explicat.* ¶ *His enumeratis ad ornatum redit, cuius partibus ſupra nominatis cultum qui omnia nitidiora facit, quoq; orationis ornamenta continentur, adiungit, inter quæ energian quam repræſentationem alij vocent, numerat, & expreſſam rei imaginem hypotypoſin aliis dictam, aliis rerum ſub oculos ſubiectionem: quibus oratio maxime redditur illuſtris. Exempla ex Cicerone & Virgilio & à ſe ficta profert.* ¶ *Valere ſimilitudines quoq; plurimum ad res illuſtrandas, præter illas quæ rebus probandis adhibentur: & quid circa illam obſeruandum, quæque ſimilitudinis ſit & parabola; quæ eiuſdem ſpecies eſt, ratio, quotq; genera, docet.* ¶ *His brachylogian, virtutem qua res breuiter ante oculos ponitur, atq; emphaſin, qua plus intelligitur quam dicitur, & diuerſa virtute magnam vim orationi adferentem aphelian adiungit: aceruatim vero dinoſim, phantaſian, exergaſiam, hyperexergaſiam, energiam recenſet.* ¶ *Poſtremo vim oratoris in augendo & minuendo, vt ad ſequens caput tranſitum faciat, concludit.*

VEnio nunc ad Ornatum: in quo ſine dubio plus quam in cæteris dicendi partibus ſibi indulget Orator. Nam emendate quidem ac dilucide dicentium, tenue præmium eſt, magiſque vitiis carere, quam vt aliquam magnam virtutem adeptus eſſe videaris. Inuentio cum imperitis ſæpe communis: Diſpoſitio modicæ doctrinæ credi poteſt: & quæ ſunt artes altiores, plerunque occultantur, vt artes ſint. denique omnia hæc ad vtilitatem cauſſarum ſolam referenda ſunt. Cultu vero atque ornatu ſe quoque commendat ipſe qui dicit, & in cæteris iudicium doctorum, in hoc vero etiam popularem laudem petit. Nec fortibus modo, ſed etiam fulgentibus armis præliatus in cauſſa eſt Cicero Cornelii: qui non aſſecutus eſſet docendo iudicem tantum, & vtiliter demum ac Latine perſpicueque dicendo, vt populus Romanus admirationem ſuam non acclamatione tantum, ſed etiam plauſu confiteretur. Sublimitas profecto, & magnificentia, & nitor, & autoritas expreſſit illum fragorem. Nec tam inſolita laus eſſet proſecuta dicentem, ſi vſitata & cæteris ſimilis fuiſſet oratio. Atque ego illos credo qui aderant, nec ſenſiſſe quid facerent, nec ſponte iudicioque plauſiſſe: ſed velut mente captos, & quo eſſent in loco ignaros, erupiſſe in hunc vo-

luntatis affectum. Sed ne cauſſæ quidem parum conferti-dem hic orationis ornatus. Nam qui libenter audiunt, & magis attendunt, & facilius credunt: plerunque ipſa delectatione capiuntur, nonnunquam admiratione auferuntur. Nam & ferrum affert oculis terroris aliquid, & fulmina ipſa non tam nos confunderent, ſi vis eorum tantum, non etiam ipſe fulgor timeretur. Recteque Cicero his ipſis ad Brutum verbis quadam in epiſtola ſcribit, Nam eloquentiam quæ admirationem non habet, nullam iudico. Ariſtoteles quoque eandem petendam maxime putat. Sed his ornatus (repetam enim) virilis, fortis, & ſanctus ſit: nec effœminatam læuitatem, nec fuco eminentem colorem amet, ſanguine & viribus niteat. Hoc autem adeò verum eſt, vt cum in hac maxime parte ſint vicina virtutibus vitia, etiam qui vitiis vtuntur, virtutis tamen his nomen imponant. Quare nemo ex corruptis dicat me inimicum eſſe culte dicentibus. Non nego hanc eſſe virtutem, ſed illis eam non tribuo. An ego fundum cultiorem putem, in quo mihi quis oſtenderit lilia & violas, & amœnos fontes ſurgentes, quam vbi plena meſſis, aut graues fructu vites erunt? Sterilem platanum, tonſaſque myrtos, quam maritam vlmum & vberes oleas præoptauerim? Habeant illa diuites: licet. quid eſſent, ſi aliud nihil haberent? Nullusne ergo etiam fructiferis adhibendus eſt decor? quis negat? Nam & in ordinem certaque interualla redigam meas arbores. Quid enim illo quincunce ſpecioſius, qui, in quamcunque partem ſpectaueris, rectus eſt? Sed protinus in id quoque prodeſt, vt terræ ſuccum æqualiter trahant. Surgentia in altum cacumina oleæ, ferro coercebo: in orbem ſe formoſius fundet, & protinus fructum ramis pluribus feret. Decentior equus, cuius adſtricta ſunt ilia, ſi idem velocior. Pulcher aſpectu ſit athleta, cuius lacertos exercitatio expreſſit, idem certamini paratior. NVNQVAM vera ſpecies ab vtilitate diuiditur. Sed hoc quidem diſcernere modici iudicii eſt. Illud obſeruatione dignius, quod hic ipſe honeſtus ornatus pro materiæ genere debet eſſe variatus. Atque vt à prima diuiſione ordiar, non idem demonſtratiuis, & deliberatiuis, & iudicialibus cauſſis conueniet. Nanque illud genus oſtentationi compoſitum, ſolam petit audientium voluptatem: ideoque omnes dicendi artes aperit, ornatumque orationis exponit: vt qui non inſidietur, nec ad victoriam,

De Ornatu.

Xenophon in Oeconomico, & Cic. in Catone.

Elocutio. ſed ad ſolum finem laudis & gloriæ tendat. Quare quicquid erit ſententiis populare, verbis nitidum, figuris iucundum, translationibus magnificum, compoſitione elaboratum, velut inſtitor quidam eloquentiæ, intuendum, & pene pertractandum dabit Nam euentus ad ipſum non ad cauſſam refertur. At vbi res agitur, & vera dimicatio eſt, vltimus ſit famæ locus. Propterea non debet quiſquam, vbi maxima rerum momenta verſantur, de verbis eſſe ſolicitus. Neque hoc eo pertinet, vt in his nullus ſit ornatus, ſed vti preſſior & ſeuerior, eo minus confeſſus, præcipue ad materiam accommodatus. Nam & ſuadendo ſublimius aliquid ſenatus, concitatius populus, & in iudiciis publicæ capitaleſque cauſſæ poſcunt accuratius dicendi genus. At priuatum conſilium, cauſſaſque paucorum, vt frequenter accidit, calculorum, purus ſermo, & diſſimilis curæ magis decuerit. An non pudeat certam creditam pecuniam periodis poſtulare? aut circa ſtillicidia affici? aut in mancipii redhibitione ſudare? Sed ad propoſitum. Et quoniam orationis tam ornatus quam perſpicuitas aut in ſingulis verbis eſt, aut in pluribus poſitus: quid ſeparata, quid coniuncta exigant, conſideremus. quanquam rectiſſime traditum eſt, perſpicuitatem propriis, ornatum translatis verbis magis egere. Sciamus inornatum eſſe, quod ſit improprium. Sed cum idem frequentiſſime plura ſignificent, quod *συνωνυμία* vocatur, iam ſunt aliis alia honeſtiora, ſublimiora, nitidiora, iucundiora, vocaliora. Nam vt ſyllabæ è literis melius ſonantibus clariores ſunt, ita verba è ſyllabis magis vocalia: & quo plus quæque ſpiritus habet, auditu pulchrior. Et quod facit ſyllabarum, idem verborum quoque inter ſe copulatio, vt aliud alii iunctum melius ſonet. Diuerſus eſt tamen vſus. Nam rebus atrocibus verba etiam ipſo auditu aſpera magis conueniunt. In vniuerſum quidem, optima ſimplicium creduntur, quæ aut maxime exclamant, aut ſono ſunt iucundiſſima. Et honeſta quidem turpibus potiora ſemper, nec ſordidis vnquam in oratione erudita locus. Clara illa atque ſublimia plerunque materiæ modo cernenda ſunt. Quod enim alibi magnificum, tumidum alibi. Et quæ humilia circa res magnas, apta circa minores videntur. Et ſicut in oratione nitida notabile eſt humilius verbum, & velut macula: ita à ſermone tenui ſublime nitidumque diſcordat, fitque corruptum, quia in pla-

συνωνυμία.
Cicer. in Part.

no tumet. Quædam non tam ratione quam ſenſu iudicantur: vt illud, De Ornatu.

—Caſa iungebant fœdera porca fecit elegans, fictio nominis: quod ſi fuiſſet porco, vile erat. in quibuſdam ratio manifeſta eſt. Riſimus, & merito, nuper poetam qui dixerat, *Æneid. 8.*

Prætextam in ciſta mures roſere Camilli,

At Virgilii miramur illud, *—Sæpe exiguus mus.* *Georg. 4.*

Nam epitheton exiguus, aptum proprium effecit ne plus expectaremus, & caſus ſingularis magis decuit, & clauſula ipſa vnius ſyllabæ non vſitata, addit gratiam. Imitatus eſt itaque vtrunque Horatius,

—Naſcetur ridiculus mus. *In arte.*

Nec augenda ſemper oratio, ſed ſubmittenda nonnunquã eſt. Vim rebus aliquando & ipſa verborum humilitas affert. An cum dicit in Piſonem Cicero, Cum tibi tota cognatio in ſarraco aduehatur, incidiſſe videtur in ſordidum nomen, nō eo contemptum hominiſquẽ deſtructum volebat, auxiſſe? Et alibi, Caput opponis cum eo coruſcans Vnde interim grati idiotis ioci: qualis eſt ille apud M. Tullium, Puſio qui cum maiore ſorore cubitabat. Et, Cn. Flauius, qui cornicum oculos confixit. Et pro Milone illud, Heus vbi Ruſcio? &, Erutius Antoniaſter Id tamen in declamationibus eſt notabilius, laudarique me puero ſolebat. Da patri panem. & in eodem, Etiã canem paſcis. Res quidem præcipue in ſcholis anceps, ſed frequenter cauſſa riſus, nunc vtique, cum hæc exercitatio procul à veritate ſeiuncta, laboret incredibili verborum faſtidio, ac ſibi magnam partem ſermonis abſciderit. Cum ſint autem verba propria, ficta, tranſlata: propriis dignitatem dat antiquitas. nanque & ſanctiorem & magis admirabilem faciunt orationem, quibus non quilibet fuerat vſurus: eoque ornamento acerrimi iudicii P. Virgilius vnice eſt vſus. Olli enim, & quianam, & mis, & pone, pellucent & aſpergunt illam, quæ etiam in picturis eſt gratiſſima, vetuſtatis inimitabilem, arti autoritatem Sed vtendum modo, nec ex vltimis tenebris repetenda. Satis eſt vetus, Quæſo, quid neceſſe eſt dicere? Oppido, quo ſunt vſi paululum tempore noſtro ſuperiores, vereor etiam non ferat quiſquam: certe Antigerio, cuius eadem ſignificatio eſt, nemo niſi ambitioſus vtetur. Ærumnas quid opus eſt? tanquam parum ſit ſi dicatur labor. Horridum, reor: tolerabile, autumo: tragicum, prolem ducendam: vniuerſam eius proſapiam, inſulſum. Quid multa? totus prope

Pro Cælio. *Pro Muræna.* *Pro Vareno, autore Priſciano.* *Æneid. 1. 5. & 2.* *Ci. 2. de fi.* *Cicer. 3. de Orat.*

Elocutio. mutatus eſt ſermo. Quædam tamen adhuc vetera vetuſtate ipſa gratius nitent, quædam enim neceſſario interim ſumuntur. * Emancipare, &fari, &multa alia etiam audientibus grata inſeri poſſunt, ſed ita demum, ſi non appareat affectatio. In qua mirifice Vergilius,*

3. de Orat. * Al. ſumũtu nuncupare, & fari.

In Priapeis. * Al. Virgilius eſt * Al. Corinthiorũ. * Al. Tyranni.

Et Hormethiorum amator iſte verborum,*
Iſte iſte rhetor. nanque quatinus totus
Thucydides Britannus, Attica febres,*
Tau Gallicum imminet: ipſemet male illiſit.
Ita omnia iſta verba miſcuit fratri.

Cimber hic fuit, à quo fratrem necatum hoc Ciceronis dicto notatum eſt, *Germanum Cimber occidit*. Nec minus noto Salluſtius epigrammate inceſſitur,

Et verba antiqui multum furate Catonis
Criſpe, Iugurthinæ conditor hiſtoriæ.

Vide Baptiſtam Pium ca. 43. Philip. II.

Odioſa cura. Nam eſt cuilibet facilis, & hoc peſſima, quod rei ſtudioſus, non verba rebus aptauit, ſed res extrinſecus arceſſit, quibus hæc verba conueniant. Fingere, vt primo libro dixi, Græcis magis conceſſum eſt, qui ſonis etiam quibuſdam & affectibus non dubitauerunt nomina aptare: non alia libertate, quam qua illi primi homines rebus appellationes dederunt. Noſtri autem in iungendo aut deriuando paulum aliquid auſi, vix in hoc ſatis recipiuntur. Nam memini iuuenis admodum inter Pomponium & Senecam etiã præfationibus

3. de Orat. eſſe tractarum, an, gradus eliminat, apud Accium in Tragœdia dici oportuiſſet. At veteres ne *expectorat*, quidem timuerunt. Et ſane eiuſdem notæ eſt, *exanimat*. At in tractu & de-

De natur. deor. I. & Libr. epiſt. ad Att. 9. epi. 81

clinatione talia ſunt, qualia apud Ciceronem *beatitas & beatitudo*: quæ dura quidem ſentit eſſe, veruntamen vſu putat poſſe molliri. Nec à verbis modo, ſed à nominibus quoque deriuata ſunt quædam, vt à Cicerone *ſullaturit*,* & ab Aſinio *fimbriaturit & figulaturit*. Multa ex Græco formata noua, ac

*Al Subucularum, &ab Aſi. fimbriatũ &fibulatum.

plurima à Sergio Flauio, quorum dura quædam admodum videntur, vt *ens*, & *eſſentia*: quæ cur tantopere aſpernemur, nihil video, niſi quod iniqui iudices aduerſus nos ſumus, ideoque paupertate ſermonis laboramus. Quædam tamen perdurant. Nam & quæ vetera nunc ſunt, fuerunt olim noua, & quædam in vſu perquam recentia, vt Meſſala primus *reatum, munerarium* Auguſtus primus, dixerunt. *Piraticam* quoq; vt *muſicam* & *fabricam* dici adhuc dubitabant mei præceptores. *Fauorem & vrbanum*, Cicero noua credit. Nam & in epiſtola

ad

ad Brutum, *Eum*, inquit, *amore & eum (vt hoc verbo vtar) fauorem in conſilium aduocabo*. Et ad Appium Pulchrum, Te hominem non ſolum ſapientem, verum etiam (vt nunc loquuntur) vrbanum. Idem putarà Terentio primum dictum eſſe obſequium. Cæcilius ad Siſennam, Albenti cœlo. *Ceruicem* videtur Hortenſius primus dixiſſe: nam veteres plurali ter appellabant. Audendum itaque. Neque enim accedo Celſo, qui ab Oratore verba fingi vetat. Nam cum ſint eorum alia (vt dicit Cicero) natiua, id eſt quæ ſignificata ſunt primo ſenſu: alia reperta, quæ ex his facta ſunt, vt iam nobis ponere alia quam quæ illi rudes homines primique fecerunt, faſnō ſit; ac deriuare, flectere, coniungere, quo natis poſtea conceſſum eſt, quando deſiit licere? Et ſi quid periculoſum finxiſſe videbitur, quibuſdam remediis præmuniendum eſt, Vt ita dicam, ſi licet dicere, quodammodo, permitte mihi ſic. Quod idem etiam in iis quæ licentius translata erunt, proderit, quæ non tuto dici poſſunt. In quo non falli iudicium noſtrum, ſolicitudine ipſa manifeſtum erit. Qui de re Græcum erit illud elegātiſſimum, quo præcipitur illa, προεπιπλήσσειν τῇ ὑπερβολῇ. Translata probari niſi in contextu ſermonis nō poſſunt. Itaque de ſingulis verbis ſatis dictum, quæ, vt alio loco oſtendi, per ſe nullam virtutem habent. Sed ne inornata ſunt quidem, niſi cum ſunt infra rei de qua loquendum eſt, dignitatem: excepto, ſi obſcœna nudis nominibus enuntientur. Quod viderint, qui non putant eſſe vitanda; quia nec ſit vox vlla natura turpis: & ſi qua eſt rei deformitas, alia quoq; appellatione quacunque ad intellectum eundem nihilominus perueniat. Ego Romani pudoris more contentus, vt iam reſpondi talibus, verecundiam ſilentio vindicabo.

De Ornatu. — *Ep. lib. 3.* — *In Adria.* — *3. de Orat. & in Part.* — *Lib. 1. ca. 5.* — *Cic. epiſt. famil. 9. & piſt. 22.*

Iam hinc igitur ad coniuncti ſermonis rationē tranſeamus. Cuius ornatus in hæc duo prima diuiditur, quā concipiamus elocutionem, quo modo efferamus. Nam primum eſt, vt liqueat, augere quid velimus, an minuere: concitate dicere, an moderate: læte, an ſeuere: abundanter, an preſſe: aſpere, an leniter: magnifice, an ſubtiliter: grauiter, an vrbane. Tum quo tranſlationis genere, quibus figuris, qualibus ſententiis, quo modo, qua poſtremo collocatione, id quod intendimus, efficere poſſimus. Cæterum dicturus quibus ornetur oratio, prius ea quæ ſunt huic contraria laudi, attingam: nam PRIMA virtus eſt, vitio carere. Igitur ante omnia, ne ſperemus ornatam orationem fore, quæ probabilis non erit. Probabile au-

Elocutio. tem Cicero id genus dicit, quod non plus minuſue eſt quam decet. Non quia comi expolirique non debeat: nam & hæc *In partit.* ornatus pars eſt: ſed quia VITIVM eſt vbique quod nimium eſt. Itaque vult eſſe autoritatem & pondus in verbis, ſententias vel graues, vel aptas opinionibus hominum ac moribus. His enim ſaluis licet aſſumere ea quibus illuſtrem fieri orationem putat. Delectant translata, ſuperlata, ad nomen adiuncta, duplicata, & idem ſignificantia, ab ipſa actione atq; ab imitatione rerum non abhorrentia.

¶ Sed quoniam vitia prius demonſtrare aggreſſi ſumus, vel hoc vitium ſit, quod κακέμφατον vocatur: ſiue mala conſuetudine in obſcœnum intellectum ſermo detortus eſt, vt *Ductare exercitus*, & *Patrare bellum*, apud Salluſtiũ dicta ſancte & antique, ridentur à nobis, ſi diis placet. quam culpam non ſcribentium quidem iudico, ſed legentium: tamen vitanda, quatinus verba honeſta moribus perdidimus, & euincentibus etiam vitiis cedendum eſt; ſiue iunctura deformiter ſonat, vt ſi cum hominibus notis loqui nos dicimus, niſi hoc ipſum hominibus medium ſit, in præfata videmur incidere: quia vltima prioris ſyllabæ litera, quæ exprimi niſi labris coeuntibus non poteſt, aut interſiſtere nos indecentiſſime cogit, aut continuata cum inſequente in naturam eius corrumpitur. Aliæ coniunctiones aliquid ſimile faciunt, quas perſequi longum eſt, in eo vitio quod vitandum dicimus, commorantes. Sed diuiſio quoque affert eandem iniuriam pudori, vt ſi *intercapedinis* nominatiuo caſu quis vtatur. Nec ſcripto modo id accidit, ſed etiam ſenſu plerique obſcœne intelligere, niſi caueris, cupiunt: vt apud Ouidium.

Metam. I. *Quæque latent, meliora putat.* ac ex verbis quæ longiſſime ab obſcœnitate abſunt, occaſionem turpitudinis rapere. Si quidem Celſus cacophaton apud Virgilium putat.

Georg. I. *Incipiunt agitata tumeſcere.* quod ſi recipias, nihil loqui tutũ eſt.

¶ Deformitati proximum eſt humilitatis vitium ταπείνωσιν vocant, qua rei magnitudo vel dignitas minuitur: vt *Saxea eſt verruca in ſummo montis vertice.* Cui natura contrarium, ſed errore par eſt: paruis dare excedentia modum nomina, niſi cũ ex induſtria riſus inde captatur. Itaque nec parricidam, nequam dixeris hominem: nec deditum forte meretrici, nefarium: quod alterum parum, alterũ nimium eſt. Proinde quædã hebes, ſordida, ieiuna, triſtis, ingrata, vilis oratio eſt. Quæ vitia facillime fiunt manifeſta contrariis virtutibus. Nam primum

mum acuto, ſecundũ nitido, tertium copioſo, deinceps hilari, iucundo, accurato diuerſum eſt. De Ornatu.

¶ Vitanda & μείωσις, cum ſermoni quidem deeſt aliquid quo minus plenus ſit: quanquam id obſcuræ potius quam inornatæ orationis vitium eſt.

¶ Sed hoc quoq; cum à prudentibus fit, ſchema dici ſolet, ſicut ταυτολογία, id eſt eiuſdẽ verbi aut ſermonis iteratio. Hæc enim, quanquam non magnopere ſummis * autoribus vitata, interim vitium videri poteſt: in quod ſæpe incidit etiam Cicero, ſecutus tam paruæ obſeruationis, ſicut hoc loco, *Non ſolum igitur illud iudicium iudicii ſimile iudices non fuit.* *al. à ſummis. *Pro Cluen.*

¶ Interim mutato nomine ἐπανάληψις dicitur, atque eſt & ipſum inter ſchemata: quorum exempla illo loco reddam, quo virtutes erunt.

¶ Peior hac ὁμοιολογία eſt, quæ nulla varietatis gratia leuat tædium, atq; eſt tota coloris vnius, quæ maxime deprehenditur carens arte oratoria; eaq; & in ſententiis, & figuris, & compoſitione longa, non animis ſolum, ſed etiam auribus eſt ingratiſſima.

¶ Vitanda μακρολογία, id eſt longior quam oporteat ſermo, vt apud Liuium, *Legata non impetrata pace, retro domum, vnde venerant, abierunt.* Sed huic vicina Periphraſis virtus habetur. *Lib. 8. ab vrbe cond.*

¶ Eſt & πλεονασμὸς vitium, cum ſuperuacuis verbis oneratur oratio. *Ego meis oculis vidi.* Satis eſt enim, *vidi.* Emendauit hoc non inurbane in Hircio Cicero, qui cum in Panſam declamans, filium à matre decem menſibus in vtero latum eſſe dixiſſet, *Quid? aliæ,* inquit, *in penula ſolent ferre?* Nonnunquam tamen illud genus, cuius exemplum priore loco poſui, affirmationis gratia adhibetur.

-Vocemque his auribus hauſi. At vitium erit, quoties ocioſum fuerit, & ſupererit, non cum adiicietur. *Æneid. 4.*

¶ Eſt etiã quæ περιεργία vocatur, ſuperuacua (vt ſic dixerim) operoſitas, vt a diligenti curioſus, & à religione ſuperſtitio diſtat. Atque vt ſemel finiam, verbum omne quod neque intellectum adiuuat, neque ornatum vitioſum dici poteſt.

¶ Κακόζηλον, id eſt mala affectatio, per omne dicendi genus peccat. Nam & tumida, & exilia, & prædulcia, & abundãtia, & arceſſita, & exultantia, ſub idem nomen cadunt. Deniq; κακόζηλον vocatur, quicquid eſt vltra virtutem; quoties ingenium iudicio caret, & ſpecie boni fallitur: omnium in eloquẽtia vitiorum peſſimum. Nam cætera cum vitentur, hoc petitur. Eſt

Elocutio. autem totum in elocutione. Nam rerum vitia ſunt, ſtultum commune, contrarium, ſuperuacuum: corrupta oratio in verbis maxime improprijs, redundantibus, comprehenſione obſcura, compoſitione fracta, vocum ſimilium aut ambiguarum puerili captatione conſiſtit. Eſt autem omne κακόζηλον vtique falſum, etiam ſi non omne falſum κακόζηλον: vt cum dicitur aliter quam ſe natura habet, & quam oportet, & quam ſat eſt. Totidem autem generibus corrumpitur oratio, quot ornatur.

In libro ſci. de cauſſis corrupta eloquentiæ. Sed de hac parte & in alio à nobis opere plenius dictum eſt, & in hoc ſæpe tractabitur, & adhuc ſpargetur omnibus locis. Loquentes enim de ornatu, ſubinde quæ ſunt vitanda, ſimilia virtutibus vitia, dicemus.

¶ Sunt inornata & hæc. Quod male diſpoſitum eſt, id ἀνοικονόμητον: Quod male figuratum, id ἀσχήματον: Quod male collocatum, id κακοσύνθετον vocant. Sed de diſpoſitione diximus: de figuris & compoſitione dicemus.

¶ *Κοινισμὸς* quoque appellatur, quædam miſta ex varia ratione linguarum oratio, vt ſi Atticis Dorica, Ionica, Æolica etiam dicta confundas. Cui ſimile vitium eſt apud nos, ſi quis ſublimia humilibus, vetera nouis, poëtica vulgaribus miſceat. Id enim tale eſt monſtrum, quale Horatius in prima parte libri de arte poëtica fingit,

Humano capiti ceruicem pictor equinam
Iungere ſi velit,—

& cætera ex diuerſis naturis ſubiiciat.

¶ Ornatum eſt, quod perſpicuo ac probabili plus eſt. Eius primi ſunt gradus in eo quod velis exprimendo, concipiendoque tertius, qui hæc nitidiora faciat: quod proprie dixeris cultum.

¶ Itaque ἐνάργειαν, cuius in præceptis narrationis feci mentionem, quia plus eſt euidentia; vel, vt alii dicunt, repræſentatio, quam perſpicuitas: & illud quidem patet, hæc ſe quodammodo oſtendit, inter ornamenta ponamus. Magna virtus eſt, res de quibus loquimur, clare atque vt cerni videantur, enunciare. Non enim ſatis efficit, neque vt debet plene dominatur oratio, ſi vſque ad aures volet, atque ea ſibi iudex de quibus cognoſcit, narrari credit, non exprimi, & oculis mentis oſtendi. Sed quoniam pluribus modis accipi ſolet, non equidem in omnes eam particulas ſecabo, quarum ambitioſe à quibuſdam numerus augetur, ſed maxime neceſſarias attingam.

Eſt *igitur vnum genus, quo tota rerum imago quodammodo verbis depingitur; De Ornatu.

Conſtitit in digitos extemplo arrectus vterque.

& cætera; quæ nobis illam pugilum congredientium faciem ita oſtendunt, vt nô clarior futura fuerit ſpectantibus. Plurimum in hoc genere, ſicut in cæteris, eminet Cicero. An quiſquam tam procul à concipiendis imaginibus rerum abeſt, vt cum illa in Verrem legit, Stetit ſoleatus prætor populi Romani cum pallio purpureo, tunicaque talari, muliercula nixus in littore: non ſolum ipſum os intueri videatur, & locum & habitum, ſed quædam etiam ex iis quæ dicta non ſunt, ſibi ipſe adſtruat? Ego certe mihi cernere videor & vultum, & oculos, & deformes vtriuſque blanditias, & eorum qui aderant, tacitam auerſationem, ac timidam verecundiam. Interim ex pluribus efficitur illa quam conamur exprimere facies, vt eſt apud eundem (namque ad omnium ornandi virtutum exempla vel vnus ſufficit) in deſcriptione conuiuii luxurioſi, Videbar videre alios intrantes, alios vero exeuntes, quoſdam ex vino vacillantes, quoſdam heſterna potatione oſcitantes. Verſatur inter hos Gallius vnguentis oblitus, redimitus coronis. Humus erat immunda, lutulenta vino, coronis languidulis, & ſpinis cooperta piſcium. Quid plus videret qui intraſſet? Sic vrbium captarum creſcit miſeratio. Sine dubio enim qui dicit expugnatam eſſe ciuitatem, complectitur omnia quæcunque talis fortuna recipit: ſed in affectus minus penetrat breuis hic velut nuncius. At ſi aperias hæc quæ verbo vno incluſa erant, apparebunt & fuſæ per domos ac templa flammæ, & ruentium tectorum fragor, & ex diuerſis clamoribus vnus quidam ſonus, aliorum fuga incerta, alii in extremo complexu ſuorum cohærentes, & infantium fœminarumque ploratus. & male vſque in illum diem ſeruati fato ſenes: tum prophanorum ſacrorumque direptio, efferentium prædas repetentiumque diſcurſus, & acti ante ſuum quiſque prædonem catenati, & conata retinere infantem ſuum mater, & ſicubi maius lucrum eſt, pugna inter victores. Licet enim hæc omnia (vt dixi) complectatur euerſio, minus eſt tamē totum dicere, quam omnia. Conſequemur autem vt manifeſta ſint, ſi fuerint veriſimilia: & licebit etiam falſo adfingere quicquid fieri ſolet. Contingit eadem claritas etiam ex accidentibus:

* al. Et.

Æneid. 7.

Act. 7.

Vide Aquilam Romanum de Prodiorthoſi.

Mihi

Elocutio. *—Mihi frigidus horror*
——— *Membra quatit, gelidusque coit formidine ſanguis,* &c.
Æneid. 1. *—Trepida matres preſſere ad pectora natos.*
Æneid. 7. Atque huius ſummæ, iudicio quidem meo, virtutis facillima eſt via. Naturam intueamur, hanc ſequamur. Omnis eloquentia circa opera vitæ eſt, ad ſe refert quiſque quæ audit: & id facillime accipiunt animi quod agnoſcunt. Præclare vero ad inferendam rebus lucem, repertæ ſunt ſimilitudines, quarum aliæ ſunt quæ probationis gratia inter argumenta ponuntur, aliæ ad exprimendam rerum imaginem compoſitæ, quod eſt huius loci proprium.

—Inde lupi ceu
Æneid. 2. *Raptores atra in nebula.—* Et
Æneid 4. *—Aui ſimilis, quæ circum littora, circum*
Vid. ſupra *Piſcoſos ſcopulos humilis volat æquora iuxta.*
lib. 1. c. 9. Quo in genere id eſt præcipue cuſtodiendum, ne id quod ſimilitudinis gratia adſciuimus, aut obſcurum ſit, aut ignotum. Debet enim quod illuſtrandæ alterius rei gratia aſſumitur, ipſum eſſe clarius eo quod illuminat. Quare ſine Poëtis quidem permittamus huiuſmodi exempla.

Æneid. 4. *Qualis vbi hybernam Lyciam, Xantique fluenta*
Deſerit, aut Delon maternam inuiſit Apollo.

Non idem decebit Oratorem, vt occultis aperta demonſtret. Sed illud quoque de quo in argumentis diximus, ſimilitudinis genus ornat orationem, facitq; ſublimẽ, floridam, iucundam, mirabilem. Nam quo quæq; longius petita eſt, hoc plus affert nouitatis, atque inexpectata magis eſt. Illa vulgaria videri poſſunt, & vtilia tamen ad conciliandam fidem, Vt terram cultu, ſic animum diſciplinis meliorem vberioremq; fieri. Et vt medici abalienata morbis membra præcidunt, ſita turpes ac pernicioſos, etiam ſi nobis ſanguine cohæreant, amputandos. Iam ſublimius illud pro Archia, Saxa atque ſolitudines voci reſpondent, beſtiæ ſæpe immanes cantu flectuntur atque conſiſtunt, & cætera. Quod quidem genus à quibuſdam declamatoria maxime licentia corruptum eſt. Nam & falſis vtuntur: nec illa iis quibus tandem ſimilia videri volunt, applicant: quorum vtrunque in iis eſt quæ me iuuene vbique cantari ſolebant, Magnorum fluminum nauigabiles fontes ſunt, &, Generoſioris arboris ſtatim planta cum fructu eſt. In omni autem parabola aut præcedit ſimilitudo, & res ſequitur;

aut præcedit res, & ſimilitudo ſequitur. Sed interim libera & ſeparata eſt: interim, quod longe optimum eſt, cum re cuius tu. eſt imago, connectitur collatione inuicem reſpondente, quod facit redditio contraria, quæ ἀνταπόδοσις dicitur. Præcedit ſimilitudo illa, cuius modo feci mentionem, De Ornatu.

Inde lupi ceu Paulo ante.

Raptores atra in nebula. Sequitur in primo Georgicon, poſt longam de bellis ciuilibus atque externis conqueſtionem,

Vt cum carceribus ſeſe effudere quadrigæ,
Addunt ſe in ſpatia, & fruſtra retinacula tendens
Fertur equis auriga, neque audit currus habenas.

Sed hæc ſunt ſine antapodoſi. Redditio autem illa rem utranq; quam comparat, velut ſubiicit oculis, & pariter oſtendit. Cuius præclara apud Vergilium multa reperio exempla, ſed oratoris potius utendum eſt. Dicit Cicero pro Muræna, ut aiunt in Græcis artificibus eos aulœdos eſſe, qui citharœdi fieri non potuerunt: ſic nos videmus, qui Oratores euadere non potuerunt, eos ad iuris ſtudium deuenire. Illud pro eodem, iam pene poëtico ſpiritu; ſed tamen cum ſua redditione, quod eſt ad ornatum accommodatius: Nam ut tempeſtates ſæpe certo aliquo cœli ſigno commouentur, ſæpe improuiſo, nulla ex certa ratione, obſcura aliqua ex cauſſa concitantur: ſic in hac comitiorum tempeſtate populari, ſæpe intelligas quo ſigno commota ſit: ſæpe ita obſcura eſt, ut caſu excitata eſſe videantur. Sunt & illæ breues, *Vagique per ſyluas ritu ferarum.* Et illud Ciceronis in Clodium. Quo ex iudicio velut ex incendio nudus effugit. Quibus ſimilia poſſunt cuicunque etiam ex quotidiano ſermone ſuccurrere.

¶ Huic ſubiacet virtus non ſolum aperte ponendi rem ante oculos, ſed circunciſe atque velociter.

¶ Ac merito laudatur Breuitas integra, ſed ea minus præſtat quoties nihil dicit niſi quod neceſſe eſt; βραχυλογίαν vocant, quæ reddetur inter ſchemata. Eſt vero pulcherrima cum plura paucis complectimur, quale illud Salluſtii eſt, *Mithridates corpore ingenti perinde armatus.* Hoc male imitantes ſequitur obſcuritas.

¶ Vicina prædictæ, ſed amplior virtus eſt ἔμφασις, altiorem præbens intellectum, quam quem verba per ſe ipſa declarant. Eius duæ ſunt ſpecies: altera, quæ plus ſignificat quam dicit: altera, quæ etiam id quod non dicit. Prior eſt & apud Homerum,

Elocutio. rum, cum Menelaus Graios in equo ſediſſe dicit: nam verbo vno magnitudinem eius oſtendit, & apud Vergilium,

Odyſſ. 4. & 8. *Demiſſum lapſi per funem.* Nam ſic quoque altitudo demonſtrata eſt. Idem Cyclopa cum iacuiſſe dicit per antrum, prodigioſum illud corpus ſpacio loci menſus eſt. Sequens poſita eſt in voce aut omnino ſuppreſſa, aut etiam abſciſſa. Supprimitur vox, vt fecit pro Ligario Cicero, Quod ſi in hac tanta tua fortuna lenitas tanta non eſſet, quantam tu per te, per te inquam obtines: intelligo quid loquar. Tacuit enim illud quid nihilominus accipimus, non deeſſe homines qui ad crudelitatem eum impellerent. Abſcinditur ἀποσιώπησις, quæ quoniam eſt figura, reddetur ſuo loco. Eſt in vulgaribus quoque verbis emphaſis, *Virum eſſe oportet.* &, *Homo eſt ille.* &, *Viuendum eſt.* Adeo ſimilis eſt arti plerunque natura. Non tamen ſatis eloquentiæ eſt, ea de quibus dicat, clare atque euidenter oſtendere: ſed ſunt multi ac varii excolendæ orationis modi. Nam & ipſa * ἀφέλεια ſimplex & inaffectata habet quendam purum, qualis etiam in fœminis amatur, ornatum. Et ſunt quædam velut è tenui diligentia circa proprietatem ſignificationemque munditiæ. Alia copia locuples, alia floribus læta: virium non vnum genus. Nam quicquid in ſuo genere ſatis effectum eſt, valet. Præcipua tamen eius opera δείνωσις, in exaggeranda indignitate: & in cæteris altitudo quædam: φαντασία in concipiendis dictionibus *: ἐξεργασία in efficiendo velut opere propoſito, cui adiicitur ἐπεξεργασία: repetitio probationis eiuſdem, & cumulus ex abundanti. ἐνέργεια confinis his eſt, ab agendo ducta, & cuius propria ſit virtus, non eſſe quæ dicuntur, ocioſa. Eſt & amarum quiddam, quod fere in contumelia eſt poſitum, quale eſt Caſſii, Quid facies, cum in bona tua inuaſero? hoc eſt, cum te docuero neſcire maledicere? Et acre, vt illud Craſſi, Ego te conſulem putem, cum tu me non putes ſenatorem? Sed vis Oratoris omnis in augendo minuendoque conſiſtit. Vtrique parti totidem modi, ex quibus præcipuos attingemus: reliqui ſimiles erunt. Sunt autem poſiti in rebus, & verbis. Sed quæ ſit rerum inuentio ac ratio, tractauimus: nunc quid Elocutio attollat aut deprimat, dicendum.

Æneid. 2.
Æneid. 3.

* *al.* ipſa illa.

* *al. & melius* viſionibus.

In Philippum.

De

De Amplificatione.

De Amplificatione.

CAP. IV.

ARGVMENTVM.

Primam amplificandi vel minuendi rationem in nomine eſſe docet: vt cum improbum, latronem: contra, vulneratum, læſum dicimus. Aliam etiam ex nominibus maiorem & manifeſtiorem, ex comparatione ampliorum verborum cum inferioribus: quale eſt illud, Non furem, ſed raptorem: non ſacrilegum, ſed hoſtem ſacrorum. ¶ Et quia ſpecies huiuſmodi poſſunt plurima recenſeri, vt confuſionem ex multitudine tollat, quatuor amplificationis genera conſtituit: incrementum, comparationem, ratiocinationẽ, congeriem. ¶ Incrementi quatuor modos recenſet, comparationis treſ: vbi comparationem non ſemper ad amplificandum, ſed aliquando etiam ad probandum adhiberi monet: Ratiocinationis quinque. Cur huic amplificandi modum ita vocet, rationem reddit. Congeriei duos: & quid à ſynathrœſmo figura, id eſt, coacervatione, differat. ¶ Poſtremo minuendi totidem modos eſſe quot amplificandi tradit: & cur hyperbolen in tractatum de tropis differat, curque continuo tropos non ſubiungat, rationem aſſignat.

PRima eſt igitur amplificandi vel minuendi ſpecies in ipſo rei nomine, vt cum eum qui ſit cæſus, occiſum: eum qui ſit improbus, latronem: contraque eum qui pulſauit, attigiſſe: qui vulnerauit, læſiſſe dicimus. Vtriuſque pariter exemplum eſt pro M. Cælio, Si vidua libere, proterua petulanter, diues effuſe, libidinoſa meretri io more viueret; adulterum ego putarem, ſi quis hanc paulo liberius ſalutaſſet? Nam & impudicam meretricem vocauit: & eum cui longior cum illa fuerat vſus, liberius ſalutaſſe. Hoc genus increſcit, ac fit manifeſtius, ſi ampliora verba cum ipſis nominibus pro quibus ea poſituri ſumus, conferantur: vt Cicero in Verrem, Non enim furem, ſed *Act. 7.* raptorem: non adulterum, ſed expugnatorem pudicitiæ: non ſacrilegum, ſed hoſtem ſacrorum religionumque: non ſicarium, ſed crudeliſſimum carnificem ciuium ſociorumque in veſtrum iudicium adduximus. Illo enim modo vt ſit multum, hoc etiam plus vt ſit, efficitur. Quatuor tamen maxime generibus video conſtare amplificationem, incremento, comparatione, ratiocinatione, congerie. Incrementum eſt potentiſſimum, cum magna videntur etiam quæ inferiora ſunt. Id autẽ vno gradu fit, aut pluribus. Per id venitur non modo ad ſummum,

Elocutio. mum,ſed interim quodammodo ſupra ſummum. Omnibus his ſufficit vel vnum Ciceronis exemplum, Facinus eſt vincire ciuem Romanum, ſcelus verberare prope parricidium necare: quid dicam in crucem tollere? Nam & ſi tantum verberatus eſſet, vno gradu increuerat, ponendo etiam id eſſe facinus, quod erat inferius. Et ſi tantum occiſus eſſet, per plures gradus aſcenderat. Cum vero dixerit, prope parricidium necare: ſupra quod nihil eſt adiecit, quid dicam in crucem tollere? ita cum id quod maximum eſt occupaſſet, neceſſe erat in eo quod vltra eſt, verba deficere. Fit & aliter ſupra ſummum adiectio: vt apud Virgilium de Lauſo.

Eadem Act. 7.

Æneid. 8. *—Quo pulchrior alter*
Non fuit, excepto Laurentis corpore Turni.

Summum eſt enim quo pulchrior alter non fuit, huic deinde aliquid ſupra poſitum eſt. Tertius quoque eſt modus, ad quem non per gradus itur, vt quod non eſt plus quam maximum, ſed quo nihil maius eſt. Matrem tuam occidiſti. Quid dicam amplius? Matrem tuam occidiſti. Nam & hoc augendi genus eſt, tantũ aliquid efficere, vt non poſſit augeri. Creſcit oratio minus aperte; ſed neſcio an hoc ipſo efficacius, cũ citra diſtinctionẽ in contextu & curſu ſemper aliquid priore maius inſequitur: vt de vomitu in Antonium Cicero, In cœtu vero populi Romani negociũ publicum gerens, magiſter equitum. Singula incrementum habent. Per ſe deforme, vel non in cœtu vomere: in cœtu etiam non populi: populi etiam non Romani: vel ſi nullum negotium ageret, vel ſi non publicum: vel ſi non magiſter equitum. Sed alius diuideret hæc, & circa ſingulos gradus moraretur: hic in ſublime etiã currit, & ad ſummum peruenit non nixu, ſed impetu. Verum vt hæc amplificatio in ſuperiora tendit, ita quæ fit per comparationem, incrementum ex minoribus petit. Augendo enim quod eſt infra, neceſſe eſt extollat id quod ſupra poſitum eſt: vt idem, atque in eodem loco, Si hoc tibi inter cœnam, & in illis immanibus poculis tuis accidiſſet, quis non turpe duceret? In cœtu vero populi Romani. Et in Catilinam, Serui mehercle mei ſi me iſto pacto metuerent, vt te metuunt omnes ciues tui, domum meam relinquendam putarem. Interim propoſito velut ſimili exemplo, efficiendum eſt vt ſit maius id quod à nobis exaggerandum eſt: vt idem pro Cluentio, cum expoſuiſſet Mileſiam quandam à ſecundis hæredibus pro abortu pecuniam accepiſſe, Quanto eſt inquit, Oppianicus in eadem

Philip. 2.

Inuect. 1.

dem iniuria maiore ſupplicio dignus? Si quidem illa cum ſuo corpore vim attuliſſet, ſe ipſa cruciauit: hic autem idem illud effecit per alieni corporis vim atque cruciatum. Nec putet quiſquam hoc quanquam eſt ſimile, illi ex argumentis loco, quo maiora ex minoribus colliguntur, idem eſſe. Illic enim probatio petitur, hic amplificatio: ſicut in Oppianico non id agitur in illa comparatione, vt ille male fecerit, ſed vt peius. Eſt tamen quanquam diuerſarum rerum quædam vicinia. Repetam igitur hic quoque idem quo ſum illic vſus exemplum, ſed non in eundem vſum. Nam hoc mihi oſtendendum eſt, augendi gratia non tota modo totis, ſed etiam partes partibus co nparari: ſicut hoc loco, An vero vir ampliſſimus P. Scipio pontifex maximus Tib. Gracchum mediocriter labefactantem ſtatum reipublicæ, priuatus interfecit: Catilinam orbem terrarum cæde atque incendio vaſtare cupientem, nos conſules perferemus? Hic & Catilina Graccho, & ſtatus reipublicæ orbi terrarum, & mediocris labefactatio cædi & incendiis & vaſtationi, & priuatus conſulibus comparatur: quæ ſi quis dilatare velit, plenos ſingula locos habent. Quas dixi per ratiocinationẽ fieri amplificationes, videamus an ſatis proprio verbo ſignauerim. Nec ſum in hoc ſolicitus, dum res ipſa volentibus diſcere appareat. Hoc ſum tamen ſecutus, quod hæc amplificatio alibi poſita eſt, alibi valet: vt & aliud creſcat, aliud augeatur; inde ad id quod extolli volumus, ratio deducitur. Obiectus Antonio Cicero merum & vomitum. Tu, inquit, iſtis faucibus, iſtis lateribus, iſta gladiatoria totius corporis firmitate. Quid fauces & latera ad ebrietatem? Minime ſunt otioſa. Nam reſpicientes ad hæc, poſſumus æſtimare quantum ille vini in Hippiæ nuptiis exhauſerit, quod ferre & coquere non poſſet illa gladiatoria corporis firmitate. Ergo ſi ex alio colligitur aliud, nec improprium, nec inuſitatum nomen eſt ratiocinationis, vt quod ex eadem cauſſa inter ſtatus quoque habemus. Sic & ex inſequentibus amplificatio ducitur. Siquidem tanta vis fuit vini erumpentis, vt non caſum afferret aut voluntatem, ſed neceſſitatem, vbi minime deceret, vomendi: & cibus non recens, vt accidere interim ſolet, redderetur, ſed qui vſque in poſterum diem redundaret. Idem hoc præſtant quæ anteceſſerunt. Nam cum Æolus à Iunone rogatus,

De Amplificatione.

In Catil. 1.

Philip. 2.

—Cauum conuerſa cuſpide montem
Impulit in latus, ac venti velut agmine facto, Æneid. 1.

Aa Qua

Elocutio. *Qua data porta, ruunt:* apparet quanta ſit futura tempeſtas. ——— Quid? cum res atrociſſimas quaſque in ſummam ipſi extulimus inuidiam, eleuamus conſulto, quo grauiora videantur quæ ſecutura ſunt: vt à Cicerone factum eſt, cum illa diceret, Leuia ſunt hæc in hoc reo crimina? Metum virgarum Nauarchus nobiliſſimæ ciuitatis pretio redemit: humanum eſt. Alius, ne ſecuri feriretur, pecuniam dedit; vſitatum eſt. Nonne vſus eſt ratiocinatione, qua colligerent audientes quantum illud eſſet quod inferebatur, cui cõparata hæc, humana viderentur atque vſitata? Sic quoque ſolet & aliud augeri: vt cum Hannibalis bellicis laudibus ampliatur virtus Scipionis. Et fortitudinem Galloru͂ Germanorumque mirantur, quo ſit maior C. Cæſaris gloria. Illud quoque eſt ex relatione ad aliquid quod non eius rei gratia dictum videtur, amplificationis genus. Non putant indignum Troiani principes, Graios Troianoſq; propter Helenæ ſpeciem tot mala tanto temporis ſpacio ſuſtinere: quænam igitur illa forma credenda eſt? Non enim hoc dicit Paris, qui rapuit: nõ aliquis iuuenis, non vnus è vulgo; ſed ſenes & prudentiſſimi, & Priamo aſſidentes. Verum & ipſe rex decenni bello exhauſtus, amiſſis tot liberis, imminente ſummo diſcrimine, cui faciem illam, ex qua tot lachrymarum origo fluxiſſet, inuiſam atque abominandam eſſe oportebat, & audit hæc, & eam filiam appellans iuxta ſe locat, & excuſat etiam, atque ſibi eſſe malorum cauſſam negat. Nec mihi videtur in Sympoſio Plato, cum Alcibiadem confitentem de ſe quid à Socrate pati voluerit narrat, vt illum culparet hæc tradidiſſe: ſed vt Socratis inuictam continentiam oſtenderet, quæ corrumpi ſpecioſiſſimi hominis tam obuia voluntate non poſſet. Quin ex inſtrumento quoque, heroum illorum magnitudo æſtimanda nobis datur. ad hoc pertinet clypeus Aiacis, & haſta Pelias Achillis. Qua virtute egregie eſt vſus in Cyclope Virgilius. Nam quod illud corpus concipiam, cuius,

Act. 7.

Iliad. 3.

Iliad. 6.

Iliad. 16.

Æneid. 4. *Trunca manum pinus regit?* — Quid? cum vix loricam duo multiplicem connixi humeris ferrent, quantus Demoleos,

Æneid. 5. qui indutus eam *curſu palantes Troas agebat?*

Philipp. 2. Quid M. Tullius de M. Antonii luxuria tantum fingere ſaltem potuiſſet, quantum oſtẽdit dicendo, Conchyliatis Cn. Pompeii periſtromatis ſeruorum in cellis ſtratos lectos videres? Conchyliata periſtromata, & Cn. Pompeii, & in cellis ſeruorum, nihil dici poteſt vltra: & neceſſe eſt tamen infinito plus

De Amplificatione.

*Al. Eſt hoc.

Pro Ligario

plus in domino cogitare. Et * hoc ſimile illi, quod ἔμφασις dicitur: ſed illa ex verbo, hoc ex re coniecturam facit: tantoq; plus valet, quanto res ipſa verbis eſt firmior. Poteſt adſcribi amplificationi congeries quoque verborum ac ſententiarum idem ſignificantium. Nam etiamſi non per gradus aſcendant, tamen velut aceruo quodam alleuantur. Quid enim tuus ille Tubero diſtrictus in acie Pharſalica gladius agebat? cuius latus ille mucro petebat? qui ſenſus erat armorum tuorum? quæ tua mens? oculi? manus? ardor animi? quid cupiebas? quid optabas? Simile eſt hoc figuræ, quam συναθροισμὸν vocant: ſed illic plurium rerum eſt congeries, hic vnius multiplicatio. Hæc etiam creſcere ſolet verbis omnibus altius inſurgentibus: Aderat ianitor carceris, carnifex prætoris, mors terrorque ſociorum, & ciuium Romanorum, lictor Sextius. Eadem fere eſt ratio minuendi. Nam totidem ſunt aſcendentibus quot deſcendentibus gradus. Ideoque vno ero exemplo contentus eius loci quo Cicero de oratione Rulli hæc dicit, Pauci tamen, qui proximi adſtiterant, neſcio quid illum de lege Agraria voluiſſe dicere ſuſpicabantur. Quod ſi ad intellectum referas, minutio eſt: ſi ad obſcuritatem, incrementum. Scio poſſe videri quibuſdam ſpeciem amplificationis hyperbolen quoque. nam & hæc in vtranque partem valet: ſed quia excedit hoc nomen, in tropos differenda eſt. Quos continuo ſubiungerem, niſi eſſet à cæteris ſeparata ratio dicendi, quæ conſtat non propriis, ſed translatis. Demus ergo breuiter hoc deſiderio iam pene publico, ne omittamus eum quem plerique præcipuum ac pene ſolum putant, orationis ornatum.

De Generibus ſententiarum.

CAP. V.

ARGVMENTVM.

Rationem dicendi quæ translatis conſtat, ab ea quæ propriis conſtaret, ſeparandam eſſe in fine capitis ſuperioris dixit: in quo cum de amplificandi modis locutus eſſet ante tropos qui translatis conſtant amplificationibus, tractatum de ſententiis ſubiungendum exiſtimauit. Quæ vox cum ſit homonyma, quot modis accipi poſſit, quot ſint earum genera, quis vſus, quæ vitioſa, quis modus explicat. ¶ Triplicē ſententiæ acceptionem oſtendit. Prima ſignificari id omne quod animo ſentimus; ſecunda, conſilium aut decretum; tertia, ad huius ſimilitudinem, orationem ſumptam de vita,

Elocutio. *quæ quid in ea eſſe oporteat, breuiter oſtendit.* ¶ *Et huius eſſe varia genera. Nam aut ad rem vniuerſaliter referri, aut ad perſonam. Simplicem eſſe, aut duplicem: Sine & cum ratione ſubiecta. Ex diuerſis quod cum mutatione figuræ addit acrimoniam. Quod à communi vertit ad proprium: quod à rebus ad perſonas transfert. Enthymema, cum non eſt argumentũ, ſed ad ornatum refertur. Epiphonema, in clauſula additum. Noema, clauſulam ſenſus ferientem. Quibus nouarum ſententiarum genera ſubiungit, ex inopinato, alio relata, aliunde petita, geminata, contrarie poſita, comparata, quorum quædam bona dici poſſint, quædam vitioſa, quæ ſunt illa, commemorat: Sententiarum modum hunc eſſe, ne crebra ſint, ne palam falſa, vt à viris autoritate praditis proferantur. Quare & nimium frequenter vtentes, & contra in totum damnantes vituperat; viam quandam mediam inter vtroſque indicans, & vſus eius mediocrem commendans.*

Sententia quid. SEntentiam veteres, quod animo ſenſiſſent vocauerunt. Id cum eſt apud Oratores frequentiſſimum, tum etiam in vſu quotidiano quaſdam reliquias habet. Nam & iuraturi ex animi noſtri ſententia, & gratulantes ex ſententia dicimus. Non raro tamen & ſic locuti ſunt, vt ſenſa ſua dicerent: nam ſenſus, corporis videbantur. Sed conſuetudo iam tenuit, vt mente concepta, ſenſus vocaremus: lumina autem, præcipueque in clauſulis poſita, ſententias. Quæ minus crebra apud antiquos, noſtris temporibus modo carent Ideoque mihi & de generibus earum, & de vſu arbitror pauca dicenda.

¶ Antiquiſſimæ ſunt, quæ proprie, quamuis omnibus idem ſit nomen, ſententiæ vocantur, quas Græci *γνώμας* appellant. Vtrunque autem nomen ex accepetunt, quod ſimiles ſunt conſiliis aut decretis. Eſt autem hæc vox vniuerſalis, quæ etiã citra exemplum cauſſæ poſſit eſſe laudabilis, interim ad rem tantum relata: vt, Nihil eſt tam populare, quam bonitas. Interim ad perſonam, quale eſt Afri Domitii, Princeps qui vult omnia ſcire, neceſſe habet multa ignoſcere. Hanc quidam partem enthymematis, quidam initium aut clauſulam epicheirematis eſſe dixerunt: & eſt aliquando, non tamen ſemper. Illud verius, eſſe eam aliquando ſimplicem, vt eam quam ſupra dixi. Aliquando ratione ſubiecta. Nam in omni *Salluſt. in Iugurth.* certamine qui opulentior eſt, etiam ſi accipit iniuriam, tamen quia plus poteſt, facere videtur. Nonnunquam duplicem.

cem, OBSEQVIVM amicos, veritas odium parit. Sunt etiam qui decem genera fecerunt; ſed eo modo quo fieri vel plura poſſunt, per interrogationem, comparationem, inficiationem, ſimilitudinem, admirationem, & cætera huiuſmodi. per omnes enim figuras tractari poteſt. Illud notabile ex diuerſis, Mors miſera non eſt, aditus ad mortem miſer eſt. Ac recte quidem ſunt tales. TAM deeſt auaro quod habet, quam quod non habet. Sed maiorem vim accipiunt commutatione figuræ: vt, De Sententiarum generibus.

VSQVE adeone mori miſerum eſt? Acrius enim hoc, quam per ſe, MORS miſera non eſt. Et tranſlatione à communi ad proprium Nam cum ſit rectum NOCERE facile eſt, prodeſſe difficile: vehementius apud Ouidium Medæa dicit, *Seruare potui, perdere an poſſim rogas?* Vertit ad perſonam Cicero, Nihil habet, Cæſar, nec fortuna tua maius, quam vt poſſis: nec natura melius, quam vt velis ſeruare quam plurimos. Ita quæ erant rerum, propria fecit hominis. In hoc genere cuſtodiẽdum eſt, & id quidem vbique, ne crebræ ſint, ne palam falſæ (quales frequenter ab iis dicuntur qui hæc καθολικὰ vocant; & quicquid pro cauſa videtur, quaſi indubitatum pronuntiant) & ne paſſim & à quocunq; dicantur. Magis n. decent eos in quibus eſt authoritas, vt rei pondus etiam perſona confirmet. Quis enim ferat puerum aut adoleſcentulum, aut etiam ignobilem, ſi iudicet in dicendo, & quodãmodo præcipiat? Enthymema quoque eſt, omne quod mente concipimus: proprie tamen dicitur, quæ eſt ſententia ex contrariis, propterea ꝙ eminere inter cæteras videtur, vt Homerus poëta, vrbs Roma. De hoc in argumentis ſatis dictum eſt. Non ſemper autem ad probationẽ adhibetur, ſed aliquando ad ornatum. Quorum igitur impunitas, Cæſar, tuæ clementiæ laus eſt, eorum te ipſorum ad crudelitatem acuet oratio? Non quia ſit ratio diſſimilis, ſed quia iam per alia vt id iniuſtum appareret, effectum erat. Et addita in clauſula eſt epiphonematis modo non tam probatio, quam extrema quaſi inſultatio. Eſt enim epiphonema, rei narratæ vel probatæ ſumma acclamatio, vt apud Virgilium, Æneid. 12. Pro Liga. Eadem orat. Pro Liga. Epiphonema quid.

Tanta molis erat Romanam condere gentem. Æneid. 1.

Facere enim probus adoleſcens periculoſe, quam perpeti turpiter maluit.

¶ Eſt & quod appellatur à nouis νόημα, qua voce omnis intellectus accipi poteſt; ſed hoc nomine donarunt ea quæ non dicunt, verum intelligi volunt, vt in eum quem ſæpius ludo Νόημα quid.

Elocutio· redemerat ſoror, agentem cum ea talionis, quod ei pollicem dormienti recidiſſet, Eras dignus vt haberes integram manum. Sic enim auditur, vt depugnares.

Eadem orat. Pro Liga. ¶ Vocatur aliquid & *Clauſula*: quæ ſi eſt quod concluſionem dicimus, & recte, & quibuſdam in partibus neceſſaria eſt: Quare prius de facto veſtro fateamini neceſſe eſt, quã Ligarii culpam vllam reprehendatis. Sed nunc illud volunt, vt omnis locus, omnis ſenſus in fine ſermonis feriat aurem. Turpe autẽ ac prope nefas ducunt, reſpirare vllo loco qui acclamationem non petierit. Inde minuti corruptique ſenſiculi, & extra rem petiti. Neque enim poſſunt tam multæ bonæ ſententiæ eſſe, quam neceſſe eſt multæ ſint clauſulæ. Iam hæc magis noua ſententiarum genera: Ex inopinato; vt dixit Vibius Criſpus in eum qui cum loricatus in foro ambularet, prætendebat id ſe metu facere, *Quis tibi ſic timere permiſit?* Et inſigniter Africanus apud Neronem de morte matris, *Rogant te Cæſar Galliæ tuæ, vt felicitatem tuam fortiter feras.* Sunt & alio relata, vt Afer Domitius cum Cloantillam defenderet, cui obiectum crimẽ, quod virum qui inter rebellantes fuerat, ſepeliſſet, remiſerat Claudius, in epilogo filios eius alloquens, *Matrem tamen*, inquit, *pueri ſepelitote.* Et aliunde petita, id eſt, in alium locum ex alio translata: vt pro Spathale Criſpus, quam qui hæredem amator inſtituerat, deceſſit, cum haberet annos duodeuiginti, *O hominem diuinum, qui ſibi indulſit.* Facit quaſdam ſententias ſola geminatio: qualis eſt Senecæ in eo ſcripto, quod Nero ad Senatum miſit occiſa matre, cum ſepericlitatum videri vellet, *Saluum me eſſe adhuc nec credo, nec gaudeo.* Melior, cum ex contrariis valet, *Habeo quem fugiam, quem*

Ad Attic. 8 *ſequar non habeo.* Quid? quod miſer cum loqui non poſſet, tacere non poterat? Ea vero fit pulcherrima, cum aliqua comparatione clareſcit Trachallus contra Spathalem, *Placet hoc ergo, ô leges diligentiſſimæ pudoris cuſtodes, decimas vxoribus dari, quartas meretricibus?* Sed horum quidem generum & bonæ dici poſſunt, & malæ. Illæ ſemper vitioſæ, vti à verbo, Patres conſcripti, Sic enim incipiendum eſt mihi, vt memineritis patrum. Peius adhuc, quo magis falſum eſt, & longius petitum. Contra eandem ſororem gladiatoris, cuius modo feci

**Al.* Ad digitum mihi pugna eſt. mentionem, At digito*pugnaui.

¶ Eſt etiam generis eiuſdem, neſcio an vitioſiſſimum, quoties verborum ambiguitas cum rerum falſa quædam ſimilitudine iungitur. Clarũ autorem iuuenis, audiui, cum lecta c*capite

pite cuiuſdam oſſa ſententiæ gratia tenenda matri dediſſet, Infœliciſſima fœmina nondum extuliſti filium, & iam oſſa legeſti. Ad hoc plerique minimis etiam inuentiunculis gaudent, quæ excuſſæ riſum habent, inuentæ facie ingenii blandiuntur. De eo qui naufragus & ante agrorum ſterilitate vexatus, in ſcholis fingitur ſe ſuſpendiſſe, *Quem nec terra recipit, nec mare, pendeat.* Huic ſimile in illo de quo ſupra dixi, cui pater ſua membra laceranti venenum dedit, *Qui hæc edit, debet hoc bibere.* Et in luxurioſum, qui ἀποκαρτέρησιν ſimulaſſe dicitur, *Necte laqueum, habes quod faucibus tuis iraſcaris. Sume venenum, decet luxurioſum bibendo mori.* Alia vana: vt ſuadentis purpuratis, vt Alexandrum Babylonis incendio ſepeliant: *Alexandrum ſepelio, hoc quiſquam ſpectabit è tecto?* Quaſi vero id ſit in re tota indigniſſimum. Alia nimia; vt de Germanis dicentem quendam audiui, *Caput neſcio vbi impoſitum.* Et de viro forti, *Bella vmbone propellit.* Sed finis non erit, ſi ſingulas corruptorum proſequar formas. Illud potius, quod eſt magis neceſſarium. Duæ ſunt diuerſæ opiniones: aliorum, ſententias ſolas pene ſpectantium: aliorum, omnino damnantium; quorum mihi neutrum admodum placet. Denſitas earum obſtat inuicem, vt in ſatis omnibus fructibuſque arborum nihil ad iuſtam magnitudinem adoleſcere poteſt, quod loco in quem creſcat caret. Nec pictura in qua nihil circumlitum eſt, eminet. Ideoque artifices etiam cum plura in vnam tabulam opera contulerunt, ſpatiis diſtinguunt, ne vmbræ in corpora cadant. Facit res eadem conciſam quoque orationem. Subſiſtit enim omnis ſententia; ideoque poſt eam vtique aliud eſt initium. Vnde ſoluta fere oratio, & è ſingulis non membris, ſed fruſtis collata, ſtructura caret, cum illa rotunda, & vndique circunciſa inſiſtere inuicem nequeant. Præter hoc etiam color ipſe dicendi quamuis hic clarus, multis tamen ac variis velut maculis conſpergitur. Porro vt affert lumen clauus purpuræ loco inſertus: ita certe neminem deceat intertexta pluribus notis veſtis. Quare licet hæc nitere, et aliquatenus extare videantur: tamen lumina illa non flammæ, ſed ſcintillis inter fumum emicantibus ſimilia dixeris: quæ ne apparent quidem vbi tota lucet oratio, vt in ſole ſydera ipſa deſinunt cerni: & quæ crebris paruiſque conatibus ſe attollunt, inæqualia tantum, & velut confragoſa, nec admirationem conſequuntur eminentium, & planorum gratiam perdunt. Hoc quoque accidit,

De Sententiarum generibus.

* *Al.* in capite.

Elocutio. cidit, quod ſolas captanti ſententias, multas neceſſe eſt dicere leues, frigidas ineptas. Non enim poteſt eſſe delectus, vbi numero laboratur. Itaque videas & diuiſionem pro ſententia poni, & argumentum, ſi tantum in clauſula & calce pronuncietur. Occidiſti vxorem ipſe adulter: non ferrem te, etiam ſi repudiaſſes, diuiſio eſt. Vis ſcire venenum eſſe amatorium? viueret homo niſi illud bibiſſet, argumentum eſt. Nec multas pleriqueſententias dicunt, ſed omnia tanquam ſententias. Huic quibuſdam contrarium ſtudium, qui fugiunt ac reformidant omnem hanc in dicendo voluptatem, nihil probantes niſi planum, & humile, & ſine conatu. Ita dum timent ne aliquando cadant, ſemper iacent. Quod enim tantum in ſententia bona crimen eſt? non cauſæ prodeſt? non iudicem mouet? non dicentem commendat? At eſt quoddam genus, quo veteres non vtebantur. Ad quam vſque nos vocatis vetuſtatem? Nam ſi ad illam extremam, multa Demoſthenes, quæ ante eum nemo. Quomodo poteſt Ciceronem probare, qui nihil putet ex Catone Gracchiſque mutandum? Sed ante hos ſimplicior adhuc loquendi ratio fuit. Ego vero hæc lumina orationis, velut oculos quoſdam eſſe eloquentiæ credo. Sed neque oculos eſſe toto corpore velim, ne cætera membra officium ſuum perdant: & ſi neceſſe ſit, veterem illum horrorem dicendi malim, quam iſtam nouam licentiam. Sed patet media quædam via, ſicut in cultu victuque acceſſit aliquis citra reprehenſionem nitor, quem ſicut poſſumus, adiiciamus virtutibus. Prius tamen ſit, vitiis carere: ne dum volumus eſſe meliores veteribus, ſimus tantum diſſimiles. Reddam nunc, quam proximam eſſe dixeram, partem de tropis, quos motus clariſſimi noſtrorum autores vocant. Horum tradere præcepta & grammatici ſolent. Sed à me, cum de illorum officio loquerer, dilata pars hæc eſt, quia de ornatu orationis grauior videbatur locus, & maiori operi ſeruandus.

Cic. 3. de Orat.

De Tropis.

CAP. VI.

ARGVMENTVM.

Definit Tropum eſſe verbi vel ſermonis à propria ſignificatione in aliam cum virtute mutationem. Troporum quoſdam ſignificationis vehementioris cauſa, quoſdam decoris aſſumi oſtendit. Et in alius verba verti, in alius ſenſus ipſos. Horum primo loco metaphoram recenſet, cuius vim, vtilitatem & iucunditatē prædicat,

dicat, fieriq́; quatuor de cauſſis docet, neceſſitatis, ſignificationis vehementioris, ornatus, & turpitudinis vitandæ cauſa. Quo differat à ſimilitudine, & vim eius eſſe quadruplicem tradit: cũ animata pro animatis, inanima pro inanimis, inanima pro animatis, aut animata pro inanimis ponuntur. Eius vſum modicum eſſe debere, ne nimia frequentia obſcuret, aut tædio afficiat. ¶ Vitioſas metaphoras has eſſe, humilẽ, ſordidam, maiorem, minorem, redundantem, diſſimilem, duram. ¶ Synecdochen, cuius plures eſſe ſpecies docet: nam aut à parte totum, aut à ſpecie genus, aut à præcedentibus ſequentia, & contra intelligit: Poetiſq́; liberior eſt quam Oratoribus Metonymiam, id eſt nominis pro nomine poſitionem, ad quam inuentum pro re inuenta, poſſeſſa pro poſſeſſoribus; & contra, contenta pro continentibus, effecta pro efficientibus refert. ¶ Antonomaſiam, quæ fit per epitheton, & ex his quæ in quoq; ſunt præcipua, & ex factis, quibus perſona ſignificatur. ¶ Onomatopœiam, id eſt nominis fictionem, Græcis quam Latinis magis conceſſam. ¶ Catachreſin, id eſt abuſionem, quæ non habentibus nomen accommodat quod in proximo eſt, & quo pacto à metaphora diſcernatur, oſtendit. ¶ Metalepſin, quæ ex alio in aliud velut viã præſtat. ¶ Epitheton, quo Poetæ frequentius vtuntur; quia apud Oratores niſi vim rei exprimat, locum non habet, quod quando ad antonomaſiam referatur, aut nomen ſuum retineat, docet. ¶ Allegoriam, cum aliud verbis, aliud ſenſu oſtenditur. Et eius totius vſũ nonnunquam eſſe in oratione, etiam ſi raro, frequentius vero ex parte. Speciosum autem eſſe illud genus quod tribus permixtum ſit, ſimilitudine, allegoria, translatione. ¶ Alia eiuſdem generã recenſet, id quod in exemplis eſt, & ænigma non euitatum magnis Oratoribus: & Ironiam, quam Illuſionem vocamus, cuius ſpecies ſint ſarcaſmus, aſtiſmus, antiphraſis, parœmia, mycteriſmus. ¶ Periphraſin, id eſt circuitum loquendi, quæ nonnunquã neceſſitatis cauſſa, vt dictu deformia tegantur, nonnunquam ornatus adhibetur. Cũ vero in vitiũ incidit, periſſologia dicitur. ¶ Hiperbaton, quod opportuna ordinis mutatione, aliquid ex ſignificatione mutando, numeroſam orationẽ reddit. Nã ſi ſola ſtructura variaretur, nullo ex ſignificatione mutato, figura verborum potius eſſet quam tropus: quod cũ duobus verbis fit, anaſtrophe dicitur. ¶ Vltimam hyperbolem, quæ augendo vel minuendo fit pluribus modis: augendo, plus facto eſſe dicendo, aut per ſimilitudinem attollendo, ſignis vel translatione, vel alia inſuper addita: In qua menſura ſeruanda ſit, vt naturalem modum non excedamus, etiam ſi quid vltra fidẽ dicamus, cuius in minuendo totidem ſint genera.

De Tropis

Elocutio.

TRopus eſt verbi vel ſermonis à propria ſignificatione in aliam cum virtute mutatio. Circa quem inexplicabilis & grammaticis inter ipſos, & philoſophis pugna eſt; quæ ſint genera, quæ ſpecies, quis numerus, quis cui ſubiiciatur. Nos omiſſis, quæ nihil ad inſtituendum Oratorem pertinent, cauillationibus, neceſſarios maxime atq; in vſum receptos exequemur: hoc modo in his annotaſſe contenti, quoſdam gratia ſignificationis, quoſdam decoris aſſumi, & eſſe alios in verbis propriis, alios in tranſlatis: vertique formas non verborum modo, ſed & ſenſuum, & compoſitionis. Quare mihi videntur erraſſe, qui non alios crediderunt tropos, quam in quibus verbum pro verbo poneretur. Neque illud ignoro, in iiſdem fere qui ſignificandi gratia adhibētur, eſſe & ornatum; ſed non idem accidet contra; eruntque quidam tantum ad ſpeciem accommodati.

¶Incipiamus igitur ab eo, qui cum frequentiſſimus eſt tum longe pulcherrimus, tranſlatione dico, quæ *Metaphora* Græce vocatur. Quæ quidem cum ita eſt ab ipſa nobis conceſſa natura, vt indocti quoque non ſentientes ea frequenter vtantur; tum ita iucunda atque nitida, vt in oratione quamlibet clara, proprio tamen lumine eluceat. Neque enim vulgaris eſſe, nec humilis, nec inſuauis, recte modo adſcita, poteſt. Copiam quoque ſermonis auget permutando, aut mutuando quod non habet; quodque difficillimum eſt, præſtat ne vlli rei nomen deeſſe videatur. Transfertur ergo nomen aut verbum ex eo loco in quo proprium eſt, in eum in quo aut proprium deeſt, aut tranſlatū proprio melius eſt. Id facimus, aut quia neceſſe eſt, aut quia ſignificantius eſt, aut (vt dixi) quia decentius. Vbi nihil horum præſtabit quod transferetur, improprium erit. Neceſſitate ruſtici dicunt gemmam in vitibus, (quid enim dicerent aliud?) & ſitire ſegetes, & fructus laborare. Neceſſitate nos, durum hominem, aut aſperum. Non enim proprium erat quod daremus his affectibus nomen. Iam, incenſum ira: &, inflammatum cupiditate: &, lapſum errore, ſignificandi gratia. Nihil enim horum ſuis verbis, quā his arceſſitis, magis proprium erat. Illud ad ornatum, lumen orationis: &, generis claritatem: &, concionum procellas; &, eloquentiæ flumina.* vt Cicero pro Milone, Clodium fontē gloriæ eius vocat; & alio loco, ſegetem ac materiam. Quædam etiam parum ſpecioſa dictu, per hanc explicantur,

*al. fulmina.

De Tropis

Hoc faciunt nimio ne luxu obtuſior vſus
Sit genitali aruo, & ſulcos oblimet inertes. Georg. 4.

In totum autem metaphora breuior eſt quam ſimilitudo: eoque diſtat, quod illa comparatur rei quam volumus exprimere, hæc pro ipſa re dicitur.

¶ Comparatio eſt, cum dico feciſſe quid hominem vt leonem: Translatio, cum dico de homine, leo eſt. Huius vis omnis quadruplex maxime videtur: Cum in rebus animātibus aliud pro alio ponitur: vt de agitatore,

—Gubernator magna contorſit equum vi,

& vt Liuius Scipionem à Catone adlatrari ſolitum refert. Inanima pro aliis generis eiuſdem ſumuntur: vt, Decad. 4. li. 7.

—Claſſiq; immittit habenas.

Aut pro rebus animantibus inanima,

Ferro an fato virtus Argiuum occidit,* Aut contra, Æn. 6. *metus.

—Sedet inſcius alto

Accipiens ſonitum ſaxi de vertice paſtor: Ænei. 2.

Præcipueque ex his oritur mira ſublimitas, quæ * audaciæ proxima, periculo translationis attollitur, tolluntur cum rebus ſenſu carentibus, actum quendam & animos damus; qualis eſt, *al. quæ audaci & proxime periculum translatione tollantur, cum rebus.

Pontem indignatus Araxes. Æne. 8.

Et illa Ciceronis, Quid enim tuus ille, Tubero, diſtrictus in acie Pharſalica gladius agebat? Cuius latus ille mucro petebat? qui ſenſus erat armorum tuorum? Duplicatur interim hæc virtus apud Virgilium, Pro Ligario

—Ferrumq; armare veneno. Æne. 7.

Nam & *veneno armare*, & *ferrum armare*, translatio eſt. Secantur hæc in plures: vt à rationali ad rationale, & idem de irrationalibus: & hæc inuicem, quibus ſimilis ratio eſt, & à toto, & à partibus. Sed iam non pueris præcipimus, vt accepto genere ſpecies intelligere non poſſint. Vt modicus autē atq; opportunus eius vſus illuſtrat orationē: ita frequens & obſcurat, & tædio complet: continuꝰ vero in allegoriā & ænigma exit.

Sunt quædam etiam humiles translationes: vt id de quo modo dixi, Saxea eſt verruca. Et ſordidæ. Non enim ſic Cicero recte ſentinam reipub. dixit, fœditatem hominum ſignificans: idcirco probem illud quoque veteris oratoris, *Perſecuiſti reipub. vomicas.* Optimeque Cicero demonſtrat cauendum, ne ſit deformis translatio: qualis eſt (nam ipſis eius vtar exemplis) Caſtratā morte Aphricani remp. &, Stercus curiæ Glauciam, In Catil. & Salluſt. In orat. & de Orat. 3.

—— .—— ciam. Ne nimio maior: aut, quod ſæpius accidit, minor. Ne
al ſcierit. diſſimilis: quorum exempla nimium frequenter deprehēdet, qui ſciuerit hæc vitia eſſe. Sed & copia quoque modum egreſſa vitioſa eſt, præcipue in eadem ſpecie.

Sunt & duræ, id eſt à longinqua ſimilitudine ductæ: vt,

Horat. 4. *Capitis niues* — &,

Carm. & *Iuppiter hybernas cana niue conſpuit Alpes.* In illo vero pluri-
Serm. 2. mum erroris, quod ea quæ Poetis (qui & omnia ad volupta-
Saty. 5. tem referunt, & plurima vertere etiam ipſa metri neceſſitate coguntur) permiſſa ſunt, conuenire quidam etiam proſæ pu-
Iliad. α. tant. At ego in agendo nec paſtorem populi autore Homero
Georg. 4. dixerim: nec volucres pennis remigare: licet Virgilius in api-
Æn. 6. bus ac Dædalo ſpecioſiſſime ſit vſus. Metaphora enim aut vacantem occupare locum debet, aut ſi in alienum venit, plus valere eo quod expellit.

¶ Quod aliquanto pene iam magis de *ſynecdoche* dicam. Nam tranſlatio permouendis animis plerunque & ſignandis rebus, ac ſub oculos ſubiiciendis reperta eſt. Hæc variate ſermonem poteſt, vt ex vno plures intelligamus, parte totum, ſpecie genus, præcedentibus ſequentia, vel contra, omnia liberiora Poetis, quam Oratoribus. Nam proſa, vt mucronem pro gladio, & tectum pro domo recipiet: ita non puppim pro naui, nec abietem pro tabellis. Et rurſus vt pro gladio ferrum; ita non pro equo quadrupedem. Maxime autem in orādo valebit numerorum illa libertas. Nam & Liuius ſæpe ſic dicit, Romanus prælio victor: cum Romanos viciſſe ſignificat. Et contra Cicero ad Brutum: Populo, inquit, impoſuimus, & Oratores viſi ſumus, cum de ſe tantum loqueretur. Quod genus non orationes modo ornat, ſed etiam quotidiani ſermonis vſus recipit. Quidam συνεκδοχὴν vocant, cum & id in contextu ſermonis quod tacetur accipimus. Verbum enim ex verbo intelligitur, quod inter vitia ἔκλειψις vocatur.

Æn. 12. *Arcadas ad portas ruere.* — Mihi hanc figuram eſſe magis placet. Illic ergo reddetur. Aliud etiam intelligitur ex alio,

Eclog. 2. *Aſpice, aratra iugo referunt ſuſpenſa iuuenci.*

Vnde apparet noctem appropinquare. Id neſcio an Oratori conueniat, niſi in argumentando, cum rei ſignum eſt. Sed hoc ab elocutionis ratione diſtat.

¶ Nec procul ab hoc genere diſcedit μετωνυμία, quæ eſt nominis pro nomine poſitio: cuius vis eſt, pro eo quod dicitur,

cau-

cauſam propter quam dicitur, ponere:ſed, vt ait Cicero, ὑπαλλαγὴν Rhetores dicunt. Hæc inuenta ab inuentore, & ſubiecta ab obtinentibus ſignificat: vt, DeTropis Ad Brutū.

Cererem corruptam vndis: &, Ænei. 1.

—Receptus terra Neptunus claſſes Aquilonibus arcet. Horat. in Arte.

Quod fit retro durius. Refert autem in quantum dictus trop' Oratorem ſequatur. Nam vt Vulcanum pro igne vulgo audiuimus: &, *Vario Marte pugnatum*, eruditus eſt ſermo: & Venerem quam coitum dixiſſe magis decet: ita Liberum & Cererem pro vino & pane licentius; quam vt fori ſeueritas ferat: ſicut ex eo quod continet, id quod continetur, vſus recipit: vt bene moratas vrbes, & poculum epotum, & ſeculum fœlix. At id quod contra eſt, raro audeat quis, niſi Poeta,

—Iam proximus ardet Vcalegon. Æn. 2.

Niſi forte hoc potius eſt, à poſſeſſore, quod poſſidetur: vt hominem deuorari, cuius patrimonium conſumitur. Quo modo fiunt innumerabiles ſpecies. Huius enim ſunt generis, cum ab Annibale cæſa apud Cannas ſexaginta millia dicimus. & apud Tragicos ab Ægialao: & carmina Virgilii veniſſe, & venire commeatus qui afferantur: & ſacrilegium deprehenſum, non ſacrilegum: & armorum ſcientiam habere, non artis. Illud quoque & Poetis & Oratoribus frequens, quo eum qui efficit, ex eo quod efficitur, oſtendimus. Nam & carminum autores,

Pallida mors æquo pulſat pede pauperum tabernas, Hor. car. 1.
Regumque turres. Et,

Pallenteſq; habitant morbi, triſtiſq; ſenectus. Æn. 6.

Et Orator præcipitem iram, hilarem adoleſcentiam, ſegne otium dicit. Eſt etiam huic tropo quædam cum ſynecdoche vicinia. Nam cum dico Vultus hominis pro vultu, dico pluraliter quod ſingulare eſt: quod plurale eſt, ſingulariter. Sed non id ago, vt vnum ex multis intelligatur: (nam id eſt manifeſtum:) ſed nomen immuto: vt cum aurata tecta, aurea, puſillum à vero diſcedo, quia non eſt niſi pars aurata. Quæ ſingula perſequi, minutioris eſt curæ, etiam non Oratorem inſtituentibus.

¶ Ἀντωνομασία, quæ aliquid pro nomine ponit, Poetis quoque modo frequentiſſima; & per epitheton, quia detracto eo cui apponitur, valet pro nomine, Tydides, Pelides: & ex his quæ in quocunque ſunt præcipua.

—Diuum

Elocutio. —*Diuum pater, atq; hominum rex.*

Et ex factis quibus perſona ſignatur,

—*Thalamo quæ fixa reliquit Impius.*—

Oratoribus etiam ſi rarus eius rei, nonnullus tamen vſus eſt. Nam vt Tydiden & Peliden non dixerint, ita dixerunt impium pro parricida: euerſorem quoque Carthaginis & Numantiæ, pro Scipione; & Romanæ eloquentiæ principem, pro Cicerone poſuiſſe non dubitent. Cicero ipſe certe vſus eſt hac libertate, *Non multa peccas*, inquit ille, *fortiſſimo viro ſenior magiſter: & ſi peccas, te regere poſſum.* Neutrum enim nomen poſitum eſt, & vtrunque intelligitur.

Pro Mur.

¶ Ὀνοματοποιΐα quidem, id eſt fictio nominis, Græcis inter maximas habita virtutes, nobis vix permittitur. Et ſunt plurima ita poſita ab iis qui ſermonem primi fecerunt, aptantes affectibus vocem. Nam mugitus & ſibilus & murmur inde venerunt. Deinde tanquam conſummata ſint omnia, nihil generare audemus ipſi, cum multa quotidie ab antiquis ficta moriantur. Vix illa quæ πεποιημένα vocant, quæ ex vocibus in vſu receptis quocunque modo declinantur, nobis permittimus, qualia ſunt *Sullaturit*, * & *Proſcripturit*; atque *Laureati poſtes*, pro illo, lauro coronati, ex eadem fictione ſunt. Sed hoc fœliciter euualuit: at contra, *Vio* pro *Eo*, infœlicius. In Græcis *obeliſco, colundumo, &c.* dura etiam iungere vetamur, qui toleranter videre ſeptentriones videmur.

**al.* Sallaturit *Vid. ſup. cap. 3. quod eſt de Ornatu vbi idem verbum.*

¶ Eo magis neceſſaria κατάχρησις, quam recte dicimus *Abuſionem*, quæ non habentibus nomen ſuum, accōmodat quod in proximo eſt, ſic,

—*Equum diuina Palladis arte*

Aene. 2.

Ædificant- & apud Tragicos, *Et iam leo pariet, at* pater eſt.* Mille ſunt hæc. & Acetabula quicquid habet; & Pyxides cuiuſcunque materiæ ſunt. & Parricida , matris quoque aut fratris interfector Diſcernendumq; eſt hoc totum à tranſlatione genus; quod abuſio eſt: vbi nomen defuit: Tranſlatio, vbi aliud fuit. Nam poetæ ſolent abuſiue etiam in his rebus quibus nomina ſua ſunt, vicinis potius vti, quod rarum in proſa eſt. Illa quoque quidam καταχρήσεις eſſe volunt, cum pro temeritate virtus, aut pro luxuria liberalitas dicitur. A quibus hæc quidem diſſonantia ſunt, quod in his non verbum pro verbo ponitur, ſed res pro re. Neque enim putat quiſquam luxuriam & liberalitatem idem ſignificare: verum id quod fit, alius luxuriam

**al. &*

xuriam

xuriam eſſe dicit, alius liberalitatem, quamuis neutri dubium ſit hæc eſſe diuerſa. De Tropis

¶Supereſt ex his quæ aliter ſignificant, μετάληψις id eſt Tranſſumptio, quæ ex alio in aliud velut viam præſtat: tropus & rariſſimus, & maxime improprius: Græcis tamen frequentior, qui Centaurum Chirona, & νήσοις θοαῖς ὀξείας; dicunt. Nos quis ferat, ſi Verrem, ſuem: aut Lælium, doctum nominemus? Eſt enim hæc in metalepſi natura, vt inter id quod transfertur, ſit medius quidam gradus, nihil ipſe ſignificans, ſed præbens tranſitum: quem tropum magis affectamus vt habere videamur, quam vt vllo in loco deſideremus. Nam eius frequẽtiſſimum exemplum eſt, cano, canto, dico: ita cano, dico. Ita eſt medium illud cano. Nec diutius in eo morandum: nihil enim vſus admodum video, niſi, vt dixi, in mediis. Cætera iam non ſignificandi gratia, ſed ad ornandam modo, non augendam orationem aſſumuntur.

¶Ornat enim ἐπίθετον, quod recte dicimus appoſitum: à nonnullis ſequens dicitur. Eo poetæ & frequentius & liberius vtuntur. Nanque illis ſatis eſt conuenire verbo cui apponitur: & ita Dentes albi, & Humida* vina in his non reprehenduntur. Apud Oratorem, niſi aliquid efficitur, redundat. Tum autem efficitur, ſi ſine illo quod dicitur, minus eſt: qualia ſunt, *O ſcelus abominandum, ô deformem libidinem.* Exornatur autem res tota maxime tráslationibus, *Cupiditas effrenata, & Inſanæ ſubſtructiones.* Et ſolet fieri aliis adiunctis Epitheton tropis, vt apud Virgilium, *Turpis Egeſtas, & Triſtis ſenectus.* Veruntamen talis eſt ratio huiuſce virtutis, vt ſine appoſitis nuda ſit & velut incompta oratio. Ne oneretur tamen multis. nam ſit longa & impedita, vt in quæſtionibus eam iudices ſimilem agmini totidem lixas habenti, quot milites quoque, in quo & numerus eſt duplex, nec duplum virium: quanquam non ſingula modo, ſed etiam plura verba apponi ſolent: vt,

*al. humilia.

Cic. Pro Cluentio & pro Milone.

Aen. 6.

Coniugio Anchiſa Veneris dignate ſuperbo.

Sed hoc quoque modo duo verba vni appoſita, ne verſum quidem decuerint. Sunt autem quibus non videatur hic omnino tropus, quia nihil vertat. Neceſſe eſt enim ſemper, vt id quod eſt appoſitum, ſi à proprio diuiſeris per ſe ſignificet, & faciat antonomaſiam. Nam ſi dicas, *Ille qui Carthaginem & Numantiam euertit.* antonomaſia eſt: ſi adieceris *Scipio*, appoſitum. Non poteſt ergo non eſſe iunctum. *Aene. 3.*

¶At

Elocutio. ¶ At ἀλληγορία, quam Inuerſionem interpretamur, aliud verbis, aliud ſenſu oſtendit; ac etiam interim contrarium. Prius, vt,

Hor. Car. I. ode 14.

O nauis referent in mare te noui
Fluctus? ô quid agis? fortiter occupa Portum.

Totuſque etiam ille Horatii locus, quo nauim pro republica; fluctuum tempeſtates, pro bellis ciuilibus; partum, pro pace atque concordia dicit. Tale Lucretius,

Lib. 4. Geor. li. I.

Auia Pieridum peragro loca,— & Virgilius,
Sed nos immenſum ſpatiis confecimus æquor:
Et iam tempus equum ſpumantia ſoluere colla.

Eclog. 9. Sine translatione vero in Bucolicis,

Certe equidem audieram, qua ſe ſubducere colles
Incipiunt, molliq; iugum demittere cliuo,
Vſq; ad aquam, & veteris iam fracta cacumina fagi,
Omnia carminibus veſtrum ſeruaſſe Menalcam.

Hoc enim loco præter nomen cætera propriis deciſa ſunt verbis: verum non paſtor Menalcas, ſed Virgilius eſt intelligendus. Habet vſum talis allegoriæ frequenter oratio, ſed raro totius: plerunque apertis permiſta eſt. Tota apud Ciceronem talis. (Pro Milone) Hoc mitor enim, queror que, quenquam hominem ita peſſundare alterum verbis velle, vt etiam nauem perforet in qua ipſe nauiget. Illud commiſtum frequentiſſimum Equidem cæteras tempeſtates & procellas in illis duntaxat fluctibus concionum ſemper Miloni putaui eſſe ſubeundas. Niſi adieciſſet duntaxat fluctibus concionum, eſſet allegoria: nunc eam miſcuit. Quo in genere & ſpecies ex arceſſitis verbis venit, & intellectus ex propriis. Illud vero longe ſpecioſiſſimum genus orationis, in quo trium permiſta eſt gratia ſimilitudinis, allegoriæ, & tranſlationis. Quod fretum, quem Euripum, (Pro Mura.) tot motus, tantas, tã varias habere creditis agitationes, commutationes, fluctus, quantas perturbationes, & quantos æſtus habet ratio comitiorum? Dies intermiſſus vnus, aut nox interpoſita ſæpe & perturbat omnia, & totam opinionem parua nonnunquam commutat aura rumoris. Nam id quoque in primis eſt cuſtodiendum, vt quo ex genere cœperis translationis, hoc deſinas. Multi enim cum initium à tempeſtate ſumpſerunt, incendio aut ruina finiunt: quæ eſt inconſequentia rerum fœdiſſima. Cæterum allegoria paruis quoque ingeniis, & quotidiano ſermoni frequentiſſime ſeruit. Nam illa in agendis cauſſis iam deterita, *Pedem conferre, & Iugulum*

gulum petere, & ſanguinem mittere, inde ſunt : nec offendunt tamen. Eſt enim grata in eloquendo nouitas, & commutatio: & magis inopinata delectant. Ideoque iam in his amiſimus modum, & gratiam rei nimia captatione conſumpſimus. Eſt in exemplis allegoria, ſi non prædicta ratione ponantur. Nam vt Dionyſium Corinthi eſſe, quo Græci omnes vtuntur, ita plura ſimilia dici poſſunt.

De Tropis. *Vide Eraſ. in adag.* Dionyſius Corinthi.

¶ Hæc allegoria quæ eſt obſcurior, *ænigma* dicitur: vitium meo quidem iudicio, ſi quidem dicere dilucide, virtus: quo tamen & poetæ vtuntur;

Dic quibus in terris, & eris mihi magnus Apollo,
Tres pateat cœli ſpatium, non amplius vlnas?

Virgil. Eclo. 3.

Et Oratores nonnunquam: vt, Cæcilius * Quadrantariam Clytæmneſtram: * &, In triclinio Coam: &, In cubiculo nolam. Namque & nunc quædam ſoluuntur, & tum erant notiora cum dicerentur, & ænigmata ſunt tamen, nec ea, niſi quis interpretetur, intelligas.

**Vid. Cæci. l. 10. c. 16. & Andr. Alciat. parerg. li. 2. ca. 12.*

**al.* Cæcilius quadrantariã Clytemneſtram in triclinio Coan: in cubiculo nolam.

¶ In eo vero genere, quo contraria oſtenduntur, *Ironia* eſt: Illuſionem vocant: quæ aut pronuntiatione intelligitur, aut perſona, aut rei natura. nam ſi qua earum verbis diſſentit, apparet diuerſam eſſe orationi voluntatem. quanquam in plurimis id temporis accidit, vt interſit quid de quo dicatur: quia (quod dicitur alibi) verum eſt aut laudi ſimulatione detrahere, aut vituperationi laude, conceſſum eſſe: quale eſt quod C. Verres prætor vrbanus homo ſanctus & diligens, ſubſortitionem eius eo die non haberet. Et contra, Oratores viſi ſumus, & populo impoſuimus. Aliquando cum riſu quodam contraria dicuntur iis quæ intelligi volunt. quemadmodum in Clodium, Integritas tua te purgauit, mihi crede, pudor eripuit, vita anteacta ſeruauit. Præter hæc vſus eſt allegoriæ, vt triſtia dicamus melioribus verbis, aut bonæ rei gratia quædã contrariis ſignificemus, aliud textu: quæ & enumerauimus. Hæc ſi quis profecto ignorat quibus Græci nominibus appellent σαρκασμὸν, ἀστεισμὸν, ἀντίφρασιν, παροιμίαν dici ſciat. Sunt etiam, qui hæc non ſpecies allegoriæ, ſed ipſa tropos dicant: acri quidem ratione, quod illa obſcurior ſit, & in his omnibus aperte appareat quid velimus. Cui accedit hoc quoque, quod genus cum diuiditur in ſpecies, nihil habeat propriũ; vt arboris ſpecies ſunt pinus, & olea, & cupreſſus, & ipſius per ſe nulla proprietas: Allegoria vero habeat aliquid propriũ. quod quomodo fieri poteſt, niſi ipſa ſpecies eſt? Sed ad vtendũ nihil refert.

Cicer. pro Cluen. & in Orat.

Digitized by Google

Elocutio. ¶ Adiicitur his μυκτηρισμὸς, ſimulatus quidem, ſed non latens deriſus. ¶ Pluribus autem verbis cum id quod vno aut paucioribus certe dici poteſt, explicatur; περίφρασιν vocant, circuitum loquendi, qui nonnunquam neceſſitatem habet, quoties dictu deformia operit: vt Salluſtius *Ad requiſita naturæ*. Interim ornatum petit ſolum, qui eſt apud poetas frequentiſſimus: vt,

Æn. 2. *Tempus erat, quo prima quies mortalibus ægris*
Incipit, & dono diuum gratiſſima ſerpit.

Et apud Oratores non rarus, ſemper tamen adſtrictior. Quicquid enim ſignificari breuius poteſt, & cum ornatu latius oſtenditur, περίφρασις eſt: cui nomen Latine datum eſt, non ſane orationis aptum virtuti, circumlocutio. ¶ Verum hæc vt cum decorum habet, periphraſis: ita cum in vitium incidit περισσολογία, dicitur. Obſtat enim quicquid non adiuuat.

¶ Hyperbaton quoque, id eſt verbi tráſgreſſionem, quam frequenter ratio compoſitionis & decor poſcit, non immerito inter virtutes habemus. Fit enim frequentiſſime aſpera & dura, & diſſoluta & hians oratio, ſi ad neceſſitatem ordinis ſui verba redigantur, & vt quodque oritur, ita proximis etiam, ſi vinciri non poteſt, alligetur. Differenda igitur quædam, & præſumenda, atque vt in ſtructuris lapidum impolitorũ, loco quo conuenit quicque ponendum. Non enim recidere ea, nec polire poſſumus, quæ coagmentata ſe magis iungant: ſed vtendum his qualia ſunt, eligendæque ſedes. Nec aliud poteſt ſermonem facere numeroſum quam opportuna ordinis mutatio. Neq; alio

1. de Rep. κατέβην χθὲς εἰς Πειραιᾶ. Platonis inuenta ſunt quatuor illa verba, quibus in illo pulcherrimo operum in Piræum deſcẽdiſſe ſignificat, plurimis modis ſcripta, quod eum quoque maxime facere experiretur.

¶ Verum id cum duobus verbis fit, ἀναστροφὴ dicitur, reuerſio quædam: qualia ſunt vulgo, *Mecum*, *ſecum*: apud Oratores & Hiſtoricos, *Quibus de rebus*. At cum decoris gratia contrahi-

Cic. in ora. pro Cluen. tur longius verbum, proprie Hiperbati tenet nomen: vt, *Animaduerti, iudices, omnem accuſatoris orationem in duas diuiſam eſſe partes.* Nam in duas partes diuiſam eſſe, rectum erat, ſed durum, & incomptum. Poetæ quidem etiam verborum diuiſionem faciunt & tráſgreſſionem.

Virgil. Georg. 3. —*Hyperboreo ſeptem ſubiecta trioni*, quod oratio nequaquam recipiet. At id quidem eſt propter quod cum dicitur tempus fit; quia componendus eſt è duobus intellectibus. Alioqui vbi

nihil

nihil ex ſignificatione mutandum eſt, & ſtructura ſola variatur, figura potius verborum dici poteſt: ſicut multi narrationem longis mutant hyperbatis. Ex confuſis quæ vitia accidunt, ſuo loco diximus. *De Tropis*

¶ Hyperbolen audacioris ornatus ſummo loco poſui. Eſt hæc em decens ſuperiectio. Virtus eius ex diuerſo par augendi atque minuendi. Fit pluribus modis. Aut enim plus facto dicimus, *Vomens fruſtis eſculentis gremium ſuum & totum tribunal impleuit*. Sic Virgil. *Cic. Philipp.2.*

Geminiq; minantur In cœlum ſcopuli.--

Aut res per ſimilitudinem attollimus. *Aene.1.*

—Credas innare reuulſas Cycladas.—

Aut per comparationem: vt, *Aene.8.*

—Fulminis ocyor alis. Aut ſignis quaſi quibuſdam,

—Illa vel intacta ſegetis per ſumma volaret *Aene.5.*

Gramina, nec teneras curſu læſiſſet ariſtas. *Aene.7.*

Vel tranſlatione, vt ipſum illud volaret. Creſcit interim hyperbole, alia inſuper addita: vt Cicero in Antonium dicit, *Quæ Charybdis tam vorax? Charybdin dico? quæ ſi fuit, fuit animal vnum: Oceanus medius fidius, vix videtur tot res, tam diſſipatas, tam diſtantibus in locis poſitas, tam cito abſorbere potuiſſe.* *Philip.2.* Exquiſitam vero figurã huius rei deprehendiſſe apud Principem Lyricorum Pindarum videor in libro quem inſcripſit ὕμνους. Is namque Herculis impetum aduerſus Meropas, qui in inſula Co dicuntur habitaſſe, non igni, nec ventis, nec mari, ſed fulmini dicit ſimilem fuiſſe. vt ille minora, hoc par eſſet. Quod imitatus Cicero illa compoſuit in Verrem, Verſabatur in Sicilia longo interuallo non Dionyſius ille, nec Phalaris: (tulit enim illa quondam inſula multos & crudeles tyrannos:) ſed nouum quoddam monſtrum ex vetere illa immanitate, quæ in iiſdem verſata locis dicitur. Non enim Carybdim tam infeſtam neque Scyllam nauibus, quam iſtum in eodem freto fuiſſe arbitror. Nec pauciora ſunt genera minuendi. *De Scylla & Charybdi. vid. Eraſm. chil.1 cent. 5. adag. 4.* *Virg. Ecl.2.*

—Vix oſſibus hærent.

Et quod Cicero in quodam ioculari libello,

Fundum Varro vocat, quem poſſim mittere funda:

Ni tamen exciderit, qua caua funda patet.

Sed huius quoque rei ſeruetur menſura quædam. Quamuis enim eſt omnis Hyperbole vltra fidem, non tamen eſſe debet vltra modum; nec alia via magis in κακοζηλίαν itur. Piget re-

 ferre

Digitized by Google

Elocutio. ferre plurima hinc orta vitia, cum præſertim minime ſint ignota & obſcura. Monere ſatis eſt, mentiri Hyperbolen; nec ita, vt mendacio fallere velit. Quo magis intuendum eſt, quouſque deceat extollere quod nobis non creditur. Peruenit hæc res frequentiſſime ad riſum: qui ſi aptus eſt, vrbanitatis: ſin aliter, ſtultitiæ nomen aſſequitur. Eſt autem in vſu vulgo quoque & inter eruditos, & apud ruſticos; videlicet quia NATVRA eſt omnibus augendi res vel minuendi cupiditas inſita, nec quiſquam vero contentus eſt. Sed ignoſcitur, quia non affirmamus. Tum eſt Hyperbole virtus, cum res ipſa de qua loquendum eſt, naturalem modum exceſſit. Conceditur enim amplius dicere, quia dici quantum eſt, non poteſt: meliusque vltra quam citra ſtat oratio. Sed de hoc ſatis; quia eundem locum plenius in eo libro quo cauſſas corruptæ eloquentiæ reddebamus, tractauimus.

M. FAB. QVINTILIANI DE INSTITVTIONE ORATORIA

LIBER IX.

Quo differant figuræ à tropis.

CAP. I.

ARGVMENTVM.

Troporum abſoluta tractatione, ad Figuras tranſit. Primum quæ ſit inter tropos & figuras conuenientia, explicat. Deindeque inter ſe differant ex vtriuſque definitione colligit. Praterea figuræ duplicem acceptionem oſtendit. Primam ſententia qualemcunque formam & habitum. Secundam, à ſimplici ac in promptu poſito dicendi modo mutationem, de qua hoc capite tractat. Hoc itaque, quod ambiguum erat, diſcuſſo; figuram definit eſſe arte aliqua nouatam dicendi formam. Deinde dupliciter diuidit, in figuram ſententiarum, & verborum. Et quia natura res verbis priores ſunt, de figuris ſententiarum prius loquitur, taſque non vulgariter ab vtilitate commendat: quia & ad fidem faciendam, & ad mouendos affectus plurimum poſſint, id ſimilitudine à re militari ſumpta euidentius reddit. Poſtremo figurarum non eſſe infinitũ numerum, vt quot

vt quod affectus ſint, totidem figuras eſſe dicamus, ſed certum eſſe modum quendam docet: quamq; viam in figuris enumerandis Cicero ſecutus ſit, locis integris ex Oratore eius & de Oratore libro tertio citatis oſtendit.

De Differentiis figurarum à Tropis.

CVM ſit proximo libro de tropis dictum, ſequitur pertinens ad figuras, quæ ſchemata Græce vocantur, locus, ipſa rei natura coniunctus ſuperiori. Nam plerique has tropos eſſe exiſtimauerunt, quia ſiue ex hoc duxerint nomen, quod ſint formati quodam modo: ſiue ex eo quod vertant orationem, vnde & motus dicuntur: fatendum erit eſſe vtrunque eorum etiam in figuris. Vſus quoque eſt idem. nam & vim rebus adiiciunt, & gratiam præſtant. Nec deſunt qui tropis figuræ nomen imponant: quorum eſt C. Artorius Proculus. Quin adeo ſimilitudo manifeſta eſt, vt eam diſcernere non ſit in promptu. Nam quo modo quædam in his ſpecies plane diſtant, manente tamen generali illa ſocietate, quod vtraq; res à recta & ſimplici ratione cum aliqua dicendi virtute deflectitur: ita quædam perquam tenui limite diuiduntur: vt cum ironia tam inter figuras ſententiæ, quam inter tropos reperiatur. περίφρασιν autem, & ὑπέρβατον, & ὀνοματοποιΐαν & ἐπίθετον, clari quoque autores figuras verborum potius quam tropos dixerunt. Quo magis ſignanda eſt vtriuſque rei differentia. Eſt igitur tropus ſermo a naturali & principali ſignificatione tranſlatus ad aliam, ornandæ orationis gratia: vel, (vt plerique Grammatici finiunt) dictio ab eo loco in quo propria eſt, translata in eum in quo propria non eſt. Figura (ſicut nomine ipſo patet) eſt conformatio quædam orationis, remota à communi & primum ſe offerente ratione. Quare in tropis ponuntur verba alia pro aliis, vt in μεταφορᾷ, μετωνυμίᾳ, ἀντονομασίᾳ, μεταλήψει, συνεκδοχῇ, καταχρήσει, ἀλληγορίᾳ, & plerunq; ὑπερβολῇ. Namque & rebus fit, & verbis. ὀνοματοποιΐα fictio eſt nominis. Ergo hoc quoque pro aliis ponitur, quibus vſuri fuimus, ſi illud non fingeremus. περίφρασις, etiam ſi frequenter & idipſum in cuius locum aſſumitur nomen complecti ſolet, vtitur tamen pluribus pro vno. ἐπίθετον quoniam plerunque habet antonomaſiæ partem, coniunctione eius fit tropus. In hyperbato commutatio eſt ordinis: ideoque multi tropis hoc genus eximunt. Transfert tamen verbum aut partem eius à ſuo loco in alienum. Horum nihil

Tropus quid.

Figura quid.

 in

Elocutio. in figuras cadit. Nam & propriis verbis, & ordine collocatis figura fieri poteſt. Quomodo autem Ironia alia ſit tropi, alia ſchematis, ſuo loco reddam. Nomine enim fateor eſſe communia hæc, & ſcio quam multiplicem habent, quamque ſcrupuloſam diſputationem: ſed ea non pertinet ad p æſ n meum propoſitum. Nihil enim refert quo modo appelletur vtrumlibet eorum, ſi quid orationi proſit, appareat. Nec mutatur vocabulis vis rerum. Et ſicut homines, ſi aliud acceperunt quam quod habuerant nomen, iidem ſunt tamen: ita hæc de quibus loquimur, ſiue tropi, ſiue figuræ dicentur, idem efficient. Non enim nominibus proſunt, ſed effectibus: vt ſtatū coniecturalē, an inficialem, an facti, an ſubſtantiæ, an de ſubſtantia nominemus, nihil intereſt, dum idem quæri ſciamus. Optimum ergo in his ſequi maxime recepta, & rē ipſam quocunque appellabitur modo, intelligi. Illud tamen notandum, coire frequenter in eaſdem ſententias & tropon & figuram. Tam enim tranſlatis verbis quā propriis figuratur oratio. Eſt autem non mediocris inter autores diſſenſio, & quæ vis nominis eius, & quot genera, & quā multæ ſint ſpecies. Quare primum intuendum eſt, quid accipere debeamus figuram. Nam duobus modis dicitur: Vno qualiſcunque forma ſententiæ: ſicut in corporibus, quibus, quoque modo ſint compoſita, vtique habitus eſt aliquis: Altero, quo proprie ſchema dicitur, in ſenſu vel ſermone aliqua à vulgari & ſimplici ſpecie cū ratione mutatio: ſicut, Nos ſedemus, incumbimus, reſpicimus. Itaque cum in eoſdem caſus, aut tempora, aut numeros, aut etiam pedes, continuo quis aut certe nimium frequenter incurrit, præcipere ſolemus variandas figuras eſſe vitandæ ſimilitudinis gratia. In quo ita loquimur, tanquam omnis ſermo habeat figuram. Itemque eadem figura dicimus *curſitare*, qua *lectitare*; id eſt eadem ratione declinari. Quare illo intellectu priore & communi nihil nō figuratum eſt. Quo ſi contenti ſumus, non immerito Apollodorus, ſi tradenti Cæcilio credimus, incomprehenſibilia partis huius præcepta exiſtimauit. Sed ſi habitus quidam, & quaſi geſtus ſic appellandi ſunt; id demum hoc loco accipi ſchema oportebit, quod ſit à ſimplici atque in promptu poſito dicendi modo poetice vel oratorie mutatum. Sic enim verum erit aliam eſſe orationem ἀσχημάτιστον, id eſt carentem figuris, quod vitiū non inter minima eſt: aliam ἐσχηματισμένην, id eſt figuratam. Verum id ipſum anguſte Zoilus terminauit, qui id ſolum putauerit

tauerit ſchema, quo aliud ſimulatur dici, quam dicitur: quod ſane vulgo quoque ſic accipi ſcio. Vnde & figuratæ controuerſiæ quædam, de quibus paulo poſt dicam, vocantur. Ergo figura ſit arte aliqua nouata forma dicendi. Genus eius vnum quidam putauerunt, in hoc ipſo diuerſas opiniones ſecuti. Nam hi quia verborum mutatione* ſenſus quoque verterentur, omnes figuras in verbis eſſe dixerunt: illi quia verba rebus accommodarentur, omnes in ſenſibus. Quarum vtraque manifeſta cauillatio eſt. Nam vt eadem dici ſolent aliter atque aliter, manetque ſenſus elocutione mutata: ita & figura ſententiæ, plures habere verborum figuras poteſt. Illa eſt enim poſita in concipienda cogitatione, hæc in enuncianda: ſed frequentiſſime coeunt: vt in hoc, *Nemo iam iam Dolabella neq; tui, neq; tuorum liberum.* Nam oratio à iudice auerſa, in ſententia: *iam iam,* & *liberum,* in verbis ſunt ſchemata. Inter plurimos enim, quod ſciam, conſenſum eſt duas eius eſſe partes: διανοίας, id eſt mentis, vel ſenſus, vel ſententiarum; nam iis omnibus modis dictum eſt: & λέξεως, id eſt verborum, vel dictionis, vel elocutionis, vel ſermonis vel orationis: nam & variatur, & nihil refert. Cornelius tamen Celſus adiicit verbis & ſententiis figuras colorum: nimia profecto nouitatis cupiditate ductus. Nam quis ignoraſſe eruditum alioqui virum credat colores & ſententias ſenſus eſſe? Quare ſicut omnem orationem, ita figuras quoque verſari neceſſe eſt in ſenſu, & in verbis. Vt vero natura prius eſt concipere animo res, quam enuntiare: ita de iis figuris ante loquendum eſt, quæ ad mentem pertinet: quarum quidem vtilitas cũ magna, tum multiplex, in nullo non orationis opere vel clariſſime elucet. Nam etſi minime videtur pertinere ad probationẽ, qua figura quicq; dicatur; facit tamen credibilia quæ dicim⁹, & in animos iudicum qua non obſeruatur irrepit. Namque vt in armorum certamine aduerſos ictus, & rectas ac ſimplices manus cum videre, tum etiam cauere ac propulſare facile eſt: auerſæ tectæque minus ſunt obſeruabiles: & aliud oſtendiſſe quam petas, artis eſt: ſic oratio quæ aſtu caret, pondere, mole, & impulſu præliatur: ſimulanti, varianti que conatus, in latera atque in terga incurrere datur, & arma aduocare, & velut nutu fallere. Iam vero affectus nihil magis ducit. Nam ſi frons, oculi, manus multum ad motum animorum valent, quanto plus orationis ipſius vultus ad id quod intendimus efficere, compoſitus? Plurimum tamen ad commendationem facit, ſi-

De Differentiis figurarum à Tropis.

*al. mutatio ſenſus quoque verteret.

Cic. Aét. 3

Elocutio. ue in conciliandis agentis moribus, ſiue ad promerendum actioni fauorem, ſiue ad leuandum varietate faſtidium, ſiue ad quædam vel decentius iudicanda* vel tutius. Sed antequam quæ cuique rei figura conueniat, oſtendam; dicendum eſt, nequaquam eas eſſe tam multas, quam ſunt à quibuſdam conſtitutæ. Neque enim me mouent nomina illa, quæ fingere vtique Græcis promptiſſimum eſt. Ante omnia igitur illi, qui totidem figuras putant, quot affectus repudiandi: non quia affectus non ſit quædam qualitas mentis: ſed quia figura, quam non communiter, ſed proprie nominamus, non ſit ſimplex rei cuiuſque enuntiatio. Quapropter in dicendo iraſci, dolere, miſereri, timere, confidere, contemnere; non ſunt figuræ, non magis quam ſuadere, minari, rogare, excuſare. Sed fallit parum diligenter intuentes, quod inueniunt in omnibus his locis figuras, & earum exempla ex orationibus excerpunt. Neque enim pars vlla dicendi eſt, quæ non recipere eas poſſit. Sed aliud eſt admittere figuram, aliud figuram eſſe. Neque enim verebor explicandæ rei gratia frequentiorem eiuſdem nominis repetitionem. Quare dabunt mihi aliquam in iraſcente, deprecante, miſerante, figuram ſcio: ſed non ideo iraſci, miſereri, deprecari, figura erit. Cicero quidem omnia orationis lumina in hunc locum congerit, mediam quandam (vt arbitror) ſecutus viam: vt nec omnis ſermo ſchema iudicaretur, nec ea ſola quæ haberent aliquam remotam ab vſu communi fictionem: ſed quæ eſſent clariſſima, & ad mouendum auditorem valerent plurimum: quem duobus ab eo libris tractatum locum ad literam ſubieci, ne fraudarem legentes iudicio maximi autoris. In tertio de Oratore ita ſcriptum eſt; In perpetua autem oratione, cum & coniunctionis lenitatem, & numerorum quam dixi rationem tenuerimus, tum eſt quaſi luminibus diſtinguenda & frequentanda omnis oratio ſententiarum atque verborum. Nam & commoratio vna in re, permultum mouet: & illuſtris explanatio, rerumque quaſi gerantur, ſub aſpectum pene ſubiectio, quæ & in exponenda re plurimum valet, & ad illuſtrandum id quod exponitur, & ad amplificandum; vt iis qui audient, illud quod augebimus, quantum efficere oratio poterit, tantum eſſe videatur: & huic contraria ſæpe præciſio eſt: & ad plus intelligendum quam dixeris ſignificatio: & diſtincte conciſa breuitas, & extenuatio: & huic adiuncta illuſio, à præceptis Cæſaris non abhorrens: & ab re digreſſio: in qua cum fuerit delectatio, tum redi-

*al. indicanda.

Hic locus eſt Cic. de figuris elocutionis ex tertio de Oratore, & ex Orat. ad Brutum ad literam.

De Differentiis figurarum à Tropis.

reditus ad rem aptus & concinnus eſſe debebit: propoſitioque quid ſis dicturus. & ab eo quod eſt dictum, ſeiunctio: & reditus ad propoſitum, & iteratio: & rationis apta concluſio: tum augendi minuendive cauſſa veritatis ſuperlatio; atque traiectio: & rogatio, atque huic finitima quaſi percontatio; expoſitioq; ſententiæ ſuæ: tum illa quæ maxime quaſi irrepit in hominum mentes, alia dicentis ac ſignificantis diſſimulatio, quæ eſt periucunda, cum in oratione non contentione, ſed ſermone tractatur: deinde dubitatio, tum diſtributio, tum correctio vel ante vel poſt quam dixeris, vel cum aliquid à teipſo reiicias. Præmunitio etiam eſt ad id quod aggrediare; & reiectio in alium: communicatio, quæ eſt quaſi cum iis ipſis apud quos dicas, deliberatio: morum ac vitæ imitatio, vel in perſonis, vel ſine illis, magnum quoddam ornamentum orationis, & aptum ad animos conciliandos vel maxime, ſæpe autem etiam ad commouendos: perſonarum ficta inductio, vel grauiſſimum lumen augendi: deſcriptio, erroris inductio, ad hilaritatem impulſio, anteoccupatio: tum duo illa quæ maxime mouent: ſimilitudo, & exemplum: digeſtio, interpellatio, contentio, reticentia, commendatio: Vox quædam libera, atque etiam effrenatior augendi cauſſa: iracundia, obiurgatio, promiſſio, deprecatio, obſecratio, declinatio: breuis à propoſito, non vt ſuperior illa, digreſſio: purgatio, conciliatio, læſio, optatio, atque execratio. His fere luminibus illuſtrant orationem ſententiæ. Orationis autem ipſius tanquam armorum eſt vel ad vſum comminatio & quaſi petitio, vel ad venuſtatem ipſa tractatio. Nam & geminatio verborum habet interdum vim, leporem alias: & paululum immutatum verbum atque deflexum: & eiuſdem verbi crebra tum à primo repetitio, tum in extremum conuerſio; & in eadem verba impetus, & cõcurſio, & adiunctio, & progreſſio: & eiuſdem verbi crebrius poſiti quædã diſtinctio, & reuocatio verbi: & illa quæ ſimiliter deſinunt, aut quæ cadunt ſimiliter; aut quæ parib. paria referuntur, aut quæ ſunt inter ſe ſimilia. Eſt etiam gradatio quædam, & conuerſio, & verborum concinna tranſgreſſio, & contrarium, & diſſolutum, & declinatio, & reprehenſio, & exclamatio, & imminutio, & quod in multis caſibus ponitur, & quod de ſingulis rebus propoſitis ductum refertur ad ſingula, & ad propoſitum ſubiecta ratio, & item in diſtributis ſuppoſita ratio, & permiſſio, & rurſus alia dubitatio, & improuiſum quid-

Elocutio. dam,& dinumeratio,& alia correctio,& diſputatio , & quod continuatum,& interruptum,& imago, & ſibiipſi reſponſio, & immutatio,& diſiunctio,& ordo,& relatio, & digreſſio,& circumſcriptio. Hæc enim ſunt fere,atque horum ſimilia,vel plura etiam eſſe poſſunt , quæ ſententiis orationem , verborumque conformationibus illuminent. Eadem ſunt in Oratore plurima,non omnia tamen,& paulo magis diſtincta: quia poſt orationis & ſententiarum figuras;tertium quendam ſubiecit locum ad alias (vt ipſe ait) quaſi virtutes dicendi pertinentem: ET reliqua ex collocatione verborum quæ ſumuntur quaſi lumina, magnum afferunt ornatum orationi. Sunt enim ſimilia illis quæ in amplo ornatu ſcenæ aut fori appellantur inſignia; non quod ſola ornent,ſed quod excellant. Eadem ratio eſt horum quæ ſunt orationis lumina, & quodam modo inſignia: cum aut duplicantur iteranturque verba, aut breuiter commutata ponuntur: aut ab eodem verbo ducitur ſæpius oratio: aut in idem coniicitur, aut in vtrunque, aut adiungitur idem iteratum, aut idem ad extremum refertur: aut continenter vnum verbum non in eadem ſententia ponitur: aut cum ſimiliter vel cadunt verba, vel deſinunt: aut multis modis contrariis relata contraria: aut cum gradatim ſurſumuerſus reditur: aut cum demptis coniunctionibus diſſolute plura dicuntur: aut cum aliquid prætereuntes, cur id faciamus oſtendimus: aut cum corrigimus noſmetipſos, quaſi reprehendentes: aut ſi eſt aliqua exclamatio admirationis vel conqueſtionis: aut cum eiuſdem nominis caſus ſæpius commutantur. Sed ſententiarum ornamenta maiora ſunt: quibus quia frequentiſſime Demoſthenes vtitur, ſunt qui putent idcirco eius eloquentiam maxime eſſe laudabilem. Enimuero nullus fere ab eo locus ſine quadam conformatione ſententiæ dicitur*: nec aliud quicquam eſt dicere, niſi omnes aut certe pleraſque aliqua ſpecie illuminare ſententias. Quas cum tu optime Brute, teneas; quid attinet nominibus vti, aut exemplis? tantummodo notetur locus. Sic igitur dicet ille quem expetimus, vt verſet ſæpe multis modis eandem & vnam rem, & hæreat in eadem commoreturque ſententia. Sæpe etiam vt extenuet aliquid: ſæpe vt irrideat: vt declinet à propoſito, deflectatque ſententiam: vt proponat quid dicturus ſit: vt cum tranſegerit, iam aliquid definiat: vt ſe ipſe reuocet: vt quod dixit, iteret: vt argumentum ratione concludat: vt interrogando vrgeat: vt rurſus quaſi ad interrogata ſibi ipſe reſpondeat; vt contra,ac dicat,

Verba Ciceronis in Bruto.

* al. edicitur.

dicat, accipi & ſentiri velit: vt addubitet quid potius, aut quo modo dicat: vt diuidat in partes: vt aliquid relinquat, ac negligat: vt ante præmuniat: vt in eo ipſo in quo reprehendatur, culpam in aduerſarium conferat: vt ſæpe cum iis qui audiunt, nonnunquam etiam cum aduerſario quaſi deliberet: vt hominum mores ſermoneſque deſcribat: vt muta quædam loquentia inducat: vt ab eo quod agitur, auertat animos: vt ſæpe in hilaritatem riſumque conuertat: vt ante occupet quod videat opponi: vt comparet ſimilitudines: vt vtatur exemplis: vt aliud alii tribuens diſpertiat: vt interpellatorem coërceat: vt aliquid reticere ſe dicat: vt denuntiet quid caueat: vt liberius quid audeat: vt iraſcatur etiam: vt obiurget aliquando: vt deprecetur: vt ſupplicet: vt medeatur: vt à propoſito declinet aliquantulum: vt optet: vt execretur: vt fiat iis apud quos dicet, familiaris: atque alias etiam dicendi quaſi virtutes ſequatur: breuitatem, ſi res petet: ſæpe etiam rem dicendo ſubiiciet oculis, ſæpe ſupra feret quam fieri poſſit: ſignificatio ſæpe erit maior quam oratio: ſæpe hilaritas: ſæpe vitæ naturarumque imitatio. Hoc in genere (nam quaſi ſyluam vides) omnis eluceat oportet eloquentiæ magnitudo.

De Differentiis figurarum à Tropis.

De Figuris ſententiarum.

Cap. II.

Argumentum.

Ciceronem de figuris mediam quandam viam ſecutum eſſe oſtendit, vt non eas modo quæ ab vſu communi remotam dicendi formam haberent, figuras vocaret; verum etiam quæcunque eſſent clariſſimæ, & ad mouendum auditorem potentiſſima, quæ vt ab illo recte facta ſint, ſe tamen hoc capite de illis figuris quæ ab illo ſimplici indicandi modo recedunt, locuturum profitetur. Nam alia vt figuras admittant, figuras tamen non eſſe. id interrogationis exemplo probat: quæ cum nihil ſit communius; figuratam tamen eſſe, cum inſtandi gratia fit, vel inuidia, vel miſerationis, vel auferendæ diſſimulationis, aut acrius imperandi, vel vbi negari quid non poteſt, vel vbi difficilis eſt ratio reſpondendi. Interrogationi proximam figuram in reſpondendo enumerat, cum aliud interroganti, ad aliud occurritur, augendi criminis cauſſa, vel declinandi. Item interrogandi ſe ipſum & ſibi reſpondendi viciſſitudinem: & ſubiectionis ſchema. ¶ Præſumptionem, cuius varia

Elocutio. *varia ſint ſpecies, præmunitio, confeſſio, prædictio, emendatio, præparatio, reprehenſio.* ¶ *Dubitationem. Communicationem cum iudice aut aduerſario, cuius ſpecies ſit ſuſtentatio dicta ab aliis paradoxon, quorum ſententia non accedit.* ¶ *Permiſſionem. Simulationem, ex qua ſit exclamatio aſſimulata, & arte compoſita, & licentia ex eodem fere fonte manans.* ¶ *Proſopopœiam, cuius varia ſpecies: ſermocinatio, ficta imaginatio, parode, forma fictio, incerta perſona ficta oratio, iactus ſine perſona ſermo; obliqua allocutio: aut narratio.* ¶ *Apoſtrophen, quæ fit vel cum aduerſarios inuadimus, vel cum ad inuocationem, vel ad inuidioſam implorationem conuertimur, vel cum à propoſita quæſtione audientem abducimus.* ¶ *Subiectionem ſub oculos, qua non ſolum quæ facta ſunt, aut fiunt: ſed etiam quæ futura ſunt, aut fuerunt, imaginamur: cuius ſpecies metaſtaſis. & locorum deſcriptio, quæ Topographia vocatur.* ¶ *Ironiam, quæ quo pacto figura à tropo differat, breuiter explicat: nempe quo metaphora ab allegoria, cuius ſpecies apophaſis, confeſſio nihil nocitura, conceſſio iniqui, cauſſæ fiducia, conſenſio, ficta permiſſio, & iuſſio.* ¶ *Conceſſio eorum quæ videri nolumus, laus, amplificatio eorum quæ dilui facile poſſunt.* ¶ *Apoſiopeſis, quæ fit, ira, ſolicitudinis, tranſitionis, digreſſionis cauſſa. Et per præciſionem. Ethopœiam vel mimeſin, id eſt morum alienorum imitationem, in eludendo poſitam, quæ in factis & dictis verſatur.* ¶ *Diſſimulationem artificii, & negligentiæ confeſſionem, quibus dicti pœnitentia ſubiacet.* ¶ *Dilationem & repetitionem.* ¶ *Emphaſin, cum ex aliquo latens aliquid eruitur. Ex quo genus illud à quo figuratæ controuerſiæ dicuntur: cuius triplex vſus, ſi dicere palam parum tutum eſt, vel ſi non decet, vel ſi nouitate & varietate magis delectat, quam ſi relatio recta ſit. Quæ tria ſigillatim tractat, in quibus quis figurarum modus, quæ declamatorum vitia, quomodo figuris reſpondendum ſit, quamque variæ figuræ à diuerſis poſitæ ſint, & quæ à figuris excludendæ, fuſiſſime præſcribit.*

ERgo cui latius complecti conformationes verborum ac ſententiarum placuerit, habet quod ſequatur: nec affirmare auſim quicquam eſſe melius, ſed hæc ad propoſiti mei rationem legat. Nam mihi de his ſententiarum figuris dicere in animo eſt, quæ ab illo ſimplici modo indicandi recedunt: quod idem multis doctiſſimis viris video placuiſſe. Omnia tamen illa etiam quæ ſunt alterius modi lumina, adeo ſunt virtutes orationis, vt ſine his nulla intelligere vere poſſit oratio.

Nam

Nam quo modo iudex doceri poteſt, ſi deſit illuſtris explanatio, propoſitio, promiſſio, finitio, ſeiunctio, expoſitio ſententiæ ſuæ, rationis apta concluſio, præmunitio, ſimilitudo, exemplum, digeſtio, diſtributio, interpellatio, interpellantis coërctio, contentio, purgatio, læſio? Quid vero agit omnino eloquentia detractis amplificandi minuendique rationibus? Quarum prior deſiderat illam pluſquam dixeris ſignificationem, id eſt ἔμφασιν & ſuperlationem veritatis, & traiectionẽ: hæc altera extenuationem, deprecationemque. Qui affectus erunt vel concitati detracta voce libera, effrenatiore iracundia, obiurgatione, optatione, execratione? vel illi mitiores, niſi adiuuantur commendatione, conciliatione, ad hilaritatem impulſione? Quæ delectatio, aut quod mediocriter ſaltem docti hominis iudicium, niſi alia repetitione, alia commoratione infigere: digredi à re, & redire ad propoſitum ſuum ſcierit: remouere à ſe, in alium traiicere: quæ relinquenda, quæ contemnenda ſint, iudicare? Motus eſt in his orationis atque actus: quibus detractis iacet, & velut agitante corpus ſpiritu caret. Quæ cum adeſſe debent, tum diſponenda atque varianda ſunt, vt auditorem, quod in fidibus fieri videmus omni ſono mulceant. Verum ea plerunque recta ſunt, nec ſe fingunt, ſed confitentur. Admittunt autem (vt dixi) figuras: quod vel ex proximo doceri poteſt. Quid enim tam commune, quam interrogare, vel percontari? Nam vtroque vtimur indifferenter, cum alterum noſcendi, alterum arguendi gratia videatur adhiberi. At ea res vtrocunque modo dicatur, etiam multiplex habet ſchema. Incipiamus enim ab iis quibus acrior ac vehementior fit probatio, quod primo loco poſuimus. Simplex eſt ſic rogare,

Sed vos qui tandem? quibus aut veniſtis ab oris? Æneid. 1.

Figuratum autem, quoties non ſciſcitandi gratia aſſumitur, ſed inſtandi: *Quid enim tuus ille, Tubero, diſtrictus in acie Pharſalica gladius agebat?* & *Quouſque tandem abutere Catilina patientia noſtra?* & *Patere tua conſilia non ſentis?* & totus denique hic locus. Quanto enim magis ardet, quam ſi diceretur, *Diu abuteris patientia noſtra:* & *Patent tua conſilia*. Interrogamus etiam quod negari non poſſit: *Dixitne tandem cauſſam C. Fidiculanius Palcula**? Aut vbi reſpondendi difficilis eſt ratio, vt vulgo vti ſolemus, *Quo modo? qui fieri poteſt?* Aut inuidiæ la. gratia, vt Medea apud Senecam, —*Quas peti terras iubes?* Aut miſerationis, vt Sinon apud Virgilium,

Pro Liga. In Catil. Ibidem. Pro Cluent. * al. Falcula.

De Sententiarum figuris.

Heu

Elocutio. *Heu quæ nunc tellus, inquit, quæ me æquora poſſunt*
Accipere?

Æneid.2. Aut inſtandi, & auferendæ diſſimulationis: vt Aſinius, *Audiſne: furioſum, inquam, non inofficioſum, teſtamentum reprehendimus.* Totum hoc plenum eſt varietatis: nam & indignationi conuenit,

Æneid.1. *—Et quiſquam numen Iunonis adoret?* Et admirationi,
Æneid.3. *—Quid non mortalia pectora cogis*
Æneid.4. *Auri ſacra fames?—* Eſt interim acrius imperandi genus,
Non arma expedient, totaque ex vrbe ſequentur?

In Eunucho. Et ipſi noſmet rog[illegible]u: quale eſt illud Terentianum,
Quid igitur facia[illegible]

Eſt aliqua etiam in reſpondendo figura, cum aliud interroganti, ad aliud, quia ſic vtilius ſit, occurritur. Tum augendi criminis gratia, vt teſtis in reum rogatus, an ab reo fuſtibus vapulaſſet, Et innocens, inquit. Tum declinandi, quod eſt frequentiſſimum: *Quæro an occideris hominem*, reſpondetur, *Latronem. An fundum occupaueris*, reſpondetur, *meum.* Vt confeſſionem præcedat defenſio: vt apud Virgilium in Bucolicis dicenti,

Eclog.3. *Non ego te vidi Damonis, peſſime, caprum*
Excipere inſidiis?--- Occurritur,
An mihi cantando victus non redderet ille?

¶Cui eſt confinis *Diſſimulatio*, non alibi quam in riſu poſita; ideoque tractata ſuo loco. Nam ſerio ſi fiat, pro confeſſione eſt. Cæterum etiam interrogandi ſe ipſum, & reſpondendi ſibi, ſolent eſſe non ingratæ vices: vt Cicero pro Ligario, Apud quem igitur hoc dico? nempe apud eum, qui cum hoc ſciret; tamen me antequam vidit, reipublicæ reddidit. Aliter pro Cælio ficta interrogatio eſt: Dicet aliquis, Hæc igitur eſt tua diſciplina? ſic tu inſtituis adoleſcentes? & totus locus. Deinde; Ego ſi quis iudices, hoc robore animi, atque hac indole virtutis ac continentiæ fuit, &c. Cui diuerſum eſt, cum alium rogaueris, non expectare reſponſum, & ſtatim ſubiicere; Domus

Cic. in Orat. tibi deerat? at habebas. Pecunia ſuperabat? at egebas. Quod

*al. ſuggeſtionem. ſchema quidam per *ſubiectionem vocant. Fit & comparatione: Vter igitur facilius ſuæ ſententiæ rationem redderet? Et

Pro Milo. aliis modis tum breuius, tum latius, tum de vna re, tum de pluribus.

¶ Mire vero in cauſſis valet præſumptio, quæ πρόληψις, dicitur, cum id quod obiici poteſt, occupamus. Id neque in aliis partibus

partibus parum eſt, & præcipue prooemio conuenit. Sed quanquam generis vnius, diuerſas tamen ſpecies habet. Eſt enim quædam præmunitio, qualis Ciceronis contra Q. Cæcilium, quod ad accuſandum deſcẽdat, qui ſemper defenderit. Quædam confeſſio: vt pro Rabirio Poſthumo, quem ſua quoque ſententia reprehendendum fatetur, quod pecuniam regi crediderit. Quædam prædictio: vt. Dicam enim non augendi criminis gratia. Quædam emendatio: vt, Rogo ignoſcatis mihi, ſi longius ſum euectus. Frequentiſsima præparatio, cum pluribus verbis, vel quare facturi quid ſimus, vel quare fecerimus, dici ſolet Verborum quoque vis ac proprietas confirmatur vel præſumptione: Quanquam illa non pœna, ſed prohibitio ſceleris fuit. Aut reprehenſione; Ciues, ciues, inquam, ſi hoc eos appellari nomine fas eſt. Affert aliquam fidem veritatis & dubitatio, cum ſimulamus quærere nos vnde incipiendum, vbi deſinendum; quid potiſsimum dicendum, an omnino dicendum ſit: cuiuſmodi exemplis plena ſunt omnia; ſed vnum interim ſufficit. Equidem quod ad me attinet, quo me vertam neſcio. Negem fuiſſe infamiam iudicii corrupti? &c. Hoc etiam in præteritum valet: nam & dubitaſſe nos fingimus.

De Sententiarum figuris.

In Diuin.

Pro Cluent.

¶ A quo ſchemate non procul abeſt illa quæ dicitur Communicatio, cum aut ipſos aduerſarios conſulimus, vt Domitius Afer pro Cloantilla, At illa neſcit trepida quid liceat fœminę, quid coniugem deceat: forte vos in illa ſolicitudine obuios caſus miſeræ mulieri obtulit: tu frater, vos paterni amici: quod conſilium datis? Aut cum iudicibus quaſi deliberamus, quod eſt frequentiſsimum: Quid ſuadetis? &, Vos interrogo, quid tandem fieri oportuit? vt Cato; Cedo, ſi vos in eo loco eſſetis, quid aliud feciſſetis? Et alibi. Communem rem agi putatote, ac vos huic rei propoſitos eſſe. Sed nonnunquam communicantes aliquid inexpectatum ſubiungimus, quod & per ſe ſchema eſt: vt in Verrem Cicero, Quid deinde? quid cenſetis? furtum fortaſſe, aut prædam aliquam? Deinde cum diu ſuſpendiſſet iudicum animos, ſubiecit quod multo eſſet improbius, &c. Hoc Celſus ſuſtentationem vocat. Eſt autem duplex: nam contra frequenter cum expectationem grauiſsimorum fecimus, ad aliquid quod ſit leue, aut nullo modo criminoſum, deſcendimus. Sed quia non tantum per communicationem fieri ſolet, παράδοξον alii nominauerunt, id eſt, inopinatum. Illis non accedo, qui ſchema eſſe exiſtimant, etiam

Act. 7.

ſiquid

Elocutio. ſiquid nobiſipſis dicamus inexpectatum accidiſſe: vt Pollio, Nunquam fore credidi, iudices, vt reo S‑auro, ne quid in eius iudicio gratia valeret precarer. Pene idem fons eſt ill us, quam permiſſionem vocant, qui communicationis: cum aliqua ipſis iudicibus relinquimus æſtimanda, aliqua nonnunquam aduerſariis quoque: vt Caluus Vatinio: Perfrica frontē, & diu te digniorem qui prætor fieres, quam Catonem. Quæ vero ſunt augendis affectibus accommodatæ figuræ, conſtant maxime ſimulatione. Namque & iraſci nos, & gaudere, & timere, & admirari, & dolere, & indignari, & optare, quæque ſunt ſimilia his, fingimus. Inde ſunt illa, *Liberatus ſum. Reſpiraui.* &, *Bene habet.* &, *Quæ amentia eſt hæc?* &, *O tempora O mores.* *O miſerum me, conſumptis enim lacrymis infixus tamen pectori hæret dolor.* &,

Philip 2.
Pro Milo.

—Magna nunc hiſcite terra. Quod exclamationem quidam vocant, ponuntque inter figu‑as orationis. Hæc quoties vera ſunt, non ſunt in ea forma de qua nunc loquimur. Aſſimulata, & artē compoſita, proculdubio ſchemata ſunt exiſtimanda.

Lib. 4 ad Herenniū.

¶ Quod idem dictum ſit de oratione libera, quam Cornificius licentiam vocat, Græci παῤῥησίαν. Quid enim minus figuratum, quam vera libertas? Sed frequenter ſub hac facie latet adulatio. Nam Cicero cum dixit pro Ligario, Suſcepto bello, Cæſar, geſto iam etiam ex parte magna, nulli vi coactus, conſilio ac voluntate meā ad ea ārma profectus ſum, quæ erant contra te ſumpta: non ſolum ad vtilitatē Ligarii reſpicit, ſed magis laudare victoris clementiam non poteſt. In illa vero ſententia, Quid autem aliud egimus Tubero, niſi vt quod hic poteſt, nos poſſemus? admirabiliter vtriuſque partis facit bonam cauſſam: ſed hoc eum demeretur, cuius mala fuerat.

* al. Illa.

¶ Illæ* adhuc audaciora, & maiorum (vt Cicero exiſtimat) laterum, fictiones perſonarum, quæ προσωποποιίαι dicuntur. Mire namq; cum variant orationem, tum excitant. His & aduerſariorum, cogitationes velut ſecum loquentium protrahimus: quæ tamen ita demum à fide non abhorrent, ſi ea locutos finxerimus, quæ cogitaſſe eos non ſit abſurdum: & noſtros cum aliis ſermones: & aliorum inter ſe credibiliter introducimus: & ſuadendo, obiurgando, quærendo, laudando, miſerando, perſonas idoneas damus. Quin deducere deos in hoc genere dicendi, & inferos excitare, conceſſum eſt. Vrbes etiam populique vocem accipiunt. At ſunt quidam qui has demum

demum προσωποποιίας dicant, in quibus & corpora & verba fingimus, Sermones hominum aſſimulatos dicere διαλόγους malunt; quam, quod Latinorum quidam dixerunt, ſermocinationem. Ego iam recepto more vtrunque eodem modo appellaui. Nam certe ſermo fingi non poteſt: vt non perſonæ ſermo fingatur. Sed in his quæ natura nō permittit, hoc modo mollior fit figura; Etenim ſi mecum patria, quæ mihi vita mea multo eſt carior? ſi cuncta Italia, ſi omnis reſpublica ſic loquatur, M. Tulli quid agis? Illud audacius genus, Quæ tecum Catilina ſic agis, & quodammodo tacita loquitur, Nullum iam aliquot annis facinus extitit, niſi per te. Commodè etiam aut nobis aliquas ante oculos eſſe rerum perſonarumue imagines fingimus, aut eadem aduerſariis, aut iudicibus non accidere miramur: qualia ſunt, *Videtur mihi.* &, *Nonne videtur tibi?* Sed magna quædam vis eloquentiæ deſideratur, Falſa enim & incredibilia natura neceſſe eſt aut magis moueant, quia ſupra vera ſunt: aut pro vanis accipiantur, quia vera non ſunt. Vt dicta autem quædam, ita ſcripta quoq; fingi ſolent: quod facit Aſinius pro Liburnia, Mater mea, quæ mihi tum chariſſima, tum dulciſſima fuit, quæque mihi vixit, biſque eadem die mihi vitam dedit, & reliqua: deinde, exhæres eſto. Hæc cum per ſe figura eſt, tum duplicatur, quoties, ſicut in hac cauſſa, ad imitationē alterius ſcripturæ componitur. Nam contra recitabatur teſtamentum, P. Nouanius Gallio, cui ego omnia meritiſſimo volo & debeo pro eius animi in me ſumma voluntate. & adiectis deinceps aliis, hæres eſto. Incipit eſſe quodammodo παρῳδή, quod nomen ductum à canticis ad aliorum ſimilitudinē modulatis, abuſiue etiam in verſificatione ac ſermonū imitatione ſeruatur. Sed formas quoque fingimus ſæpe: vt famam Virgilius, vt voluptatem ac virtutem (quemadmodum à Xenophonte traditur) Prodicus: vt mortem ac vitam, quas contendentes in Satyra tradit Ennius. Eſt & incertæ perſonæ ficta oratio. *Hic aliquis.* &, *Dicat aliquis.* Eſt & iactus ſine perſona ſermo, *Hic Dolopum manus, hic ſæuus tendebat Achilles.* Quod fit miſtura figurarum, cum προσωποποιία accedit illa quę eſt orationis per detractionem: detractū eſt enim quis diceret. Vertitur interim προσωποποιία in ſpeciem narrandi. Vnde & apud hiſtoricos reperiuntur obliquæ allocutiones: vt in T. Liuii primo ſtatim libro, Vrbes quoque, vt cætera, ex infimo naſci: deinde quas ſua virtus ac dii iuuent, magnas opes ſibi, magnumque nomen facere.

De Sententiarum figuris.

In Catil. inuect. 1.

ibidem.

Aen. 2.

Cc ¶ Auer-

Elocutio

¶ Auerſus quoque à iudice ſermo, qui dicitur ἀποστροφή, mire mouet, ſiue aduerſarios inuadimus, *Quid enim tuus ille Tubero, in acie Pharſalica gladius agebat?* Siue ad inuocationē aliquam conuertimur, *Vos enim iam ego Albani tumuli atque luci.* Siue ad inuidioſam implorationem; *O leges Porciæ, legeſque Semproniæ.* Sed illa quoque vocatur auerſio, quæ à propoſita quæſtione abducit audientem:

Pro Liga. *Pro Milo.* *Pro Seſtio. & Act. in Verrem 7.*

Aeneid. 4.

Non ego cum Danais Troianam excindere gentem
Aulide iuraui. — Quod fit & multis & variis figuris, cum aut aliud expectaſſe nos, aut maius aliquid timuiſſe ſimulamus, aut plus videri poſſe ignorantibus: quale eſt proœmium pro Cælio. Illa vero (vt ait Cicero) ſub oculos ſubiectio, tum fieri ſolet, cum res non geſta indicatur, ſed vt ſit geſta oſtenditur: nec vniuerſa, ſed per partes: quem locum proximo libro ſubiecimus euidentiæ: & Celſus hoc nomē iſti figuræ dedit: ab aliis ὑποτύπωσις dicitur, propoſita quædam forma rerum ita expreſſa verbis, vt cerni potius videatur, quam audiri; Ipſe inflammatus ſcelere ac furore, in forum venit. ardebāt oculi: toto ex ore crudelitas emicabat. Nec ſolum quæ facta ſint aut fiant, ſed etiam quæ futura ſint, aut futura fuerint, imaginamur. Mire tractat hæc Cicero pro Milone, quæ facturus fuerat Clodius, ſi præturam inuaſiſſet. Sed hæc quidem translatio temporum, quæ proprie μετάστασις dicitur, in διατυπώσει verecundior apud priores fuit. Proponebant enim talia, Credite vos intueri. vt Cicero; *Hæc quæ non vidiſtis oculis, animis cernere poteſtis.* Noui vero, & præcipue declamatores, audacius, nunc mehercule ſine motu quodam imaginantur: vt Seneca, in controuerſia cuius ſumma eſt quod pater filium & nouercam, inducente altero filio, in adulterio deprehenſos occidit. *Duc, ſequor: accipe hanc ſenilem manum, & quocunque vis imprime.* Et paulo poſt, *Aſpice*, inquit, *quod diu non credidiſti.* Ego vero non video, nox oboritur, & craſſa caligo. Habet hæc figura manifeſtius aliquid. Non enim narrari res, ſed agi videtur.

In Verr. 7.

Pro Cluēt.

Hæc declamatio non extat.

¶ Locorum quoque dilucida & ſignificans deſcriptio, eidem virtuti aſſignatur à quibuſdam: alii τοπογραφίαν dicunt.

¶ Εἰρωνείαν inueni qui diſſimulationem vocarent: quo nomine quia parum totius huius figuræ videntur vires oſtendi, nimirum ſicut in pleriſque; Græca erimus appellatione contenti. Igitur εἰρωνεία, quæ eſt ſchema, ab illa quæ eſt tro genere ipſo nihil admodum diſtat, (in vtroque enim

trarium ei quod dicitur, intelligendum eſt) ſpecies vero pru- De Sen-
dentius intuenti, diuerſas eſſe facile eſt deprehendere. Primũ tentiarum
quod tropus apertior eſt: & quanquam aliud dicit ac ſentit, figuris.
non tamen aliud ſimulat. Nam & omnia circa fere recta ſunt:
vt illud in Catilinam, *A quo repudiatus, ad ſodalem tuum virũ* *Inuect. I.*
optimum M. Marcellum demigraſti. In duobus demum verbis eſt Ironia: ergo etiam breuior eſt tropus. At in figura, totius voluntatis fictio eſt, apparens magis quam confeſſa: vt illic verba ſint verbis diuerſa, hic ſermonis ſenſus, voci: & tota interim cauſſæ confirmatio, tum etiam vita vniuerſa, ironiã habere videtur, qualis eſt vita Socratis. Nam ideo dictus εἴρων *Cic. 2. de Orator. & 4. Acad.*
id eſt agens imperitum, & admirator aliorum tanquam ſapientium: vt quemadmodum ἀλληγορίαν facit continua μεταφορά, ſic hoc ſchema faciat troporum ille contextus. Quædam vero genera huius figuræ nullam cum tropis habent ſocietatem: vt illa ſtatim prima quæ dicitur à negando, quam nonnulli vocant ἀπόφασιν, *Non agam tecum iure ſummo, non dicam, quod forſitan obtinerem* &, *Quid ego iſtius decreta, quid rapinas, quid hæreditatum poſſeſſiones datas, quid ereptas proferam?* &, *Mitto illam primam libidinis iniuriam* &, *Ne illa quidem teſtimonia* recito, quæ dicta ſunt de ſeſtertiis ſeptingentis millibus, &, Poſſum dicere. Quibus generibus per totas interim quæſtiones decurrimus: vt Cicero, *Hoc ego ſi ſic* *Act. 5.*
agerem tanquam mihi crimen eſſe diluendum, hæc pluribus dicerem. Εἰρωνεία eſt & cum ſimiles imperantibus vel permittentibus ſumus,

I, ſequere Italiam ventis.— Et cùm ea quæ nolumus videri *Æn. 4.*
in aduerſariis eſſe, concedimus eis. Id acrius fit cum eadem in nobis ſunt, & in aduerſario non ſunt:

—Meque timoris *Æn. 11.*
Argue tu Drance, quando tot cædis aceruos
Teucrorum tua dextra dedit. —

Quod idem contra valet, cum aut ea quæ à nobis abſunt, aut etiam quæ in aduerſarios recidunt, quaſi fateamur: * *al.* Fatemur.

Me duce Dardanius Spartam expugnauit adulter.

Nec in perſonis tantum, ſed & in rebus verſatur hæc contra- *Æn. 10.*
ria dicendi, quam quæ intelligi velis, ratio: vt totum pro Quin. Ligario procœmium, & illæ eleuationes, Videlicet, *O dij boni.*

Scilicet is ſuperis labor eſt.— *Æn. 4.*

Elocutio. Et ille pro Oppio locus, O *amorem mirum. O beneuolentiam ſingularem.*

Pro Ligario. Non procul autem abſunt ab hac ſimulatione tres inter ſe ſimiles, Confeſſio nihil nocitura: qualis eſt, Habes igitur Tubero quod eſt accuſatori maxime optandum, confitentem reum. Et cōceſſio, cum aliquid etiam iniquum videmur cauſſæ fiducia pati: Metum virgarum Nauarchus nobiliſſimæ ciuitatis pretio redemit; humanum eſt. Et pro Cluentio de inuidia, Dominetur in concionibus, iaceat in iudiciis. Tertia conſenſio: vt pro eodem, Iudicium eſſe corruptum. Hæc euidentior figura eſt, cum alicui rei aſſentimur quæ eſt futura pro nobis: verum id accidere ſine aduerſarii vitio non poteſt. *Act. 6.* Quædam etiam, velut laudamus, vt Cicero in Verrem circa crimen Apollonii Drepanitani, Gaudeo etiam ſi quid ab eo abſtuliſti: & abs te nihil rectius factum eſſe dico. Interim augemus crimina quæ ex facili aut diluere poſſumus, aut negare; quod eſt frequentius, quam vt exemplum deſideret. Interim hoc ipſo fidem detrahimus illis, quod ſint tam grauia: vt pro Roſcio Cicero, cum immanitatem parricidii, quanquam per ſe manifeſtam, tamen etiam vt orationis exaggerat.

¶ Ἀποσιώπησις, quam idem Cicero Reticentiam, Celſus Obticentiam, nonnulli Interruptionem appellant; & ipſa oſtendit aliquid *affectus vel iræ, vt,

Quos ego: ſed motos præſtat componere fluctus.

Vel ſolicitudinis, & quaſi religionis; An huius ille legis, quam Clodius à ſe inuentam gloriatur, mentionem facere auſus eſſe viuo Milone, ne dicam conſule? de noſtrum enim omnium: non audeo totum dicere. Cui ſimile eſt in proœmio pro Cteſiphonte Demoſthenis. Vel alio tranſeundi gratia: Communis autem, Tametſi, ignoſcite mihi, iudices. In quo eſt & illa (ſi tamen inter ſchemata numerari debet, cum aliis etiam pars cauſſæ videatur) digreſſio. Abit enim cauſſa in laudes Cn. Pompeij. Id quod fieri etiam ſine ἀποσιωπήσει potuit. Nam breuior illa, vt ait Cicero, à re digreſſio, pluribus fit modis. Sed hæc exempli gratia ſufficient, Tum Caius Varenus, is qui à familia Anchariana occiſus eſt: hoc, quæſo, iudices, diligenter attendite. Et pro Milone, Et aſpexit me illis quidem oculis, quibus tum ſolebat: cum omnibus omnia minabatur.

** Deeſt vox aliquid in quibuſdã exemplaribus.*

Æneid. 1.

Pro Milone.

¶ Eſt alia non quidem Reticentia, quæ ſit imperfecti ſermonis;

monis; ſed tamen præciſa, velut ante legitimum finem oratio: vt illud, Nimis vrgeo, commoueri videtur adoleſcens. &, Quid plura? ipſum adoleſcentem dicere audiſtis. De Sententiarum figuris.

¶ Imitatio morum alienorum, quæ ἠθοποιΐα, vel vt alii malunt, μίμησις dicitur, iam inter leuiores affectus numerari poteſt. Eſt enim poſita fere in eludendo: ſed verſatur & in factis, & in dictis. In factis, quod eſt ὑποτυπώσει vicinum. In dictis, quale eſt apud Terentium, *Pro Liga.*

At ego neſciebam quorſum tu ires? Paruula *In Eunuc.*
Hinc eſt abrepta, eduxit mater pro ſua, *Act. 1. ſc. 2.*
Soror dicta eſt: cupio abducere vt reddam ſuis.

Sed noſtrorum quoque dictorum factorumque ſimilis imitatio eſt per relationem, niſi quod frequentius aſſeuerat quam eludit: Dicebam habere eos actorem Quin. Cæcilium. Sunt & illa iucunda, & ad commendationem cum varietate, tum etiam ipſa natura plurimum proſunt, quæ ſimplicem quandam, & non præparatam oſtendendo orationem, minus nos ſuſpectos iudici faciunt. Hinc eſt quaſi pœnitentia dicti: vt pro Cælio, *Sed quid ego ita grauem perſonam introduxi?* Et quibus vtimur vulgo, *Imprudens incidi.* Vel cũ quærere nos quid dicamus fingimus, *Quid reliquum eſt?* &, *Num quid omiſi?* Et cum ibidem in Verrem ait Cicero, *Vnum etiam mihi reliquũ huiuſmodi crimen eſt.* &, *Aliud ex alio ſuccurrit mihi.* Vnde etiã venuſti tranſitus fiunt: non quia tranſitus ipſe ſit ſchema: vt Cicero narrato Piſonis exemplo, qui annulũ ſibi cudi ab aurifice in tribunali ſuo iuſſerat, velut hoc in memoriam adductus, adiecit; Hic modo me cõmonuit Piſonis annulus, quod totum effluxerat. quam multis iſtum putatis hominibus honeſtis de digitis annulos aureos abſtuliſſe? Et cum aliqua velut ignoramus, Sedearum rerum artificem, quem? quemnam? recte admones, Polycletum eſſe dicebant. Quod quidem nõ in hoc tantum valet. Quibuſdam enim dum aliud agere videmur, aliud efficimus: ſicut hic Cicero conſequitur, ne cum morbum in ſignis atque tabulis obiiciat Verri, ipſe quoque earum rerum ſtudioſus eſſe credatur. Et Demoſthenes iurando per interfectos in Marathone & Salamine, id agit, vt minore inuidia cladis apud Cheroneam acceptæ laboret. *Act. 1.* *Act. 6.* *Pro Cteſiphonte.*

¶ Faciunt illa quoque iucundam orationem, aliqua mentione habita differre, & deponere apud memoriam iudicis, & repoſcere quæ depoſueris, & ſeparare quædam ſchemate aliquo: (non enim eſt ipſa per ſe iteratio ſchema;) & excipere ali-

Elocutio.

re aliqua, & dare actioni varios velut vultus. Gaudent enim res varietate: & SICVT oculi diuerſarum aſpectu rerum magis detinentur; ita ſemper animis præſtant in quod ſe velut nouum intendant.

Eſt emphaſis etiam inter figuras, cum ex aliquo dicto latens aliquid eruitur: vt apud Virgilium,

Non licuit thalami expertem ſine crimine vitam

Degere more feræ? — Quanquã enim de matrimonio queritur Dido, tamen huc erupit eius affectus, vt ſine thalamis vitam non hominum putet, ſed ferarum. Aliud apud Ouidium genus, apud quem & Myrrha nutrici amorem patris ſic confitetur,

O, dixit, felicem coniuge matrem.

Huic vel confinis, vel eadem eſt, qua nunc vtimur plurimum. Iam enim ad id genus, quod frequentiſſimum eſt, & expectari maxime credo, veniendum eſt: in quo per quandam ſuſpicionem, quod non dicimus, accipi volumus: non vtique contrarium, vt in εἰρωνείᾳ, ſed aliud latens, & auditori quaſi inueniendum: quod, vt ſupra oſtendi, iam fere ſolum ſchema à noſtris vocatur, & vnde controuerſiæ figuratæ dicuntur. Eius triplex vſus eſt: Vnus, ſi dicere palam parum tutum eſt. Alter, ſi non decet. Tertius, qui venuſtatis modo gratia adhibetur, & ipſa nouitate ac varietate magis quam ſi relatio ſit recta, delectat. Ex his quod eſt primum, frequens in ſcholis eſt. Nam & actiones deponentium imperium tyrannorum, & poſt ciuile bellum ſenatuſconſulta finguntur, & capitale eſt obiicere anteacta: vt quod in foro non expedit, illic nec liceat. Sed ſchematum conditio non eadem eſt. Quamlibet enim apertum, quod modo & aliter intelligi poſſit, in illos tyrannos bene dixeris, quia periculum tantum, non etiam offenſa vitatur. Quod ſi ambiguitate ſententiæ poſſit eludi, nemo non illi furto fauet. Vera negotia nunquam adhuc habuerunt hanc ſilentii neceſſitatem, ſed aliam huic ſimilem: verum multo ad agendum difficiliorem, cum perſonæ potentes obſtant, ſine quarum reprehenſione teneri cauſſa non poſſit. Ideoque hoc parcius & circũſpectius faciendum: quia nihil intereſt quomodo offendas: & aperta figura perdit hoc ipſum, quod figura eſt. Ideoque à quibuſdam tota res repudiatur, ſiue intelligatur, ſiue non. Sed licet modum adhibere. In primis, ne ſint manifeſtæ. Non erunt autem, ſi non ex verbis dubiis & quaſi duplicibus petentur: qualis eſt in ſuſpecta

nuru,

Metam. 10.

Huius etiã loci meminit Commentator Ouidij qui Myrrhæ fabulam explanat, eũ illam arborem ſui nominis conuerſa fuerit propter inceſtũ cum patre Cynira cõmiſſum. Ex Diony.

nuru, Duxi vxorem, quæ patri placuit. Aut, quod eſt multo ineptius, compoſitionibus ambiguis: vt illa controuerſia, in qua infamis amore virginis filiæ pater, raptam eam interrogat à quo vitiata ſit. Quis te, inquit, rapuit? Tu pater neſcis? Res ipſæ perducant iudicem ad ſuſpicionem, & amoliamur cætera, vt hoc ſolum ſuperſit, in quo multum etiam affectus iuuant, & interrupta ſilentio dictio, & cunctationes. Sic enim fiet, vt iudex quærat illud neſcio quid, quod ipſe fortaſſe nõ crederet ſi audiret: & ei quod à ſe inuentum exiſtimat, credat. Sed ne ſi optimæ quidem ſint, eſſe debent frequentes. Nam denſitate ipſa figuræ aperiuntur, nec offenſæ minus habent, ſed autoritatis. Nec pudor videtur quod non palam obiicias, ſed diffidentia. In ſumma, ſic maxime iudex credit figuris, ſi nos putat nolle dicere. Equidem quandoque & in perſonas incidi tales, & in rem quoque, (quod eſt magis rarum,) quæ obtineri niſi hac arte non poſſet. Ream tuebar, quæ ſubieciſſe dicebatur marito teſtamentum, & dicebatur chirographum marito expirante hæredibus dediſſe: & verum erat. Nam quia per leges inſtitui* vxor non poterat hæres, id fuerat actum, vt ad eam bona per hoc tacitum fideicommiſſum peruenirent. Et caput quidem veri facile erat, ſi hoc diceremus palam: ſed peribat hæreditas. Ita ergo fuit nobis agendum, vt iudices illud intelligerent factum, delatores non poſſent apprehendere vt dictum: & contigit vtrunque. Quod non inſeruiſſem, veritus opinionem iactantiæ, niſi probare voluiſſem, in foro quoque eſſe his figuris locum. Quædam etiam quæ probare non poſſis, figura potius ſpargenda ſunt. Hæret enim nonnunquam telum iſtud occultum, & hoc ipſo quod non apparet, eximi non poteſt. At ſi idem dicas palam, & defenditur, & probandum eſt. Cum autem obſtat nobis perſonæ reuerentia, (quod ſecundum poſuimus genus,) tanto cautius dicendum eſt, quanto validius bonos inhibet pudor, quam metus. Hic vero tegere nos iudex quod ſciamus, & verba vi quadam veritatis erumpentia credat coercere. Nam quanto minus aut ipſi in quos dicimus, aut iudices, aut aſſiſtentes oderint hanc maledicendi laſciuiã, ſi nolle nos credant? Aut quid intereſt quo modo dicatur, cum & res & animus intelligitur? Quid denique dicendo proficimus, niſi vt palam ſit nos facere, quod ipſi ſciamus non eſſe faciendum? Atqui præcipue prima, quibus præcipere cœperam, tempora hoc vitio laborarunt. Dicebant enim libenter tales contro-

De Sententiarum figuris.

* *Verum tamen ab inteſtato viro ſuccedebat vxor ex prætorio edicto, vt conſtat ex l. vnica. ff. vnde vir & vxor. vbi Gloſſ. & Doct.*

Elocutio. uerſias, quæ difficultatis gratia placent, cum ſint multo faciliores. Nam rectum genus approbari niſi maximis viribus nō poteſt: hæc diuerticula & anfractus ſuffugia ſunt infirmitatis: vt qui curſu parum valent, flexu eludunt: cum hæc quæ affectatur ratio ſententiarum, non procul à ratione iocandi abhorreat. Adiuuat etiam quod auditor gaudet intelligere, & fauet ingenio ſuo, & alio dicente ſe laudat. Itaque non ſolum ſi perſona obſtaret recte * orationi: (quo in genere ſæpius modo quam figuris opus eſt:) decurrebant ad ſchemata, ſed faciebant illis locum etiam vbi perſonæ inutiles ac nefariæ eſſent: vt ſi pater qui infamem in matrem filium ſecreto occidiſſet, reus malæ tractationis, iacularetur in vxorem obliquis ſententiis. Nam quid impurius quam retinuiſſe talem? Quid porro tam contrarium, quam eum qui accuſetur, quia ſummum nefas ſuſpicatus de vxore videatur, confirmare id ipſa defenſione quod diluendum eſt? At ſi iudicum ſumerent animum, ſcirent quā eiuſmodi actionem laturi non fuiſſent: multoque etiam minus, cum in parentes abominanda crimina ſpargerentur. Et quatinus huc incidimus, paulo plus ſcholis demus. Nam & in his educatur Orator: & in eo, quo modo declametur, poſitum eſt etiam quo modo agatur. Dicendum ergo de iis quoque in quibus non aſperſas figuras, ſed palam contrarias cauſſæ plerique fecerunt. Tyrannidis affectatæ damnatus torqueatur, vt conſcios indicet: accuſator eius optet quod volet. Patrem qui accuſauit, optat ne is torqueatur, pater ei contradicit. Nemo ſe tenuit agens pro patre, quin figuras in filium faceret, tanquam illum conſcium pater in tormentis eſſet nominaturus. Quo quid ſtultius? Nam cum hoc iudices intellexerint, aut non torquebitur, cum ideo torqueri velit: aut torto non credetur. At credibile eſt hoc eum velle fortaſſe. Diſſimulet ergo, vt efficiat. Sed nobis (declamatoribus dico) quid proderit hoc intellexiſſe, niſi dixerimus? Ergo ſi vere ageretur, ſimiliter conſilium illud latens prodidiſſemus? Quid ſi neque vtique verum eſt, & habere alias hic damnatus contradicendi cauſſas poteſt, vel quod legem conſeruandam putet, vel quod nolit accuſatori debere beneficium, vel (quod ego maxime ſequerer) vt ſe innocentem in tormentis eſſe prætendat? Quare ne illud quidem ſemper ſuccurret ſic dicentibus, Patrocinium hoc voluit, qui controuerſiam finxit. Fortaſſe enim noluit: ſed eſto, voluerit: continuo ne ſi ille ſtulte cogitauit, nobis quoq; ſtulte di-

*al. rectæ.

te dicendum eſt? At ego in cauſſis agendis frequenter non puto intuendum quid litigator velit. Eſt & ille in hoc genere frequens error, vt putent aliud quoſdam dicere, aliud velle: præcipue cum in themate eſt, aliquem vt ſibi mori liceat poſtulare: vt in illa controuerſia, Qui aliquando fortiter fecerat, & alio bello petierat vt militia vacaret ex lege, quod quinquagenarius eſſet, aduerſante filio ire in aciem coactus, deſeruit.* Filius qui fortiter eodem prælio fecerat, incolumitatem eius optant: contradicit pater. Nō enim, inquiunt, mori vult, ſed inuidiam filio facere. Equidem rideo, quod illic ſic timēt tanquam ipſi morituri, & in conſilium ſuos metus ferunt, obliti tot exemplorum circa voluntariam mortem, cauſſarum quoque quas habet factus ex viro forti deſertor. Sed de vna controuerſia loqui ſuperuacuum eſt. Ego in vniuerſum neq; Oratoris puto eſſe vnquam præuaricari, neque litem intelligo, in qua pars vtraque idem velit: neque tam ſtultum quenquā, qui ſi viuere velit, mortem potius male petat, quam omnino non petat. Non tamen nego eſſe controuerſias huiuſmodi figuratas: vt illa, Reus parricidii, quod fratrem occidiſſet, damnatum iri videbatur. Pater pro teſtimonio dixit, eum ſe iubente feciſſe: abſolutum abdicat. Nam neque in totum filio parcit, nec quod priore iudicio affirmauit, mutare palam poteſt: & vt non durat vltra pœnam abdicationis ira, abdicat tamen: & obliqua* figura in patre plus facit quam licet, in filio minus. Vt autem nemo contra id quod vult dicit; ita poteſt melius aliquid velle quam dicit: quomodo ille abdicatus, qui à patre vt filium expoſitum & ab eo educatum ſolutis alimentis recipiat poſtulat, reuocari fortaſſe mauult, non tamen quod petit, non vult. Eſt latens & illa ſignificatio, qua cū alius aſperius petitur à iudice, fit ei tamen ſpes aliqua clementiæ: non palam, ne paciſcamur, ſed per quandam credibilem ſuſpicionem, vt in multis controuerſiis, ſed in hac quoque; Raptor* niſi intra trigeſimum diem, & raptæ patrem, & ſuum exorauerit, pereat. Qui exorato raptæ patre ſuum non exorat, agit cum eo dementię. Nam ſi permittat hic pater, lis tollitur: ſi nullam ſpem faciat, vt non demens, crudelis certe videatur, & à ſe iudicem auertat. Latro igitur optime, Occidet ergo, ſi potero. Remiſſius, & pro ſuo ingenio pater Gallio, Dura animo hodie, dura: heri fortior fuiſti. Confinia ſunt his celebrata apud Græcos ſchemata, per quæ res aſperas mollius ſignificant. Nam Themiſtocles ſuaſiſſe exiſtimatur Athe-

De Sententiarum figuris.

Ætas quinquaginta annorum vt excuſet à muneribus docent. Doct. ad §. vlt. l. 2 ff. de Decur. Deſertores milites vt pœna afficiantur. conſtat ex l. defunctorum. C. de re milit.

* *al.* abdicationis, ita abdicat.

* *al.* alioqui.

* *De raptoribus plura Doct. iuris in l. raptores. C de raptor. vir. & Gregor. ſyntag. iuris ciuil. 85. c. 8.*

Elocutio

Val.lib.1. de neglecta religio.

nienſibus, vt vrbem apud deos deponerent: quia durum erat dicere, vt relinquerent, & qui victorias aureas in vſum belli conflari volebat, ita declinauit, victoriis vtendum eſſe. Totum autem allegoriæ ſimile eſt, aliud dicere, aliud intelligi velle. Quæſitum etiam eſt, quomodo reſponderi contra figuras oporteret. Et quidam ſemper ex diuerſo aperiendas putauerunt; ſicut latentia vitia reſcinduntur. Idque ſane frequentiſſime faciendum eſt. aliter enim dilui obiecta non poſſunt, vtique cum quæſtio in eo conſiſtit, quod figuræ petunt. At cum maledicta ſunt tantum, non intelligere interim bonæ conſcientiæ eſt. Atque etiam cum fuerint crebriores figuræ, quam vt diſſimulari poſſint, poſtulandum eſt, vt illud neſcio quid quod aduerſarii obliquis ſentētiis ſignificare voluerint. ſi fiducia ſit, obiiciant palam: aut certe non exigant, vt quod ipſi non audent dicere, id iudices non modo intelligant, ſed etiam credant.

Varium & multiplex fuit apud gentes iuſiurandum vt docet Alex ab Alex. genial. dier. lib.5.c 10. Pro domo ſua.

Vtilis etiam aliquando diſſimulatio eſt, vt in eo (nota enim fabula eſt) qui cum eſſet contra eum dictum, *Iura per patroni tui cineres*, paratum ſe eſſe reſpondit; & iudex conditione vſus eſt; clamante multum aduocato, ſchemata de rerum natura tolli; vt protinus etiam perceptum ſit, eiuſmodi figuris vtendum temere non eſſe. Tertium eſt genus in quo ſola melius dicendi petitur occaſio: ideoque Cicero non putat eſſe poſitum in contentione. Tale eſt illud, quo idem vtitur in Clodium, Quibus iſte, qui omnia ſacrificia noſſet, facile ab ſe deos placari poſſe arbitrabatur. Ironia quoque in hoc genere materiæ frequentiſſima eſt. Sed erudititiſſimum longe, ſi per aliam rem alia inducatur: vt cum aduerſus tyrannum qui ſub pacto abolitionis dominationem depoſuerat, agit competitor. *Mihi in te dicere non licet, tu in me dic, & potes; Nuper te volui occidere.* Frequens illud eſt, nec magnopere captandum, quod petitur à iureiurando: vt pro exhæredato, Ita mihi contingat hærede filio mori. Nam & In totum iurare, * niſi vbi neceſſe eſt, graui viro parum conuenit: & eſt à Seneca dictum eleganter, *Non patronorum hoc eſſe, ſed teſtium.* Nec meretur fidem, qui ſententiolæ gratia iurat; niſi ſi poteſt tam bene quam Demoſthenes, vt ſupra dixi. Leuiſſimum autem longe genus ex verbo, etiam ſi eſt apud Ciceronem in Clodiam, Præſertim quam omnes amicam omnium potius quā cuiuſquam inimicam putauerunt.

* De iuriſiurandi religione, & vt non temere adhibendum docet Doct. ad l. cum quidam.

¶ *Comparationem* equidem video figuram non eſſe, cum ſit in-

De Sententiarum figuris.

C. de fide inſtru.

Pro Cælio.

ſit interim probationis, interim etiam cauſſæ genus: & ſit talis eius forma, qualis eſt pro Murena. *Vigilas tu de nocte, vt tuis conſultoribus reſpondeas: ille, vt quo contendit, mature cum exercitu perueniat, Te Gallorum, illum buccinarum cantus excitat, & cætera.* Neſcio an orationis potius quam ſententiæ ſit. Id enim ſolum mutatur, quod non vniuerſa vniuerſis, ſed ſingula ſingulis opponuntur. Et Celſus tamen, & non negligens autor Viſellius, in hac eam parte poſuerunt: Rutilius quidem Lupus in vtroque genere, idque ἀντίθετον vocat. Præter illa vero, quæ Cicero inter lumina poſuit ſententiarum, multa alia & idem Rutilius Gorgiam ſecutus, non illum Leontinum, ſed alium ſui temporis, cuius quatuor libros in vnum ſuum tranſtulit; & Celſus videlicet Rutilio accedens, poſuerunt ſchemata. ¶ *Conſummationem*, quam Græcus διαλλαγὴν vocat, cum plura argumenta ad vnum effectum deducuntur. Conſequens, ille ἐπακολούθησιν, de quo nos in argumentis diximus. ¶ *Collectionem*, qui apud illum eſt συλλογισμός. ¶ Minas, id eſt κατάπληξιν. ¶ Exhortationem, παραινετικόν. Quorũ nihil non tectum eſt, niſi cum aliquam ex his de quibus locuti ſumus, figuram accipit. Præter hæc Celſus, excludere, aſſeuerare, detractare, excitare iudicem, prouerbiis vti, & verſibus, & ioco. & inuidia, & inuocatione, intendere crimen, quod eſt δείνωσις, adulari, ignoſcere, faſtidire, admonere, ſatisfacere, precari, corripere, figuras putat. ¶ Partitionẽ quoque, & propoſitionem, & diuiſionem, & rerum duarum cognationem, quod eſt vt idem valeant quæ videtur eſſe diuerſa, vt non is demum ſit veneficus, qui vitam abſtulit data potione, ſed etiam qui mentem: quod eſt in parte finitionis. Rutilius ſiue Gorgias, ἀναγκαῖον, ἀνάμνησιν, ἀνθυποφορὰν, ἀντίρρησιν, παραύξησιν, προέκθεσιν, quod eſt dicere quid fieri oportuerit, deinde quid factum ſit: ἐναντιότητα, vnde ſint enthymemata κατ' αἰτίασιν: μετάληψιν etiam, quo ſtatu Hermagoras vtitur. Viſellius quanquam pauciſſimas facit figuras, facit ἐνθύμημα tamen, quod commentum vocat: & rationem appellans ἐπιχείρημα, inter eas habet. quod quidem recipit quodammodo & Celſus: nam conſequens an epicherema ſit, dubitat. ¶ Viſellius adiicit & ſententiam. Inuenio qui aggregẽt his διασκευὰς, ἀπαγορεύσεις, παραδιηγήσεις. Sed vt hæc non ſunt ſchemata; ſic alia vel ſint forſitan, ac nos fugerint: vel etiam noua fieri adhuc poſſint; eiuſdem tamen naturæ cuius ſunt ea de quibus dictum eſt.

Lib. 5. ca. 8. & 10.

Elocutio.

De Figuris verborum.

CAP. III.

ARGVMENTVM.

Sententiarum figuras, Verborum ſequuntur, quorum duo facit genera: vnum, quod ad loquendi rationem pertinet, grammaticum appellant: iiſdemque generibus fieri, quibus vitia, oſtendit; atque ne vitioſum ſit, excuſari autoritate, vetuſtate, conſuetudine, & ratione. Quod genus ab vtilitate commendat, quia ſermonis eodem modo formati tadium leuet. ¶ Deinde quot quibuſque modis figura in hoc genere fiant, recenſet. In nominibus & verbis circa genus: vt timidi dame, punitus es inimicos. In numero, Romani gens pugnaciſſima. Per partium mutationem & temporum, vt ſcire tuum, & vicimus pro vincemus. Per parentheſin; hyperbaton, adiectionem & detractionem, denique per omnia genera per qua fit ſolœciſmus. ¶ Abſoluto priore genere, ad ſecundum quod Rhetoricum dicitur, accedit, quod ipſis ſenſibus tum gratiam, tum vires accommodare dicit. Cuius genera pracipua tria enumerat, per adiectionem, detractionem & ſimilitudinem. Primam adiectionem ponit, cuius multas ſpecies facit. Geminationem amplificandi, miſerandi, vel per ironiam eleuandi cauſſa: & repetitionem, cum ab iiſdem verbis plura acriter & inſtanter incipiunt: vel cum iiſdem deſinunt, vel vbi media primis reſpondent, & vltima primis. Epanodon regreſſionem vocant, polypto ton. metabolen, diſſipata, flocem verborum & ſenſuum idem ſignificantium. congregationem, diallagen, cum diuerſa congeruntur, aſyndeton, id eſt diſſolutionem, & polyſyndeton, quod coniunctionibus abundat Item gradationem. Hactenus adiectionis figuras. Poſtea vero detractionis, qua breuitatis vel nouitatis gratia fiunt, enumerat. Synecdochen, cum verbum ſubauditur qua quo differat ab apoſiopeſi, explicat Diſſolutionem, quam etiam ſupra fieri per adiectionem demonſtrauit. Synez eugmenon, quando plures ſententia ad vnum verbum referuntur, quod multas habet ſpecies. Synœceioſin, duas res diuerſas colligentem. Tertium genus adiungit ex ſimi'itudine, cuius ſpecies agnominatio, & eiaſfinis antanaclaſis: quarum varia ſpecies, paria & contraria, quorum gratiam commendat: ſub quibus pariſon, homœoteleuton, homœoptoton, iſocolon, antitheton, quod contrapoſitum vocant, cuius ſeptem modes enumerat: cui etiam antimetabolan ſubiicit. Quaſdam etiam alias adiungit: qua diuerſa ratione, ſententiarũ & dictionum figura eſſe poſſint: dubitationem, correctionem, hy-

perba-

perbaton, proſopopœiam: vt quando in vno verbo ſunt, verborũ figuræ ſint: in pluribus ſententiarum. ¶ Poſtremo figuras varias à quibuſdam figurarum numero habitas recenſet, in figurarum numerum non admittendas: & quo pacto figuris vtendum ſit, grauiſſime præcipit. De Verborum figuris.

VErborum vero figuræ, & mutatæ ſunt ſemper, & vtcunque valuit conſuetudo, mutantur. Itaque ſi antiquum ſermonem noſtro comparemus, pene iam quicquid loquimur, figura eſt; vt huic rei inuidere, non, vt omnes veteres; & Cicero præcipue, hanc rem: & incumbere illi, non in illum: & plenum vino, non vini, & huic non hunc adulari, iam dicitur, & mille alia: vtinamque non peiora vincãt. Verum ſchemata λέξεως duorum ſunt generum: alterum loquendi rationem vocant: alterum quod ad collationem maxime exquiſitum eſt. Quorum tametſi vtrunq; conuenit orationi, tamen poſſis illud grammaticum, hoc rhetoricum magis dicere. Prius fit iiſdem generibus, quibus vitia. Eſſet enim omne ſchema vitium, ſi non peteretur, ſed accideret. Verum autoritate, vetuſtate, conſuetudine plerunque defenditur, ſæpe etiam ratione quadam. Ideoque cum ſit à ſimplici rectoque loquendi genere deflexa, virtus eſt, ſi habet probabile aliquid quod ſequatur. Vna tamen in re maxime vtilis, vt quotidiani & ſemper eodem modo formati ſermonis faſtidium leuet, & nos à vulgari dicendi genere defendat. Quo ſi quis parce, & cum res poſcet vtetur, velut aſperſo quodam condimento iucundior erit: at qui nimium affectauerit, ipſam illam gratiam varietatis amittet, quanquam ſunt quædam figuræ ita receptæ, vt pene iam hoc ipſum nomen effugerint: quæ etiam ſi fuerint crebriores, aures conſueras minus ferient. Nam & ſecretæ, & extra vulgarem vſum poſitæ, ideoque magis nobiles, vt nouitate aurem excitant, ita copia ſatiant: nec ſe obuias fuiſſe dicent, ſed conquiſitas, & ex omnibus latebris extractas congeſtaſque declarant. *Tuſc. quaſtio. 3.*

¶ Fiunt ergo & circa genus figuræ In nominibus. Nam & *Oculis capti talpæ*, & *timidi damæ* dicuntur à Virgilio: ſed ſubeſt ratio, quia ſexus vterque altero ſignificatur. Tam enim mares eſſe talpas damaſque quam fœminas certum eſt. ¶ Et In verbis: vt *Fabricatus eſt gladium*: & *Inimicos punitus es.* Quod mirum minus eſt, quod in natura verborum eſt, & quæ facimus patiendi modo ſæpe dicere, vt *arbitror*, *ſuſpicor*, & contra faciendi quæ patimur, vt *vapulo*: ideoque frequens *Georg. 1.* *Eclog. 8.* *Pro Rab.* *Poſthume.* *Pro Milo.*

permu-

Elocutio. permutatio eſt; & pleraque vtroque modo efferuntur, *luxu-*
riatur, luxuriat; fluctuatur, fluctuat; aſſentior, aſſentio; reuer-
Ang. Poli- *tor, reuerto.* ¶ Eſt figura & in numero: vel cum ſingulari plu-
tia. in Mi- ralis ſubiungitur, *Gladio pugnaciſſima gens Romani.* gens enim
ſcel. c. 89. ex multis Vel è diuerſo,

— Cui non riſere parentes,

Eclog. 4. *Nec deus hunc menſa, dea nec dignata cubili eſt.*

Ex illis enim qui non riſere, hunc non dignatus deus, nec dea dignata. ¶ Et mutatione partium, vt in Satyra,

Perſ. Sat. 1. *— Et noſtrum illud viuere triſte Aſpexi.*

cum infinito verbo ſit vſus pro appellatione. Noſtram enim vitam vult intelligi ¶ Vtimur & verbo pro participio, vt,

Aeneid. 1. *— Magnum dat ferre talentum.*

tanquam ferendum. ¶ Et participio pro verbo, *Volo datum.*

¶ Interim etiam dubitari poteſt cui ſimile vitio ſit ſchema: vt in hoc.

Horat. e- VIRTVS *eſt vitium fugere.* —

piſt. lib. 3. Aut enim partes orationis mutat ex illo, *Virtus eſt fuga vitiorum.* Aut caſus ex illo, *Virtutis eſt vitium fugere.* Multa tamen hoc vtroque excitatius iunguntur interim ſchemata. *Sthenelus ſciens pugnæ.* Eſt enim ſciens Sthenelus pugnandi. ¶ Transferuntur etiam tempora, *Timarchides negat eſſe ei pe-*
Car. 1. *riculum à ſecuri.* Præſens enim pro præterito poſitum eſt. Et
Act. 7. futurum pro præſenti,

Aeneid. 2. *Hoc Ithacus velit.* — Et ne morer, per omnia fit genera, per quæ fit ſolœciſmus.

In Iugur. ¶ Hæc eſt quoque quam ἐπιζεῦξιν vocant. ¶ cum diſſimilis eſt, *Zeugma* dicitur: vt apud Salluſtium, *Neque ea res falſum me habuit.* &, *Duci probare.* Ex quibus fere præter nouitatem breuitas etiam peti ſolet. Vnde euſque proceſſum eſt, vt *non pœniturum*, pro *non acturo pœnitentiam*: & *viſuros*, pro *ad videndum miſſos*, idem autor dixerit. Quæ ille quidem fecerit ſchemata, an idem vocari poſſint, videndum quia recepta ſint. Nam receptis etiam vulgo autore cõtenti ſumus. Verum natura eualuit agentibus, quod Pollio in Labieno damnat: & contumeliam fecit, quod à Cicerone reprehendi notũ
Philip. 3. eſt: affici enim contumelia dicebant. Alia commendatio, vetuſtatis, cuius amator vnice Virgilius fuit,

Æneid. 11. *Vel cum ſe pauidum contra mea iurgia iactat.*

Æneid. 1. *Progeniem ſed enim Troiano à ſanguine duci*

Audierat. — Quorum ſimilia apud veteres Tragicos Co-

micoſque ſunt plurima. Illud etiam in conſuetudine reman- De Verſit. Enimuero. His amplius apud eundem: borum figuris.

Nam quis te iuuenum confidentiſſime:—

cum quis, ſermonis initium ſit, &c,

Tam magis illa tremens, & triſtibus effera flammis, Georg. 4.

Quam magis effuſo crudeſcunt ſanguine pugnæ. Æneid. 7.

Quod eſt verſum ex illo, *Quam magis ærumna viget, tam magis ad maleficiendum vrget.* Pleni talibus antiqui; ſicut initio Eunuchi Terentius, *Quid igitur faciam?* inquit. *Alluſit tandem leno.* Catullus in Epithalamio.

—Dum innupta manet, dum chara ſuis eſt.

Sed prius *dum* ſignificat *quoad*; ſequens, *vſque eo.* Ex Græco vero translata vel Salluſtii plurima: quale eſt, *Vulgus amat fieri*: vel Horatij. Nam id maxime probat hoc Ciceronis: Hor. ſer. 2. ſat. 5.

Et mutatio caſus: vt, *—Nec longa inuidit auena.*

Et Vergilij. *—Tyrrhenum nauigat æquor.* Æneid. 1.

Etiam vulgatum actis quoque, *Saucius pectus* Ex eadem parte figuratum additio & abiectio eſt. Illaq; prior videri poteſt ſuperuacua, ſed non ſine gratia eſt,

Nam neque Parnaſſi vobis iuga, nam neque Pindi Eclog. 10.

Poteſt enim deeſſe alterum *nam.* Et apud Horatium illud, Carm. 1. Ode 12.

—Fabriciumque,

Hunc & intonſis Curium capillis. vbi poſſis demere *hunc.* Eſt etiam adiectio, quę in complexu ſermonis aut vitium habet, aut figuram. Figuram, vt *Accede ad ignem hunc: iam caleſces plus ſatis.* plus enim quam ſatis eſt. De altera quæ detractio eſt, pluribus dicendum eſt. Vtimur vulgo & comparatiuis pro abſolutis; vt cum ſe quis infirmiorem eſſe dixerit. Duo inter ſe comparatiua committimus, *Si te iam Catilina comprehendi, ſi interfici iuſſero, credo erit verendum mihi, ne non hoc potius omnes boni ſerius à me, quam quiſquam crudelius factum eſſe dicat.* Sunt illa non ſimilia ſolœciſmo quidem, ſed tamen numerum mutantia, quæ & tropis aſſignari ſolét, vt de vno pluraliter dicamus, In Eunuc. Inuect. 2.

Sed nos immenſum ſpatiis confecimus æquor. Georg. 2.

Et de pluribus ſingulariter, Ibidem.

Haud ſecus ac patriis acer Romanus in armis.

Specie diuerſa, ſed genere eadem & hæc ſunt,

Neue tibi ad ſolem vergant vineta cadentem. Georg. 2.

Nec mihi tum molles ſub dio carpere ſomnos, Georg. 3.

Neu.

Elocutio. *Neu dorſo nemoris liceat iacuiſſe per herbas,*

Non enim neſcio cui alii prius, nec poſtea ſibi vni, ſed omnibus præcipit. Et de nobis loquimur tanquam de aliis: *Dicit Seruius, Negat Tullius.* Et noſtra perſona vtimur pro aliena, & alios pro aliis fingimus. Vtriuſq; rei exemplum pro Cecinna. Piſonem aduerſæ partis aduocatum alloquens Cicero dicit, *Reſtituiſſe te dixit; Nego me edicto prætoris reſtitutum eſſe.* Verum enim illud *reſtituiſſe*, Ebutius dixit: *Nego me, Cecinna, edicto prætoris reſtitutum eſſe.* Vbi & ipſum *dixti*, extrita ſyllaba, figura in verbo eſt.

¶ Illa quoque ex eodem genere poſſunt videri, quam nos Interpoſitionem, vel Interclusionem dicimus; Græci *παρένθεσιν* vocant, dum continuationi ſermonis medius aliquis ſenſus interuenit. *Ego cum te (mecum enim ſæpiſſime loquitur) patriæ reddidiſſem.* Cui adiiciunt hyperbaton, non illud quod inter tropos eſſe voluerunt: ſed alterum, quod eſt eius figuræ ſententiarum; quæ ἀποστροφὴ dicitur ſimile, cum non ſenſus mutatur, verum forma eloquendi;

—Decios, Marios, magnoſque Camillos,
Georg. 2. *Scipiadas duros bello, & te maxime Cæſar.*

Acutius adhuc in Polydoro:

Aeneid. 3. *Fas omne abrumpit; Polydorum obtruncat, & auro*
Vi potitur. QVID *non mortalia pectora cogis*
Auri ſacra fames?—

Qui tam parua momenta nominibus diſcreuerunt, *μετάβασιν* vocant, quam & aliter fieri putant:

Aeneid. 4. *Quid loquor? aut vbi ſum?—* Coniunxit autem *παρένθεσιν* & ἀποστροφὴν Virgilius in illo loco,

Aeneid. 8. *Haud procul inde citæ Mettum in diuerſa quadrigæ*
Diſtulerant, (at tu dictis Albane maneres:)
Raptabatque viri mendacis viſcera Tullus.

Hæc ſchemata, & his ſimilia, quæ erunt per mutationem, adiectionem, detractionem, ordinem, & conuertunt in ſe auditorem, nec languere patiuntur ſubinde aliqua notabili figura excitatum: & habent quandam ex illa vitii ſimilitudine gratiam, vt in cibis interim acor ipſe iucundus eſt. Quod continget, ſi neque ſupra modum multæ fuerint, nec eiuſdem generis aut iunctæ, aut frequentes: quia ſatietatem vt varietas earum, ita raritas effugit. Illud eſt acrius genus, quod non tantum in ratione poſitum eſt loquendi, ſed ipſis ſenſibus cum gratiam, tum etiam vires accommodat. E quibus primum ſit, quod

quod fit per adiectionem plura ſunt genera. Nam & verba geminantur, vel amplificandi gratia: vt, *Occidi, occidi non Sp. Melium.* Alterum eſt enim quod indicat, alterum quod affirmat. Vel miſerandi. vt, De Verborum finis guris. *Pro Milo.*

Ah Corydon. Corydon,—Quæ eadem figura nonnunquam per ironiam ad eleuandum conuertitur. Similis geminationis poſt aliquam interiectionem repetitio eſt, ſed paulo etiam vehementior, Bona miſerum me (conſumptis enim lachrymis tamen infixus animo hæret dolor) bona, inquam, Cn. Pompeii acerbiſſimæ voce ſubiecta præconis. Viuis, & viuis non ad deponendam, ſed ad confirmandam audaciam. Et ab iiſdem verbis plura acriter & inſtanter incipiunt: Nihilne te nocturnum præſidium palatii, nihil vrbis vigiliæ, nihil timor populi, nihil conſenſus bonorum omnium, nihil hic munitiſſimus habendi ſenatus locus, nihil horum ora vultuſque mouerunt? Et iiſdem deſinunt, Quis eos poſtulauit? Appius. quis produxit? Appius, Quanquam hoc exemplum ad aliud quoque ſchema pertinet, cuius initia inter ſe & fines iidem ſunt. *quis* & *quis, Appius* & *Appius.* Quale eſt, Qui ſunt, qui fœdera ſæpe ruperunt? Carthaginienſes. Qui ſunt qui crudele bellum in Italia geſſerunt? Carthaginienſes. Qui ſunt qui Italiam deformauerunt? Carthaginienſes. Qui ſunt qui ſibi ignoſci poſtulant? Carthaginienſes. Etiam in contrapoſitis vel comparatiuis ſolet reſpondere primorum verborum alterna repetitio, quod modo huius eſſe loci potius dixi, Vigilas tu de nocte, vt tuis conſultoribus reſpondeas: ille, vt eo quo intendit mature cum exercitu perueniat. Te gallorum, illum buccinarum cantus exuſcitat. Tu actionem inſtituis, ille aciem inſtruit. Tu caues ne conſultores tui, ille ne vrbes aut caſtra capiantur. Sed hac gratia non fuit contentus Orator, vertit in contrarium eandem figuram; Ille tenet & ſcit vt hoſtium copiæ, tu vt aquæ pluuiæ arceantur. Ille exercitatus eſt in propagandis finibus, tu in regendis. Poſſunt media quoque reſpondere, vel primis: vt, *Eclog. 1.* *Philip. 2.* *In Catil. 1.* *In eadem.* *Pro Milo.* *Cornif. lib. 4.* *Pro Mura.*

Te nemus Angitiæ, vitrea te Fucinus vnda. Vel vltimus, vt, *Hec nauis onuſta præda Siclienſi*, cum ipſa quoque eſſet ex præda. Nec quiſquam dubitauit idem poſſe fieri iteratis vtrinque mediis. Reſpondent primis & vltimã, *Multi & graues dolores inuenti parentibus, & propinquis multi.* *Æneid. 7.* *Act. 8.* *Ibid.*

¶ Eſt & illud repetendi genus, quod ſemel propoſita iterat & diuidit,

Æneid.2. *Iphitus & Pelias mecum, quorum Iphitus auo*
Iam grauior, Pelias & vulnere tardus Vlyſſi.

¶ ἐπάνοδος dicitur Græce, noſtri Regreſſionem vocant. Nec ſolum in eodem ſenſu, ſed etiam in diuerſo eadem verba contra ſumuntur, *Principum dignitas erat pene par, non par fortaſſe eorum qui ſequebantur.* Interim variatur caſibus hæc & generibus iteratio. *Magnus eſt labor dicendi, magnus eſt labor dicendi, magna res es.* Et apud Rutilium longiore περιόδῳ, & hæc initia ſententiarum ſunt, *Pater hic tuus? patrem hunc appellas? patris tu huius filius es?* Fit caſibus modo hoc ſchema, quod πολύπτωτον vocant. Conſtat & aliis etiam modis. vt pro Cluentio, *Quod autem tempus veneni dandi? illo die? in illa frequentia? Per quem porro datum? vnde ſumptum? qua porro interceptio poculi? cur non de integro autem datum?* Hanc rerum coniunctam diuerſitatem Cæcilius μεταβολὴν vocat: qualis eſt pro Cluentio locus in Oppianicum, Illum tabulas publicas violaſſe, cenſorias corrupiſſe, decuriones vniuerſi iudicarunt: cum illo iam nemo rationem, nemo rem vllam contrahebat: nemo illum ex tam multis cognatis & affinibus tutorem vnquam liberis ſuis ſcripſit. & deinceps adhuc multa. Vt hæc in vnum congeruntur, ita contra illa diſperſa ſunt, quæ à Cicerone diſſipata dici puto.

Georg.1. *Hic ſegetes, illic veniunt felicius vuæ,*
Arborei fœtus alibi,—— & deinceps.

¶ Illa vero apud Ciceronem mira figurarum miſtura deprehenditur, in qua & primo verbo longo poſt interuallo redditum eſt vltimum, & media primis, & mediis vltima congruunt; Veſtrum iam hic factum deprehenditur, Patres conſcripti, non meum: ac pulcherrimum quidem factum: verum, vt dixi, non meum, ſed veſtrum. Hanc frequentiorem repetitionem πλοκὴν vocant, quæ fit ex permiſtis figuris, vt ſupra dixi, vtque ſe habet epiſtola ad Brutum, Ego cum in gratiam redierim cum Appio Claudio, & redierim per Cn. Pompeium, te ego ergo cum redierim. Et in iiſdem ſententiis crebrioribus mutata declinationibus iteratione verborum: vt apud Perſium,

Satyr.1. *——Vſque adeone*
Scire tuum nihil eſt, niſi te ſcire hoc ſciat alter?

Et apud Ciceronem. Neque enim poterat indicio ex his damnatis qui iudicabantur. Sed ſenſus quoque toti quemadmodum cœperunt, deſinent: Venit ex Aſia, hoc ipſum quam

bonum?

bonum? Trib. pleb. venit ex Aſia. In eadem tamen periodo & verbum vltimum primo refertur, tertium iam ſermone adiectum eſt, Verumtamen venit. Interim ſententia quidem repetitur, ſed eodem verborum ordine, Quid Cleomenes facere potuit? Non enim poſſum quemquam inſimulare falſo. Quid inquam, Cleomenes magnopere facere potuit? Prioris ſententiæ verbum vltimum, ac ſequentis primum frequenter eſt idem: quo quidem ſchemate vtuntur Poetæ ſæpius, *Act 7.*

Pierides. vos hæc facietis maxima Gallo, *Virg. Eclo.*
Gallo cuius amor tantum mihi creſcit in horas. 10.

Sed ne Oratores quidem raro: Hic tamen viuit. viuit? immo vero etiam in ſenatum venit. ¶ Aliquando, ſicut in geminatione verborum diximus, initia quoque & clauſulæ ſententiarum aliis, ſed non alio tendentibus verbis, inter ſe conſonant. Initia hoc modo, Dederim periculis omnibus, obtulerim inſidiis, obiecerim inuidiæ. Rurſus clauſulæ: ibidem ſtatim, Vos enim ſtatuiſtis, vos ſententiam dixiſtis, vos iudicaſtis. Hoc alii μετωνυμίαν, alii diſiunctionem vocant, vtrunque (etiamſi eſt diuerſum) recte. Nam eſt nominum idem ſignificantium ſeparatio. Congregantur quoque verba idem ſignificantia? Quæ cum ita ſint, Catilina, perge quo cœpiſti: egredere aliquando ex vrbe: patent portæ; proficiſcere. Et in eundem alio libro, *Abiit, exceſſit, erupit, euaſit.* Hoc Cæcilio πλεονασμὸς videtur, id eſt abundans ſupra neceſſitatem oratio: ſicut illa, *Vidi oculos ante ipſe meos.* In illo enim *vidi*, ineſt *ipſe*. Verum id, vt alio quoque loco dixi, cum ſuperuacua oneratur adiectione, vitium dicitur: cum autem auget manifeſtam ſententiam, ſicut hic virtus: Vidi, ipſe, ante oculos quot verba, totidem ſunt affectus. Cur tamen hæc proprie nomine tali notarit, non video. Nam & geminatio & repetitio, & qualiſcunque adiectio, πλεονασμὸς videri poteſt. Nec verba modo, ſed ſenſus quoque idem facientes aceruantur. Perturbatio iſtum mentis & quædam ſcelerum offuſa caligo, & ardentes furiarum faces excitarunt. Congeruntur & diuerſa: Mulier tyranniſ ſæua crudelitas, patris amor, ira præceps, temeritas, dementia Et apud Ouidium, *In Catil. 1.* *Inuect. 1.* *Æneid. 11.* *Lib. 8. ca. 3.* *Pro Milo.*

Sed graue Nereidum numen, ſed corniger Ammon, *Metam. 5.*
Sed quæ visceribus veniebat bellua ponti
Exaturanda meis. — In eni qui & hoc vocaret πλοκήν: cui non aſſentior, cum ſint vnius figuræ miſta quoque, & idem & diuerſum ſignificantia; quod & ipſum διαλλαγὴν vocant:

Quæro ab inimicis, ſint ne hæc inueſtigata, comperta, pate-
In Catil. 2. facta, ſublata, deleta, extincta per me. Inueſtigata, comperta,
patefacta, aliud oſtendunt: ſublata, deleta, extincta, ſunt in-
ter ſe ſimilia, ſed non etiam prioribus. Et hoc autem exem-
plum, & ſuperius, aliam quoque efficiunt figuram, quæ quia
coniunctionibus caret: diſſolutio vocatur apta, cum quid in-
ſtantius dicimus. Nam & ſingula inculcantur, & quaſi plura
fiunt. Ideoque vtimur hac figura non in ſingulis modo ver-
bis, ſed ſententiis etiam: vt Cicero dicit contra concionem
Metelli, Qui indicabantur, eos vocari, cuſtodiri, ad Sena-
tum adduci iuſſi, in Senatu ſunt poſiti. & totus hic locus.
Hoc genus βραχυλογίαν vocant quæ poteſt eſſe copulata diſ-
ſolutio. Contrarium eſt ſchema, quod coniunctionibus ab-
undat. Illud ἀσύνδετον, hoc πολυσύνδετον dicitur. Hoc eſt, vel iiſ-
dem ſæpius repetitis: vt:

—*Tectumque laremque*

Virgil. Georg. 3. *Armaque, Amyclæumque canem, Creſſamque pharetram.*

Idem Æneid. 1. Vel diuerſis, *Arma virumque—Multum illa & terris.—*

Multa quoque & bello.— Aduerbia quoque & pronomina
Idem Eclog 1. variantur, *Hic illum vidi iuuenem, Melibœe, quotannis.*

Bis ſenos cui noſtra dies altaria fumant.

Hic mihi reſponſum primus dedit ille petenti.

Sed vtrunque horum coaceruatio. Etenim tantum iuncta aut
diſſoluta, omnibus Scriptores ſua nomina dederunt; ſed va-
ria, & vt cuique fingenti placuit. Fons quidem vnus, quia a-
criora facit & inſtantiora quæ dicimus, & vim quandam præ
ſe ferentia, velut ſæpius erumpentis affectus.

¶ Gradatio quæ dicitur κλίμαξ, apertiorem habet artem,
& magis affectatam, ideoque eſſe rarior debet. Eſt autem
ipſa quoque adiectionis. repetit enim quæ dicta ſunt: & priuſ-
Demoſth. pro Cteſiphonte. quam ad aliud deſcendat in prioribus reſiſtit. Eius exem-
plum ex Græco notiſſimo transferatur. Nec hæc dixi qui-
dem, ſed nec ſcripſi: nec ſcripſi quidem, ſed nec obii legatio-
Cornif. li. 4. nem, nec obii quidem, ſed nec perſuaſi Thebanis. Sunt ta-
men erudita & Latina: Aphricano virtutem induſtria, virtus
In Vatinium. gloriam, gloria æmulos comparauit. & Calui, Non ergo ma-
gis pecuniarum repetundarum quam maieſtatis, neque maie-
ſtatis magis quam Plautiæ legis, neque Plautiæ legis ma-
gis quam ambitus, neque ambitus magis quam omnium le-
gum iudicia perierunt. Inuenitur apud Poetas quoque, vt
apud Homerum de ſceptro quod à Ioue ad Agame-
mnonem

 De Verborum figuris.

ſmonem vſque deducit. & apud noſtrum etiam tragicum,

Ioue propagatus eſt (vt perhibent) Tantalus,
Ex Tantalo Pelops, ex Pelope autem ſatus
Atreus, qui noſtrum porro propagat genus.

At quæ per detractionem fiunt figuræ, breuitatis nouitatiſque maxime gratia petuntur. ¶ quarum eſt vna ea, quam libro proximo in figuras diſtuli, *Synecdoche*, cum ſubtractum verbum aliquod ſatis ex cæteris intelligitur: vt Cælius in Antonium, *Stupere gaudio Græcus.* Simul enim auditur, cœpit. Cicero ad Brutum, Sermo nullus ſcilicet niſi de te. Quid enim potius? Tum Flauius, Erras tabellarie: & ego ibidem orans inter cœnam exoraui. Cui ſimilia ſunt illa meo quidem iudicio, in quibus verba decenter pudoris gratia ſubtrahuntur,

Nouimus & qui te, tranſuerſa tuentibus hirquis.
Et quo, ſed faciles Nymphæ riſere, ſacello. Virg. Eclog 3.

Hanc quidam Apoſiopeſin putant, fruſtra. Nam illa quid taceat incertum eſt, aut certe longiore ſermone explicandum: hic vnum verbum, & manifeſtum quidem deſideratur: quæ ſi Apoſiopeſis eſt, nihil in quo deeſt aliquid non idem appellabitur. Nec ego illud quidem apoſiopeſin ſemper voco, in quo res quæcunque relinquitur intelligenda, vt ea quæ in epiſtolis Cicero, Data Lupercalibus quo die Antonius Cæſari, quia nihil hic aliud intelligi poterat, quam hoc, diadema impoſuit.

¶ Altera eſt per detractationem figura, de qua modo dictum eſt, cui coniunctiones eximuntur.

¶ Tertia quæ dicitur συνεζευγμένον. in qua vnum ad verbum plures ſententiæ referuntur, quarum vnaquæque deſideraret illud, ſi ſola poneretur. Id accidit aut præpoſito verbo ad quod reliqua reſpiciant: *Vicit pudorem libido, timorem audacia, rationem amentia.* Pro Cluen. Aut illato, quo plura cluduntur: *Neque enim is es, Catilina, vt te aut pudor vnquam à turpitudine, aut metus à periculo, aut ratio à furore reuocauerit.* Inuect. 1. Medium quoque poteſt eſſe, quod & prioribus & ſequentibus ſufficiat. Iungit autem & diuerſos ſexus, vt cum marem fœminamque filios dicimus. Et ſingularia pluralibus miſcet. Sed hæc adeo ſunt vulgaria, vt ſibi artem figurarum aſſerere non poſſint. Illud plane figura eſt, qua diuerſa ſermonis forma coniungitur.

Æneid 3. *-- Socijs tunc arma capeſſant*
Edico, & dira bellum cum gente gerendum.

Quamuis enim pars bellum poſterior participio inſiſtat, vtrique tamen conuenit illud *edico*: nam vtrique detractionis gratiā facta coniunctio.

¶ συνοικείωσιν vocant, quæ duas res diuerſas colligat: Tam *deeſt auaro quod habet, quam quod non habet.*

¶ Huic diuerſam volunt eſſe diſtinctionem, cui dant nomen παραδιαστολὴ, qua ſimilia diſcernuntur: Cum te pro aſtuto ſapientem appelles, pro confidente fortem, pro illiberali diligentem. quod totum pendet ex finitione, ideoque an figura ſit dubito. Cui contraria eſt ea, quæ ex vicinia tranſit ad diuerſa aut ſimilia.

Dum breuis eſſe laboro, Obſcurus fio. & quæ ſequuntur. Tertium eſt genus figurarum, quę aut ſimilitudine aliqua vocum, aut paribus, aut contrariis vertunt in ſe aures, & animos excitant. Huic nomen eſt παρονομασία, quæ dicitur agnominatio. Ea non vno modo fieri ſolet, ſed ex vicinia quadam prædicti nominis ducta, caſibus declinatur: vt Domitius Apher pro Cloantilla, *Mulier rerum omnium imperita, in omnibus rebus infœlix.* Et cum verbo idem verbum plus ſignificanter ſubiungitur, *Quando homo, hoſtis homo.* Quibus exemplis ſum in aliud vſus, ſed in vno facilis eſt geminatio.

¶ Παρονομασία ei contrarium eſt, quod eodem verbo quaſi falſum augetur, *Quæ lex priuatis hominibus eſſe lex non videbatur.*

In Piſ nē. ¶ Cui confinis eſt ἀντανάκλασις, eiuſdem verbi contraria ſignificatio. Cum Proculeius quereretur de filio, quod is mortem ſuam expectaret; & ille dixiſſet, ſe vero non expectare: Imo, inquit, rogo expectes. Non ex eodem, ſed ex diuerſo vicinum accipitur, cum ſupplicio afficiendum dicas, quem ſupplicatione dignum iudicatis. Aliter quoque voces aut eædem diuerſa in ſignificatione ponuntur, aut productione tantum vel correptione mutatæ: quod etiam in iocis frigidum, equidem tradi inter præcepta miror: eorumque exempla vitandi potius quam imitandi gratia pono. *Amari iucundum eſt, ſi curetur ne quid inſit amari.* Sic *Auium dulcedo in auium ducit*: & apud Ouidium ludentem,

In epigrā lib 4. *Cur ego non dicam, Furia, te furiam?*

In Catil. Cornificius hanc traductionem vocat, videlicet alterius intellectus ad alterum. Sed elegantius, quod eſt poſitum in diſtinguen-

ſtinguendum rei proprietatem: Hanc reipublicæ peſtem pauliſper reprimi, non in perpetuum comprimi poſſe. Et quæ præpoſitionibus in contrarium mutantur, Non emiſſus ex vrbe, ſed immiſſus in vrbem eſſe videatur. Melius atque acrius, quod cum figura iucundum eſt, tum etiam ſenſu valet, Emit morte immortalitatem. Illa leuior eſt, *Non Piſonum, ſed piſtorum*, &, *Ex oratore arator*. Peſſimum vero, *Ne patres conſcripti videantur circumſcripti*. Item, *Raro euenit, ſed vehementer venit*. Sic contigit vt aliquis ſenſus vehemens, & acer venuſtatem aliquam non eodem ex verbo non diſſonam accipiat. Et cur me prohibeat pudor vti domeſtico exemplo? Pater meus contra eum qui ſe legationi immoriturum dixerat, deinde vix paucis diebus inſumptis re infecta redierat, *Non exigo vt immoriaris legationi, immorare*. Nam & valet ſenſus ipſe, & in verbis tantum diſtantibus iucunde conſonat vox, præſertim non captata, ſed velut oblata: cum altero ſuo ſit vſus, alterum ab aduerſario acceperit. Magnæ veteribus curæ fuit, gratiam dicendi è paribus contrariis acquirere. Gorgias in hoc immodicus, copioſus vtique prima ætate Iſocrates fuit. Delectatus eſt his etiam M. Tullius, verum & modum adhibuit non ingratæ (niſi copia redundet) voluptati, & rem alioqui leuem, ſententiarum pondere impleuit. Nam per ſe frigida & inanis affectatio cum in acreis incidit ſenſus, innata videtur eſſe, non accerſita.

De Verborum figuris.

Ibidem.

Philip. 3.

¶ Similium fere quadruplex ratio eſt. Nam eſt primum, quoties verbum verbo ſimile, aut non diſſimile valde quæritur: vt,

—Puppeſque tuæ, pubeſque tuorum. &, Si in hac calamitoſa fama, quaſi in aliqua pernicioſiſſima flamma. &, Non enim tam ſpes laudanda, quam res eſt. Aut certe par eſt extremis ſyllabis conſonans, *Non verbis, ſed armis*. Et hoc quoque quoties in ſententias acres incidit, pulchrum eſt, *Quantum poſſis, in eo ſemper experire vt proſis*. Hoc eſt πάρισον, vt pleriſque placuit. Cleoſteleus πάρισον exiſtimat, quod fit è membris non diſſimilibus.

Æneid. 1.

Pro Cluēt.

¶ Secundum, vt clauſula ſimiliter cadat, vel iiſdem in vltimam partem collatis, ὁμοιοτέλευτον, ſimilem duarum ſententiarum vel plurium finem, *Non modo ad ſalutem eius extinguendam, ſed etiam gloriam per tales viros infringendam*. Ex quibus fere ſunt, non tamen vt ſemper vltimis conſonent, quæ τρίκωλα dicunt, *Vicit pudorem libido, timorem audacia, rationem amentia*,

Pro Mil.

mentia. Sed in quaternas quoque ac plures hæc ratio ire ſententias poteſt. Fit etiam ſingulis verbis, *Hæc cubat, dolet, piget,*
ProCluen. *pudet.* &, *Abiit, exceſſit, erupit, euaſit.*

¶ Tertium eſt, quod in eoſdem caſus cadit. ὁμοιόπτωτον dicitur.
In Catil. 2. Sed neque quod finem habet ſimilem, eſt ὁμοιόπτωτον: vtique in eundem finem venit ὁμοιοτέλευτον. Eſt enim ὁμοιόπτωτον tantum caſus ſimilis, etiam ſi diſſimilia ſint quæ declinentur: nec tantum in fine deprehenditur, ſed reſpondent vel prima inter ſe, vel mediis, vel extremis: vel etiam permutatis his, vt media primis, & ſumma mediis accommodentur, & quocunque modo accommodari poterunt. Nec enim ſemper paribus ſyllabis conſtat: vt eſt apud Afrum, *Amiſſa nuper infœlicis aula, ſi non præſidio inter pericula, tamen ſolatio vitæ inter aduerſa.* Ea vero videntur optima, in quibus initia ſententiarum & fines conſentiunt: vt hic, *Præſidio, ſolatio.* Et vt pene ſimilia ſint verbis, & paribus cadant, & eodem deſinant modo. Etiam vt ſint, quod eſt quartum, membris æqualibus,
Pro Cecin. quod ἰσόκωλον dicitur. *Si quantum in agro locisque deſertis audacia poteſt, tantum in foro atque iudiciis impudentia valeret,* ἰσόκωλον eſt, & ὁμοιόπτωτον habet. Non minus nunc in cauſſa cederet Aulus Cecinna Sexti Ebutii impudentiæ, quam tum in vi facienda ceſſit audaciæ, ἰσόκωλον, ὁμοιόπτωτον, ὁμοιοτέλευτον. Accedit, & ex illa figura gratia, qua nomina dixi mutatis caſibus repeti, *Non minus caderet, quam ceſſit.* Adhuc ὁμοιοτέλευτον, & παρονομασία eſt. *Neminem poſſe alteri dare matrimonium, niſi quem penes ſit patrimonium.* Contrapoſitum autem, vel, vt quidam vocant, Contentio (ἀντίθετον dicitur) non vno fit modo. Nam & fit ſi ſingula ſingulis opponuntur: vt in eo quod modo dixi: *Vicit pudorem libido, timorem audacia. Et bina bi-*
Pro Cluēt. *nis, Non noſtri ingenii, veſtri auxilii eſt.* Et ſententiæ ſententiis. *Dominetur in concionibus, iaceat in iudiciis.* Cui commodiſſime ſubiungitur & ea ſpecies quam diſtinctionem dixi-
Ibidem. mus, *Odit populus Romanus priuatam luxuriam, publicam magnificentiam diligit.* Et quæ ſunt ſimili caſu, diſſimili ſententia
Pro Mure. in vltimo locata: vt, *Quod in tempore mali fuit, nihil obſit: quin*
Pro Cluēt. *quod in cauſſa boni fuit, proſit.* Nec ſemper contrapoſitum ſub-
Pro Milo. iungitur: vt in hoc. *Eſt enim hæc, iudices, non ſcripta, ſed nata lex.*
De Ora. 3. Verum, ſicut Cicero dicit, quod de ſingulis rebus propoſitis
& in Ora- refertur ad ſingula: vt in eo quod ſequitur, *Quam non didici-*
tore. *mus, accepimus, legimus, verum ex natura ipſa arripuimus, hauſimus, expreſſimus.* Nec ſemper quod aduerſum eſt, contraponi-

tur.

Digitized by Google

tur, quale eſt apud Rutilium, *Nobis primum dii immortales fruges dederunt: nos quæ ſoli accepimus, in omnes terras diſtribuimus. Nobis maiores noſtri Rempubl. reliquerunt; nos etiam ſocios noſtros de ſeruitute eripuimus.* De Verborum figuris.

¶ Fit etiam aſſumpta illa figura, qua verba declinata repetuntur, quod ἀντιμεταβολὴ dicitur, NON *vt edam viuo, ſed vt viuam edo.* Et quod apud Ciceronem conuerſum ita eſt, vt cum mutationem caſus habeat, etiam ſimiliter deſinat: *Vt & ſine inuidia culpa plectatur, & ſine culpa inuidia ponatur.* Quod & eodem clauditur verbo: vt quod dicit de Sexto Roſcio, *Etenim cum artifex eiuſmodi ſit, vt ſolus dignus videatur eſſe qui ſcenam introeat: tum vir eiuſmodi ſit, vt ſolus videatur dignus qui eo non accedat.* Eſt & in nominibus ex diuerſo collocatis ſua gratia. *Si Conſul Antonius, Brutus hoſtis: ſi conſeruator reipublicæ Brutus, hoſtis Antonius.* Pro Cluent. Philip. 4.

¶ Olim plura de figuris quam neceſſe erat: & adhuc erit, qui putet eſſe figuram, *Incredibile eſt quod dico, ſed verum.* Ἀντιπόφοραν vocant &, *Aliquis hoc ſemel tulit, ego bis ego ter.* Διέξοδον, ἄφοδον, *Longius euectus ſum, ſed redeo ad propoſitum.* Quædam verborum figuræ paulum figuris ſententiarum declinantur, vt dubitatio. Nam cum eſt in re, priori parti aſſignanda eſt: cum in verbo, ſequenti: *Siue me malitiam ſiue ſtultitiam dicere oportet.* Item correctionis eadem ratio eſt. *Nam quod illic dubitat, hic emendat.* Etiam in perſonæ fictione accidere quidam idem putauerunt, vt in verbis etiam eſſet hæc figura, CRVDELITATIS *eſt mater auaritia.* Et apud Salluſtium in Ciceronem, *O Romule Arpinas.* quale eſt & apud Menandrum, *Oedipus Othryaſius.* Hæc omnia copioſius ſunt executi, qui non vt partem operis tranſcurrerunt, ſed proprie libros huic operi dedicauerunt; ſicut Cæcilius, Dionyſius, Rutilius, Cornificius, Viſellius, aliique non pauci. ſed non minor erit eorum qui viuunt gloria. Vt fateor autem verborum figuras poſſe plures reperiri à quibuſdam: ita iis quæ ab autoribus claris traduntur, meliores, non aſſentior. Nam in primus M. Tullius multas in tertio de Oratore libro poſuit, quas in Oratore poſtea ſcripto tranſeundo videtur ipſe damnaſſe: quarum pars eſt, quæ ſententiarum potius quam verborum ſit, vt imminutio, improuiſa imago, ſibi ipſi reſponſio, digreſſio, permiſſio, contrarium. hoc enim puto quod dicitur ἐναντιότης, ſumpta ex aduerſo probatio. Quædam omnino non ſunt figuræ; ſicut ordo, dinumeratio, circumſcriptio: ſiue hoc nomine ſignifica- Cornif. 4.

tur comprehenſa breuiter ſententia, ſiue finitio. Nam & Cornificius atque Rutilius ſchemata λέξεως putant. Verborum autem concinna transgreſſio, id eſt *hyperbaton*, quod Cæcilius quoque putat ſchema, à nobis eſt interpoſita. Et mutatio: quæ ſi ea eſt, quam Rutilius ἀλλοίωσιν vocat, diſſimilitudinem oſtendit hominum, rerum factorumque: ſi latius fiat, figura non eſt: ſi anguſtius, in ἀντίθετον cadet. Si vero hæc appellatio ſignificat ὑπαλλαγὴν, ſatis de ea dictum eſt. Quod vero ſchema eſt, ad propoſitum ſubiecta ratio? Vtrum quod Rutilius αἰτιολογίαν vocat? nam de illo dubitari poſſit an ſchema ſit, diſtributis ſubiecta ratio. ¶ Quod apud eundem primo loco poſitum eſt, προσαπόδοσις dicitur, quæ vt maxime ſeruetur, ſane eſt in pluribus propoſitis: quia aut ſingulis ſtatim ratio ſubiicitur: vt eſt apud C. Antonium, *Sed neque accuſatorem eum metuo, qui ſum innocens: neq; competitorem vereor, qui ſum Antonius: neque conſulem ſpero, qui eſt Cicero.* Aut poſitis duobus vel tribus, eodem ordine ſingulis continuo redditur: quale apud Brutum de dictatura Cn. Pompeii, *Præſtat enim nemini imperare, quam alicui ſeruire. ſine illo enim viuere honeſte licet, cum hoc viuendi nulla conditio eſt.* Sed vni rei multiplex ratio ſubijcitur: vt apud Virgilium,

Georg. 1.

Siue inde occultas vires, & pabula terræ
Pinguia concipiunt, ſiue illis omne per ignem
Excoquitur vitium.-
Seu plures calor ille vias,
Seu durat magis.- & totus locus.

In partit.

Relationem quid accipi velit, non mihi liquet. Nam ſi ὑπαλλαγὴν aut ἐπάνοδον, aut ἀντιμεταβολὴν dicit, de omnibus locuti ſumus. Sed quicquid id eſt, neque hoc, neque ſuperiora in Oratore repetit. Sola eſt in eo libro poſita pariter inter figuras verborum, Exclamatio quam ſententiæ potius puto, affectus enim eſt. & cæteris omnibus conſentio. Adiicit his Cæcilius περίφρασιν, de qua dixi. Cornificius interrogationem, ratiocinationem, ſubiectionem, tranſlationem, occultationem; præterea ſententiam, membrum, articulum, interpretationem, concluſionem. quorum priora alterius generis ſunt ſchemata, ſequentia ſchemata omnino non ſunt. Item Rutilius præter ea quæ apud alios quoq; ſunt ſchemata, παρομολογίαν, ἀναγκαῖον, ἠθοποιίαν, διανοιολογίαν* πρόληψιν, χαρακτηρισμὸν, βραχυλογίαν, παρασιώπησιν, παρρησίαν, de quibus idem dico. Nam eos quidem autores, qui nullum prope finem fecerunt,

* al. δικαιολογίαν.

 De Compoſitione.

runt exquirendis nominibus, prætereo: qui etiam quæ ſunt argumentorum, figuris adſcripſerunt. Ego illud de iis etiam, quæ vere ſunt, adiiciam breuiter, ſicut ornant orationem opportune poſitæ, ita ineptiſſimas eſſe cum modice petuntur. Sunt qui neglecto rerum pondere, & viribus ſententiarum; ſi vel inania verba in hos modos deprauarint, ſummos ſe iudicent artifices, ideoque non deſinunt eas nectere: quas ſine ſententia ſectari tam eſt ridiculum, quam quærere habitum, geſtumque ſine corpore. Sed ne hæ quidem quæ recte fiunt, denſandæ ſunt nimis. Nam & vultus mutatio, oculorumque coniectus, multum in actu valet: ſed ſiquis ducere os exquiſitis modis, & frontis ac luminum inconſtantia trepidare non deſinat, rideatur. Et oratio habet rectam quandam velut faciem: quæ vt ſtupere immobili rigore non debebit, ita ſæpius in ea quam natura dedit ſpecie continenda eſt. Sciendum vero in primis, quid quiſque in orando poſtulet locus, quid perſona, quid tempus. Maior enim pars harum figurarum poſita eſt in delectatione. Vbi vero atrocitate, inuidia, miſeratione pugnandum eſt, quis ferat contrapoſitis, & pariter cadentibus, & conſimilibus iraſcentem, flentem, rogantem? cum in his rebus cura verborum deroget affectibus fidem: & vbicunque ars oſtentatur, veritas abeſſe videatur.

De Compoſitione.

CAP. IIII.

ARGVMENTVM.

De Compoſitione locuturus, veniæ præfatione vtitur: quod de ea re, quæ à Cicerone diligentiſſime pertractata ſit, ſcribere audeat: qui totus locus ad beneuolentiam pertinet. ¶ Deinde contra nos pugnat, qui horrido illo & inculto, vt impetus fert, dicendi fluxu contenti curam omnem bonæ compoſitionis contemnunt, quam multis egregiis ſimilitudinibus ex communi rerum natura ſumptis; item veterum exemplo & autoritate abiiciendam non eſſe, atque ad delectandum & mouendum eſſe efficaciſſimam, aliis inſuper argumentis probat: quæ pars ad reddendos auditores attentos ſpectat. ¶ Ante omnia orationis diuiſionem facit, in vinctam & ſolutam; & ſecundum has compoſitiones, quam præcipue in oratione vincta eſſe demonſtrat: cuius tres ſpecies facit: Inciſa, membra, circuitus. In iis tria eſſe neceſſaria docet: Ordinem, iuncturam, numerum. Ordinis obſeruationem in ſingulis eſſe, & contextu. In quibus cauendum,

dum ne decreſcat oratio, vt priora dignitate præcedant, ne ſuperuacua ſequantur, vt verba ſenſum claudant, vt amphibolia abſit. ¶ *Iuncturam in verbis eſſe, inciſis membris, & periodis. In verbis cauendum, ne ex vltima & prima ſyllaba deforme aliquid conſurgat: ne concurrant vocales, ne conſonantes rixentur, ne vltimæ ſyllaba verbi prioris ſint primæ ſequentis: ne crebra monoſyllaba, breuiaque verba aut nomina, longave continuentur. ne verba verbis, aut nomina nominibus multa vel ſimiliter deſinentia aut cadentia, aut eodem modo declinata iungantur: ne quid, ne virtus quidem, nimis frequens ſit* ¶ *Inciſum definit ſenſum eſſe non expleto numero concluſum. Membrum, ſenſum numeris concluſum, ſed à toto corpore abruptum, per ſe nihil efficientem.* ¶ *Periodi plurima nomina recenſet, & duo genera facit. Vnum longiore ambitu circunductum: alterum membris & inciſis plures ſenſus habentibus conſtans. Periodi membra, legem, modumq; atq; etiam membri rationem deſcribit: atque in membris & inciſis videndum monet, ne prima & extrema male coeant, & quæ quibus anteponantur. Tertium eſt numerus: qui quo à metro differat, explicat fuſiſſime, eumque in pedibus ſimplicibus vel compoſitis eſſe docet: pedumque nomina ſtructuramque profert, omnesque in orationem venire; ſed cum delectu, tradit: nam alios initiis, alios clauſulis, mediis alios aptiores eſſe: in quibus qui horum recte aut ſecus collocentur, definit, & exemplis ſubiectis demonſtrat, atque in clauſulis plurimum referre, non ſolum quis claudat, verumetiam quis antecedat.* ¶ *Præterea nimiam compoſitionis religionem, quæ dimetiendis pedibus ſyllabisve perpendendis, veluti conſeneſcit, maxime vitandam cenſet: quia à rerum grauium conſideratione nos abducat & naturalem dicendi fluxum retardet. Sequendam ergo eſſe vim longa exercitatione comparatam, nec tam intuendos pedes. quam vniuerſam comprehenſionem.* ¶ *Procemiis in cauſſis difficilibus, locis communibus, amplificationibus, & epilogis, periodos, pro rei ratione diuerſas, aptas eſſe docet. In hiſtoria non eſſe numeros finitos, ſed fluxum quendam orationis rotundum, connexione perpetua ad finem vſque decurrentem. Generi demonſtratiuo fuſiores & liberiores conuenire numeros: aliis generibus pro rei diuerſitate varios.* ¶ *Narrationibus opus eſſe tardioribus & grauioribus; probationi acrioribus; epilogis lentioribus. Poſtremo, quæ ſit cuiuſque orationis partis proprietas; quibus vt pronuntiatio, ſic compoſitio accommodetur. cur longæ ſyllabæ pondus & autoritatem, breues celeritatem addant, quam mixta longis. ex ſtare & currere: longa ad breues deſcendentes, breuiorem: breues ad longas aſcendentes, acriorem faciant: denique compoſitionis partes & propria breuiter repetit.* De

De Compoſitione.

DE compoſitione non equidem poſt Marcum Tullium ſcribere auderem; (cui neſcio an vlla pars operis huius ſit magis elaborata;) niſi & eiuſdem ætatis homines ſcriptis ad ipſum etiam literis reprehendere id collocandi genus auſi fuiſſent, & poſt eum plures multa ad eandem rem pertinentia memoriæ tradidiſſent. Itaque accedam in pleriſque Ciceroni, atque in iis ero quæ indubitata ſunt, breuior: in quibuſdam paulum fortaſſe diſſentiam. Nam etiam cum iudicium meum oſtendero, ſuum tamen legentibus relinquam. Neque ignoro quoſdam eſſe, qui curam omnem compoſitionis excludant, atque illum horridum ſermonem: vt forte effluxerit, modo magis naturalem, modo etiam magis virilem eſſe contendant. Qui ſi id demum naturale eſſe dicunt, quod à natura primum ortum eſt & quale ante cultum fuit, tota hæc ars orandi ſubuertetur. Neque enim loquuti ſunt ad hanc regulam & diligentiam primi homines, nec procœmiis præparare, docere expoſitione, argumentis probare, affectibus commouere ſcierunt. Ergo his omnibus, non ſola compoſitione caruerunt: quorum ſi fieri nihil melius licebat, ne domibus quidem caſas, vt veſtibus pellium tegmina, aut vrbibus montes ac ſyluas mutari oportuit. Quæ porro ars ſtatim fuit? quid non cultu niteſcit? cur vites coercemus manu? cur eas fodimus? rubos aruis excidimus? terra & hæc generat. manſuefacimus animalia? indomita naſcuntur. Verum id eſt maxime naturale, quod fieri natura optime patitur. Fortius vero qui incompoſitum poteſt eſſe, quam iunctum & bene collocatum? Neque ſi parui pedes vim detrahant rebus, vt Sotadeorum, & Galliamborum, & quorundam in oratione ſimili pone licentia laſciuientium, compoſitionis eſt iudicandum. Cæterum QVANTO vehementior fluminum curſus eſt prono alueo, ac nullas moras obiiciente, quam inter obſtantia ſaxa fractis aquis ac reluctantibus; tanto quæ connexa eſt, & totis viribus fluit, fragoſa atque interrupta melior oratio. Cur ergo vires ipſas ſpecie ſolui putent, quando NEC vlla res ſine arte ſatis valeat, & comitetur ſemper artem decor? An non eam quæ emiſſa optime eſt, haſtam ſpecioſiſſime contortam ferri videmus? & arcu dirigentium tela, quo certior manus, hoc eſt habitus ipſe formoſior? Iam in certamine armorum, atque in omni palæſtra quid ſatis recte cauetur ac petitur, cui non artifex motus, & certi quidam pedes adſint? Quare mihi compoſitione velut amentis quibuſdam neruiſve intendi & concitari ſententiæ videntur.

Sotades & Galliambus Poetæ fuerunt qui laſciuia carmina nouo & inuſitato genere ſcripſerūt.

dentur. Ideo eruditiſſimo cuique perſuaſum eſt, valere eam quamplurimum, non ad delectationem modo, ſed ad motum quoq; animorum. Primũ, quia nihil intrare poteſt in affectum, quod in aure velut quodam veſtibulo ſtatim offendit. Deinde quod natura ducimur ad modos. Neque enim aliter eueniret, vt illi quoque organorum ſoni, quanquam verba non exprimunt, in alios tamen atque alios motus ducerent auditorem. In certaminibus ſacris non eadem ratione concitant animos ac remittunt: nec eoſdem modos adhibent cum bellicum eſt canendum, & cum poſito genu ſupplicandum: nec idem ſignorum concentus eſt procedente ad prælium exercitu, idem receptui carmen. Pythagoreis certe moris fuit, & cum euigilaſſent, animos ad lyram excitare, quo eſſent ad agendum erectiores: & cum ſomnum peterent, ad eandem prius lenire mentes, vt ſiquid fuiſſet turbidiorum cogitationum, componerent. Quod ſi numeris & modis ineſt quædam tacita vis, in oratione eſt vehementiſſima: quantumq; intereſt, ſenſus idẽ quibus verbis efferatur, tantum verba eadem qua compoſitione vel in exitu iungantur, vel fine claudantur. Nam quædam & ſententiis parua, & elocutione modica, virtus hæc ſola commendat. Denique quod cuique viſum erit vehementer, dulciter, ſpecioſe dictum ſoluat & turbet: abierit omnis vis, iucunditas, decor. Soluit quædam ſua in oratore Cicero: *In Orato. ex Corneliana.* Nam neque me diuitiæ mouent, quibus omnes Africanos & Lælios multi venalitii mercatoreſque ſuperarunt: Immuta paululum, vt ſit, Multi ſuperarunt mercatores, venalitiique, & ſequentes deinceps periodos: quas ſi ad illum modum perturbes, velut fracta aut tranſuerſa tela proieceris. Idem corrigit, quæ à Graccho compoſita durius putat. Illum decet, nos hac ſimus probatione contenti, quod in ſcribendo quæ ſe nobis ſolutiora obtulerint, componemus. Quid enim attinet eorum exempla quærere, quæ ſibi quiſque experiri poteſt? illud notaſſe ſatis habeo quo pulchriora & ſenſu & elocutione diſſolueris, hoc orationem magis deformem fore: quia negligentia collocationis ipſa verborum luce deprehenditur. Itaque vt confiteor pene vltimam Oratoribus artem compoſitionis, quæ perfecta ſit, contigiſſe: ita illis priſcis habitam inter curas, inquantum adhuc profecerant, puto. *In Orato.* Neque mihi quamlibet magnus autor Cicero perſuaſerit, Lyſiam, Herodotum, Thucydidem, parum ſtudioſos eius fuiſſe. Genus fortaſſe ſint ſecuti non idem quod Demoſthenes,

 De Compoſitione.

ſes, aut Plato, quanquam & ii ipſi inter ſe diſſimiles fuerunt. Nam neque illud in Lyſia dicendi textum tenue atque rarum lætioribus numeris corrumpendum erat. Perdidiſſet enim gratiam, quæ in eo maxima eſt, ſimplicis atque inaffectati coloris: perdidiſſet fidem quoque. Nam ſcribebat aliis, non ipſe dicebat; vt oportuerit eſſe illa rudibus & incompoſitis ſimilia: quod ipſum compoſitio eſt. Et hiſtoriæ (quæ currere debet ac ferri) minus conueniſſent interſiſtentes clauſulæ, & debita actionibus reſpiratio, & cludendi inchoandique ſententias ratio. In concionibus quidem etiam ſimiliter cadentia quædam, & contrapoſita deprehendas. in Herodoto vero, cum omnia (vt ego quidem ſentio) leniter fluant, tum ipſa διάλεκτος habet eam iucunditatem, vt latentes etiam numeros complexa videatur. Sed de propoſitorum diuerſitate poſt paulum. Nunc quæ prius iis qui recte componere volent, diſcenda ſint. Eſt igitur ante omnia oratio alia vincta atque contexta: ſoluta alia qualis in ſermone & epiſtolis: niſi cum aliquid ſupra naturam ſuam tractant, vt de philoſophia, de republica, ſimilibuſque. Quod non eo dico, quia non illud quoque ſolutum habeat ſuos quoſdam, & forſitan difficiliores etiam pedes: neque enim aut hiare ſemper vocalibus, aut deſtitui temporibus volunt ſermo & epiſtola: ſed non fluunt, nec cohærent, nec verba de verbis trahunt: vt potius laxiora in his vincula, quam nulla ſint. Nonnunquam in cauſſis quoque minoribus decet eadem ſimplicitas, quæ non illis, ſed aliis vtitur numeris diſſimulatque eos, & tantum communit occultius. At illa connexa ſeries tres habet formas: Inciſa, quæ κόμματα dicuntur. Membra, quæ κῶλα & περίοδον, quæ eſt vel ambitus, vel circunductum, vel continuatio, vel concluſio. ¶In omni porro compoſitione tria ſunt neceſſaria, ordo, iunctura, numerus. Primum igitur de ordine. Eius obſeruatio in verbis eſt ſingulis, & contextis. Singula ſunt quæ diximus ἀσύνδετα. In his cauendum eſt, ne decreſcat oratio, & fortiori ſubiungatur aliquid infirmius, vt ſacrilegio fur, an latroni petulans. Augeri enim debent ſententiæ, & inſurgere: vt optime Cicero, Tu, inquit, iſtis faucibus, iſtis lateribus, iſta gladiatoria totius corporis firmitate. Aliud enim maius alio ſuperuenit. At ſi *Philip. 2.* cœpiſſet à toto corpore, non bene ad latera fauceſque deſcenderet. Eſt & alius naturalis ordo, vt viros ac fœminas, diem ac noctem, ortum & occaſum dicas potius, quam retrorſum.

Quædam

Cicero pro Cluent. C. & L. fratres gemini fuerunt. Quædam ordine permutato fiunt ſuperuacua, vt fratres gemini. Nam ſi præceſſerint gemini, fratres addere non eſt neceſſe. Illa nimia quorundam fuit obſeruatio, vt vocabula verbis, verba rurſus aduerbiis, nomina appoſitis, & prænominibus rurſus eſſent priora. Nam fit contra quoque frequenter non indecore. Necnon & illud nimiæ eſt ſuperſtitionis, vt quæque ſint tempore, ea facere etiam ordine priora: non quin frequenter ſit hoc melius, ſed quia interdum plus valent ante geſta, ideoque leuioribus ſuperponenda ſunt. Verbo ſenſum cludere, multo, ſi compoſitio patiatur, optimum eſt. In verbis enim ſermonis vis ineſt. At ſi id aſperum erit, cedat hæc ratio numeris, vt fit apud ſummos Græcos Latinoſque Oratores, frequentiſſime. Sine dubio enim omne quod non cludet, hyperbaton eſt. Ipſum hoc inter tropos vel figuras quæ ſunt virtutis, receptum eſt. Non enim ad pedes verba dimenſa ſunt: ideoque ex loco transferuntur in locum, vt iungantur quo congruunt maxime: ſicut in ſtructura ſaxorum rudium etiam ipſa enormitas inuenit cui applicari, & in quo poſſit inſiſtere. Fœliciſſimus tamen ſermo eſt, cui & rectus ordo & apta iunctura, & cum his numerus opportuno cadens contingit. Quædam vero tranſgreſſiones & longæ ſunt nimis, vt in ſuperioribus diximus libris; & interim etiam compoſitione vitioſæ, quæ in hoc ipſum petuntur, vt exultent atque laſciuiant? quales illæ Mecœnatis. *Sole & aurora rubent plurima. Inter ſacra mouit aqua fraxinos. Ne exequias quidem vnus inter miſerrimos viderem meas.* Quod inter hæc peſſimum eſt, quia in re triſti ludit compoſitio. Sæpe tamẽ eſt vehemens aliquis ſenſus in verbo: quod ſi in media parte ſententiæ latet, tranſiri intentione, & obſcurari circumiacentibus ſolet: in clauſula poſitum, aſſignatur auditori & infigitur: quale eſt

Philip. 2. illud Ciceronis, Vt tibi neceſſe eſſet in conſpectu populi Romani vomere poſtridie. Trãsfer hoc vltimum, minus valebit. Nam totius ductus hic eſt quaſi mucro, vt per ſe fœdæ vomendi neceſſitati, iam nihil vltra expectantibus, hanc quoque adiiceret deformitatem, vt cibus teneri non poſſet poſtridie. Solebat Afer Domitius traiicere in clauſulas verba tantum aſpetandæ compoſitionis gratia, & maxime in procœmiis: vt pro Cloantilla, Gratias agam continuo. Et pro Lælia, Eis vtriſque apud te iudicem periclitatur Lælia. Adeo refugit teneram delicatamque modulandi voluptatem, vt currentibus per ſe numeris, quo eos inhiberet, obiiceret. Amphi-

boliam

De Compoſitione.

boliam quoque fieri vitioſa locatione verborum, nemo eſt qui neſciat. Hæc arbitror vt in breui, de ordine fuiſſe dicendum: qui ſi vitioſus eſt, licet & iuncta ſit, & apte cadens oratio, tamen merito incompoſita dicatur. ¶ Iunctura ſequitur. Ea eſt in verbis, inciſis, membris, periodis. Omnia nanque iſta & virtutes & vitia in complexu habent. Atque vt ordinem ſequar, Primum quæ imperitis quoque ad reprehenſionem notabilia videntur, id eſt, quæ commiſſis inter ſe verbis duobus, ex vltima prioris, ac prima ſequentis ſyllaba, deforme aliquod nomen efficiunt. Tum vocalium concurſus: qui cum accidit, hiat & interſiſtit, & quaſi laborat oratio. Peſſime longæ, quæ eaſdem inter ſe literas committunt, ſonabunt. Præcipuus tamen erit hiatus earum quæ cauo aut patulo maxime ore efferuntur. E, plenior litera eſt, I, anguſtior: ideoque obſcurius in his vitium: Minus peccabit qui longis breues ſubjiciet, & adhuc qui præponet longæ breuem. Minima eſt in duabus breuibus offenſio. Atque cum aliæ ſubiunguntur aliis, perinde aſperiores erunt, prout oris hiatu ſimili aut diuerſo pronuntiabuntur. Non tamen id, vt crimen ingens expaueſcendum eſt, ac neſcio negligentia in hoc, an ſollicitudo ſit peior. Inhibeat enim neceſſe eſt hic metus impetum dicendi, & à potioribus auertat. Quare vt negligentiæ pars eſt hoc pati, ita humilitatis vbique perhorreſcere, nimiosque non immerito in hac cura putant omnes Iſocratem ſecutos, præcipueque Theopompum. At Demoſthenes & Cicero modice reſpexerunt ad hanc partem. Nam & coeuntes literæ, quæ συναλοιφαὶ dicitur, etiam leniorem faciunt orationem, quam ſi omnia verba ſuo fine cludatur, & nonnunquam hiulca etiam decent; faciuntque ampliora quædam: vt, *Pulchra oratione acta omnino iactare.* Tum longæ per ſe, & velut optimæ ſyllabæ aliquid etiam medii temporis inter vocales, quaſi interſiſtatur, aſſumunt. Qua de re vtar Ciceronis potiſſimum verbis: *Habet,* inquit, *ille tanquam hiatus & concurſus vocalium molle quiddam, & quod indicet non ingratam negligentiam de re hominis magis quam de verbis laborantis.* Cæterum conſonantes, quoque eæque præcipue quæ ſunt aſperiores in commiſſura verborum rixantur, & S vltima cum X proxima, quarum triſtior, etiamſi binæ collidantur, ſtridor eſt: vt, *Ars ſtudiorum.* Quæ fuit cauſſa, & Seruio (vt dixi) ſubtrahendæ S. literæ, quoties vltima eſſet, aliaque conſonante ſuſciperetur. quod reprehendit Lauranius, Meſſala defendit. Nam neque Lucilium

In Orat.

*al. Serenuus.

putant vti eadem vltima cum dicit, *Serenius* * *fuit, & dign[illegible] loco.* Quinetiam Cicero in Oratore plures antiquorum tra[illegible] ſic locutos: inde, *Belligerare po' meridiem*: & illa Cenſori[illegible] C[illegible]tonis, *Die' hanc*: æque M litera in E mollita. quæ in veteribus libris reperta mutare imperiti ſolent: & dum librariorum inſcitiam inſcitiam inſectari volunt, ſuam confitentur. Atqui eadem illa litera quoties vltima eſt, & vocalem verbi ſeq[illegible]entis ita contingit, vt in eam tranſire poſſit, etiam ſi ſcribitur, tamen parum exprimitur: vt, *Multum ille.*-&; *Quantum erat*, adeo vt pene cuiuſdam nouæ literæ ſonum reddat. Neque [illegible]m eximitur, ſed obſcuratur, & tantum aliqua inter duas vocales velut nota eſt, ne ipſæ coeant. Videndum etiam ne ſyllabæ verbi prioris vltimæ, ſint primæ ſequentis. Id ne quis præcipi miretur, Ciceroni in epiſtolis excidit, *Res mihi inuiſæ viſæ ſunt Brute*, Et in Carmine.

O fortunatam natam me Conſule Romam.

Etiam monoſyllaba ſi plura ſunt, male continuabuntur: quia neceſſe eſt compoſitio multis clauſulis conciſa ſubſultet. Ideoque etiam breuium verborum ac nominum vitanda continuatio, & ex diuerſo quoq; longorum: afferunt enim quandam dicendi tarditatem. Illa quoque vitia ſunt eiuſdem loci, ſi cadentia ſimiliter, & ſimiliter deſinentia, & eodem modo declinata, multa iungantur. Nec verba quidem verbis, aut nomina nominibus, ſimiliaque his continuari decet: cum virtutes etiam ipſæ tædium pariant, niſi gratia varietatis adiutæ. Membrorum, inciſorumque iunctura non eo modo eſt obſeruanda, quo verborum: quanquam & in his extrema & prima coeunt. Sed plurimum refert compoſitionis, quæ quibus anteponas. *Nam & vomens, fruſtis eſculentis vinum redolentibus, gremium ſuum & totum tribunal impleuit.* Et contra (nam frequentius vtar iiſdem diuerſarum quoque rerum exemplis, quo ſint magis familiaria) *Saxa atque ſolitudines voci reſpondent, beſtiæ ſæpe immanes cantu flectuntur atque conſiſtunt.* Magis id inſurgebat, ſi verteretur. Nam etſi plus eſt ſaxa quam beſtias commoueri, ineſt tamen compoſitioni decor. Sed tranſeamus ad numeros. Omnis ſtructura, ac dimenſio & copulatio vocum conſtat aut numeris (numeros ῥυθμοὺς accipi volo;) aut μέτρα, id eſt dimenſione quadam. Quod etiam ſi conſtat vtrunque pedibus, habet tamen non ſimplicem differentiam. Nam rhythmi, id eſt numeri, ſpatio temporum conſtant: metra etiam ordine, ideoque alterum eſſe quantitatis

Philip. 2.
Pro Archia.

videtur,

 De Compoſitione.

videtur, alterum qualitatis. *ῥυθμὸς* aut par eſt, vt dactylus: vnam enim ſyllabam parem breuibus habet. Eſt quidem vis eadem & aliis pedibus, ſed nomen illud tenet. Longam eſſe duorum temporum, breuem vnius, etiam pueri ſciunt. Aut ſeſcuplex, vt *Pæon*: cuius vis eſt ex longa & tribus breuibus: quique ei contrarius, ex tribus breuibus & longa: vel alio quoquo modo tempora tria ad duo relata ſeſcuplum faciunt. Aut duplex, vt Iambus: nam eſt ex breui & longa: quique eſt ei contrarius. Sunt hi & metrici pedes: ſed hoc intereſt, quod rhythmo indifferens eſt, Dactylusne ille priores habeat breues, an ſequentes. Tempus enim ſolum * metitur, vt à ſublatione ad poſitionem iiſdem ſit ſpatiis pedum. In verſu pro dactylo poni non poterit Anapæſtus aut Spondeus: nec *Pæon* eadem ratione à breuibus incipiet ac deſinet. Neque ſolum alium pro alio pedem metrorum ratio non recipit, ſed ne Dactylum quidem aut forte Spondeum, alterum pro altero. Itaque ſi quinque continuos Dactylos, vt ſunt in illa, * *al.* ſonū.

Panditur interea domus Omnipotentis olympi, *Æneid.* 10.

confundas, ſolueris verſum. Sunt & illa diſcrimina, quod rhythmis libera ſpatia, metris finita ſunt: & his certe clauſulæ, illi quo modo cœperant currunt vſque ad *μεταβολὴν*, id eſt tranſitum in aliud genus rhythmi. Et quod metrum in verbis modo, rhythmus etiam in corporis motu eſt. Inania quoque tempora rhythmi facilius accipient; quanquam hæc & in metris accidunt. maior tamen illic licentia eſt; vbi tempora etiam animo metiuntur, & pedum & digitorum ictu interualla ſignant quibuſdam notis, atque æſtimant quot breues illud ſpatium habeat, inde *τετράσημον*, *πεντάσημον*. Deinceps longiores fiunt percuſſiones. Nam *σημεῖον* tempus eſt vnum. In compoſitione orationis certior, & magis omnibus aperta ſeruari debet dimenſio. Eſt igitur in pedibus. Et metrici quidem pedes adeo reperiuntur in oratione, vt in ea frequenter non ſentientibus nobis omnium generum excidant verſus. Et contra nihil eſt proſa ſcriptum, quod non redigi poſſit in quædam verſiculorum genera. Sed in adeo moleſtos incidimus Grammaticos, quam fuerunt qui Lyricorum quædam carmina in varias menſuras coegerunt. At Cicero frequentiſſime dicit, totum hoc conſtare numeris; ideoque reprehenditur à quibuſdam, tanquam orationem ad rhythmos alliget. Nam ſunt numeri rhythmi, vt & ipſe conſtituit, & ſecuti eum, Virgilius cum dicit,

Eclog. 10. —*Numeros memini, ſi verba tenerem:* —& Horatius,
Carm. 4. —*Numeriſque fertur Lege ſolutus.*

Inuadunt ergo hanc inter cæteras vocem. Neque enim Demoſthenes fulmina tantopere vibraſſe diceretur, niſi numeris contorta ferrentur. In quo ſi hoc ſentimus, rhythmis contorta, diſſentio. Nam rhythmi, vt dixi, neque finem habent certum, nec vllam in contextu varietatem; ſed qua cœperunt ſublatione ac poſitione ad finem vſque decurrunt: oratio non deſcendit ad ſtrepitum digitorum. Id quod Cicero optime videt, ac teſtatur frequenter; ſed quod numeroſum ſit quærere: vt magis non ἄῤῥυθμον, quod eſſet inſcitum atque agreſte, quam ἔνρυθμον, quod poeticum eſt, eſſe compoſitione velit: ſicut etiam quos palæſtritas eſſe nolumus, peritos tamen palæſtræ eſſe volumus, non ἀπαλαίστρους. Verum ea quæ efficitur ex pedibus æqua concluſio, nomen aliquod deſiderat. Quid ſit igitur potius quam numerus;& Oratorius numerus, vt enthymema Rhetoricus ſyllogiſmus? Ego certe ne in calumniam cadam, qua ne M. quidem Tullius caruit, poſco hoc mihi, vt cum pro compoſito dixero numerum, & vbicunque iam dixi, Oratorium dicere intelligar. Collocatio autem verbis iam probata, & electa, & velut aſſignata ſibi debet connectere: nam vel dura inter ſe commiſſa potiora ſunt inutilibus. Tamen & eligere quædam dum ex iis quæ idem ſignificent, atque idem valeant, permiſerim: & adiicere, dum non otioſa: & detrahere, dum non neceſſaria: ſed & figuris mutare & caſus & numeros, quorum varietas frequenter gratia compoſitionis adſcita, etiam ſine numero ſola eſſet iucunda: etiam vbi aliud ratio, aliud conſuetudo poſcit, vtrum volet ſumat compoſitio, *Vitauiſſe* vel *vitaſſe*: *Deprehendere* vel *deprendere*. Coitus etiam ſyllabarum non negabo, & quicquid ſententiis aut eloquentiæ non nocebit. Præcipuum tamen in hoc opus eſt, ſcire quod quoque loco verbum maxime quadret. Atque is optime componet, qui hoc ſolum componendi gratia faciet. Ratio vero pedum in oratione eſt multo quam in verſu difficilior: primum, quod verſus paucis continetur; oratio longiores habet ſæpe circuitus. deinde quod verſus ſemper ſimilis ſibi eſt & vna ratione decurrit: orationis compoſitio niſi varia eſt, & offendit ſimilitudine, & affectatione deprehenditur: & in omni quidem corpore, totoque (vt ita dixerim) tractu, numeris inſerta eſt. Neque enim loqui poſſumus, niſi e ſyllabis breuibus ac longis, ex

 De Compoſitione.

quibus pedes fiunt. Magis tamen & deſideratur in clauſulis & apparet: primum, quia ſenſus omnis habet ſuum finem, poſſidetque naturale interuallum, quo à ſequentis initio diuidatur: deinde, quod aures continuam vocem ſecutæ, ductæque velut prono decurrentis orationis flumine; tum magis iudicant, cum ille impetus ſtetit, & intuendi tempus dedit. Non igitur durum ſit, neque abruptum, quo animi velut reſpirant ac reficiuntur. Hæc eſt ſedes orationis, hoc auditor expectat, hic laus omnis declamat. Proximam clauſulis diligentiam poſtulant initia. nam & ad hæc intentus auditor eſt. Sed eorum facilior ratio eſt. Nō enim cohærent aliis nec præcedentibus ſeruiunt. ſed nouum exordium ſumunt, cum illa, quamlibet ſit compoſita, ipſam gratiam perdat, ſi ad eam rupta via veniamus. Namq; cum ſit, vt videtur, ſeuera Demoſthenis compoſitio, πρῶτον μὲν ὦ ἄνδρες ἀθηναῖοι τοῖς θεοῖς εὔχομαι πᾶσι *Pro Cteſi.* καὶ πάσαις. & illa quæ ab vno (quod ſciam) Bruto minus pro- *Philip.3.* batur, cæteris placet κἂν μήπω βάλλῃ, μηδὲ τοξεύῃ. non deſunt qui Ciceronem carpant in his, *Familiaris cœperat eſſe bal-* *Pro Cælio.* *neatori.* &, *Non minus dura archipiratæ*, nam balneatoris & archipiratæ idem finis eſt, qui πᾶσι καὶ πάσαις. & qui μηδὲ τοξεύῃ: ſed priora ſunt, [illegible] ſeueriora. *Eſt in eo quoque nonnihil, quod hic ſingulis verbis bini pedes continentur, quod etiam in carminibus eſt permolle: nec ſolum vbi quinæ ſyllabæ nectuntur, vt in his, *Fortiſſima Tyndaridarum*: ſed et- *Hor. Ser.1.* iam vbi quaternæ, cum verſus cluditur Apennino, & Arma- *Satyr.1.* mentis, & Orιona. Quare hoc quoque vitandum eſt, ne plu- *Perſ. ſaty 1* rium ſyllabarum verbis vtamur in fine. Mediis quoque non ea *Lucanus* modo cura ſit, vt inter ſe cohæreant, ſed ne pigra, ne longa *in 9.* ſint: ne, quod nunc maximum vitium eſt, breuium contextu *Æn.3.* reſultent, ac ſonum reddant pene puerilium crepitaculorum. Nam vt initia clauſulæque plurimum momenti habent, quoties incipit ſenſus aut deſinit: ſic in mediis quoque ſunt quidam conatus qui leniter interſiſtunt: vt currentium pes etiam ſi non moratur, tamen veſtigium facit. Itaque non modo membra atque inciſa bene incipere atque cludi decet; ſed etiam in iis quæ non dubie contexta ſunt, nec reſpiratione vtuntur illi * vel occulti gradus. quis enim dubitet vnum ſen- ** ſpiritum* ſum & vnius ſpiritus eſſe. Animaduerti, iudices, omnem accu- *ſuſtinemus* ſatoris orationem in duas diuiſam eſſe partes? Tamen & duo *quis.* prima verba, & tria proxima, & deinceps duo rurſus ac tria, *Pro Cluēt* ſuos quaſi numeros habent ſpiritum ſuſtinentes: ſicut apud

 rhythmi-

 De Compoſitione.

ſtatim parte vitare iſta non potuit. Nam & initium hexametri ſtatim inuenias, & Anacreontion protinus colon efficias, & ſi velis trimetron, & quod duobus pedibus & parte πενθημιμερὲς à Græcis dicitur: & hæc omnia in tribus, vt Thucydidis, ἐν ἐρύμασι χῶρες ἐφαίνοσαν, ex molliſſimo rhythmorum genere excidant.

Sed quia orationem iam conſtare pedibus dixi, aliqua de iis quoque: quorum nomina quoniam varia eſſe traduntur, conſtituendum eſt quo quenque appellemus. Et quidem Ciceronem ſequar: nam is eminentiſſimos Græcorum eſt ſecutus, excepto, quod pedes mihi triſyllabos non videtur excedere, quanquam ille Pæone Dochimoque, quorum prior in quatuor, ſecundus in quinque excurrit, vtatur. Nec tamen ipſe diſſimulat quibuſdam numeros videri, non pedes: nec immerito. Quicquid enim ſupra treis ſyllabas habet, id ex pluribus eſt pedibus. Ergo cum conſtent quatuor pedes binis, octo ternis: Spondeum longis duabus, Pyrrhichium, quem alii Periambum vocant, breuibus: Iambum breui longaque: huic contrarium è longa & breui, hunc Choreum nos, vt alii Trochæum, nominemus. Ex iis vero qui ternas ſyllabas habent, Dactylum longa duabuſque breuibus: huic temporibus patem, ſed retroactum, appellari conſtat Anapæſton. Media inter longas breuis faciet Amphimactum: ſed frequentius eius nomen eſt Creticus. Longa inter breues, Amphibrachys: duabus longis breuem ſequentibus, Bacchius: totidem longis breuem præcedentibus, huic contrarius Palimbacchius erit. Tres breues Trochæum, quem Tribrachyn dici volunt, qui Choreo Trochæi nomen imponunt: totidem longæ Moloſſon efficiunt. Horum pedum nullus nõ in orationem venit: ſed quo quique ſunt tempotibus pleniores, longiſque ſyllabis magis ſtabiles, hoc grauiorem faciunt orationem, breues celerem ac mobilem. Vtrunque locis vtile. Nam & illud vbi opus eſt velocitate, tardum & ſegne: & hoc vbi pondus exigitur, præceps ac reſultans, merito damnetur. Sit in hoc quoque aliquid fortaſſe momenti, quod & longis longiores, & breuibus ſunt breuiores ſyllabæ: vt quãuis neque plus duobus temporibus, neque vno minus habere videantur: (ideoque in metris omnes breues longæque inter ſe obſeſſæ ſunt pares;) lateat tamen neſcio quid, ſi quicquam ſuperſit, aut deſit. Nam verſuum propria conditio eſt, ideoque in his quædam etiam communes. Veritas vero quia pati-

tur æque breuem eſſe vel longam vocalem cum eſt ſola, quam cum e[illegible]n conſonantes vna pluresve præcedunt: certe in dimenſione pedum ſyllaba quæ eſt breuis, inſequente alia vel breui, quæ tamen duas primas conſonantes habeat, fit longa: vt,

Eclog.1. *Agreſtem tenui muſam meditaris auena.*

nam licet *gre* breuis; facit tamen longam *A* priorem. Datur igitur illi aliquid ex ſuo tempore: quomodo, niſi habeat plus quam quæ breuiſſima, qualis ipſa eſſet detractis conſonantibus? nunc vnum tempus accommodat priori, & vnum accipit à ſequente, ita duæ natura breues, poſitione ſunt temporum quatuor. Miror autem in hac opinione doctiſſimos homines fuiſſe, vt alios pedes ita eligerent, alios damnarent, quaſi vllus eſſet quem non ſit neceſſe in oratione deprehendi. *Rhetor.3.* Licet enim Pæonem ſequatur Ephorus, inuentum a Thraſymacho, probatum ab Ariſtotele, Dactylumque, vt temperatiores breuibus ac longis: fugiat Spondeum & Trochæum, alterius tarditate, alterius celeritate damnata: & Herous, qui eſt idem Dactylus, Ariſtoteli amplior, Iambus humanior videatur: Trochæum vt nimis currentem damnet, eique Cordacis * nomen imponat, eademq; dicant Theodectes ac Theophraſtus, ſimilia poſt eos Halicarnaſſeus Dionyſius. irrumpent etiam ad vicinos, nec ſemper illis Heroo, aut Pæone ſuo; quem quia verſus raro facit, maxime laudant, vt licebit: vt ſint tamen alii aliis crebriores, non verba facient, quæ neque augeri, neque minui, neque ſicut modulatione produci aut corripi poſſunt: ſed tranſmutatio & collocatio. Plerique enim ex commiſſuris eorum vel diuiſione fiunt pedes, quo fit vt iiſdem verbis alii atque alii verſus fiant: vt memini quendam non ignobilem poetam ita luſiſſe.

* *al.* κορδακικώτερον *appellat Ariſtoteles.*

Aſtra tenet cœlum, mare claſſes, area meſſem. Hic retrorſum fit Sotadeus. Itemque Sotadeo adiungat retro trimetros,

Caput exeruit mobile pinus repetita.

Miſcendi ergo ſunt, curandumq; vt ſint plures qui placeant, & circunfuſi bonis deteriores lateant. Nec vero in literis ſyllabiſq; natura mutatur, ſed refert, quæ cum qua optime coeat. Plurimum igitur autoritatis, vt dixi, & ponderis habent longæ: celeritatis breues: quæ ſi miſceatur quibuſdam longis, currunt: ſi continuantur, exultant. Acres, quæ ex breuibus ad longas inſurgunt: leniores, quæ a longis in breues deſcendunt. *Pro Ligar.* Optime incipitur à longis, recte aliquãdo à breuibus: vt, *Nouũ*

crimen

 De Compoſitione.

crimen C. Cæſar. Lenius, vt, *Animaduerti, iudices.* Quod initium partitioni ſimile eſt, quæ celeritate gaudet. Clauſula quoque è longis firmiſſima eſt: ſed cludent & breues quamuis habeatur indifferens vltima. Neque enim ego ignoro, in fine pro longa accipi breuem, quod videtur aliquid vacantis* temporis, ex eo quod inſequitur, accedere: aures tamen conſulens meas, intelligo multum referre, vtrumne longa ſit quæ cludit, an pro longa. Neque enim tam plenum eſt dicere, *Incipientem timere*: quam illud, *Auſus eſt confiteri.* Atqui ſi nihil refert breuis an longa ſit vltima, idem pes erit: verum neſcio quomodo ſedebit hoc, illud ſubſiſtet. Quo mori quidam, longæ vltimæ tria tempora dederunt, vt illud tempus quod breuis ex longa accipit, huic quoque accederet. Nec ſolum refert quis claudat, ſed quis anteceedat. Retrorſum autem neq; plus tribus; (iique ſi non ternas ſyllabas habebunt repetendi ſunt, abſit tamen poeticæ obſeruatio;) neque minus duobus: alioqui pes erit, non numerus. Poteſt tamen vel vnus eſſe Dichoreus ſi vnus eſt, qui conſtat ex duobus Choreis. Itemq; Pæon, qui eſt ex Choreo & Pyrrhichio, quem aptum initiis putant: vel contra, qui eſt è tribus breuibus & longa, cui clauſulam aſſignant: de quibus fere duobus ſcriptores huius artis loquuntur: alios omnes, quotcunque ſint temporum, quæ ad orationem pertineant, Pæonas appellant. Eſt & Dochimus, qui fit ex Bacchio & Iambo, vel Iambo & Cretico, ſtabilis in clauſulis, & ſeuerus. Spondeus quoque, quo plurimum eſt Demoſthenes vſus, motum ſemper per ſe habet: optime præcedet enim Creticus: vt in hoc, *De quo ego nihil dicam, niſi depellendi criminis cauſſa.* Illud eſt quod ſupra dixi, multum referre, vtrone verbo pedes ſint duo comprehenſi, an vterque liber. Sic enim fit forte, *Criminis cauſſa*: molle, *Archipirata*: mollius ſi tribrachys præcedat, *facilitates, temeritates.* Eſt enim quoddam in ipſa diuiſione verborum latens tempus, vt in Pentametri medio Spondeo: qui niſi alterius verbi fine, alterius initio conſtet, verſum non efficit. Poteſt, etiam ſi minus bene, præponi Anapæſtus, *Muliere non ſolũ nobili, verumetiam nota.* Tum Anapæſtus & Creticus, Iambus quoque, qui eſt vtroque ſyllaba minor. præcedet enim tres longas breuis. Sed & Spondeus Iambo, recte præponitur, *In armis fui.* Tum Spondeus & Bacchius; ſic enim fiet vltimus Dochimus, *Iiſdem in armis fui.* Ex iis, quæ ſupra probaui, apparet Moloſſon quoque clauſulæ conuenire, dum habeat ex quocunque pede ante ſe

Ee 5 breuem.

Pro Cluēt.

* al. vacanti tempori & melius.

Pro Milo.

Pro Lig.

Pro Cælio.

Pro Ligar.

In Oratore. breuem. *Illud ſcimus, vbicunque ſunt, eſſe pro nobis.* Minus grauis erit Spondeus præcedente Pyrrhichio: vt, *Iudicii Iuniani*. & adhuc peius priore Pæone: vt, *Brute dubitaui*: niſi potius hoc eſſe velimus Dactylum & Bacchium. Duo Spondei non fere coniungi patiuntur: quæ in verſu quoque notabilis clauſula eſt, niſi cum id fieri poteſt ex tribus quaſi membris: *Cur de perfugis noſtris copias comparat is contra nos?* vna ſyllaba, duabus, vna. Ne Dactylus quidem Spondeo bene præponitur, quia finem verſus damnamus in fine orationis. Bacchius & cludit, & ſibi

Pro Ligar. iungitur, *Venenum timeres*. Vitat Choreum, Spondeum autem amat: vt. *Non venena timeres: ſed, virus timeres*. Contrarius quoque qui eſt, cludet; niſi ſi vltimam longam eſſe volumus, o-

Act. 7. ptimeque habebit ante ſe Moloſſon: vt, *Et ſpinis reſperſum.* Aut Bacchium, *Quod hic poteſt, nos poſſemus.* Sed verius erit cludere Choreum præcedenti Spondeo. Nam hic potius eſt numerus, *Nos poſſemus*: &, *Romanus ſum*. Cludet & Dichoreus, ſi pes idem ſibi ipſi iungetur, quo Aſiani ſunt vſi plurimum.

In Orat. Cuius exemplum Cicero ponit, *Patris dictum ſapiens, temeritas filii comprobauit*. Accipiet ante ſe Choreus & Pyrrhichium: *Omnes prope ciues virtute, gloria, dignitate ſuperabat.* Cludet & Dactylus, niſi eum obſeruatio vltimæ Creticum fa-

Act. 7. ciet: vt, *Muliercula nixus in littore*. Habebit ante bene Creticū & Iambum; Spondeum male, peius Choreum. Cludit Amphibrachus. *Q. Ligarium in Africa fuiſſe*, ſi non eum malumus eſ-

Pro Lig. ſe Bacchium. Non optimus eſt Trochæus, ſi vltima eſt breuis. quod certe ſit neceſſe eſt, alioqui quomodo cludet, qui placet pleriſque, Dichoreus? Illa obſeruatione ex Trochæo fit Anapæſtus. Idem Trochæus præcedente longa fit Pæon: quale eſt. *Si potero*. &, *Dixit hoc Cicero, obſtat inuidia*. Sed hoc initiis dederunt. Cludit & Pyrrhichius Choreo præcedente: nam ſic Pæon eſt. Omnes ii qui in breues excidunt, minus erunt ſtabiles: nec alibi fere ſatis apti, quam vbi curſus orationis ex-

Pro Mura. igitur, & clauſulis non interſiſtitur. Creticus eſt initiis optimus, *Quod precatus à diis immortalibus ſum.* & clauſulis, *In conſpectu populi Romani vomere poſtridie.* Apparet vero quam bene eum præcedant, vel Anapæſtus, vel ille qui videtur fini aptior, Pæon. Sed & ſe ipſe ſequitur, *Seruare quamplurimos.*

Pro Lig. Sic melius quam Choreo præcedente, *Quis non turpe duceret?* ſi vltima breuis pro longa ſit. Sed fingamus ſic, *Non tur-*

Philip. 2. *pe duceret*. Sed hic eſt illud inane quod dixi. Paululum enim moræ damus inter vltimum atque proximum verbum, & tur-

pein-

 De Compoſitione.

pe illud interuallo quodam producimus: alioqui fit exultantiſſimum, & trimetri finis, *Quis non turpe duceret?* Sicut illud: Act.7. *Ore ſpiritum excipere liceret*: ſi iungas, laſciui carminis eſt: ſed interpunctis quibuſdam, & tribus quaſi initiis, fit plenum autoritatis. Nec ego cum præcedentes pedes poſui, legem dedi ne alii eſſent: ſed quid fere accideret, quod in præſentia videretur optimum, oſtendi. Et quidem optime eſt ſibi iunctus Anapæſtus, vt qui ſit Pentametri finis: vel Rhythmus, qui nomen ab eo traxit. *Nam* VBI *libido dominatur, innocentia leue præſidium eſt.* Nam ſynalœphe facit, vt vltimæ ſyllabæ pro vna ſonent. Mollior fiet præcedente Spondeo vel Bacchio: vt ſi mutes idem, *Leue innocentia præſidium eſt.* Non me capit (vt à magnis viris diſſentiam, Pæon, qui eſt ex tribus breuibus & longa. Nam eſt ipſe vna plus breui anapæſto: *facilitas, & agilitas.* Quod quid ita placuerit his, non video; niſi quod illum fere probauerint, quibus loquendi magis quam orandi ſtudium fuit. Nam & ante ſe breuibus gaudet Pyrrhichio & Choreo, *mea facilitas, noſtra facilitas.* At præcedente Spondeo tum plane finis eſt trimetri: cum ſit per ſe quoque ei contrarius. Principiis merito laudatur. Nam & primam ſtabilem, & tres celeres habet: tamen hoc quoque meliores alios puto. Totus vero hic locus non ideo tractatur à nobis, vt oratio quæ ferri debet ac fluere, demetiendis pedibus ac perpendendis ſyllabis conſeneſcat. Nam id tum miſeri, tum in minimis occupati eſt. Neque enim qui ſe totum in hac cura conſumpſerit, potioribus vacabit: ſiquidem relicto rerum pondere, ac nitore contempto, teſſerulas (vt ait Lucilius) ſtruet, & vermi- *In Orat.* culate inter ſe lexeis committet. Nonne ergo refrigeretur ſic calor, & impetus pereat, vt equorum curſum qui dirigit, minuit: & paſſus qui æquat, curſum frangit? quaſi numeri non fuerint in compoſitione deprehenſi: ſicut poema nemo dubitauerit imperito quodam initio fuſum, & aurium menſura, & ſimiliter decurrentium ſpatiorum obſeruatione eſſe generatum, mox in eo repertos pedes. Satis igitur in hoc nos componi multa ſcribendi exercitatio, vt ex tempore etiam ſimilia fundamus. Neque vero tam ſint intuendi pedes, quam vniuerſa comprehenſio: vt verſum facientes, totum illum decurſum non ſex vel quinque partes, ex quibus conſtat verſus aſpiciūt. Ante enim carmen ortum eſt, quam obſeruatio carminis. Indeque illud, *Verſibus quos olim Fauni vateſque canebant.* Ergo *Enni id* quem in poemate locum habet verſificatio, eum in oratione *Orat.*

compoſi-

compoſitio. Optime autem de illa iudicant aures, quæ & plena ſentiunt, & parum expleta deſiderant, & fragoſis offenduntur, & lenibus mulcentur, & contortis excitantur, & ſtabilia probant, clauda deprehendunt, redundantia & nimia faſtidiunt. Ideoque docti rationem componendi intelligunt, indocti voluptatem. Quædam vero arte tradi non poſſunt. Mutandus eſt caſus, ſi durius is quo cœperamus, [illegible]atur. Num in quem tranſeamus ex quo præcipi poteſt? Figuræ laboranti etiam compoſitioni variatæ ſæpe ſuccurrunt. Quæ? cum orationis tum etiam ſententiæ. Num præſcriptum eius rei vllum eſt? Occaſionibus vtendum, & cum re præſenti deliberandum. Enimuero ſpatia ipſa, quæ in hac quidem parte plurimum valent, quod poſſunt niſi aurium habere iudicium? Cur alia paucioribus verbis ſatis plena, vel nimium, alia pluribus breuia & abſciſſa ſunt? Cur in circunductionibus etiam cum

Act.4. ſenſus finitus eſt, aliquid tamen loci vacare videtur? *Neminem veſtrum ignorare arbitror, iudices, hunc per hoſce dies ſermonem vulgi atque hanc opinionem populi Romani fuiſſe.* Cur *hoſce* potius quam *hos*? Neque enim erat aſperum. Rationem fortaſſe non reddam, ſentiam eſſe melius. Cur non ſatis fit, ſermonem vulgi fuiſſe? Compoſitio enim patiebatur. Ignorabam, ſed ita vt audio, hoc animus accipit, plenum ſine hac geminatione non eſſe. Ad ſenſum igitur referenda ſunt. Nequeas ſatis forte quid ſeuerum, quid iucundum ſit, intelligere: facias quidem natura duce melius quam arte: ſed naturæ ipſi ars inerit. Illud prorſus Oratoris, ſcire vbi quoque genere compoſitionis ſit vtendum. Ea duplex obſeruatio: altera, quæ ad pedes refertur: altera, quæ ad comprehenſiones quæ efficiuntur ex pedibus. Et de his prius.

Diximus igitur eſſe, inciſa, membra, circuitus. Inciſum (quantum mea fert opinio) erit ſenſus non expleto numero concluſus: pleriſque pars membri. Tale eſt enim quo Cicero vtitur, *Domus tibi deerat: at habebas. pecunia ſuperabat? at egebas.* Fiunt autem etiam ſingulis verbis inciſa: vt, *Diximus, teſtes da-*

In Corn 2 *re volumus.* Inciſum eſt, *diximus*. Membrum autem eſt, ſenſus numeris concluſus; ſed à toto corpore abruptus & per ſe nihil efficiens. Id enim, *O callidos homines, perfectam eſt: at remotum à cæteris, vim non habet: vt per ſe manus, & pes, & caput.* &, *O rem excogitatam, o ingenia metuenda. Quando ergo incipit corpus eſſe? cum venit extrema concluſio, Quem, quæſo, noſtrum fefellit, id vos*

In Orato. *ita eſſe facturos?* Quam Cicero breuiſſimam putat. Itaq; fere inciſa

De Compoſitione.

ciſa & membra miſta ſunt, & concluſionem vtique deſiderant. Periodo plurima nomina dat Cicero, ambitum, circuitum, comprehenſionem, continuationem, circumſcriptionem. Genera eius duo ſunt: alterum ſimplex, cum ſenſus vnus longiore ambitu circunducitur: alterum, quod conſtat membris & inciſis, quæ plures ſenſus habent: *Aderat ianitor carceris, & carnifex prætoris*, & reliqua. Habet periodus membra minimum duo. Medius numerus videtur quatuor. ſed recipit frequenter & plura. Modus ei à Cicerone aut quatuor ſenariis verſibus, aut ipſius ſpiritus modo terminatur. Præſtare debet, vt ſenſum concludat: ſit aperta, vt intelligi poſſit: non immodica, vt memoria contineri. Membrum longius iuſto, tardum: breuius, inſtabile eſt. Vbicunque acriter erit & inſtanter pugnaciterque dicendum, membratim cæſimque dicemus. Nam hoc in oratione plurimum valet: adeoque rebus accommodanda compoſitio, vt aſperis aſperos etiam numeros adhiberi oporteat, & cum dicente æque audientem inhorreſcere. Membratim plerunque narrabimus, aut ipſas periodos maioribus interuallis, & velut laxioribus nodis reſoluemus: exceptis quæ non docendi gratia, ſed ornandi narrantur: vt in Verrem Proſerpinæ raptus. Hæc enim lenis & fluens contextus decet. Periodus apta proœmiis maiorum cauſſarum, vbi ſolicitudine, commendatione, miſeratione res eget. Item communibus locis, & in omni amplificatione: ſed poſcitur tum auſtera, ſi accuſes; tum fuſa, ſi laudes. Multum & in epilogis pollet. Totum autem adhibendum eſt, quo ſit amplius compoſitionis genus, cum iudex non ſolum rem tenet, ſed etiam captus eſt oratione; & ſe credit actori, & voluptate iam ducitur. Hiſtoria non tam finitos numeros, quam orbem contextumque deſiderat. Nanque omnia eius membra connexa ſunt, quoniam lubrica eſt, ac fluit: vt homines qui manibus inuicem apprehenſis gradum firmant, continent & continentur. Demonſtratiuum genus omne fuſiores habet liberioresque numeros. Iudiciale & concionale, vt materia varium eſt, ſic etiam ipſa collocatione verborum. Vbi iam nobis pars ex duabus quas modo fecimus, ſecunda tractanda eſt. Nam quis dubitat alia lenius, alia concitatius, alia ſublimius, alia pugnantius*, alia grauius eſſe dicenda? Grauibus, ſublimibus, ornatis, longas magis ſyllabas conuenire? Ita vt lenia ſpatium, ſublimia, & ornata claritatem quoque vocum poſcant, potius quam his contraria. Magis laudarem breuibus argumenta, partitiones, iocos, & quicquid eſt

ſermoni

Act. 7.

In Orato.

Act. 4.

Orat. 9.

* *al.* pugnatius.

ſermoni magis ſimile. Itaque componemus procœmium varie, atque vt ſenſus eius poſtulabit. Neque enim acceſſerim Celſo, qui vnam quandam huic parti formam dedit: & optimam compoſitionem eſſe procœmii. vt apud Aſinium dixit, *Si Cæſar ex omnibus mortalibus qui ſint ac fuerint, poſſet huic cauſſæ diſceptator legi, non quiſquam te potius optandus nobis fuit.* Non quia negem hoc bene eſſe compoſitum, ſed quia legem hanc eſſe componendi in omnibus principiis recuſem. Nam iudicis animus varie præparatur: tum miſerabiles eſſe volumus, tum modeſti, tum acres, tum graues, tum blandi: tum flectere, tum ad diligentiam hortari. Hæc vt ſunt diuerſa natura, diſſimilem componendi quoque rationem deſiderant. An ſimilibus Cicero vſus eſt numeris in exordio pro Milone, pro Cluentio, pro Ligario? Narratio fere tardiores, atque, vt ſic dixerim, modeſtiores deſiderat pedes, & nominibus maxime mixtis. Nam vt verbis, vt ſæpius preſſa eſt, ita interim inſurgit: ſed docere & infigere animis res ſemper cupit: quod minime feſtinantium opus eſt. Ac mihi videtur tota narratio conſtare longioribus membris, breuioribus periodis. Argumenta acria & citata; pedibus quoque ad hanc naturam accommodatis vtentur, non tamen ita vt Trochæis, quæ celeria quidem, ſed ſine viribus ſunt. Verum quamuis ſint breuibus longiſque miſta, non tamen plures longas quam breues habentia. Illa ſublimia ſpacioſas claraſque voces habent, amant amplitudinem Dactyli quoque, ac Pæonis, etiam ſi maiori ex parte ſyllabis breuibus, temporibus tamen ſatis pleni. Aſpera contra, Iambis maxime concitantur, non ſolum quod ſint è duabus modo ſyllabis, eoque frequentiorem quaſi pulſum habent, quæ res lenitati contraria eſt: ſed etiam quod omnibus partibus inſurgunt, & à breuibus in longas nituntur & creſcunt: ideoque meliores Choreis, qui à longis in breues cadunt. Summiſſa, qualia in epilogis, lentas & ipſa & minus exclamantes exigunt. Vult eſſe Celſus aliquam & ſuperiorem compoſitionem, quam ſi quidem ſciremus, doceremus: ſed ſit neceſſe eſt tarda & ſupina. Verum niſi ex verbis atque ſententiis per ſeſe id quæritur, ſatis odioſa eſſe non poterit. Denique, vt ſemel finiam, ſic fere componendum, quo modo pronunciandum erit. An non in procemiis plerunque ſummiſſi, (niſi cum in accuſatione concitandus eſt iudex, aut aliqua indignatione complendus,) in narratione pleni atque expreſſi, in argumentis citati, atque ipſo etiam motu celeres ſumus? vt in locis ac

deſcri-

 De Compoſitione.

deſcriptionibus fuſi ac fluentes, in epilogis plerunque deiecti & infracti? Atqui corporis quoque motui ſua quædam tempora, & ad ſigna pedum non minus ſaltationi quam modulationibus adhibet muſica ratio numeros. Quid? non vox ad actus accommodatur naturæ ipſarum de quibus dicimus rerum? Quo minus id mirum in pedibus orationis, cum debeant ſublimia ingredi, lenia duci, acria currere, delicata fluere. Itaque vbi eſt neceſſe, affectamus etiam tumorem, qui Spondeis atque Iambis maxime continetur.

Hyperbargus * *ſceptra mihi liquit Pelops*. At ille Comicus æque ſenarius, quem Trochaicum vocant, pluribus Choreis, qui Trochæi ab aliis dicuntur. Pyrrhichius quidem decurrit: ſed quantum celeritatis habet, tantum grauitatis amittit: * ὑπέρογκος.

Quid igitur faciam? non eam ne nunc quidem? Terent. in Eunuch.

Aſperum vero & maledicum etiam in carmine, Iambis graſſatur;

Quis hoc poteſt videre, quis poteſt pati,

Niſi impudicus & vorax, & aleo? In vniuerſum autem, ſi ſit neceſſe, duram potius atque aſperam compoſitionem malim eſſe, quam effœminatam & eneruem; qualis apud multos. & quotidie magis laſciuimus, * Syntonorum modis ſaltitantes. Ac ne vlla quidem bona quidem vlla erit, vt debeat eſſe continua, & in eoſdem ſemper pedes ire. Nam & verſificandi genus eſt, vnam legem omnibus ſermonibus dare: & id cum manifeſta affectatione, (cuius rei maxime cauenda ſuſpicio eſt,) tum etiam ſimilitudine tædium ac ſatietatem creat: quoque eſt dulcius, magis perit, amittitque & fidem, & affectus, motusq; omnes, qui eſt in hac cura deprehenſus: nec poteſt ei credere, aut propter eum dolere & iraſci iudex, cui putat hoc vacare. Ideoque vincta quædam quaſi ſoluenda de induſtria ſunt, illa quidem maximi laboris, ne laborata videantur. Sed neque longioribus quam oportet hyperbatis compoſitioni ſeruiamus, ne quæ eius gratia fecerimus, propter eam feciſſe videamur. Et certe nullum aptum atque idoneum verbum prætermittemus gratia lenitatis. Neque enim erit vllum tam difficile, quod non commode inſeri poſſit, niſi quod in euitandis eiuſmodi verbis non decorem compoſitionis quærimus, ſed facilitatem. Non tamen mirabor Latinos magis indulſiſſe compoſitioni, quam Atticos; quamuis minus in verbis habeant varietatis & gratiæ. Nec vitium dixerim, ſi Cicero à Demoſthene paululum in hac parte deſciuit. Sed quæ ſit differentia * al. Sybaritarum.

tia noſtri Græcique ſermonis, explicabit ſummus liber. Compoſitio (nam finem imponere egreſſo deſtinatum modum volumini feſtino) debet eſſe honeſta, iucunda, varia. Eius tres partes, ordo, coniunctio, numerus. Ratio in adiectione, detractione, mutatione. Vſus pro natura rerum quas dicimus. Cura magna, vt ſentiendi atque loquendi prior ſit. Diſſimulatio curæ præcipua, vt numeri ſponte fluxiſſe non arceſſiti & coacti eſſe videantur.

M. FABII QVINTILIANI DE INSTITVTIONE ORATORIA LIBER X.

De Copia verborum.

CAPVT. I.

ARGVMENTVM.

Quæ ad inueniendum, diſponendum, & eloquendum pertinent ſuperioribus libris tradidit. Nunc huius libri & capitis initio admonet, quæ hactenus tradita ſunt, ad perfectam eloquentiam non ſufficere, niſi facilitas quædam firma, quam Latini habitum dicunt, acceſſerit, Eam legendi, ſcribendi, & dicendi exercitatione parari. ſi verborum & rerum copia inſtruamur, docet. Et res quidem cuiuſque cauſſæ proprias eſſe, verba cum varia alia aliis locis poſita, eidem rei conueniant in promptu & conſpectu eſſe debere. Quorum copia cum delectu paranda ſit, vt ſuis locis aptari queant. Itaque verborum idem valentium varietatem, ſubiectis exemplis, quæ ad docendum potentiſſima ſunt, exhibet. Quorum copiam duobus contingere tradit: optima audiendo & legendo. Auditionis rationem, & commoda: quo viua vox, actio, pronunciatio, & periculum dicentis moueant: deinde lectionis, quam potiorem eſſe ex vtriuſque comparatione probat: & quo pacto legendi ſint autores optimi, proponit: nempe non oſcitanter, vel carptim truncatimve, ſed diu multumque à principio ad finem: quin etiam lectos ſemel ex integro reſumendos, præcipue Oratores, in quibus virtutes maxime occultantur. quorum orationes ſi vtrinque habitæ extent, cauſſis cognitis legere vtiliſſimum ſit. ¶ Poetarum etiam lectionem plurimum commendat: quod ab his in rebus, ſpiritus: in verbis ſublimitas: in affectibus, motus: in perſonis, decor petatur: Quod etiam le-

pore

De Verborum copia.

pore & venuſtate rerum ab illis fictarum, ingenia moleſtiis forenſibus male affecta recreentur. In quibus tamen libertas verborum, & licentia figurarum excuſanda Oratori, non imitanda ſit. ¶ Hiſtoriæ lectionem vtilem etiam eſſe, cum propter rerum & exemplorum cognitionem, quæ ſuppeditat, tum etiam quod dictionis ſuauitate alere orationem poſſit, quamuis multa Hiſtoricorum virtutes, quibus illi Poetis proximi ſunt, ſint Oratori vitanda. ¶ Philoſophos quoque non eſſe negligendos, non quidem quia ſermonis ratio ab his petenda ſit, ſed quod de vitiis & virtutibus optime diſſerant, & nos argumentari doceant, maxime Socratici, qui inductionibus vtuntur. ¶ Poſtremo qui legendi, & quæ virtutes in quoque autore præcipuæ ſint, adiungit. Et quamuis perfecti & abſoluti quique præcipue legendi ſint, qui pauci ſunt; iudicium tamen habentibus nullum omnino ex quo quid vtilitatis referri poſſit, refugiendum eſſe cenſet. Præcipuos in quoque genere, Græcos primum, deinde Latinos: & quibus virtutibus excellant, enumerat. Poetas primum heroicos à quorum principe Homero incipiendum putat: quem cum Virgilio comparat, vt poſtea Demoſthenem cum Cicerone, & quam diuerſis virtutibus emineant, oſtendit. Deinde Elegos, Lyricos, Tragœdiæ & Comediæ ſcriptores, Hiſtoricos, Philoſophos, Oratores, quos omnes cum Latinis confert: quid in omnibus laudandum, & imitatione dignum ſit; aut ſecus, explicando.

SED hæc eloquendi præcepta ſicut cognitioni ſunt neceſſaria, ita non ſatis ad vim dicendi valent, niſi illis firma quædam facilitas, quæ apud Græcos ἕξις nominatur, acceſſerit: quã ſcribendo plus, an legendo, an dicendo conſequamur, ſolere quæri ſcio. Quod eſſet diligentius nobis examinãdum, ſi qualibet earum rerum poſſemus vna eſſe contenti. Verum ita ſunt inter ſe connexa & indiſcreta omnia, vt ſi quid ex his defuerit, fruſtra ſit in cæteris laboratum. Nam neque ſolida atque robuſta fuerit vnquam eloquentia, niſi multo ſtylo vires acceperit: & citra lectionis exemplum labor ille carens rectore fluit. Qui autem ſcierit quo ſint quæque modo dicenda, niſi tanquam in procinctu paratam quidem ad omnes caſus habuerit eloquentiam, velut clauſis theſauris incubabit. Non autem vt quicque præcipue neceſſarium eſt, ſic ad efficiendum Oratorem maximi protinus erit momenti. Nam certe cum ſit in eloquendo poſitum Oratoris officium, dicere ante omnia eſt: atque hinc initium eius artis fuiſſe mani-

feſtum eſt: proximam deinde imitationem, nouiſſimam ſcribendi quoque diligentiam. Sed vt perueniri ad ſumma niſi ex principiis non poteſt; ita procedente iam opere, minima incipiunt eſſe, quæ prima ſunt. Verum nos non quomodo ſit inſtituendus Orator, hoc loco dicimus: (nam id quidem aut ſatis, aut certe vti potuimus à nobis dictum eſt:) ſed vt athleta qui omnia iam perdidicerit à præceptore, nimirum quo genere exercitationis ad certamina præparandus ſit: ita eum qui res inuenire & diſponere ſciet, verba quoque & eligendi & collocandi rationem perceperit, inſtruamus, qua ratione quæ didicit, facere quam optime & quam facillime poſſit. Non ergo dubium eſt, quin ei velut opes ſint quædam parandæ, quibus vti, vbicunque deſideratum erit, poſſit. Eæ conſtant copia rerum ac verborum. Sed res propriæ ſunt cuiuſque cauſſæ, aut paucis communes: verba in vniuerſas paranda: quæ ſi rebus ſingulis eſſent ſingula, minorem curam poſtularent: nam cuncta ſeſe cum ipſis protinus rebus offerrent. Sed cum ſint aliis alia aut magis propria, aut magis ornata, aut plus efficientia, aut melius ſonantia; debent eſſe non ſolum nota omnia, ſed in promptu, atque (vt ita dicam) in conſpectu, vt cum ſe iudicio dicentis oſtenderint, facilis ex his optimorum ſit electio. Equidem ſcio quoſdam collecta quæ idem ſignificarent vocabula ſolitos ediſcere, quo facilius & occurreret vnum ex pluribus, & cum eſſent vſi aliquo, ſi breue intra ſpatium rurſus deſideraretur, effugiendæ repetitionis gratia ſumerent aliud quo idem intelligi poſſet. Quod cum eſt puerile, & cuiuſdam infelicis operæ, tum etiam vtile parum; turbam enim modo congregat, ex qua ſine diſcrimine occupet proximum quodque. Nobis autem copia cum iudicio paranda eſt: vim orandi, non circulatoriam volubilitatem ſpectantibus. Id autem conſequemur optima legendo atque audiendo. Non ſolum enim nomina ipſa rerum cognoſcemus hac cura, ſed cui quodque loco ſit aptiſſimum. Omnibus enim fere verbis, præter pauca, quæ ſunt parum verecunda, in oratione locus eſt. Nam ſcriptores quidam iamborum, veteriſque comœdiæ, etiam in illis ſæpe laudantur: ſed nobis noſtrum opus interim tueri ſatis eſt. Omnia verba (exceptis de quibus dixi) ſunt alicubi optima: nam & humilibus interim & vulgaribus eſt opus, & quæ cultiore in parte videntur ſordida, vbi res poſcit, proprie dicuntur. Hæc vt ſciamus, atque eorum non ſignificationem modo,

Orator quæ opes paranda.

ſed

ſed formas etiam menſuraſque norimus, vt vbicunque erunt poſita, conueniant, niſi multa lectione atque auditione aſſequi non poſſumus: cum omnem ſermonem auribus primum accipiamus. Propter quod infantes à mutis nutricibus iuſſu regum in ſolitudine educati, etiam ſi verba quædam emiſiſſe traduntur, tamen loquendi facultate caruerunt. Sunt autem alia huius naturæ, vt idem pluribus vocibus declarent, ita vt nihil ſignificationis, quo potius vtaris, interſit: vt enſis & gladius. Alia quæ etiam ſi propria rerum aliquarum ſint nomina, τροπικῶς tamen ad eundem intellectum feruntur, vt ferrum & mucro. Nam per abuſionem ſicarios etiam omnes vocamus, qui cædem telo quocunque commiſerint. Alia circuitu verborum plurium oſtendimus: quale eſt,

De Verborum copia.

Herod. 2.

—*Et preſſi copia lactis.*—

Eclog. 1.

Plurima vero mutatione figuramus, *Scio. Non ignoro:* &, *Non me fugit, Non me præterit:* &, *Quis neſcit? Nemini dubium eſt.* Sed etiam ex proximo mutuari licet. Nam & *Intelligo, & Sentio, & video,* ſæpe idem valent quod *ſcio.* Quorum nobis vbertatem ac diuitias dabit lectio, vt his non ſolum quomodo occurrerint, ſed etiam quomodo oporteat vtamur. Non ſemper enim hæc inter ſe idem faciunt: nec ſicut de intellectu animi recte dixerim, *Video*: ita de viſu oculorum, *Intelligo.* Nec vt mucro gladium, ſic mucronem gladius oſtendit. Sed vt copia verborum ſic paratur, ita non verborum tantum gratia legendum vel audiendum eſt. Nam omnium quæcunque docemus, hæc ſunt exempla potentiora etiam ipſis quæ traduntur artibus, cum eo qui diſcit perductus eſt, vt intelligere ea ſine demonſtrante, & ſequi iam ſuis viribus poſſit: quia quæ doctor præcipit, Orator oſtendit. Alia vero legentes, alia audientes magis adiuuant. Excitat qui dicit, ſpiritu ipſo, nec imagine & ambitu rerum, ſed rebus incedit.* Viuunt enim omnia, & mouentur, excipimusq; noua illa velut naſcentia cum fauore ac ſolicitudine. Nec fortuna modo iudicii, ſed etiam ipſorum qui orant, periculo afficimur. Præter hæc, vox & actio decora, commodabit* quid quiſque locus poſtulabit: pronunciandi vel potentiſſima in dicendo ratio, & vt ſemel dicam, pariter omnia docet. In lectione certius iudicium, quod audienti frequenter aut ſuus cuique fauor, aut ille laudantium clamor extorquet. Pudet enim diſſentire, & velut tacita quadam verecundia inhibemur plus nobis credere; cum interim & vitioſa pluribus placeant, & à corrogatis laudentur etiam

* al. incendit.

* al. commoda vt quiſque.

iam quæ non placent. Sed è contrario quoque accidit, vt optime dictis gratiam praua iudicia non referant. Lectio libera eſt, nec actionis impetu tranſcurrit: ſed repetere ſæpius licet, ſiue dubites, ſiue memoriæ penitus affigere velis. Repetamus autem, & tractemus, & vt cibos manſos ac prope liquefactos demittimus, quo facilius digerantur; ita lectio non cruda, ſed multa iteratione mollita, & velut confecta, memoriæ imitationique tradatur. Ac diu non niſi optimus quiſque, & qui credentem ſibi minime fallat, legendus eſt; ſed diligenter, ac pene adſcribendi ſolicitudinem: nec per partes modo ſerutanda omnia, ſed perlectus liber vtique ex integro reſumendus, præcipueque oratio; cuius virtutes frequenter ex induſtria quoque occultantur. Sæpe enim præparat, diſſimulat, inſidiatur Orator; eaque in prima parte actionis dicit, quæ ſunt forte in ſumma profutura. Itaque ſuo loco minus placent, adhuc nobis quare dicta ſint ignorantibus: ideoque erunt cognitis omnibus repetenda. Illud vero vtiliſſimum, noſſe eas cauſſas quarum orationes in manus ſumpſerimus: & quoties continget, vtrinque habitas legere actiones: vt Demoſthenis atque Æſchinis inter ſe contrarias: vt Seruii Sulpitii & Meſſalæ, quorum alter pro Aufidia, contra dixit alter: & Pollionis & Caſſii, reo Aſpernate, aliasque plurimas. Quinetiam ſi minus pares videbuntur; aliquæ tamen ad cognoſcendam litium quæſtionem recte requirentur: vt contra Ciceronis orationes, Tuberonis in Q. Ligarium, & Hortenſii pro Verre. Quinetiam eaſdem cauſſas vt quiſque egerit, vtile erit ſcire. Nam pro domo Ciceronis dixit Callidius: & pro Milone orationem Brutus exercitationis gratia ſcripſit, etiam ſi egiſſe eum Cornelius Celſus falſo exiſtimat. Et Pollio ac Meſſala defenderunt eoſdem; & nobis pueris inſignes pro Voluſeno Catulo, Domitii Afri, Criſpi Paſſieni, Decimi Lælii, orationes ferebantur. Neque id ſtatim legenti perſuaſum ſit, omnia quæ magni autores dixerint, vtique eſſe perfecta. Nam & labuntur aliquando, & oneri cedunt, & indulgent ingeniorum ſuorum voluptati: nec ſemper intendunt animum, & nonnunquam fatigantur: cum Ciceroni dormitare interim Demoſthenes, Horatio vero etiam Homerus ipſe videatur. Summi enim ſunt, homines tamen: acciditque iis qui quicquid apud illos repererunt, dicendi legem putant vt deteriora imitentur (id enim eſt facilius) ac ſe abunde ſimiles putent, ſi vitia magnorum

conſe-

De Verborum copia.

conſequantur. Modeſte tamen & circunſpecto iudicio de tantis viris pronuntiandum eſt, ne (quod pleriſque accidit) damnent quæ non intelligunt. Ac ſi neceſſe eſt in alteram errare partem: omnia eorum legentibus placere, quam multa diſplicere maluerim. Plurimum dicit Oratori conferre Theophraſtus lectionem poetarum: multique eius iudicium ſequuntur: neque id immerito. Namque ab his & in rebus ſpiritus, & in verbis ſublimitas, & in affectibus motus omnis, & in perſonis decor petitur, præcipueque velut attrita quotidiano actu forenſi ingenia, optime rerum talium blanditia reparantur. Ideoque in hac lectione Cicero requieſcendum putat. Meminerimus tamen non per omnia poetas eſſe Oratori ſequendos; nec libertate verborum, nec licentia figurarum: totumque illud ſtudiorum genus oſtentationi comparatum, præter id quod ſolum petit voluptatem, eamque, fingendo non falſa modo, ſed etiam quædam incredibilia, ſectatur; patrocinio quoque aliquo iuuari. quod alligati ad certam pedum neceſſitatem, non ſemper propriis vti poſſint, ſed depulſi à recta via, neceſſario ad eloquendi quædam diuerticula confugiant: nec mutare quædam modo verba, ſed extendere, corripere, conuertere, diuidere cogantur: nos vero armatos ſtare in acie, & ſummis de rebus decernere, & ad victoriam niti. Neq; ego arma ſquallere ſitu ac rubigine velim, ſed fulgorem his ineſſe, qui terreat; qualis eſt ferri, quo mens ſimul viſuſque perſtringatur: non qualis auri argentique, imbellis, & potius habenti periculoſus.

Poetarum lectio quã vtilis Oratori.

¶ Hiſtoria quoq; alere orationem quodam molli iucundoque ſucco poteſt. Verum & ipſa ſic eſt legenda, vt ſciamus pleraſque eius virtutes Oratori eſſe vitandas. Eſt enim proxima poetis, & quodammodo carmen ſolutum: & ſcribitur ad narrandum, non ad probandum: totumque opus non ad actum rei, pugnamque præſentem; ſed ad memoriam poſteritatis, & ingenii famam componitur, ideoque & verbis liberioribus, & remotioribus figuris narrandi tædium euitat. Itaque, vt dixi, neque illa Salluſtiana breuitas, qua nihil apud aures vacuas atque eruditas poteſt eſſe perfectius, apud occupatum variis cogitationibus iudicem, & ſæpius ineruditum, captanda nobis eſt: neque illa Liuii lactea vbertas ſatis docebit eum, qui non ſpeciem expoſitionis, ſed fidem quærit. Adde quod M. Tullius ne Thucydidem quidem aut Xenophontem vtiles Oratori putat, quanquam illum bellicum canere, huius ore muſas eſſe locutas exiſtimet.

Hiſtoria quæ ſit vtilitas Oratori & qui Hiſtorici & vt legẽdi.

Lib. 5. cap. de narrat.

In Orato.

Vid. Laertium in vita Xenoph.

Licet tamen nobis in digreſſionibus vti vel hiſtorico nonnunquam nitore, dum in iis de quibus erit quæſtio, meminerimus non athletarum toros, ſed militum lacertos eſſe: nec verſicolorem illam, qua Demetrius Phalereus dicebatur vti, veſtem bene ad forenſem puluerem facere. Eſt & alius ex hiſtoriis vſus, & is quidem maximus, ſed non ad præſentem pertinens locum, ex cognitione rerum exemplorumque, quibus in primis inſtructus eſſe debet Orator, ne omnia teſtimonia expetat à litigatore: ſed pleraque ex vetuſtate diligenter ſibi cognita ſumat: hoc potentiora, quod ea ſola criminibus odii & gratiæ vacant. ¶ A philoſophorum vero lectione vt eſſent nobis multa petenda, vitio factum eſt Oratorum, qui quidem illis optima ſui operis parte ceſſerunt. Nam & de iuſtis, honeſtis, vtilibus; quæque ſunt his contraria, & de rebus diuinis maxime dicunt, & argumentantur acriter; & altercationibus atque interrogationibus Oratorem futurum optime Socratici præparant. Sed his quoque adhibendum eſt ſimile iudicium, vt etiam cum in rebus verſemur iiſdem, non tamen eandem eſſe conditionem ſciamus litium ac diſputationum, fori, & auditorii, præceptorum & periculorum. Credo exacturos pleroſque, cum tantum eſſe vtilitatis in legendo iudicemus, vt id quoque adiungamus operi, qui ſint legendi, quæ in quoque autore præcipua virtus. Sed perſequi ſingulos, infiniti fuerit operis. Quippe cum in Bruto M. Tullius tot millibus verſuum de Romanis tantum Oratoribus loquatur, & tamen de omnibus ætatis ſuæ, quibus cum viuebat, exceptis Cæſare atque Marcello, ſilentium egerit: quis erit modus, ſi & illos, & qui poſtea fuerunt, & Græcos omnes, & Philoſophos & Poetas perſequi velim? Fuerit igitur breuitas illa tutiſſima, quæ eſt apud Liuium in epiſtola ad filiũ ſcripta, legendos Demoſthenem atque Ciceronem: tum ita vt quiſque eſſet Demoſtheni & Ciceroni ſimillimus. Non eſt tamen diſſimulanda noſtri quoque iudicii ſumma. Paucos enim, vel potius vix vllum ex iis qui vetuſtatem pertulerunt, exiſtimo poſſe reperiri, qui iudicium adhibentibus non allaturus ſit vtilitatis aliquid; cum ſe Cicero ab illis quoque vetuſtiſſimis autoribus, ingenioſis quidem, ſed arte carentibus, plurimũ fateatur adiutum. Nec multo aliter de nobis ſentio. Quotus enim quiſque inueniri tam demens poteſt, qui ne minima quidem alicuius certæ* fiducia partis, memoriam poſteritatis ſperauerit? qui ſi quis eſt, intra primos ſtatim verſus depre.

Philoſophorum lectio quam vtilis.

Authores qui maxime legendi.

* *al.* certe.

deprehendetur, & citius nos dimittet, quam vt eius nobis magno temporis detrimento conſtet experimentum. Sed non quicquid ad aliquam partem ſcientiæ pertinet, protinus ad faciendam etiam φράσιν de qua loquimur, accommodatum eſt. Verum antequam de ſingulis loquar, pauca in vniuerſum de varietate opinionum dicenda ſunt. Nam quidam ſolos veteres legendos putant, neque in vllis aliis eſſe naturalem eloquentiam, & robur viris dignum, arbitrantur. Alios recens hæc laſciuia, delitiæque, & omnia ad voluptatem multitudinis imperitæ compoſita delectant. Sunt etiam qui rectum dicendi genus ſequi volunt. Alii preſſa demum & tenuia, & quæ minimum ab vſu quotidiano recedant, ſana & vere Attica putant. Quoſdam elatior ingenii vis, & magis concitata, & plena ſpiritus capit. Sunt & lenis, & nitidi, & compoſiti generis non pauci amatores. De qua differentia diſſeram diligentius, cum de genere dicendi quærendum erit. Interim ſummatim quid à qua lectione petere poſſint, qui confirmare facultatem dicendi volunt, attingam. Paucos enim, qui ſunt eminentiſſimi, excerpere in animo eſt. facile eſt autem ſtudioſis, qui ſint his ſimillimi, iudicare: ne quiſquam queratur omiſſos forte aliquos eorum quos ipſe valde probet. Fateor enim plures legendos eſſe, quam qui à me nominabuntur.

De Verborum copia.

Lib. 12. c. 10.

Sed nunc genera ipſa lectionum, quæ præcipue conuenire intendentibus vt Oratores fiant exiſtimem, perſequar. Igitur vt Aratus ab Ioue incipiendum putat; ita nos rite cœpturi ab Homero videmur. Hinc enim (quemadmodum ex oceano dicit ipſe amnium vim fontiumque curſus initium capere,) omnibus eloquētiæ partibus exemplum & ortum dedit. Hunc nemo in magnis ſublimitate, in paruis proprietate ſuperauerit. Idem lætus ac preſſus, iucundus & grauis, tum copia, tum breuitate mirabilis: nec poetica modo, ſed oratoria virtute eminentiſſimus. Nam vt de laudibus, exhortationibus, conſolationibus taceam: nonne vel nonus liber, quo miſſa ad Achillem legatio continetur, vel in primo inter duces illa contentio, vel dictæ in ſecundo ſententiæ, omnes litium ac conſiliorum explicant artes? Affectus quidem vel illos mites, vel hos concitatos, nemo erit tam indoctus, qui non in ſua poteſtate hunc autorem habuiſſe fateatur. Age vero, nonne in vtriuſq; ſui operis ingreſſu pauciſſimis verſibus legē prooemiorum non dico ſeruauit, ſed conſtituit? Nam & beneuolum auditorem inuocatione dearum, quas præſidere vatibus creditum

Autores Graci

Hom. Ilia. 2.

Iliad. 17. ditum eſt, & intentum propoſita rerum magnitudine, & do-
Iliad 9. cilem ſumma celeritet comprehenſa facit. Narrare vero quis breuius, quam qui mortem nunciat Patrocli? quis ſignificantius poteſt, quam qui Curetum Ætolorumque prælium exponit? Iam ſimilitudines, amplificationes, exempla, digreſſus, ſigna rerum & argumenta cæteraque probandi ac refutandi; ſunt ita multa, vt etiam qui de artibus ſcripſerunt,
Iliad. 24. plurima earum rerum teſtimonia ab hoc poeta petant. Nam epilogus quidem quis vnquam poterit illis Priami rogantis Achillem precibus æquari? Quid? in verbis, ſententiis, figuris, diſpoſitione totius operis, nonne humani ingenii modum excedit? Vt magni ſit viri, virtutes eius non æmulatione (quod fieri non poteſt) ſed intellectu ſequi. Verum hic omnes ſine dubio, & in omni genere eloquentiæ procul à ſe reliquit; Heroicos tamen præcipue, videlicet quia clariſſima in materia ſimili comparatio eſt. Raro aſſurgit Heſiodus, magnaque pars eius in nominibus eſt occupata, tamen vtiles circa præcepta ſententiæ lenitasque verborum, & compoſitionis probabilis: daturque ei palma in illo medio genere dicendi. Contra in Antimacho vis & grauitas, & minime vulgare eloquendi genus habet laudem. Sed quamuis ei ſecundas fere Grammaticorum conſenſus deferat, & affectibus, & iucunditate, & diſpoſitione, & omnino arte deficitur, vt plane manifeſto appateat quanto ſit aliud proximum eſſe, aliud ſecundum. Panyaſin ex vtroque miſtum putant, in eloquendo neutrius æquare virtutes: alterum tamen ab eo materia, alterum diſponendi ratione ſuperari. Apollonius in ordinem à grammaticis datum non venit; quia Ariſtarchus atque Ariſtophanes poetarum iudices, neminem ſui temporis in numerum redegerunt: non tamen contemnendum edidit opus æquali quadam mediocritate. Arati materia motu caret, vt in qua nulla varietas, nullus affectus, nulla perſona cui vſquam ſit oratio: ſufficit tamen operi, cui ſe parem credidit. Admirabilis in ſuo genere Theocritus, ſed Muſa illa ruſtica & paſtoralis non forum modo, verum ipſam etiam vrbem reformidat. Audire videor vndique congerentes nomina plurimorum poetarum. Quid? Herculis acta non bene Piſandros? Quid? Nicandrum fruſtra ſecuti Macer atque Virgilius? Quid? Emphorionem tranſibimus? quem niſi probaſſet Virgilius, idem nunquam certe conditorum Chalcidico verſu carminum feciſſet in Bucolicis mentionem. Quid? Horatius

ratius fruſtra Tyrtæum Homero ſubiungit? Nec ſane quiſ- quam eſt tam procul à cognitione eorum remotus, vt non indicem certe ex bibliotheca ſumptum transferre in libros ſuos poſſit. Nec ignoro igitur quos transeo, nec vtique damno, vt qui dixerim eſſe in omnibus vtilitatis aliquid: ſed ad illos iam perfectis conſtitutiſque viribus reuertemur. Quod etiam in cœnis grandibus ſæpe facimus, vt cum optimis ſatiati ſimus, varietas tamen nobis ex vilioribus grata ſit. Tunc & elegiam vacabit in manus ſumere, cuius princeps habetur Callimachus. Secundas confeſſione plurimorum Philætas occupauit. Sed dum aſſequimur illam firmam (vt dixi) facilitatem, optimis aſſueſcendum eſt: & multa magis quam multorum lectione firmanda mens, & ducendus eſt color. Itaque ex tribus receptis Ariſtarchi iudicio ſcriptoribus iamborum, ad ἕξιν maxime pertinebit vnus Archilogus. Summa in hoc vis elocutionis: cum validæ, tum breues vibranteſque ſententiæ, plurimum ſanguinis atque neruorum: adeo vt videatur quibuſdam, quod quoquam minor eſt, materiæ eſſe non ingenii vitium. Nouem vero lyricorum longe Pindarus princeps, ſpiritus magnificentia, ſententiis, figuris, beatiſſima rerum verborumque copia, & velut quodam eloquentiæ flumine: propter quæ Horatius eum merito credidit nemini imitabilem. Steſichorus quam ſit ingenio validus, materiæ quoque oſtendunt, maxima bella & clariſſimos canentem duces, & epici carminis onera lyra ſuſtinentem. Reddit enim perſonis in agendo ſimul loquendoque debitam dignitatem: ac ſi tenuiſſet modum, videtur æmulari proximus Homerum potuiſſe: ſed redundat, atque effunditur: quod vt eſt reprehendendum, ita copiæ virium eſt. Alcæus in parte operis aureo plectro merito donatur, qua tyrannos inſectatur: multum etiam moribus confert. in eloquendo quoque breuis & magnificus, & diligens plerunque Homero ſimilis, ſed in luſus & amores deſcendit, maioribus tamen aptior. Simonides tenuis, alioqui ſermone proprio & iucunditate quadam commendari poteſt: præcipua tamen eius in commouenda miſeratione virtus, vt quidam in hac eum parte omnibus eiuſdem operis auctoribus præferant. Antiqua comœdia cum ſynceram illam ſermonis Attici gratiam prope ſola retinet, tum facundiſſimæ libertatis, etſi eſt in inſectandis vitiis præcipua, plurimum tamen virium etiam in cæteris partibus ha-

De Verborum copia.

Carm. 4.

habet. Nam & grandis, & elegans, & venuſta, & neſcio an vlla poſt Homerum tamen, quem vt Achillem ſemper excipi par eſt, aut ſimilior ſit oratoribus, aut ad Oratores faciendos aptior. Plures eius autores: Ariſtophanes tamen & Eupolis Cratinusque præcipui. Tragœdias primus in lucem Æſchylus protulit, ſublimis & grauis, & grandiloquus ſæpe vſque ad vitium: ſed rudis in pleriſque & incompoſitus propter quod correctas eius fabulas in certamen deferre poſterioribus poetis Athenienſes permiſere; ſuntque eo modo multi coronati. Sed longe clarius illuſtrauerunt hoc opus Sophocles atque Euripides: quorum in diſpari dicendi via vter ſit poeta melior, inter plurimos quæritur. Idque ego ſane quoniam ad præſentem materiam nihil pertinet, iniudicatum relinquo. Illud quidem nemo non fateatur neceſſe eſt, iis qui ſe ad agendum comparant* vtiliorem longe Euripidem fore. Nanq; is & in ſermone (quod ipſum reprehendunt, quibus grauitas & cothurnus & ſonus Sophoclis videtur eſſe ſublimior) magis accedit oratorio generi, & ſententiis denſus, & in iis quæ à ſapientibus tradita ſunt, pene ipſis par, & in dicendo ac reſpondendo cuilibet eorũ qui fuerunt in foro diſerti comparandus. In affectibus vero cum omnibus mirus, tum in iis qui miſeratione conſtant, facile præcipuus. Hunc & admiratus maxime eſt (vt ſæpe teſtatur) & ſecutus, quanquam in opere diuerſo, Menander: qui vel vnus, meo quidẽ iudicio, diligenter lectus, ad cuncta quæ præcipimus effingenda ſufficiat: ita omnẽ vitæ imaginem expreſſit: tanta in eo inueniendi copia, & eloquendi facultas: ita eſt omnibus rebus, perſonis, affectibus accommodatus. Nec nihil profecto viderunt, qui orationes, quæ Chariſii nomine eduntur, à Menandro ſcriptas putent. Sed mihi longe magis Orator probari in opere ſuo videtur, niſi forte aut illa mala iudicia quæ Epitrepontas, Epicleros, Lochos habent: aut meditationes in Pſophoda, & Nomotheta, & Hypobolimæo, non omnibus Oratoriis numeris ſunt abſolutæ. Ego tamen plus adhuc quiddam collaturum declamatoribus puto; quoniam his neceſſe eſt ſecundum conditionem controuerſiarum plures ſubire perſonas, patrũ, filiorum, maritorum, militum, ruſticorum, diuitum, pauperum, iraſcentium, deprecantium, mitium, aſperorum. In quibus omnibus mire cuſtoditur ab hoc poeta decorum. Atque ille quidem omnibus eiuſdem operis autoribus abſtulit nomen, & fulgore quodam ſuæ claritatis tenebras obduxit. Habent tamen alii

* al. comparent.

De Verborum copia.

alii quoque Comici, ſi cum venia legantur, quædam quæ poſſis decerpere: & præcipue Philemon, qui vt prauis ſui temporis iudiciis Menandro ſæpe prælatus eſt, ita conſenſu omnium meruit credi ſecundus. Hiſtoriam multi ſcripſere præclare; ſed nemo dubitat duos longe cæteris præferendos, quorum diuerſa virtus laudem pene eſt parem conſecuta. Denſus, & breuis, & ſemper inſtans ſibi Thucydides: dulcis, & candidus, & fuſus Herodotus. ille concitatis, hic remiſſis affectibus melior: ille concionibus, hic ſermonibus: ille vi, hic voluptate. Theopompus his proximus, vt in hiſtoria prædictis minor, ita Oratori magis ſimilis: vt qui antequam eſt ad hoc opus ſolicitatus, diu fuerit Orator. Philiſtus quoque meretur, qui turbæ quamuis bonorum poſt hos authorum eximatur, imitator Thucydidis: & vt multo infirmior, ita aliquatenus lucidior. Ephorus, vt Iſocrati viſum, calcaribus eget. Clitarchi probatur ingenium, fides infamatur. Longo poſt interuallo temporis natus Timagenes, vel hoc eſt ipſo probabilis, quod intermiſſam hiſtorias ſcribendi induſtriam noua laude reparauit. Xenophon non excidit mihi, ſed inter philoſophos reddendus eſt. Sequitur Oratorum ingens manus, cum decem ſimul Athenis ætas vna tulerit: quorum longe princeps Demoſthenes, ac pene lex orandi fuit. tanta vis in eo, tam denſa omnia, ita quibuſdam neruis intenta ſunt, tam nihil ociosum, is dicendi modus, vt nec quod deſit in eo, nec quod redundet inuenias. Plenior Æſchines & magis fuſus, & grandiori ſimilis, quo minus ſtrictus eſt: carnis tamen plus habet, lacertorum minus. Dulcis in primis & acutus Hyperides: ſed minoribus cauſſis non dixerim vtilior, magis par. His ætate Lyſias maior, ſubtilis atq; elegans, & quo nihil, ſi Oratori ſatis ſit docere, quæras perfectius. nihil enim eſt inane, nihil arceſſitum: puro tamen fonti quam magno flumini propior. Iſocrates in diuerſo genere dicendi nitidus & comptus: & palæſtræ quam pugnæ magis accõmodatus, omnes dicendi veneres ſectatus eſt: nec immerito. auditoriis enim ſe, non iudiciis comparărat: in inuentione facilis honeſti ſtudioſus: in compoſitione adeo diligens, vt cura eius reprehendatur. Neque ego in his, de quibus ſum locutus, has virtutes, ſed has præcipuas puto: nec cæteros parum fuiſſe magnos. Quinetiam Phalereum *illum Demetrium (quanquam is primus inclinaſſe eloquentiam dicitur) multum ingenii habuiſſe & facundiæ fateor, vel ob hoc memoria dignum, quod vltimus eſt fere ex Atticis qui

*De hoc Demetrio Theophra-

ſti diſcipulo qui ob eximias virtutes Athenienſem rempubl. per aliquot annos adminiſtrauit agit Diogen. Laert lib. 5. vbi illius vitam deſcribit.

cis qui dici poſſit Orator: quem tamen in illo medio genere dicendi præfert omnibus Cicero. Philoſophorum, ex quibus plurimum ſe traxiſſe eloquentiæ M. Tullius confitetur, quis dubitet Platonem eſſe præcipuum, ſiue acumine differendi, ſiue eloquendi facultate diuina quadam & Homerica? multum enim ſupra proſam orationem, & quam pedeſtrem Græci vocant, ſurgit: vt mihi non hominis ingenio, ſed quodam Delphico videatur oraculo inſtinctus. Quid ego commemorem Xenophontis iucunditatem illam inaffectatam, ſed quam nulla poſſit affectatio conſequi? vt ipſæ finxiſſe ſermonem Gratiæ videantur: & quid de Pericle veteris comœdiæ teſtimonium eſt, in hunc transferri iuſtiſſime poſſit, in labris eius ſediſſe quandam perſuadendi deam. Quid reliquorum Socraticorum elegantiam? Quid Ariſtotelem? Quem dubito ſcientia rerum, an ſcriptorum copia, an eloquendi ſuauitate, an inuentionum acumine, an varietate operum, clariorem putem. Nã in Theophraſto tam eſt eloquendi nitor ille diuinus, vt ex eo nomen quoque traxiſſe dicatur. Minus indulſere eloquentiæ Stoici veteres: ſed cum honeſta ſuaſerunt, tum in colligendo probandoq; quæ inſtituerant, plurimum valuerunt: rebus tamen acuti magis, quam (id quod ſane nõ affectarunt) oratione magnifici. Idem nobis per Romanos quoq; autores ordo ducendus eſt. Itaque vt apud illos Homerus, ſic apud nos Virgilius auſpicatiſſimum dederit exordium, omnium eius generis poetarum Græcorum noſtrorumque illi haud dubie proximus. Vtar enim verbis iiſdẽ, quæ ex Afro Domitio iuuenis accepi: qui mihi interroganti, quem Homero crederet maxime accedere, Secundus, inquit, eſt Virgilius, propior tamen primo quam tertio. Et hercle, vt illi naturæ cœleſti atque immortali ceſſerimus, ita curæ & diligentiæ, vel ideo in hoc plus eſt, quod ei fuit magis laborandũ: & quantum eminentioribus vincimur, fortaſſe æqualitate penſamus. Cæteri omnes longe ſequentur. Nam Macer & Lucretius legendi quidem, ſed non vt phraſin, id eſt corpus eloquentiæ faciant: elegantes in ſua quiſq; materia, ſed alter humilis, alter difficilis. Attacinus Varro in iis per quæ nomen eſt aſſecutus, interpres operis alieni, non ſpernendus quidem, verum ad augendam facultatem dicendi parum locuples. Ennium ſicut ſacros vetuſtate lucos adoremus, in quibus grandia & antiqua robora iam non tantam habent ſpeciem, quantam religionem. Propiores alii atque ad hanc phraſin de qua loquimur, magis vtiles. Laſciuus quidem

Latini Autores.

Poetarum principes tam Græcorũ quam Romanorũ qui.

in

in Heroicis quoque Ouidius, & nimium amator ingenii ſui: laudandus tamen in partibus. Cornelius autē Seuerus, etiam ſi verſificator quam poeta melior; ſi tamen, vt eſt dictum, ad exemplar primi libri bellum Siculum perſcripſiſſet, vendicaret ſibi iure ſecundum locum. Sed eum * cōſummari mors immatura non paſſa eſt: puerilia tamē eius opera, & maximam indolem oſtendunt, & mirabilem præcipue in ætate illa recti generis voluntatem. Multū in Valerio Flacco nuper amiſimus. Vehemens & poeticum ingenium Saleii Baſſi fuit, nec ipſum ſenectute maturum. Rabirius ac Pedo non indigni cognitione; ſi vacet. Lucanus ardens, & cōcitatus, & ſentētiis clariſſimus, &, vt dicam quod ſentio, magis oratoribus, quam poetis annumerandus. Hos nominauimus; quia Germanicum Auguſtum ab inſtitutis ſtudiis deflexit cura terrarum, parumq; diis viſum eſt eſſe eum maximum poetarum. Quid tamen iis ipſis eius operib: in quæ donatus imperio iuuenis ſucceſſerat, ſublimius, doctius, omnibus deniq; numeris præſtantius? Quis enim caneret bella melius, quam qui ſic gerit? Quem præſidentes ſtudiis deæ propius audirent? Cui magis ſuas artes aperiret familiare nomen Mineruæ? Dicent hæc plenius futura ſecula. Nunc enim cæterarum fulgore virtutum laus iſta præſtringitur. Nos tamen ſacra literarum colentes feras Cæſar, ſi non tacitum hoc præterimus, & Virgiliano certe verſu teſtamur.

Inter victrices hederam tibi ſerpere lauros.

Elegia Græcos quoque prouocamus: cuius mihi terſus atque elegans maxime videtur autor Tibullus. Sunt qui Propertium malint. Ouidius vtroque laſciuior: ſicut durior Gallus. Satyra quidem tota noſtra eſt, in qua primus inſignem laudem adeptus eſt Lucilius, qui quoſdam ita deditos ſibi adhuc habet amatores, vt eum non eiuſdem modo operis autoribus; ſed omnibus poetis præferre non dubitent. Ego quantum ab illis, tantum ab Horatio diſſentio, qui Lucilium fluere lutulentū, & eſſe aliquid quod tollere poſſis, putat. Nam & eruditio in eo mira, & libertas, atque, inde acerbitas, & abunde ſalis. Multo eſt terſior ac purus magis Horatius, & ad notandos hominum mores præcipuus. Multum & veræ gloriæ, quamuis vno libro, Perſius meruit. Sunt clari hodieque, & qui olim nominabuntur. Alterum illud eſt, & prius Satyræ genus, quod non ſola carminum varietate miſtum condidit Terentius Varro, vir Romanorum eruditiſſimus. Plurimos hic libros & doctiſſimos compoſuit, peritiſſimus linguæ Latinæ, & omnis antiquitatis,

De Verborum copia.

* *al.* ſed Varenum conſum.

Eclog 8.

Elegiaci.

Ser. I. Sat. 4.

quitatis,& rerum Græcarũ, noſtrarumque: plus tamen ſcientiæ collaturus, quam eloquentiæ. Iambus nõ ſane à Romanis celebratus eſt vt proprium opus, à quibuſdam interpoſitus: cuius acerbitas in Catullo, Bibaculo, Horatio: quanquam illi epodos interuenite reperiatur. At Lyricorum idem Horatius fere ſolus legi dignus. Nam & inſurgit aliquando, & plenus eſt iucunditatis & gratiæ, & variis figuris & verbis feliciſſime audax. Si quem adiicere velis, is erit Cæſius Baſſus quem nuper vidimus. Sed eum longe præcedunt ingenia viuentium. Tragœdiæ ſcriptores Accius atque Pacuuius, clariſſimi, grauitate ſententiarum, verborum pondere, & autoritate perſonarum. Cæterum nitor, & ſumma in excolendis operibus manus magis videri poteſt temporibus quã ipſis defuiſſe. Virium tamen Accio plus tribuitur: Pacuuium videri doctiorẽ, qui eſſe docti affectant, volunt. Iam Varii Thyeſtes cuilibet Græcorũ comparari poteſt. Ouidii Medea videtur mihi oſtendere quantum vir ille præſtare potuerit, ſi ingenio ſuo temperare quam indulgere maluiſſet. Eorum quos viderim longe princeps Pomponius Secũdus, quem ſenes parum tragicum putabant, eruditione ac nitore præſtare confitebantur. In comœdia maxime claudicamus: licet Varro dicat, Muſas, Ælii Stolonis ſententia Plautino ſermone locuturas fuiſſe, ſi Latine loqui vellent: licet Cæcilium veteres laudibus ferant: licet Terentii ſcripta ad Scipionem Africanum referantur: quæ tamen ſunt in hoc genere elegantiſſima, & plus adhuc habitura gratiæ, ſi intra verſus trimetros ſtetiſſent. Vix leuem conſequimur vmbram, adeo vt mihi ſermo ipſe Romanus non recipere videatur illam ſolis conceſſam Atticis venerem, quando eam ne Græci quidem in alio genere linguæ obtinuerint. Togatis excellit Afranius, vtinamque non inquinaſſet argumenta puerorum fœdis amoribus, mores ſuos faſſus. At hiſtoria non ceſſerit Græcis, nec opponere Thucydidi Salluſtium verear: nec indignetur ſibi Herodotus æquari T. Liuium, cum in narrando miræ iucunditatis, clariſſimique candoris; tum in concionibus ſupra quam enarrari poteſt eloquentem: ita ducuntur omnia cum rebus tum perſonis accommodata. ſed affectus quidem, præcipue eos qui ſunt dulciores, vt parciſſime dicam, nemo hiſtoricorum commendauit magis. Ideoque immortalem illam Salluſtii velocitatem, diuerſis virtutibus conſecutus eſt. Nam mihi egregie dixiſſe videtur Seruilius Nouianus, pares eos magis quam ſimiles: qui & ipſe à nobis auditus eſt, clari

Iambici. *Tragici.* *Comici.* *Hiſtorici.*

elati vir ingenii, & ſententiis creber, ſed minus preſſus, quam hiſtoriæ autoritas poſtulat. Quam paulum ætate præcedens eum Baſſus Aufidius egregie vtique in libris belli Germanici præſtitit, genere ipſo probabilis in omnibus, ſed in quibuſdam ſuis ipſe viribus minor. Supereſt adhuc, & exornat ætatis noſtræ gloriam, vir ſeculorum memoria dignus, qui olim nominabitur, nũc intelligitur. Habet amatores, nec imitatores, vt libertas, quanquam circuncifis quæ dixiſſet, ei nocuerit. Sed elatum abunde ſpiritum, & audaces ſententias deprehendas etiam in iis quæ manent. Sunt & alii ſcriptores boni: ſed nos genera deguſtamus, non bibliothecas excutimus. Oratores vero vel præcipue Latinam eloquentiam parem facere Græcæ poſſunt. Nam Ciceronem cuicunq; eorum fortiter oppoſuerim. Nec ignoro quantam mihi concitem pugnã, cum præſertim id non ſit propoſiti, vt eum Demoſtheni cõparem hoc tempore: neque enim attinet, cum Demoſthenem in primis legendum, vel ediſcendum potius putem. Quorum ego virtutes pleraſque arbitror ſimiles, conſilium, ordinem diuidendi, præparandi, probandi rationem; omnia denique, quæ ſunt inuentionis. In eloquendo eſt aliqua diuerſitas denſior ille, hic copioſior: ille concludit adſtrictius, hic latius pugnat: ille acumine ſemper, hic frequenter & pondere: illi nihil detrahi poteſt, huic nihil adiici: curę plus in illo, in hoc naturæ. Salibus certe, & commiſeratione (qui duo plurimum affectus valent) vincimus. Et fortaſſe epilogos illi mos ciuitatis abſtulerit: ſed & nobis illa quæ Attici mirantur, diuerſa Latini ſermonis ratio minus permiſerit. In epiſtolis quidẽ, quanquam ſunt vtriuſque, nulla contentio eſt. Cedendum vero in hoc quidem, quod ille & prior fuit, & ex magna parte Ciceronem, quantus eſt, fecit. Nam mihi videtur M. Tullius cum ſe totum ad imitationem Græcorum contuliſſet, effinxiſſe vim Demoſthenis, copiam Platonis, iucunditatem Iſocratis. Nec vero quod in quoque optimum fuit, ſtudio conſecutus eſt tãtum; ſed plurimas, vel potius omnes ex ſeipſo virtutes extulit immortalis ingenii beatiſſima vbertate. NON enim pluuias (vt ait Pindarus) aquas colligit, ſed viuo gurgite exundat: dono quodam prouidentiæ genitus, in quo totas vires ſuas eloquẽtia experiretur. Nam quis docere diligentius, mouere vehementius poteſt? Cui tanta vnquã iucunditas affuit? vt ipſa illa quæ extorquet, impetrare eum credas, & cum tranſuerſum vi ſua iudicem ferat, tamen ille non rapi videatur, ſed ſequi. Iam

De Verborum copia.

Oratores.

in o-

in omnib. quæ dicit, tãta autoritas ineſt, vt diſſentire pudeat: nec aduocati ſtudium, ſed teſtis aut iudicis afferat fidem. Cum interim hæc omnia, quę vix ſingula quiſquã intentiſſima cura conſequi poſſet, fluunt illaborata: & illa qua nihil pulchrius auditu eſt oratio, præ ſe fert tamen fœliciſſimam facilitatem. Quare non immerito ab hominibus ætatis ſuæ regnare in iudiciis dictus eſt: apud poſteros vero id cõſecutus, vt Cicero iã non hominis, ſed eloquentiæ nomen habeatur. Hunc igitur ſpectemus: hoc propoſitum nobis ſit exemplum. Ille ſe profeciſſe ſciat, cui Cicero valde placebit. Multa in Aſinio Pollione inuentio, ſumma diligentia: adeo vt quibuſdam etiã nimia videatur: & conſilii & animi ſatis: à nitore & iucunditate Ciceronis ita lõge abeſt, vt videri poſſit ſeculo prior. At Meſſala nitidus, & candidus, & quodammodo præ ſe ferens in dicendo nobilitatem ſuam: viribus minor. C. vero Cæſar ſi foro tantum vacaſſet, non alius ex noſtris contra Ciceronem nominaretur. tanta in eo vis eſt, id acumen, ea concitatio, vt illum eodem animo dixiſſe, quo bellauit, appareat. Exornat tamen hæc omnia mira ſermonis, cuius proprie ſtudioſus fuit, elegantia. Multum ingenii in Cælio, & præcipue in accuſando multa vrbanitas, dignusque vir, cui & mens melior, & vita longior cõtigiſſet. Inueni qui Caluum præferrent omnibus, inueni qui Ciceroni crederent eum nimia contra ſe calumnia verum ſanguinẽ perdidiſſe. Sed eſt & ſancta & grauis oratio, & caſtigata, & frequenter vehemens quoque. Imitator eſt autem Atticorum, fecitque illi properata mors iniuriam, ſi quid adiecturus, non ſi quid detracturus fuit. Et Seruius Sulpitius inſignem non immerito famam tribus orationibus meruit. Multa, ſi cum iudicio legatur, dabit imitatione digna Caſſius Seuerus: qui ſi cæteris virtutibus colorẽ & grauitatem orationis adieciſſet, ponendus inter præcipuos foret. Nam & ingenii plurimum eſt in eo, & acerbitas mira & vrbanitas, & vis ſumma: ſed plus ſtomacho quam conſilio dedit. præterea vt amari ſales, ita frequenter amaritudo ipſa ridicula eſt. Sunt & alii multi diſerti, quos perſequi lõgum eſt. Eorum quos viderim, Domitius Afer, & Iulius Africanus, longe præſtantiſſimi. Verborum arte ille, & toto genere dicendi præferendus, & quem in numero veterum habere non timeas: hic concitatior, ſed in cura verborum nimius, & compoſitione nonnunquam longior, & translationibus parum modicus. Erant clara & nuper ingenia. Nam & Trachallus plerunque ſublimis, & ſatis apertus fuit,

Cicero in Bruto.

Cic. in Bruto.

Caluus in Bruto.

tus fuit, & quem velle optima crederes: auditus tamen maior. Nam & vocis, quantam in nullo cognoui, felicitas, & pronuntiatio vel ſcenis ſuffectura, & decor: omnia denique ei, quæ ſunt extra, ſuperfuerunt. Et Vibius Criſpus, compoſitus, & iucundus, & delectationi natus: priuatis tamen cauſſis quam publicis melior. Iulio Secundo ſi longior contigiſſet ætas, clariſſimum profecto nomen Oratoris apud poſteros foret. Adiecisſet enim, atque adiiciebat cæteris virtutibus ſuis, quod deſiderari poteſt. Id eſt autem, vt eſſet multo magis pugnax, & ſæpius ad curam rerum ab elocutione reſpiceret. Cæterum interceptus quoque magnum ſibi vindicat locum. Ea eſt facundia, tanta in explicando quod velit, gratia: tam candidum, & lene, & ſpecioſum dicendi genus: tanta verborum etiam quæ aſſumpta ſunt, proprietas: tanta in quibuſdam ex periculo petitis ſignificantia. Habebunt qui poſt nos de Oratoribus ſcribent, magnam eos qui nunc vigent materiam vere laudandi. Sunt enim ſumma hodie, quibus illuſtratur forum, ingenia. Namque & conſummati iam patroni veteribus æmulantur, & eos iuuenum ad optima tendentium imitatur ac ſequitur induſtria. De Veterorũ copia.

Superſunt qui de philoſophia ſcripſerunt, quo in genere pauciſſimos adhuc eloquentes literæ Romanæ tulerunt. Idem igitur M. Tullius, qui vbique, etiam in hoc opere Platonis æmulus extitit. Egregius vero, multoque quam in orationibus præſtantior Brutus, ſuffecit ponderi rerum: ſcias eum ſentire quæ dicit. Scripſit non parum multa Cornelius Celſus. Scepticos ſecutus, non ſine cultu ac nitore. Plancus in Stoicis rerum cognitione vtilis. In Epicureis leuis quidem, ſed non iniucundus tamen autor eſt Catius. Ex induſtria Senecam in omni genere eloquentiæ diſtuli, propter vulgatam falſo de me opinionem, qua damnare eum, & inuiſum quoque habere ſum creditus. Quod accidit mihi, dum corruptum & omnibus vitiis fractum dicedi genus reuocare ad ſeueriora iudicia contendo. Tum autem ſolus hic fere in manibus adoleſcentium fuit. Quem non equidem omnino conabar excutere, ſed potioribus præferri non ſinebam, quos ille non deſtiterat inceſſere, cum diuerſi ſibi conſcius generis, placere ſe in dicendo poſſe iis, quibus illi placerent, diffideret. Amabant autem eum magis, quam imitabantur: tantumque ab illo defluebant, quantum ille ab antiquis deſcenderat. Foret enim optandum, pares, aut ſaltem proximos Philoſophi Latini.

Eloeutio. illi viro fieri. Sed placebat propter ſola vitia, & ad ea ſe quiſque dirigebat effingenda, quæ poterat: deinde cum ſe iactaret eodem modo dicere, Senecam infamabat. Cuius & multæ alioqui, & magnæ virtutes fuerunt; ingenium facile & copioſum, plurimum ſtudii, multarũ rerum cognitio: in qua tamen aliquando ab iis quibus inquirenda quædam mandabat, deceptus eſt. Tractauit etiam omnem fere ſtudiorum materiam. Nam & orationes eius, & poëmata, & epiſtolæ, & dialogi feruntur. In philoſophia parum diligens, egregius tamen vitiorum inſectator fuit. Multæ in eo claræque ſententiæ, multa etiam morum gratia legenda: ſed in eloquendo corrupta pleraque, atque eo pernicioſiſſima, quod abundant dulcibus vitiis. Velles eum* ſuo ingenio dixiſſe, alieno iudicio. Nam ſi aliqua contempſiſſet, ſi parum concupiſſet, ſi non omnia ſua amaſſet, ſi rerum pondera minutiſſimis ſententiis non fregiſſet: conſenſu potius eruditorum, quam puerorum amore comprobaretur. Verum ſic quoque tam* robuſtis, & ſeueriore genere ſatis firmatis legendus; vel ideo, quod exercere poteſt vtrinque iudicium. Multa enim (vt dixi) probanda in eo, multa etiam admiranda ſunt: eligere modo curæ ſit: quod vtinam ipſe feciſſet. Digna enim fuit illa natura, quæ meliora vellet, quæ quod voluit, effecit.

*al. cum.

*al. iam.

De Imitatione

CAP. II.

ARGVMENTVM.

Quoniam omnia præcepta parum profutura ſunt, niſi nos ad alienius perfecti imitationem componamus: poſtquam qui legendi nobis eſſent pronuntiauit; de imitatione, per quam aut maximis autoribus æquales, aut proximi euadamus contingit, præcepta tradit. Primo probat eam vtilem, & neceſſariam: deinde non ipſam per ſe ſufficere, ſed conandum aliquid ſupra eos quos imitamur. Tertio circa imitationem duo eſſe videnda: quos, & quid in illis imitemur. ¶ Primum ex ſuperiori capite manifeſtum eſt; quid imitandum ſit ſupereſt, nempe optima, quæ quiſque talia eſſe cognoſcit, cum in maximis etiam autoribus, aliqua vitioſa, minus perfecta & plena incidant. Ergo non ſolum verborum imitationem eſſe, verumetiam ſpectandum decorum rerum & perſonarum, conſilium, quæ proprietas omnium partium, quæ ratio delectandi & mouendi, & quo pacto etiam ad docendum ſpectant, quæ verborum copia, figurarum varietas, componendi ratio: quo cognito

quiſque

quiq; vires exploret, quid ferre valeant; nam inſanum eſſe inimitabilia perſequi repugnante natura. ¶ Praeterea cauendum ne Orator poetas, aut Poeta Oratores ſibi imitandos proponat, niſi in eo quod in omnibus habet commune eloquentia. ¶ Poſtremo ne cui nos vni imitando addicamus. De Imitatione.

EX his cæteriſque lectione dignis Autoribus & verborum ſumenda copia eſt, & varietas figurarum, & componendi ratio: tum ad exemplum virtutum omnium mens dirigenda. Neque enim dubitari poteſt, quin artis pars magna contineatur imitatione. Nam VT inuenire primum fuit, eſtque præcipuum: ſic ea quæ bene inuenta ſunt, vtile ſequi. Atque OMNIS vitæ ratio ſic conſtat, vt quæ probamus in aliis, facere ipſi velimus. Sic literarum ductus, vt ſcribendi fiat vſus, pueri ſequuntur: ſic muſici vocem docentium, pictores opera priorum, ruſtici probatam experimento culturam in exemplum intuentur. Omnis denique diſciplinæ initia ad propoſitum ſibi præſcriptum formari videmus. Et hercle, neceſſe eſt, aut ſimiles, aut diſſimiles bonis ſimus. Similem raro natura præſtat, frequenter imitatio. Sed hoc ipſum, quod tanto faciliorem nobis rationem rerum omnium facit, quam fuit iis qui nihil quod ſequerentur, habuerunt, niſi caute & cum iudicio apprehenditur, nocet. Ante omnia igitur imitatio per ſe ipſa non ſufficit, vel quia PIGRI eſt ingenii, contentum eſſe iis quæ ſunt ab aliis inuenta. Quid enim futurū erat temporibus illis quæ ſine exemplo fuerunt, ſi homines nihil niſi quod iam cognouiſſent, faciendum ſibi aut cogitandum putaſſent? Nempe nihil fuiſſet inuentum. Cur igitur nefas eſt reperiri aliquid à nobis, quod ante non fuerit? An illi rudes ſola mentis natura ducti ſunt in hoc vt tam multa generarent, nos ad quærendum non eo ipſo concitemur, quod certe ſcimus inueniſſe eos qui quæſierunt? Et cum illi, qui nullum cuiuſquam rei habuerunt magiſtrum, plurima in poſteros tradiderint, nobis vſu aliarum rerum ad eruendas alias non proderit, ſed nihil habebimus niſi beneficii alieni? quemadmodum quidam pictores in id ſolum ſtudent, vt deſcribere tabulas menſuris ac lineis ſciant. Turpe etiam illud eſt, contentum eſſe id conſequi, quod imiteris. Nam rurſus quid erat futurum, ſi nemo plus effeciſſet eo quem ſequebatur? Nihil in poetis, ſupra Liuium Andronicum; nihil in hiſtoriis, ſupra Pontificum annales haberemus:

Elocutio. ranibus adhuc nauigaremus: non eſſet pictura, niſi quæ lineas modo extremas vmbræ quam corpora in ſole feciſſent, circunſcriberet. Ac ſi omnia percenſeas, nulla ſit ars qualis inuenta eſt, nec in ra initium ſtetit: niſi forte noſtra potiſſimum tempora damnamus huius infelicitatis, vt nunc demum nihil creſcat. NIHIL enim creſcet* ſola imitatione. Quod ſi prioribus adijcere fas non eſt, quomodo ſperare poſſumus vllum Oratorem perfectum? cum in iis quos maximos adhuc nouimus, nemo ſit inuentus in quo nihil aut deſideretur, aut reprehendatur. Sed etiam qui ſumma non appetunt, contendere potius, quam ſequi debent. Nam qui agit vt prior ſit, forſitan, etiam ſi non tranſierit, æquabit. Eum vero nemo poteſt æquare, cuius veſtigiis ſibi vtique inſiſtendum putat. Neceſſe eſt enim ſemper ſit poſterior, qui ſequitur. Adde quod plerunque facilius eſt plus facere, quam idem. Tantam enim difficultatem habet ſimilitudo, vt de ipſa quidem natura in hoc ita eualuerit, vt non res quæ ſimillimæ videantur, diſcrimine aliquo diſcernantur. Adde quod QVICQVID alteri ſimile eſt, neceſſe eſt minus ſit eo quod imitatur; vt vmbra corpore, & imago facie, & actus hiſtrionum veris affectibus. Quod in ora ionibus quoque euenit. Namque iis quæ in exemplum aſſumimus, ſubeſt natura, & vera vis; contra omnis imitatio facta eſt, & ad alienum propoſitum accommodatur.* Quo fit vt minus ſanguinis ac virium declamationes habeant, quam orationes: quod in illis vera, in his aſſimulata materia eſt. Adde quod ea quæ in Oratore maxima ſunt, imitabilia non ſunt, ingenium, inuentio, vis, facilitas, & quicquid arte non traditur. Ideoque plerique cum verba quædam ex orationibus excerpſerunt, aut aliquos compoſitionis certos pedes, mire a ſe quæ elegerunt, effingi arbitrantur: cum & verba intercidant inualeſcantque temporibus, vt quorum certiſſima ſit regula in conſuetudine, eaque non ſua natura ſint bona aut mala; (nam per ſe ſoni tantum ſunt;) ſed prout opportune proprieque aut ſecus collocata ſunt: & compoſitio cum rebus accommodata ſit, tum ipſa varietate gratiſſima. Quapropter exactiſſimo iudicio circa hanc partem ſtudiorum examinanda ſunt omnia. Primum, quos imitemur. nam ſunt plurimi qui ſimilitudinem peſſimi cuiuſque & corruptiſſimi concupierint. Deinde in ipſis quos elegerimus, quid ſit ad quod efficiendum nos comparemus. Nam in magnis quoque autoribus inci-

*al. creſcit.

*al. commodatur.

incidunt aliqua vitioſa, & à doctis inter ipſos etiam mutuo reprehenſa: atque vtinam tam bona imitantes dicerent melius, quam mala peius dicunt. Nec vero ſaltem iis, quibus ad euitanda vitia iudicii ſatis fuit, ſufficiat imaginē virtutis effingere, & ſolam, vt ſic dixerim, cutem; vel potius illas Epicuri figuras, quas è ſummis corporibus dicit effluere. Hoc autem iis accidit, qui non introſpectis penitus virtutibus, ad primum ſe velut aſpectum orationis aptarunt: & cum iis fœliciſſime ceſſit imitatio, qui verbis atque numeris ſunt non multum differentes; vim dicendi, atque inuentionis non aſſequuntur, ſed plerunque declinant in peius, & proxima virtutibus vitia comprehendunt; fiuntque pro grandibus tumidi, preſſis exiles, fortibus temerarii, lætis corrupti, compoſitis exultantes, ſimplicibus negligentes. Ideoque qui horride atque incompoſite quidlibet frigidum illud & inane extulerunt, antiquis ſe pares credunt: qui carent cultu atque ſententiis, Atticis ſcilicet: qui præciſis concluſionibus obſcuri, Salluſtium atque Thucydidem ſuperant: triſtes ac ieiuni Pollionem æmulantur: otioſi & ſupini, ſi quid modo longius circunduxerunt, iurant ita Ciceronem loquuturum fuiſſe. Noueram quoſdam, qui ſe pulchre expreſſiſſe genus illud cœleſtis huius in dicendo viri ſibi viderentur, ſi in clauſula poſuiſſent, *Eſſe videatur*. Ergo primum eſt, vt quod imitaturus eſt quiſque, intelligat: & quare bonum ſit, ſciat. Tum in ſuſcipiendo onere conſulat ſuas vires. Nam quædam ſunt inimitabilia, quibus aut infirmitas naturæ non ſufficiat, aut diuerſitas repugnet. Nec cui tenue ingenium erit, ſola velit fortia & abrupta: cui forte quidem, ſed indomitum, amore ſubtilitatis & vim ſuam perdat, & elegantiam quam cupit, non aſſequatur. Nihil enim tam indecens, quam cum mollia dure fiunt. Atque ego illi præceptori, quem inſtitueram in libro ſecundo, tradidi non ea ſola docenda eſſe, ad quæ quemque diſcipulorum natura compoſitum videret. Nam is & adiuuare debet, quæ in quoque eorum inuenerit bona, & quantum fieri poteſt, adiicere quæ deſunt, & emendare quædam, & mutare. Rector enim eſt alienorum ingeniorum atque formator. difficilius eſt naturam ſuam fingere. Sed ne ille quidem doctor, quanquam omnia quæ recte fiunt, velit eſſe in ſuis auditoribus quam pleniſſima; in eo tamen, cui naturam obſtare viderit, laborabit. Id quoque vitandum, (in quo magna pars errat,) ne in oratione Poetas nobis & hiſtoricos, in illorū

De Imitatione.

 operi.

Elocutio. operibus Oratores aut declamatores imitando putemus SVA cuique propoſita lex, ſuus decor eſt. Nec comœdia in cothurnos aſſurgit, nec contra tragœdia ſocco ingreditur. Habet tamen omnis eloquentia aliqd commune. Id imitemur, quod commune eſt. Etiam hoc ſolet incommodi accidere iis qui ſe vni alicui generi dediderunt, vt ſi aſperitas his placuit alicuius, hanc etiã in leni ac remiſſo cauſſatum genere non exuant: ſi tenuitas, ac nuditas, in aſperis grauibuſque cauſſis ponderi rerum parum reſpondeant: cum ſit diuerſa non cauſſarũ modo inter ipſas conditio, ſed in ſingulis etiam cauſſis partium: ſintq; alia leniter, alia aſpere, alia concitate, alia remiſſ; alia docendi, alia mouendi gratia dicenda: quorum omnium diſſimilis atque diuerſa inter ſe ratio eſt. Itaq; ne hoc quidem ſuaſerim, vni ſe alicui proprie, quem per omnia ſequatur, addicere. Longe omnium perfectiſſimus Græcorum Demoſthenes, aliquid tamen aliquo in loco meliu ali . plurima ille: ſed non qui maxime imitandus. etiam ſolus imitãdus eſt. Quid ergo? non eſt ſatis omnia ſic dicere quomodo M. Tullius dicit? Mihi quidem ſatis eſſet, ſi omnia conſequi poſſem. Quid tamen noceret, vim Cæſaris, aſperitatem Cælii, diligentiam Pollionis, iudicium Calui, quibuſdam in locis aſſumere? Nam præter id quod PRVDENTIS eſt, quod in quoque optimum eſt, ſi poſſit, ſuum facere: cum in tanta rei difficultate vnum intuentes, vix aliqua pars ſequitur. Ideoque cum totum exprimere quem elegeris, pene ſit homini inconceſſum: plurium bona ponamus ante oculos, vt aliud ex alio hæreat, & quo quicque loco conueniat, aptemus. Imitatio autem (nam ſæpius idem dicam) non ſit* tantum in verbis. Illuc intendenda mens, quantum fuerit illis viris decoris in rebus atque perſonis, quod conſilium, quæ diſpoſitio, quam omnia etiam quæ delectationi videantur data, ad victoriam ſpectent. quid agatur proœmio, quæ ratio & quam varia narrandi, quæ vis probandi ac refellendi, quanta in affectibus omnis generis mouendis ſcientia; quantaque laus ipſa popularis vtilitatis gratia aſſumpta: quæ tum eſt pulcherrima, cum ſequitur, non cum accerſitur. Hæc ſi peruiderimus, tum vere imitabimur. Quid vero etiam propria his bona adiecerit, vt ſuppleat quæ deerant, circumcidat ſiquid redundabit, is erit (quem quærimus) perfectus Orator: quem nunc conſummari potiſſimum oportebat, cum tanto plura exempla bene dicendi ſuperſint, quam illis qui adhuc ſummi ſunt, contigerunt. Nam erit hæc quo-

*al. fit.

quoque laus eorum, vt priores ſuperaſſe, poſteros docuiſſe dicantur. Quomodo ſcribendum.

Quomodo ſcribendum ſit.

C A P. III.

ARGVMENTVM.

Tria ad facilitatem eloquentiæ parandam neceſſaria eſſe dixit, legendi, ſcribendi, & dicendi exercitationem. De primo locutus; ad ſecundum aggreditur, nempe ad ſtylum, id eſt modum ſcribendi. In quo duo conſideranda ait: quid; & quomodo ſcribi oporteat. Priore membro in quintum caput dilato, ſecundum exequitur. Scribendum eſſe quam diligentiſſime, & quam ſæpiſſime quæ iuſto tempore excogitata erunt & bene collocanda. cum rerum & verborum certo delectu, repetenda frequenter, & ſub incudem reuocanda calore inuentionũ refrigerato, atq; etiam retractanda quæ ſemel compoſita erunt, Salluſtij atq; Virgilij exemplo. Quæ diligentia & ſolicitudo initiis neceſſaria eſt ¶ Deinde duo genera vitioſe ſcribentium notat: Vnum eorum quibus moroſis nimium nihil placet; qui meditando & cogitando maiorē temporũ partem conſumunt, ſemper vnde incipiant quærentes. Aliud eorum qui ex tempore quicquid primus impetus ſuggerit, effundunt, magna leuitate res temere congerentes. Ex quo dictantes quod alij celeriter excipiant, propter varia eius rei quæ ſubiungit incommoda, reprobat: inter quos viam mediam bene ſcribendi ſtudioſo ſequendam: & quid illi ſcribendi initium inuenire volenti intuendum ſit. præſcribit: nēpe quid res, locus, tempus, vel perſona poſcant. ¶ Locum ſecretum ſtudiis eſſe aptum; non tamen nemora & ſyluas: quæ ad ſtudia non vocare, ſed potius auocare ad voluptatē videntur. ¶ Lucubrationem nocturnam eſſe longe vtiliſſimam: ita tamen, vt valetudinis habeatur ratio: quæ ſcribendo & meditando lædi præcipue ſolet: quarum rerum commoditas ſi non ſuppetat, non propterea omnibus locis & temporibus meditationi dandam non eſſe operam. Poſtreme quibus ſit in ceratis tabellis ſcribendum, quibus in membranis, & quamobrem. quaque verſuum longitudine, quibuſue relictis marginibus, tradit.

ET hæc quidem auxilia extrinſecus adhibentur: in iis autem quæ nobis ipſis paranda ſunt, vt laboris, ſic vtilitatis etiam longe plurimum affert ſtylus. Nec immerito M. Tullius hunc optimum eff ctorem ac magiſtrum dicendi vocat. Cui ſententiæ perſonam L. Craſſi in diſputationibus quæ De Orat.

Elocutio. ſunt de Oratore aſſignando, iudicium ſuum cum illius autoritate coniunxit. Scribendum ergo quam diligentiſſime, & quam plurimum. Nam vt terra alte effoſſa generandis alendiſque ſeminibus fœcundior eſt; ſic profectus non à ſummo petitus, ſtudiorum fructus effundit vberius, & fidelius continet. Nam ſine hac quidem conſcientia, ipſa illa ex tempore dicendi facultas, inanem modo loquacitatem dabit, & verba in labris naſcentia. Illic radices, illic fundamenta ſunt: illic opes velut ſanctiore quodam ærario reconditæ, vnde ad ſubitos quoque* caſus, cum res exiget, proferantur. Vires faciamus ante omnia, quæ ſufficiant labori certaminum, & vſu non exhauriantur. Nihil enim rerum ipſa natura voluit magnum effici cito, præpoſuitque pulcherrimo cuique operi difficultatem: quæ naſcendi quoque hanc fecerit legem, vt maiora animalia diutius viſceribus parentum contineantur. Sed cum ſit duplex quæſtio, quomodo, & quæ maxime ſcribi oporteat, iam hunc* ordinem ſequar. Sit primo vel tardus, dum diligens, ſtylus: quæramus optima, nec protinus ſe offerentibus gaudeamus: adhibeatur iudicium inuentis, diſpoſitio probatis. Delectus enim rerum verborumque agendus eſt, & pondera ſingulorum examinanda. Poſt ſubeat ratio collocandi, verſenturque omni modo numeri: non vt quodque ſe proferet verbum, occupet locum. Quæ quidem vt diligentius exequamur, repetenda ſæpius erunt ſcriptorum proxima. Nam præter id quod ſic melius iunguntur prioribus ſequentia, calor quoq; ille cogitationis, qui ſcribēdi mora refrixit, recipit ex integro vires, & velut repetito ſpatio ſumit impetum quod in certamine ſaliendi fieri videmus, vt conatum longius petant, & ad illud quo contenditur ſpatium, curſu ferantur: vtque in iaculando brachia reducimus, & expulſuri tela, neruos retro tendimus. Interim tamen, ſi feret flatus, danda ſunt vela, dum nos indulgentia illa non fallat. Omnia enim noſtra dum naſcuntur, placent: alioqui nec ſcriberentur. Sed redeamus ad iudicium, & retractemus ſuſpectam facilitatem. Sic ſcripſiſſe Salluſtium accepimus: & ſane manifeſtus eſt etiam ex opere ipſo labor. Virgilium quoque pauciſſimos die compoſuiſſe verſus, autor eſt Varus. Oratoris quidē alia conditio eſt. Itaque hanc moram & ſolicitudinem initiis impero. Nam primum hoc conſtituendum, hoc obtinendum eſt, vt quam optime ſcribamus: celeritatem dabit conſuetudo. paulatim res facilius ſe oſtendent, verba reſpondebunt, compoſitio

*al. quoſque.

Vide Plin. paſſ. lib. 8. vbi de Elephantis plura.

*al. hinc.

Vid. Gell. noct. Attic. lib. 17. c. 10.

Quomodo ſcribendum.

tio ſequetur; cuncta deniq; , vt in familia bene inſtituta, in officio erunt. Summa hæc eſt rei, CITO ſcribendo non fit vt bene ſcribatur; bene ſcribendo, fit vt cito. Sed tum maxime cum facultas illa contigerit reſiſtamus, vt prouideamus; & ferientes equos frenis quibuſdam coërceamus: quod non tam moram faciet, quam nouos impetus dabit. Nec enim rurſus eos qui robur aliquod in ſtylo fecerint, ad infelicem calumniandi ſe pœnam alligandos puto. Nam quomodo ſufficere ciuilibus officiis poſſit, qui ſingulis actionum partibus inſeneſcat? Sunt autem quibus nihil ſit ſatis: omnia mutare, omnia aliter dicere quam occurrit, velint: increduli quidam, & de ingenio ſuo peſſime meriti, qui diligentiam putant, facere ſibi ſcribendi difficultatem. Nec promptum eſt dicere, vtros peccare validius putem, quibus omnia ſua placent, an quibus nihil. Accidit enim etiam ingenioſis adoleſcentib frequenter, vt labore conſumantur, & in ſilentium vſq; deſcendant nimia bene dicendi cupiditate.

Melius inter vtrunq; tenere modum.

Qua de re memini narraſſe mihi Iulium Secundum, illum æqualẽ meum, atque à me, vt notum eſt, familiariter amatum, miræ facundiæ virum; infinitæ tamen curæ, quid eſſet ſibi à patruo ſuo dictum. Is fuit Iulius Florus, in eloquentia Galliarum (quoniam ibi demum exercuit eam) princeps, alioqui inter paucos diſertus, & dignus illa propinquitate. Is cum Secundum ſcholæ adhuc operam dantem triſtem forte vidiſſet, interrogauit, *Quæ cauſſa frontis tam obductæ?* nec diſſimulauit adoleſcens, tertiũ iam diem eſſe, ex quo omni labore materiæ ad ſcribendum deſtinatæ non inueniret exordium: quo ſibi non præſens tantum dolor, ſed etiam deſperatio in poſterum fieret. Tum Florus arridens, *Num quid tu*, inquit, *melius dicere vis, quam potes? Ita ſe res habet; Curandum eſt, vt quam optime dicamus: dicendum tamen pro facultate. Ad profectum enim opus eſt ſtudio, non indignatione.*

Quintilianus quid de Floro hiſtorico ſentiat.

Vt poſſimus autem ſcribere etiam plura, & celerius, non exercitatio modo præſtabit, in qua ſine dubio multum eſt, ſed etiam ratio, ſi non reſupini, ſpectanteſq; tectum, & cogitationẽ murmure agitantes, expectauerimus quid obueniat: ſed quid res poſcat, quid perſonam deceat, quod ſit tempus, qui iudicis animus, intuiti, humano quodam modo ad ſcribendum acceſſerimus. Sic nobis & initia, & quæ ſequuntur, natura ipſa præſcribit. Certa ſunt enim pleraque, & niſi conniueamus, in oculos incurrunt: ideoque nec indocti, nec ruſtici diu quærunt vnde incipiant: quo pudendum eſt magis ſi difficultatem facit

Ad ſcribendum qua ſit ratio adhibenda.

 doctrina.

Digitized by Google

Elocutio. doctrina. Non ergo putemus ſemper optimum eſſe, quod latet: immuteſcamus alioqui, ſi nihil dicendum videatur, niſi quod non inuenimus. Diuerſum eſt huic eorum vitium, qui primo decurrere per materiam ſtylo quam velociſſimo volunt, & ſequentes calorem atque impetum, extempore ſcribunt (hanc ſyluam vocãt) repetunt deinde, & componunt quæ effuderant: ſed verba emendantur & numeri, manet in rebus temere congeſtis quæ fuit leuitas. Protinus ergo adhibere curam rectius erit, atque ab initio ſic opus ducere, vt cælandum, non ex integro fabricandum ſit. Aliquando tamen affectus ſequemur, in quibus fere plus calor quam diligentia valet. Satis apparet ex eo quod hanc ſcribentium negligentiam damno, quid de illis dictandi delitiis ſentiam. Nam in ſtylo quidem quamlibet properato, dat aliquam cogitationi moram non conſequens celeritatem eius manus: ille cui dictamus, vrget, atque interim pudet etiam dubitare, aut reſiſtere, aut mutare, quaſi conſcium infirmitatis noſtræ timentes. Quo fit, vt non rudia tantum, & fortuita, ſed impropria interim, dum ſola eſt connectendi ſermonis cupiditas, effluant: quæ nec ſcribentium curam, nec dicentium impetum conſequantur. At idem ille qui excipit, ſi tardior in ſcribendo, aut inertior in legendo velut offenſator fuerit inhibetur curſus, atq; omnis quæ erat cõceptæ mentis intẽtio, mora & interdum iracundia excutitur. Tum illa quæ apertiorem animi motum ſequuntur, quæque ipſa animum quodammodo concitant, quorum eſt iactare manum, torquere vultum ſimul, & interim obiurgare, quæque Perſius notat cum leuiter dicendi genus ſignificat,

Satyr. 1. *Nec pluteum,* inquit, *cædit, nec demorſos ſapit vngues:*

Etiam ridicula ſunt, niſi cum ſoli ſumus. Denique vt ſemel quod eſt potentiſſimum dicam; ſecretum (quod dictando perit) atque liberum arbitris locum, & quam altiſſimum ſilentium ſcribentibus maxime conuenire nemo dubitauerit. Non tamen protinus audiendi, qui credunt aptiſſima in hoc nemora, ſyluaſque, quod illa cæli libertas, locorumq; amœnitas, ſublimem animum, & beatiorem ſpiritũ parent. Mihi certe iucundus hic magis, quam ſtudiorum hortator videtur eſſe ſeceſſus. Namq; illa ipſa quæ delectant, neceſſe eſt auocent ab intentione operis deſtinati. Neq; enim ſe bona fide multa ſimul intendere animus totum poteſt: & quocunque reſpexerit, deſinit intueri, quod propoſitum erat. Quare ſyluarum amœni-

mœnitas, & præterlabentia flumina: & inſpirantes ramis arborum auræ, volucrumque cantus, & ipſa late circunſpiciendi libertas, ad ſe trahunt: vt mihi remittere potius voluptas iſta videatur cogitationem, quam intendere. Demoſthenes melius qui ſe in locum ex quo nulla exaudiri vox, nihilq; proſpici poſſet recondebat, ne aliud agere mentem cogerent oculi. Ideoque lucubrantes, ſilentium noctis, & clauſum cubiculum, & lumen vnum velut rectos maxime teneat. Sed cum in omni ſtudiorum genere, tum in hoc præcipue bona valetudo, quæque eam maxime præſtat frugalitas, neceſſaria eſt: cum tempora ab ipſa rerum natura ad quietem refectionemque nobis data, in acerrimum laborem conuertimus. Cui tamen non plus irrogandum eſt, quam quod ſomno ſupererit, haud deerit. Obſtat enim diligentiæ ſcribendi etiam fatigatio: & abunde, ſi vacet, lucis ſpatia ſufficiunt: occupatos, in noctem neceſſitas agit. Eſt tamen lucubratio, quoties ad eam integri ac refecti venimus, optimum ſecreti genus. Sed ſilentium, & ſeceſſus, & vndiq; liber animus, vt ſunt maxime optanda, ita non ſemper poſſunt contingere: ideoque non ſtatim ſi quid obſtrepet, abiiciendi codices erunt, & deplorandus dies: verum incommodis repugnandum, & hic faciendus vſus, vt omnia quæ impediunt, vincat intentio. quam ſi tota mente in opus ipſum direxeris, nihil eorum quæ oculis vel auribus incurſant, ad animum perueniet. An vero frequenter etiam fortuita hæc cogitatio præſtat, vt obuios nõ videamus, & itinere deerremus: non conſequemur idem ſi & voluerimus? Non eſt indulgendum cauſſis deſidiæ. Nam ſi non niſi refecti, non niſi hilares, non niſi omnibus aliis curis vacantes ſtudendum exiſtimauerimus; ſemper erit propter quod nobis ignoſcamus. Quare in turba, itinere, conuiuiis etiam faciat ſibi cogitatio ipſa ſecretum. Quid alioqui fiet, cum in medio foro, tot circunſtantib. iudiciis, iurgiis, fortuitis etiam clamoribus, erit ſubito continua oratione dicendum; ſi particulas, quas ceris mandamus, niſi in ſolitudine reperire non poſſumus? Propter quæ idem ille tantus amator ſecreti Demoſthenes, in littore in quod ſe maximo cum ſono fluctus illideret, meditans, conſueſcebat concionum fremitus non expaueſcere. Illa quoque minora, (ſed NIHIL in ſtudiis paruum eſt) non ſunt tranſeunda, ſcribi optime ceris, in quibus facillima eſt ratio delendi: niſi forte viſus infirmior membranarum potius vſum exiget: quæ vt

Quomodo ſcribendum.

Meditantes vt obuios nõ videãt.

Demoſthenes in littore cur meditans verſaretur.

Elocutio. iuuant aciem, ita crebra relatione quo ad intinguntur calami, morantur manum, & cogitationis impetum frangunt. Relinquendæ autem in vtrolibet genere vacuæ tabellæ, in quibus libera adiicienti ſit excurſio. Nam interim pigritiam emendandi anguſtiæ faciunt, aut certe nouorum interpoſitione priora confundunt. Ne latas quidem vltra modum eſſe ceras velim, expertus iuuenem ſtudioſum alioqui prælongos habuiſſe ſermones, quia illos numero verſuum metiebatur: idq; vitium, quod frequenti admonitione corrigi non potuerat, mutatis codicibus eſſe ſublatum. Debet vacare etiam locus, in quo notentur quæ ſcribentibus ſolent extra ordinem, id eſt ex aliis, quam qui ſunt in manibus*, locis occurrere. Irrumpunt enim optimi nonnunquam ſenſus, quos neque inſerere oportet, neque differre tutum eſt: quia interim elabuntur, interim memoriæ ſuæ intentos, ab alia inuentione declinant: ideoque optime ſunt in depoſito.

*al. in manibus loci, occurrere.

De Emendatione,

CAP. IV.

ARGVMENTVM.

Styli ſecundum officium in emendatione eorum quæ primum ſcripta ſunt, conſiſtit: cuius tres eſſe partes docet, adiicere, detrahere, mutare. Eaque tria optime præſtari poſſe, ſi quæ primo calore effudimus, in aliquod tempus repoſita, per interuallum ſepe reguſtemus: & tanquam aliena legamus: vbi modus adhiberi debet. Nam qui nunquam de tabula, quod aiunt, manum tollere poſſunt, ſemper inuenientes quod mutent, detrahant, & adiiciant, magnopere vituperandos eſſe.

SEquitur emendatio, pars ſtudiorum longe vtiliſſima. Neque enim ſine cauſſa creditum eſt, ſtylum non minus agere, cum delet. Huius autem operis eſt, adiicere, detrahere, mutare. Sed facilius in his ſimpliciuſque iudicium, quæ replenda vel deiicienda ſunt, premere vero tumentia, humilia extollere, luxuriantia aſtringere, inordinata digerere, ſoluta componere, exultantia coercere, duplicis operæ. Nam & damnanda ſunt quæ placuerant, & inuenienda quæ fugerant. Nec dubium eſt optimum eſſe emendandi genus, ſi ſcripta in aliquod tempus reponantur, vt ad ea poſt interuallum velut noua atque aliena redeamus, ne nobis ſcripta noſtra tanquam recentes fœtus blandiantur. Sed neque hoc contingere ſemper poteſt,

eſt, præſertim Oratori; cui ſæpius ſcribere ad præſentes vſus neceſſe eſt. Et ipſa emendatio finem habet. Sunt enim qui ad omnia ſcripta tanquam vitioſa redeant: & quaſi nihil fas ſit rectum eſſe quod primum eſt, melius exiſtiment quicquid eſt aliud, idque faciant quoties librum in manus reſumpſerint, ſimiles medicis etiam integra ſecantibus. Accidit itaque vt cicatricoſa ſint, & exanguia, & cura peiora. Sit igitur aliquando quod placeat, aut certe quod ſufficiat: vt opus poliat lima, non exterat. TEMPORIS quoque eſſe debet modus. Nam quod Cinnæ Smyrnam nouem annis accepimus ſcriptam, & Panegyricum Iſocratis, qui parciſſime, decem annis dicunt elaboratum, ad Oratorem nihil pertinet: cuius nullum erit, ſi tam tardum fuerit, auxilium.

Quæ ſcribenda.

Quæ ſcribenda ſint præcipue.

CAP. V.

ARGVMENTVM.

Diuiſionis tertio capite facta, ſecundum membrum aggreditur; quæ maxime ſcribenda ſint. nam ibi quo modo quicque ſcribendum eſſet, docuit. Ergo principio vertere Græca in Latinum ſermonem, propter rerum & verborum copiam, figurarum varietatem, & artis ſubtilitatem, quibus omnibus abundant Græci, vtiliſſimum eſſe cenſet. Hinc & crebram ex Latinis conuerſionem multum profuturam: ſiue carmen in orationem ſolutam conuertamus, ſiue quid paraphraſi interpretemur, cuius naturam vimque explicat. Neque id in alienis orationibus modo; verum etiam in noſtris conandum ¶ Atque ſi facultatem dicendi maximam parare nobis volumus, ex quæſtionibus ſimplicibus, quæ nullis circunſtantiis ſunt implicitæ, theſes dicunt, eam vel maximam parari poſſe probat. Deinde ex confirmatione & confutatione ſententiarum. Tertio ex declamationibus à rerum veritate non abhorrentibus. Quam etiam facultatem ſequenti, hiſtorias, propter vbertatem, dialogos & carmina, animi reficiendi cauſſa, conſcribenda indicat. ¶ Poſtremo, ſerias etiam cauſſas iuuenibus proponendas, quas vel agi audierint, vel etiam alias ad veritatem comparatas: quas ſi vtrinque tractauerint, ad aliquod eloquentiæ lumen peruenturos eſſe.

PRoximum eſt, vt dicamus, quæ præcipue ſcribenda ſint. Hoc exuberantis quidem eſt operis, vt explicemus quæ ſint materiæ: quæ prima aut ſecunda, aut deinceps tractanda

ſint.

Elocutio. ſint. Nam id factum eſt etiam primo libro, quo puerorum: & ſecundo; quo iam robuſtorum ſtudiis ordinem dedimus. Sed de quo nunc agitur, vnde copia ac facilitas maxime veniat, vertere Græca in Latinum veteres noſtri Oratores optimum iudicabant. *Lib. 1.* Id ſe L. Craſſus in illis Ciceronis de Oratore libris dicit factitaſſe. Id Cicero ſua ipſe perſona frequentiſſime præcipit: quinetiam libros Platonis atque Xenophontis edidit hoc genere tranſlatos. *Timæum, & Oeconomicum.* Id Meſſalæ placuit: multæque ſunt ab eo ſcriptæ ad hunc modum orationes: adeo vt etiam cum illa Hyperidis pro Phryne difficillima Romanis ſubtilitate contenderet. Et manifeſta eſt exercitationis huiuſce ratio. Nam & rerum copia Græci autores abundant, & plurimum artis in eloquentiam intulerunt: & hos transferentibus, verbis vti optimis licet. Omnib. enim vtimur noſtris: figuras vero, quib. maxime ornatur oratio, multas ac varias excogitandi etiam neceſſitas quædam eſt: quia plerunque à Græcis Romana diſſentiunt. Sed & illa ex Latinis conuerſio, multum & ipſa contulerit. Ac de carminibus quidem neminem credo dubitare, quo ſolo genere exercitationis dicitur vſus eſſe Sulpitius. Nam & ſublimis ſpiritus attollere orationem poteſt: & verba poëtica libertate audaciora: præſumunt eandem proprie dicendi facultatem. Sed & ipſis ſententiis adiicere licet oratorium robur, & omiſſa ſupplere, & effuſa ſubſtringere. Neque ego παράφρασιν eſſe interpretationem tantum volo, ſed circa eoſdem ſenſus certamen atque æmulationem. Ideoque ab illis diſſentio, qui vertere orationes Latinas vetant, quia optimis occupatis, quicquid aliter dixerimus, neceſſe ſit eſſe deterius. Nam neque ſemper eſt deſperandum, aliquid illis quæ dicta ſunt, melius poſſe reperiri: neque adeo ieiunam ac pauperem natura eloquentiam fecit, vt vna de re bene dici niſi ſemel non poſſit. Niſi forte hiſtrionum multa circa voces eaſdem variare geſtus poteſt, orandi minor vis, vt dicatur aliquid, poſt quod in eadem materia nihil dicendum ſit. Sed eſto, neque melius quod inuenimus ſit, neque par: eſt certe proximis locus. An vero ipſi non bis ac ſæpius de eadem re dicimus, & quidem continuas nonnunquam ſententias? Niſi forte contendere nobiſcum poſſumus, cum aliis non poſſumus. Nam ſi vno tantum genere bene diceretur, fas erat exiſtimari præcluſam nobis à prioribus viam. Nunc vero innumerabiles ſunt modi, pluriimæque eodem viæ ducunt. Sua breuitati gratia, ſua copiæ, alia tranſlatis virtus, alia propriis. Hoc

oratio

oratio recta, illud figura declinata commendat. Ipſa denique Quæ ſcri- vtiliſſima eſt exercitationi difficultas. Quid? quod autores benda. maximi ſic diligentius cognoſcuntur? Non enim ſcripta, lectione ſecura tranſcurrimus: ſed tractamus ſingula & neceſſario introſpicimus: & quantum virtutis habeant, vel hoc ipſo cognoſcimus, quod imitari non poſſumus. Nec aliena tantum transferre, ſed etiam noſtra pluribus modis tractare proderit: vt ex induſtria ſumamus ſententias quaſdam, eaſque verſemus quam numeroſiſſime, velut eadem cera aliæ atque aliæ formæ duci ſolent. Plurimum autem parari facultatis exiſtimo ex ſimpliciſſima quaque materia. Nam in illa multiplici perſonarum, cauſſarum, temporum, locorum, dictorum, factorum diuerſitate facile deliteſcet infirmitas, tot ſe vndique rebus, ex quibus aliquam apprehendas, offerentibus. ILLVD virtutis indicium eſt, fundere quæ natura contracta ſunt, augere parua: varietatem ſimilibus, voluptatem expoſitis dare, & bene dicere multa de paucis. In hoc optime facient infinitæ quæſtiones, quas vocari θέσεις diximus, quibus Cicero iam princeps in republica exerceri ſolebat. *Lib.3.c.5.* His confinis eſt deſtructio & confirmatio ſententiarum. Nam cum ſit ſententia, decretum quoddam atque præceptum, quod de re, idem de iudicio rei quæri poteſt. Tum loci communes, quos etiam ſcriptos ab Oratoribus ſcimus. Nam qui hæc recta tantum, & in nullos flexus recedentia copioſe tractauerit: vtique in illis plures excurſus recipientibus magis abundabit, eritque in omnes cauſſas gratus. Omnes enim generalibus quæſtionibus conſtant. Nam quid intereſt, Cornelius Tribunus plebis quod codicem legerit, reus ſit: an quæramus, violeturne maieſtas, ſi magiſtratus rogationem ſuam populo ipſe recitauerit? Milo Clodium rectene occiderit, veniat in iudicium: an, oporteatne inſidiatorem interfici, vel pernicioſum reipublicæ ciuem, etiam ſi non inſidietur? Cato Martiam honeſtene tradiderit Hortenſio: an, conueniatne res talis bono viro? De perſonis iudicatur, ſed de rebus contenditur.

Declamationes vero, quales in ſcholis Rhetorum dicuntur, ſi modo ſunt ad veritatem accommodatæ, & orationibus ſimiles, non tantum dum adoleſcit profectus, ſunt vtiliſſimæ, quæ inuentionem & diſpoſitionem pariter exercent, ſed etiam cum eſt conſummatus, ac iam in foro clarus. Alitur enim atque eniteſcit velut pabulo lætiore facundia, & aſſidua

Elocutio. contentionum aſperitate fatigata renouatur. Quapropter hiſtoriæ nonnunquam vbertas in aliqua exercendi ſtyli parte ponenda, & dialogorum libertate geſtiendum. Ne carmine quidem ludere contrarium fuerit: ſicut athletæ remiſſa quibuſdam temporibus ciborum atque exercitationum certa neceſſitate, otio & iucundioribus epulis reficiuntur. Ideoque mihi videtur M. Tullius tantum intuliſſe eloquentiæ lumen, quod in hos quoque ſtudiorum ſeceſſus excurrit. Nam ſi nobis ſola materia fuerit ex litibus, neceſſe eſt deteratur fulgor, & dureſcat articulus, & ipſe ille mucro ingenij quotidiana pugna retundatur. Sed QVEMADMODVM forenſibus certaminibus exercitatos, & quaſi militantes reficit ac reparat hæc velut ſagina dicendi: ſic adoleſcentes non debent nimium in falſa rerum imagine detineri, & inanibus ſimulacris vſque adeo vt difficile ab his digreſſos ſit aſſueſacere, ne ab illa in qua prope conſenuerint vmbra, vera diſcrimina velut quendam ſolem reformident. quod accidiſſe etiam Porcio Latroni, qui primus clari nominis profeſſor fuit, traditur: vt cum ei ſummam in ſcholis opinionem obtinenti, cauſſa in foro eſſet oranda, impenſe petierit, vti ſubſellia in baſilicam transferrentur. ita illi cœlum nouum fuit, vt omnis eius eloquentia contine i tecto ac parietibus videretur. Quare iuuenis qui rationem inueniendi eloquendique à præceptoribus diligenter acceperit (quod non eſt infiniti operis, ſi docere ſciant) & exercitationem quoque modicam fuerit conſecutus, Oratorem ſibi aliquem (quod apud maiores fieri ſolebat) deligat, quem ſequatur, quem imitetur, iudicijs interſit quamplurimis; & ſit certaminis cui deſtinatur, frequens ſpectator: tum cauſſas vel eaſdem quas agi audierit, ſtylo & ipſe componat, vel etiam alias, veras modo, & vtrinque tractet. Et quod in gladiatoribus fieri videmus, in rebus actis exerceatur: vt feciſſe Brutum diximus pro Milone. Melius hoc, quam reſcribere veteribus orationibus, vt fecit Seſtius contra Ciceronis actionem habitam pro eodem, cum alteram partem ſatis noſſe non poſſet ex ſola defenſione. Citius autem ſic idoneus erit iuuenis, quem præceptor coegerit in declamando quam ſimillimum eſſe veritati, & per totas ire materias: quarum nunc facillima, & maxime fauorabilia decerpunt. Obſtat huic quod ſecundo libro poſui, frequens turba diſcipulorum, & conſuetudo claſſium certis diebus audiendarum: nonnihil etiam perſuaſio patrum, numerantium

Lib. 3. ca. 6.

potius

potius declamationes, quam æſtimantium. Sed (quod dixi primo, vt arbitror, libro) nec ille ſe bonus præceptor maiore numero quam ſuſtinere poſſit, onerabit: & nimiam loquacitatem recidet: vt omnia quæ ſunt in controuerſia, non (vt quidam volunt) quæ in rerum natura, dicantur: & vel longiore potius dierum ſpatio laxabit dicendi neceſſitatem, vel materias diuidere permittet. Vna enim diligenter effecta plus proderit, quam plures inchoatæ, & quaſi deguſtatæ. Propter quod accidit, vt nec ſuo loco quicque ponatur; nec illa quæ prima ſunt, ſeruent ſuam legem: iuuenibus floſculos omnium partium in ea quæ ſunt dicturi congerentibus: quo fit, vt timentes ne ſequentia perdant, priora confundant. De Cogitatione.

De Cogitatione.

CAP. VI.

ARGVMENTVM.

Legendi & ſcribendi abſoluta ratione, priuſquam ad dicendi modum, quod tertium eſt, perueniat; de cogitatione, quam locat inter duo poſtrema mediam, loquitur: quæ quanti ſit vſus atque vtilitatis primum eleganter deſcribit. Deinde quomodo firma & valida cogitandi vis parari poſſit, demonſtrat: videlicet ſi longa dicendi exercitatione formam nobis fecerimus, quæ cogitantes ſequatur. hinc animo & memoria pauca complecti primum; deinde per incrementa paulo plura conſueſcamus: ſic forte vt illa vſu augeatur, & exercitatione retineatur, firmiſſimaque euadat. Id exemplis Eriphyli, Metrodori, & Hortenſii probat. ¶ Verum quod in omnibus artis partibus, ita hic cauendum monet, ne cogitatis ita ſuperſtitioſe adhæreamus, vt ſi fortuna quid plauſibile ex tempore offerat, repudiare velimus.

PRoxima ſtylo cogitatio eſt, quæ & ipſa vires ab hoc accipit, & eſt inter ſcribendi laborem, extemporalemq; fortunam media quædam, & neſcio an vſus frequentiſſimi. Nam ſcribere nec vbiq; nec ſemper poſſumus: cogitationi temporis ac loci plurimum eſt. Hæc paucis admodum horis magnas etiam cauſſas complectitur. Hæc quoties intermiſſus eſt ſomnus, ipſis noctis tenebris adiuuatur. Hæc inter medios rerum actus aliquid inuenit vacui, nec otium patitur. Neque vero rerum ordinem modo (quod ipſum ſatis erat) intra ſe ipſa diſponit; ſed verba etiam copulat, totamque ita contexit orationem, vt ei nihil præter manum deſit. Nam memoriæ

Elocutio. quoque plerunque inhæret fidelius, quod nulla ſcribendi ſecuritate luxatus. Sed ne ad hanc quidem vim cogitandi perueniri poteſt aut ſubito, aut cito. Nam primum facienda multo ſtylo forma eſt, quæ nos etiam cogitantes ſequatur; tum aſſumendus vſus paulatim, vt pauca primum complectamur animo, quæ reddi fideliter poſſint: mox per incrementa tam modica, vt onerari ſe labor ille non ſentiat; augenda vſu, & exercitatione multa continenda eſt; quæ quidem maxima ex parte memoria conſtat. ideoque aliqua mihi in illum locum differenda ſunt. Eo tamen peruenit, vt is cui non refragetur ingenium, acri ſtudio adiutus tantum conſequatur, vt ea etiam quæ cogitarit, quæque ſcripſerit atque edidicerit, in dicendo fidem ſeruet. Cicero certe Græcorum Metrodorum Sceptium, & Eriphilum Rhodium, noſtrorumque Hortenſium tradidit, quæ cogitauerant, ad verbũ in agendo retuliſſe.

Lib. 11. c. 2.

Lib. 2. de Orat.

In Bruto.

Sed ſi forte aliquis inter dicendum effulſerit extemporalis color, non ſuperſtitioſe cogitatis demum eſt inhærendum. Neque enim tantum habent curæ, vt non ſit dandus & fortunæ locus; cum ſæpe etiam ſcriptis ea, quæ ſubito nata ſunt, inſerantur. Ideoque totum hoc exercitationis genus ita inſtituendum eſt, vt & digredi ex eo, & redire in id facile poſſimus. Nam VT primum eſt domo afferre paratam dicendi copiam, & certam: ita refutare temporis munera longe ſtultiſſimum eſt. Quare cogitatio in hoc præparetur, vt nos fortuna decipere non poſſit, adiuuare poſſit. Id autem fiet memoriæ viribus, vt illa quæ complexi animo ſumus, fluant ſecura; ne* ſolicitos & reſpicientes, & vna ſpe ſuſpenſos recordationis, non ſinant præuidere*: alioqui vel extemporalem temeritatem malo, quam male cohærẽtem cogitationem. Peius enim quæritur retrorſus: quia cum illa deſideramus, ab aliis auertimur: & ex memoria potius repetimus, quam ex materia. Plura ſunt autem, ſi vtrunque quærendum eſt, quæ inueniri poſſunt, quam quæ inuenta ſunt.

* al. non.

* al. prouidere.

Quemadmodum extemporalis facultas paretur & contineatur.

CAP. VII.

ARGVMENTVM.

Qui legendi, quæ ſcribenda, & quomodo, tradidit. Rationem dicendi, quod vltimum erat, aggreditur. Primum facultatem extempo-

temporalis vtilitatem ex adiunctis, conſequentibus, & ſimilibus commendat. Deinde quo pacto parari & retineri poſſit, docet. Parari, ſi dicendi artē probe tenuerimus: ſi quo & qua ſit perueniendū, ſi partes cauſſarum, ordinum, quæſtionum; quæ diſpoſitio rerum, quid loco primo, aut ſecundo, ac deinceps ſit collocandum, ſcierimus. Quibus extra artem, ex labore & ſtudio adiungit, vt copiam optimi ſermonis nobis paremus, vt orationem multo & fideli ſtylo, conſuetudine atque exercitatione formemus: cuius colorem etiam ex tempore dicta referant. vt non ſolum animi naturali mobilitate, verumetiam præcedente intentione. vſu quodam irrationali, quem tamen ars præcedat, adhibitu rerum imaginibus, & vi mentis plurimum valeamus. Pudorem quoque, & gloriæ cupiditatem ad hanc facultatem plurimum conferre contendit, ad quam paulatim à paruis initiis frequenti meditatione & vſu perueniendum ſit. ¶ Porro retineri eadem qua paratur exercitatione, quam duplicem eſſe vult: primam, qua audientibus pluribus, de quorum iudicio atque opinione ſumus ſoliciti, plura quotidie dicendo exercemur. Alteram, qua nobiſcum cogitamus & totas materias ſilentio perſequimur: quarum comparatione facta, varia commoda commemorat. Atque vt exacto & perfecto ſermone vti, conſueſcamus, & diligenter plurima ſcribendo, optime & faciliime dicere diſcamus, præcipit.

De Extemporali dicendi facultate.

MAximus vero ſtudiorum fructus eſt, & velut præmium quoddam ampliſſimum longi laboris, ex tempore dicendi facultas; quam qui non erit conſecutus, mea quidem ſententia ciuilibus officiis renuntiabit, & ſolam ſcribendi facultatem potius ad alia opera conuertet. Vix enim bonæ fidei viro conuenit, auxilium in publicum polliceri, quod in præſentiſſimis quibuſque periculis deſit: vt indicare portum, ad quem nauis accedere, niſi lenibus ventis vecta, non poſſit. Siquidem innumerabiles accidunt ſubitæ neceſſitates, vel apud magiſtratus, vel repræſentatis iudiciis continuo agendi. Quarum ſiqua non dico cuicunque innocentium ciuium, ſed amicorum ac propinquorum alicui euenerit, ſtabitne mutus, & ſalutarem pereuntibus vocem, ſtatim, ſi non ſuccurratur, perituris, moras & ſeceſſum & ſilentium quæret, dum illa verba fabricentur, & memoriæ inſidant, & vox ac latus præparetur? Quæ vero patitur hoc ratio, vt quiſquam ſit Orator imparatus ad caſus? Quid, cum aduerſario reſpondendum erit fiet? Nam ſæpe ea quæ opinati ſumus, & contra quæ ſcripſimus, fallunt, ac tota ſubito cauſſa muta-

Elocutio.

tur. Atque Vt gubernatori ad incurſus tempeſtatum; ſic agenti ad varietatem cauſſarum ratio mutanda eſt. Quid porro multus ſtylus, & aſſidua lectio, & longa ſtudiorum ætas facit, ſi manet eadem quæ fuit incipientibus difficultas? Periisse profecto confitendum eſt præteritum laborem, cui ſemper idem laborandũ eſt. Neq; ego hoc ago, vt ex tempore dicere malit, ſed, vt poſſit. Id autem maxime hoc modo conſequemur. Nota ſit primum dicendi via. Neque enim prius contingere curſus poteſt, quam ſcierimus quo ſit, & qua perueniendum. Nec ſatis eſt non ignorare quæ ſunt cauſſarum iudicialium partes, aut quæſtionum ordinem recte diſponere; quanquam iſta ſunt præcipua: ſed quid quoque loco primum ſit, quid ſecundum, ac deinceps: quæ ita ſunt natura copulata, vt mutari aut intercuelli ſine confuſione non poſſint. Quiſquis autem via* quaſi ingrediendum diſcet, ducetur ante omnia rerum ipſa ſerie, velut duce: propter quod homines etiam modice exercitati, faciliime tenorem in narrationibus ſeruant. Deinde quid quoque loco quærant, ſcient: nec circunſpectabunt, nec offerentibus ſe aliunde ſenſibus turbabuntur: nec confundent ex diuerſis orationem, velut ſalientes huc, illuc, nec vſquam inſiſtent. Poſtremo habebunt modum & finem, qui eſſe citra diuiſionem nullus poteſt. Expletis pro facultate omnib. quæ propoſuerint, perueniſſe ſe ad vltimum ſentient. Et hæc quidem ex arte, illa vero ex ſtudio, vt copiam ſermonis optimi, quemadmodum præceptum eſt, comparemus: multo ac fideli ſtylo ſic formetur oratio, vt ſcriptorum colorem etiam quæ ſubito effuſa ſunt, reddant: vt cum multa ſcripſerimus, etiam multa dicamus. Nam Consvetvdo & exercitatio facilitatem maxime parit, quæ ſi paululum intermiſſa fuerit, nõ velocitas illa modo tardatur, ſed & [illegible] ipſum coit atque concurrit. Quanquam enim opus eſt naturali quadam mobilitate animi, vt dum proxima dicimus, ſtruere vlteriora poſſimus, ſemperque noſtram vocem prouiſa & formata cogitatio excipiat: vix tamen aut natura, aut ratio in tam multiplex officium diducere animum queat, vt inuentioni, diſpoſitioni, elocutioni, ordini rerum verborumq;, tum iis quæ dicit, quæ ſubiuncturus eſt, quæ vltra ſpectãda ſunt, adhibita vocis, pronunciationis, geſtus obſeruatione, vna ſufficiat. Lõge enim præcedat oportet intentio, ac præ ſe res agat: quantumque dicendo conſumitur, tantum ex vltimo prorogetur: vt donec perueniamus ad finem, non minus proſpectu procedamus

* al. via dicet, ducetur.

damus quam gradu; ſi non interſiſtentes offenſanteſque breuia illa atque concila ſingultantium modo eiecturi ſimus. Eſt igitur vſus quidam irrationalis, quem Græci ἄλογον τριβὴν vocant, quo manus in ſcribendo decurrit, quo oculi totos ſimul in lectione verſus flexuſque eorum & tranſitus intuentur, & ante ſequentia vident, quam priora dixerunt. Quo conſtant miracula illa in ſcenis pilariorum ac ventilatorum, vt ea quæ emiſerint, vltro venire in manus credas, & qua iubentur decurrere. Sed hic vſus ita proderit, ſi ea, de qua locuti ſumus, ars antecesſerit, vt ipſum illud quod in rationem non habet, in ratione verſetur. Nam mihi ne dicere quidem videtur, niſi qui diſpoſite, ornate, copioſe dicit. Sed nec tumultuarii nec fortuiti ſermonis contextum mirabor vnquam, quem iurgantibus etiam mulierculis ſuperfluere video: quem ſi calor ac ſpiritus tulit (frequenter enim accidit, vt ſucceſſum extemporalem conſequi cura non poſſit) Deum tunc affuiſſe, cum id eueniſſet, veteres Oratores (vt Cicero dicit) aiebant. Sed ratio manifeſta eſt. Nam bene concepti affectus & recentes rerum imagines continuo impetu feruntur, quæ nonnunquam mora ſtyli refrigeſcunt, & dilatæ non reuertuntur. Vtique vero cum infelix illa verborum cauillatio acceſſit, & curſus ad ſingula veſtigia reſtitit, non poteſt ferri contorta vis; ſed vt optime vocum ſingularum cedat electio, non continua, ſed compoſita eſt. Quare capiendæ ſunt illæ de quibus dixi, rerum imagines, quas vocari φαντασίας indicauimus, omniaque de quibus dicturi erimus, perſonæ, quæſtiones, ſpes, metus, habenda in oculis, in affectus recipienda. PECTVS eſt enim quod diſertos facit, & vis mentis. Ideoque imperitis quoque, ſi modo ſunt aliquo affectu concitati, verba non deſunt. Tum intendendus animus, non in aliquam rem vnam, ſed in plures ſimul continuas: vt ſi per aliquam rectam viam mittamus oculos, ſimul omnia quæ ſunt in ea, circaque intuemur, non vltimum tantum videmus, ſed vſque ad vltimum. Addit ad dicendum etiam pudor ſtimulos, addit & dicendorum expectata laus; mirumque videri poteſt, quod cum ſtylus ſecreto gaudeat, atque omnes arbitros reformidet, extemporalis actio auditorum frequentia, vt miles congeſtu ſignorum, excitatur. Namque & difficiliorem cogitationem exprimit & expolit dicendi neceſſitas, & ſecundos impetus auget placendi cupido. Adeo præmium omnia ſpectant, vt eloquentia quo-

De Extēporali dicendi facultate.

Lib. 1. de Orato.

Sup. lib. 6. c. 3.

Elocutio.

que, quanquam plurimum habeat in ſe voluptatis, maxime tamen præſenti fructu laudis opinionisque ducatur. Nec quiſquam tantum fidat ingenio, vt id ſibi ſperet incipienti ſtatim poſſe contingere: ſed ſicut in cogitatione præcepimus, ita facilitatem quoque extemporalem à paruis initiis paulatim perducemus ad ſummam: quæ neque perfici, neque contineri niſi vſu poteſt. Cæterum peruenire eò debet, vt cogitatio non vtique melior ſit ea, ſed tutior: cum hanc felicitatem non in proſa modo multi ſint conſecuti, ſed etiam in carmine, vt Antipater Sidonius, & Licinius Archias. Credendum enim Ciceroni eſt: non quia noſtris quoque temporibus non & fecerint quiddam* hoc, & faciunt, quod tamen ipſum non tam probabile puto: (neque enim habet aut vſum res, aut neceſſitatem) quam exhortandis in hanc ſpem, qui foro præparantur, vtile exemplum. Neque vero tantam eſſe vnquam fiduciam facilitatis velim, vt non breue ſaltem tempus, quod nuſquam fere deerit, ad ea quæ dicturi ſumus, diſpiciendi ſumamus; quod quidem in iudiciis ac foro datur ſemper. Neque enim quiſquam eſt, qui cauſſam quam non didicerit, agat.

In Oratione pro Archia poeta.

*al. quidam hos & faciant:

Declamatores quoſdam peruerſa ducit ambitio: vt expoſita controuerſia protinus dicere velint: quin etiam, quod eſt in primis friuolum ac ſcenicum, verbum petant quo incipiant. Sed tam contumelioſos in ſe ridet inuicem eloquentia: & qui ſtultis videri eruditi volunt, ſtulti eruditis videntur. Si qua tamen fortuna tam ſubitam fecerit agendi neceſſitatem, ſi. obiliore quodam opus erit ingenio, & vis omnis intendenda rebus, & in præſentia remittendum aliquid ex cura verborum, ſi vtrunque non dabitur. Tum & tardior pronuntiatio moras habet, & ſuſpenſa ac velut dubitans oratio, vt tamen deliberare, non hæſitare videamur. Hoc, dum egredimur è portu, ſi nos nondũ aptatis ſatis armamentis aget ventus: deinde paulatim ſimul euntes aptabimus vela, & diſponemus rudentes, & impleri ſinus optabimus. Id potius, quàm ſe inani verborum torrenti dare quaſi tempeſtatibus, quò volent, auferendum. Sed minore ſtudio continetur hæc facultas, quàm paratur. ARS enim ſemel præcepta, non labitur*. Stylus quoque intermiſſione paulum admodum de celeritate deperdit: promptum hoc, & in expedito poſitum, exercitatione ſola continetur. Hac vti ſic optimum eſt, vt quotidie dicamus audientibus pluribus, maxime de quorum ſimus iudicio ac opinione ſoliciti: rarum eſt enim vt ſatis ſe quiſquam vereatur. Vel

*al. non capitur.

ſoli

ſoli tamen dicamus potius, quam non omnino dicamus. Eſt illa exercitatio cogitandi, totaſque materias vel ſilentio (dum tamen quaſi dicat intra ſeipſum) perſequendi, quæ nullo non & tempore & loco, quando non aliud agimus, explicari poteſt, & eſt in parte vtilior, quam hæc proxima. Diligentius enim componitur quam illa, in qua contextum dicendi intermittere veremur. Rurſus illa prior plus confert, vocis firmitate, oris facilitate, motu corporis; qui & ipſe, vt dixi, excitat Oratorem, & iactatione manus, pedis ſupploſione, ſicut cauda leones facere dicuntur, hortatur. Studendum vero ſemper, & vbique. Neque enim fere tam eſt vllus dies occupatus, vt nihil lucratiuæ, vt Cicero Brutum facere tradit, operæ ad ſcribendum aut dicendum rapi aliquo momento temporis poſſit. Siquidem C. Carbo etiam in tabernaculo ſolebat hac vti exercitatione dicendi. Ne id quidem tacendum eſt, quod eidem Ciceroni placet, nullum noſtrum vſquam negligentem eſſe ſermonem, quicquid loquemur, vbicunque ſit pro ſua ſcilicet portione perfectum. Scribendum certe nunquam eſt magis, quam cum multa dicemus ex tempore. Ita enim ſeruabitur pondus, & innatans illa verborum facilitas in altum reducetur; ſicut ruſtici proximas vitis radices amputant, quæ illam in ſummum ſolum ducant, vt inferiores penitus deſcendendo firmentur. Ac neſcio an vtrunque cum cura & ſtudio fecerimus, inuicem proſit, vt ſcribendo dicamus diligentius, dicendo ſcribamus facilius. Scribendum ergo quoties licebit; ſi id non dabitur, cogitandum: ab vtroque excluſi debent tamen eniti, vt neque deprehenſus Orator, neque litigator deſtitutus eſſe videatur. Plerunque autem multa agentibus accidit, vt maxime neceſſaria, & vtique initia ſcribant: cætera, quæ domo afferunt, cogitatione complectantur, ſubitis ex tempore occurrant. Quod feciſſe M. Tullium commentariis ipſius apparet. Sed feruntur aliorum quoque, & inuenti forte vt eos dicturus quiſq; compoſuerat, & in libros digeſti: vt cauſſarum quæ ſunt actæ a Seruio Sulpitio, cuius tres orationes extant. Sed hi, de quibus loquor, commentarii ita ſunt exacti, vt ab ipſo mihi in memoriam poſteritatis eſſe videantur compoſiti. Nam Ciceronis ad præſens modo tempus aptatos libertus Tyro contraxit: quos non ideo excuſo, quia non probem, ſed vt ſint magis admirabiles. In hoc genere prorſus recipio hanc breuem annotationem, libelloſque qui vel manu teneantur, & ad quos interim reſpicere fas

De Extemporali dicendi facultate.

Elocutio. ſit. Illud quod Lenas præcipit, diſplicet mihi, quæ ſcripſerimus, in ſummas ſiue commentarios & capita conferre. facit enim & diſcendi negligentiam hæc ipſa fiducia, & lacerat ac deformat orationem. Ego autem ne ſcribendum quidem puto, quod ſimus memoria perſecuturi. Nam hic quoque accidit vt reuocet nos cogitatio ad illa elaborata, nec ſinat præſentem fortunam experiri. Sic anceps inter vtrunque animus æſtuat, cum & ſcripta perdidit, & non quærit noua. Sed de memoria deſtinatus eſt libro proximo locus, nec huic parti ſubiungendus, quia ſunt alia prius nobis dicenda.

M. FAB. QVINTILIANI DE INSTITVTIONE ORATORIA

LIBER XI.

Præfatio, & de apte dicendo.

CAP. I.

ARGVMENTVM.

Vim eloquendi citra facilitatem dicendi firmam, quæ legendo, ſcribendo & dicendo paratur, conſummatam & perfectam eſſe non poſſe, & quid horum vnumquodque (quibus imitationem, emendationem & cogitationem admiſcuit) proprium haberet, ſuperiore libro tradidit. Huius autem initio irritos adhuc eſſe in eloquentia noſtros conatus, niſi apte & congruenter dicere ſtudeamus, atque omnem ornatum inſulſum & ridiculum eſſe, niſi huic illi virtus contingat, profitetur. id egregiis ſimilitudinibus, & Ciceronis autoritate probat. Apte dicere volenti obſeruanda primũ, deinde vitanda praſcribit. Obſeruanda, & quid cuique orationis parti congruat. quid rei, loco, tempori, iudici conciliando, docendo & mouendo, conſideret: cum omnis ornatus rei cui adhibetur, conditione conſtet. Nec ſolum quid expediat, verumetiam quid deceat, animaduertendum: quæ quo vt aliquando coniuncta ſint, aliquando etiam ſeparentur: vt apparet ex cauſſa Socratis, Aphricani maioris, & Rutilii ¶ Peruidendum itaque non minus quid dicas, cum quo loco: quare non eſſe hanc virtutem minus inuentionis

tionis quam elocutionis. Vitandam ſui iactationem longe vitioſiſſimam, à qua Ciceronem contra obtrectatores vindicat & purgat: quamuis Oratori eloquentiæ fiduciam concedant: Arrogantiam, qua iudicaſſe de cauſſa, & iudicibus præire quodammodo velle qui dicit, videtur. Actionem impudentem, tumultuoſam, iracundam, ſummiſſam adulationem affectatam ſcurrilitatem; in rebus ac verbis turpibus nullum pudorem, atque in omni negotio neglectam autoritatem. Eloquentiæ genus ad perſonas, tempora, cauſſas & res accommodandum. ¶ Perſonas eſſe vel ſenes, quibus preſſum & mite dicendi genus conuenit: vel iuuenes, quibus vberius, & magis luxurians: vel milites quibus ſimplicius: vel Philoſophos quibus inornatum & ſine affectibus: vel Principes & Imperatores quibus genus quoddam medium, ornatum quidem, ſed ſeueritate temperatum. Atque horum omnium alios eſſe actores, alios litigatores, alios iudices: quibus omnibus ex præceptis exordii libro quarto traditis ſit tribuenda conueniens oratio. ¶ In tempore & loco hæc eſſe quoque conſideranda; Tempus, an ſit liberum, latum, triſte, anguſtum: Locus, an ſit publicus, priuatus, ſacer, prophanus, celebris, ſecretus, aliena ciuitas an noſtra: caſtra, forum, curia, campus, theatrum, domus: quibus omnibus, ſeruato decoro, congruens tribuenda ſit oratio. Cauſſa ſi demonſtratiui ſit generis, vt ad delectationem audientium componatur: ſi alterius in actu & contentione poſiti, vt dicendi lenocinia reſpuat, & res ſerias ſequatur. ¶ Hinc quid declamantes deceat, & quibus affectibus vti debeant. Quæ moderatio quarundam cauſſarum propria. Quo pacto, quæ natura ſunt indecora & turpia, tractanda ſint. Qua ratione excuſanda, hominibuſque probanda, atque etiam laudanda, exemplis ex Ciceronis pro Cluentio, pro Murena, & aliis orationibus demonſtrat. Item qua ratione in aliis reprehendenda ſint quæ feceris, ex oratione pro Ligario. Atque vt ſit de pudendis quærendum, vt aſpera ſint mollienda: vtque fortunam, aut ordines, genteſve aut populos inſectari decenter poſſis, atque vt verborum moderatione rei detrahenda ſit inuidia, promptis ex eodem exemplis tradit.

De Apte dicendo.

PArata, ſicut ſuperiore libro continetur facultate ſcribendi, cogitandiq;, & ex tempore etiã, cum res poſcet, orandi; proxima eſt cura, vt dicamus apte: quã virtutem quartã elocutionis Cicero demonſtrat, quæq; meo quidẽ iudicio maxime neceſſaria eſt. Nam cum ſit ornatus orationis

Lib. 2. & 3. de Orator.

Elocutio.

varius & multiplex, conueniatque alius alii niſi fuerit accommodatus rebus atque perſonis non modo non illuſtrabit eam, ſed etiam deſtruet, & vim rerum in contrarium vertet. Quid enim prodeſt eſſe verba & Latina, & ſignificantia, & nitida; figuris etiam numeriſque elaborata, niſi cum iis in quæ iudicē duci formarique volumus, conſentiant? Si genus ſublime dicendi paruis in cauſſis, paruum limatumque grandibus, lætum triſtibus, lene aſperis, minax ſupplicibus, ſummiſſum concitatis, trux atque violentum iucundis adhibeamus? Vt monilibus, & margaritis, ac veſte longa, quæ ſunt ornamenta fœminarum, deformentur viri; nec habitus triumphalis, quo nihil excogitari poteſt auguſtius, fœminas deceat. Hunc locū Cicero breuiter in tertio de oratore libro perſtringit; neq; tamen videri poteſt quicquam omiſiſſe, dicendo; non omni cauſſæ, nec auditori, nec perſonæ, nec tempori congruere orationis vnum genus. Nec fere pluribus in Oratore eadem. Sed illic L. Craſſus, cum apud ſummos Oratores, hominesque eruditiſſimos dicat, ſatis habet partem hanc velut notare inter agnoſcentes. Et hic Cicero alloquens Brutū teſtatur eſſe hæc

In Oratore.

ei nota; ideoque breuius a ſe dici, quanquam ſit fuſus locus, tracteturque a philoſophis latius. Nos inſtitutionem profeſſi, non ſolum ſcientibus iſta, ſed etiam diſcentibus tradimus; ideoque paulo pluribus verbis debet haberi venia. Quare notum ſit nobis ante omnia, quid conciliando, docendo, mouendo iudici conueniat; quid quaque parte orationis petamus. Ita neque vetera, aut translata aut ficta verba in incipiendo, narrando, argumentando tractabimus; neque decurrentis contexto nitore circuitus, vbi diuidenda erit cauſſa, & in partes ſuas digerenda, neque humile atque quotidianum ſermonis genus, & compoſitione ipſa diſſolutum, epilogis dabimus; nec iocis lacrymas, vbi opus erit miſeratione, ſiccabimus. Nam ORNATVS omnis non tam ſua quam rei cui adhibetur, conditione cōſtat; nec plus refert quid dicas, quam quo loco. Sed totum hoc apte dicere, non elocutionis tantum genere conſtat, ſed eſt cum inuentione commune. Nam ſi tantum habent etiam verba momentum, quanto res ipſæ maius? quarum quæ eſſet obſeruatio, ſuis locis ſubinde ſubiecimꝰ. Iſtud eſt diligentius docendum, eum demum dicere apte, qui non ſolum quid expediat, ſed etiam quid deceat inſpexerit. Nec me fugit plerunque hæc eſſe coniuncta. Nam QVOD decet, fere prodeſt; neque alio magis animi iudicum conciliari; aut, ſi res in con-

contrarium tulit, alienari ſolent. Aliquando tamen & hæc diſſentiunt. Quoties autem pugnabunt, ipſam vtilitatem vincet quod decet. Nam quis neſcit nihil magis profuturum ad abſolutionem Socrati fuiſſe, quam ſi eſſet vſus illo iudiciali genere defenſionis, & oratione ſummiſſa conciliaſſet iudicum animos ſibi, crimenque ipſum ſollicite redarguiſſet? Verum id eum minime decebat: ideoque ſic egit, vt qui pœnam ſuam honoribus ſummis eſſet æſtimaturus. Maluit enim vir ſapientiſſimus, quod ſupereſſet ex vita, ſibi perire, quam quod præteriiſſet: & quando ab hominibus ſui temporis parum intelligebatur, poſterorum ſe iudiciis reſeruauit, breui detrimento iam vltimæ ſenectutis, æuum ſeculorum omnium conſecutus. Itaque quamuis Lyſias, qui tum in dicendo præſtantiſſimus habebatur, defenſionem illi ſcriptam attuliſſet, vti ea noluit: cum bonam quidem, ſed parum ſibi conuenientem iudicaſſet. Quo vel ſolo patet, non perſuadendi, ſed bene dicendi finem in Oratore ſeruandum, cum interim perſuadere deforme ſit. Non fuit hoc vtile abſolutioni: ſed (quod eſt maius) homini fuit. Et nos ſecundum communem potius loquendi conſuetudinem, quam ipſam veritatis regulam, diuiſione hac vtimur, vt ab eo quod deceat, vtilitatem ſeparemus. Niſi forte prior ille Africanus, qui patria cedere, quam cum Tribuno plebis humillimo contendere de innocentia ſua maluit, inutiliter ſibi videtur conſuluiſſe: at* P. Rutilius vel quum illo pene Socratico genere defenſionis eſt vſus, vel quum reuocante eum P. Sylla manere in exilio maluit, quid ſibi maxime conduceret, neſciebat. Hi vero parua illa, quæ abiectiſſimus quiſque animus vtilia credit, ſi cum virtute conferantur, deſpicienda iudicauerunt: ideoque perpetua ſeculorum admiratione celebrantur. Neque nos ſimus tam humiles, vt quæ laudamus, inutilia credamus. Sed hoc qualecunque diſcrimen raro admodum euenit. Cæterum idem fere (vt dixi) in omni genere cauſſarum & proderit, & decebit. Eſt autem quod omnes & ſemper & vbique ſuadere ac dicere honeſte facereque deceat, contra que neminem illo vnquam in loco turpiter. Minora vero, quæque ſunt ex mediis, plura ſunt talia, vt aliis ſint concedenda, aliis non ſint: aut pro perſona, tempore, loco, cauſa magis ac minus vel excuſanda debeant videri, vel reprehendenda. Cum dicamus autem de rebus aut alienis, aut noſtris, diuidenda ratio eſt eorum, dum ſciamus pleraque neutro loco con-

De Apte dicendo.

Cic. 1. de Oratore.

Val. lib. 6. tit. 4.

**al.* aut.

Cic. 1. de Orat.

Elocutio.

conuenire. In primis igitur omnis ſui vitioſa iactatio eſt, eloquentiæ tamen in Oratore præcipue, affertque audientibus non faſtidium modo, ſed plerunque etiam odium. Habet enim mens noſtra natura ſublime quiddam & erectum, & impatiens ſuperioris. Ideoq; abiectos, aut ſummittentes ſe, libenter alleuamus, quia hoc facere tanquam maiores videmur: & quoties diſceſſit æmulatio, ſuccedit humanitas. At qui ſe ſupra modum extollit, premere ac deſpicere creditur, ne* tam ſe maiorem, quam minores cæteros facere. Inde inuident

*al. nec.

humiliores. Hoc vitium eſt eorum, qui nec cedere volunt, nec poſſunt contendere: rident ſuperiores, improbant bonos. Plerunque vero deprehendas arrogantium fallacem de ſe opinionem: ſed in his veris quoque ſufficit conſcientia. Reprehenſus eſt in hac parte non mediocriter Cicero, quanquam is quidem rerum à ſe geſtarum maior, quam eloquentiæ fuit in orationibus vtique iactator. At plerunque illud quoque non ſine aliqua ratione fecit. Aut enim tuebatur eos quibus erat vſus adiutoribus in opprimenda coniuratione, aut reſpondebat inuidiæ: cui tamen non fuit par, ſeruatæ patriæ pœnam paſſus exilium: vt illorum quæ egerat in conſulatu frequens commemoratio, poſſit videri non gloriæ magis quam defenſioni data. Eloquentiam quidem cum pleniſſimam diuerſæ partis aduocatis concederet, ſibi nunquam in agendo immodice arrogauit. Illius ſunt enim, *Si quid eſt in me ingenij, Iudices, quod ſentio quam ſit exiguum. &c. Nam quo minus ingenio poſſum, ſubſidium mihi diligentia comparaui.* Quin etiam cõtra Q. Cæcilium de accuſatore in Verrem conſtituendo, quamuis multum eſſet in hoc quoque momenti, vter ad agendum magis idoneus veniret: dicendi tamen facultatem magis illi detraxit, quam arrogauit ſibi: ſeque non conſequutum, ſed omnia feciſſe vt poſſet eam conſequi, dixit. In epiſtolis aliquando familiariter apud amicos, nonnunquã in dialogis, aliena tamen perſona, verum de eloquentia ſua dicit. Et aperte tamen gloriari, neſcio an ſit magis tolerabile, vel ipſa vitii huius ſimplicitate, quam illa iactatione peruerſa, ſi abundans opibus pauperem ſe neget, nobilis obſcurum, & potens *infirmum, quam ſi ſe diſertus imperitum plane, & infantem vocet. Ambitioſiſſimum gloriandi genus eſt, etiam deridere. Ab aliis ergo laudemur. Nam IPSOS, vt Demoſthenes ait, erubeſcere, etiam cum ab aliis laudabimur, decet. Neque hoc dico, non aliquando de rebus à ſe geſtis Oratori eſſe dicendum;

Cicero in quibus reprehenſione dignus.

Pro Arch.
Pro Quint.
in Diuin.

Lib. 3 de Oratore, in Bruto.

**al.* obſcurum, potens infirmum, & diſertus imperitũ plane &c.

dum; ſicut eidem Demoſtheni pro Cteſiphonte: quod tamen ita emendauit, vt neceſſitatem id faciendi oſtenderet, inuidiamque omnem in eum regereret, qui hoc ſe coegiſſet. Et M. Tullius ſæpe dicit de oppreſſa coniuratione Catilinæ; ſed modo id virtuti ſenatus, modo prouidentiæ deorum immortalium aſſignat. Plerunque contra inimicos atque obtrectatores plus vendicat ſibi. Erant enim tuenda cum obiicerentur. In carminibus vtinam pepercisset, quæ non deſierunt carpere maligni;

Cedant arma togæ, concedat laurea linguæ. &,

O fortunatam natam me conſule Romam.

&, Iouem illum, à quo in concilium deorum aduocatur. &, Mineruam, quæ omnes eum artes edocuit: quæ ſibi ille, ſecutus quædam Græcorum exempla, permiſerat. Verum ELOQVENTIÆ vt indecora iactatio, ſic nonnunquam concedenda fiducia eſt. Nam quis reprehendat hæc; *Quid putem? contemptum me? Non video nec in vita, nec in gratia, nec in rebus geſtis, nec in hac mea mediocritate ingenij, quid deſpicere poſſit Antonius.* Et paulo poſt apertius: *An decertare mecũ voluit contentione dicendi? Hoc quidem beneficium eſt. Quid enim plenius, quid vberius, quàm mihi pro me, & contra Antoniũ dicere?* Arrogantes & illi, qui ſe iudicaſſe de cauſſa, nec aliter affuturos fuiſſe proponunt. Nam & inuiti iudices audiunt præſumentem partes ſuas: nec hoc Oratori contingere inter aduerſarios, quod Pythagoræ inter diſcipulos contigit, poteſt, *Ipſe dixit.* Sed iſtud magis minuſue vitioſum eſt pro perſonis dicentium. Defenditur enim aliquatenus ætate, dignitate, autoritate: quæ tamen vix in vllo tanta fuerint, vt non hoc affirmationis genus temperandum ſit aliqua moderatione, ſicut omnia in quibus patronus argumentum ex ſe ipſo petet. Quod fuiſſet tumidius, ſi crimini loco eſſe negaſſet Cicero, Equitis Romani eſſe filium ſe defendente. At ille fecit hoc etiam fauorabile, coniungens eo cum iudicibus dignitatem ſuam. Equitis autem Romani eſſe filium, criminis loco poni ab accuſatoribus, neque his iudicantibus oportuit, neque defendentibus nobis. Impudens, tumultuoſa, iracunda actio, omnibus indecora: ſed vt quiſque ætate, dignitate, vſu præcedit, magis in ea reprehendendus. Videas autem rixatores quoſdam neque iudicum reuerentia, neque agendi more ac modo contineri. Ex* quo ipſo mentis habitu manifeſtum fit tam in ſuſcipiendis, quàm in agendis cauſſis, nihil penſi habere. PROFERT enim

De Aptè dicendo.

In Piſonem

Pro Rabirio

In libro temporum ſuorum.

Initio Philip. 2.

Cic. 1 de nat. Deor.

Pro Cælio.

**al.* contineri; quo ipſo.

Elocutio. enim mores plerunque oratio, & animi ſecreta detegit. Nec ſine cauſſa Græci prodiderunt, VT viuat, quemque etiam dicere. Humiliora illa vitia, ſummiſſa adulatio, affectata ſcurrilitas, in rebus ac verbis parum modeſtis ac pudicis vilis pudor, in omni negotio neglecta autoritas: quæ vere accidunt iis qui nimium aut blandi eſſe, aut ridiculi volunt. Ipſum etiam eloquentiæ genus alios aliud decet. Nam neque tam plenum, & erectum, & audax, & præcultum ſenibus conuenerit, quam preſſum & mite, & limatum, & quale intelligi vult Cicero, cum dicit, orationem ſuam cœpiſſe caneſcere: ſicut veſtibus quoque non purpura coccoque fulgentibus illa ætas ſatis apta ſit. In iuuenibus etiam vberiora paulo, & pene periclitantia feruntur. At in iiſdem ſiccum & ſolicitum, & contractum dicendi propoſitum, plerunque affectatione ipſa ſeueritatis inuiſum eſt: quando etiam morum ſenilis autoritas, immatura in adoleſcentibus creditur. Simpliciora militares decent. Philoſophiam ex profeſſo (vt quidam faciunt) oſtentantib⁹, parum decori ſunt plerique orationis ornatus, maximeque ex affectibus, quos illi vitia dicunt. Verba quoque exquiſitiora, & compoſitio numeroſa tali propoſito diuerſa. Non enim ſolum illa lætiora, qualia à Cicerone dicuntur, *Saxa atque ſolitudines voci reſpondent*: ſed etiam illa, quanquam plena ſanguinis, *Vos enim iam Albani tumuli atque luci, vos inquam, imploro atque teſtor, voſq; Albanorum obrutæ aræ, ſacrorum populi Romani ſociæ & æquales*: non conueniant barbæ illi atq; triſtitiæ. At vir ciuilis, vereque ſapiens, qui ſe non ocioſis diſputationibus, ſed adminiſtrationi reipublicæ dederit (à qua longiſſime iſti qui philoſophi vocantur, receſſerunt) omnia quæ ad efficiendum oratione quod propoſuerit, valent, libenter adhibebit: cum prius quod honeſtum ſit, efficere in animo ſuo conſtituerit. Eſt* quod principes deceat, aliis non conceſſeris. Imperatorum ac triumphalium ſeparata eſt aliqua ex parte ratio eloquentiæ: ſicut Pompeius abunde diſertus rerum ſuarum narrator: & hic qui bello ciuili ſe interfecit, Cato, eloquens ſenator fuit. Idem dictum, ſæpe in alio liberum, in alio furioſum, in alio ſuperbum eſt. Verba aduerſus Agamemnonem à Therſite habita ridentur; da illa Diomedi, aliiue cui pari, magnum animum ferre præ ſe videbuntur. *Ego te conſulem putem*, inquit L. Craſſus Philippo, *cum tu me non putes ſenatorem?* Vox honeſtiſſimæ libertatis, non tamen ferres quemcunque dicen-

Vide Stob. ſerm. 34. 35. & 36.

In Bruto.

Pro Arch.

Pro Milo.

*al. Et.

Homer. Iliad. 2.

3. de Orat.

dicentem. Negat ſe magni facere aliquis poetarum, vtrum Cæſar, ater an albus homo ſit: inſania, verte, vt idem Cæſar de illo dixerit, arrogantia eſt. Maior in perſonis obſeruatio eſt apud comicos tragicoſque. Multis enim vtuntur, & variis. Eadem & eorum qui orationes aliis ſcribebant, fuit ratio, & declamantium eſt. Non enim ſemper vt aduocati, ſed plerunque vt litigatores dicimus. Verumetiam in iis cauſſis quibus aduocamur, eadem differentia diligenter eſt cuſtodienda. Vtimur enim fictione perſonarum, & velut ore alieno loquimur: et dandique ſunt iis quibus vocem accommodamus, ſui mores. Aliter enim P. Clodius, aliter Appius Cæcus, aliter Cæcilianus ille, aliter Terentianus pater fingitur. Quid aſperius lictore Verris? *Vt adeas, tantum dabis?* Quid fortius illo? Cuius inter ipſa verborum ſupplicia vna vox audiebatur, *Ciuis Romanus ſum.* Quam dignæ Milonis in peroratione ipſa voces eo viro, qui pro republica ſeditioſum ciuem totieſcompeſcuiſſet, quique inſidias virtute ſuperaſſet? Denique non modo quot in cauſſa, totidem in proſopopœia ſunt varietates: ſed hoc etiam plures, quod in his puerorum, fœminarum, populorum, mutarum etiam rerum aſſimulamus affectus, quibus omnibus debetur ſuus decor. Eadem in iis pro quibus agemus, obſeruanda ſunt. Aliter enim pro alio ſæpe dicendum eſt, vt quiſque honeſtus, humilis, inuidioſus, fauorabilis erit; adiecta propoſitorum quoque, & anteactæ vitæ differentia. Iucundiſſima vero in Oratore humanitas, facilitas, moderatio, beneuolentia. Sed illa quoque diuerſa bonum virum decent, malos odiſſe, publica vice commoueri, vltum ire ſcelera & iniurias: & omnia, vt initio dixi, honeſta. Nec tantum quis & pro quo, ſed etiam apud quem dicas, intereſt. Facit enim & fortuna diſcrimen & poteſtas: nec eadem apud principem, magiſtratum, ſenatorem, priuatum tamen *liberum, ratio eſt: nec eodem ſono publica iudicia, & arbitrorum diſceptationes aguntur. Nam vt orantem pro capite ſollicitudo deceat & cura, & omnes ad amplificandum orationem quaſi machinæ: ita in paruis rebus iudiciiſque vana ſunt eadem; rideaturque merito qui apud diſceptatorem de re leuiſſima ſedens dicturus, vtatur illa Ciceronis confeſſione, non modo ſe animo commoueri, ſed etiam corpore ipſo perhorreſcere. Quis vero neſciat quin aliud dicendi genus poſcat grauitas ſenatoria, aliud aura popularis? cum etiam ſingulis iudicantibus, nõ idem apud graues viros, quod leuiores:

non

Margin notes: De Apte] dicendo. — Pro Cælio. — Act. 7. in Verrem. — *al. tantũ. — Pro Milo.

Elocutio

non idem apud eruditum, quod militarem ac ruſticum deceat: ſitq; nonnunquam ſummittenda & contrahenda oratio, ne iudex eam vel intelligere vel capere non poſſit. TEMPVS quoque ac locus egent obſeruatione propria. Nam & tempus tum lætum, tum triſte, tum liberum, tum anguſtum eſt. Atqui ad hæc omnia componendus Orator. Et loco publico priuatone; celebri, an ſecreto; aliena ciuitate, an tua; in caſtris denique, an foro dicas, intereſt plurimum; ac ſuam quicque formam, & proprium quendam modum eloquentiæ poſcit: cum etiam in cæteris actibus vitæ non idem in foro, curia, campo, theatro, domi, facere conueniat & pleraq; , quæ natura non ſunt reprehendenda, atque ideo interim ſunt neceſſaria, alibi quam mos permiſerit, turpia habeantur. Illud iam diximus, quanto plus nitoris & cultus demonſtratiuæ materiæ, vt ad delectationem audientium compoſitæ, quam, quæ ſunt in actu & contentione, ſuaſoriæ iudicialeſque permittant.

Sup. lib. 8. ca. 3.

Hoc adhuc adiiciendum, aliquas etiam quæ ſunt egregiæ dicendi virtutes, quo minus deceant, effici conditione cauſſarum. An quiſquam tulerit reum in diſcrimine capitis, præcipue qui apud victorem & principem pro ſe ipſe dicat, frequenti tranſlatione, fictis ac repetitis ex vetuſtate verbis, cõpoſitione quæ ſit maxime à vulgari vſu remota, decurrentibus periodis, quàm lætiſſimis locis ſententiiſque dicentem? Non perdant hæc omnia neceſſarium periclitanti ſolicitudinis colorem, petendumque etiam innocentibus miſericordiæ auxilium? Commoueaturne* quiſquam eius fortuna, quem tumidum, ac ſui iactantem, & ambitioſum inſtitorem eloquentiæ in ancipiti ſorte videat? Non; imo oderit reum verba aucupantem, & anxium de fama ingenii, & cui eſſe diſerto vacet. Quod mire Cælius in defenſione cauſſæ, qua reus de vi fuit, comprehendiſſe mihi videtur, *Ne cui veſtrum, atq; etiam omnium qui ad rem agendã adſunt, mens aut vultus moleſtior, aut vox immoderatior aliqua, aut deniq; quod nimiũ eſt, iactantior geſtus fuiſſe videatur.* Atqui ſunt quædam actiones in ſatisfactione, deprecatione, confeſſione poſitæ: ſententiolis ne flendum erit? Epiphonemata aut enthymemata exorabunt? Non quicquid meris adiicietur affectibus, omnes eorum diluet vires, & miſerationem ſecuritate laxabit? Age, ſi de morte filii ſui, vel iniuria, quæ morte ſit grauior, dicendum patri fuerit, aut in narrando gratiam illam expoſitionis, quæ continget ex ſermone puro

*al. Moueaturne.

ro atque dilucido, quæret, breuiter ac ſignificanter ordinem rei protuliſſe contentus, aut argumenta diducet in digitos, & propoſitionum ac partitionum captabit leporem: &, vt plerunque in hoc genere moris eſt, intentioni omni remiſſa loquetur? Quò fugerit interim dolor ille? vbi lacrymæ ſubſtiterint? vnde ſe in medium tam ſecura obſeruatio artium miſerit? Non ab exordio vſque ad vltimam vocem continuus quidam gemitus, & idem triſtitiæ vultus ſeruabitur. ſi quidē volet dolorem ſuum etiam in audientes transfundere? quem ſi vſquam remiſerit, in animum iudicantiū non reducet. Quod præcipue declamantibus (neq; enim me pœnitet ad hoc quoque opus meum, & curam ſuſceptorum ſemel adoleſcentium reſpicere) cuſtodiendum eſt, quo plures in ſchola finguntur affectus, quos nō vt aduocati, ſed vt paſſi ſubimus. Cum etiam hoc genus ſimulari litium ſoleat, cum ius mortis a ſenatu quidam, vel ob aliquam magnum infœlicitatem, vel etiam pœnitentiam petunt: in quibus non ſolum cantar, quod vitiū peruaſit, aut laſciuire, ſed ne argumentari quidem niſi miſtis, & quidem ita, vt in ipſa probatione magis emineant, affectibus decet. Nam qui intermittere in agendo dolorem poteſt, videtur poſſe etiam deponere. Neſcio tamen an huius (de quo loquimur) decoris cuſtodia maxime circa eos contra quos dicimus, examinanda ſit. Nam ſine dubio in omnib⁹ ſtatim accuſationibus hoc agendum eſt, ne ad eas libenter deſcendiſſe videamur. Ideoq; mihi illud Caſſii Seueri non mediocriter diſplicet, *Dij boni, viuo: & quo me viuere iuuet, Aſpernatem reū video.* Non enim iuſta ex cauſſa vel neceſſaria videri poteſt poſtulaſſe eum, ſed quadam accuſandi voluptate. Præter hoc tamen, quod eſt commune, propriam moderationem quædam cauſſæ deſiderant. Quapropter & qui curationem bonorum patris poſtulabit, doleat eius valetudine: & quamlibet grauia filio pater obiecturus, miſerrimam ſibi oſtendat eſſe hanc ipſam neceſſitatē: ne hoc paucis modo verbis, ſed toto colore actionis, vt id eum nō dicere modo, ſed etiam vere dicere appareat. Nec cauſſanti pupillo ſic tutor iraſcitur vnquam, vt non remaneant amoris veſtigia, & ſacra quædam patris eius memoria. Iam quo modo contra abdicantem patrem, querentem vxorem, agi cauſſam oporteret, in libro, vt arbitror, ſeptimo dixi. Quando etiam ipſos loqui, quando aduocati voce vti deceret, quartus liber, in quo procemii præcepta ſunt, continet. Eſſe & in verbis quod deceat, aut turpe ſit, nemini

De Apte dicendo.

Cap. de qualitate.

Elocutio. mihi dubium eſt. Vnum iam igitur huic loco, quod eſt ſane ſummæ difficultatis, adiiciendum videtur, quibus modis ea quæ ſunt natura parum ſpecioſa quæq; non dicere, ſic virum liber eſſet liberum, maluiſſemus; non tamen ſint inde ora dicentibus. Quid aſperiorem habere frontem poteſt, aut quid aures hominum magis reſpuunt, quam cum eſt filio filiive aduocatis in matrem perorandum? aliquando tamen neceſſe eſt, vt in cauſſa Cluentii Habiti: ſed non ſemper illa via, qua contra Saſſiam Cicero vſus eſt: non quia non ille optime, ſed quia plurimum refert, qua in re & quomodo lædat. Itaque illa cum filii caput palam impugnaret, fortiter fuit repellenda. Duo tamen quæ ſola ſupererant, diuine Cicero ſeruauit. Primum, ne obliuiſceretur reuerentiæ, quæ parentibus debetur, deinde vt repetitis altius cauſſis, diligentiſſime oſtenderet, quam id quod erat in matrem dicturus, non oporteret modo fieri, ſed etiam neceſſe eſſet. Primaque hæc expoſitio fuit, quanquam ad præſentem quæſtionem nihil pertinebat. adeo in cauſſa difficili atque perplexa nihil prius intuendum credidit, quam quid deceret. Fecit itaque nomen parentis non filio inuidioſum, ſed ipſi in quam dicebatur. Poteſt tamen aliquando mater & in re leuiore aut minus infeſta contra filium ſtare: tum lenior atque ſummiſſior decebit oratio. Nam & ſatisfaciendo, aut noſtram minuemus inuidiam, aut etiam in diuerſum eam transferemus: & ſi grauiter dolere filium palam fuerit, credetur abeſſe ab eo culpa, fietque vltro miſerabilis. Auertere quoque in alios crimen decet, vt fraude aliquorum concita credatur: & omnia nos paſſuros, nihil aſpere dicturos, teſtandum: vt etiam ſi non poſſimus non conuitiari, nolle videamur. Etiam ſi quid obiiciendum erit, officium eſt patroni, vt id filio inuito, ſed fide cogente facere credatur. Itaq; poterit vterque laudari. Quod de matre dixi, de vtroque parente accipiendum eſt. Nam inter patres etiam filioſque, cum interueniſſet emancipatio, litigatum ſcio. In aliis quoque propinquitatibus cuſtodiendum eſt, vt inuiti, & neceſſario, & parce iudicemur dixiſſe: magis autem aut minus, vt cuique perſonæ debetur reuerentia. Eadem pro libertis aduerſus patronos obſeruantia. Et vt ſemel plura complectar, nunquam decebit ſic aduerſus tales agere perſonas, quo modo contra nos agi ab hominibus conditionis eiuſdem iniquo animo tuliſſemus. Præſtatur hoc aliquãdo etiam dignitatibus, vt libertatis noſtræ ratio reddatur,

tur, ne quis nos aut petulantes in lædendis his, aut etiam am-
bitioſos putet. Itaque Cicero quanquam erat in Cottam
grauiſſime dicturus, neque aliter agi P. Oppii cauſſa pote-
rat, longa tamen præfatione excuſauit officii ſui neceſſita-
tem. Aliquando etiam inferioribus, præcipueque adole-
ſceotulis parcere aut mederi decet. Vtitur hac moderatione
Cicero pro Cælio contra Attacinum, vt eum non inimice
corripere, ſed pene patrie monere videatur. Nam & iuuenis,
& nobilis, & non iniuſto dolore venerat ad accuſandum. Sed
in iis quidē, in quibus vel iudici, vel etiam aſſiſtentibus ratio
noſtræ moderationis probari debet, minor eſt labor: illic plus
difficultatis, vbi ipſos contra quos dicimus, veremur offende-
re. Duæ ſimul huiuſmodi perſonæ Ciceroni pro Muræna
dicenti obſtiterunt, M. Catonis Seruiique Sulpitii: quam de-
center tamen Sulpitio cùm omnes conceſſiſſet virtutes, ſcien
tiam petendi conſulatus ademit? Quid enim aliud eſſet quo
ſe victum homo nobilis & iuris antiſtes magis ferret? Vt vero
rationem defenſionis ſuæ reddidit, cùm ſe ſtuduiſſe petitioni
Sulpitii contra honorem Murenæ, non idem debere accuſa-
tioni contra caput, diceret? Quam molli autem articulo tra-
ctauit Catonem? cuius naturam ſummè admiratus non ipſius
vitio, ſed Stoicæ ſectæ, quibuſdam in rebus factam duriorē
videri volebat: vt inter eos non forenſem contentionem, ſed
ſtudioſam diſputationem crederes incidiſſe. Hæc eſt pro-
fecto ratio, & certiſſimum præceptorum genus, illius viri ob-
ſeruatio, vt cum aliquid detrahere ſalua gratia velis, conce-
das alia omnia: in hoc ſolo vel minus peritum quam in cæte-
ris; adiecta, ſi poterit fieri, etiam cauſſa cur ita ſit; vel paulo
pertinaciorem, vel credulum, vel iratum, vel impulſum ab
aliis. Hoc illis commune remedium eſt, ſi in tota actione
æqualiter appareat non honor modo, ſed etiam charitas: præ-
terea cauſſa ſit nobis iuſta ſic dicendi: neque id moderate tan-
tum faciamus, ſed etiam neceſſario. Diuerſum ab hoc, ſed faci
lius, cum hominum aut alioqui turpium, aut nobis inuiſorum
quædam facta laudanda ſunt. Decet enim rem ipſam proba-
re in qualicunque perſona. Dixit Cicero pro Gabinio & P.
Vatinio inimiciſſimis antea ſibi hominibus, & in quos oratio-
nes etiam ſcripſerat: verum cauſſa iuſta ſit fatendo non ſe de
ingenii fama, ſed de fide eſſe ſolicitum. Difficilior ei ratio in
iudicio Cluentiano fuit, cum Scamandrum neceſſe haberet
dicere nocētem, cuius egerat cauſſam. Verum illud elegantiſ-

De Apte dicendo.

Elocutio. ſime, cum eorum à quibus ipſe productus eſſet, preces, tum etiam adoleſcentiam ſuam excuſat: detracturus alioqui plus autoritatis, ſi in cauſſa præſertim ſuſpecta, ſe eum eſſe, qui temere nocentes reos ſuſciperet, fateretur. Apud iudicem vero, quum aut proponitur alienum commodum in cauſſa quam ſuſceperimus, aut ſuum, vt perſuadendi ardua ratio, ita dicendi expeditiſſima. Fiducia enim iuſtitiæ eius, non cauſſæ, nihil nos timere ſimulatimus. Ipſe erit gloria inflandus, vt tanto clarior futura ſit fides ac religio in pronunciando, quanto minus vel offenſæ vel vtilitati ſuæ indulſerit. Hoc modo & apud eos à quibus appellatum erit, ſi forte ad eoſdem remittemur, adiicienda ratio vel neceſſitatis alicuius, ſi id cauſſæ cedit, vel erroris, vel ſuſpicionis. Tutiſſimum ergo pœnitentiæ confeſſio, & ſatisfactio culpæ: perducenduſque omni modo iudex ad iræ pudorem. Accidit etiam nonnunquam, vt eandem cauſſam de qua pronuntiauit, cognoſcat iterum: tum illud quidem commune, apud alium nos iudicem diſputaturos de illius ſententia non fuiſſe. neque enim emendari ab alio, quam ab ipſo fas eſſe. cæterum ex cauſſa, vt quæque permittet, aut ignorata quædã, aut defuiſſe teſtes, aut (quod timidiſſime, & ſi nihil aliud plane fuerit, dicendum eſt) patronos non ſatisfeciſſe.* Succurret etiam, ſi apud alios iudices agetur, vt in ſecunda aſſertione, aut in centumuiralibus iudiciis duplicibus, parte victa. Decentius erit, quoties contigerit, ſeruare iudicum pudorem: de qua relatius in probationum loco dictum eſt. Poteſt euenire, vt in aliis reprehendenda ſint, quæ ipſi fecerim⁹: vt obiicit Tubero Ligario, quod in Africa fuerit. Et ambitus quidam damnati, recuperandæ dignitatis gratia reos eiuſdem criminis detulerunt; vt in ſcholis luxuriantem patrem luxurioſus ipſe iuuenis accuſat. Id quam decenter fieri poſſit, equidem non inuenio; niſi aliquid reperiatur quod interſit, perſona, ætas, tempus, cauſſa, locus, animus. Tubero iuuenem ſe patri hæſiſſe, illum à ſenatu miſſum non ad bellum, ſed ad frumentum coemendum ait: vt primum licuerit, à partibus receſſiſſe: Ligarium & perſeueraſſe, & non pro Cn. Pompeio, inter quem & Cæſarem dignitatis fuerit contentio, cum ſaluam vterque remp. vel et, ſed pro Iuba atque Afris inimiciſſimis populo Romano ſtetiſſe. Cæterum vel FACILLIMVM eſt ibi alienam culpam accuſare, vbi fateris tuam. Verum id iam iudicis eſt non actoris. Quod ſi nulla contingit excuſatio, ſola colorem habet pœnitentia. Poteſt enim videri

*al. non ſatisfeciſſe ſuccurret; etiã ſi.

Lib. 5. c. 2.

ſatis

ſatis emendatus, qui in odium eorum in quibus errauerat, i pſe conuerſus eſt. Sunt enim quidam, qui hoc natura ipſa rei non indecens faciunt: vt cum pater ex meretrice natum, quod amet meretricem in matrimonium, abdicat. Scholaſtica materia, ſed non quæ non poſſit accidere. Hic igitur multa non deformiter dicet: vel quod omnium ſit VOTVM parentum, vt honeſtiores quam ſint ipſi, liberos habeant (nam & filia nata, meretrix eam mater pudicam eſſe voluiſſet;) vel quod humilior ipſe fuerit; (licet enim hoc dicere;) vel quod non habuerit patrem qui moneret; quin eo minus faciendum filio fuiſſe, ne renouaret domus pudorem, & exprobraret patri nuptias, matri prioris vitæ neceſſitatem: ne denique legem quandam ſuis quoque ſubinde liberis daret: & credibilis erit etiam propria quædam in illa meretrice turpitudo, quam nunc hic pater ferre non poſſit. Alia prætereo. Neque enim tunc declamamus, ſed oſtendimus nonnunquam poſſe ipſis incommodis dicentem bene vti. Illic maior æſtus, vbi quis pudenda queritur, vt ſtuprum; præcipue in maribus: aut os prophanatum. Non dico ſi loquatur ipſe; (nam quid aliud ei quam gemitus ac fletus, & execratio vitæ conueniat? vt iudex intelligat potius dolorem illum, quam audiat;) ſed patrono quoque per ſimiles affectus eundum erit, quia hoc iniuriæ genus verecundius in eſt paſſis quam auſis. Mollienda eſt in pleriſque alio colore aſperitas orationis, vt Cicero de proſcriptorum liberis fecit. Quid enim crudelius, quam homines honeſtis parentibus ac maioribus natos, à republica ſummoueri? Itaque durum id eſſe ſummus ille tractandorum animorum artifex confitetur: ſed ita legibus Syllæ cohærere ſtatum ciuitatis affirmat, vt his ſolutis ſtare ipſa non poſſit. Aſſecutus itaque eſt, vt aliquid eorum quoque cauſſa videretur facere, contra quos diceret.

De Apte dicendo.

Legum ſolutio quam periculoſa.

Illud etiam in iocis monui, quam turpis eſſet fortunæ inſectatio: & ne in totos ordines, aut gentes, aut populos petulantia incurreret. Sed interim fines patrocinii cogit quædam de vniuerſo genere aliquorum hominum dicere, vt libertinorum, vel militum, vel publicanorum, vel ſimiliter aliorum: in quibus omnibus commune remedium eſt, vt ea quæ lædunt, non libenter tractare videaris: nec in omnia impetum facias: ſed in id quod expugnandum eſt: & reprehendens, alia laude compenſes. Si milites cupidos dicas eſſe, non mirum, quod periculorum ac ſanguinis maiora ſibi deberi præmia

 putent:

Memoria. putent: eoſdem petulantes, & hoc fieri, quod bellis magis quam paci aſſueuerint. Libertin s det ahenda eſt autoritas: licet his teſtimonium reddere induſtriæ, per quam exierint de ſeruitute. Quod ad nationes exteras pertinet, Cicero varie detracturus Græcis teſtibus fidem, doctrinam his concedit ac literas: ſeque eius generis amatorem eſſe profitetur. Sardos contemnit, Allobrogas vt hoſteis inſectatur: quorum nihil tunc cum diceretur, parum aptum, aut remotum à cura decoris fuit. Verborum etiam moderatione detrahi ſolet, ſi qua eſt rei inuidia, ſi aſperum dicas nimium ſeuerum, iniuſtum perſuaſione labi, pertinacem vltra modum tenacem eſſe propoſiti: plerunq; velut ipſos coneris ratione vincere, quod eſt mo leſtiſſimum.* Indecorum eſt ſuper hæc omnia nimium: ideoque etiam quod natura rei ſatis aptum eſt; niſi modo quoque temperetur, gratiam perdit. Cuius rei obſeruatio iudicio magis quodam cenſeri, quam præceptis tradi poteſt. Quantum ſatis ſit, & quantum recipiant aures, non habet hæc res menſuram, & quaſi pondus; quia vt in cibis, alia aliis magis complent. Adiiciendum etiam breuiter videtur, quod fere dicendi virtutes diuerſiſſimæ, non ſolum ſuos amatores habeant, ſed ab eiſdem ſæpe laudentur. Nam Cicero quodam loco ſcribit id eſſe optimum, quod cum te facile credideris conſequi imitatione, non poſſis. Alio vero, non ſe id egiſſe, vt ita diceret quomodo ſe quilibet poſſe confideret, ſed quomodo nemo. Quod pote t pugnare inter ſe videri. Verum vtrumque, ac merito, laudatur. Cauſſa enim modo diſtat: quia ſimplicitas illa, & velut ſecuritas inaffectatæ orationis, mire tenues cauſſas decet: maioribus illud admirabile dicendi genus magis conuenit. In vtroque eminet Cicero, ex quibus alterum imperiti ſe poſſe conſequi credent, neutrum qui intelligunt.

In orationib. pro Flacco, Vareno & Fonteio.

al. molliſſimum.

In Orato.

De Memoria.

CAP. II.

ARGVMENTVM.

Memoria & pronuntiatio potiſſimum ad dicendum pertinent: ergo hoc loco commode tractantur. Hoc itaq; capite, quatenus eloquentiæ theſaurus ſit memoria, quæ res nobis & verba ſemper repræſentat, ſine qua nulla conſtet aliarum partium, prædicat. Eius partes duas facit: facile percipere, & fideliter continere, non ſolum ſcripta, ſed etiam cogitata: & tam aduerſariorum quam noſtra. Vim eius naturalem deſcribit: quæ tamen ratione iuuetur, & exercita-

ercitatione augeatur, firmeturq́. Quare memoriam duplicem eſſe, naturalem & artificioſam contendit. Artificioſæ primum inuentorem, & ex quo euentu, Simonidem commemorat. Eamque tribus conſtare, locis, imaginibus, & præceptis oſtendit. Loca multa illuſtria, explicata modicis interuallis. Imagines rerum & verborum efficaces, acres, inſignitas deſiderat: quibus modus aliquis ſtatuendus ſit; ne vanitate quadam aut oſtentatione minutim concidantur, quod orationi perpetua ediſcendæ parum conuenit. ¶ *Ediſcendi rationem triplicem facit, tacite ſecum, voce leniter expreſſa, & alio legente. Primam magnopere probat, ſi cogitationibus & perturbationibus ſimus vacui. Quibus vt occurramus, ſic adhibenda vox, quæ duplici motu iuuet, audiendi & dicendi: quæ ſecunda ratio erit. Tertia commoda cum incommodis comparat, & oſtendit eſſe maiora.* ¶ *Quo pacto longior oratio memoria complectenda ſit, præcepta tradit: vt per partes ediſcatur non exiguas, ſed quæ locum quenq́; ad finem perducant: quibus apponendæ ſint notæ rei conuenientes: vt ſi de naue dicendum, anchora: ſi de bello, ſpiculum. Aliquando etiam quæ ab alio ſimili memoriam transferunt, ad id quod continendum eſt: vt ſi Fabius tenendus ſit, ſuccurrat cunctator ille? ſi Cicero, veniat in mentem, ciceris. Aliquando etiam non ſimiles; vt ſi annulum alliges, vt cur id feceris, requiras. Reliqua huius rei præcepta ſunt: vt bene valeamus, vt animus ſit liber cogitationibus, vt digeſtus cibus, vt eadem cera aut tabula vtamur in qua ſcripſimus, vt adſit exercitatio cogitandi ediſcendiq́; pauca primum, deinde paulatim plura. Vt diuiſione vtamur, & bona compoſitione: vt poetica primū ediſcamus, deinde oratoria, tertio ſolutiora numeris. vt tardiora ingenia noctis interpoſita recordationem adhibeant.* ¶ *Poſtremo ingeniis fideli & magna memoria præditis, & tempore abundantibus, ad verbum ediſcenda omnia imperat: dura vero aut nulla, extemporali tamen dicendi facultate valentibus, comprehenſis animo rebus, eloquendi facultatem liberam permittit: & quantum memoria natura ſtudioq́; valeat, Themiſtoclis, Mithridatis, Craſſi atque Cyri exemplis oſtendit.*

De Memoria.

MEmoriam quidā naturæ modo eſſe munus exiſtimauerunt, eſtque in ea non dubie plurimum: ſed ipſa excolendo, ſicut alia omnia, augetur: & totus de quo diximus, adhuc inanis eſt labor, niſi cæteræ partes hoc velut ſpiritu contineantur. Nam & omnis diſciplina memoria conſtat, fruſtraque docemur, ſi quicquid audimus, præterfluat: & exemplo- *Memoriæ cōmendatio*

Memoria. rum, legum, reſponſorum, dictorum, beneque factorum velut quaſdam copias, quibus abundare, quaſque in promptu ſemper habere debet Orator, eadem illa vis repræſentat. Neque immerito theſaurus hic eloquentiæ dicitur. Sed non firme tantum continere, verumetiam cito percipere multa acturos oportet: nec quæ ſcripſeris modo, iterata lectione complecti, ſed in cogitatis quoque rerum ac verborum contextum ſequi: & quæ ſint ab aduerſa parte dicta, meminiſſe: nec vtique ex quo dicta ſunt ordine refutare, ſed opportunis locis ponere. Quid? extemporalis oratio non alio modo videtur mentis vigore conſtare. Nam dum alia dicimus, quæ dicturi ſumus, intuenda ſunt, ita cum ſemper cogitatio vltra id quod eſt, longius quærit: quicquid interim reperit, quodammodo apud memoriam deponit: quod illa quaſi media quædam manus acceptum ab inuentione, tradit elocutioni. Non arbitror autem mihi in hoc immorandum, quid ſit quod memoriam faciat: quanquam plerique imprimi quædam veſtigia noſtro animo, quæ velut in ceris annulorum ſigna ſeruētur, exiſtimant. Neque ero tam credulus, vt quaſi habitu tardiorem firmioremq; memoriam fieri putem. Eius autem quod ad animum pertinet, magis admiret naturam, ſubito res vetuſtas tanto ex interuallo repetitas reddere ſe & offerre: nec tantum requirentibus, ſed etiam ſponte interim: nec vigilantibus, ſed etiam quiete compoſitis magis: eoque illa quoque animalia quæ carere intellectu videmus, meminerunt, & agnoſcunt, & quamlibet longo itinere diducta, ad aſſuetas ſibi ſedes reuertuntur. Quid? non hæc varietas mira eſt, excidere proxima, vetera inhærere? heſternorum immemores, acta pueritiæ recordari? Quid, quod quædam requiſita ſe occultant, & eadem forte ſuccurrunt? nec manet ſemper memoria? ſed aliquando etiam redit? Neſciretur tamen quanta vis eſſet eius, quanta diuinitas illa, niſi in hoc lumen orandi vim extuliſſet. Non enim rerum modo, ſed etiam verborum ordinem præſtat: nec ea pauca contexit, ſed durat prope in infinitum; & in longiſſimis actionibus prius audiendi patientia quam memoriæ fides deficit. Quod & ipſum argumentum eſt, ſubeſſe artem aliquam, iuuarique ratione naturam: cum iidem docti facere illud, indocti & inexercitati non poſſimus. quanquam inuenio apud Platonem obſtare memoriæ, vſum literarum: videlicet quod illa quæ ſcriptis repoſuimus, velut cuſtodire deſinimus, & ipſa ſecuritate dimittimus. Nec dubium eſt,

eſt, quin plurimum in hac parte valeat mentis intentio, & vel ut acies luminum à proſpectu rerum quas intuetur, non auerſa. Vnde accidit, vt quæ per plures dies ſcribimus ediſcendi cauſſa, cogitatione ipſa contineat. Artem autem memoriæ primus oſtendiſſe dicitur Simonides, cuius vulgata fabula eſt; Cum pugili coronato carmen, quale componi victoribus ſolet, mercede pacta ſcripſiſſet; abnegata ei pecuniæ pars eſt, quod more poëtis frequentiſſimo digreſſus, in laudes Caſtoris & Pollucis exierat: quapropter partem ab iis petere, quorum facta celebraſſet, iubebatur. & perſoluerunt, vt traditum eſt. Nam cum eſſet grande conuiuium in honorem eiuſdem victoriæ, atque adhibitus ei cœnæ Simonides, nuntio eſt excitus, quod eum duo iuuenes equis aducti deſiderare maiorem in modum dicebantur. Et illos quidem non inuenit, fuiſſe tamen gratos erga ſe exitu comperit. Nam vix eo limen egreſſo, triclinium illud ſupra conuiuas corruit, atque ita confudit, vt non ora modo oppreſſorum, ſed membra etiam omnia requirentes ad ſepulturā propinqui, nulla nota poſſent diſcernere. Tum Simonides dicitur, memor ordinis quo quiſque diſcubuerat, corpora ſuis reddidiſſe. Eſt autem magna inter autores diſſenſio, Glaucone Caryſtio, an Leocrati, an Agetharcho, an Scopæ ſcriptum ſit id carmen: & Pharſali fuerit hæc domus, vt ipſe quodam loco ſignificare Simonides videtur, atque Apollodorus & Eratoſthenes, & Euphorion, & Lariſſeus Eurypylus tradiderunt: an Granone, vt Apollas Callimachus, quem ſecutus Cicero hanc famam latius fudit. Scopam nobilem Theſſalum periiſſe in eo conuiuio conſtat, adiicitur ſororis filius. putant & ortos pleroſque ab illo Scopa, qui maior ætate fuerit: quanquam mihi totum de Tyndaridis fabuloſum videtur: neque omnino huius rei meminit vſquam poeta ipſe, profecto non taciturus de tanta ſua gloria. Ex hoc Simonidis facto notatum videtur, iuuari memoriam ſignatis animo ſedibus, idque credere ſuo quiſque experimento. Nam cum in loca aliqua poſt tempus reuerſi ſumus, non ipſa agnoſcimus tantum, ſed etiam quæ in his fecerimus reminiſcimur, perſonæque ſubeunt, nonnunquam tacitæ quoque cogitationes in mentem reuertuntur. NATA eſt igitur, vt in pleriſque, ars ab experimento. Loca diſcunt quam maxime ſpatioſa, multa varietate ſignata, domum forte magnam, & in multos diductam receſſus. In ea quicquid notabile eſt, animo diligenter affigitur, vt ſine cunctatione

De Memoria.

In Phædro & Timæo.

Literarum vſus vt memoria obſtet & proſit.

Huius fabula meminit Cic. lib. 2. de Orat.

Memoria. ac mora parteis eius omnes cogitatio poſſit percurrere. Et primus hic labor eſt, non hærere in occurſu. Plus enim quam firma debet eſſe memoria, quæ aliam memoriam adiuuet. Tum quæ ſcripſerunt, vel cogitatione complectuntur, & alio ſigno quo moneantur, notant: quod eſſe vel ex re tota poteſt, vt de nauigatione, militia: vel ex verbo aliquo. Nam etiam excidentes, vnius admonitione verbi in memoriam reponuntur. Sit autem ſignum nauigationis, vt anchora: militiæ, vt aliquid ex armis. Hæc itaque digerunt, primum ſenſum vel locum, veſtibulo quaſi aſſignant; ſecundum atrio, tum impluuia circumeunt; nec cubiculis modo aut exedris, ſed ſtatis etiam ſimilibuſque per ordinem committunt. Hoc facto, cum eſt repetenda memoria, incipiunt ab initio loca hæc recenſere, & quod cuique crediderunt, repoſcunt, & eorum imagine admonentur: vt quamlibet multa ſint quorum meminiſſe oporteat, ſint ſingula connexa quodam choro, ne errent coniungentes prioribus ſequentia ſolo ediſcendi labore. Quod de domo dixi, & in operibus publicis, & in itinere longo, vt vrbium ambitu, & picturis fieri poteſt. Etiam fingere ſibi has imagines licet. Opus eſt ergo locis, quæ vel finguntur, vel ſumuntur: imaginibus, vel ſimulacris, quæ vtique fingenda ſunt. Imagines notæ ſunt, quibus ea quæ ediſcenda ſunt, notamus: vt quomodo Cicero dicit, locis pro cera, ſimulacris pro literis vtamur. Illud quoque ad verbum ponere, optimum fuerit: Locis eſt vtendum multis, illuſtribus, explicatis, modicis interuallis: Imaginibus aliquid agentibus, acribus, inſignitis, quæ occurrere, celeriterque percutere animum poſſint. Quo magis miror quomodo Metrodorus in XII. ſignis per quæ Sol meat, trecenos & ſexagenos inuenerit locos. Vanitas nimirum fuit atque iactatio circa memoriam ſuam potius arte quam natura gloriantis. Equidem hæc ad quædam prodeſſe non negauerim, vt ſi rerum nomina multa per ordinem audita, reddenda ſint. Namque in iis quæ didicerunt locis reponunt res illas, menſam, vt hoc vtar, in veſtibulo, in atrio puluinum, & ſic cætera: deinde relegentes, inueniunt vbi poſuerint. Et forſitan in hoc ſunt adiuti, qui actione dimiſſa quid cuique vendidiſſent, teſtibus argentariorum tabulis reddiderunt. Quod præſtitiſſe Hortenſium dicunt. Minus idem proderit in ediſcendis quæ orationis perpetuæ erunt. Nam & ſenſus non eandem imaginem quam res habent, cum alterum fingendum ſit, &

Lib. 2. de Orat. & in Partit.

Senec. li. 1. Declama.

ſit, & horum tamen vtrunque commonet. Sed cum*ſermonis alicuius habitu verborum contextus eadem arte quomodo comprehendetur? Mitto quod quædam nullis ſimulacris ſignificari poſſunt, vt certæ coniunctiones. Habeamus enim ſane, vt qui notis ſcribunt, certas imagines omnium, & loca ſcilicet infinita, per quæ verba quæ ſunt in quinque contra Verrem ſecundæ actionis libris, explicentur, vt meminerimus etiam omnium quaſi depoſitorum: nonne impediri quidem eorum quæ dicit, decurſum neceſſe eſt duplici memoriæ cura? Nam quomodo poterunt copulata fluere, ſi propter ſingula verba ad ſingulas formas reſpiciendum erit? Quare & Carneades, & Scepſius (de quo modo dixi) Metrodorus, quos Cicero dicit vſos hac exercitatione, ſibi habeant ſua: nos ſimpliciora tradamus. Si longior complectenda memoria fuerit oratio, proderit per partes ediſcere. (laborat enim maxime onere.) & hæ partes non ſint perexiguæ: alioqui nimis multæ erunt, & eam diſtinguent atque concident. Nec vtiq; certum imperauerim modum, ſed maxime vt quiſque finietur locus: niſi forte tam ſit numeroſus, vt ipſe quoque diuidi debeat. Dandi ſunt certi quidam termini, vt contextum verborum (qui eſt difficillimus) contineat crebra meditatio, partes deinceps ipſas repetitus ordo coniungat. Non eſt inutile, quo facilius hæreant, aliquas apponere notas, quarum recordatio commoneat & quaſi excitet memoriam. Nemo enim fere tam infœlix, vt quod cuiq; loco ſignum deſtinauerit, neſciat: vt ſi erit tardius ad hoc, eo quoque adhuc remedio vtatur, vt ipſæ excitent notæ. Hinc eſt ex illa arte non inutile, attendere ſigna ad eos qui exciderunt ſenſus: anchoram (vt ſupra poſui) ſi de naue dicendum eſſet; ſpiculum, ſi de prælio. Multum enim ſigna faciunt, & ex alia memoria venit alia; vt cum translatus annulus vel alligatus commoneat nos cur id fecerimus. Hæc magis adhuc adſtringunt, quæ memoriam ab aliquo ſimili transferunt ad id quod continendum eſt: vt in nominibus, ſi Fabius forte ſit tenendus, referamus ad illum cunctatorem, qui excidere non poteſt; aut ad aliquem amicum, qui idem vocetur. quod eſt facilius in apris, & vrſis, & Naſone, aut Criſpo, vt id memoriæ affigatur, vnde ſunt nomina. Origo quoque aliquando declinatorum, tenendi magis cauſſa eſt, vt in Cicerone, Verrio, Aurelio, ſi debent inſeri. Illud neminem non iuuabit, iiſdem quibus ſcripſerit ceris, ediſcere. Sequitur enim veſtigiis quibuſdam memoriam, & velut oculis in-

De Memoria.

*al. Sed ſermonis alicuius habiti verborum.

Eod. lib. 2. de Orat.

Memoria. lis intuetur non paginas modo, ſed verſus prope ipſos, qui tum dicit ſimilis legenti. Iam vero ſi litura aut adiectio aliqua aut mutatio interueniat, ſigna ſunt quædam quæ intuentes errare non poſſumus. Eſt ratio, vt illi de qua primum locutus ſum, arti non diſſimilis; ita (ſi quid me experimenta docuerunt) & expeditior & potentior, ediſcere tacite. Nam id quoque eſt, quod tum erat, optimum, ſi non ſubirent velut ocioſum animum plerunque aliæ cogitationes, propter quas excitandus eſt voce, vt duplici motu iuuetur memoria, dicendi & audiẽdi. Sed hæc vox ſit modica, & magis murmur. Qui autem legente alio ediſcit, in parte tardatur, quod ACRIOR eſt oculorum quam aurium ſenſus, in parte iuuari poteſt, quod cum ſemel aut bis audierit, continuo illi memoriam ſuam experiri licet, & cum legente contendere. Nam & alioqui id maxime faciendum eſt, vt nos ſubinde tentemus; quia continua lectio, & quæ magis, & quæ minus hærent, æqualiter tranſit. In experiendo teneaſne, & maior intentio eſt, & nihil ſuperuacui temporis perit, quo etiam quæ tenemus, repeti ſolent: ita ſola quæ exciderũt, tetractantur, vt crebra iteratione firmentur: quanquam ſolent hoc ipſo maxime hærere, quod exciderunt. Illud ediſcendo ſcribendoque commune eſt, vtrique plurimum conferre bonam valetudinem, digeſtum cibum, animum cogitationibus aliis liberum. Verum & in his quæ ſcripſimus, complectendis, multum valent, & in iis quæ cogitamus, continendis, prope ſolæ (excepta, quæ potentiſſima eſt, exercitatione) diuiſio & compoſitio. Nam qui recte diuiſerit, nunquam poterit in rerum ordine errare. Certa ſunt enim non ſolum in digerendis quæſtionibus, ſed etiam in exequendis, ſi modo recte dicimus, prima ac ſecũda, & deinceps: cohæretq; omnis rerum copulatio, vt ei nihil neque ſubtrahi ſine manifeſto intellectu, neq; inſeri poſſit. An vero Scæuola in luſu duodecim ſcruporum, cum prior calculum promouiſſet, eſſetque victus, dum rus tendit, repetito totius certaminis ordine, quo dato erraſſet, recordatus rediit ad eum, qui cum luſerat, iſque ita factum eſſe confeſſus eſt: minus idem ordo valebit in oratione, præſertim totus noſtro arbitrio conſtitutus, cum tantum ille valeat alternus? Etiam quæ bene compoſita erunt, memoriam ſerie ſua ducent. Nam ſicut facilius verſus ediſcimus, quam proſam orationem: ita proſam* vinctam, quam diſſolutam. Sic contingit, vt etiam quæ ex tempore videbantur effuſa, ad verbum repetita reddantur: quod meæ

Memoria quæ maxime conducant.

al. ita proſæ vincta, quam diſſoluta.

mex quoque memoriæ mediocritatem ſequebatur, ſiquando interuentus aliquorum, qui hunc humorem mererentur, iterare declamationis partem coegiſſet: nec eſt mendacio locus, ſaluis qui interfuerunt. Siquis tamen vnam maximamque à me artem memoriæ quærat, exercitatio eſt, & labor, multa ediſcere, multa cogitare; & (ſi fieri poteſt) quotidie, potentiſſimum eſt. Nihil æque vel augetur cura, vel negligentia intercidit. Quare & pueri ſtatim, vt præcepi, quam plurima ediſcant: & quæcunque ætas operam iuuandæ ſtudio memoriæ dabit; deuoret initio tædium illud, & ſcripta & lecta ſæpius reuoluendi, & quaſi eundem cibum remandendi. Quod ipſum hoc fieri poteſt leuius, ſi pauca primum, & quæ* tædium non afferant, cœperimus ediſcere: tum quotidie adiicere ſingulos verſus, quorum acceſſio labori ſenſum incrementi non afferat, in ſummam ad infinitum vſq; perueniat: & poetica prius, tum orationem, nouiſſime etiam ſolutiora numeris, & à agis ab vſu dicendi remota, qualia ſunt Iuriſconſultorum. Difficiliora enim debent eſſe quæ exercent, quo ſit læuius ipſum illud in quod exercent: vt athletæ ponderibus plumbeis aſſuefaciunt manus, quibus vacuis & nudis in certamine vtendum eſt. Non omittam etiam quod quotidianis experimentis deprehenditur, minime fidelem eſſe paulo tardioribus ingeniis recentem memoriam. Mirum dictu eſt, nec in promptu ratio; quantum nox interpoſita afferat firmitatis. ſiue quieſcit labor ille, cuius ſibi ipſa fatigatio obſta.*, ſiue maturatur, atque concoquitur, ſeu firmiſſima eius pars eſt recordatio: quæ ſtatim referre non poterant, contexuntur poſtera die: confirmatque memoriam idem illud tempus, quod eſſe in cauſſa ſolet obliuionis. Etiam illa præuelox fere cito effluit, & velut præſenti officio functa, nihil in poſterum debeat, tanquam dimiſſa diſcedit. Nec eſt mirum magis hærere animo, quæ diutius affixa ſint. Ex hac ingeniorum diuerſitate nata dubitatio eſt, an* ad verbum ſic ediſcendum dicturis, an vim modo rerum atq; ordinem complecti ſatis ſit: de quo ſine dubio non poteſt in vniuerſum pronunciari. Nam ſi memoria ſuffragatur, tempus non deſit, nulla me velim ſyllaba effugiat: alioqui etiam ſcribere ſit ſuperuacuum. Idque præcipue à pueris obtinendum, atque in hanc conſuetudinem memoria exercitatione redigenda, ne nobis diſcamus ignoſcere. Ideoque & admoneri, & ad libellum reſpicere vitioſum, quod libertatem negligentiæ facit: nec quiſquã ſe parum tenere iudicat, quod ne ſibi

De Memoria.

Exercitatio memoriæ ars præcipua.

*al. odiũ.

*al. obſtabat.

*al. eſt, ad omiſſa voce an.

Memoria.

ne ſibi excidat, non timet. Inde interruptus actionis impetus, & reſiſtens ac ſalebroſa oratio, & qui dicit ediſcenti ſimilis, etiam omnem bene ſcriptorum gratiam perdit vel hoc ipſo, quod ſcripſiſſe ſe confitetur. Memoria autem facit etiam prompti ingenii famam, vt illa quæ dicimus, nõ domo attuliſſe, ſed ibi protinus ſumpſiſſe videamur: quod & Oratori & ipſi cauſſæ plurimum confert. Nam & magis miratur, & minus timet iudex quæ non putat aduerſus ſe præparata. Idque in actionibus inter præcipua ſeruandum eſt, vt quædam etiam quæ optime vinximus, velut ſoluta enuntiemus: & cogitantibus nonnunquam & dubitantibus ſimiles quærere videamur quæ attulimus. Ergo quid ſit optimum, neminem fugit. Si vero aut memoria natura durior erit, aut non ſuffragabitur tempus, etiam inutile erit ad omnia ſe verba alligare, cum obliuio vnius eorum cuiuslibet, aut deformem hæſitationem, aut etiam ſilentium inducat. Tutiuſque multo, comprehenſis animo rebus ipſis, libertatem ſibi eloquendi relinquere. Nam & inuitus perdit quiſque id quod elegerat verbum: nec facile reponit aliud, dum id quod ſcripſerat, quærit. Sed ne hoc quidem infirmæ memoriæ remedium eſt, niſi in iis qui ſibi facultatem aliquam dicendi ex tempore parauerunt. Quod ſi cui vtrunque defuerit, huic omittere omnino totum actionum laborem, ac ſi quid in literis valet, ad ſcribendum potius ſuadebo conuertere. Sed hæc rara infœlicitas erit. Cæterum quantum natura ſtudioque valeat memoria, vel Themiſtocles teſtis, quem vnum intra annum optime locutum eſſe Perſice conſtat: vel Mithridates, cui duas & viginti linguas, quot nationibus imperabat, traditur notas fuiſſe: vel Craſſus ille diues, qui cum Aſiæ præeſſet, quinque Græci ſermonis differentias ſic tenuit, vt qua quiſque apud eum lingua poſtulaſſet, eadem ſibi ius redditum ferret: vel Cyrus, quem omnium militum tenuiſſe creditum eſt nomina. Quin ſemel auditos quamlibet multos verſus protinus dicitur reddidiſſe Theodectes. Dicebantur etiam nunc eſſe qui facerent, ſed mihi nunquam vt ipſe intereſſem contigit: habenda tamen fides eſt vel in hoc, vt qui crediderit, & ſperet.

Memoria qui claruerint hic aliquot referuntur exempla ex Thuc. li 1. Plin. lib. 7. c. 24. Valer. 8. c. 7. Gel. 17, c. 17. & Xenophon. in Pædia.

De

De Pronunciatione. De Pronunciatione.

Cap. III.

Argumentum.

Quibus nominibus appelletur Pronuntiatio, & quantam habeat vim ac poteſtatem in orationibus, teſtimoniis, exemplis & ſimilibus oſtendit: & qui pronuntiationi tanquam parum naturali detrahunt, reprobat. ¶ Deinde in vocem & geſtum diuidit, quorũ vox ad auditum, geſtus ad oculos pertinet. In voce duo ſectanda monet, naturam & vſum. In natura quantitatem & qualitatem. In quantitate, aut grandis vel exigua, vel inter has extremitates media. In qualitate, an candida, fuſca plena, exilis, lenis, aſpera, confracta, fuſa, dura, flexibilis, clara, obtuſa. In vtendi modo, vt ea ſit pro varietate rerum acuta, grauis, flexa, intenta, remiſſa, lenta, concitata. Ad vocem augendam atq; etiam tuendam, hæc ait conducere: corporis firmitatem, quam ambulatio, vnctio; veneris abſtinentia & frugalitas præſtent. Fauces molles & lenes. Humorem in ore mediocrẽ: ediſcere varia, clamoſa & flexuoſa: exerceri quotidie dicendo. His confirmatam & conſtitutam vocem, iiſdem propriis quibus orationem circunſcribit: vt ſit emendata, dilucida, ornata, & apta. Emendatam ait fore, ſi non erit ruſtica, peregrina, abſurda, rudis, immanis, dura, rigida, vana, prepinguis, tenuis, inanis, acerba, puſilla, mollis, effœminata, ſpiritu breui, parum durabili, in receptu difficili. Dilucidã, ſi erit explanata & diſtincta. Ornatã, ſi erit facilis, magna, beata, flexibilis, firma, dulcis, durabilis, clara, pura, ſecans aera, aurib ſedens, mediis ſonis vtens: quæ, cum augenda erit, excitentur: cum ſummittenda, temperentur. Aptam, ſi rerũ de quibus dicimus, & animorum habitus erit accommodata: in reb lætis, plena, ſimplex, & hilaris: In certamine, erecta: In ira, atrox, & aſpera ac denſa, crebra etiã reſpiratione: in inuidia faciẽda, lentior: In blandiẽdo, fatendo, rogando, ſatisfaciendo, lenis & ſummiſſa: Suadẽdo, monẽdo, pollicendo & conſolando: grauis: in metu & verecundia, contracta: Adhortando, fortis: Diſputando, volubilis, concinna, contracta: In miſeratione, flexa & flebilis: In egreſſionibus, fuſa: In expoſitione ac ſermonibus, recta: In magnis affectibus, elata: In compoſitis, ſubmiſſa: In proœmio plerunq; lenis cum geſtu modeſto: In narratione, apertior: In cõfirmatione, agilior, acrior & inſtantior: In propoſitione, partitione & interrogatione, ſermoni proxima: In egreſſione, lenis, dulcis & remiſſa: In epilogis, ſi vtimur enumeratione, conciſa, continens: ſi concitamus, nunc intenta, nunc remiſſior, nunc etiam pleniore

Pronunciatio.

Si placamus, Inclinata & lenis: Si miſerationem excitamus, flebilis. In ſumma, in tota cauſſa & partibus eius, rebus, perſonis & ſententiis conueniens. ¶ *Hactenus de voce, nunc de geſtu, ſecunda pronuntiationis parte: quam voci conſentire, & cum ea animo parere confirmat: eumque ex effectis, exemplis, ſimilibuſque non vulgariter celebrat, & qualis ſit eius in omnibus corporis partibus obſeruatio: vt capite, vultu, palpebris, genis, ſuperciliis, naribus, labris, ceruice: collo, manibus, digitis, pedibus, toga & comis. quæ pronuntiationis illuſtramenta iuxta perſonarum, rerum & partium orationis varietatem, varie obſeruare debeat Orator, deſcribit: quem ad perſonas primum, deinde ad res reſpicere iubet. Atque in perſonis, quis apud quos, & quibus præſentibus dicat, intuendum monet. In rebus quatuor. Primum, tota cauſſa qualis ſit: triſtiſne an hilaris, grandis an puſilla: cui generum dicendi differentia adiungitur. Sitne demonſtratiui generis cauſſa, an deliberatiui, vel iudicialis. Secundo, quæ ſit partium differentia, exordii, narrationis probationis & epilogi. Tertio, quæ ſententia. Quarto, qualia verba, quæ vt ſententia varie rebus & partibus atque etiam officiis, vt docendi, mouendi, aut conciliandi, accommodanda ſint. Denique totam geſtuum obſeruationem ad vocem & animi affectus attemperandam eſſe.* ¶ *Poſtremo cum præcepta generaliter tradita ſint, non omnia omnibus, ſed alia aliis conuenire, & decora eſſe: cum in actione decorum præcipue ſpectetur, exemplis comœdorum ſimilibus probat. Cumque geſtuum in dicendo, & vocis maxima ſit gratia, ſi cum mediocritate his vtamur, argutias eorum & flexus ſuperſtitioſos procul remouendos eſſe, & modum adhibendum, ne hiſtriones aut mimi, non Oratores videamur, monet.*

Lib. 3 de Orat. & in Bruto.

PRonuntiatio à pleriſque actio dicitur, ſed prius nomen à voce, ſequens a geſtu videtur accipere. Namque actionem Cicero alias quaſi ſermonem, alias eloquentiam quandam corporis dicit. Idem tamen duas eius partes facit; quæ ſunt eædem pronuntiationis, vocem atque motum. Quapropter vtraque appellatione indifferenter vti licet. Habet autem res ipſa miram quandam in orationibus vim ac poteſtatem. Neque enim tam refert qualia ſint quæ intra noſmetipſos compoſuimus, quam quo modo efferantur, nam ITA quiſque vt audit, mouetur. Quare neque probatio vlla, quæ modo venit ab Oratore, tam firma eſt, vt non perdat vires ſuas, niſi adiuuetur aſſeueratione dicentis. Affectus omnes langueſcant neceſſe eſt, niſi voce, vultu, totius prope habitu corporis inardeſcant.

ſcant. Nam cum hæc omnia fecerimus, felices ſi tamen noſtrum illum ignem iudex conceperit: ne dum eum ſupini ſecurique moueamus, non & ipſe noſtra oſcitatione ſoluatur. Documento ſunt vel ſcenici actores, qui & optimis poetarum tantum adiiciunt gratiæ, vt nos infinite magis eadem illa audita quam lecta delectent, & viliſſimis etiam quibuſdam impetrent aures: vt quibus nullus eſt in bibliothecis locus, ſit etiam frequens in theatris. Quod ſi in rebus, quas fictas eſſe ſcimus & inanes, tantum pronuntiatio poteſt, vt iram, lacrymas, ſolicitudinem afferat; quanto plus valeat neceſſe eſt, vbi & credimus?

Pronuntiationis vis quanta.

Equidem vel mediocrem orationem commendatam viribus actionis, affirmauerim plus habiturum eſſe momenti, quam optimam eandem illa deſtitutam. Siquidem & Demoſthenes quid eſſet in toto dicendi opere primum, interrogatus, pronuntiationi palmam dedit, eidemq; ſecundum ac tertium locum, donec ab eo quæri deſineret: vt eam videri poſſet non præcipuam, ſed ſolam iudicaſſe. Ideoque ipſe tam diligenter apud Andronicum Hypocriten ſtuduit, vt admirantibus eius orationem Rhodiis, non immerito Æſchines dixiſſe videatur, quid ſi ipſum audiſſetis? Et M. Cicero vnam in dicendo actionem dominari putat.

Cic. vbi ſup.

Ibid Cic.

Hæc Cn. Lentulum plus opinionis conſecutum, quam eloquentia tradit. Eadem C. Gracchum in deflenda fratris nece, totius populi Romani lacrymas concitaſſe: Antonium & Craſſum multum valuiſſe; plurimum vero Q. Hortenſium: cuius rei fides eſt, quod eius ſcripta tantum intra famam ſunt, qui diu princeps Oratorum, aliquando æmulus Ciceronis exiſtimatus eſt, nouiſſime quoad vixit, ſecundus: vt appareat placuiſſe aliquid eo dicente, quod legentes non inuenimus.

Cic. in Bruto.

Et hercle cum valeant multum verba per ſe, & vox propriam vim adiiciat rebus, & geſtus motusque ſignificet aliquid; profecto perfectum quiddam fieri, cum omnia coierint, neceſſe eſt. Sunt tamen qui rudem illam, & qualem impetus cuiuſque animi tulit, actionem iudicent fortiorem, & ſolam viris dignam: ſed non alii fere, quam qui etiam in dicendo curam, & artem, & nitorem, & quicquid ſtudio paratur; vt affectata & parum naturalia ſolent improbare, vel qui verborum atque ipſius etiam ſoni ruſticitate, vt L. Cottam dicit Cicero feciſſe, imitationem antiquitatis affectant. Verum illi perſuaſione ſua fruantur, qui hominibus, vt ſint Oratores, ſatis putant naſci: noſtro labori dent veniam, qui nihil credimus eſſe perfectum, niſi vbi na-

Eod. lib. 3. de Ora. & in Bruto.

Digitized by Google

Pronunciatio. tura cura iuuetur. In hoc igitur non contumaciter conſentio, primas partes eſſe naturæ. Nam certe bene pronuntiare non poterit, cui aut in ſcriptis memoria, aut in iis quæ ſubito dicenda erunt, facilitas prompta defuerit: nec ſi inemendabilia oris incommoda obſtabunt. Corporis etiam poteſt eſſe aliqua tanta deformitas, vt nulla arte vincatur. Sed NE vox quidem niſi liberalis, actionem habere optimam poteſt. Bona enim firmaque, vt volumus, vti licet: mala vel imbecilla & inhibet, multa, vt inſurgere, exclamare: & aliqua cogit, vt ſummittere, deflectere, & raucas fauces ac latus fatigatum deformi cantico reficere. Sed nos de eo nunc loquimur, cui non fruſtra præcipitur.

Cum ſit autẽ omnis actio, vt dixi, in duas diuiſa partes, vocem, geſtumque: quorum *alter oculos, altera aures mouet; per quos duos ſenſus omnis ad animum penetrat affectus: prius eſt de voce dicere: cui etiam geſtus accommodatur. In ea prima obſeruatio eſt qualem habeas: ſecunda, quomodo vtaris. Natura vocis ſpectatur quantitate & qualitate. Quantitas ſimplicior eſt. In ſumma enim grandis aut exigua eſt: ſed inter has extremitates mediæ ſunt ſpecies, & ab ima ad ſummam, ac retro, multi ſunt gradus. Qualitas magis varia eſt. Nam eſt & candida & fuſca & plena & exilis, & lenis & aſpera & contracta & fuſa, & dura & flexibilis, & clara & obtuſa. Spiritus etiam longior, breuiorque. Nec cauſas cur quicque eorum accidat, perſequi, propoſito operi neceſſarium eſt: eorumne ſit differentia in quibus aura illa concipitur, an eorum per quæ velut organa meat, an ipſi propria natura, an prout mouetur lateris pectorisve firmitas, an capitis etiam plus adiuuet. Non *opus eſt omnibus, ſicut non oris modo ſuauitate, ſed narium quoque, per quas quod ſupereſt vocis egeritur. Dulcis tamen eſſe debet, non exprobrans ſonus. Vtendi voce multiplex ratio. Nam præter illam differentiam, quæ eſt tripartita, acutæ, grauis, flexæ: tum intentis, tum remiſſis, tum elatis, tum inferioribus modis opus eſt, ſpatiis quoque lentioribus aut citatioribus. Sed iis ipſis media interiacent multa: & VT facies, quanquam ex pauciſſimis conſtat, infinitam habet differentiam: ita vox, etſi paucas quæ nominari poſſint, continet ſpecies, propria cuique eſt: & non hæc minus auribus, quam oculis illa dignoſcitur. Augentur autem ſicut omnium, ita vocis quoque bona, cura, & negligentia minuuntur. Sed cura non eadem Oratoribus, quæ phonaſcis, conuenit: ta-

*al. quarũ altera.

Vox qualis requiratur & quomodo ea vtendum.

Plin. lib. 28. cap 6.

*al. Nam.

nit: tamen multa ſunt vtriſque communia, firmitas corporis, ne ad ſpadonum & mulierum & ægrorum exilitatem vox noſtra tenuetur: quod ambulatio, vnctio, veneris abſtinentia, facilis ciborum digeſtio, id eſt frugalitas, præſtat. Præterea vt ſint fauces integræ, id eſt molles ac lenes, quarum vitio & frangitur, & obſcuratur, & exaſperatur, & ſcinditur vox. Nam vt tibiæ eodem ſpiritu accepto, alium clauſis, alium apertis foraminibus, alium non ſatis purgatæ, alium quaſſæ ſonum reddunt: ita fauces tumentes ſtrangulant vocem, obtuſæ obſcurant, raſæ exaſperant, conuulſæ fractis ſunt organis ſimiles. Finditur etiam ſpiritus obiectu aliquo, ſicut lapillo tenues aquæ, quarum fluxus etiam ſi vltra paulũ coit, aliquid tamen caui relinquit poſt idipſum quod offenderat. Humor quoque vocem & nimius impedit, ita conſumptus deſtituit. Nam & fatigatio corpora non ad præſens modo tempus, ſed etiam in futurum afficit. Sed vt communiter & phonaſcis & Oratoribus neceſſaria eſt exercitatio, qua omnia conualeſcunt, ita curæ non idem genus eſt. Nam neque certa tempora ad ſpatiandum dari poſſunt tot ciuilibus officiis occupato, nec præparare ab imis ſonis vocem ad ſummos, nec ſemper à contentione concedere * licet, cum pluribus iudiciis ſæpe dicendum ſit. Ne ciborum quidem eſt eadem obſeruatio. Non enim tam molli teneraque voce, quam forti ac durabili opus eſt: cum illi omnes etiam altiſſimos ſonos leniant cantu oris, nobis pleraque aſpere ſint concitateque dicenda, vigilandæ noctes, & fuligo lucubrationum bibenda, & in ſuata veſte durandum. Quare vocem delitiis non molliamus, nec imbuatur ea conſuetudine, quæ duratura non ſit: ſed exercitatio eius talis ſit, qualis vſus: nec ſilentio ſubſidat, ſed firmetur conſuetudine, qua difficultas omnis leuatur. Ediſcere autem quo exercearis, erit optimum; (nam ex tempore dicenti, auocatur cura vocis, ille qui ex rebus ipſis concipitur affectus;) & ediſcere quam maxime varia, quæ & clamorem, & diſputationem, & ſermonem, & flexus habeant, vt ſimul in omnia paremur. Hoc ſatis eſt, alioqui nitida illa & curata vox inſolitum laborem recuſabit, vt aſſueta gymnaſiis, & oleo corpora, quamlibet ſint in ſuis certaminibus ſpecioſa atque robuſta, ſi militare iter, faſcesque & vigilias imperes, deficiant, & quærant vnctores ſuos, nudumque ſudorem. Illa quidem in hoc opere præcipi quis ferat, vitandos ſoles atque ventos, & nubila etiam ac ſiccitates? Ita ſi dicendum in ſole,

De Pronunciatione.

* *al.* conquieſcere.

Conſuetudinis vis.

Pronunciatio.

aut ventoſo, humido, calidove die fuerit, reos deſeremus? Nam crudum quidem, aut ſaturum, aut ebrium, aut eiecto modo vomitu, quæ cauenda quidam monent declamare neminem, qui ſit mentis compos, puto. Illud non ſine cauſſa eſt ab omnibus præceptum, vt parcatur maxime voci in illo à pueritia in adoleſcentiam tranſitu; quia naturaliter impeditur, non, vt arbitror, propter calorem, quod quidam putauerunt; (nam eſt maior aliis:) ſed propter humorem potius. Nam hoc ætas illa turgeſcit. Itaque nares etiam, ac pectus, eo tempore tument; atque omnia velut germinant, tenera, & iniuriæ obnoxia. Sed vt ad propoſitum redeam, iam confirmatæ conſtitutæque vocis genus exercitationis optimum duco, quod eſt operi ſimillimum, dicere quotidie ſicut agimus. Nanque hoc modo non vox tantum confirmatur & latus, ſed etiam corporis decens & accommodatus orationi motus componitur. Non alia eſt autem ratio pronuntiationis, quam ipſius orationis. Nam vt illa emendata, dilucida, ornata, apta eſſe debet: ita hæc quoque emendata erit, id eſt vitio carebit, ſi fuerit os facile, explanatum, iucundum, vrbanum; id eſt, in quo nulla neque ruſticitas, neque peregrinitas reſonet. Non enim ſine cauſſa dicitur barbarum, Græcumve. Nam SONIS homines, vt æra tinnitu, dignoſcimus. Ita fiet illud quod Ennius probat, cum dicit, *Suauiloquentiore Cethegum fuiſſe:* non quod Cicero in iis reprehendit, quos ait latrare, non agere. Sunt enim multa vitia, de quibus dixi, cum in quadam primi libri parte puerorum ora formarem, opportunius ratus in ea ætate facere illorum mentionem, in qua emendari poſſunt. Itaque ſit ipſa vox primum (vt ſic dicam) ſana; id eſt, nullum eorum de quibus nunc dixi, patiatur incommodum: deinde non ſubſurda, rudis, immanis, dura, rigida, vana, * præpinguis, aut tenuis, inanis, acerba, puſilla, mollis, effœminata: ſpiritus, nec breuis, nec parum durabilis, nec in receptu difficilis. Dilucida verò erit pronuntiatio, primum, ſi verba tota exegerit, quorum pars deuorari, pars deſtitui ſolet, pleriſque extremas ſyllabas non proferentibus, dum priorum ſono indulgent. VT eſt autem neceſſaria verborum explanatio, ita omnes computare & velut annumerare literas, moleſtum, & odioſum. Nam & vocales frequentiſſime coeunt, & conſonantium quædam inſequente vocali diſſimulantur, vtriuſque exemplum poſuimus. *Multum ille & terris,—*

Exercitatio in voce vtilis.

Cicer. in Brut. Lib. I. cap. I. & 5.

* al. varia.

Æneid. 1.

Vitatur

De Pronunciatione.

Vitatur etiam duriorum inter ſe congreſſus, vnde *pellexit*, & *collegit*, & quæ alio loco dicta ſunt. Ideoq; laudatur in Catulo ſuauis appellatio literatum. Secundum eſt, vt ſit oratio diſtincta; id eſt, vt qui dicit, & incipiat vbi oportet, & deſinat. Obſeruandum etiam quo loco ſuſtinendus & quaſi ſuſpendendus ſermo ſit, (quam Græci ὑποδιαστολὴν* vel ὑποστιγμὴν vocant) quo deponendus. Suſpenditur, *Arma virumq; cano.*——

*al. ὑποσυστολὴν.

Æn.1.

Quia illud *virum* ad ſequentia pertinet: vt ſit, *virum, Troiæ qui primus ab oris.* & hic iterum. nam etiam ſi aliud eſt vnde venit, quam quo venit, non diſtinguendum tamen, quia vtrunq; eodem verbo continetur, *venit.* Tertio *Italiam*, quia interiectio eſt, *fato profugus*, & continuum ſermonem qui faciebat, *Italiam, Lauinaq;*, diuidit. Ob eandemq; cauſſam, quarto *profugus*, deinde *Lauinaq; venit Litora*: vbi iam erit diſtinctio, quia inde alius incipit ſenſus. Sed in ipſis etiam diſtinctionibus tempus alias breuius, alias longius dabimus. Intereſt enim, ſermonem finiat, an ſenſum. Itaque illam diſtinctionem *Littora*, protinus altero ſpiritus initio inſequar, cum illuc venero, atque altæ mœnia Romæ, deponam, & morabor, & nouum rurſus exordium faciam. Sunt aliquando & ſine reſpiratione quædam moræ etiam in periodis: vt in illa, *In cœtu vero populi Romani, negotium publicum gerens, magiſter equitum, &c.* Multa habent membra. Senſus enim ſunt alii atq; alii: & ſicut vna circunductio eſt, ita paulum morandum in his interuallis, non interrumpendus eſt contextus: & è contrario ſpiritum interim recipere ſine intellectu moræ neceſſe eſt: quo loco quaſi ſurripiendus eſt; alioqui ſi inſcite recipiatur, non minus afferat obſcuritatis, quam vitioſa diſtinctio. Virtus autem diſtinguendi fortaſſe ſit parua, ſine qua tamen eſſe nulla alia in agendo poteſt. Ornata eſt pronuntiatio, cui ſuffragatur vox facilis, magna, beata, flexibilis, firma, dulcis, durabilis, clara, pura, ſecans aera, auribus ſedens. Eſt enim quædam ad auditum accommodata, non magnitudine, ſed proprietate, ad hoc velut tractabilis, vtique habens omnes in ſe qui deſiderantur ſonos, intentioneſque, & toto (vt aiunt) organo inſtructa. cui aderit lateris firmitas, ſpiritus cum ſpatio pertinax, tum labori non facile ceſſurus. Neque grauiſſimus, vt in muſica, ſonus, nec acutiſſimus orationibus conuenit. Nam & hic parum clarus, nimiumq; plenus, nullum afferre animis motum poteſt: & ille prætenuis, & immodicæ claritatis, cum eſt vltra verum, tum neque pronuntiatione flecti, neque diutius ferre inten-

Philip.2.

 tionem

Pronunciatio.

tionem poteſt. Nam Vox, vt nerui, quo remiſſior, hoc & grauior & plenior: quo tenſior, hoc tenuis & acuta magis eſt. Sic ima vim non habet, ſumma rumpi periclitatur. Mediis igitur vtendum ſonis: hicque cum augenda intentio eſt, excitandi: cum ſummittenda, ſunt temperandi. Nam prima eſt obſeruatio recte pronuntiandi æqualitas, ne ſermo ſubſultet imparibus ſpatiis ac ſonis, miſcens longa breuibus, grauia acutis, elata ſummiſſis: & inæqualitate horum omnium, ſicut pedum, claudicet. Secunda varietas eſt, quæ * ſolum eſt pronuntiatio: ne quis pugnare inter ſe putet æqualitatem & varietatem: cum illi virtuti contrarium ſit vitium inæqualitas: huic, qui dicitur μονοειδὴς quaſi quidam vnus aſpectus. Ars porro variandi cum gratiam præbet, ac renouat aures, tum dicentem ipſa laboris mutatione reficit: vt ſtandi, ambulandi, ſedendi, iacendi vices ſunt, nihilque eorum pati vnum diu poſſumus. Illud vero maximum (ſed id paulo poſt tractabimus,) quod ſecundum rationem rerum de quibus dicimus, animorumque habitus, conformanda vox eſt, ne ab oratione diſcordet. Vitemus igitur illam, quæ Græce μονοτονία vocatur, vna quædam ſpiritus ac ſoni intentio: non ſolum ne dicamus omnia clamoſe, quod inſanum eſt: aut intra loquendi modum, quod motu caret: aut ſummiſſo murmure: quo etiam debilitatur omnis intentio; ſed vt in iiſdem partibus, iiſdemque affectibus, ſint tamen quædam non ita magnæ vocis declinationes, prout aut verborum dignitas, aut ſententiarum natura, aut depoſitio, aut inceptio, aut tranſitus poſtulabit: vt qui ſingulis pinxerunt coloribus, alia tamen eminentiora alia reductiora fecerunt, ſine quo ne membris quidem ſuas lineas dediſſent. Proponamus enim nobis illud Ciceronis in oratione nobiliſſima pro Milone principium, nonne ad ſingulas pene diſtinctiones, quamuis in eadem facie, tamen quaſi vultus mutandus eſt? *Etſi vereor, iudices, ne turpe ſit pro fortiſſimo viro dicere incipientem timere.* Etiam ſi eſt toto propoſito contractum atq; ſummiſſum, quia & exordium eſt, & ſoliciti exordium: tamen fuerit neceſſe, eſſe aliquid plenius & erectius, dum dicit, *Pro fortiſſimo viro,* quam cum, *Etſi vereor:* &, *Turpe ſit:* &, *Timere.* Iam ſecunda reſpiratio increſcat oportet, naturali quodam conatu, quo minus pauide dicimus, quæ ſequuntur, & quo magnitudo animi Milonis oſtenditur; Minimeque deceat, cum T. Annius ipſe magis de reipublicæ ſalute, quam de ſua perturbetur. Deinde quaſi obiurgatio

*al. quod.

iurgatio ſui eſt, *Me ad eius cauſſam parem animi magnitudinem afferre non poſſe.* Tum inuidioſiora, *Tamen hac noui iudicii noua forma terret oculos.* Illa vero iam pene apertis (vt aiunt) tibiis, *Qui quocunque inciderunt, veterem conſuetudinem fori, & priſtinum morem iudiciorum requirunt.* Nam ſequens latum etiam atque fuſum eſt. *Non enim corona conſeſſus veſter cinctus eſt, vt ſolebat.* Quod notaui, vt appareret non ſolum in membris cauſſæ, ſed etiam in articulis eſſe aliquam pronuntiandi varietatem, ſine qua nihil neque maius neque minus eſt. Vox autem vltra vires vrgenda non eſt. Nam & ſuffocata ſæpe, & maiore niſu minus clara eſt, & interim eliſa, in illum ſonum erumpit, cui Græci κλωσμὸν nomen à gallorum immaturo cantu dederunt. Nec volubilitate nimia confundenda quæ dicimus: qua & diſtinctio perit, & affectus, & nonnunquam etiam verba aliqua ſui parte fundantur*. Cui contrarium eſt vitium nimiæ tarditatis. Nam & difficultatem inueniendi fatetur, & ſegnitia ſoluit animos, & in quo eſt aliquid, temporibus præfinitis * aquam perdit. Promptum ſit os, non præceps: moderatum, non lentum. Spiritus quoque nec crebro receptus concidat ſententiam: nec eouſque trahatur, donec deficiat. Nam & deformis eſt conſumpti illius ſonus, & reſpiratio ſub aqua diu preſſi ſimilis, & receptus longior, & non opportunus, vt qui fiant non vbi volumus, ſed vbi neceſſe eſt. Quare longiorem dicturis periodum, colligendus eſt ſpiritus: ita tamen, vt id neque diu, neque cum ſono faciamus, neque omnino vt manifeſtum ſit, reliquis partibus optime inter iuncturas ſermonis reuocabitur. Exercendus autem eſt, vt ſit quam longiſſimus: quod Demoſthenes vt efficeret, ſcandens in aduerſum continuabat quam poſſet plurimos verſus. Idem quo facilius verba ore libero exprimeret, calculos lingua voluens dicere domi ſolebat. Eſt interim & longus, & plenus, & clarus ſatis ſpiritus; non tamen firmæ intentionis, ideoque tremulus: vt corpora quæ aſpectu integra, neruis parum ſuſtinentur. Id βράγχον Græci vocant. Sunt qui ſpiritum cum ſtridore per raritatem dentium non recipiunt, ſed reſorbent. Sunt qui crebro anhelitu, & introrſum etiam clare ſonante imitentur iumenta onere & iugo laborantia. Quod affectant quoque, tanquam inuentionis copia vrgeantur, maiorque vis eloquentiæ ingruat, quam quæ emitti faucibus poſſit. Eſt aliis concuſſus oris, & cum verbis ſuis luctatio. Iam tuſſire & expuere crebro, &

* al. fraudantur, & melius.

* Alludit Quintil. ad rationē clepſydrarum.

De Orat. I.

ab imo pulmone pituitam trochleis adducere, & oris humore proximos ſpargere, & maiorem partem ſpiritus in eloquendo per nares effundere, etiam ſi non vtique vocis ſunt vitia: quia tamen propter vocem accidunt, potiſſimum huic loco ſubiicitur. Sed quodcunq; ex his vitium magis tulerim, quam quo nunc maxime laboratur in cauſſis omnibus ſcholiſque, cantandi: quod inutilius ſit an fœdius, neſcio. Quid enim minus Oratori conuenit, quam modulatio ſcenica, & nonnunquam ebriorum aut comeſſantium licentiæ ſimilis? Quid vero mouendis affectibus contrarium magis, quam cum dolendum, iraſcendum, indignandum, commiſerandum ſit; non ſolum ab iis affectibus, in quos inducendus eſt iudex, recedere, ſed ipſam fori ſanctitatem, ludorum talarium licentia ſoluere? Nam Cicero illos ex Lycia & Caria rhetores* pene cantare in epilogis dixit. Nos etiam cantandi ſeueriorem paulo modum exceſſimus. Quiſquamne, non dico de homicidio, ſacrilegio, parricidio; ſed de calculis certe atque rationibus; quiſquam denique (vt ſemel finiam) in lite cantat? Quod ſi omnino recipiendum eſt, nihil cauſſæ eſt, cur non illam vocis modulationẽ fidibus ac tibiis; imo mehercule, quod eſt huic deformitati propius, cymbalis adiuuemus. Facimus tamen hoc libenter: nam nec cuiquam ſunt iniucunda quæ cantat ipſe, & laboris in hoc, quam in agẽdo, minus eſt. Et ſunt quidam, qui ſecundum alia vitæ vitia, etiam hac vbique audiendi quod aures mulceat, voluptate ducantur? Quid ergo? non & Cicero dicit eſſe aliquem in oratione cantum obſcuriorem? Et hoc quodam naturali vitio venit. Oſtendam non multo poſt, vbi & quatenus recipiendus ſit hic flexus, & cantus quidem, ſed (quod pleriquę intelligere volunt*) obſcurior. Iam enim tempus eſt dicendi quæ ſit apta pronuntiatio. Quæ certe ea eſt, quę iis de quibus dicimus, accommodatur: quod quidem maxima ex parte præſtant ipſi motus animorum, ſonatque vox vt feritur. Sed cum ſint alii veri affectus, alii ficti & imitati: veri naturaliter erumpunt, vt dolentium, iraſcentium, indignantium: ſed carent arte, ideoque ſunt diſciplinæ traditione formandi. Contra qui effinguntur imitatione, artem habent: ſed hi carent natura: ideoque in his primum eſt bene affici, & concipere imagines rerum, & tanquam veris moueri. ſic velut media vox, quem habitum à noſtris acceperit, hunc iudicum animis dabit. Eſt enim mẽtis index, ac velut exemplar, ac totidem, quot illa, mutationes habet. Itaque lætis in rebus, plena, ſim-

In Oratore

* *al.* rhetoras.

Vbi ſup.

* *al.* nolunt.

na, ſimplex, & ipſa quodam modo hilaris fluit: at in certamine erecta totis viribus, & velut omnibus neruis intenditur. Atrox in ira, & aſpera ac denſa, & reſpiratione crebra. Neque enim poteſt eſſe longus ſpiritus, cum immoderate effunditur. Paululum in inuidia facienda lentior*, quia non fere ad hanc niſi inferiores confugiunt: at in blandiendo, fatendo, ſatisfaciendo, rogando, lenis & ſummiſſa. Suadentium, & monentium, & pollicentium, & cōſolantium grauis. In metu & verecundia contracta, adhortationibus fortis, diſputationibus teres, miſeratione flexa & flebilis, & conſulto quaſi obſcurior: at in egreſſionibus fuſa, & ſecuræ claritatis; in expoſitione ac ſermonibus recta, & inter acutum ſonum & grauem media. Attollitur autem concitatis affectibus, compoſitis deſcendit, pro vtriuſque rei modo altius vel inferius. Quid autem quiſque in dicendo poſtulet locus, paulum differam, vt de geſtu prius dicam: qui & ipſe voci conſentit, & animo cum ea ſimul paret. Is quantum habeat in Oratore momenti, ſatis vel ex eo patet, quod pleraque etiam citra verba ſignificat. Quippe non manus ſolum, ſed nutus etiam declarant noſtram voluntatem, & in mutis pro ſermone ſunt; & ſalutatio frequenter ſine voce intelligitur atque afficit, & ex ingreſſu vultuque perſpicitur habitus animorum: & animalium quoq; ſermone carentium, ira, lætitia, adulatio, & oculis, & quibuſdam aliis corporis ſignis deprehenditur. Nec mirum ſi iſta, quæ tamen in aliquo ſunt poſita motu, tantum in animis valent, quum pictura tacens opus, & habitus ſemper eiuſdem, ſic in intimos penetret affectus, vt ipſam vim dicendi nonnunquam ſuperare videatur. Contra ſi geſtus ac vultus ab oratione diſſentiant, triſtia dicamus hilares, affirmemus aliqua renuentes, non autoritas modo verbis, ſed etiam fides deſit. Decor quoque à geſtu atque motu venit. Ideoque Demoſthenes grande quoddam intuens ſpeculum, componere actionem ſolebat. Adeo quanuis fulgor ille ſiniſtras imagines reddat, ſuis demum oculis credidit quod efficeret. Præcipuum vero in actione, ſicut in corpore ipſo, caput eſt; cum ad illum de quo dixi decorem, tum etiam ad ſignificationē decoris* illa ſunt, vt ſit primo rectum, & ſecundum naturam. Nam & deiecto humilitas, & ſupino arrogantia, & in latus inclinato languor, & præduro ac rigente barbaria quædam mentis oſtenditur. Tum accipiat aptos ex ipſa actione motus, vt cum geſtu concordet & manibus ac lateribus obſequatur. Aſpectus enim

De Pronunciatione.

* al. lenior.

Cic. in Partio.

* al. decoris. Illa ſunt.

ſemper eodem vertitur quo geſtus, exceptis quæ aut damnare, aut non concedere, aut à nobis remouere oportebit: vt idem illud vultu videamur auerſari, manu repellere:

Æneid. 3. *—Dii talem terris auertite peſtem.* &

Æneid. 1. *—Haud equidem tali me dignor honore.*

Significat vero plurimis modis. Nam præter annuendi, renuẽdi, confirmandiq; motus, ſunt & verecundiæ, & dubitationis, & admirationis, & indignationis noti & communes omnibus. Solo tamen eo facere geſtum ſcenici quoque doctores vitioſum putauerunt. Etiam frequens eius nutus non caret vitio: adeo iactare id, & comas excutientem rotare, phanaticum eſt. Dominatur autem maxime vultus. Hoc ſupplices, hoc minaces, hoc blandi, hoc triſtes, hoc hilares, hoc erecti, hoc ſummiſſi ſumus. hoc pendent homines, hunc intuentur, hunc ſpectãt etiam antequam dicamus. hoc quoſdam amamus, hoc odimus, hoc plurima intelligimus. hic eſt ſæpe pro omnibus verbis. Itaq; in iis quæ ad ſcenam componuntur fabulis, artifices pronuntiandi a perſonis quoq; affectus mutuantur: vt ſit Niobe in tragœdia triſtis, atrox Medea, attonitus Aiax, truculentus Hercules. In comœdiis vero præter aliam obſeruationem, qua ſerui, lenones, paraſiti, ruſtici, milites, vetulæ, meretriculæ, ancillæ; ſenes auſteri ac mites, iuuenes ſeueri ac luxurioſi, matronæ, puellæ inter ſe diſcernuntur: pater ille, cuius præcipuæ partes ſunt, quia interim concitatus, interim lenis eſt, altero erecto, altero compoſito eſt ſupercilio. atque id oſtendere maxime Latinis actoribus moris eſt, quod cum iis quas agunt partibus, congruat. Sed in ipſo vultu plurimum valent oculi, per quos maxime animus emanat, vt citra motũ quoque & hilaritate eniteſcant, & triſtitia quoddam nubilum ducant. Quinetiam lacrymas his natura mẽtis indices dedit: quæ aut erumpũt dolore, aut lætitia manant. Motu vero intẽti, remiſſi, ſuperbi, torui, mites, aſperi fiunt: quæ vt actus popoſcerit, fingentur. Rigidi vero & extenti, aut languidi & torpentes, aut ſtupentes, aut laſciui & mobiles, aut natantes, & quadã voluptate ſuffuſi, aut limi, & (vt ſic dicam) venerei aut poſcentes aliquid, pollicentesve nonnunquam eſſe debebũt. Nam opertos compreſſosve eos in dicendo, quis niſi plane rudis aut ſtultus habeat? Et ad hæc omnia exprimenda in palpebris etiã & in genis eſt quoddam deſeruiens his miniſterium. Multum & ſuperciliis agitur. Nam & oculos formant aliquatenus, & fronti imperant. His contrahitur, attollitur, dimittitur: vt vna

res in ea plus valeat, ſanguis ille, qui mentis habitu mouetur, & cum infirma verecundia cutem accipit, effunditur in ruborem: cum metu refugit, abit omnis, & pallore frigeſcit: temperatus, medium quoddam ſerenum efficit. Vitium in ſuperciliis, ſi aut immota ſunt omnino, aut nimium mobilia, aut inæqualitate (vt modo de perſona comica dixeram) diſſident, aut contra id quod dicimus, finguntur. Ira enim cõtractis, triſtitia deductis, hilaritas remiſſis oſtenditur. Annuendi quoq; & renuendi ratione demittuntur, aut alleuantur. Naribus labiſque non fere quicquam decenter oſtendimus; tametſi deriſus, cõtemptus, faſtidium ſignificari ſolet. Nam & corrugare nares (vt Horatius ait) & inflare, & mouere, & digito inquietare, & impulſu ſubito ſpiritum excutere, & diducere ſæpius, & plena ~~manu reſupinare; indecorum eſt: cum emunctio~~ etiam frequentior non ſine cauſſa reprehendatur. Labra & porriguntur male, & ſcinduntur, & adſtringuntur, & diducuntur, & dentes nudant, & in latus ac pene ad aurem trahuntur, & velut quodam faſtidio replicantur, & pendent, & vocem tantum altera parte dimittunt. Lambere quoque ea & mordere, deforme eſt: cum etiam in efficiendis* verbis modicus eorum eſſe debeat motus. Ore enim magis quam labris loquendum eſt. Ceruicem rectam oportet eſſe, non rigidam aut ſupinam. Collum diuerſa quidem, ſed pari deformitate & contrahitur, & tenditur: ſed tenſo ſubeſt & labor, tenuaturque vox ac fatigatur. Affixum pectori mentum, minus claram, & quaſi latiorem preſſo gutture facit. Humerorum raro decens alleuatio atq; contractio eſt. Breuiatur enim ceruix, & geſtum quẽdam humilem atque ſeruilem & quaſi fraudulentum facit, cum ſe in habitum adulationis, admirationis, metus, fingunt. Brachii moderata proiectio remiſſis humeris, atque explicantibus ſe in proferenda manu digitis, continuos & decurrentes locos maxime decet. At cum ſpecioſius quid vberiuſque dicendum eſt, vt illud, *Saxa atque ſolitudines voci reſpondent*, expatiatur in latus, & ipſa quodammodo ſe cum geſtu fundit oratio. Manus vero, ſine quibus trunca eſſet actio ac debilis, vix dici poteſt quot motus habeant, cum pene ipſam verborum copiam perſequantur. Nam cæteræ partes loquentem adiuuant, hæ (prope eſt vt dicam) ipſæ loquuntur. An non his poſcimus? pollicemur? vocamus? dimittimus? minamur? ſupplicamus? abominamur? timemus? interrogamus? negamus? gaudium, triſtitiam, dubitationem, confeſſionem,

De Pronunciatione.

Sermo. 2.

* *al.* effecrendis.

Pro Archia.

feſſionem, pœnitentiam, modum, copiam, numerum, tempus, oſtendimus? Non eædem concitant? ſupplicant? inhibent? probant? admirantur? verecundantur? Non in demonſtrandis locis atque perſonis, aduerbiorum atque pronominum obtinent vicem? vt in tanta per omnes gentes nationesque linguæ diuerſitate, hic mihi omnium hominum communis ſermo videatur. Et ii quidem de quibus ſum locutus, cum ipſis vocibus naturaliter exeunt geſtus: alii ſunt qui res imitatione ſignificant: vt ſi ægrum tentantis venas medici ſimilitudine, aut citharœdum formatis ad modũ percutientis neruos manibus oſtendas, quod eſt genus quam longiſſime in actione fugiendum. Abeſſe enim plurimum à ſaltatore debet Orator, vt ſit geſtus ad ſenſus magis quam ad verba accõmodatus: quod etiam hiſtrionibus paulo grauioribus facere moris fuit. Ergo vt ad ſe manũ referre, cum de ſe ipſo loquatur, & in eum quem demonſtret, intendere, & aliqua his ſimilia permiſerim: ita nõ effingere ſtatus quoſdam & quicquid dicet, oſtendere. Neque id in manibus ſolum, ſed in omni geſtu ac voce ſeruandum eſt. Non enim aut in illa periodo, *Stetit ſoleatus*
Act. 7. *Prætor populi Romani*, inclinatio incumbentis in mulierculam
In eadem. Verris effingenda eſt: aut in illa, *Cædebatur in medio foro Meſſanæ*: motus laterũ, qualis eſſe ad verbera ſolet: torquendus: aut vox qualis dolore exprimitur, eruenda. Cum mihi Comœdi quoque peſſime facere videantur, qui etiam ſi iuuenem agant, cum tamen in expoſitione aut ſenis ſermo, vt in Hydriæ prologo: aut mulieris, vt in Georgo, incidit; tremula vel effœminata voce pronuntiant. Adeo in illis quoque eſt aliqua vitioſa imitatio, quorum ars omnis conſtat imitatione. Eſt autem geſtus ille maxime cõmunis, quo medius digitus in pollicem contrahitur explicitis tribus, & principiis vtilis cum leni in vtranque partem motu modice prolatus, ſimul capite atque humeris ſenſim ad id quo manus feratur, obſecundantibus: & in narrando certus, ſed tum paulo productior: & in exprobrando & arguendo acer atque inſtans. Longius enim partibus his & liberius exeritur. Vitioſe vero idem ſiniſtrum quaſi humerum petens in latus agi ſolet: quanquam adhuc peius aliqui tranſuerſum brachium proferunt, & cubito pronuntiant. Duo quoque medii ſub pollicem veniunt: & eſt hic adhuc priore geſtus inſtantior, principio & narrationi non accommodatus. At cum tres contracti pollice premuntur, tum digitus ille, quo vſum optime Craſſum Cicero dicit, explicari

De Pronunciatione.

plicati ſolet. Is in exprobrando & indicando (vnde ei nomen eſt) valet; & alleuata ac ſpectante humerum manu paulum inclinatus affirmat: verſus in terram & quaſi pronus vrget; aliquando pro numero eſt. Item ſummo articulo vtrinque leuiter appreh enſo, duobus modice curuatis, minus tamen minimo, aptus ad diſputandum eſt. Acrius tamen argumentari videntur, qui medium articulum potius tenent: tanto contractioribus vltimis digitis, quanto priores deſcenderunt. Eſt & ille verecundæ orationi aptiſſimus, quo quatuor primis leuiter in ſummum coeuntibus digitis, non procul ab ore aut pectore fertur ad nos manus, & deinde prona ac paululum prolata laxatur. Hoc modo cœpiſſe Demoſthenem credo in illo pro Cteſiphonte timido ſummiſſoque principio: ſic formatam Ciceronis manum, cum diceret, *Si quid eſt in me ingenii iudices, quod ſentio quam ſit exiguum.* Eadem aliquatenus liberius deorſum ſpectantibus digitis colligitur in os, & fuſius paulo in diuerſa * reſoluitur, vt quodammodo ſermonem ipſum proferre videatur. Binos interim digitos diſtinguimus, ſed non inſerto pollice, paulum tamen inferioribus intra ſpectantibus, ſed ne illis quidem tenſis qui ſupra ſunt. Duo interim extremi palmam circa ima pollicis premunt, ipſe prioribus ad medios articulos iungitur: interim quartus oblique reponitur: interim quatuor remiſſis magis quam tenſis, pollice intus inclinato, habilem in latus demonſtrando, aut diſtinguendo quæ dicimus, manum facimus; cum ſupina in ſiniſtrum latus, prona in alterum fertur. Sunt & illi breues geſtus, cum in manus leuiter pandata, qualis vouentium * eſt, patuis interuallis, & ſubaſſentientibus humeris mouetur: maxime apta parce & quaſi timide loquentibus. Et admirationi conueniens ille geſtus, quo manus modice ſupinata, ac per ſingulos à minimo collecta digitos, redeunte flexu ſimul explicatur atque conuertitur. Nec vno modo interrogantes geſtum componimus: plerunque tamen vertentes manum, vtcunque compoſita eſt. Pollici proximus digitus, mediumque qua dexter eſt, vnguem pollici ſummo ſuo iungens, remiſſis cæteris, eſt & approbantibus & narrantibus & diſtinguentibus decorus. Cui non diſſimilis, ſed compreſſis tribus digitis, quo nunc Græci plurimum vtuntur etiam vtraq; manu, quoties enthymemata ſua geſtu velut cornu tundunt cæſim. Manus lenior promittit & aſſentatur, citatior hortatur, interim laudat. Eſt & ille vrgentis orationem geſtus vulgaris, magis

De Orat. 2.

Pro Archia.

* al. diuerſum.

* al. fouentium.

magis quam ex arte, qui contrahit alterno celerique motu, & explicat manum. Eſt & illa caua, & rara, & ſupra humeri altitudinem elata cum quodam motu velut hortatrix manus, à peregrinis ſcholis iam prope recepta. Tremula, ſcenica eſt. Digitos, cum ſummi coierunt, ad os referre, cur quibuſdam diſplicuerit, neſcio. Nam id & leuiter admirantes, & interim ſubita indignatione velut pauescentes, & deprecantes, facimus. Quin compreſſam etiam manum in pœnitentia, vel ira pectori admouemus, vbi vox vel inter dentes expreſſa non dedecet, *Quid nunc agam? Quid faciam?* Auerſo pollice demonſtrare aliquid, receptum magis puto, quam Oratori decorum. Sed cum omnis motus ſex partes habeat, ſeptimusque ſit ille qui in ſe redit orbis, vitioſa eſt vna circunuerſio: reliqui, ante nos, & dextra læuaque, & ſurſum & deorſum aliquid oſtendunt: in poſteriora geſtus non dirigitur. Interim tamen velut reiici ſolet. Optime autem manus à ſiniſtra parte incipit, in dextra deponitur: ſed vt deponi, non vt ferire videatur: quanquam & in fine interim cadit, vt cito tamen redeat: & nonnunquam reſilit vel negantibus nobis, vel admirantibus. Hic veteres artifices illud recte adiecerunt, vt manus cum ſenſu & inciperet, & deponeretur. Alioqui enim aut ante vocem erit geſtus, aut poſt vocem: quod eſt vtrunque deforme. In illo lapſi nimia ſubtilitate ſunt, quod interuallum motus tria verba eſſe voluerunt: quod nec obſeruatur, nec fieri poteſt: ſed illi quaſi menſuram tarditatis celeritatisq; aliquam eſſe voluerunt; nec immerito, ne aut diu ocioſa eſſet manus, aut (quod multi faciunt) actionem continuo motu conciderent. Aliud eſt, quod & fit frequentius, & magis fallit. Sunt quædam latentes ſermonis percuſſiones, & quaſi aliqui pedes, ad quos plurimorum geſtus cadit, vt ſit vnus motus, *Nouum crimen*: alter, *C. Cæſar*: tertius, *Et ante hanc diem*: quartus, *Inauditum*: deinde, *Propinquus meus*: &, *Ad te Quintus Tubero detulit.* Vnde id quoque fluit vitium, vt iuuenes cum ſcribunt, geſtu præmodulati cogitationem ſic componant, quomodo caſura manus eſt. Inde & illud vitium, vt geſtus qui in fine dexter eſſe debet, in ſiniſtrum frequenter deſinat. Melius illud, cum ſint in ſermone omni breuia quædam membra, ad quæ, ſi neceſſe ſit, recipere ſpiritum liceat, ad hæc geſtum diſponere: vt puta, *Nouum crimen C. Cæſar*, habet per ſe finem quendam ſuum, quia ſequitur coniunctio: deinde, *Et ante hanc diem inauditum*, ſatis circunſcriptum eſt. Ad hæc commodanda manus

Pro Ligario.

nus eſt, idque dum erit prima & compoſita actio. At vbi iam calor eam concitauerit, etiam geſtus cum ipſa orationis celeritate crebreſcet. Aliis locis citata, aliis preſſa conueniet pronuntiatio. Illa tranſcurrimus, congerimus, abundamus, feſtinamus: hac inſtamus, inculcamus, infigimus. Plus autem affectus habent lentiora: ideoque Roſcius citatior, Æſopus grauior fuit; quod ille comœdias, hic tragœdias egit. Eadem motus quoque obſeruatio eſt. Itaque in fabulis, iuuenum, ſenum, militum, matronarum grauior ingreſſus eſt: ſerui, ancillæ, paraſiti, piſcatores citatius mouentur. Tolli autem manum artifices ſupra oculos, demitti infra pectus vetant: adeo à capite eam petere, aut ad imum ventrem deducere vitioſum habetur. Ad ſiniſtram intra humerum promouetur, vltra non decet. Sed cum auerſantes in læuam partem velut propellemus manum, ſiniſter humerus proferendus, vt cum capite ad dextram ferente conſentiat. Manus ſiniſtra nunquam ſola geſtum recte facit: dextræ ſe frequenter accommodat, ſiue in digitos argumenta digerimus, ſiue auerſis in ſiniſtrum palmis abominamur, ſiue obiicimus aduerſas, ſiue in latus vtrunque diſtendimus, ſiue ſatisfacientes, aut ſupplicantes. Diuerſi autem ſunt hi geſtus, ſiue ſummittimus, ſiue adorantes attollimus, ſiue aliqua demõſtrationi aut inuocationi protẽdimus, *Vos Albani tumuli atque luci.* Aut Gracchanum illud, *Quo me miſer conferam? quo vertam? in Capitoliumne? at fratris ſanguine redundat. an domum? matremne vt miſeram lamentantemque videam & abiectam?* Plus enim affectus in his iuncta exhibent manus. In rebus paruis, triſtibus, mitibus, breues, magnis, lætis, atrocibus, extenſiores ſunt. Vitia quoque earum ſubiicienda ſunt, quæ quidem accidere etiam exercitatis actoribus ſolent. Nam geſtum poculum poſcentis, aut verbera minantis, aut numerum quingentorum flexo pollice efficientis, quæ ſunt à quibuſdam ſcriptoribus notata; ne in ruſticis quidem vidi. At vt brachio exerto introſpiciatur latus, vt manum alius vltra ſinum proferre non audeat, alius in quantum patet longitudo, protendat, aut ad tectum erigat, aut repetito vltra læuum humerum geſtu ita in tergum flagellet, vt conſiſtere poſt eum parum tutum ſit, aut ſiniſtrum ducat orbem, aut temere ſparſa manu in proximos offendat, aut cubitum vtrunque in diuerſum latus ventilet; ſæpe ſcio euenire. Solet eſſe & pigra, & trepida, & ſecanti ſimilis: interim etiam vncis digitis, aut à capite deiiciatur, aut eadem manus ſupinata in

Cic. Pro Milo. & de Orat. 3.

ciatio. ta in ſuperiora iactetur. Fit & ille habitus, qui eſſe in ſtatuis pacificator ſolet, qui inclinato in humerum dextrum capite, brachio ab aure protenſo, manum infeſto pollice extendit: qui quidem maxime placet iis, qui ſe dicere ſublata manu iactant. Adiicias licet eos qui ſententias vibratis digitis iaculantur, aut manu ſublata denuntiant: (aut quod per ſe interim recipiendum eſt) quoties aliquid ipſis placuit in vngues eriguntur: ſed vitioſum id faciunt aut digito quanto plurimum poſſunt erecto, aut etiam duobus, aut vtraque manu admodum aliquid portantium compoſita. His accedunt vitia non naturæ, ſed trepidationis, cum ore concurrente rixari, ſi memoria fefellerit, aut cogitatio non ſuffragetur, quaſi faucibus aliquid obſtiterit inſonare, in aduerſum tergere nares, obambulare ſermone imperfecto, reſiſtere ſubito, & laudem ſilentio poſcere: quæ omnia perſequi prope infinitum eſt. SVA enim cuique ſunt vitia. Pectus ac venter ne proiiciantur, obſeruandum. Pandant enim poſteriora, & eſt odioſa omnis ſupinitas. Latera cum geſtu conſentiant. Facit enim aliquid & totius corporis motus: adeo vt Cicero plus illo agi, quam manibus ipſis putet. Ita enim dicit in Oratore, *Nulla argutia digitorum, non ad numerum articulus cadens, trunco magis toto ſe ipſe moderans, & virili laterum flexione.* Femur ferire, quod Athenis primus feciſſe creditur Cleon, & vſitatum eſt, & indignatos

In Brut. decet, & excitat auditorem. Idque in Callidio Cicero deſiderat: *Non frons*, inquit, *percuſſa, non femur*: pedum (quod minimum eſt) nulla ſupploſio. Quanquam (ſi licet) de fronte diſſentio. Nam & complodere manus ſcenicum eſt, & pectus cædere. Illud quoque raro decebit, caua manu ſummis digitis pectus appetere, ſi quando noſmetipſos alloquemur, cohortantes, obiurgantes, miſerantes: quod ſi quando fiet, rogam quoque inde remoueri non decebit. In pedibus obſeruantur ſtatus & inceſſus. Prolato dextro ſtare, & eandem manum ac pedem proferre, deforme eſt. In dextrum incumbere interim datur, ſed æquo pectore: qui tamen Comicus magis quam Oratorius geſtus eſt. Male etiam in ſiniſtrum pedem inſiſtentium dexter aut attollitur, aut ſummis digitis ſuſpenditur. Varicare ſupra modum, & in ſtando deforme eſt, & accedenre motu prope obſcœnum. Procurſio opportuna, breuis, moderata, rara. Conueniet etiam ambulatio quædam, propter immodicas laudationum moras: quanquam Cicero rarum in-

In Oratore. ceſſum, neque ita longum probat. Diſcurſare vero, & quod

Domitius

 De Pronunciatione.

Domitius Apher de Sura Manilio dixit, ſatagere, ineptiſſimum: vrbaneq; Flauius Virginius interrogauit de quodã ſuo antiſophiſte, quot millia paſſuum declamaſſet. Præcipi & illud ſcio, ne ambulantes auertamur à iudicibus; ſed ſint obliqui pedes ad concilium nobis reſpicientibus. Id fieri iudiciis priuatis non poteſt. Verum & breuiora ſint ſpatia, nec auerſi diu ſimus. Interim tamen recedere ſenſim datur. Quidam & reſiliunt, quod eſt plane ridiculum. Pedis ſupploſio, vt loco eſt opportuna, vt ait Cicero, in contentionibus aut incipiendis aut finiendis: ita crebra & inepti eſt hominis, & deſinit iudicem in ſe conuertere. Eſt & illa indecora in dextrum ac læuum vacillatio, alternis pedibus inſiſtentium. Longiſſime fugienda mollis actio, qualem in Tityo Cicero dicit fuiſſe, vnde etiam ſaltationis quoddam genus Tityus ſit appellatum. Reprehendenda eſt & illa frequens & concitata in vtramque partem nutatio, quam in Curione patre irriſit & Iunius, quærens quis in lintre loqueretur. & C. Sicinius: nam cum aſſidente collega, qui erat propter valetudinem & deligatus, & plurimis medicamentis propter dolorem artuum delibutus, multum ſe Curio ex more iactaſſet; *Nunquam*, inquit, *Octaui, collega tuo gratiam referes: qui niſi fuiſſet, iſtic hodie te muſcæ comediſſent.* Iactantur & humeri: quod vitium Demoſthenes ita dicitur emendaſſe, vt cum in anguſto quodam pulpito ſtans diceret, haſta humero dependens immineret: vt ſi calore dicendi vitare id excidiſſet, offenſatione illa commoneretur. Ambulantem loqui ita demum oportet in cauſſis publicis, in quibus multi ſunt iudices, ſiquod dicimus, quaſi ſingulis inculcare peculiariter velimus. Illud vero non ferendum, quod quidam reiecta in humerum toga, cum dextra ſinum vſque ad lumbos reduxerunt, ſiniſtra geſtum facientes ſpatiantur, & fabulantur: cum etiam læuam reſtringere prolata longius dextra ſit odioſum. Vnde moneor, vt ne id quidem tranſeam ineptiſſime fieri, cum inter moras laudationum, aut in aurem alicuius loquuntur, aut cum ſodalibus iocantur, aut nonnunquam ad librarios ſuos ita reſpiciunt, vt ſportulam dictare videantur. Inclinari ad iudicem cum doceas, vtique ſi id de quo loquaris, ſit obſcurius, decet. Incumbere aduocato aduerſis ſubſelliis ſedenti, contumelioſum eſt. Reclinari etiam ad ſuos, & manibus ſuſtineri, niſi plane iuſta fatigatio eſt, delicatum: ſicut palam moneri, excidentis, aut legere. Namque in his omnibus & vis illa dicendi ſoluitur, & frigeſcit affe-

De Ora. 3.

In Brut.

In Brut.

ctus, & iudex parum ſibi præſtari reuerentiæ credit. Tranſire in diuerſa ſubſellia, parum verecundum eſt. Nam & Caſſius Seuerus vrbane aduerſus hoc facientes lineam popoſcit. Et ſi aliquando concitate itur, nunquam non frigide reditur. Multa ex iis quæ præcipimus, mutari neceſſe eſt ab iis, qui dicunt apud tribunalia. Nam & vultus erectior, vt eum, apud quem dicitur, ſpectet: & geſtus: vt ad eundem tendens elatior ſit neceſſe eſt: & alia, quæ occurrere etiam me tacente omnibus poſſunt. Itemque ab iis qui ſedentes agunt. Nam & fere fit hoc in rebus minoribus: & iidem impetus actionis eſſe non poſſunt, & quædam vitia fiunt neceſſaria. Nam & dexter pes à læua iudicis ſedenti proferendus eſt, & ex altera parte multi geſtus neceſſe eſt in ſiniſtrum eant, vt ad iudicem ſpectent. Equidem pleroſque & ad ſingulas ſententiarum clauſulas video aſſurgentes ſibi, & nonnullos ſubinde aliquid etiam ſpatiantes: quod an deceat, ipſi viderint, cum id faciunt, non ſedentes agunt. Bibere, aut etiam eſſe inter agendũ, quod multis moris fuit, & eſt quibuſdam, ab Oratore meo procul abſit. Nam ſiquis aliter dicendi onera perferre non poſſit, non ita miſerum eſt non agere, potiuſque multo, quam & operis & hominum contemptum fateri. Cultus non eſt proprius Oratoris aliquis, ſed magis * in Oratore conſpicitur. Quare ſit, vt in omnibus honeſtis debet eſſe, ſplendidus & virilis. Nam & toga, & calceus, & capillus, tam nimia cura quam negligentia ſunt reprehendenda. Eſt aliquid in amictu, quod ipſum aliquatenus temporum conditione mutatum eſt. Nam veteribus nulli ſinus: perquam breues poſt illos fuerunt. Itaque etiam geſtu neceſſe eſt vſos eſſe in principiis eos alio, quorum brachium, ſicut Græcorum, veſte continebatur. Sed nos de præſentibus loquimur. Cui laticlaui ius non erit, ita cingatur, vt tunicæ prioribus oris infra genua paulum poſterioribus ad medios poplites vſque perueniant. Nam infra mulierum eſt, ſupra centurionum. Vt purpuræ recte deſcendant, leuis cura eſt. Notatur interim negligentia. Latum habentium clauum modus eſt, vt ſit paulum cinctis ſummiſſior. Ipſam togam rotundam eſſe, & apte cæſam velim. Aliter enim multis modis fiet enormis. Pars eius prior mediis cruribus optime terminatur, poſterior eadem portione altius quam cinctura. Sinus decentiſſimus, ſi aliquanto ſupra imam togam fuerit, nunquam certe ſit inferior. Ille qui ſub humero dextro ad ſiniſtrum olbique ducitur velut balteus, nec ſtrangulet, nec

* al. magis more.

fluat.

ſtuat. Pars togæ quæ poſtea imponitur, ſit inferior: nam ita & ſedet melius, & continetur. Subducenda etiam pars aliqua tunicæ, ne ad lacertum in actu redeat: tum ſinus iniiciendus humero, cuius extremam oram reiecíſſe non dedecet. Operiri autem humerum cum toto iugulo non oportet, alioqui amictus fiet anguſtus: & dignitatem, quæ eſt in latitudine pectoris, perdet. Siniſtrum brachium euſque alleuandum eſt, vt quaſi normalem illum angulum faciat. Super quod ora ex toga duplex æqualiter ſedeat. Manus non impleatur annulis, præcipue medios articulos non tranſeuntibus: cuius erit habitus optimus, alleuato pollice, & digitis leuiter inflexis, niſi ſi libellum tenebit: quod non vtique captandum eſt. Videtur enim fateri memoriæ diffidentiam, & ad multos geſtus eſt impedimento. Togam veteres ad calceos vſque demittebant, vt Græci pallium. Idque vt fiat, qui de geſtu ſcripſerunt circa tempora illa, Plotius Nigidiusque præcipiunt. Quo magis miror Plinii Secundi docti hominis, & in hoc vtique libro pene etiam nimium curioſi, perſuaſionem; qui ſolitum id facere Ciceronem velandarum varicum gratia tradit: cum hoc amictus genus in ſtatuis eorum quoque qui poſt Ciceronem fuerunt, appareat. Palliolum ſicut faſcias quibus crura veſtiuntur, & focalia, & aurium ligamenta, ſola excuſare poteſt valetudo. Sed hæc amictus obſeruatio, dum incipimus: procedente vero actu, iam pene ab initio narrationis ſinus ab humero recte velut ſponte delabitur: & cum ad argumenta ac locos ventum eſt, reiicere à ſiniſtro togam, deiicere etiam, ſi hæreat, ſinum, conueniet. Læuam à faucibus ac ſummo pectore abducere licet. Ardent enim iam omnia. Et vt vox vehementior ac magis varia eſt, ſic amictus quoq; habet actum quendam velut præliantem. Itaque vt læuam * inuoluere toga, & incingi, pene furioſum eſt: ſinum vero in dextrum humerum ab imo reiicere, ſolutum ac delicatum; fiuntque adhuc peius aliqua: ita cur laxiorem ſiniſtro brachio non ſubiiciamus? Habet enim acre quiddam atque expeditum, & colori concitationiq; non inhabile. Cum vero magna pars eſt exhauſta orationis, vtique afflante fortuna pene omnia decent, ſudor ipſe & fatigatio, & negligentior amictus, & ſoluta ac velut labens vndique toga. Quo magis miror hanc quoque ſuccurriſſe Plinio curam, vt ita ſudario frontem ſiccari iuberet, ne comæ turbarentur, quas componi poſt paulum, ſicuti dignum erat, grauiter & ſeuere vetuit.

** al.* lænā *vt & paulo ante.*

Mihi vero illæ quoque turbatæ præ ſe ferre aliquid affectus, & ipſa obliuione curæ huius commendari videnrur. At ſi incipientibus aut paulum progreſſis decidat toga, non reponere eam, prorſus negligentis aut pigri, aut quomodo debeat amiciri, neſcienris eſt. Hæc ſunt vel illuſtramenta pronuntiationis, vel vitia: quibus propoſitis, mulra cogitare debet Orator. Primum, quid, apud quos, quibus præſentibus ſit acturus. Nam vt dicere alia aliis, & apud alios magis conuenit: ſic etiam facere. Neque eadem in voce, geſtu, inceſſu; apud principem, ſenatum, populum; magiſtratum, priuato, publico iudicio, poſtulatione, actione ſimiliter decent. Quam differentiam ſubiicere ſibi quiſque, qui animum intenderit, poteſt; tum qua de re dicat, & efficere quid velit. Rei quadruplex obſeruatio eſt. Vna in tota cauſſa. Sunt enim triſtes, hilares, ſolicitæ, ſecuræ, grandes, puſillæ, vt vix vnquam ita ſolicitari partibus earum debeamus, vt non ſummæ meminerimus. Altera, quæ eſt in differentia partium, vt in procœmio, narratione, argumentatione, epilogo. Tertia, in ſententiis ipſis, in quibus ſecundum res & affectus varianrur omnia. Quarta, in verbis, quorum vt eſt vitioſa, ſi efficere omnia velimus, imitatio: ita quibuſdam niſi ſua natura redditur, vis omnis auferrur. Igitur in laudationibus (niſi ſi funebres erunt) gratiarum actione, exhortatione, ſimilibusque, læta & magnifica & ſublimis eſt actio. Funebres conciones, conſolationes, plerunque cauſſæ reorum, triſtes atque ſummiſſæ. In ſenatu conſeruanda autoritas, apud populum dignitas, in priuatis, modus. De partibus cauſſæ, & ſententiis verbisque, quæ ſunt multiplicia, pluribus dicendum. Tria autem præſtare debet pronunriatio: concilliet, perſuadeat, moueat: quibus natura cohæret, vt etiam delectet. Conciliatio fere aut commendatione morum (qui neſcio quomodo ex voce etiam atque actione perlucent) aut orationis ſuauitate conſtat. Perſuadendi vis aſſeuerarione, quæ interim plus ipſis probationibus valet. *An iſta*, inquit Callidio Cicero) *ſi vera eſſent, ſic à te dicerentur?* &, *Tantum abeſt, vt inflammares noſtros animos, ſomnum iſto loco vix tenebamus.* Fiducia igitur appareat, & conſtantia, vtique ſi autoritas ſubeſt. Mouendi autem ratio aut in repræſentandis eſt, aut imitandis affectibus. Ergo cum iudex in priuatis, aut præco in publicis dicere de cauſſa iuſſerit, leniter conſurgendum tum in componenda toga, vel (ſi neceſſe erit)

etiam

De Pronunciatione.

etiam ex integro iniicienda, duntaxat in iudiciis (apud principem enim & magiſtratus ac tribunalia non licebit) paulum eſt commorandum, vt & amictus ſit decentior, & protinus aliquid ſpatii ad cogitandum. Etiam cum ad iudicem nos conuerterimus, & conſultus prætor permiſerit dicere, non protinus eſt erumpendum; ſed danda breuis cogitationi mora. Mire enim auditurum dicturi cura delectat, & iudex ſe ipſe componit. Hoc præcipit Homerus Vlyſſis exemplo, quem ſtetiſſe oculis in terram defixis, immotoque ſceptro priuſquam illam eloquentiæ procellam effunderet, dicit. In hac cunctatione ſunt quædam non indecentes, vt appellant ſcenici, moræ; caput mulcere, manum intueri, infringere articulos, ſimulare conatum, ſuſpiratione ſollicitudinem fateri, aut quod quenque magis decet: eaque diutius, ſi iudex nondum intendet animum. Status ſit rectus, æqui & diducti paulum pedes, vel procedens minimo momẽto ſiniſter: genua recta, ſic tamen, vt non extendantur. Humeri remiſſi, vultus ſeuerus, non mœſtus, nec ſtupens, nec languidus: brachia à latere modice remota: manus ſiniſtra, qualem ſupra demonſtraui: dextra cum iam incipiendum erit, paulum prolata vltra ſinum, geſtu quam modeſtiſſimo, velut expectans quando incipiendum ſit. Vitioſa enim ſunt illa, intueri lacunaria, perfricare faciem, & quaſi improbam facere: tendere confidentia vultum, aut, quo ſit magis toruus, ſuperciliis adſtringere: capillos à fronte contra naturam retroagere, vt ſit horror ille terribilis: tum, (id quod Græci frequentiſſime faciunt,) crebro digitorum labiorumque motu commentari, * clare excreare, pedem alterum longe proferre, partem togę ſiniſtra tenere, ſtare diductum vel rigidum, vel ſupinum, vel incuruum, vel humeris, vt luctaturi ſolent, ad occipitium ductis. Procemio frequentiſſime lenis conuenit pronuntiatio. NIHIL eſt enim ad conciliandum gratius verecundia: non tamen ſemper. Nec enim vno modo dicuntur exordia, vt docui. Plerunque tamen & vox temperata ac geſtus modeſtus, & ſedens humero toga, & laterum lenis in vtranque partem motus, eodem ſpectantibus oculis decebit. Narratio magis prolatam manum, amictum recidentem, geſtum diſtinctum, vocem ſermoni proximam, ac tantum apertiorem, * ſonum ſimplicem frequentiſſime poſtulabit; in his duntaxat, *Quintus igitur Ligarius cum eſſet adhuc nulla belli ſuſpicio.* &, *A. Cluentius Habitus pater huiuſce.* Aliud in eadem poſcunt

Iliad. 3.

* *al.* commentari: ſcreare: pedem.

* *al.* acriorem.

Pro Lig.

Pro Cluen.

Act. 3.

poſcunt affectus vel concitati, *Nubit genero ſocrus.* vel flebiles, *Conſtituitur in foro Laodicea ſpectaculum acerbum & miserum toti Aſia prouincia.* Maxime varia & multiplex actio eſt probationum. Nam & proponere, partiri, interrogare, ſermoni ſunt proxima & contradictionem ſumere. Nam ea quoque diuerſa propoſitio eſt. Sed hæc tamen aliquando irridentes, aliquando imitantes pronuntiamus. Argumentatio plerunque agilior, & acrior, & inſtantior; conſentientem orationi poſtulat etiam geſtum, id eſt fortem celeritatem. Inſtandum quibuſdam in partibus & denſanda oratio. Egreſſiones fere lenes, & dulces, & remiſſæ, vt Raptus Proſerpinæ, Siciliæ deſcriptio, Cn. Pompeii laus. Neque eſt mirum minus habere contentionis ea quæ ſunt extra quæſtionem. Mollior nonnunquam cum reprehenſione diuerſæ partis imitatio, *Videbar videre alios intrantes, alios autem exeuntes, quoſdam ex vino vacillantes.* Vbi non diffidens à voce permittitur geſtus; quo fit in vtranque partem tenera quædam, ſed intra manus tamen, & ſine motu laterum tranſlatio.

¶ Accendendi iudicis plures ſunt gradus. Summus ille, & quo nullus eſt in Oratore acutior: *Suſcepto bello, Cæſar, geſto iam etiam ex parte magna. Prædixit enim, Quantum potero voce contendam, vt populus hæc Romanus exaudiat.* Paulum inferior, & habens aliquid etiam iucunditatis, *Quid enim tuus ille Tubero in acie Pharſalica gladius agebat?* Plinius adhuc & lentius, ideoque dulcius. *In cœtu vero populi Romani negotium publicum gerens.* Producenda omnia trahendæque tum vocales, aperiendæque ſunt fauces. Pleniore tamen hæc canali fluunt, *Vos Albani tumuli atque luci.* Nam cantici quiddam habent, ſenſimque reſupina ſunt, *Saxa atque ſolitudines voci reſpondent.* Tales ſunt illæ inclinationes vocis, quas inuicem Demoſthenes atque Æſchines exprobrant, non ideo improbandæ: cum enim vterque alteri obiiciat, palam eſt vtrunque feciſſe: *Nam neque ille per Marathonis, & Platearum, & Salaminis propugnatores recto ſono iurauit, nec hic Thebas ſermone defleuit.* Eſt his diuerſa vox & pene extra organum, cui Græci nomen amaritudinis dederunt, ſupra modum ac pene naturam vocis humanæ acerba: *Quin compeſcitis vocem iſtam indicem ſtultitiæ, teſtem paucitatis?* Sed id quod excedere modum dixi, in illa parte prima eſt, *Quin compeſcitis.* Epilogus ſi enumerationem rerum habet, deſiderat quandam conciſorum continuationem: ſi ad concitandos iudices eſt accommodatus

Pro Rabirio Perduel.

De Pronunciatione.

modatus, aliquid ex iis quæ ſupra dixi: ſi placandos, inclinatam quandam lenitatem: ſi miſericordia commouendos, flexum vocis, & flebilem ſuauitatem, qua præcipue franguntur animi, quæque eſt maxime naturalis. *Nam etiam orbos viduaſque videas in ipſis funeribus canoro quodam modo proclamantes.* Hic etiam fuſca illa vox, qualem Cicero fuiſſe in Antonio dicit, mire facit. habet enim in ſe quod imitetur. Duplex eſt tamen miſeratio: altera cũ inuidia, qualis modo dicta de damnatione Philodami: altera cũ deprecatione demiſſior. Quare etiam ſi eſt in illis quoq; cantus obſcurior, *In cœtu vero populi Romani.* non enim hæc rixantis modo dixit. &, *Vos Albani tumuli.* neque enim quaſi inclamaret aut teſtaretur locutus eſt: tamen infinito magis illa flexa & circunducta ſunt, *Me miſerum, me infœlicem.* &, *Quid reſpondebo liberis meis?* &, *Reuocare tu me in patriam potuiſti. Milo per hos, ego te in eadem patria per eoſdem retinere non potero? Et cum bona C. Rabirii vno ſeſtertio addicit, O meum miſerum acerbumque præconium.* Illa quoque mire facit in peroratione velut deficientis dolore & fatigatione confeſſio: vt pro eodem Milone: *Sed finis ſit: neque enim præ lacrymis iam loqui poſſum.* Quæ ſimilem verbis habere debent etiam pronuntiationem. Poſſunt videri alia quoque huius partis atque officii, reos excitare, pueros attollere, propinquos producere, veſtes laniare: ſed ſuo loco dicta ſunt. Et quia in partibus cauſſæ etiam aliis eſt varietas, ſatis apparet accommodandam ſententiis ipſis pronuntiationem, ſicut oſtendimus. Sed verbis quoque, quod nouiſſime dixeram, non ſemper, ſed aliquando. *An non hæc, Miſellus & pauperculus, ſummiſſa atque contracta*: Fortis, & vehemens, & latro, erecta & concitata voce dicenda ſunt? Accedit enim vis & proprietas rebus tali adſtipulatione: quæ niſi adſit, aliud vox, aliud animus oſtendat. Quid, quod eadem verba mutata pronuntiatione indicant, affirmant, exprobrant, negant, mirantur, indignantur, interrogant, irrident, eleuant? Aliter enim dicitur,

Cic. In Bruto & de Orat.

Act. 7.

Idem pro Milo.

Lib. 7.

Tu mihi quodcunque hoc regni.— &, — Æneid. 1.
Cantando tu illum?— &, *Tune ille Æneas?* -&, — Eclog. 3.
—*Meque timoris,* *Argue tu Drance.*- — Æn 9. & 11.

Et ne morer, intra ſe quiſque vel hoc, vel aliud quod volet, per omnes affectus verſet: verum eſſe quod dicimus, ſciet. Vnum iam his adiiciendum eſt, cum præcipue in actione ſpectetur decorum, ſæpe aliud alios dicere. Eſt enim latens quæ-

dam in hoc ratio, & inenarrabilis: & vt vere hoc dictum eſt, caput eſſe artis, *Decere quod facias*: ita id neque ſine arte eſſe, neque totum arte tradi poteſt. In quibuſdam virtutes non habent gratiam, in quibuſdam vitia ipſa delectant. Maximos actores comœdiarum Demetrium & Stratoclem * placere diuerſis virtutibus vidimus. Sed illud minus mirum, quod alter deos, & iuuenes: & bonos patres, ſeruoſque, & matronas, & graues anus optime: alter acres ſenes, callidos ſeruos, paraſitos, lenones, & omnia agitatiora melius. Fuit enim natura diuerſa. Nam vox quoq; Demetrii iucundior, illius acrior erat. Annotandæ magis proprietates, quæ transferri non poterant, manus iactare, & dulces exclamationes theatri cauſſa producere, & ingrediendo ventum concipere veſte, & nonnunquam dextro latere facere geſtus: quod neminem alium præter Demetrium decuit: nanque in hæc omnia, ſtatura & mira ſpecie adiuuabatur. Illum curſus, & agilitas, & vel parum conueniens perſonæ riſus, (quem non ignarus rationis populo dabat) & contracta etiam ceruicula. Quicquid horum alter feciſſet, fœdiſſimum videretur. Quare NORIT ſe quiſque, nec tantum ex communibus præceptis, ſed etiam ex natura ſua capiat conſilium formandæ actionis. Neque illud tamen eſt nefas, vt aliquem vel omnia vel plura deceant. Huius quoque loci clauſula ſit eadem neceſſe eſt, quæ cæterorum eſt, regnare maxime modum. Non enim comœdum eſſe, ſed Oratorem volo. Quare neque in geſtu perſequemur omnes argutias, nec in loquendo diſtinctionibus, temporibus, affectionibus moleſte vtemur: vt ſi ſit in ſcena dicendum,

* al. Stratoclea.

Quid igitur faciam? non eam, ne nunc quidem
Cum arceſſor vltro? an potius ita me comparem,
Non perpeti meretricum contumelias.

Teren. in Eunucho.

Hic enim dubitationis moras, vocis flexus, varias manus, diuerſos nutus actor adhibebit. Aliud oratio ſapit, nec vult nimium eſſe condita. Actione enim conſtat, non imitatione. Quare non immerito reprehenditur pronuntiatio vultuoſa, & geſticulationibus moleſta, & vocis mutationibus reſultans. Nec inutiliter ex Græcis veteres tranſtulerunt, quod ab his ſumptum Lenas Popilius poſuit, eſſe hanc inocioſam actionem. Optime igitur idem, qui omnia, Cicero præceperat, quæ ſupra ex Oratore poſui: quibus ſimilia in Bruto de Marco Antonio dicit. Sed iam recepta eſt actio paulo agitatior; & exigitur, & quibuſdam partibus conuenit: ita tamen temperanda,

Hoc eod. cap.

randa, ne dum actoris captamus elegantiam, perdamus viri boni & grauis autoritatem.

M. FABII QVINTILIANI DE INSTITVTIONE ORATORIA LIBER XII.

PROOEMIVM.

ARGVMENTVM.

Difficillimam operis partem ſibi ſupereſſe, hac præfatione teſtatur: in quam dum à leuioribus initium duxerit, perſeuerando per ſingula pene imprudens euectus ſit: ſed ne nunc quidem deficiendum eſſe, quamuis pauciſſimos habeat quos ſequatur. At Ciceronem quidem ſolum eſſe, qui de optimo dicendi genere ſcripſerit: ſe autem & de genere dicendi, & de moribus Oratoris eſſe dicturum: quæ præfatio ad attentionem comparata eſt.

VENTVM eſt ad partem operis deſtinati longe grauiſſimam. Cuius equidem onus ſi tantum opinione prima concipere potuiſſem, quanto me premi ferens ſentio, maturius conſuluiſſem vires meas. Sed initio pudor omittendi quæ promiſeram, tenuit: mox quanquam per ſingulas prope partes labor creſceret, ne perderem quæ iam effecta erant, per omnes difficultates animo me ſuſtentaui. Quare nunc quoque, licet maior quam vnquam moles premat, tamen proſpicienti finem mihi conſtitutum, eſt vel deficere potius, quam deſperare. Fefellit autem, quod initium à paruis ceperamus*: mox velut aura ſolicitante prouecti longius, dum tantum nota illa, & pleriſque artium ſcriptoribus tractata, præcipimus; nec adhuc à littore procul videbamur, & multos circa velut iiſdem ſe ventis credere auſos habebamus. Iam cum eloquendi rationem nouiſſime repertam, pauciſſimisq; tentatam ingreſſi ſumus, rarus qui iam procul à portu receſſiſſet, reperiebatur. Poſtquam vero nobis ille, quem inſtituebamus, Orator, à dicendi magiſtris dimiſſus, aut ſuo iam impetu fertur, aut maiora ſibi auxilia ex ipſis ſapientiæ penetralibus petit, quam in altum ſimus ablati, ſentire cœpimus. *Nunc cœlum vndique & vndique pontus.* Vnum modo in illa immenſa

* *al.* cœperamus.

Æneid. 3.

ctum eſt quicquam, quo melius eſt aliud. Sed ne more Socraticorum nobiſmetipſis reſponſum finxiſſe videamur; ſit aliquis adeo contra veritatem obſtinatus, vt audeat dicere, eodem ingenio, ſtudio, doctrina præditum, nihilo deteriorem futurum Oratorem malum virum quam bonum. Conuincamus huius quoq; amentiam. Nam hoc certe nemo dubitabit, omnem Oratorem id agere, vt iudici quæ propoſita fuerint, vera & honeſta videantur. Vtrum igitur hoc facilius bonus vir perſuadebit, an malus? Bonus quidem: & dicet ſæpius vera atque honeſta. Sed etiam ſiquando aliquo ductus officio (quod accidere, vt mox docebimus, poteſt;) falſo hæc affirmare conabitur, maiore cum fide neceſſe eſt audiatur. At malis hominibus ex contemptu opinionis, & ignorantia recti, nonnunquam excidit ipſa ſimulatio. Inde immodeſte proponunt, ſine pudore affirmant. Sequitur in iis quæ certum eſt effici non poſſe, deformis pertinacia, & irritus labor. Nam SICVT in vita, ita in cauſſis quoque ſpes improbas habent. Frequenter autem accidit, vt his etiam vera dicentibus fides deſit, videaturque talis aduocatus, malæ cauſſæ argumentum.

Nunc de iis dicendum eſt, quæ mihi quaſi conſpiratione quadam vulgi reclamari videntur. Orator ergo Demoſthenes non fuit? atqui malum virum accepimus. Non Cicero? atqui huius quoq; mores multi reprehenderunt. Quid agam? magna reſponſi inuidia ſubeunda eſt, mitigandæ ſunt prius aures. Mihi enim nec Demoſthenes, tam graui morum dignus videtur inuidia, vt omnia quæ in eum ab inimicis congeſta ſunt, credam; eum & pulcherrima eius in republica conſilia, & finem vitæ clarum legam. Nec Marco Tullio defuiſſe video in vlla parte ciuis optimi voluntatē teſtimonio eſt actus nobiliſſime conſulatus: integerrime prouincia adminiſtrata: & repudiatus vigintiuiratus: & ciuilibus bellis, quæ in ætatem eius grauiſſima inciderunt, neque ſpe, neque metu declinatus animus, quo minus optimis ſe partibus, id eſt reipublicæ iungeret. Parum fortis videtur quibuſdam: quibus optime reſpondit ipſe, non ſe timidum in ſuſcipiendis, ſed in prouidendis periculis: quod probauit morte quoque ipſa, quam præſtantiſſimo ſuſcepit animo. Quod ſi defuit his viris ſumma virtus; ſic quærentibus, an Oratores fuerint; reſpondebo, quomodo Stoici, ſi interrogentur, an ſapiens Zeno, an Cleantes, an Chryſippus; reſpondeant magnos quidem illos ac venerabiles, non tamen id quod natura hominis ſummum habet, conſe-

conſecutos. Nam & Pythagoras, non ſapientem ſe; vt qui ante eum fuerunt; ſed ſtudioſum ſapientiæ vocari voluit. Ego tamen ſecundum communem loquendi conſuetudinem ſæpe dixi, dicamque, perfectum Oratorem eſſe Ciceronem, vt amicos & bonos viros & prudentiſſimos dicimus vulgo, quorum nihil niſi perfectæ ſapienti datur. Sed cum proprie, & ad legem ipſam veritatis loquendum erit, eum quæram Oratorem, quem & ille quærebat. Quanquam enim ſtetiſſe ipſum in faſtigio eloquentiæ fateor, ac vix quid adiici potuerit inuenio, fortaſſe inuenturus quod adhuc abſciſſurum putem fuiſſe; (nam fere ſic docti iudicauerunt, plurimum in eo virtutum, nonnihil fuiſſe vitiorum; & ſe ipſe multa ex illa iuuenili abundantia coercuiſſe teſtatur;) tamen quando nec ſapientis ſibi nomen, minime ſui contemptor, aſſeruit; & melius dicere certa data longiore vita, & ætate ad componendum ſecuriore potuiſſet: non maligne crediderim defuiſſe ei ſummam illam, ad quam nemo propius acceſſit. Et licebat, ſi aliter ſentirem, fortius id & liberius defendere. An vero M. Antonius, neminem à ſe viſum eloquentem, quod tanto minus erat, profeſſus eſt: ipſe etiam M. Tullius, quærit adhuc eum, & tantum imaginatur ac fingit: ego non audeam dicere, aliquid in hac quæ ſupereſt æternitate inueniri poſſe, eo quod fuerit; perfectius? Tranſeo illos qui Ciceroni ac Demoſtheni ne in eloquentia quidem ſatis tribuunt: quanquam neque ipſi Ciceroni Demoſthenes videatur ſatis eſſe perfectus, quem dormitare interim dicit: nec Cicero Bruto Caluoque, qui certe compoſitionem illius etiam apud ipſum reprehendunt: nec Aſinio vtrique, qui vitia orationis eius etiam inimice pluribus locis inſequuntur. Concedamus ſane (quod minime natura patiatur) repertum eſſe aliquem malum virum ſumme diſertum: nihilo tamen minus Oratorem eum negabo. Nam nec omnibus qui fuerint manu prompti, viri fortis nomen conceſſerim; quia SINE virtute intelligi non poteſt fortitudo. An ei qui ad defendendas cauſſas aduocatur, non eſt opus fide, quam nec cupiditas corrumpat, nec gratia auertat, nec metus frangat; ſed proditorem, transfugam, præuaricatorem donabimus Oratoris illo ſacro nomine? Quod ſi mediocribus etiam patronis conuenit hæc quæ vulgo dicitur bonitas; cur non Orator ille qui nondum fuit, ſed poteſt eſſe, tam ſit moribus quam dicendi virtute perfectus? Non enim forenſem quandam inſtituimus operam, nec mercenariam vocem, nec (vt aſpectioribus

Vt ſit Orator vir bonus.

Cic. in Orat. & in Bruto.

Idem in Orato.

ctus, & iudex parum ſibi præſtari reuerentiæ credit. Tranſire in diuerſa ſubſellia, parum verecundum eſt. Nam & Caſſius Seuerus vrbane aduerſus hoc facientes lineam popoſcit. Et ſi aliquando concitate itur, nunquam non frigide reditur. Multa ex iis quæ præcipimus, mutari neceſſe eſt ab iis, qui dicunt apud tribunalia. Nam & vultus erectior, vt eum, apud quem dicitur, ſpectet: & geſtus: vt ad eundem tendens elatior ſit neceſſe eſt: & alia, quæ occurrere etiam me tacente omnibus poſſunt. Itemque ab iis qui ſedentes agunt. Nam & fere fit hoc in rebus minoribus: & iidem impetus actionis eſſe non poſſunt, & quædam vitia fiunt neceſſaria. Nam & dexter pes à læua iudicis ſedenti proferendus eſt, & ex altera parte multi geſtus neceſſe eſt in ſiniſtrum eant, vt ad iudicem ſpectent. Equidem pleroſque & ad ſingulas ſententiarum clauſulas video aſſurgentes ſibi, & nonnullos ſubinde aliquid etiam ſpatiantes: quod an deceat, ipſi viderint, cum id faciunt, non ſedentes agunt. Bibere, aut etiam eſſe inter agendũ, quod multis moris fuit, & eſt quibuſdam, ab Oratore meo procul abſit. Nam ſi quis aliter dicendi onera perferre non poſſit, non ita miſerum eſt non agere, potiuſque multo, quam & operis & hominum contemptum fateri. Cultus non eſt proprius Oratoris aliquis, ſed magis * in Oratore conſpicitur. Quare ſit, vt in omnibus honeſtis debet eſſe, ſplendidus & virilis. Nam & toga, & calceus, & capillus, tam nimia cura quam negligentia ſunt reprehendenda. Eſt aliquid in amictu, quod ipſum aliquatenus temporum conditione mutatum eſt. Nam veteribus nulli ſinus: perquam breues poſt illos fuerunt. Itaque etiam geſtu neceſſe eſt vſos eſſe in principiis eos alio, quorum brachium, ſicut Græcorum, veſte continebatur. Sed nos de præſentibus loquimur. Cui laticlaui ius non erit, ita cingatur, vt tunicæ prioribus oris infra genua paulum poſterioribus ad medios poplites vſque perueniant. Nam infra mulierum eſt, ſupra centurionum. Vt purpuræ recte deſcendant, leuis cura eſt. Notatur interim negligentia. Latum habentium clauum modus eſt, vt ſit paulum cinctis ſummiſſior. Ipſam togam rotundam eſſe, & apte cæſam velim. Aliter enim multis modis fiet enormis. Pars eius prior mediis cruribus optime terminatur, poſterior eadem portione altius quam cinctura. Sinus decentiſſimus, ſi aliquanto ſupra imam togam fuerit, nunquam certe ſit inferior. Ille qui ſub humero dextro ad ſiniſtrum olbique ducitur velut balteus, nec ſtrangulet, nec fluat.

* al. magis more.

ſtuat. Pars togæ quæ poſtea imponitur, ſit inferior: nam ita & ſedet melius, & continetur. Subducenda etiam pars aliqua tunicæ, ne ad lacertum in actu redeat: tum ſinus iniiciendus humero, cuius extremam oram reieciſſe non dedecet. Operiri autem humerum cum toto iugulo non oportet, alioqui amictus fiet anguſtus: & dignitatem, quæ eſt in latitudine pectoris, perdet. Siniſtrum brachium eouſque alleuandum eſt, vt quaſi normalem illum angulum faciat. Super quod ora ex toga duplex æqualiter ſedeat. Manus non impleatur annulis, præcipue medios articulos non tranſeuntibus: cuius erit habitus optimus, alleuato pollice, & digitis leuiter inflexis, niſi ſi libellum tenebit: quod non vtique captandum eſt. Videtur enim fateri memoriæ diffidentiam, & ad multos geſtus eſt impedimento. Togam veteres ad calceos vſque demittebant, vt Græci pallium. Idque vt fiat, qui de geſtu ſcripſerunt circa tempora illa, Plotius Nigidiusque præcipiunt. Quo magis miror Plinii Secundi docti hominis, & in hoc vtique libro pene etiam nimium curioſi, perſuaſionem; qui ſolitum id facere Ciceronem velandarum varicum gratia tradit: cum hoc amictus genus in ſtatuis eorum quoque qui poſt Ciceronem fuerunt, appareat. Palliolum ſicut faſcias quibus crura veſtiuntur, & focalia, & aurium ligamenta, ſola excuſare poteſt valetudo. Sed hæc amictus obſeruatio, dum incipimus: procedente vero actu, iam pene ab initio narrationis ſinus ab humero recte velut ſponte delabitur: & cum ad argumenta ac locos ventum eſt, reiicere à ſiniſtro togam, deiicere etiam, ſi hæreat, ſinum, conueniet. Læuam à faucibus ac ſummo pectore abducere licet. Ardent enim iam omnia. Et vt vox vehementior ac magis varia eſt, ſic amictus quoq; habet actum quendam velut præliantem. Itaque vt læuam * inuoluere toga, & incingi, pene furioſum eſt: ſinum vero in dextrum humerum ab imo reiicere, ſolutum ac delicatum; fiuntque adhuc peius aliqua: ita cur laxiorem ſiniſtro brachio non ſubiiciamus? Habet enim acre quiddam atque expeditum, & colori concitationiq; non inhabile. Cum vero magna pars eſt exhauſta orationis, vtique afflante fortuna pene omnia decent, ſudor ipſe & fatigatio, & negligentior amictus, & ſoluta ac velut labens vndique toga. Quo magis miror hanc quoque ſuccurriſſe Plinio curam, vt ita ſudatio frontem ſiccari iuberet, ne comæ turbarentur, quas componi poſt paulum, ſicuti dignum erat, grauiter & ſeuere vetuit.

* *al.* læna *vt & paulo ante.*

ciatio. Mihi vero illæ quoque turbatæ præ ſe ferre aliquid affectus & ipſa obliuione curæ huius commendari videntur. At ſi incipientibus aut paulum progreſſis decidat toga, non repo nere eam, prorſus negligentis aut pigri, aut quomodo debea amiciri, neſcientis eſt. Hæc ſunt vel illuſtramenta pronuntiationis, vel vitia: quibus propoſitis, multa cogitare debet Orator. Primum, quid, apud quos, quibus præſentibus ſit acturus. Nam vt dicere alia aliis, & apud alios magis conuenit: ſic etiam facere. Neque eadem in voce, geſtu, inceſſu; apud principem, ſenatum, populum, magiſtratum, priuato, publico iudicio, poſtulatione, actione ſimiliter decent. Quam differentiam ſubiicere ſibi quiſque, qui animum intenderit, poteſt; tum qua de re dicat, & efficere quid velit. Rei quadruplex obſeruatio eſt. Vna in tota cauſſa. Sunt enim triſtes, hilares, ſolicitæ, ſecuræ, grandes, puſillæ, vt vix vnquam ita ſolicitari partibus earum debeamus, vt non ſummæ meminerimus. Altera, quæ eſt in differentia partium, vt in procœmio, narratione, argumentatione, epilogo. Tertia, in ſententiis ipſis, in quibus ſecundum res & affectus variantur omnia. Quarta, in verbis, quorum vt eſt vitioſa, ſi efficere omnia velimus, imitatio: ita quibuſdam niſi ſua natura redditur, vis omnis aufertur. Igitur in laudationibus (niſi ſi funebres erunt) gratiarum actione, exhortatione, ſimilibusque, læta & magnifica & ſublimis eſt actio. Funebres conciones, conſolationes, plerunque cauſſæ reorum, triſtes atque ſummiſſæ. In ſenatu conſeruanda autoritas, apud populum dignitas, in priuatis, modus. De partibus cauſſæ, & ſententiis verbisque, quæ ſunt multiplicia, pluribus dicendum. Tria autem præſtare debet pronuntiatio: conciliet, perſuadeat, moueat: quibus natura cohæret, vt etiam delectet. Conciliatio fere aut commendatione morum (qui neſcio quomodo ex voce etiam atque actione perlucent) aut orationis ſuauitate conſtat. Perſuadendi vis aſſeueratione, quæ interim plus ipſis probationibus valet. *An iſta*, inquit Callidio Cicero) *ſi vera eſſent, ſic à te dicerentur? & Tantum abeſt, vt inflammares noſtros animos, ſomnum iſto loco vix tenebamus.* Fiducia igitur appareat, & conſtantia, vtique ſi autoritas ſubeſt. Mouendi autem ratio aut in repræſentandis eſt, aut imitandis affectibus. Ergo cum iudex in priuatis, aut præco in publicis dicere de cauſſa iuſſerit, leniter conſurgendum: tum in componenda toga, vel (ſi neceſſe erit) etiam

etiam ex integro iniicienda, duntaxat in iudiciis (apud principem enim & magiſtratus ac tribunalia non licebit) paulum eſt commorandum, vt & amictus ſit decentior, & protinus aliquid ſpatii ad cogitandum. Etiam cum ad iudicem nos conuerterimus, & conſultus prætor permiſerit dicere, non protinus eſt erumpendum; ſed danda breuis cogitationi mora. Mire enim auditurum dicturi cura delectat, & iudex ſe ipſe componit. Hoc præcipit Homerus Vlyſſis exemplo, quem ſtetiſſe oculis in terram defixis, immotoque ſceptro priuſquam illam eloquentiæ procellam effunderet, dicit. In hac cunctatione ſunt quædam non indecentes, vt appellant ſcenici, moræ; caput mulcere, manum intueri, infringere articulos, ſimulare conatum, ſuſpiratione ſolicitudinem fateri, aut quod quenque magis decet: eaque diutius, ſi iudex nondum intendet animum. Status ſit rectus, æqui & diducti paulum pedes, vel procedens minimo momẽto ſiniſter: genua recta, ſic tamen, vt non extendantur. Humeri remiſſi, vultus ſeuerus, non mœſtus, nec ſtupens, nec languidus: brachia à latere modice remota: manus ſiniſtra, qualem ſupra demonſtraui: dextra cum iam incipiendum erit, paulum prolata vltra ſinum, geſtu quam modeſtiſſimo, velut expectans quando incipiendum ſit. Vitioſa enim ſunt illa, intueri lacunaria, perfricare faciem, & quaſi improbam facere: tendere confidentia vultum, aut, quo ſit magis toruus, ſuperciliis adſtringere: capillos à fronte contra naturam retroagere, vt ſit horror ille terribilis: tum, (id quod Græci frequentiſſime faciunt,) crebro digitorum labiorumque motu commentari, * clare excreare, pedem alterum longe proferre, partem togę ſiniſtra tenere, ſtare diductum vel rigidum, vel ſupinum, vel incuruum, vel humeris, vt luctaturi ſolent, ad occipitium ductis. Prœmio frequentiſſime lenis conuenit pronuntiatio. NIHIL eſt enim ad conciliandum gratius verecundia: non tamen ſemper. Nec enim vno modo dicuntur exordia, vt docui. Plerunque tamen & vox temperata ac geſtus modeſtus, & ſedens humero toga, & laterum lenis in vtranque partem motus, eodem ſpectantibus oculis decebit. Narratio magis prolatam manum, amictum recidentem, geſtum diſtinctum, vocem ſermoni proximam, ac tantum apertiorem, * ſonum ſimplicem frequentiſſime poſtulabit; in his duntaxat, *Quintus igitur Ligarius cum eſſet adhuc nulla belli ſuſpicio.* &, *A. Cluentius Habitus pater huiuſce.* Aliud in eadem poſcunt

Iliad. 3.

al. commentari: ſcreare: pedem.

al. acriorem.

Pro Lig.

Pro Cluen.

Act.3.

poſcunt affectus vel concitati, *Nubit genero ſocrus.* vel flebiles, *Conſtituitur in foro Laodiceæ ſpectaculum acerbum & miſerum toti Aſiæ prouinciæ.* Maxime varia & multiplex actio eſt probationum. Nam & proponere, partiri, interrogare, ſermoni ſunt proxima & contradictionem ſumere. Nam ea quoque diuerſa propoſitio eſt. Sed hæc tamen aliquando irridentes, aliquando imitantes pronuntiamus. Argumentatio plerunque agilior, & acrior, & inſtantior; conſentientem orationi poſtulat etiam geſtum, id eſt fortem celeritatem. Inſtandum quibuſdam in partibus & denſanda oratio. Egreſſiones fere lenes, & dulces, & remiſſæ, vt Raptus Proſerpinæ, Siciliæ deſcriptio, Cn. Pompeii laus. Neque eſt mirum minus habere contentionis ea quæ ſunt extra quæſtionem. Mollior nonnunquam cum reprehenſione diuerſæ partis imitatio, *Videbar videre alios intrantes, alios autem exeuntes, quoſdam ex vino vacillantes.* Vbi non diffidens à voce permittitur geſtus; quo fit in vtranque partem tenera quædam, ſed intra manus tamen, & ſine motu laterum tranſlatio.

¶ Accendendi iudicis plures ſunt gradus. Summus ille, & quo nullus eſt in Oratore acutior: *Suſcepto bello, Cæſar, geſto iam etiam ex parte magna. Prædixit enim, Quantum potero voce contendam, vt populus hæc Romanus exaudiat.* Paulum inferior, & habens aliquid etiam iucunditatis, *Quid enim tuus ille Tubero in acie Pharſalica gladius agebat?* Plinius adhuc & lentius, ideoque dulcius, *In cœtu vero populi Romani negotium publicum gerens.* Producenda omnia trahendæque tum vocales, aperiendæque ſunt fauces. Pleniore tamen hæc canali fluunt, *Vos Albani tumuli atque luci.* Nam cantici quiddam habent, ſenſimque reſupina ſunt, *Saxa atque ſolitudines voci reſpondent.* Tales ſunt illæ inclinationes vocis, quas inuicem Demoſthenes atque Æſchines exprobrant, non ideo improbandæ: cum enim vterque alteri obiiciat, palam eſt vtrunque feciſſe: *Nam neque ille per Marathonis, & Platearum, & Salaminis propugnatores recto ſono iurauit, nec hic Thebas ſermone defleuit.* Eſt his diuerſa vox & pene extra organum, cui Græci nomen amaritudinis dederunt, ſupra modum ac pene naturam vocis humanæ acerba: *Quin compeſcitis vocem iſtam indicem ſtultitiæ, teſtem paucitatis?* Sed id quod excedere modum dixi, in illa parte prima eſt, *Quin compeſcitis.* Epilogus ſi enumerationem rerum habet, deſiderat quandam conciſorum continuationem: ſi ad concitandos iudices eſt accom-

Pro Rabirio Perduel.

modatus

modatus, aliquid ex iis quæ ſupra dixi: ſi placandos, inclinatam quandam lenitatem: ſi miſericordia commouendos, flexum vocis, & flebilem ſuauitatem, qua præcipue franguntur animi, quæque eſt maxime naturalis. *Nam etiam orbos viduaſque videas in ipſis funeribus canoro quodam modo proclamantes.* Hic etiam fuſca illa vox, qualem Cicero fuiſſe in Antonio dicit, mire facit. habet enim in ſe quod imitetur. Duplex eſt tamen miſeratio: altera cũ inuidia, qualis modo dicta de damnatione Philodami: altera cũ deprecatione demiſſior. Quare etiam ſi eſt in illis quoq; cantus obſcurior, *In cœtu vero populi Romani.* non enim hæc rixantis modo dixit. &, *Vos Albani tumuli.* neque enim quaſi inclamaret aut teſtaretur locutus eſt: tamen infinito magis illa flexa & circunducta ſunt, *Me miſerum, me infœlicem.* &, *Quid reſpondebo liberis meis?* &, *Reuocare tu me in patriam potuiſti. Milo per hos, ego te in eadem patria per eoſdem retinere non potero? Et cum bona C. Rabirii vno ſeſtertio addicit, O meum miſerum acerbumque præconium.* Illa quoque mire facit in peroratione velut deficientis dolore & fatigatione confeſſio: vt pro eodem Milone: *Sed finis ſit: neque enim præ lacrymis iam loqui poſſum.* Quæ ſimilem verbis habere debent etiam pronuntiationem. Poſſunt videri alia quoque huius partis atque officii, reos excitare, pueros attollere, propinquos producere, veſtes laniare: ſed ſuo loco dicta ſunt. Et quia in partibus cauſſæ etiam aliis eſt varietas, ſatis apparet accommodandam ſententiis ipſis pronuntiationem, ſicut oſtendimus. Sed verbis quoque, quod nouiſſime dixeram, non ſemper, ſed aliquando. *An non hæc, Miſellus & pauperculus, ſummiſſa atque contracta*: Fortis, & vehemens, & latro, erecta & concitata voce dicenda ſunt? Accedit enim vis & proprietas rebus tali adſtipulatione: quæ niſi adſit, aliud vox, aliud animus oſtendat. Quid, quod eadem verba mutata pronuntiatione indicant, affirmant, exprobrant, negant, mirantur, indignantur, interrogant, irrident, eleuant? Aliter enim dicitur,

Tu mihi quodcunque hoc regni.— &,
Cantando tu illum?— &, *Tune ille Æneas?* -&,
—Meque timoris, *Argue tu Drance.*-

Et ne morer, intra ſe quiſque vel hoc, vel aliud quod volet, per omnes affectus verſet: verum eſſe quod dicimus, ſciet. Viſum iam his adiiciendum eſt, cum præcipue in actione ſpectetur decorum, ſæpe aliud alios dicere. Eſt enim latens quædam

Cic. In Brut. & de Orat.

Act. 7.

Idem pro Milo.

Lib. 7.

Æneid. 1.
Eclog. 3.
Æn 9. & 11.

dam in hoc ratio, & inenarrabilis: & vt vere hoc dictum eſt, caput eſſe artis, *Decere quod facias*: ita id neque ſine arte eſſe, neque totum arte tradi poteſt. In quibuſdam virtutes non habent gratiam, in quibuſdam vitia ipſa delectant. Maximos actores comœdiarum Demetrium & Stratoclem * placere diuerſis virtutibus vidimus. Sed illud minus mirum, quod alter deos, & iuuenes: & bonos patres, ſeruoſque, & matronas, & graues anus optime: alter acres ſenes, callidos ſeruos, paraſitos, lenones, & omnia agitatiora melius. Fuit enim natura diuerſa. Nam vox quoq; Demetrii iucundior, illius acrior erat. Annotandæ magis proprietates, quæ transferri non poterant, manus iactare, & dulces exclamationes theatri cauſſa producere, & ingrediendo ventum concipere veſte, & nonnunquam dextro latere facere geſtus: quod neminem alium præter Demetrium decuit: nanque in hæc omnia, ſtatura & mira ſpecie adiuuabatur. Illum curſus, & agilitas, & vel parum conueniens perſonæ riſus, (quem non ignarus rationis populo dabat) & contracta etiam ceruicula. Quicquid horum alter feciſſet, fœdiſſimum videretur. Quare NORIT ſe quiſque, nec tantum ex communibus præceptis, ſed etiam ex natura ſua capiat conſilium formandæ actionis. Neque illud tamen eſt nefas, vt aliquem vel omnia vel plura deceant. Huius quoque loci clauſula ſit eadem neceſſe eſt, quæ cæterorum eſt, regnare maxime modum. Non enim comœdum eſſe, ſed Oratorem volo. Quare neque in geſtu perſequemur omnes argutias, nec in loquendo diſtinctionibus, temporibus, affectionibus moleſte vtemur: vt ſi ſit in ſcena dicendum,

*al. Stratoclea.

Teren. in Eunucho.

Quid igitur faciam? non eam, ne nunc quidem
Cum arceſſor vltro? an potius ita me comparem,
Non perpeti meretricum contumelias.

Hic enim dubitationis moras, vocis flexus, varias manus, diuerſos nutus actor adhibebit. Aliud oratio ſapit, nec vult nimium eſſe condita. Actione enim conſtat, non imitatione. Quare non immerito reprehenditur pronuntiatio vultuoſa, & geſticulationibus moleſta, & vocis mutationibus reſultans. Nec inutiliter ex Græcis veteres tranſtulerunt, quod ab his ſumptum Lenas Popilius poſuit, eſſe hanc inocioſam actionem. Optime igitur idem, qui omnia, Cicero præceperat, quæ ſupra ex Oratore poſui: quibus ſimilia in Bruto de Marco Antonio dicit. Sed iam recepta eſt actio paulo agitatior, & exigitur, & quibuſdam partibus conuenit: ita tamen temperanda,

Hoc eod. cap.

randa, ne dum actoris captamus elegantiam, perdamus viri boni & grauis autoritatem.

M. FABII QVINTILIANI DE INSTITVTIONE ORATORIA LIBER XII.

PROOEMIVM.

ARGVMENTVM.

Difficillimam operis partem ſibi ſupereſſe, hac præfatione teſtatur: in quam dum à leuioribus initium duxerit, perſeuerando per ſingula pene imprudens euectus ſit: ſed ne nunc quidem deficiendum eſſe, quamuis pauciſſimos habeat quos ſequatur. At Ciceronem quidem ſolum eſſe, qui de optimo dicendi genere ſcripſerit: ſe autem & de genere dicendi, & de moribus Oratoris eſſe dicturum: qua præfatio ad attentionem comparata eſt.

VENTVM eſt ad partem operis deſtinati longe grauiſſimam. Cuius equidem onus ſi tantum opinione prima concipere potuiſſem, quanto me premi ferens ſentio, maturius conſuluiſſem vires meas. Sed initio pudor omittendi quæ promiſeram, tenuit: mox quanquam per ſingulas prope partes labor creſceret, ne perderem quæ iam effecta erant, per omnes difficultates animo me ſuſtentaui. Quare nunc quoque, licet maior quam vnquam moles premat, tamen proſpicienti finem mihi conſtitutum, eſt vel deficere potius, quam deſperare. Feſellit autem, quod initium à paruis cœperamus*: mox velut aura ſolicitante prouecti longius, dum tantum nota illa, & pleriſque artium ſcriptoribus tractata, præcipimus; nec adhuc à littore procul videbamur, & multos circa velut iiſdem ſe ventis credere auſos habebamus. Iam cum eloquendi rationem nouiſſime repertam, pauciſſimisq; tentatam ingreſſi ſumus, rarus qui iam procul à portu receſſiſſet, reperiebatur. Poſtquam vero nobis ille, quem inſtituebamus, Orator, à dicendi magiſtris dimiſſus, aut ſuo iam impetu fertur, aut maiora ſibi auxilia ex ipſis ſapientiæ penetralibus petit, quam in altum ſimus ablati, ſentire cœpimus. *Nunc cœlum vndique & vndique pontus.* Vnum modo in illa

* *al.* cœperamus.

Æneid. 3.

menſa vaſtitate cernere videmur. M. Tullium, qui tamen ipſe, quamuis tanta atque ita inſtructa naue hoc mare ingreſſus, contrahit vela, inhibetque remos, & de ipſo demum genere dicendi quo ſit vſurus perfectus Orator, ſatis habet dicere. At noſtra temeritas etiam mores ei conabitur dare, & aſſignabit officia. Ita nec antecedentem conſequi poſſumus, & longius eundum eſt, vt res feret. Probabilis tamen cupiditas honeſtorum, & vel tutioris audaciæ * eſt tentare quibus paratior venia eſt.

* *al.* audentiæ. *al.* audientiæ, *sed minus recte.*

Non poſſe Oratorem eſſe niſi virum bonum.

CAP. I.

Argvmentvm.

Oſtendit Oratorem niſi bonum virum eſſe non poſſe, non ſolum in dicendi officio, ſed etiam in arte ipſa, & orationis facultate: quod probat ab ingenio, ſtudio, doctrina & autoritate boni Oratoris, quæ ei neceſſaria ſint, malis autem & ſtultis hominibus minime conuenire. ¶ Soluit dicendi contraria exempla in Demoſthene & Cicerone: quos & malos viros fuiſſe negat, & meliores Oratores potuiſſe fieri, ſi omnia perfecta habuiſſent, concedit. ¶ Artem etiam defendit, quæ tametſi in cauſſis malis Oratorem inſtruat, tamen in eiſdem animum Oratoris & conſilium ſpectandum eſſe: quo fiat, vt ſæpe quod contra æquitatem eſſe videatur, ex cauſſa aliqua rectum & honeſtum ſit: vt cum tyranni interfector etiam contra leges defenditur.

Sit ergo nobis Orator, quem inſtituimus, is qui à M. Cicerone finitur, vir bonus dicendi peritus. Verum id quod ille poſuit prius, etiam ipſa natura potius ac maius eſt; vtique vir bonus, non eo tantum, quod ſi vis illa dicendi malitiam inſtruxerit, nihil ſit publicis priuatiſque rebus pernicioſius eloquentia; ſed nos quoque ipſi, qui pro virili parte conferre aliquid ad facultatē dicendi conati ſumus, peſſime mereamur de rebus humanis, ſi latroni comparemus hæc arma, non militi. Quid de nobis loquor? Rerum ipſa natura in eo quod præcipue indulſiſſe homini videtur, quoq; nos à cæteris animalibus ſeparaſſe; non parens, ſed nouerca fuerit; ſi facultatem dicendi, ſociam ſcelerum, aduerſam innocentiæ, hoſtem veritatis inuenit. Mutos enim naſci, & egere omni ratione ſatius fuiſſet, quam prouidentiæ munera in mutuam perniciem conuertere. Longius tendit hoc iudicium meum. Neque enim

Eloquentia quando pernicioſa.

tantum

Vt ſit Orator vir bonus.

Vir bonus vt eſſe debeat Orator.

tantum id dico, eum qui ſit Orator virum bonum eſſe oportere: ſed ne futurum quidem Oratorem, niſi virum bonum. Nam certe neq; intelligentiam conceſſeris iis qui propoſita honeſtorum ac turpium via, peiorem ſe qui malint: neque prudentiam iis qui in grauiſſimas frequenter legum, ſemper vero malæ conſcientiæ pœnas à ſemetipſis improuiſo rerum exitu inducantur. Quod ſi neminem malum eſſe, niſi ſtultum eundem, non modo à ſapientibus dicitur, ſed vulgo quoq; ſemper eſt creditum: certe nō fiet vnquam ſtultus Orator. Adde quod NE ſtudio quidem operis pulcherrimi vacare mens, niſi omnibus vitiis libera, poteſt: primum quod in eodem pectore nullum eſt honeſtorum turpiumq; conſortium: & cogitare optima ſimul ac deterrima, non magis eſt vnius animi, quam eiuſdem hominis bonum eſſe ac malum. Tum illa quoq; ex cauſſa, quod mentem tantæ rei intentam, vacare omnibus aliis etiam culpa carentibus curis oportet. Ita demum enim libera, ac tota nulla diſtringente atque alio ducente cauſſa, ſpectabit id ſolum ad quod accingitur. Quod ſi agrotū nimia cura, & ſolicitior rei familiaris diligentia, & venandi voluptas, & dati ſpectaculis dies; multum ſtudiis auferunt. (Huic enim rei perit tempus quodcunq; alteri datur) quid putamus facturas, cupiditatem, auaritiam, inuidiam? quarum impotentiſſimæ cogitationes, ſomnos etiam ipſos, & illa per quietem viſa perturbant. NIHIL eſt enim tam occupatum, tam multiforme, tot ac tam variis affectibus conciſum atque laceratum, quam mala mens. Nam & cum inſidiatur, ſpe, curis, labore diſtringitur: & iam cum ſceleris compos fuerit, ſolicitudine, pœnitentia, pœnarum omnium expectatione torquetur. Quis inter hæc literis, aut vlli bonæ arti locus? Non hercle magis quam frugibus in terra ſentibus ac rubis occupata. Age, non ad perferendos ſtudiorum labores neceſſaria frugalitas? Quid igitur ex libidine ac luxuria ſpei? Non præcipue acuit ad cupiditatem literarum, amor laudis? Non igitur malis eſſe laudem curæ putamus. Iam hoc quis non videt, maximam partem orationis in tractatu æqui bonique conſiſtere? Dicetne de his ſecundum debitam rerum dignitatem malus atque iniquus? Denique vt maximam partem quæſtionis eximam; demus, id quod nullo modo fieri poteſt, idem ingenii, ſtudii, doctrinæ, peſſimo atq; optimo viro, vter melior dicetur Orator? Nimirum qui homo quoque melior. Non igitur vnquam malus idem homo, & perfectus Orator. NON enim perfectum

ctum eſt quicquam, quo melius eſt aliud. Sed ne more Socraticorum nobiſmetipſis reſponſum finxiſſe videamur; ſit aliquis adeo contra veritatem obſtinatus, vt audeat dicere, eodem ingenio, ſtudio, doctrina præditum; nihilo deteriorem futurum Oratorem malum virum quam bonum. Conuincamus huius quoq; amentiam. Nam hoc certe nemo dubitabit, omnem Oratorem id agere, vt iudici quæ propoſita fuerint, vera & honeſta videantur. Vtrum igitur hoc facilius bonus vir perſuadebit, an malus? Bonus quidem: & dicet ſæpius vera atque honeſta. Sed etiam ſiquando aliquo ductus officio (quod accidere, vt mox docebimus, poteſt;) falſo hæc affirmare conabitur, maiore cum fide neceſſe eſt audiatur. At malis hominibus ex contemptu opinionis, & ignorantia recti, nonnunquam excidit ipſa ſimulatio. Inde immodeſte proponunt, ſine pudore affirmant. Sequitur in iis quæ certum eſt effici non poſſe, deformis pertinacia, & irritus labor. Nam sicvt in vita, ita in cauſſis quoque ſpes improbas habent. Frequenter autem accidit, vt his etiam vera dicentibus fides deſit, videaturque talis aduocatus, malæ cauſſæ argumentum.

Nunc de iis dicendum eſt, quæ mihi quaſi conſpiratione quadam vulgi reclamari videntur. Orator ergo Demoſthenes non fuit? atqui malum virum accepimus. Non Cicero? atqui huius quoq; mores multi reprehenderunt. Quid agam? magna reſponſi inuidia ſubeunda eſt, mitigandæ ſunt prius aures. Mihi enim nec Demoſthenes, tam graui morum dignus videtur inuidia, vt omnia quæ in eum ab inimicis congeſta ſunt, credam; cum & pulcherrima eius in republica conſilia, & finem vitæ clarum legam. Nec Marco Tullio defuiſſe video in vlla parte ciuis optimi voluntatē. teſtimonio eſt actus nobiliſſime conſulatus: integerrime prouincia adminiſtrata: & repudiatus vigintiuiratus: & ciuilibus bellis, quæ in ætatem eius grauiſſima inciderunt, neque ſpe, neque metu declinatus animus, quo minus optimis ſe partibus, id eſt reipublicæ iungeret. Parum fortis videtur quibuſdam: quibus optime reſpondit ipſe, non ſe timidum in ſuſcipiendis, ſed in prouidendis periculis: quod probauit morte quoque ipſa, quam præſtantiſſimo ſuſcepit animo. Quod ſi defuit his viris ſumma virtus; ſic quærentibus, an Oratores fuerint; reſpondebo, quomodo Stoici, ſi interrogentur, an ſapiens Zeno, an Cleantes, an Chryſippus; reſpondeant magnos quidem illos ac venerabiles, non tamen id quod natura hominis ſummum habet,

conſe-

conſecutos. Nam & Pythagoras, non ſapientem ſe; vt qui ante eum fuerunt; ſed ſtudioſum ſapientiæ vocari voluit. Ego tamen ſecundum communem loquendi conſuetudinem ſæpe dixi, dicamque, perfectum Oratorem eſſe Ciceronem, vt amicos & bonos viros & prudentiſſimos dicimus vulgo, quorum nihil niſi perfecte ſapienti datur. Sed cum proprie, & ad legem ipſam veritatis loquendum erit, eum quæram Oratorem, quem & ille quærebat. Quanquam enim ſteriſſe ipſum in faſtigio eloquentiæ fateor, ac vix quid adiici potuerit inuenio, fortaſſe inuenturus quod adhuc abſciſſurum putem fuiſſe; (nam fere ſic docti iudicauerunt, plurimum in eo virtutum, nonnihil fuiſſe vitiorum: & ſe ipſe multa ex illa iuuenili abundantia coercuiſſe teſtatur;) tamen quando nec ſapientis ſibi nomen, minime ſui contemptor, aſſeruit; & melius dicere certa data longiore vita, & ætate ad componendum ſecuriore potuiſſet: non maligne crediderim defuiſſe ei ſummam illam, ad quam nemo propius acceſſit. Et licebat, ſi aliter ſentirem, fortius id & liberius defendere. An vero M. Antonius, neminem à ſe viſum eloquentem, quod tanto minus erat, profeſſus eſt: ipſe etiam M. Tullius, quærit adhuc eum, & tantum imaginatur ac fingit: ego non audeam dicere, aliquid in hac quæ ſupereſt æternitate inueniri poſſe, eo quod fuerit; perfectius? Tranſeo illos qui Ciceroni ac Demoſtheni ne in eloquentia quidem ſatis tribuunt: quanquam neque ipſi Ciceroni Demoſthenes videatur ſatis eſſe perfectus, quem dormitare interim dicit; nec Cicero Bruto Caluoque, qui certe compoſitionem illius etiam apud ipſum reprehendunt: nec Aſinio vtrique, qui vitia orationis eius etiam inimice pluribus locis inſequuntur. Concedamus ſane (quod minime natura patiatur) repertum eſſe aliquem malum virum ſumme diſertum: nihilo tamen minus Oratorem eum negabo. Nam nec omnibus qui fuerint manu prompti, viri fortis nomen concesſerim; quia SINE virtute intelligi non poteſt fortitudo. An ei qui ad defendendas cauſſas aduocatur, non eſt opus fide, quam nec cupiditas corrumpat, nec gratia auertat, nec metus frangat; ſed proditorem, transfugam, prævaricatorem donabimus Oratoris illo ſacro nomine? Quod ſi mediocribus etiam patronis conuenit hæc quæ vulgo dicitur bonitas; cur non Orator ille qui nondum fuit, ſed poteſt eſſe, tam ſit moribus quam dicendi virtute perfectus? Non enim forenſem quandam inſtituimus operam, nec mercenariam vocem, nec (vt aſpectioribus

Vt ſit Orator vir bonus.

Cic. in Orat. & in Bruto.

Idem in Orato.

ſpetioribus verbis parcamus) non inutilem ſane litium aduocatum, quem denique cauſſidicum vulgo vocant; ſed virum cum ingenii natura præſtantem, tum vero tot pulcherrimas artes penitus mente complexum, datum tandem rebus humanis, qualem nulla antea vetuſtas cognouerit, ſingularem, perfectumque, vndique optima ſentientem, optimeque dicentem. In hoc quota pars erit, quod aut innocentes tuebitur, aut improborum ſcelera compeſcet, aut in pecuniariis quæſtionibus veritati contra calumniam aderit? Summus ille quidem in his quoq; operibus fuerit; ſed in maioribus clarius elucebit, cum regenda Senatus conſilia, & popularis error ad meliora ducendus. An non talem quendam videtur finxiſſe Virgilius, quem in ſeditione vulgi iam faces & ſaxa iaculantis, moderatorem dedit?

Æneid.1. *Tum pietate grauem ac meritis ſi forte virum quem*
Conſpexere ſilent, arrectiſque auribus adſtant.

Habemus igitur ante omnia virum bonum: poſt hæc adiecit dicendi peritum,

Eod.lib.1. *Ille regit dictis animos, & pectora mulcet.*

Quid? non in bellis quoque idem ille vir quem inſtituimus, ſi ſit ad prælium miles cohortandus, ex mediis ſapientiæ præceptis orationem trahet? Nam quomodo pugnam ineuntibus, tot ſimul metus laboris, doloris, poſtremo mortis ipſius exciderint; niſi in eorũ locum pietas, & fortitudo, & honeſti præſens imago ſucceſſerit? Quæ certe melius perſuadebit aliis, qui prius perſuaſerit ſibi. Prodit enim ſe, quamlibet cuſtodiatur, ſimulatio: nec vnquam tanta fuerit eloquendi facultas, vt non titubet ac hæreat, quoties ab animo verba diſſentiunt; VIR autem malus aliud dicat neceſſe eſt, quam ſentit. Bonos nunquam honeſtus ſermo deficiet, nunquam rerum optimarum (nam iidem etiam prudentes erunt) inuentio: quæ etiam ſi lenociniis deſtituta ſit, ſatis tamen natura ſua ornatur: nec quicquam non diſerte, quod honeſte dicitur. Quare iuuentus, imo omnis ætas (NEQVE enim rectæ voluntati ſerum eſt tempus vllum) totis mentibus huc tendamus, in hoc elaboremus: forſan & conſummare contingat. Nam ſi natura nõ prohibet eſſe virum bonum, & eſſe dicendi peritum: cur non aliquis etiam vnus vtrunque conſequi poſſit? cur autem non ſe quiſque ſperet fore illum aliquem? Ad quod ſi vires ingenii non ſuffecerint; tamen ad quem vſque modum proceſſerimus, meliores erimus ex vtroque. Hoc certe prorſus eximatur

animo

animo, rem pulcherrimam eloquentiam cum vitiis mentis poſſe miſceri. FACVLTAS dicendi, ſi in malos incidit, & ipſa iudicanda eſt malum: peiores enim illos facit, quibus contingit. Videor mihi audire quoſdam (nec enim deerunt vnquam qui diſerti eſſe, quam boni malint) illa dicentes: Quid ergo tantum eſt artis in eloquentia? cur tu de coloribus, & difficilium cauſarum defenſione, nonnihil etiam de confeſſo loquutus es, niſi aliquando vis & facultas dicendi expugnat ipſam veritatem? BONVS enim vir non agit niſi bonas cauſſas; eas porro etiam ſine doctrina latis per ſe tuetur veritas ipſa. Quibus ego, cum de meo primum opere reſpondero, etiã pro boni viri officio, ſiquando eum ad defenſioně nocentium ratio duxerit, ſatisfaciam. Pertractare enim quo modo aut pro falſis: aut etiam pro iniuſtis aliquando dicatur, non eſt inutile, vel propter hoc ſolum, vt ea facilius & deprehendamus, & refellamus; quemadmodum REMEDIA melius adhibebit, cui nota quæ nocent, fuerint. Neq; enim Academici cum in vtranque diſſerunt partě, non ſecundũ alteram viuunt. Neq; Carneades ille, qui Romæ audiěte Cěſorio Catone nõ minoribus viribus cõtra iuſtitiam dicitur diſſeruiſſe, quam pridie pro iuſtitia dixerat, iniuſtus ipſe vir fuit. Verum & VIRTVS quid ſit, aduerſa ei malitia detegit: & æquitas fit ex iniqui contemplatione manifeſtior; & plurima contrariis probantur. DEBENT ergo Oratori ſic eſſe aduerſariorum nota conſilia, vt hoſtiũ Imperatori. Verum & illud, quod prima propoſitione durum videtur, poteſt afferre ratio, vt vir bonus in defenſione cauſſæ velit auferre aliquando iudici veritatem. Quod ſi quis à me proponi mirabitur; (quanquam non eſt hæc mea proprie ſententia, ſed eorum quos grauiſſimos ſapientiæ magiſtros ætas vetus credidit) ſic iudicet, pleraque eſſe, quæ non tam factis, quam cauſſis eorum, vel honeſta fiant, vel turpia. Nam ſi hominem occidere, ſæpe virtus; liberos necare, nonnunquam pulcherrimum eſt, aſperiora quædam adhuc dictu, ſi communis vtilitas exegerit, facere conceditur. Ne hoc quidem nudum eſt intuendum, qualem cauſſam vir bonus, ſed etiam quare, & qua mente defendat. Ac primum concedant mihi omnes oportet, quod Stoicorum quoq; aſperrimi confitentur, facturum aliquando bonum virum, vt mendacium dicat, & quidem nonnunquam leuioribus cauſſis: vt in pueris ægrotantibus vtilitatis eorum gratia multa fingimus, multa non facturi promittimus: nedum ſi ab homine occidědo graſſator auerten-

Vt ſit Orator vir bonus.

Mendaciũ vt interdũ licitum.

auertendus ſit, aut hoſtis pro ſalute patriæ fallendus: vt hoc, quod alias in ſeruis quoque reprehendendum eſt, ſit alias in ipſo ſapiente laudandum. Id ſi conſtiterit, multa iam video poſſe euenire, propter quæ Orator bene ſuſcipiat tale cauſſæ genus, quale remota ratione honeſta non ſuſcepiſſet. Nec hoc dico, quia ſeueriores ſequi placet leges pro patre, fratre, amico periclitantibus: tametſi non mediocris hæſitatio eſt, hinc iuſtitiæ propoſita imagine, inde pietatis. nihil dubii relinquamus. Sit aliquis inſidiatus tyranno, atque ob id reus: vtrumne ſaluum eum nollet is qui à nobis finitur Orator? an ſi tuendum ſuſceperit, non tam falſis defendet, quam qui apud iudices malam cauſſam tuetur? Quid ſi quædam benefacta damnaturus eſt iudex, niſi ea eſſe non facta conuicerimus: non vel hoc modo ſeruabit Orator non innocentem modo, ſed etiam laudabilem ciuem? Quid ſi quædam iuſta natura, ſed conditione temporum inutilia ciuitati ſciemus: nonne vtemur arte dicendi, bona quidem, ſed malis artibus ſimili? Ad hoc, nemo dubitabit, quin ſi nocentes mutari in bonam mentem aliquo modo poſſint; ſicut poſſe interdum conceditur: ſaluos eſſe eos magis è republica ſit, quam puniri. Si liqueat igitur Oratori, futurũ bonum virum, cui vera obiicientur, non id aget, vt ſaluus ſit? Da nũc vt crimine manifeſto prematur dux bonus, & ſine quo vincere honeſte ciuitas non poſſit: nonne ei communis vtilitas Oratorem aduocabit? Certe Fabricius Cornelium Rufinum, alioqui & malum ciuem, & ſibi inimicum; tamen quia vtilem ſciebat ducem, imminente bello palam conſulem ſuffragio ſuo fecit: atque id mirantibus quibuſdam reſpondit, *A ciue ſe ſpoliari malle, quam ab hoſte venire.* Ita hic ſi fuiſſet Orator, nõ defendiſſet eundem Rufinũ vel manifeſti peculatus reum? Multa dici poſſunt ſimilia; ſed vel vnũ ex his quodlibet ſufficit. Non enim hoc agimus, vt iſtud illi, quẽ formamus, viro ſæpe ſit faciendum: ſed vt ſi talis coegerit ratio, ſit tamẽ vera finitio, Oratorem eſſe virum bonũ dicendi peritum. Præcipere vero ac diſcere quomodo etiam probatione difficilia tractentur, neceſſariũ eſt. Nam frequenter etiam optimæ cauſſæ ſimiles ſunt malis, & innocens reus multis veriſimilibus premitur: quo fit, vt eadẽ actionis ratione ſit defendendus, quaſi nocens eſſet. Iam innumerabilia ſunt bonis cauſſis malisq; cõmunia, teſtes, literæ, ſuſpiciones, opiniones. Non aliter autem veriſimilia quam vera & confirmantur, & refelluntur. Quapropter vt res feret, flectetur oratio, manente honeſta voluntate.

Oratoris finitio.

Cognoſcen-

Oratori cognoſcẽdi mores decentes.

Cognoſcenda eſſe Oratori quibus mores formentur.

CAP. II.

ARGVMENTVM.

Philoſophia cognitionem Oratori neceſſariam eſſe non ad viuendum modo, ſed etiam ad dicendum contendit: nec vnam illius partem, ſed omnes tres, vt Rationalem, Moralem, & Naturalem: quarum ſingularum materiam & vires explicat. ¶ Deinde philoſophiam non ab vno aliquo, ſed ab omnibus, & ab optimo quoque eſſe petendam: cum turpe ſit vni ſectæ addictum eſſe. Nec vero, præcepta tantum, ſed exempla etiam illuſtrium dictorum factorumque cognoſcenda.

QVando igitur Orator eſt vir bonus, is autem citra virtutem intelligi non poteſt; virtus etiam ſi quoſdam impetus ex natura ſumit, tamen perficienda doctrina eſt. mores ante omnia Oratori ſtudiis erunt excolendi; atque omnis honeſti iuſtique diſciplina pertractanda: ſine qua nemo nec vir bonus eſſe, nec dicendi peritus poteſt. Niſi forte accedamus iis, qui natura conſtare mores, & nihil adiuuari diſciplina putant: ſcilicet, vt ea quidem quæ manu fiunt, atq; eorum etiam contemptiſſima, confiteantur egere doctoribus: virtutem vero, quia nihil homini quo ad deos immortales propius accederet, datum eſt, obuiam & illaboratam, tantum quia nati ſimus, habeamus. Abſtinens erit, qui idipſum quid ſit abſtinentia ignorarit? Et fortis, qui metus doloris, mortis, ſuperſtitionis, nulla ratione pugnauerit? Et iuſtus, qui æqui boniq; tractatum, qui leges, quæ natura ſunt omnibus datæ, quæq; propriæ populis & gentibus conſtitutæ, nõ eruditiore aliquo ſermone tractauerit? O quam iſtud parum putãt, quibus tam facile videtur. Sed hoc tranſeo, de quo neminem qui literas vel primis, vt aiunt, labris deguſtarit, dubitaturum puto. ad aliud ſequens reuertar, ne dicendi quidem ſatis peritum fore, qui non & naturæ vim omnem penitus perſpexerit, & mores præceptis ac ratione formarit. Neque enim fruſtra in tertio de Orat. libro L. Craſſus cuncta quæ de æquo iuſto, vero, bono, deque iis quæ ſunt contra poſita dicuntur, propria eſſe Oratoris affirmat: ac philoſophos cum ea dicendi viribus tuentur, vti rhetorum armis, non ſuis. Idem tamen confitetur ea iam eſſe à philoſophia petenda; videlicet quia magis hæc illi videtur in poſſeſſione earum rerum fuiſſe. Hinc etiam illud eſt,

Diſciplina honeſti & iuſti quam ſit Oratori & omnib. neceſſaria.

Abſtinens

Fortis &

Iuſtus quis.

quod Cicero pluribus libris & epiſtolis teſtatur, dicendi facultatem ex intimis ſapientiæ fontibus fluere: ideoq; aliquandiu præceptores eoſdem fuiſſe morum atque dicendi. Quapropter hæc exhortatio mea non co pertinet, vt eſſe Oratorē philoſophum velim, quando nō alia vitæ ſecta longius à ciuilibus officiis, atq; ab omni munere Oratori receſſit. Nam quis philoſophorum aut in iudiciis frequēs, aut clarus in cōcionibus fuit? Quis denique in ipſa (quam maxime plerique præcipiunt, reipublicæ adminiſtratione verſatus eſt? Atqui ego* illū quem inſtituo, Romanum quendam velim eſſe ſapientem, qui non ſecretis diſputationibus, ſed rerum experimentis, atque operibus vere ciuilem virum exhibeat. Sed quia deſerta ab iis qui ſe ad eloquentiam contulerunt, ſtudia ſapientiæ, non iam in actu ſuo atque in hac fori luce verſantur; ſed in porticus & gymnaſia primum, mox in conuentus ſcholarū receſſerunt, id quod eſt Oratori neceſſariū, nec à dicēdi præceptoribus traditur, ab iis petere nimirū neceſſe eſt, apud quos remāſit. Euoluēdi penitus autores, qui de virtute præcipiūt, vt Oratoris vita cum ſcientia diuinarum rerum ſit humanarumque coniuncta. Quæ ipſæ quanto maiores ac pulchriores viderentur, ſi illas ii docerent, qui etiam eloqui præſtantiſſime poſſunt? Vtinamque ſit tempus vnquam, quo perfectus aliquis (qualem optamus) Orator hanc partem ſuperbo nomine, & vitiis quorundam bona eius corrumpentium inuiſam, vendicet ſibi, ac velut rebus repetitis in corpus eloquentiæ adducat. Quæ quidem cum ſit in tres diuiſa partes, Naturalem, Moralem, Rationalem: quæ tandem non eſt cum Oratoris opere coniuncta? Nam vt ordinem retroagamus, de vltima illa, quæ tota verſatur in verbis, nemo dubitauerit? ſi & proprietas vocis cuiuſque noſſe, & ambigua aperire, & perplexa diſcernere, & de falſis iudicare & colligere ac reſoluere, quæ velis, Oratoris eſt, quanquam ea non tam eſt minuteatque conciſe in actionibus vtendum, quam in diſputationibus: quia non docere modo, ſed mouere etiam ac delectare audientes debet Orator: ad quod impetu quoque & viribus ac decore eſt opus: Vt vis amnium maior eſt altis ripis, multoque gurgitis tractu fluentium, quam tenuis aquæ, & obiectu lapillorum reſultantis. Et vt palæſtrici doctores illos quos numeros vocant non idcirco diſcentibus tradunt, vt his omnibus ii qui didicerant in ipſo luctandi certamine vtantur; (plus enim pondere, & firmitate, & ſpiritu agitur;) ſed vt ſubſit copia illa, ex qua

* al. eo.

Oratori cognoſcē di mores decentes.

ex qua vnum aut alterum, cuius ſe occaſio dederit, efficiant: ita hæc pars dialectica, ſiue illam dicere malimus diſputatricem, vt eſt vtilis ſæpe & finitionibus & cōprehenſionibus, & ſeparandis quæ ſunt differentia & reſoluenda ambiguitate; & diſtinguendo, diuidendo, illiciendo, implicando; ita ſi totum ſibi vindicauerit in foro certamen, obſtabit melioribus, & ſectas ad tenuitatē ſuam vires, ipſa ſubtilitate conſumet. Itaque reperias quoſdam in diſputando mire callidos, cum ab illa cauillatione diſceſſerint, non magis ſufficere in aliquo grauiore actu, quam parua quædam animalia, quæ in anguſtiis mobilia campo deprehenduntur. Iam quidem pars illa moralis quæ dicitur Ethice, certe toto Oratori eſt accommodata. Nam in tanta cauſſarum (vt ſuperioribus libris diximus) varietate, cum alia coniectura quærantur, alia finitionibus concludantur, alia iure ſummoueantur, vel transferantur, alia colligantur, vel ipſa inter ſe concurrant, vel in diuerſum ambiguitate ducantur; nulla fere dici poteſt, cuius non parte in aliqua tractatus æqui ac boni reperiatur. Pleraſque vero eſſe quis neſcit, quæ totæ in ſola qualitate conſiſtant? In conſiliis vero quæ ratio ſuadendi eſt ab honeſti quæſtione ſepoſita? Quid illa etiam pars tertia, quæ laudandi ac vituperandi officiis continetur? Nempe in tractatu recti prauique verſatur. An de iuſtitia, fortitudine, abſtinentia, temperantia, pietate, non plurima dicet Orator? ſed ille vir bonus, qui hæc non vocibus tantum ſibi nota atque nominibus, aurium tenus in vſum linguæ perceperit; ſed qui virtutes ipſas mente complexus, ita ſentiet, nec in cogitando ita laborabit, ſed quod ſciet, vere dicet. Cum ſit autem omnis generalis quæſtio ſpeciali potentior, quia vniuerſo pars continetur, non vtique accedit parti quod vniuerſum [illegible] profecto nemo dubitabit generales quæſtiones in illo maxime ſtudiorum more verſatas. Iam vero cum ſint multa propriis breuibusque comprehenſionibus finienda, vnde etiam ſtatus cauſſarum dicitur finitiuus: nonne ad id quoque inſtrui ab iis qui plus in hoc ſtudii dederunt, oportet? Quid? non quæſtio iuris omnis, aut verborum proprietate, aut æqui diſputatione, aut voluntatis coniectura continetur? quorum pars ad rationalem, pars ad moralem tractatum redundat? Ergo natura permiſta eſt omnibus iſtis oratio, quæ quidem oratio eſt vere. Nam ignara quidem huiuſce doctrinæ loquacitas, erret neceſſe eſt, vt quæ vel nullos vel falſos duces habeat. Pars vero naturalis, cum

eſt ad exercitationem dicendi tanto cæteris vberior, quanto maiore ſpiritu de diuinis rebus quam humanis loquendum eſt, tum illam etiam moralem, ſine qua nulla eſſe (vt docuimus) oratio poteſt, totam complectitur. Nam ſi regitur prouidentia mundus, adminiſtranda certe bonis viris erit reſpublica. Si diuina noſtris animis origo, tendendum ad virtutem: nec voluptatibus terreni corporis ſeruiendum. An hæc non frequenter tractabit Orator? Iam de auguriis, reſponſis, religione, denique omnibus, de quibus maxima ſæpe in Senatu conſilia verſata ſunt, non erit ei diſſerendum, ſi quidem (vt nobis placet) futurus eſt vir idem ciuilis? Quæ denique intelligi ſaltem poteſt eloquentia hominis optima neſcientis?

Cic. in Oratore, & in Bruto.

Hæc ſi ratione manifeſta non eſſent, exemplis tamen crederemus. Si quidem & Periclem, cuius eloquentiæ etiam ſi nulla ad nos monumenta venerunt, vim tamen quandam incredibilem cum hiſtorici, tum etiam liberrimum genus hominum comici veteres tradunt: Anaxagoræ phyſici conſtat auditorem fuiſſe, & Demoſthenem principē omnium Græciæ Oratorum dediſſe operam Platoni. Nam M. Tullius non tantum ſe debere ſcholis Rhetorum, quantum Academiæ ſpatiis frequenter ipſe teſtatus eſt. Neque tanta in eo vnquam fuiſſet vbertas, ſi ingenium ſuum conſepto fori, non ipſius rerum naturæ finibus terminaſſet.

In Orat. Ibidem.

Verum ex hoc alia mihi quæſtio exoritur, quæ ſecta conferre plurimum eloquentiæ poſſit: quanquam ea non inter multas poteſt eſſe contentio. Nam in primis nos Epicurus à ſe ipſe dimittit, qui fugere omnem diſciplinam nauigatione quã velociſſima iubet. Neq; vero Ariſtippus ſummum in voluptate corporis bonum ponens, ad hunc nos laborem adhortetur. Pyrrho * quidē, quas in hoc opere partes habere poteſt, cui iudices eſſe, apud quos verba faciant, & reum pro quo loquatur, & ſenatum in quo ſit dicenda ſententia non liquebit: Academiam quidam vtiliſſimam credunt, quod mos in vtranq; partem diſſerendi, ad exercitationem forenſium cauſſarum proxime accedat. Adiiciunt loco probationis, quod ea præſtantiſſimos in eloquentia viros ediderit. Peripatetici ſtudio quoq; ſe quodam oratorio iactant. Nam theſes dicere exercitationis gratia fere eſt ab his inſtitutum. Stoici ſicut copiam nitoremque eloquentiæ fere præceptoribus ſuis defuiſſe concedant neceſſe eſt; ita nullos aut probare acrius aut concludere ſubtilius contendunt. Sed hæc inter ipſos, qui velut ſacramēto rogati, vel etiam ſuperſtitione

** al. Pyrrhon. al. Pyrrhodes, de quo Cic. Acad. quæſt. 4. cuius Philoſophi ſectatores ſeu diſcipuli ἀπορητικοὶ id eſt ambigentes di-*

tione conſtricti, nefas ducũt à ſuſcepta ſemel perſuaſione diſcedere. ORATORI vero nihil eſt neceſſe in cuiuſquam iurare leges. Maius enim eſt opus atq; præſtantius ad quod ipſe tendit, & cuius eſt velut candidatus; ſi quidem eſt futurus cũ vitæ tum etiam eloquentiæ laude perfectus. Quare in exemplum bene dicendi facundiſſimum quenque proponet ſibi ad imitandum: moribus vero formandis quam honeſtiſſima præcepta, rectiſſimamque ad virtutem viam deliget. Exercitatione quidem vtetur omni; ſed tamen erit plurimus in maximis quibuſque, ac natura pulcherrimis. Nam quæ poteſt materia reperiri ad grauiter copioſeq; dicendum magis abundans, quam de virtute, de republica, de prouidentia, de origine animorũ, de amicitia? Hæc ſunt quibus mens pariter atq; oratio inſurgant; vere bona, quę mitigẽt metus, coerceant cupiditates, eximant nos opinionibus vulgi, animumque cœleſtem pariant. Neque ea ſolum quæ talibus diſciplinis continentur, ſed magis etiã quæ ſunt tradita antiquitus, dicta, & acta præclare, & quæ noſſe, & animo ſemper agitare conueniet. Quæ profecto nuſquam plura maioraq;, quam in noſtrę ciuitatis monumentis reperientur. An fortitudinem, iuſtitiam, fidem, continentiam, frugalitatem, contemptũ doloris ac mortis, melius alii docebunt, quam Fabritii, Curii, Reguli, Decii, Mutii, aliiq; innumerabiles? Quantum enim Græci præceptis valent, tantum Romani, quod eſt maius, exemplis. Tantumq; non cognatis id è rebus admoneri ſciet, qui non modo proximum tempus, lucemq; præſentem intueri ſatis credat; ſed omnem poſteritatis memoriam, ſpatium vitæ honeſtæ & curriculum laudis exiſtimet. Hinc mihi illæ iuſtitiæ hauſtus bibat, hinc ſumptã libertatem in cauſſis atque conſiliis præſtet. Neque erit perfectus Orator, niſi qui honeſte dicere & ſciet, & audebit.

Oratori cognoſcēdi mores decentes.

Qui quod nihil affirment, ſed de omnibus ambigant. Vid. Diog. Laert. li. 9.

Orator perfectus qui.

Neceſſariam iuris ciuilis Oratori eſſe ſcientiam.

CAPVT III.

ARGVMENTVM.

Neceſſariam eſſe Oratori iuris ſcientiam, eamque promptam & paratam in omni diſputatione, contendit. Nec difficilem eſſe, cum paucis rebus neque adeo multis præceptis conſtet, & bona parte in bonorum virorum ſenſu ſit poſita. Itaque reprehendit eos, qui relicto eloquentiæ ſtudio, ignauia ſe ad ius ciuile, vel ad philoſophiam contulerunt.

IVris quoque ciuilis neceſſaria huic viro ſcientia eſt, & morum ac religionum eius Reipublicæ quam capeſſet. Nam qualis eſſe ſuaſor in conſiliis publicis priuatisve poterit, tot rerum quibus præcipue ciuitas continetur ignarus? Quo autem modo patronum ſe cauſſarum non falſo dixerit, qui quod eſt in cauſſis potentiſſimum, ſit ab altero petiturus? pene non diſſimilis iis, qui poëtarum ſcripta pronuntiant. Nam quodammodo mandata perferet, & ea quæ ſibi à iudice credi poſtulaturus eſt, aliena fide dicet: & ipſe litigantium auxiliator egebit auxilio. Quod vt fieri nonnunquam minore incommodo poſſit, cum domi præcepta & compoſita, ſicut & cætera quæ in cauſſa ſunt, in diſcendo cognita ad iudicem perferet: quid fiet in iis quæſtionibus, quæ ſubito inter ipſas actiones naſci ſolent? nõ deformiter reſpectet, & inter ſubſellia minores aduocatos interroget? Poteſt autem ſatis diligenter accipere quæ tum audiet, cum ei dicenda ſunt? aut fortiter affirmare, aut ingenue pro ſuis dicere? Poſſit in actionibus: quid fiet in altercatione, vbi occurrendum continuo, nec libera ad diſcendum mora eſt? Quid ſi forte peritus iuris ille non aderit? Quid ſi quis non ſatis in ea re doctus, falſum aliquid ſubiecerit? Hoc enim eſt maximum ignorantiæ malum, quod credit eum ſcire, qui moneat. Neque ego ſum noſtri moris ignarus, oblitusve eorum, qui velut ad arculas ſedent, & tela agentibus ſubminiſtrant: neque idem Græcos quoque neſcio factitaſſe, vnde nomen his pragmaticorum datum eſt. Sed loquor de Oratore, qui non clamorem modo ſuum cauſſis, ſed omnia quæ profutura ſunt, debet. Itaq; eum nec inutilem ſi ad horam forte conſtiterit, neque in teſtationibus faciendis eſſe imperitum velim. Quis enim potius præparabit ea, quæ cum aget, eſſe in cauſſa velit? Niſi forte Imperatorem quis idoneum credit in præliis quidem ſtrenuum & fortem, & omnium quæ pugna poſcit, artificem: ſed neque delectus agere, nec copias contrahere atque inſtruere, nec proſpicere commeatus, nec locum capere caſtris ſcientem: PRIVS eſt enim certe parare bella, quam gerere. Atqui ſimillimus huic ſit aduocatus, ſi plura quæ ad vincendum valent, aliis reliquerit: cum præſertim hoc, quod eſt maxime neceſſarium, ne tam ſit arduum, quam procul intuentibus fortaſſe videatur. Namq; OMNE ius quod eſt certũ, aut ſcripto aut moribus conſtat: dubium, æquitatis regula examinandum eſt. Quæ ſcripta ſunt, aut poſita in more ciuitatis, nullam habent difficul-

difficultatem: cognitionis ſunt enim, non inuentionis, at quæ conſultorum reſponſis explicantur, aut in verborum interpretatione ſunt poſita, aut in recti prauique diſcrimine. Vim cuiuſque vocis intelligere, aut commune prudentium eſt, aut proprium Oratoris: æquitas optimo cuique notiſſima. Nos porro & bonum virum, & prudentem in primis Oratorem putamus: qui cum ſe ad id quod eſt optimum natura, direxerit, non magnopere commouebitur, ſi quis ab eo conſultus diſſentiet, cum ipſis illis diuerſas inter ſe opiniones tueri conceſſum ſit. Sed etiam ſi noſſe quid quiſque ſenſerit, volet; lectionis opus eſt, qua nihil eſt in ſtudiis minus laborioſum. Quod ſi plerique deſperata facultate agendi, ad diſcendum ius declinauerunt, quam id ſcire facile eſt Oratori, quod diſcunt qui ſua quoque confeſſione Oratores eſſe non poſſunt? Verum & M. Cato cum in dicendo præſtantiſſimus, tum iuris idem fuit peritiſſimus: & Scæuolæ Seruioq; Sulpitio conceſſa eſt etiam facundiæ virtus. Et M. Tullius non modo inter agendum nunquam eſt deſtitutus ſcientia iuris, ſed etiam componere aliqua de eo cœperat: vt appareat poſſe Oratorem non diſcendo tantum iuri vacare, ſed etiam docendo. Verum ea quæ de moribus excolendis ſtudioque iuris præcipimus, ne quis eo* credat reprehendenda, quod multos cognouimus, qui tædio laboris, quem ferre tendentibus ad eloquentiam neceſſe eſt, confugerint ad hæc diuerticula deſidiæ: quorum alii ſe ad album ac rubricas tranſtulerunt, & formularii; vel, vt Cicero ait, leguleii quidam eſſe maluerunt: tanquam vtiliora eligentes ea, quorum ſolam facilitatem ſequebantur: alii pigritiæ arrogantioris, qui ſubito fronte conficta, immiſſaque barba; veluti deſpexiſſent oratoria præcepta, paulum aliquid ſederunt in ſcholis philoſophorum, vt deinde in publico triſtes, domi diſſoluti, captarent autoritatem contemptu cæterorum. PHILOSOPHIA enim ſimulari poteſt, eloquentia non poteſt.

Oratori neceſſaria Iuris ciuilis cognitio.

Lectionis vtilitas.

* *al.* ea.

Lib. 1. de Orato. & in orat. pro Mura.

Neceſſariam Oratori cognitionem hiſtoriarum.

CAP. IV.

ARGVMENTVM.

Hiſtoriam quoque Oratori neceſſariam eſſe vult, cum veram, tum etiam fabuloſam: in qua tamen antiquitatis & ſenectutis maior ſit autoritas.

IN primis vero abundare debet Orator exemplorum copia, cum veterum, tum etiam nouorum: adeo vt non ea modo quæ conſcripta ſunt hiſtoriis, aut ſermonibus velut per manus tradita, quæque quotidie aguntur, debeat noſſe: verum ne ea quidem quæ ſunt à clarioribus poetis ficta, negligere. Nam illa quidem priora, aut teſtimoniorum, aut etiam iudicatorum obtinent locum. Sed hæc quoque aut vetuſtatis fide tuta ſunt, aut ab hominibus magnis præceptorum loco ficta creduntur. Sciat ergo quam plurima, vnde etiam SENIBVS autoritas maior eſt, quod plura noſſe & vidiſſe creduntur: quod Homerus frequentiſſime teſtatur. Sed non eſt expectanda vltima ætas, cum ſtudia præſtent, vt quantum ad cognitionem pertinet rerum, etiam præteritis ſeculis vixiſſe videamur.

Iliad. 4 & Odyſſ. 7.

Quæ ſint Oratori inſtrumenta.

CAP. V.

ARGVMENTVM.

Quæ dicta ſunt de moribus Oratoris, & de rerum cognitione, ad inſtrumenta illius pertinent: quibus adduntur hæc artificialia, inuentio, diſpoſitio, elocutio, memoria, actio. Sed inprimis animi præſtantia contra verecundiam eſt neceſſaria, ne debilitetur in agendo Orator, & iuſta fiducia deſtituatur. Vbi quam intelligat verecundiam, declarat, ne ingenuus ac modeſtus pudor reprehendi videatur, qui adeo Oratori eſt neceſſarius, vt ſi deſit, fingendus ſit etiam in dicendo, ac præ ſe ferendus. ¶ Eſſe etiam hæc naturalia neceſſaria parte Oratoris, vocem, latera, decorem: quibus Trachallum temporibus ſuis excelluiſſe dicit.

HÆc ſunt quæ me redditurum promiſeram, inſtrumenta, non artis; vt quidam putauerunt; ſed ipſius Oratoris. Hæc arma habere ad manum, horum ſcientia debet eſſe ſuccinctus, accedente verborum figuratumque facili copia, & inuentionis ratione, & diſponendi vſu, & memoriæ firmitate, & actionis gratia. Sed plurimum ex his valet animi præſtantia, quam nec metus frangat, nec acclamatio terreat, nec audientium autoritas vltra debitam reuerentiam tardet. Nam vt abominanda ſunt contraria his vitia, confidentiæ, temeritatis, improbitatis, arrogantiæ; ita citra conſtantiam, fiduciam, fortitudinem, nihil ars, nihil ſtudium, nihil profectus ipſe

ipſe profuerit: vt ſi des arma timidis & imbellibus. Inuitur mehercle dico; quoniam & aliter accidi poteſt, ipſam verecundiam, vitium quidem, ſed amabile, & quæ virtutes facillime generet: eſſe interim aduerſam, multiſque in cauſſa fuiſſe, vt bona ingenii ſtudiique in lucem non prolata, ſitu quodam ſecreti conſumerentur. Sciat autem ſi quis hæc fortè minus adhuc peritus, diſtinguendi vim cuiuſque verbi leget, non probitatem à me reprehendi; ſed verecundiam, quæ eſt timor quidam reducens animum ab iis quæ facienda ſunt. vnde confuſio, & cœpti pœnitentia, & ſubitum ſilentium. Quis porro dubitet vitiis adſcribere affectum, propter quem facere honeſte pudet? Neque ergo rurſus nolo, eum qui ſit dicturus, & ſolicitum ſurgere, & colore mutari, & periculum intelligere: quæ ſi non accident, etiam ſimulanda erunt: ſed intellectus hic ſit operis, non metus: moueamurne, non concidamus. OPTIMA eſt autem emendatio verecundiæ, fiducia: & quamlibet imbecilla frons, magna conſcientia ſuſtinetur. Sunt & naturalia, vt ſupra dixi, quæ tamen & cura iuuantur, inſtrumenta; vox, latus, decor: quæ quidem tantum valent, vt frequenter famam ingenii faciant. Habuit Oratores ætas noſtra copioſiores: ſed cum diceret, eminere inter æquales Trachallus * videbatur. ea corporis ſublimitas erat, is ardor oculorum, frontis autoritas, geſtus præſtantia, vox quidem, non vt Cicero deſiderat, pene tragœdorum, ſed ſuper omnes, quos ego quidem audierim, tragœdos. Certè cum in baſilica Iulia diceret primo tribunali, quatuor autem iudicia, vt moris eſt, cogerentur, atque omnia clamoribus fremerent, & auditum eum, & intellectum, &, quod agentibus cæteris contumelioſum fuit, laudatum quoque ex quatuor tribunalibus memini. Sed hoc votum eſt, & rara felicitas: quæ ſi non adſit, ſane ſufficiat, ab iis quibus quis dicit, audiri. Talis eſſe debet Orator, & hæc ſcire.

Oratori neceſſaria hiſtoriarum cognitio.

Verecundia quæ damnoſa.

** Huius Oratoris iam ſup. egit libr. 10. c. 1. qui Domitiani Imp. temporibus claruit.*

Quod ſit incipiendi cauſſas agere tempus.

CAP. VI.

ARGVMENTVM.

Mature incipiendum eſſe cauſſas agere præcipit, ne ſi citius id fiat, efferamur: ſin tardius, deficiamus: idque à facilioribus tentandum. Quod poſtquam inceptum eſt, melius eſſe ad ſtudia aliquando reſilire & relabi, & quodammodo renouari, quam ſemel progredi; quo

firmior in poſterum & prudentior Orator euadat. quod Ciceronem feciſſe probat.

AGendi autem initium ſine dubio ſecundum vires cuiuſque ſumendum eſt: neque ego annos definiam cum Demoſthenem puerum admodum actiones pupillares habuiſſe manifeſtum ſit: Caluus, Cæſar, Pollio, multum ante quæſtoriam omnes ætatem grauiſſima iudicia ſuſceperint: prætextatos egiſſe quoſdam ſit traditum: Cæſar Auguſtus duodecim natus annos, auiam pro Roſtris laudauerit. Modus mihi videtur quidam tenendus, vt neque præpropere diſtringatur immatura frons, & quicquid eſt illud adhuc acerbum, proferatur. Nam inde & contemptus operis innaſcitur, & fundamēta iaciuntur impudentiæ, & (quod eſt vbique pernicioſiſſimum) præuenit vires fiducia. Nec rurſus differendum eſt tyrocinium in ſenectutē. Nam quotidie metus creſcit, maiuſq; fit ſemper quod auſuri ſumus: & dum deliberamus quando incipiendum ſit, incipere iam ſerum eſt. Quare fructum ſtudiorum viridem & adhuc dulcem promi decet, dum & venia & ſpes eſt, & paratus fauor, & audere non dedecet: & ſi quid deſit operi, ſupplet ætas: & ſi qua ſunt dicta iuueniliter, pro indole accipiuntur: vt totus ille Ciceronis pro Sexto Roſcio locus, *Quid enim tam commune, quam ſpiritus viuis, terra mortuis, mare fluctuantibus, littus eiectis? Quæ cum ſex & viginti natus annos, ſummis audientium clamoribus dixerit, deferbuiſſe tempore, & annis liquata iam ſenior idem fatetur.* Et hercle quantumlibet ſecreta ſtudia contulerint, eſt tamen proprius quidam fori profectus: alia lex, alia veri diſcriminis facies: pluſque, ſi ſepares, vſus ſine doctrina, quam citra vſum doctrina, valeat. Ideoque nonnulli ſenes in ſchola facti ſtupent nouitate, cum in iudicia venerunt, & omnia ſuis exercitationibus ſimilia deſiderant. At illis & iudex tacet, & aduerſarius obſtrepit, & nihil temere dictum perit: & ſi quid tibi ipſe ſumas, probandum eſt: & laboratam congeſtamque dierum ac noctium ſtudio actionem, aqua deficit: & omiſſo magna ſemper flandi tumore, in quibuſdam cauſſis loquendum eſt, quod illi diſerti minime ſciunt. Itaque nonnullos reperias, qui ſibi eloquentiores videantur, quam vt cauſſas agant. Cæterum illum quem iuuenem, tenerisque adhuc viribus nitentem in forum deduximus; & incipere à quam maxime facili ac fauorabili cauſſa velim, vt catuli ferarum molliore præda ſaginantur: & non vtique ab hoc initio continuare

Vid. Plut. in vita Demoſthenis.

Aſconius apud Gel. ſeptem & viginti *numerat. Cic. in Oratore & Bruto.*

nuare

quare operam, & ingenio adhuc alendo callum inducere; ſed quæ ob. iam ſcientem quid ſit pugna, & in quam rem ſtudendum ſit, refici atque renouari. Sic & tyrocinii metum, dum facilius eſt audere, tranſierit, nec audiendi facilitatem vſque ad contemptum operis adduxerit. Vſus eſt & hac ratione M. Tullius: & cum iam clarum meruiſſet inter patronos, qui tum erant, nomen; in Aſiam nauigauit, ſeque & aliis ſine dubio eloquentiæ ac ſapientiæ magiſtris, ſed præcipue tamen Apollonio Moloni, quem Romæ quoque audierat, Rhodi rurſus formandum ac velut recoquendum dedit. Tum dignum operæpretium venit, cum inter ſe congruunt præcepta & experimenta.

Oratori ſeruanda in ſuſcipiendis cauſſis.

Quæ in ſuſcipiendis cauſſis oratori obſeruanda ſint.

CAP. VII.

ARGVMENTVM.

Oratorem ad defendendum quam ad accuſandum propenſiorem eſſe debere iudicat, & tamen interdum vel publico, vel priuato officio ad accuſandum adduci, non pœna nocentium, ſed emendationis cupiditate. id exemplu clariſſimorum virorum confirmat. ¶ In cauſſis autem recipiendis, quanuis multa ſint: tamen amicis, at potiſſimum ſi iudices fuerint, obſequendum eſſe: ſed cauendum interim, ne quid ambitioſe vel pro potentibus contra dignitatem faciamus. Dimittendam etiam nonnunquam cauſſam imprudenter ſuſceptam, poſtquam iniquam eſſe cognouerimus. ¶ Illud prorſus indignum eſſe adiungit, eloquentiam in quæſtu haberi: tametſi iuſta gratia referenda ſit bene merenti Oratori, præſertim ſi egeat: in quo tamen ipſe modum ſeruare debeat, neque vnquam paciſci cum litigatore, ne merces eſſe videatur potius, quam officioſa beneuolentia: quod valde alienum ſit à liberaliſſima facultate, & infra dignitatem Oratoru.

CVm ſatis in omne certamen virium fecerit, prima ei cura in ſuſcipiendis cauſſis erit: in quibus defendere quidem reos profecto quam facere vir bonus mallet: non tamen ita nomen ipſum accuſatoris horrebit, vt nullo neque publico, neque priuato duci poſſit officio, vt aliquem ad reddendam rationem vitæ vocet. Nam & leges ipſæ nihil valent*, niſi actoris idonea voce munitæ: & ſi pœnas ſcelerum expetere fas non eſt, prope eſt, vt ſcelera ipſa permiſſa ſint: & licentiam malis dari, certe contra bonos eſt. Quare neque ſocio-

*al. valeant.

rum

rum querelas, nec amici vel propinqui necem, nec erupturas in rempublicam conſpirationes inultas patietur Orator: non pœnæ nocentium cupidus, ſed emendandi vitia, corrigendique mores. Nam Qvi ratione traduci ad meliora non poſſunt, ſolo metu continentur. Itaque vt accuſatoriam vitam viuere & ad deferendos reos præmio duci, proximum latrocinio eſt; ita peſtem inteſtinam propulſare, cum propugnatoribus patriæ comparandum. Ideoque principes in Republica viri non detrectauerunt hanc officii partem: crediti que ſunt etiam clari iuuenes, obſidem Reipublicæ dare malorum ciuium accuſationem; quia nec odiſſe improbos, nec ſimultates prouocare, niſi ex fiducia bonę mentis videbantur. Idque cum ab Hortenſio, Lucullis, Sulpitio, Cicerone, Cæſare, pluribus aliis; tum ab vtroque Catone factum eſt: quorum alter appellatus eſt ſapiens, alter niſi creditur fuiſſe, vix ſcio cui reliquerit huius nominis locum. Nanque defendet omnis Orator, idemque portum illum eloquentiæ ſuæ ſalutarem, non etiam piratis patefaciet, ducecturque in aduocationem maxime cauſſa. Quoniam tamen omnes qui non improbe litigabunt, quorum certe bona pars eſt, ſuſtinere non poteſt vnus, aliquid & commendantium perſonis dabit, & ipſorum qui iudicio decernunt *, vt optimi cuiuſque voluntate moueatur, namque hos & amiciſſimos vir bonus habebit. Summouendum vero eſt vtrunque ambitus genus, vel potentibus contra humiles venditandi operam ſuam: vel illud etiam iactantius, minores vtique contra dignitatem attollendi. Non enim fortuna cauſſas vel iuſtas, vel improbas facit. Neque vero pudor obſtet, quo minus ſuſceptam cum melior videretur, litem; cognita inter dicendum iniquitate, dimittat, cum prius litigatori dixerit verum. Nam & in hoc maximum, ſi æqui iudices ſumus, beneficium eſt, vt non fallamus vana ſpe litigantem. Neqve eſt dignus opera patroni, qui non vtitur conſilio. Et certe non conuenit ei quem Oratorem eſſe volumus, iniuſta tueri ſcientem. Nam ſi ex illis, quas ſupra diximus, cauſſis falſum tuebitur; erit tamen honeſtum quod ipſe faciet. Gratiſne ei ſemper agendum ſit, tractari poteſt. Quod ex prima ſtatim fronte diiudicare, imprudentium eſt. Nam quis ignorat, quin id longe ſit honeſtiſſimum, ac liberalibus diſciplinis, & illo quem exigimus animo digniſſimum, non vendere operam, nec eleuare tanti beneficii autoritatem? cum pleraque hoc ipſo poſſint videri vilia, quod pretium

* al. decernent.

tium

tium habent. Cæcis hoc, vt aiunt, ſatis clarum eſt: nec quiſquam qui ſufficientia ſibi (modica autem hæc ſunt) poſſidebit, hunc quæſtum ſine crimine ſordium fecerit. At ſi res familiaris amplius aliquid ad vſus neceſſarios exiget, ſecundum omnes ſapientium leges patietur ſibi gratiam referri: cum & Socratici collocatum ſit ad victum: & Zeno, Cleanthes, Chryſippus mercedes à diſcipulis acceptauerint. Neque enim video quæ iuſtior acquirendi ratio, quam ex honeſtiſſimo labore, & ab iis de quibus optime meruerint, quique ſi nihil inuicem præſtent, indigni fuerint defenſione. Quod quidem non iuſtum modo, ſed neceſſarium etiam eſt, cum hæc ipſa opera, tempuſque omne alienis negotiis datum, facultatem aliter acquirendi recidant. Sed tum quoque tenendus eſt modus: ac plurimum refert, & à quo accipiat, & quantum, & quouſque. Paciſcendi quidem ille piraticus mos, & imponentium periculis pretia, procul abominãda negotiatio, etiam à mediocriter improbis aberit, cum præſertim bonos homines, bonaſque cauſſas tuenti, non ſit metuendus ingratus: qui ſit* futurus, malo tamen ille peccet. Nihil ergo acquirere volet Orator vltra quam ſatis erit: ac ne pauper quidem tanquam mercedem accipiet: ſed mutua beneuolentia vtetur, cum ſciat ſe tanto plus præſtitiſſe: quia nec venire hoc beneficium oportet, nec perire. Denique vt gratus ſit, ad eum magis pertinet, qui debet.

Orato I quæ obſeruanda in diſcendis cauſſis.

Xenophon memorabilium 1.

* *al.* qui ſi futurus.

Quæ in diſcendis cauſſis Oratori obſeruanda ſint.

CAP. VIII.

ARGVMENTVM.

Cauſſam quam dicturus eſt, Oratori diligenter cognoſcendam eſſe præcipit, quòd nonnulli negligentia, alii ambitione leuius curent: neque vero per alium, vt plerique; neque ex libellis, ſed per ſeipſum cognoſcendam. Summam autem diligentiam adhibendam, ita vt etiam neque tempori parcatur, neque fugiatur moleſtia, quo minus ſæpe etiam de eadem re audiamus. Notanda etiam interim eſſe quædam, ne excidant, monet. Acriter quoq; litigatori inſtandum, eumque verſandum omnem in partem, & modo ex noſtra, modo ex aduerſarii perſona agendum. ¶ Inſtrumenta litis & inſpicienda omnia & pertractanda, & per totam cauſſam eundum, perſcrutando eruendoque quicquid in ea vel teſtibus tractandis vel argumentis aptum eſſe queat. ¶ Poſtremo etiam iudicis perſonam eſſe ſumendam, & omni-*

* al. cum q;

& omnibus ante oculos propoſitis, videndum, quid in quaque re firmiſſimum ſit & aſtimandum in vtranque partem, vt totius cauſſæ euentus ante iudicium proſpiciatur.

PRoxima diſcendæ cauſſæ ratio, quod eſt Orationis fundamentum. Neque enim quiſquam tam ingenio tenui reperitur, qui cum omnia, quæ ſunt in cauſſa, diligenter cognouerit, ad docendum certe iudicem non ſufficiat. Sed eius rei pauciſſimis cura eſt. Nam vt taceam de negligentibus, quorum nihil refert vbi litium cardo vertatur, dum ſint quæ vel extra cauſſam ex perſonis, ac* communi tractatu locorum occaſionem clamandi largiantur: aliquos & ambitio peruertit, qui partim tanquam occupati, ſemperque aliud habentes quod ante agendum ſit, pridie ad ſe venire litigatorem, aut eodem matutino iubent. nonnunquam etiam inter ipſa ſubſellia didiciſſe ſe gloriantur; partim iactantia ingenii, vt res cito accepiſſe videantur, tenere ſe & intelligere prius pene quam audiant mentiti, cum multa & diſerte, ſummiſque clamoribus, quæ neque ad iudicem, neque ad litigatorem pertineant, decantauerunt, bene ſudantes beneq; comitati per forũ reducuntur. Ne illas quidem tulerim delicias eorum, qui doceri amicos ſuos iubent: quanquam minus mali eſt, ſi illi ſaltẽ recte diſcant, recteq; doceant. Sed quis diſcet tam bene, quam patronus? Quomodo autem ſequeſter ille & media litium manus, & quidam interpres, impendet æquo animo laborẽ in alienas actiones, cum dicturus ipſe non ſit? Peſſimæ vero conſuetudinis, libellis eſſe cõtentum, quos cõponit aut litigator, qui confugit ad patronum, quia liti ipſe nõ ſufficit: aut aliquis ex eo genere aduocatorum, qui ſe non poſſe agere confitentur: deinde faciunt id quod eſt in agendo difficilimum. Nam qui iudicare quid dicendum, quid diſſimulandum, quid declinandum, mutandum, fugiendum etiam ſit, poteſt; cur non ſit Orator, quando quod difficilius eſt facit? Hi porro non tantũ nocerent, ſi omnia ſcriberent vti geſta ſunt. Nunc conſilium & colores adiiciunt, & aliqua peiora veris, quæ plerique cum acceperunt, immutare nefas habent, & velut themata in ſcholis poſita cuſtodiunt. Deinde deprehenduntur, & cauſſam quam diſcere ex ſuis litigatoribus noluerunt, ex aduerſariis diſcunt. Liberum igitur demus ante omnia iis, quorum negotium erit, tempus ac locum: exhortemurque vltro, vt omnia quamlibet verboſe, & vnde volẽt repetito tempore exponãt.

* al. aut.

Patrocinãtium aduocatorum quorundã abuſus.

NON

Non enim tam obeſt audire ſuperuacua, quam ignorare neceſſaria. Frequenter autem & vulnus & remedium in iis Orator inueniet, quæ litigatori in neutrā partem habere momentum videbantur. Nec tanta ſit acturo memoriæ fiducia, vt ſubſcribere audita pigeat. Nec ſemel audiſſe ſit ſatis; cogendus eadem iterum ac ſæpius dicere litigator, non ſolum quia effugere aliqua prima expoſitione potuerunt, præſertim hominem (quod ſæpe euenit) imperitum: ſed etiam vt ſciamus an eadem dicat. Plurimi enim mentiuntur, & tanquam non doceant cauſſam, ſed agant; non vt cum patrono, ſed vt cum iudice loquuntur. Quapropter nunquam ſatis credendum eſt, ſed agitandus omnibus modis, & turbandus, & euocandus. Nam vt medicis non apparentia modo vitia curanda ſunt, ſed etiam inuenienda quæ latent; ſæpe ipſis ea qui ſanandi ſunt occulentibus: ita aduocatus plura quam oſtenduntur, aſpiciat. Nam cum ſatis in audiendo patientiæ impenderit, in aliam rurſus ei perſonam tranſeundum eſt, agendusque aduerſarius; proponendum quicquid omnino excogitari contra poteſt, quicquid recipit in eiuſmodi diſceptatione natura. Interrogandus quam infeſtiſſime, ac premendus. Nam dum omnia quærimus, aliquando ad verum, vbi minime expectauimus, peruenimus. In ſumma, optimus eſt in dicendo patronus incredulus. Promittit enim litigator omnia, teſtem, populum, paratiſſimas conſignationes, ipſum denique aduerſarium quædam non negaturum. Ideoque opus eſt intueri omne litis inſtrumentum: quod videre non eſt ſatis, perlegendum erit. Nā frequentiſſime aut non ſunt omnino quæ promittebantur, aut minus continent, aut cum alio aliquo nocituro permiſta ſunt, aut nimia ſunt, & fidem hoc ipſo detractura; quod non habent modum. Denique linum ruptum, aut turbata cera*, aut ſine agnitione* ſigna frequenter inuenies: quæ niſi domi excuſſeris in foro inopinata decipient: pluſque nocebunt deſtituta, quàm non promiſſa nocuiſſent. Multa etiam quæ litigator nihil ad cauſſam pertinere crediderit, patronus eruet: modo per omnes quos tradidimus argumentorum locos eat: quos vt circunſpectare in agendo, & attentare ſingulos minime conuenit, propter quas diximus cauſſas: ita in dicendo rimari neceſſarium eſt, quæ perſonæ, quę tempora, quę loca, inſtituta, inſtrumenta: cæteraque ex quibus non tantum illud quod eſt artificiale probationis genus colligi poſſit, ſed qui metuendi teſtes, quomodo ſint refellendi. Nam plurimum refert,

Oratori quæ obſeruanda in diſcendis cauſſis.

* al. cætera.

* al. agnitore.

Sup. lib. 5. c. 10.

refert, inuidia reus, an odio, an contemptu laboret: quorum fere pars prima ſuperiores, proxima pares, tertia humiliores premit. Si cauſſam perſcrutatus, propoſitis ante oculos omnibus quę proſint noceantve; tertiam deinceps perſonam induat Iudicis, fingatque apud ſe agi cauſſam, & quod ipſum mouiſſet de eadem re pronuntiaturum, id potentiſſimum apud quencunque agetur, exiſtimet: & ſic eum raro fallet euentus, aut culpa Iudicis erit.

Quæ ſeruanda in agendis cauſſis Oratori ſint.

CAP. IX.

ARGVMENTVM.

Oratorem in agendo cautum, non ambitioſum eſſe oportere monet: ſed diſſimulandam artem, ſi offenderit, & vtilitati ſeruiendum. Nullam cauſſam vel tenuem illi repudiandam: neque ſi res non ſuppeditat dicendi materiam, extra petendam: & tum vel maxime à maledicendi petulantia, quæ odioſa eſt, nec cauſſa tantum, ſed etiam patrono nocet, abſtinendum. Plures cauſſas, quam agere poſſit, non ſuſcipiendas: & in his quæ dicturus ſit, ſcribenda frequenter, vel etiam ſi fieri poſſit, ſculpenda: hoc eſt, Orator ſe omni ratione ad memoriam comparabit: cuius tamen facultatem non ſemper futuram ait, nec eam, vbi deerit, tentandam, quod obeſſet plurimum: ſed cura potius omni atq; ingenio contendendum: cui doctrina, ſtudium & exercitatio ſuffragabuntur.

QVæ ſint in agendo ſeruanda, toto fere opere executi ſumus: pauca tamen propria huius loci, quæ non tam dicendi arte, quam officiis agendi continetur, attingam. Ante omnia, ne, (quod pleriſque accidit,) ab vtilitate eum cauſſæ, præſentis cupido laudis abducat. Nam VT gerentibus bella, non ſemper exercitus per plana & amœna ducendus eſt; ſed adeundi plerunq; aſperi colles, expugnandæ ciuitates quamlibet præciſis impoſitæ rupibus, aut operum mole difficiles: ita Oratio gaudebit quidem occaſione latius decurrendi, & æquo congreſſa campo, totas vires populariter explicabit: at ſi iuris anfractus, aut eruendæ veritatis latebras adire cogetur, non obequitabit, nec illis vibrantibus concitatiſque ſententiis, velut miſſilibus vtetur: ſed operibus, & cuniculis, & inſidiis & occultis artibus rem geret. Quæ omnia, non dum fiunt, laudantur, ſed cum facta ſunt: vnde etiam cupidis minus opinionis,

Oratori quæ obſeruanda in agendis cauſſis.

nionis, plus fructus venit. Nam cum illa dicendi vitioſa iactatio inter plauſores ſuos detonuit, reſurgit veræ virtutis fortior fama: nec iudices à quo ſint moti diſſimulant, & doctis creditur: nec eſt orationi vera laus, niſi cum finita eſt. Veteribus quidem etiam diſſimulare eloquentiam fuit moris: idque M. Antonius præcipit, quo plus dicentibus fidei, minusq; ſuſpectæ aduocatorum inſidiæ forent. Sed illa diſſimulari quæ tum erat, potuit. nondum enim tantum dicendi lumen acceſſerat, vt etiam per obſtantia erumperet. Quare artes quidem & conſilia lateant, & quicquid ſi deprehenditur, perit. Hactenus eloquentia ſecretum habet. Verborum quidem delectus, grauitas ſententiarum, figurarum elegantia; aut non ſunt, aut apparent, ſed vel propter hoc ipſum oſtentanda nō ſunt, quod apparent: aut ſi vnum è duobus eligendum, cauſſa potius laudetur quam patronus. Finem tamen hunc præſtabit Orator, vt videatur optimam cauſſam optime egiſſe. Illud certum erit, NEMINEM peius agere, quam qui diſplicente cauſſa placet. neceſſe eſt enim extra cauſſam ſit, quod placet. Nec illo faſtidio laborabit Orator, non agendi cauſſas minores, tanquam infra eum ſint, aut detractura ſit opinioni minus liberalis materia. Nam & ſuſcipiendi ratio iuſtiſſima eſt, officiū, & optandum etiam vt amici quam minimas lites habeant: & abunde dixit bene, qui rei ſatisfecit. At quidam etiam ſi forte ſuſceperunt negotia paulo ad dicendum tenuiora, extrinſecus adductis ea rebus circumliniunt: ac ſi defecerint alia, conuitiis implent vacua cauſſarum: ſi cōtingit, veris: ſi minus, fictis: modo ſit materia ingenii, mereaturq; clamorem, dum dicitur. Quod ego adeo longe puto ab Oratore perfecto, vt eum ne vera quidem obiecturum, niſi id cauſſa exigit, credam. Ea eſt enim prorſus canina, vt ait Appius, eloquentia, cenſuram maledicendi ſubire; quod facientibus, etiam male audiendi præſumenda patientia eſt. Nam & in ipſos fit impetus frequenter qui egerunt, & certe patroni petulantiam litigator luit. Sed hæc minora ſunt ipſo illo vitio animi, quo maledicus à malefico non diſtat, niſi occaſione. Turpis voluptas, & inhumana, & nulli audientium bono grata: à litigatoribus quidem frequenter exigitur, qui vltionem malunt, quam defenſionē. Sed neque alia multa ad arbitrium eorum facienda ſunt. Hoc quidem quis hominum liberi modo ſanguinis ſuſtineat, petulans eſſe ad alterius arbitrium? Atqui etiam in aduocatos partis aduerſæ libenter nonnulli inuehuntur: quod niſi forte

Eloquentia canina qua.

meruerunt, & inhumanum eſt reſpectu communium officiorum, & cum ipſi qui dicit, inutile; (nam idem iuris reſponſuris datur) tum cauſſæ contrarium, quia plane & aduerſarii fiunt, & inimici: & quantuluncunque his virium eſt, contumelia augetur. Super omnia petit illa quæ plurimum Oratori & autoritatis & fidei affert modeſtia, ſi à viro bono in rabulam latratoremque conuertitur, compoſitus non ad animum iudicis, ſed ad ſtomachum litigatoris. Frequenter etiam ſpecies libertatis deducere ad temeritatem ſolet, non cauſſis modo, ſed ipſis quoque qui dixerunt, periculoſam. Nec immerito Pericles ſolebat optare, ne quod ſibi verbum in mentem veniret, quo populus offenderetur. Sed quod ille de populo, id ego de omnibus ſentio qui tantundem poſſunt nocere. Nam quæ fortia, dum dicuntur, videbantur; ſtulta cum læſerunt, vocantur. Nunc quia varium fere propoſitum agentium fuit, & quorundam cura tarditatis, quorundam facilitas temeritatis crimine laborauit: quem credam fore in hoc Oratoris modum tradere non alienum videtur. Afferet ad dicendum curæ ſemper quantum plurimum poterit. NEQVE enim ſolum negligentis, ſed & mali, & in ſuſcepta cauſſa perfidi ac proditoris eſt, peius agere quam poſſit. Ideoque ne ſuſcipiendæ quidem ſunt cauſſæ plures, quam quibus ſuffecturum ſe ſciat. Dicet ſcripta quam res patietur plurima: & vt Demoſthenes ait, ſi continget, & ſculpta. Sed hoc aut primæ actiones, aut quæ in publicis iudiciis poſt interiectos dies dantur, permiſerint: at cum protinus reſpondendum eſt, omnia parari non poſſunt: adeo vt paulo minus promptis etiam noceat ſcripſiſſe, ſi alia ex diuerſo quam opinati fuerant, occurrerint. Inuiti enim recedunt à præparatis, & tota actione reſpiciunt, requiruntque num aliquid ex illis interuallis, atque ex tempore dicendis inſeri poſſit. quod ſi fiat non cohæret, nec commiſſuris modo, vt in opere male iuncto hiantibus, ſed ipſa coloris inæqualitate detegitur. Ita nec liber eſt impetus, nec cura contexta, & vtrunque alteri obſtat. Illa enim quæ ſcripta ſunt, retinent animum, non ſequuntur. Itaque in his actionibus omni, vt agricolæ dicunt, pede ſtandum eſt. Nam cum in propoſitione ac refutatione cauſſa conſiſtat, quæ noſtræ partis ſunt, ſcripta eſſe poſſunt, quæ etiam reſponſurum aduerſarium certum eſt; (eſt enim aliquando certum;) pari cura refelluntur. Ad alia vnum paratum afferre poſſumus, vt cauſſam bene nouerimus: alterum ibi ſumere, vt dicentem aduerſarium diligenter

genter audiamus. Licet tamen præcogitare plura, & animum ad omnes caſus componere: idque eſt tutius ſtylo, quo facilius & omittitur cogitatio, & transfertur. Sed ſiue in reſpondendo fuerit ſubito dicendum, ſiue quæ alia ita exegerit ratio, nunquam oppreſſum ſe ac deprehenſum credet Orator, cui diſciplina, & ſtudium, & exercitatio dederit vires etiam facilitatis: quenque armatum ſemper, ac velut in procinctu ſtantem, non magis vnquam in cauſſis oratio, quam in rebus quotidianis ac domeſticis ſermo deficiet, nec ſe vnquam propter hoc oneri ſubtrahet; modo ſit cauſſæ dicendæ tempus: nam cætera ſemper ſciet.

De Genere dicendi.

CAP. X.

ARGVMENTVM.

Varia eſſe dicendi genera, & alium alio delectari; ſicut in picturis & ſtatuis, quorum varios & excellentes artifices commemorat: quibus traductis, ad Orationis ſimilitudinem confert Oratores Latinos, diſtantes inter ſe ac diſſimiles: in quibus tamen Ciceronem vnum omnibus anteponit, & defendit contra obtrectatores. Deinde exponit genera dicendi, & ex tribus optimum facit, quod Atticũ *vocabant: in eoq; reprehendit prauum quorundam iudicium qui ornatum & amplitudinem ab hoc genere remouentes, aridi atq; exſucci erant.* ¶ *Græcorũ autem facundiam Latinæ anteponit: quod & ſono literarum dulcior, & copia verborum vberior ſit. In quo tamen medetur Latinorum inopiæ, quod dotes Græcorum aliis virtutibus æquare poſſint: non verborum modo tractatione, ſed & rebus, illorum opes compenſando, præſertim in magna & ornata oratione: nam in ſubtili Græcos ſuperiores eſſe. Eodemque in loco rurſus improbat Atticos aridos illos atque ieiunos, qui omnia propriis ac neceſſariis modo verbis dicenda putabant: ornatũ negans minus aptum, & ſecundum naturam eſſe in magna oratione, quam proprietatem, in ſubtili: adduq; eodem modo voluptati auditorum ſeruiendum eſſe, dum id caute & modice fiat, ne officiatur cauſſarũ vtilitati. Quæſtionem quoq; aliam inducit hoc loco de dicendi & ſcribendi ratione: quam vult eandem eſſe oportere in vtroque opere: nec aliter ſcripta, quam quæ dicenda forent ad poſteros tradenda eſſe; exceptu iis vbi actio ad tempus & auditorum voluntatem accommodatur, vt in cauſſis. In infinitis quæſtionibus natura rerũ ſicut in dicendo, ita in*

ſcribendo ſeruiendum eſſe. ¶ *Poſt hæc facit alteram diuiſionem orationis, in genus ſubtile, graue, & medium. Quorum primum ad docendum: ſecundum ad mouendum, tertium ad delectandum accommodatum ſit. In ſubtili acumen eſſe; & in narrando probandoque valere. Medium, amœnum, floridum, verbis ac ſententiis mediocriter ornatum. Graue, magnum, vehemens, copioſum, quod non ducat, ſed vi trahat auditorem, & in quamuis partem auferat. Itaq; in eo eſſe perſonarum fictiones liberiores, amplificationes, ſublata contra fidem, & omnia affectuum genera, non tam ad docendum delectandumve quam ad incitandum auditorem accommodata.* ¶ *Addit deinde his tribus & alia quædam genera media inter illa, & ipſorum quodammodo gradibus temperata: vt in muſicis ſonis minus maximo, & rurſus minimo maius, quod tamē medium inter vtrunq; nondum ſit, ſed citra conſiſtat. Atq; in his omnibus generibus vult Oratorem inſtructum ac paratum eſſe debere, vt vnoquoq; apte & decenter vtatur, vel in tota, vel in aliqua parte cauſſa, cum alia alio modo dicenda ſint: vt grauiter, acriter, ſeuere, vehementer, concitate, copioſe, amare, comiter, remiſſe, ſubtiliter, blande, leniter, dulciter, breuiter, vrbane: eoſque reprehendit qui intemperato quodam & plauſibili magis quam ſano genere in cauſſis vtebantur, quaſi hoc eſſet aptum & populare.* ¶ *Poſtremo hæc omnia prædicta facilia eſſe bono & exercitato Oratori iudicat: qui tamen hoc iudicium & modum adhibere debeat, ne intemperantia prolabatur.*

Lib. 2. c. 15. SVpereſt vt dicam de genere orationis. Hic erat propoſitus à nobis in diuiſione prima locus tertius: nam ita promiſeram me de arte, de artifice, de opere dicturum. Cum ſit autem Rhetoris*atque Oratoris opus oratio, pluresq; eius formæ, ſicut oſtendam, in omnibus his & ars eſt, artifex; plurimum tamen inuicem differunt. nec ſolum ſpecie: vt ſignum ſigno, & tabula tabula, & actio actione; ſed genere ipſo, vt à Græcis Tuſcanicæ ſtatuæ, & Aſianus eloquens Attico. Suos autem hæc operum genera quæ dico, vt autores; ſic etiam amatores habent. atque ideo nondum eſt perfectus Orator, ac neſcio an ars vlla, non ſolum quia aliud in alio magis eminet, ſed quod non vna omnibus forma placuit, partim conditione vel temporum vel locorum, partim iudicio cuiuſque atque propoſito. Primi, quorum quidem opera non vetuſtatis modo gratia viſenda ſunt, clari pictores fuiſſe dicuntur Polygnotus atque Aglaophon, quorum ſimplex color tam ſui ſtudioſos adhuc habet, vt illa prope rudia, ac velut futuræ

* *al.* rhetorices.

Plin. li. 34. cap. 7.

De his pictoribus agit Plin. lib. 35. cap.

turæ mox artis primordia, maximis qui poſt eos extiterunt: autoribus præferantur, proprio quodam* intelligendi (vt mea fert opinio) ambitu poſt Zeuſis atque Pharraſius non multum ætate diſtantes (circa Peloponneſia ambo tempora. nam cum Parrhaſio ſermo Socratis apud Xenophontem inuenitur) plurimum arti addiderunt. Quorum prior luminum vmbrarumque inueniſſe rationem, ſecundus examinaſſe ſubtilius lineas traditur. Nam Zeuſis plus membris corporis dedit, id amplius atque auguſtius ratus, atque (vt exiſtimant) Homerum ſecutus, cui validiſſima quæque forma etiam in fœminis placet. Ille vero ita circunſcripſit omnia, vt eum legum latorem vocent; quia deorum atque heroum effigies quales ab eo ſunt traditæ, cæteri tanquam ita neceſſe ſit, ſequuntur. Floruit autem circa Philippum, & vſque ad ſucceſſores Alexandri, pictura præcipue, ſed diuerſis virtutibus. Nam cura Protogenes, ratione Pamphilus ac Melanthius, facilitate Antiphilus, concipiendis viſionibus (quas φαντασίας vocant) Theon Samius, ingenio & gratia quam in ſe ipſe maxime iactat, Appelles eſt præſtantiſſimus. Euphranorum* admirandum facit, quod & cæteris optimis ſtudiis inter præcipuos, & pingendi & fingendique idem mirus artifex fuit. Similis in ſtatuis differentia. Nam duriora, & Tuſcanicis proxima Calon atque Egeſias, iam minus rigida Calamis, molliora adhuc ſupra dictis Myron fecit. Diligentia ac decor in Polycleto ſupra cæteros, cui quanquam à pleriſque tribuitur palma; tamen ne nihil detrahatur, deeſſe pōdus putant. Nam vt humanæ formæ decorem addiderit ſupra verum; ita non expleuiſſe deorum autoritatem videtur. Quin ætatem quoque grauiorem dicitur refugiſſe, nihil auſus vltra læues genas. At quæ Polycleto defuerunt, Phidiæ atque Alcameni dantur. Phidias tamen, diis quam hominibus efficiendis melior artifex traditur: in ebore vero longe citra æmulum, vel ſi nihil niſi Mineruam Athenis, aut Olympium in Elide Iouem feciſſet: cuius pulchritudo adieciſſe aliquid etiam receptæ religioni videtur; adeo maieſtas operis deum æquauit. Ad veritatem* Lyſippum & Praxitelem acceſſiſſe optime affirmant. Nam Demetrius tanquam nimius in ea reprehenditur, & fuit ſimilitudinis quam pulchritudinis amantior. In oratione vero ſi ſpecies intueri velis, totidem pene reperias ingeniorum, quot corporum formas. Sed fuere quædam genera diſendi conditione temporum horridiora, alioqui magnam iam ingenii vim præ ſe fe-

De dicendi genere. 9. & 10.

* *Hic vox* Intelligendi, *pro* iudicandi *poſita: quaſi artem intelligant, id eſt, quomodo tumens vel cauum in plano exprimatur.*

* *al.* Euphranoré.

* *Id eſt, verarum rerū formas expreſſiſſe.*

Horum omnium genera dicẽdi exprimit Cic. de Claris Oratoribus.

rentia. Hinc ſunt Lælii, Africani, Catones, Gracchique, quos tu licet Polygnotos vel Calonas appelles. Mediam illam formam teneant L. Craſſus. Q. Horſius. Tum deinde efflorefcat non multum inter ſe diſtantium temporum oratorum ingens prouentus. Hinc vim Cæſaris, indolem Cælii, ſubtilitatem Callidii, grauitatem Bruti, acumen Sulpitii, acerbitatem Caſſii, diligentiam Pollionis, dignitatem Meſſalæ, ſanctitatem Calui reperiemus. In his etiam quos ipſi vidimus, copiam Senecæ, vires Africani, maturitatem Afri, iucunditatem Criſpi, ſonum Trachalli, elegantiam Secundi. At M. Tullium non illum habemus Euphranorem circa plurium artium ſpecies præſtantem, ſed in omnibus quæ in quoque laudantur, eminentiſſimum. Quem tamen & ſuorum homines temporum inceſſere audebant vt tumidiorem, & Aſianum, & redundantem, & in repetitionibus nimium, & in ſalibus aliquando frigidum, & in compoſitione fractum, exultantem, ac pene (quod procul abſit) viro molliorem. Poſteavero quam triumuirali proſcriptione conſumptus eſt, paſſim qui oderant, qui inuidebant, qui æmulabantur, adulatores etiam præſentis potentiæ, non reſponſurum inuaſerunt. Ille tamen qui ieiunus à quibuſdam & aridus habetur, non aliter ab ipſis inimicis male audire, quam nimiis floribus & ingenii affluentia potuit. Falſum vtrunque, ſed tamen illa mentiendi propior occaſio. Præcipue vero preſſerunt eum, qui videri Atticorum imitatores concupierant. Hæc manus quaſi quibuſdam ſacris initiata, vt alienigenam, & virum ſuperſtitioſum, deuinctumque illis legibus inſequebatur. Vnde nunc quoque aridi, & exucci, & exangues, (hi ſunt enim qui ſuæ imbecillitati, ſanitatis appellationem, quæ eſt maxime contraria, obtendant:) quia clariorem vim eloquentiæ velut ſolem ferre non poſſunt, vmbra magni nominis delitefcunt: quibus quia multa, & pluribus locis Cicero ipſe reſpondit, tutior mihi de hoc diſſerendi breuitas erit. Et antiqua quidem illa diuiſio inter Aſianos atque Atticos fuit, cum hi preſſi & integri, contra inflati illi & inanes haberentur: & in his nihil ſuperflueret, illis iudicium maxime ac modus deeſſet. Quod quidam quorum & Santra eſt, hoc putant accidiſſe, quod paulatim ſermone Græco in proximas Aſiæ ciuitates influente, nondum ſatis periti loquendi, facundiam concupierint: ideoque ea quæ proprie ſignari poterant, circuitu cœperint enuntiare, ac deinde in eo perſeuerarint.

In Bruto.

 De dicendi genere.

nerarint. Mihi autem orationis differentiam feciſſe & dicentium & audientium naturæ videntur, quod Attici limati quidem & emuncti nihil inane aut redundans ferebant. Aſiana gens tumidior alioqui, & iactantior, vaniore etiam dicendi gloria inflata eſt. Tertium mox, qui hæc diuidebant, adiecerunt genus Rhodium: quod velut medium eſſe atque ex vtroque miſtum volunt. Neque enim Attice preſſi, neque Aſiane ſunt abundantes; vt aliquid habere videantur gentis, aliquid autoris. Æſchines enim, qui hunc exilio delegerat locum, intulit eo ſtudia Athenarum, quæ velut ſata quædam cœlo terraque degenerant, ſaporem illum Atticum peregrino miſcuerunt. Lenti ergo quidem ac remiſſi, non ſine pondere tamen: neque fontibus puris, neque torrentibus turbidis, ſed lenibus ſtagnis ſimiles habentur. Nemo igitur dubitauerit longe eſſe optimum genus Atticorum. In quo vt eſt aliquid inter ipſos commune, id eſt iudicium acre, terſumque: ita ingeniorum plurimæ formæ. Quapropter mihi falli multum videntur, qui ſolos eſſe Atticos credunt tenues, & lucidos, & ſignificantes; ſed quadam eloquentiæ frugalitate, ac ſemper manum intra pallium continentes. Nam quis erit hic Atticus? Sit Lyſias. hunc enim amplectuntur amatores iſtius nominis modum. Non igitur iam vſque ad Coccum & Antocidem remittemur? Interrogare tamen velim an Iſocrates Attice dixerit. Nihil enim tam eſt Lyſiæ diuerſum. Negabunt? At eius ſchola Principes Oratorum dedit. Quæratur ſimilius aliquid. Hyperides Atticus? Certe. At plus indulſit voluptati. Tranſeo plurimos, Lycurgum, Ariſtogitona, & his priores, Iſæum, Antiphontem: quos vt homines inter ſe genere ſimiles differentes dixeris ſpecie. Quid ille, cuius modo fecimus mentionem, Æſchines? nonne his latior, & audentior, & excelſior? Quid denique Demoſthenes? non cunctos illos tenues, & circunſpectos, vi, ſublimitate, impetu, cultu, compoſitione ſuperauit? non inſurgit locis? non figuris gaudet? non translationibus nitet? non oratione ficta dat carentibus vocem? non illud iuſiurandum per cæſos in Marathone ac Salamine propugnatores Reipublicæ, ſatis manifeſto docet præceptorem eius Platonem fuiſſe? Quem ipſum num Aſianum appellabimus, plerunque inſtinctis diuino ſpiritu vatibus comparandum? Quid Periclea? ſimilemne credimus Lyſiacæ gracilitati, quem fulminibus & cœleſti fragori comparant Comici, dum illi conuiciantur?

uiciantur? Quid eſt igitur cur in iis demum qui tenui venula calculos fluunt? Atticum ſaporem putent? ibi demum thymum redolere dicant? Quos ego exiſtimo, ſiquod in his finibus vberius inuenerint ſolum, fertilioremve ſegetem, negaturos Atticum eſſe, quod plus quam acceperit ſeminis reddat; quia hanc eius terræ fidem Menander eludit. Itaq; ſi quis nunc ad eas Demoſthenis virtutes, quas ille ſummus Orator habuit; tamen quæ defuiſſe ei, ſiue ipſius natura, ſiue lege ciuitatis videntur, adiecerit; vt affectus concitatius moueat, audiam dicentem; non fecit hoc Demoſthenes? & ſiquid exierit muneris aptius, fortaſſe non poſſit? ſed tamen ſiquid exierit, non erit Atticum? Melius de hoc nomine ſentiant credantque Attice dicere, eſſe optime dicere. Atque in hac tamen opinione perſeuerantes Græcos magis tulerim. Latina mihi facundia, vt inuentione, diſpoſitione, conſilio, cæteris huius generis artibus ſimilis Græcæ, ac prorſus diſcipula eius videtur: ita circa rationem eloquendi vix habere imitationis locum. Nanque eſt ipſis ſtatim ſonus durior, quando & iucundiſſimas ex Græcis literas, non habemus, vocalem alteram, alteram conſonantem, quibus nullæ apud eos dulcius ſpirant: quas mutuari ſolemus, quoties illorum nominibus vtimur. Quod cum contingit, neſcio quomodo velut hilarior protinus renidet oratio, vt in *Zephyris* & *Zopyris*; quæ ſi noſtris literis ſcribantur, ſurdum quiddam & barbarum efficient, & velut in locum earum ſuccedent triſtes & horridæ, quibus Græcia caret. Nam illa quæ ſexta eſt noſtrarum, pene non humana voce, vel omnino non voce potius, inter diſcrimina dentium efflanda eſt: quæ etiam cum vocalem proximam accipit, quaſſa quodam modo, vtique quoties aliquam conſonantium frangit, vt in hoc ipſo frangit, multo fit horridior. Æolicæ quoque literæ, qua *ſeruum ceruumque* dicimus, etiam ſi forma à nobis repudiata eſt, vis tamen nos ipſa perſequitur. Duras & illa ſyllabas facit, quæ ad coniungendas demum ſubiectas ſibi vocales eſt vtilis, alias ſuperuacua, vt *equos* ac *equum* ſcribimus, cum ipſæ etiam hæ vocales duæ efficiant ſonum, qualis apud Græcos nullus eſt, ideoque ſcribi illorum literis non poteſt. Quid, quod pleraque nos illa quaſi mugiente litera cludimus M, qua nullum Græce verbum cadit? At illi ν iucundam, & in fine præcipue quaſi tinnientem, illius loco ponunt, quæ eſt apud nos rariſſima in clauſulis. Quid, quod ſyllabæ noſtræ in B. literam, & D. innitũtur? adeo aſpere

Lege ciuitatis, qua orator vetabatur Epilogo vti, ne affectus moueret.

υ & ζ aut φ

H

e

u

M

N

B D

aſpere, vt plerique non antiquiſſimorum quidem; ſed tamen veterum, mollire tentauerint, non ſolum *auerſa* pro *aduerſis* * dicendo; ſed & in præpoſitione B literæ abſonam & ipſam S ſubiiciendo. Sed accentus quoque cum rigore quodam, tum ſimilitudine ipſa minus ſuaues habemus; quia vltima ſyllaba, nec acuta vnquam excitatur, nec flexa circunducitur; ſed in grauem, vel duas graues cadit ſemper. Itaque tanto eſt ſermo Græcus Latino iucundior, vt noſtri poetæ quoties dulce carmen eſſe voluerunt, illorum id nominibus exornent. His illa potentiora, quod res plurimæ carent appellationibus, vt eas neceſſe ſit transferre, aut circumire: etiam in iis quæ denominata ſunt, ſumma paupertas in eadem nos frequentiſſime reuoluit: at illis non verborum modo, ſed linguarum etiam inter ſe differentium copia eſt. Quare qui à Latinis exiget illam gratiam ſermonis Attici, det mihi in eloquendo eandem iucunditatem, & parem copiam. Quod ſi negatum eſt, ſentētias aptabimus iis vocibus quas habemus, nec rerum nimiam tenuitatem, vt non dicam pinguioribus, fortioribus certe miſcebimus, ne virtus vtraque pereat ipſa confuſione. Nam quo minus adiuuat ſermo, rerum inuentione pugnandum eſt. Senſus ſublimes variique eruantur. Permouendi omnes affectus erunt, oratio tranſlationum nitore illuminanda. Non poſſumus eſſe tam graciles? ſimus fortiores. Subtilitate vincimur? valeamus pondere. Proprietas penes illos eſt certior? copia vincamus. Ingenia Græcorum etiam minora ſuos portus habent, nos plerunque maioribus velis mouemur: validior ſpiritus noſtros ſinus tendat. Non tamen alto ſemper feremur: nam & littora interim ſequenda ſunt. Illis facilis per quælibet vada acceſſus, ego aliquid non multo tamen altius, in quo mea cymba non conſidat, * inueniam. Neque enim ſi tenuiora hæc ac preſſiora Græci melius, in eoque vincimur ſolo, & ideo in comœdiis non contendimus; prorſus tamen omittenda pars hæc orationis, ſed exigenda vt optime poſſumus: poſſumus autem rerum & modo & iudicio eſſe ſimiles: verborum gratia, quam in ipſis non habemus, extrinſecus condienda eſt. An non in priuatis & * acutus, & non aſper & non indiſtinctus & non ſupra modum elatus M. Tullius? non in M. Callidio inſignis hæc virtus? non Scipio, Lælius, Cato in eloquendo velut Attici Romanorum fuerunt? Cui porro non ſatis eſt, quo nihil eſſe melius poteſt? Adhuc * quidam nullam eſſe naturalem putant eloquentiam,

* *al.* abuerſis.

Ab, abs.

* *al.* non ſidat.

* *al.* & acutus, & non indiſtinctus, & nō ſupra.

* *al.* Ad

hoc quidam. nisi quæ ſit quotidiano ſermoni ſimillima, quo cum amicis, coniugibus, liberis, ſeruis loquamur, contenti promere animi voluntatem, nihilque accerſiti * & elaborati requirentes: *al. arceſſiti. quicquid huc ſit adiectum, id eſſe affectationis, & ambitioſæ in loquendo iactantiæ, remotum à veritate fictumq; ipſorum gratia verborum, quibus ſolum à natura ſit officium attributum, ſeruire ſenſibus: Sicvt athletarum corpora etiam ſi validiora fiant exercitatione, & lege quadam ciborum; non tamen eſſe naturalia, atque ab illa ſpecie quæ ſit conceſſa hominibus, abhorrere. Quid enim, inquiunt, attinet circuitu res oſtendere, & translationibus, id eſt, aut pluribus aut alienis verbis, cum ſua cuique ſint aſſignata nomina? Denique antiquiſſimum quenque maxime ſecundum naturam dixiſſe contendunt; mox poetis ſimiliores extitiſſe, etiam ſi parcius, ſimili tamen ratione falſa & impropria virtute * dicentes. *al. virtutes ducentes. Qua in diſputatione nonnihil veri eſt; ideoque non tam procul, quam ſit à quibuſdam, recedendum à propriis atque communibus. Si quis tamen (vt in illo loco dixi compoſitionis) ad neceſſaria, quibus nihil minus eſt, aliquid melius adiecerit, non erit hac calumnia reprehendendus. Nam mihi aliam quandam videtur habere naturam ſermo vulgaris, aliam viri eloquentis oratio: cui ſi res indicare modo ſatis eſſet, nihil vltra verborum proprietatem elaboraret: ſed cum debeat delectare, mouere, in plurimas animum audientis ſpecies impellere, vtetur iis quoque adiutoriis, quæ ab eadem ſunt nobis conceſſa natura. Nam & lacertos exercitatione conſtringere, & augere vires, & colorem trahere, naturale eſt: ideoque in omnibus gentibus alius alio facundior habetur, & eloquendo dulcis magis. Quod ſi non eueniret, omnes pares eſſent, & idem omnes decerer. At loquuntur, & ſeruant perſonarum diſcrimen: ita quo quiſque plus efficit dicendo, hoc magis ſecundum naturæ eloquentiam ducit*. *al. dicit & melius. Quapropter ne illis quidem nimium repugno, qui dandum putant nonnihil eſſe temporibus atque auribus nitidius aliquid atque affectatius poſtulantibus. Itaque non ſolum ad priores Catonem Gracchoſque, ſed ne ad hos quidem Oratorem alligandum puto. Atque id feciſſe M. Tullium video, vt cum omnia vtilitati tum partem quandam delectationi daret, cum & ipſam ſe rem agere diceret; (agebat autem maxime) litigatoris. Nam hoc ipſo proderat quod placebat. Ad cuius voluptates nihil equidem quod addi poſſit inuenio,

 De dicendi genere.

uenio, niſi vt ſenſus non * quidem dicamus plures. Neque e-nim fieri poteſt ſalua tractatione cauſſę, & dicendi autoritate, ſi crebra hæc lumina & continua fuerint, vt non inuicem offecerint. Sed me hactenus cedentem nemo inſequatur vltra, do tempori, ne craſſa toga ſit, non ſerica: ne intonſum caput, non in gradus atque annulos totum comptum: cum in eo qui ſe non ad luxuriam ac libidinem referat, eadem ſpecioſiora quoque ſint, quæ honeſtiora. Cæterum, hoc quod vulgo ſententias vocamus (veteribus præcipueque Græcis in vſu non fuit, apud Ciceronem * inuenio, dum rem contineant, & copia non redundent, & ad victoriam ſpectent, quis vtile neget? Feriunt animum, & vno ictu frequenter impellunt, & ipſa breuitate magis hærent, & dictione perſuadent. Ac ſunt qui hæc excitatiora lumina etiam ſi dicere permittant, à componendis tamen orationibus excludenda arbitrentur. Quocirca mihi ne hic quidem locus intactus eſt omittendus; quod plures eruditorum aliam eſſe dicendi rationem, aliam ſcribendi putauerunt; ideoque in agendo clariſſimos quoſdam nihil poſteritati manſuriſque mox literis reliquiſſe: vt Periclem & Demadem: rurſus alios ad componendum optimos, actionibus idoneos non fuiſſe, vt Iſocratem: præterea in agendo plus impetus poſſe plerunque, & petitas, vel paulo licentius voluptates. Commouendos enim eſſe, docendoſque animos imperitorum. At quod libris dedicatur, & in exemplum editur, terſum ac limatum, & ad legem ac regulam compoſitum eſſe oportere: quia veniat in manus doctorum, & iudices artis habeat artifices. Quin illi ſubtiles, vt ſimiles ac multi perſuaſerunt magiſtri, παράδειγμα dicendo, ἐνθύμημα ſcribendo eſſe altius tradiderunt. Mihi vnum atque idem videtur bene dicere, ac bene ſcribere: neque aliud eſſe oratio ſcripta, quam monumentum actionis habitæ. Itaque nullas non (vt opinor) debet habere virtutes, non dico * nulla vitia. Nam imperitis placere aliquando quæ vitioſa ſunt, ſcio. Quo differunt igitur? Quod, ſi mihi des cõcilium iudicum ſapientum, perquã multa recidam ex orationibus nõ Ciceronis modo, ſed etiam eius qui eſt ſtrictior multo, Demoſthenis. Neque enim affectus omnino mouendi erunt, nec aures delectatione mulcendæ, cum etiam proœmia ſuperuacua eſſe apud tales, Ariſtoteles exiſtimet. Non enim trahentur his illi ſapientes, proprie & ſignificanter rem iudicare, probatione colligere ſatis eſt. Cum vero iudex detur aut populus, aut ex populo laturique ſen-

tentiam

* al. nos.

* In Bruto.

Id. Cic. vbi ſup.

* al. virtutes dico, non vitia.

tentiam indocti ſæpius, atque interim ruſtici, omnia quæ ad obtinendum quod intendimus, prodeſſe credimus,* adhibēda ſunt: eaque etiam cum dicimus, promenda, & cum ſcribimus, vt doceamus quomodo dici oporteat. An Demoſthenem mallem ſic egiſſe vt ſcripſit, aut Ciceronem? aut eos præſtantiſſimos Oratores alio quam ſcriptis cognoſcimus? Melius egerunt igitur, an peius? nam ſi peius; ſic potius oportuit dici vt ſcripſerunt: ſi melius, ſic oportuit ſcribi vt dixerunt. Quid ergo? Semper ſic aget Orator vt ſcribit? Si licebit, ſemper. quod ſi impediant breuitate tempora à iudice data, multum ex eo quod potuit dici, recidetur: editio habebit omnia. Quæ autem ſecundum naturam iudicantium dicta ſunt, non ita poſteris tradentur, ne videantur propoſiti fuiſſe non temporis. Nam id quoque plurimum refert, quo modo iudex audire velit: atque ei vultus ſæpe ipſe rectus eſt dicentis, vt Cicero præcipit. Ideoque inſtandum iis quæ placere intellexeris, reſiliendum ab iis quæ non recipientur. Sermo ipſe qui facile iudicem doceat, optandus. Nec id mirũ ſit, cum etiam teſtium perſonis aliqua mutentur. Prudenter enim, qui cum interrogaſſet ruſticum teſtem, an Amphiona noſſet, negante eo, detraxit aſpirationem, breuiauitque ſecundam eius nominis ſyllabam, & ille eum ſic optime norat. Huiuſmodi caſus efficiunt vt aliquando dicatur aliter quam ſcribitur, cum dicere quomodo ſcribendum eſt, non licet. Altera eſt diuiſio, quæ in tres partes & ipſa diſcedit, qua diſcerni poſſe etiam recte dicendi genera inter ſe videntur. Namq; vnum ſubtile, quod ἰσχνὸν vocant. Alterum grande atque robuſtum, quod conſtituunt ἁδρόν. Tertium alii medium ex duobus: alii floridum, nanque id ἀνθηρὸν appellant, addiderunt, quorum tamen ea fere ratio eſt, vt primum docendi, ſecundum mouendi, tertium illud vtrocunque nomine, delectandi, ſiue aliud interconciliandi præſtare videtur officiũ. In docendo autē acumen, in interconciliando lenitas, in mouēdo grauitas videatur. Itaq; illo ſubtili præcipue ratio narrãdi probandiq; cõſtet: ſed quod etiam detractis cæteris virtutibus, ſuo genere plenum ſit. Medius hic modus, & trãslationibus crebrior, & figuris erit iucũdior, egreſſionibus amœnus, compoſitione aptus, ſententiis dulcis; lenior tamen, vt amnis lucidus quidam, & virentibus vtrinque ſyluis inumbratus. At ille qui ſaxa deuoluat, & pontem indignetur, & ripas ſibi faciat, multus & torrens iudicem vel nitentem contra, feret, cogetque ire qua rapit. Hic Orator &

al. credemus & poſt dicemus & ſcribemus.

Differentiam f & ph aſſignat Priſcian. li. 1.

De dicendi genere.

tos & defunctos excitabit; vt Appium Cæcum: apud hunc & patria ipſa exclamabit, aliquemque (vt apud Ciceronem in oratione contra Catilinam in Senatu) alloquetur. Hic & amplificationibus extollet orationem, & vi ſuperlationum quoq; eriget: *Quæ Charybdu tam vorax?* &, *Oceanus medius fidius ipſe.* Nota ſunt enim iam ſtudioſis hæc lumina. Hic deos ipſos in congreſſum, prope ſuum ſermonemq; deducet. *Vos enim Albani tumuli atq; luci: vos, inquam, Albanorum obrutæ aræ, ſacrorum populi Romani ſociæ & æquales. Hic iram, hic miſericordiam inſpirabit, hic dicet, Te vidit, & fleuit, & appellauit, & per omnes affectus tractatur.* Hinc itaque illuc ſequetur, nec doceri deſiderabit. Quare ſi ex tribus his generibus neceſſario ſit eligendum vnum, quis dubitet hoc præferre omnibus, & validiſſimum alioqui, & maximis quibuſque cauſſis accommodatiſſimum? Nam & Homerus breuem quidem cum animi iucunditate, & propriam; (id enim eſt non errare verbis) & carentem ſuperuacuis eloquentiam Menelao dedit, quæ ſunt virtutes generis illius primi. Et ex ore Neſtoris dixit dulciorem melle profluere ſermonem; qua certe delectatione nihil fingi maius poteſt. Sed ſummam aggreſſus, vt in Vlyſſe, facundiam: magnitudinem illi iunxit: cui orationem niuibus hybernis, * & copia verborum, atque impetu parem tribuit. Cum hoc igitur nemo mortalium contendet: hunc vt deum homines intuebuntur. Hanc vim & celeritatem in Pericle miratur Eupolis, hanc fulminibus Ariſtophanes comparat: hæc eſt vera dicendi facultas. Sed neque his tribus quaſi formis incluſa eloquentia eſt. Nam vt inter gracile validumque, tertium aliquid conſtitutum eſt: ita horum interualla ſunt. Atq; inter hæc ipſa miſtū quiddam ex duobus medium eſt eorum. Nam & ſubtili plenius aliquid atque ſubtilius, & vehementi remiſſius atque vehementius inuenitur: vt illud leue * aut aſcendit ad fortiora, aut ad tenuiora ſummittitur: ac ſic prope innumerabiles ſpecies reperiuntur, quæ vtique aliquo momento inter ſe differant: ſicut quatuor generaliter ventos à totidem mundi cardinibus accepimus flare, cum interim plurimi medii eorum, varietate regionū ac fluminū proprie deprehendantur. Eademque muſicis ratio eſt, qui cum in cithara quinque conſtituerunt ſonos, plurima deinde varietate complent ſpatia illa neruorum, atque iis quos interpoſuerunt, inſerunt alios, vt pauci illi tranſitus multos gradus habeant. Plures igitur etiam eloquentiæ facies; ſed ſtultiſſimum quærere ad quam recturus ſe

Pro Cælio. *Inuect.* 1.

Pro Milo.

Iliad. γ.

Iliad. α.

Iliad. γ.

* al. hybernis copia.

In comœdia Δῆμοι.

In nebulis.

* al. lene.

rus ſe ſit Orator: cum omnis ſpecies, quæ modo recta eſt, habeat vſum, atque idipſum omne ſit Oratoris, quod vulgo genus dicendi vocant. Vtetur enim, vt res exiget, omnibus, nec pro cauſſa modo, ſed & pro partibus cauſſæ. Nam vt non eodem modo pro reo capitis, & in certamine hæreditatis, & de interdictis ac ſponſionibus, & de certa re credita dicet, ſententiarũ in ſenatu; & concionum, & priuatorum conſiliorum ſeruabit diſcrimina, vitam ex differentia perſonarum, locorum, temporumque mutabit: ita in eadem oratione aliter conciliabit, non ex iiſdem partibus iram & miſericordiam petet: alias ad docendum, alias ad mouendum adhibebit artes. Non vnus color procemii, narrationis, argumentorum egreſſionis, perorationis, ſeruabitur. Dicet idem grauiter, ſeuere, acriter, vehementer, concitate, copioſe, amare, comiter, remiſſe, ſubtiliter, blande, leniter, dulciter, breuiter, vrbane; non vbique ſimul, ſed vbicunque par ſit. ſic fiet tum id propter quod maxime repertus eſt vſus orationis, vt dicat, & vtiliter, & ad efficiendum quod intendit, potenter: tum laudem quoque nec doctorum modo, ſed etiam vulgi conſequetur. Falluntur enim plurimum, qui vitioſum & corruptum dicendi genus, quod aut verborum licentia reſultat aut puerilibus ſententiolis laſciuit, aut immodico tumore turgeſcit, aut inanibus locis bacchatur, aut caſuris, ſi leuiter excutiantur, floſculis nitet, aut præcipitia pro ſublimibus habet, aut ſpecie libertatis inſanit: magis exiſtimant populare atq; plauſibile. Quod quidem placere multis, nec inficior, nec miror. Eſt enim iucundioris ac fauorabilis qualiſcunque eloquentiæ, & ducit animos naturali voluptate vox omnis, neque aliunde illi per fora atque aggerem circuli: quod * minus mirum eſt, quod nulli non agentium parata vulgi corona eſt. Vbi vero quid exquiſitius dictum accidit auribus imperitorum, qualecunque id, quod modo ſe ipſi poſſe deſperent, habet admirationem, neque immerito: nam ne illud quidem facile eſt. Sed euaneſcunt hæc atque emoriuntur comparatione meliorum: vt lana tincta fuco citra purpuram placet: at ſi contuleris etiam lucernæ*: conſpectu melioris obruatur, vt Ouidius ait. Si vero iudicium his corruptis acrius adhibeas, vt buccinis purpuram: iam illud quod fefellerat, exuat mentitum colorem, & quadam vix enarrabili fœditate palleſcat. Luceat igitur hæc citra ſolem, vt & quædam* exigua animalia igniculi videntur in tenebris. Denique MALA multi probant, nemo improbat

* al. quo.

* al. lacernæ.

* Lampyridas *Græ-*

improbat bona. Neque vero omnia iſta de quibus locuti ſumus, Orator optime tantum, ſed etiam facillime faciet. Neq; enim vis ſumma dicendi eſt admiratione digna, ſi infelix vſq; ad vltimum ſolicitudo perſequitur, ac Oratorem macerat & coquit, ægre verba vertentem, & perpendendis coagmentandiſque eis intabeſcentem. Nitidus ille, & ſublimis, & locuples, circunfluentibus vndique eloquentiæ copiis imperat. Deſinit enim in aduerſa niti, qui peruenit in ſummum. Scandenti, circa ima labor eſt: cæterum quantum proceſſeris, mollietur diues & lætius ſolum. Et ſi hæc quoque iam læuius ſuprema perſeuerantibus ſtudiis euaſerit, inde fructus illaborati offerunt ſeſe, & omnia ſponte proueniunt: quæ tamen quotidie niſi decerpantur, areſcunt. Sed & copia habet modum, ſine quo nihil nec laudabile, nec ſalutare eſt: & nitor ille cultum virilem, & inuentio iudicium. Sic erunt magna, non nimia: ſublimia, non abrupta: fortia, non temeraria: ſeuera, non triſtia: grauia, non tarda: læta, non luxurioſa: iucunda, non diſſoluta: plena, non tumida. Similis in cæteris ratio eſt. TVTISSIMA fere per medium via, quia vtriuſque vltimum *, vitium eſt.

Oratoris ſtudia poſt finē. ...ci vocant, Horatius noctilucā, Cicero, Nitedulam.

* al. extremum.

Quæ poſt finem ſtudia.

CAP. XI.

ARGVMENTVM.

Oratorem emeritū, & iam vel ætate vel alio incommodo ingraueſcentem, mature ceſſare ab opere iubet: non ita tamen, vt ſe otio dedat, ſed vt vel hiſtoriam ſcribat, aut præceptis eloquētiæ, formandiſque nouis Oratoribus operam det, ſuo Ciceroniſque exemplo. ¶ *Deinde excuſat præceptorū magnitudinē, & extenuat non in artibus tantum ac rerum cognitione percipienda, ſed etiam in moribus. & nos ingenii ac voluntatis noſtræ admonet, in qua ſitum ſit vt boni viri eſſe velimus, cum ad virtutem & honeſtatem nati ſimus. Ingenii vim immenſam eſſe, modo id artibus diſcendis (quod vel ſolius adoleſcentiæ ſpatio fieri poſſit) rationem & ordinem & modum adhibeamus, nec indulgeamus vitiis quorundam præceptorum, & nos ipſi finem in ſcholis mature faciamus. Rerum autem cognitionem, vſum nobis & lectionem allaturam eſſe, nec ita multo tempore, ſi ſtudiis iis otium & horas vacuas impendamus. Id exemplis illuſtrium & doctiſſimorum virorum confirmat, quibus nos ad ſpem eloquentiæ ſtudiumque capeſcendum hortatur, nec remittendum co-*

dum conatum, quominus, ſi ad ſumma non poterimus, ſaltem ad aliquem locum perueniamus.

al. conciliis.

HIs dicendi virtutibus vſus Orator in iudiciis, conſiliis *, concionibus, Senatu, in omni denique officio boni ciuis; finem quoque dignum & optimo viro, & opere ſanctiſſimo faciet: non quia prodeſſe vnquam ſatis ſit, & illa mente, atque illa facultate prædito non conueniat operis pulcherrimi quam longiſſimum tempus, ſed quia decet hoc quoque proſpicere, ne quid peius quam fecerit, faciat. Neque enim ſcientia modo conſtat Orator, quia* augetur annis, ſed voce, laterum firmitate: quibus fractis aut imminutis ætate, ſeu valetudine; cauendum eſt, ne quid in Oratore ſummo deſideretur, ne interſiſtat fatigatus, ne quę dicet, parum audiri ſentiat, ne ſe queratur priorem. Vidi ego longe omnium quos mihi cognoſcere contigit, ſummum Oratorem, Domitium Afrum valde ſenem, quotidie aliquid ex ea quam meruerat autoritate perdentem, cum agente illo, quem principem fuiſſe quondam fori non erat dubium; alii (quod indignum videbatur) riderent, alii* erubeſcerent: quæ occaſio illis fuit dicendi, malle eum deficere quam deſinere. Neque erant illa qualiacunque mala, ſed minora. Quare antequam in has ætatis veniat inſidias, receptui canet, & in portum integra naue perueniet. Neque enim minores eum cum id fecerit, ſtudiorum fructus ſequentur. Aut ille monumenta rerum poſteris, aut, vt L. Craſſus in libris Ciceronis deſtinabat, quærentibus tradet, aut eloquentiæ componet artem, aut pulcherrimis vitæ præceptis dignum os dabit. Frequentabunt vero eius domum optimi iuuenes more veterum, & veram dicendi viam, velut ex oraculo petent. Hos ille formabit quaſi eloquentiæ parens, & vt vetus gubernator, littora & portus, & quæ tempeſtatum ſigna, quid ſecundis flatibus, quid aduerſis ratis poſcat, docebit, non humanitatis ſolum communi ductus officio, ſed amore quodam operis. Nemo enim minui velit id, in quo maximus fuit. QVID porro eſt honeſtius, quam docere quod optime ſcias? Sic ad ſe Cælium deductum à patre Cicero profitetur. Sic Panſam, Hircium, Dolabellam in morem præceptoris exercuit, quotidie dicens, audienſque. Ac neſcio an eum tunc beatiſſimum credi oporteat fore, cum iam ſecretus & conſecratus, liber inuidia, procul à contentionibus, famam in tuto collocarit, & ſentiat viuus eam quæ poſt fata præſtari magis

al. quæ.

al. alii dolerent, alii erubeſcerent.

Oratoribus ſenio confectis quid præſtandum. De Orat. I. Cic. Epiſt. Famil. IX. & Sueto. de Rhetor. illuſt.

ſolet

ſolet, venerationem, & quid apud poſteros futurus ſit, vide- bit. Conſcius ſum mihi, quantum mediocritate valui, quæq; antea ſcierim, quæque operis huiuſce gratia potuerim inquirere; candide me atque ſimpliciter in notitiam eorum, ſiqui forte cognoſcere voluiſſent, protuliſſe. Atque id viro bono ſatis eſt docuiſſe quod ſcierit. Vereor tamen, ne aut magna nimium videar exigere, qui eundem virum bonum eſſe, & dicendi peritum velim: aut multa, qui tot artibus in pueritia diſcendis, morum quoque præcepta, & ſcientiam iuris ciuilis, præter ea quæ de eloquentia tradebantur, adiecerim: quique hæc operi noſtro neceſſaria eſſe crediderim, velut pondus rei perhorreſcant, ac deſperent ante experimentum. Sed hi primum renuntient ſibi, quanta ſit humani ingenii vis, quam potens efficiendi quæ velit; cum maria tranſire, ſyderum curſus numeroſque cognoſcere mundum ipſum pene dimetiri, minores, ſed difficiliores artes potuerint. Tum cogitent, quantam rem petant, quamque nullus ſit hoc propoſito præmio labor recuſandus. Quod ſi mente conceperint, huic quoque parti facilius accedent, vt ipſum iter neque imperuium, neque ſaltem durum putent. Nam id quod prius, quodque maius eſt, vt boni viri ſimus, voluntate maxime conſtat: quam qui vera fide induerit, facile eaſdem quæ virtutem docent artes accipiet. Neque enim aut tam perplexa, aut tam numeroſa ſunt quæ premunt, vt non paucorum admodum annorum intentione diſcantur. Longam enim facit operam, quod repugnamus. Breuis eſt inſtitutio vitæ honeſtæ beatæque, ſi credas. Natura enim nos ad mentem optimam genuit: adeoque diſcere meliora volentibus promptum eſt, vt vere intuenti mirum ſit illud magis, malos eſſe tam multos. Nam vt aqua piſcibus, vt ſicca terrenis, circunfuſus nobis ſpiritus volucribus conuenit: ita certe facilius eſſe oportebat, ſecundum naturam, quam contra eam viuere. Cætera vero, etiam ſi ætatem noſtram non ſpatio ſenectutis, ſed tempore adoleſcentiæ metiamur, abunde multos ad diſcendum annos habent. Omnia enim breuiora reddet ordo, & ratio, & modus; ſed culpa eſt in præceptoribus prima, libenter detinentibus puerum, partim cupiditate diutius exigendi mercedulas, partim ambitione, quo difficilius ſit quod pollicentur, partim etiam inſcitia tradendi, vel negligentia. Proxima in nobis, qui morari in eo quod nouimus, quam diſcere quæ nondum ſcimus, melius putamus. Nam vt de no-

Oratoris ſtudia poſt finē.

de noſtris potiſſimum ſtudiis dicam, quid attinet tam multis annis, quam in more eſt plurimorum (vt de his a quibus magna in hoc pars ætatis abſumitur, taceam) declamitare in ſchola, & tantum laboris in rebus falſis conſumere, cum ſatis ſit modico tempore imaginem veri diſcriminis, & dicendi leges comperiſſe? Quod non dico, quia ſit vnquam omittenda dicendi exercitatio; ſed quia non ſit in vna eius ſpecie conſeneſcendum. Cognoſcere enim, & præcepta viuendi perdiſcere, & in foro nos experiri potuimus, dum ſcholaſtici ſumus. DICENDI ratio talis, vt non multos annos poſcat. Quælibet enim ex iis artibus, quarum prius habui mentionem, in paucos libros contrahi ſolet. adeo infinito ſpatio ac traditione opus non eſt. Reliqua eſt, quæ vires cito facit, conſuetudo. Rerum cognitio quotidie creſcit, & tamen multorum ad eas librorum neceſſaria lectio eſt, quibus aut rerum exempla ab Hiſtoricis, aut dicendi ab Oratoribus petuntur. Philoſophorum quoque conſultorumque opiniones, ſicut alia, velimus legere neceſſarium eſt. Quæ quidem poſſumus omnia: ſed breue nobis tempus nos facimus. Quantulum enim ſtudiis impartimur? Alias horas vanus ſalutandi labor, alias datum fabulis otium, alias ſpectacula; alias conuiuia trahunt. Adjice tot genera ludendi, & inſanam corporis curam. Trahat inde peregrinatio, rura, calculorum anxiæ ſolicitudines, multæ cauſſæ libidinum, & vinum, & flagitioſus omni genere voluptatum animus. Ne ea quidem tempora idonea, quæ ſuperſunt. Quæ ſi omnia ſtudiis impenderentur, iam nobis longa ætas, & abunde ſatis ad diſcendum ſpatia viderentur: & diurna tantum computantibus tempora: & noctes, quarum bona pars omni ſomno longior eſt, adiuuarent. Nunc computamus annos, non quibus ſtuduimus, ſed quibus viximus. Nec vero ſi Geometræ, & Grammatici, cæterarumque artium profeſſores omnem ſuam vitam, quamlibet longa fuerit, in ſingulis artibus conſumpſerunt; ſequitur vt plures quaſdam vitas ad plura diſcenda deſideremus. Neque illi didicerunt hæc vſque in ſenectutem, ſed ea ſola didiciſſe contenti fuerunt, at tot annos in vtendo, non in percipiendo exhauſerunt. Cæterum vt de Homero taceam, in quo nullius non artis, aut perfecta, aut certe non dubia veſtigia reperiuntur: vt Eleum Hippiam tranſeam, qui non liberalium modo diſciplinarum præ ſe ſcientiam tulit, ſed veſtem & annulum, crepidasque, quæ omnia manu ſua fecerat, in vſu habuit, atque ita ſe præparauit, ne cuius

Cic. 3. de Orat. Idem 1. & 3. eiuſd. & 2. de Finib.

ius alterius ope egeret, neve vllius rei: Gorgias quoque ſummæ ſenectutis id quærere auditores, de quo quiſque vellet, iubebat. Quæ tandem ars digna literis Platoni defuit? Quot ſeculis Ariſtoteles didicit, vt non ſolum, quæ ad philoſophos atque Oratores pertinent, ſcientia complecteretur, ſed animalium ſatorumque naturas omnes perquireret? Illis enim hæc inuenienda fuerunt, nobis cognoſcenda ſunt. Tot nos præceptoribus, tot exemplis inſtruxit antiquitas: vt poſſit videri nulla ſorte naſcendi ætas felicior, quam noſtra, cui docendæ priores elaborauerunt. Marcus Cenſorius Cato, idem Orator, idem hiſtoriæ conditor, idem iuris, idem rerum ruſticarum peritiſſimus, inter tot operas militiæ, tantas domi contentiones, rudi ſeculo literas Græcas ætate iam declinata didicit, vt eſſet hominibus documento, ea quoque percipi poſſe, quæ ſenes concupiſſent. Quam multa, imo pene omnia tradidit Varro? Quod inſtrumentum dicendi M. Tullio defuit? Quid plura? cum etiam Cornelius Celſus mediocri vir ingenio, non ſolum de his omnibus conſcripſerit artibus, ſed amplius rei militaris, & ruſticæ etiam, & medicinæ præcepta reliquerit? dignus vel ipſo propoſito, vt eum ſciſſe omnia illa credamus. At perficere tantum opus, arduum eſt, & nemo perfecit. Ante omnia ſufficit ad exhortationem ſtudiorum, non capere id rerum naturam, vt quicquid non eſt factum, ne fieri quidem poſſit: cum omnia quæ magna ſunt atque admirabilia, tempus aliquod quo primum efficerentur, habuerint. Quantum enim Poeſis ab Homero & Virgilio, tantum faſtigium accepit eloquentia à Demoſthene atque Cicerone. Denique quidquid eſt optimum, ante non fuerat. Verum etiam ſiquis ſumma deſperet; (quod cur faciat, cui ingenium, valetudo, facultas, præceptor, non deerunt?) tamen eſt (vt Cicero ait) pulchrum in ſecundis tertiiſque conſiſtere. Neque enim ſiquis Achillis gloriam in bellicis conſequi non poteſt, Aiacis aut Diomedis laudem aſpernabitur: neque cui Homeri, non Tyrtæi. Quinimo ſi hanc cogitationem homines habuiſſent, vt nemo ſe meliorem fore eo qui optimus fuiſſet, arbitraretur: ii ipſi, qui ſunt optimi non fuiſſent: neque poſt Lucretium, ac Macrum Virgilius, neque poſt Craſſum & Hortenſium Cicero; ſed nec alii poſtea vicerint. Verum vt tranſeundi ſpes non ſit, magna tamen eſt dignitas ſubſequendi. An Pollio & Meſſala, qui iam Cicerone arcem tenente eloquentiæ, agere cœperunt, parum in vita dignitatis habuerunt, pa-

Oratoris ſtudia poſt finẽ.

Cenſorius Cato quibus præſtitus.

Cornelius Celſus.

Cic. in Orato.

rum, ad poſteros gloriæ tradiderunt? Alioqui peſſime de rebus humanis perductæ in ſummum artes mererentur, ſi quod optimum fuiſſet, defuiſſet. Adde quod magnos modica quoque eloquentia parit fructus: ac ſi quis hæc ſtudia vtilitate ſola metiatur, pene illi perfectæ par eſt. Neque erat difficile, vel veteribus vel nouis exemplis palam facere; non aliunde maiores honores, opes, amicitias, laudem præſentem, futuram hominibus contigiſſe; ſi tamen dignum literis eſſet, ab opere pulcherrimo, cuius tractus atque ipſa poſſeſſio pleniſſimam ſtudiis gratiam refert; hanc minorem exigere mercedem, more eorum qui à ſe non virtutes, ſed voluptatem, quæ fit ex virtutibus, peti dicunt. Ipſam igitur orandi maieſtatem, qua nihil dii immortales melius homini dederunt, & qua remota muta ſunt omnia, & luce præſenti & memoria poſteritatis carent, toto animo petamus, nitamurque ſemper ad optima: quod facientes, aut euademus in ſummum, aut certe multos infra nos videbimus.

Totius operis concluſio. Habes Marcelle Victori, quibus præcepta dicendi pro virili parte adiuuare poſſe per nos videbantur: quorum cognitio ſtudioſis iuuenibus, ſi non magnam vtilitatem afferet, at certe, quod magis petimus, bonam voluntatem.

Hic finiunt feliciter

M. FAB. QVINTIL. DE INSTITVTIONE Oratoria ad Marcellum Victorium libri duodecim.

DANIELIS

DANIELIS PAREI PHIL. FILII

In

M. FABII QVINTILIANI Inſtitutiones Oratorias

SPICILEGIVM SVBSICIVVM:

In quo

Aliquammulta FABII LOCA explicantur, illuſtrantur, emendantur.

Google

DANIELIS PAREI

In

MARCI FABII QVINTILIANI Inſtitutionum Oratoriarum libros duodecim

SPICILEGIVM SVBSECIVVM.

EPISTOLA AD TRYPHONEM Bibliopolam.

M. *Fabius Quintilianus.*] Huic FABIO ſtudium vitæ & votum, ſuiſmet ingenii monumentis commendato, exponit Martialis Poeta feſtiuiſſimus, lib. II. Epigr. XC.

Quintiliane vaga moderator ſumme iuuentæ,
Gloria Romanæ Quintiliane togæ. &c.

De cuius Eloquentiſſimi Rhetoris patria non ſecus inter ſcriptores diſceptatur, atque olim de maximo illo vatum HOMERO contendebant, ſeptem illæ famigeratiſſimæ Græciæ vrbes:

Smyrna, Rhodus, Colophon, Salamin, Ios, Argos, Athenæ.

Alii namque Romanum; Calagurritanum ſeu Hiſpanum alii prædicant. Pro Hiſpanis tanquam pro aris & focis propugnat eruditiſſimus de Societate IESV *Matthæus Raderus*, Commentar. ad Martialis illud Epigramma; pag. 210. cuius ſententiam me non pigebit adſcripſiſſe: Ego, inquit, pro Hiſpanis propugno: mecumque Magnus Auſonius in commemoratione Profeſſorum de Ti. Victore Mineruio.

 Primus

Primus Burdigalæ columen dicere Mineruæ,
Alter Rhetoricâ Quintiliane togâ.

Et poſtea:

Adſerat vſque licet Fabium Calagurris alumnum,
Non ſit Burdigalæ dum cathedra inferior

Accedit & doctiſſimus ſanctiſſimusque teſtis Hieronymus, ſeu potius ante Hieronymum Euſebius in Chronico Olymp. 211. *M. Fabius Quintilianus Romam à Galba perducitur.* Et ibid. Olymp. 217. anno Domitiani VIII. *Quintilianus ex Hiſpania Calagurritanus primus Romæ publicam ſcholam aperuit, & ſalarium è fiſco accepit.* Ipſe Hieronymus aduerſus Vigilantium. *Iſte Caupo Calagurritanus, & in perverſum propter nomen viculi mutus Quintilianus miſcet aquam vino.* Caſſiodorus in Chronico: *Siluano & Priſco Coſſ. Quintilianus ex Hiſpania primus Romæ ſcholam publicam aperuit, & ſalarium è fiſco accepit.* Volaterranus lib. 19. Anthrop. cap. 1. *M. Fabium Quintilianum ortum in Hiſpania conſtat è Ciuitate Calagurritana, vt Euſebio placet. Hieronymus vero ex ea ciuitate fuiſſe ſcribit, ex qua etiã tempore Theodoſii Cæſaris Aur. Prudentium Clementem Chriſtianum Poetam floruiſſe teſtatus. Ipſe denique Quintilianus Hiſpanos prouinciales ſuos vocat. &c.* Angelus Politianus Præfat. in Quintil. *p. 5. M. Fabius Quintilianus ex Hiſpania oppido Calagurri maxime propter obſeſſum in eo ſertorium inſigni Nerone imperante à Galba, qui & ipſe deinde Imperator fuit Romam adoleſcens admodum perductus eſt.* In ſententiam properant Hiſtoriographi rerum Hiſpanarum. Nec te moueat, quod Martialis lib. VI Epig. LXII. Quintiliani non meminerit. Ea tempeſtate libros Inſtitut. 12. Quintilianus nondum vulgarat; quos poſtea demum, quam docere deſierat, cõpoſuit, vt ipſe teſtis eſt Procem. libr. 1. Poeta vero Epigrammati præſcripſit, *ſcriptores vnde,* &c. Doctor erat, tum Fabius, nondum ſcriptor, niſi vnius forte & alterius declamationis. Alterum eſt, quod rationis ſpeciem habere videtur, cum ipſe Fabius lib. V. ſcribit à ſe adoleſcente cultum eſſe Domitium Afrum ſenem. Et libr. X. ait, ſibi viſum Domitium Afrum, & Iulium Africanum. Afrum vero Euſebius ſub Nerone refert crapula interiiſſe; ſed Euſebius annum non aſſignat, & errare in anno potuit, vt in Plinio Secundo Iuniore, quem cum auunculo confundit, erraſſe oſtenditur. Quamquam idem ſæpius, vt mendoſus vel falſus caſtigatur. Aut (ſi locus diuinationi) potuit Fabius etiam fuiſſe Romæ priuatim, rediiſſeque in patriam, ex qua publice à Galba

poſtea

poſtea Romam eſt deductus. Opinionem meam Fabii Pater, cuius Romæ eloquentia conſtitit, confirmat. De auo nihil dico. Nec diſputo, auine, an Patris declamationes ſint, quas P. Pithæus in lucem cum Calpurnio emiſit. Hactenus ſcitiſſime Raderus. Videatur etiam Gerardi Voſſii, Inſtitut. Orat. lib. 1. pag. 373 vbi diſceptatur, an Quintiliani Declamationes, Patris, Filii, vel Nepotis ſint? De noſtro hocce Magno Eloquentiæ Magiſtro ita pariter ſcriptum reliquit Matthæus Dreſſerus, Iſagog. Hiſtor. Millenar. V. pagin. 523. Fabius QVINTILIANVS Romæ Rhetoricen magno auditorum commodo docuit, vt domus eius officina Eloquentiæ non immerito ſit habita. Dicitur primus eſſe, qui ſalarium è fiſco acceperit. Incidit autem illius ætas in ea tempora, quibus inclinatio quædam ſermonis Romani ad barbariem fieri cœperat. Quæ res fecit, vt nec ipſius Oratio omni ex parte pura ſit, & antiquitatem redoleat. Auum habuit Quintilianum, cuius dicuntur eſſe Declamationes, quæ Quintiliani nomine exſtant. Vixit autem ſub DOMITIANO Imperatore, circa annum Chriſti LXXXVIII. eodem tempore, quo Martialis Poeta, Epigrammatum author, floruit. Hæc Dreſſerus. Plura qui volet, legat ſodes politiſſimi Politiani præfationem, Fabii Inſtitutionibus præfixam. Et Iuuenal. Sat. VII.

Efflagitaſti.] Verbum Aurelio Symmacho perfamiliare lib. II. Ep. 68 *Viciſſitudinem vero efflagitare non debeo, quam mihi arbitror à viro amicitiæ ſeruantiſſimo etiam ſine admonitione referendam* lib. IV. Ep. 33. *Delectaris Epiſtolis meis. Credo Hinc eſt, quod eas & ſæpe & ardenter efflagitas.* lib. VIII. Epiſt. 46. *Agis mecum deſiderio amantis, vt redeam: iamdudum hoc animus meus veſtri expetitor efflagitat.* Libr. IX. Ep. 130. *Curam tuam efflagito in prouidendis omnibus, quæ poſcit Editio.* Et alibi pluries. Noſter non multo poſt. *Sed ſi tantopere efflagitantur.* Plinius libr. II. Epiſt. V. *Actionem à te frequenter efflagitatam, & à me ſæpe promiſſam, exhibui tibi.* Non parum autem differunt, *Efflagitare*, & *poſtulare*. Nam *poſtulare*, eſt quoquo modo exigere: *Efflagitare* vero, velut flagris extorquere, & vehementer poſtulare: id quod indicat diſertiſſimus Romuli nepotum, Orat. pro Quinctio: *Tamen quia cauſſa poſtulat, non flagitat, præteribo.* Et in Verr. *Efflagitatur, poſtulatur, poſcitur.* Id. pro T. Annio Milone: *Eorum nos magis miſeret, qui no-*

ſtram miſericordiam non requirunt, quam qui illam efflagitant.

Quotidiano conuicio.] Ita Cicero pro Quinctio: *Epiſtolam hanc conuicio efflagitarunt Codicilli tui.* Eleganter, pro diuturnis precibus efflagitarunt, vt alibi loquitur lacteum illud Eloquentiæ flumen. Ita Phædrus quoque pro precibus *Conuicium* dicere non dubitauit. lib. I. Fab. VI.

Clamorem Rana ſuſtulere ad ſidera,
Conuicio permotus quærit Iupiter
Cauſſam querelæ——

Eſt enim *conuicii* vox vſu & origine τῶν μέσων, quæ tam in bonam quamuis, quam malam partem aliquam poſſit vſurpari. Vlpianus l. XV. §. de iniuriis II. quaſi *conuocium* dictum putat, vt ſit velut exprobratio quædam, ſiue obiurgatio, qua multos audientes velut ad vitium vocamus. Cic. lib. XII. Epiſt. Fam. *Meo iuſtiſſimo honeſtiſſimoque conuicio te tuam dignitatem, ſumma tua virtute tenuiſſe.* Quem locum notauit Iacobus Ræuardus, lib I. Varior. cap. XII. & Gaſp. Barthius, Aduerſar. lib. XVII. cap. p. 876. vbi eandem vocem pro ipſo crimine veteres nonnumquam poſuiſſe, docet. Cæterum conuitiorum & obtrectationum genera ita diſtinguere amauit vir multiſciæ & admirabilis eruditionis Marquardus Freherus, in aureo ſuo de Exiſtimatione tractatu, lib. II. cap. 8. § 8. vt quædam ſint *atrocia*; vt ψόγος ſeu reprehenſio, conuicium, λοιδορία, ſeu contumelia, & omnia quæ ſub iniuriam cadunt: quædam *minus atrocia*; vt ſcomma ſeu morſus figuratus, qui Vrbanitatis potius quodam ſtudio & lubrico linguæ, quam iniuriandi animo profertur, nec ſemper in amaritudinem pergit, præſertim inter menſas & pocula, in quibus facilior eſt ad iracundiam prouocatio: quo de genere & M. Tullius ſcripſit in Oratore: & Macrobius, lib. VII. Saturn. cap. 3. & ex eo Ioh. Sariſberienſis Policrat. lib. 7. cap vlt. & lib. 8. cap. X.

De Inſtitutione Oratoria.] Gaſp. Barthius, Aduerſar. lib cap. XVII. p 84 Inſtitutiones (inquit) ſunt libri, quibus prima elementa docendæ alicuius artis aut ſcientiæ ita concluduntur, vt rudis aliquis per gradus ad eius cognitionem peruenire poſſit. Sic apud veteres Iureconſultos Inſtitutiones legimus ſcripta breuia, aut pernéceſſaria tamen præcepta venientia ad finem Iuris Ciuilis, vt illis lectis atque cognitis certa fundamenta habeantur, ad quæ latior & conſummata notitia referri poſſit. Sic in humanis & diuinis litteris libros eodem titulo

culo habemus. Vt ſunt *Quintiliani* Inſtitutiones Oratoriæ *Vegetii* Rei Militaris: *Lactantii*, Rerum diuinarum: *Vitruuii Pollionis* Architectonicæ: Caſſiani denique Rerum ad Monaſticam vitam abſoluendam obſeruandarum. Tales etiam, quas *Iuſtinianus* Iuri Ciuili à ſe in Corpus quoddam redacto præpoſuit, vt adoleſcentes velut certa inde elementa atque fundamenta haurirent, quibus innisi ampliſſimam Iuris & Conſtitutionum ſeriem aggrederentur. Sunt tamen, qui cum elegantiſſimum libellum INSTITVTA inſcribere malint, auocati etiam auctoritate Græci metaphraſtæ Theophili; quod vocabulum, ſi eodem modo capiatur, idem certe etiam ſignificabit, tamen per tranſlationem hoc fiet, cum *inſtituta* alioqui ſint ea, quæ docentur, aut iam docta ſunt potius; vel quæ lege aut conſuetudine in mores recepta, auctoritate quadam conſtituentium ſeruantur. Pariter vero in veteribus manu exaratis libris *Vegetii* Rei militaris *Inſtituta* inſcribuntur, & Caſſiani etiam Codices idem præferunt. Ego tamen ſubbarbarum aliquid ſonare exiſtimo, & tranſlationem talem eſſe, quali opus ad perfectiorem titulum ſollicitandum è manibus ſtudioſorum non exiſtimem. Teſtis omni maior exceptione Lactantius, ſcribens libr. I. cap. I. *Quidam prudentes & arbitri æquitatis Inſtitutiones Iuris Ciuilis compoſitas ediderunt.* Et Inſtitutiones Architectonicæ memorantur à Vitruuio ipſomet libri illi, quos eius habemus, in Proœmio lib. VII. Hæc Clariſſimus Barthius. Plura huc facientia tradiderunt ad Proœm. Inſtitut. Iur. magni illi & ſolertiſſimi Iuriſprudentiæ Myſtagogi: Gothofredus, Brederodius, Vulteius, Weſenbecius, Pacius, Selzerus, Schneidevvinus, Ritterſhuſius, alii, quorum propter diuina reperta.

Diuulgata vetus iam ad cœlum gloria fertur.

Non tam ſtylo] h. e. lineamentis orationis, quibus hæc mea veſtire volebam. Eſt enim ſtylus proprie ferreus quidam ſtimulus, quo veteres in ceratis tabulis ſcribebant. Vnde & noſter infra lib. I. cap. II. *Cum vero iam ductus ſequi cœperit, non inutile erit, eas tabellæ quam optime inſculpi, vt per illos velut ſulcos ducatur ſtylus. Nam neque errabit, quemadmodum in ceris, &c.* Inde traductum eſt ad formam elocutionis, quam variant ſententiæ atque verba. Pacianus: *Conabor, vt potero, tantæ virtutis exemplum etiam ſtylo condere.* Vbi *ſtylo condere*, eſt in librum redigere, poſteritati commendare. Et *Conditores*, ſcriptores: vt tradit Clariſſimus Gaſpar Barthius, Aduerſar. lib. XLIII.

cap.

cap.XV.pag.1957. Sryli aurem pars, qua olim ſcribebatur, *acumen* dicebarur Cic. lib. 1. de Orar. *Omnia ſub acumen ſtyli ſubeant neceſſe eſt.* Altera pars erar obtuſa, qua in cera delebant verba, quæ minus arridebant, ac ceram rurſum complanabant, atque æquabant, ad ſcripruram nouam, vereri deleta. Vnde Venuſinus olor, Sar.X.lib.1.ver.72.73.74.cecinit:

Sæpe ſtylum vertas, iterum quæ digna legi ſint
Scripturus; neque te vt miretur turba, labores,
Contentus paucis lectoribus——

Qua de re conſulendus omnino Adrianus Turnebus, Aduerſar. lib.XIV. cap 24. p.490. Eraſm. in Chiliad. Dionyſ. Lambinus, & Læuinus Torrenrius, aliique Horarii interpreres ad laudarum locum. Melior Goldaſtus Haiminsfeldius ad Pettronium, pag.536. Iani Douſæ, P.Præcidan. cap.II. ad Petronium, pag.197.

Vſus deinde Horatii conſilio] Verſus Horatii ſunt lib. de Arte Poetica.ver.388.& ſeqq.

——nonumque prematur in annum
Membranis intus poſitis de'ere licebit,
Quod non ediderit; neſcit vox miſſa reuerti.

Sic Catullus de Smyrna Cinnæ Poeræ, Carm.XCVI.

Smyrna mei Cinnæ nonam poſt denique meſſem,
Quam cœpta eſt, nonamque edita poſt hyemem.

Sic infra lib. X. Fabius noſter præcipir, reponendum etiam opus, & poſt temporis ſpatium ſatis longum reſumendum, & ita legendum, quaſi non noſtrum, ſed alienum forer. Recte. Nam vr vetus habet veriverbium: Σπεύδουσα κύων τυφλὰ τίκτει. *Canis feſtinans cæcos parit catulos.* Alirer tamen de facundiſſimo Iſæo, Plinius, lib.II. Epiſt. IV. *Dicit ſemper extempore, ſed tamquam diu ſcripſerit.* Quid de eiuſmodi ſcriptis extemporaneis ſenſerir doctiſſimus Hadrianus Iunius, Animaduerſ. lib. III. cap.XVI.p.418.419. iuuar apponere: Mulris (inquit) placet extemporalis quædam ſcripritandi ratio, & in conficiendis libris celeritas, velut expromti arque in numeraro poſiri ingenii argumentum: at mihi ſecus viderur, probarurque impenſius diligentia accurata, & longiore rempore iudicii confirmatore expreſſa: illic verba velur primoribus in labris nata, aut ſuperficiatio ingenii æquore narantia eduntur: hic lectionis multifariæ opes tamquam è ſanctiore quodam ærario reconditæ promuntur: illic ſuſpecta facit omnia & cicatricoſa, ſcribendi facilitas & curſus: hic habito delectu rerum verbo-

rumque

tumque pondera examinantur felicius, & exhibentur. Quid, quod celeriter nata, celeriter etiam intereunt? Et Horatius etiam in nonum annum premi, quo feliciter ſubincude retractentur, opera monet. Idem reprehendendum Carmen ait, quod non coercuerit multa dies & multa litura. *ἡ γὰρ ἐν τῷ ποιεῖν εὐχέρεια, καὶ ταχύτης, οὐκ ἐντίθησι βάρος ἔργῳ μόνιμον, οὐδὲ κάλλους ἀκρίβειαν. ὁ δ' εἰς τὴν γένεσιν τῷ πόνῳ προδανεισθεὶς χρόνος, ἐν τῇ σωτηρίᾳ τοῦ γενομένου τὴν ἰσχὺν ἀποδίδωσιν: vt in Pericle inquit Plutarchus.* Nam operis facilitas celeritaſque non addit illi pondus ſolidum aut duraturum, neque exactam pulchritudinem: at temporis longinquitas labori velut fœnerato accedens, ei quod naſcitur, robur firmitatemque adiicit. Seneca nihil ordinatum eſſe dicit, quod præcipitatur, & properat. Agatarchus pictor magnos ſibi ſpiritus ſumebat de pingendi celeritate. quod cum intellexiſſet Zeuxis: *Diu*, inquit, *ego pingo, quia pingo æternitati*: vti refert Valerius Maximus. Similiter pictori parum perito de celeritate glorianti, demonſtrataque pinace illam modo à ſe pictam dictitanti, reſpondit nobiliſſimus pictor Apelles: *Etiam tacente te eſſe loquitur ex tempore pictam.* Laudatur Lyſiæ Oratoris exemplum, negantis, ſe ſcripturum feſtinato & præcipitanter compoſita, velut muſteo quodam calore nata: *οὐ γὰρ ἔγωγε*, inquit, *βουλόμενος νῦν ποιῆσαι τὰ ἐσπουδασμένα.* Virgilium pauciſſimos die compoſuiſſe verſus, auctor eſt Varus: immo Viſæ more parere ſe verſus, ac lambendo fingere gloriatum ipſum fuiſſe refert Donatus. Sic ſcripſiſſe & Salluſtium accepimus, vt inquit Fabius: Et ſane manifeſtus eſt etiam ex ipſo opere labor. Iſocratem decennium prope abſumpſiſſe in editione orationis Panathenaicæ commemorant Lyſias, Fabius. Plutarchus tres propemodum Olympiadas inſumtas refert. Conuenientiſſimum huic loco eſt illud Ariſtidæ Sophiſtæ dictum, à Philoſtrato lib. II. in ſcripta relatum, quo Marco Imper. ſciſcitanti, quando ipſum auditurus foret, reſpondit: *Hodiernum diem expone, at cras audies: neque enim è vomentium numero ſumus, ſed elaborantium.* Ita Marcus Antonius librum de ebrietate à ſe ſcriptum, euomuiſſe alicubi legitur, in probri loco. Scriptorũ itaque præcipitatio iſta & veluti abortus, numquam in laudis loco ponenda eſt, quod ex tam multis clarorum virorum exemplis abunde colligitur. Hactenus Iunius: cuius ſaluberrimũ monitum habeant velim in corde ſcriptum illi, quos tenet inſanabile ſcribendi cacoethes. Nam vt ait Gunth. Ligur. 3. v. 516.

Dicta

Dicta ſemel nullum patiuntur iure recurſum.

Cæterum recentiores Codices omnes, *Vſus*, habent in principio huius clauſulæ. At in veteri exemplari doctiſſimus Petrus Moſellanus animaduertit deeſſe, idque ſuo iudicio rectiſſime: tum quod primum locum in clauſula fere ſoleat *Deinde* occupare; tum vero maxime, quod longe purior & rotundior eſt ſermo, ſi Fabius dicat, conſilio Horatii ſeſe dediſſe otium ſuis libris. Sed in huiuſmodi negotio ocium conterere, ſegnities mera eſt. Vide infra lib. X. cap. III.

Refrigerato inuentionis amore.] Extincto, qui, vt ait Horatius, cæcus eſt. Vnde Theocritus: *Amori pulchra videntur, quæ non ſunt pulchra.* Et Catullus Carm. XXI.

——ſuus cuiq; attributus eſt error;
ſed non videmus mantica quid in tergo eſt.

quod notat Petrus Moſellanus.

Permittamus vela ventis.] ancipitem editionis euentum, vtcunque cadet, experiamur. Ita Eraſmus exponit in Chiliadibus, ex allegoria hoc prouerbium faciens: quod à nautis ſumptum eſt, qui in dubium ventorum flatum aliquoties vela expandunt: vt obſeruat Moſellanus. Hirtius ſiue Oppius de bello Africano, *vela dare* dixit. cap. 53. *Imprudentes in altum vela dederunt* Cæſar lib. 2. de bello Ciuil. *vela dare*. Virgil. lib. V. Æn. ver. 280. *vela facere.* Adi Ioh. Brantii Notas ad Hirtium, pag. 486. Indicem Virgilianum Erythræi.

Et oram ſoluentibus,] Ita habent exemplaria magno conſenſu: nec Eraſmus aliter citat: Et Sipontinus, *oram* exponit *funem*: alii *littus* intelligunt. Quæ omnia partim corrupta lectione, partim coacta expoſitione adferri putat Moſellanus; cui libet ſubſcribere caſtigationi Aldinæ, atque legere: *Auram bene precari*: perinde integre ac ſi dicas, *bonam auram precari*, id eſt proſperum ventum. Manet enim in allegoria Fabius ad clauſulam vſque, vt ipſemet faciendum præſcribit, lib. VIII.

IN LIBRI I.

PROOEMIVM.

Per viginti annos erudiendis iuuenibus ſtudia impenderam.] Merito igitur à Poeta Coco Fabius vocatur *vagæ iuuentæ ſummus moderator.* Quocirca etiam ſummam laudem conſequutus eſt. *Nullum enim* (ait Cicero de Diuinat.) *munus Reip. afferre maius, meliuſque poſſumus, quam ſi doceamus atque erudiamus iuuentutem.*

uentutem, iis præſertim moribus atque temporibus, quibus ita prolapſa eſt, vt omnium opibus refrænanda atque coercenda ſit. Tu vide, ſi vacat, Matthæum Raderum, ad Martialem, pag. 211.

Diu ſum reluctatus.] Proprie *Luctari* ſignificat brachiis complexis, certis quibuſdam nexibus contendere; vnde *Reluctari*, hoc palæſtræ genere aduerſum aliquem pugnare ſignificat. Fabius aptiſſime traduxit ad refutationem modeſtam, deflexione facta à corpore ad animum: vt notat Moſellanus.

Mea deprecationis.] recuſationis. Nam, vt autor eſt Agellius, lib. 6. cap. 16. Præter vulgo notam ſignificationem verbi *Deprecor*, quæ eſt valde precor, etiam declarat aliquoties *abigo, amolior*, vel precibus adhibitis, vel quo alio modo. P. Moſell.

Alienis veſtigiis inſiſterem.] Quod Pythagoras vetare ſolebat hoc ſymbolo: *Per publicam viam ne ambules:* id eſt, expoſitore Hieronymo, ne ſequaris vulgi errorem. Nunquam enim tam bene actum eſt in humanis, vt quæ optima ſunt, plurimis placuerint P. Moſell.

Summam in eloquentia manum imponerent.] Translatio eſt prouerbialis, ſumpta ab artificibus, qui primo rude aliquod futuri corporis ſimulacrum effingunt, quod *primam* appellant *manum:* deinde vero accuratius expoliendo ad perfectionem ducunt, quam vocant *ſummam manum*, quod videlicet poſtea manum non apponant amplius. Ita Eraſmus hunc locum expoſuit. At Petro Moſellano magis arridet eorum ſententia, qui à pictoribus ſumptam metaphoram putant, cum ob alia, tum quod & alterum quoddam prouerbium fertur, de pictoribus mutuo ſumptum, quo iubemur *manum de tabula* iam ſatis elaborata amouere. Quod adagium erudite explicat Petrus Victorius, Caſtigat. in Ciceron. Epiſt. pag. 73. 74. ſic Virgil. lib. VII. Æn. ver.

Nec minus interea extremam Saturnia bello
Imponit Regina manum——

Prudent. Pſychom. ver. 575. 576.

Militia poſtrema gradu; ſed ſola duello
Impoſitura manum: ne quid iam triſte ſuperſit.

Solinus Præfat. *Opuſculum impolitum prius in medium dederis, quam incoata rei ſumma manus imponeretur.* Boeth. lib. II. C. VII. *Hoc vnum eſt, quod præſtantes quidem natura mentes, nondum ad extremam manum virtutum perfectione perductas, allicere ſolet.* Auſon. Paullino: *Quamuis per te ſumma manus contigit.* Inſcriptio Viennæ: *Ad ſummam manum perduxerunt perfectio-*

perfectiones. Petronius, pag. 156. v. 11. 12. *Etiamſi nondum recepit vltimam manum.* Hinc Seneca, Epiſt. XII. *Deditos vino potatio extrema delectat: illa quæ mergit, quæ ebrietati ſummam manum imponit.* Videatur Hœſchelius ad Horapoll. Hieroglyph. 2. c. 119 Gryphiana autem Editio Lugduni impreſſa, 1540. habet: *Summam eloquentiæ manum imponerent.* Quæ lectio proba eſt.

Contemnentes tamquam parua.] Hieronymus in epiſtola quadam in hanc ſententiam ſic loquitur: *Non ſunt contemnenda tamquam parua, ſine quibus magna conſtare non poſſunt.* Et mox Fabius noſter eleganter, *nec ad vllius rei ſummam, niſi præcedentibus initiis perueniri ad minora illa, ſed quæ ſi negligas, non ſit maioribus locus, demittere me non recuſabo.*

Ab infantia incipiam.] Medici, atque horum Coryphæus Hippocrates apud Iulium Pollucem, lib. II. de Rer. Vocab. ſeptem hominis ætates ſupputant, quarum quælibet ſeptenario numero finitur. Harum primam *infantiam* vocant, quæ vbi ſit exacta, tempus eſſe aiunt, vt puer litteratorum ſcholis adhibeatur. Cui ſententiæ & Paulus Medicus ſubſcribit in lib. de præceptis ſalubribus. *P. Moſellan.*

Ad ingenii lumen.] Eloquentiæ facultatem. Sic enim Cicero in Bruto eloquentiam vocat: quod elegans & eruditus ſermo, non niſi ab elegante & culto ingenio proficiſcatur, quod in oratione, velut lumine quodam adhibito, oſtenditur.

Ab ipſis diſcendi velut incunabulis.] Sic ſacratiſſimus Princeps Iuſtinianus, in Procemio Inſtitutiones ſuas vocat, *prima legum cunabula.* Vbi vide ſis Commentatores.

Sic officio quoque copulata.] Cicero lib. III. de Oratore. *Nam cum omnis ex re atque verbis conſtet oratio; neque verba ſedem poſſunt habere, ſi rem ſubtraxeris; neque res lumen, ſi verba ſemoueris.* Eſt enim illa Platonis vera vox, quæ omnem doctrinam ingenuarum & humanarum artium, vno quodam ſocietatis vinculo contineri dicit. Quam ſententiam vt probet apud Platonem Socrates in Gorgia, omnem mouet lapidem. *Petr. Moſellan.*

Soli ſapientiæ ſtudioſi vocarentur.] Huc enim Fabius alludit, expreſſa Græci nominis ratione: ſiquidem Græcis φίλος amicum ſonat, & σοφία ſapientiam: vnde *Philoſophi* dicti, quaſi *ſapientiæ amatores.* Quod nomen omnium primus arrogauit ſibi Pythagoras Samius, apud Diog. Laertium, lib. 8.

Vultum, & triſtitiam, & diſſentientem à cæteris habitum peſſimis moribus prætendebant.] Pertinet huc locus Rufini lib. XI.

cap.

cap. XXII. *Ad poſtremum graſſantes in ſanguinem ciuium, ducem ſceleris & audaciæ ſuæ deligunt Olympum quemdam nomine & habitu ſolo Philoſophum.* Et hunc Fabii locum ſuum fecit Lactantius veræ lacteæ facundiæ Pater, De Opificio DEI, cap. 1. *Apud quem nunc profiteor, nulla me neceſſitate, vel rei vel temporis impediri, quo minus aliquid excudam, quo Philoſophi noſtræ ſectæ, quam tuemur, inſtructiores doctioresq; in poſterum fiant, quamuis nunc male audiant caſtigenturq; vulgo, quod aliter, quam ſapientibus conuenit, viuant, & vitia ſub obtentu nominis celent: quibus illos aut mederi oportuit, aut exprorſus effugere, vt beatum atque incorruptum ſapientiæ nomen vita ipſa cum præceptis congruente præſtarent.* Tacitus lib. XIV. Ann. cap. XVI. *Nec deerant, qui voce vultuq; triſti inter oblectamenta regia ſpectari cuperent.* Idem lib. XVI. cap. 32. De Egnatio Sorani exitio: *Cliens hic Sorani, & tunc emptus ad opprimendum amicum, auctoritatem Stoicæ ſectæ præferebat, habitu & ore ad exprimendam imaginem honeſti & exercitii; cæterum animo perfidioſus, & ſubdolus, auaritiam ac libidinem occultans; quæ poſtquam pecunia recluſa ſunt, dedit exemplum præcauendi, quomodo fraudibus inuolutos, aut flagitiis commaculatos; ſic ſpecie bonarum artium falſos, & amicitiæ fallaces.* TRISTITIA eſt affectatus ille rigor, ac perſonatus faſtus Philoſophorum: vt obſeruat delitium illud Muſarum, Ianus Gebhardus, Fabii Soſpitator Maximus, Crepund. lib. II. cap. 8. pag. 80. Ipſe Fabius lib XI. *Non conueniant barba illi atque triſtitia.* Lucilius lib. XXIX. *Adde eodem triſtis ac ſeuerus Philoſophus.* Vbi ridiculoſiſſimum Nonium notat I. Gebhardus. Iuuenal. Sat. XIV.

Fallit enim vitium ſpecie virtutis & vmbra
Cum ſit triſte habitu, vultuq; & veſte ſeuerum.

Fabius iterum libr. XII. cap. III. *Alii pigritia arrogantioris, qui ſubito fronte, conſtructa immiſſaq; barba, veluti depexuiſſent oratoria præcepta, paulum aliquid ſederunt in ſcholis philoſophorum, vt deinde in publico triſtes, domi diſſoluti captarent auctoritatem contemptu cæterorum. Philoſophia enim ſimulari poteſt.* Ita hunc locum emendauit Ian. Gebhardus, cuius hæc obſeruatio. Iterum Fabio vapulant iſta palliata mendicabula, lib. II. ca. XVI. *In iis qui Philoſophorum nomine male vtuntur, grauiſſima nonnumquam flagitia deprehenſa ſunt.* Apuleius Floridis: *Neu rudes, ſordidi, imperiti, palliotenus Philoſohos imitarentur.* Succinit his Euripides, Hippolyt. v. 915.

——τοὺς δὲ τοιούτους ἐγὼ

φεύγειν παραφωνῶ πᾶσι. θηρεύουσι γὰρ
Σεμνοῖς λόγοισιν αἰσχρὰ μηχανώμενοι

——*Tales autem ego*
Omnibus fugiendos eſſe moneo: venantur enim hominum gratiam
Magnificis verbis, interim facinora turpia molientes.

Vide Ciceron. Tuſcul. Quæſt. II. cap IV. Ioh. Sauaronis Commentar. ad Sidon. Apollin lib. IX. Epiſt. IX. pag. 557. l. in honoribus. § Philoſophis de vacatione muner &l. 6. Cod. de muneribus patrimo. Senecam de vita beata. cap. 20. Quintilianum declamat. 268. & 283. Plinius lib. 1. Epiſt. 22. & l. 3. Epiſt. 11. Agellius lib 13. cap. 8. & 22. Lactant. lib. V. cap. 2. Sarisb. Policratic. lib. 8 cap. 21.

Peſſimis moribus pratendebant.] Sunt enim propterea illis ipſis temporibus, nempe DOMITIANO imperante, conſulto ſenatus philoſophi eiecti, atq; vrbe & Italia interdicti. Quemadmodum & prioribus ſeculis C. Fannio Strabone, M. Valerio Meſſala COSS. ſenatusconſultum ſcriptum de Rhetoribus Latinis vel exigendis, vel coercendis: autore Agellio lib. XV. cap II. Petro Moſellano pag. 9. in Quintil.

Quis enim non de iuſto, æquo, ac bono: modo non vir peſſimus, loquitur?] Gebhardus Crepund. lib. 1. cap. 3. p. 10. legit ac diſiungit: ***Quis enim non de iuſto æquo ac bono modo? non & vir peſſimus loquitur.*** At Gaſpar Barthius Aduerſar lib. 31. cap. 5. p. 1429. vulgatam retinendam vult. Excipit enim Fabius illos inſanos homines, quorum omnibus ſeculis copia fuit, qui nec loqui quidem bene poſſint; ſed flagitiis palam indulgeant, exiſtimationem ſuam floccifacientes. Vide apud Gebhardum, & Barthium, plura.

Tractamus omnes.] In MSS. Codice à Clariſſimo Barthio collato, ***iactamus*** ſcriptum eſt. Quod placet Barthio, Aduerſar. lib 31. cap. 5. Non enim (inquit) ſtatim tractant de virtutibus, qui de iis loquuntur: iactantia vero palliatis illis laruis notam adfectationis friuolæ inurit.

Deſertam partem Oratoria artis.] Duo Mſſ. Palatini, à Iano Gebhardo diligentiſſime collati: ***Qui deſerta, vt dixi, parte Oratoria artis, meliorem præſertim occupauerunt.*** Quæ lectio arridet Gebhardo, Crepund. lib. 1. cap. 3. At Barthius, Aduerſar. lib. 31. cap. 5. p. 1429. hanc lectionem contra mentem Quintiliani contendit eſſe. Ait enim, oratoris fuiſſe de bonis, quæ in rebus, deque virtutibus diſſerere poſſe, non verbis vri ſolis, ſed

ſequentibus etiam verba vitæ inſtitutis. Hanc vero partem huic debitam ceſſiſſe iam philoſophorum ſcholis. Illos enim deſertam ab oratoribus recentibus illam partem occupauiſſe. Porro Mſ. ille Barthii codex, quē Baſileæ nactus eſt, τὸ *artis* omittit. Elegātius omnino, *oratoria* ſine *artis* acceſſione dicitur.

Deſertam partem.] Elegans translatio, ducta à transfugis. Horat. lib. 3. Carm. 16.

——Nil cupientium
Nudus caſtra peto: & transfuga diuitum
Partes linquere geſtio.

Deſertor, λειποστρατιώτης. Etiam λειποτάκτης. Gebhard. Crepund. lib. 1. cap. 3. p. 8. Tacitus Annal. 1. *Simul exterritis, qui obſtiterant, raptum vexillum ad ripam vertit, & ſi quis agmine deceſſiſſet, pro deſertore fore clamitans.* Gloſſar. *Deſerit*, καταλείπεται παντελῶς. Et λειποτακτῶ, *deſero*. Iſidorus lib. 9. cap. 3. *Deſertores vocati eo, quòd deſertis militaribus officiis euagantur. Hi in alios numeros militiæ nomen dare prohibentur; ſed ſi non magni temporis culpam contraxerint, numeris ſuis reſtituuntur. Sed & qui deſerunt exercitum ad hoſtes tranſeuntes, & ipſi deſertores vocantur.* Cicero Catilin. II. *Qui ſi hic manent, mementote, non tam exercitum illum eſſe nobis, quam hos qui exercitum deſeruerunt, pertimeſcendos.* Fabius Procem. lib. I. *Curam morum, qui diſerti habebantur, omiſerunt.* lib. 1. cap. 10. *Hæc quoq. pars quæ ab Oratoribus relicta, à philoſophis occupata noſtri operis fuit.* Lib. 2. cap. 1. *Rhetores vtiq. noſtri ſuas partes omiſerunt, & Grammatici alienas occuparunt.* ibid. *Ex eo palam, quam turpiter deſerat eam partem Rhetorices inſtitutio, quam & primam habuit & diu ſolam.* Ad ſimilem modū loquitur lib. 2. cap. 1. ſed aliunde ſumpta metaphora: *Rhetorice, cui nomen vis eloquendi dedit, officia ſua non detrectet, nec occupari gaudeat pertinentem ad ſe laborem: quæ dum opere cedit, iam pæne poſſeſſione depulſa eſt.* Ita legit ex duobus Mſſ. Gebhardus. Sic lib. 10. cap. 1. *A philoſophorum vero lectione vt eſſent nobis multa petenda, vitio factum eſt Oratorum, qui quidem illis optima ſui operis parte ceſſerunt.* Euſebius lib. 2. Hiſtor. Eccleſ. ex Philone: Ἀρξάμενοι φιλοσοφεῖν ἐξίστανται τοῖς προσήκουσι τῶν ὑπαρχόντων. Hactenus Gebhardus.

Meliorem partem] Sic vocat curam ac rationem recte honeſtæque vitæ, quam retinuiſſe relicta Oratoria vult Quintilianus Philoſophos. Paullo ante: *Inde quidem contempto bene dicendi labore ad formandos animos, ſtatuendasq. vitæ leges regreſſi, partem quidem potiorem: ſi diuidi poſſet, retinuerunt.*

Veluti noſtrum repoſcere.] Repoſcere ἐξαιτεῖν itidem tranſtulit ex militia, vbi profugi transfugæque, & res raptæ, alioue modo per vim inuitis incolis abactæ, ſolemni præconio reflagitabantur, quod genus repetitionis Græci ἐπικηρύκευμα, Latini *Denunciationem*, ad verbum *Clarigationem* appellant: vti obſeruauit Ian. Gebhardus, Crepund. lib.I. cap.III Medea apud Euripidem cum ſummis ſceleribus confuſura eſſet domum Creontis, obſtringit grauiſſimo iureiurando Ægea, ne repetita ad pœnam redderetur. v. 738.

> Λόγοις δὲ συμβὰς, καὶ θεῶν ἀνώμοτος,
> φίλος γένοι' ἂν, κἀπικηρυκεύμασιν
> Οὐκ ἂν πίθοιο—

h. e. *Verbis vero compoſitione facta, & diis iureiurando obſtrictus, Amicus eris mihi, & inimicorum legationibus non parebis, vt ipſis me dedas*, Plautus Amphitr. I.1.v.

> *Si ſine vi & ſine bello velint rapta & raptores tradere,*
> *Si qua aſportaſſent redderent.*

Ouid. Epiſt. Oenones:

> *Tyndaris infeſtis fugitiua repoſcitur armis.*

Papinius Statius, II. Thebaid. v. 328.

> *Bella cupit, ſaltusque, & capta armenta repoſcit.*

Herodot. Clio. lib.I. cap.II πέμψαι σφέας δὲ τὸν Κόλχων βασιλῆα ἐς τὴν Ἑλλάδα κήρυκα, αἰτέειν δὲ δίκας τῆς ἁρπαγῆς, καὶ ἀπαιτέειν τὴν θυγατέρα. Fabius lib. III. cap. VIII. *Eſſe tamen quæſtio poteſt, dicendi ne fuerint etiam citra hanc denunciationem, qui contra fas cum legati miſſi eſſent, regem, ad quem mandata acceperant, trucidarunt.* Vbi Gebhardus ex MS. Palat. & Edit. Ald. legit *Dedendine.* pro *Dicendine.* De hac re itidem ſignatum verbum obſeruauit Gebhardus; *Abducere*, ἀπάγειν. Fabius lib. II. cap. I. *Tanquam eum qui ſit Rhetori tradendus, abducendum protinus à Grammaticis putem.* Moſchopul. Ἀπάγεται κυρίως ἐπὶ αἰχμαλωσίας, ἢ ἐπὶ καταδίκων. Alioqui *Repoſcere* eſt creditorum. Fabius lib. XII. cap. II. *Vtinamque ſit tempus vnquam, quo perfectus aliquis (qualem optamus) Orator hanc partem ſuperbo nomine, & vitiis quorumdam bona eius corrumpentium inuiſam vindicet ſibi, ac velut rebus repetitis in corpus eloquentiæ adducat.* Vbi ad priora alludit Fabius.

Qualis vere ſapiens appellari poſſit.] Sapientem hunc his Stoici numeris perfici voluerunt; vt eſſet quiſpiam improhibitus, inuiolatus, non impeditus, liber, diues, felix. Quam formam, vt po-

vtpote commentitiam, Horatius venuſtiſſimis verſibus illudit, Epiſt. lib. I. ad Mecænatem: v. 105. 106. 107.

Ad ſummam, ſapiens vno minor eſt Ioue, diues,
Liber, honoratus, pulcher, Rex denique Regum,
Præcipue ſanus, niſi cum pituita moleſta eſt.

Vbi conſulas velim Læuinum Torrentium, Cruguium, Chabotium, Lambinum, Claudium, Minoem Diuinionenſem, & alios interpretes.

Altius tamen ibunt, qui ad ſumma nitentur.] Doctiſſimus Ianus Gebhardus in Membranis Palatinis reperit: *Qui ad ſummam nitentur.* Et familiare eſt hoc nomen ſubſtantiuum Fabio ſuperius: *Nec ad vllius rei ſummam, niſi præcedentibus initiis perueniri.* Et paulo ante: *Sed non ideo minus nobis ad ſummam tendendum eſt.* Cap. I. *Hoc per ſingulos annos prorogatum in ſummam proficit.* Ibid. *An Philippus Macedonum Rex Alexandro filio ſuo, &c. aut ille ſuſcepiſſet hoc officium ſi non ſtudiorum initia à perfectiſſimo quoque tractari, pertinere ad ſummam crediſſet.* Vbi MSS. Palat. *Si non ſtudiorum initia, & à perfectiſſimo quoque optime tractari, & pertinere ad ſummam crediſſet.* Rotundius tamen Gebhardo vulgatum videtur: qui ſic infra quoque legendum arbitratur, libr. II. cap. XV. *Nam ſi eſt ipſa benedicendi ſcientia, finis eius & ſumma eſt benedicere.* Vulgo, *ſummum*, cap. XVI. *Et Medicus ſanitatem ægri petit: ſi tamen aut valetudinis vi, aut intemperantia ægri, aliove quo caſu ſummam non contingit.* Sic MS. vulgo: *ſumma non contingit.* Lib. III. cap. II. *Huic ſtudium & incrementum dederit vtilitas, ſummam ratio & exercitatio.* Lib. IV. cap. II. *Pendemus ex laude, atque hanc laboris noſtri ducimus ſummam.* Libr. V. cap. X. *Vt ſunt tria tempora, ita ordo rerum tribus momentis conſertus eſt. Habent enim omnia initium, incrementum, ſummam.* Ibid. cap. XIII. *Videndum præcipue, vbi ſit rerum ſumma* Lib. X. cap. I. *ſed vt perueniri ad ſumma niſi ex principiis non poteſt; ita procedente iam opere, minima incipiunt eſſe quæ prima ſunt.* Legit Gebhardus ex MS. *ſed vt perueniri ad ſummam, &c.* Lib. XII. cap. I. *Non maligne crediderim defuiſſe ei ſummam, ad quam nemo propius acceſſit.* Quod paullo ante dixit: *ſtetiſſe eum in faſtigio eloquentiæ fateor.* Gloſſ. *ſummam*, ποσότης, κεφάλαιον. Petronius: *Quis poſtea ad ſummam Thucydidis, quis Hyperidis ad famam proceſſit.* Lucanus Panegyrico ad Piſonem:

Partem tituli non ſummam ponis in illis.

Sic Seneca de Benefic. Lib. XI. cap. XV. *Cum ſumma amicitia*

ſit amicũ ſibi æquare. Ouid. Am. lib. I. El. IX. *Summa Ducum Atrides.* Et ſic quidem Gebhardo Fabii noſtri locum corrigere placuit. Crepund. lib. 1. cap. 3. p. 9. At Gaſp. Barthius Aduerſar. lib. 31. cap. 5. pag 1429. nihil heic mutandum putat, quippe cum *altius*, & *ſumma*, mutuo ſeſe adhæreant, nec diuelli poſſint. *Gradus* vel *faſtigium* in pari re dixit Columella: *Summum culmen affectantes ſatis honeſte vel in ſecundo faſtigio conſpiciemur.*

CAPVT I.

Vnde Origo animi cœleſtis creditur.] Quod videlicet animus noſter è cœlo in corpora humana illapſus, in hoc mundo omnia ſua inſtituta, curas omnes remittat. Vel quod creatus ſit homo ad imaginem DEI creatoris, vt ſcribit Moſes, & Platonici Philoſophi aſſentiunt, cum diuiniſſimum & ſanctiſſimum hominem eſſe ex vniuerſo rerum naturalium cœtu aſſerunt: vt notat *Petr. Moſellanus.*

Hebetes & indociles.] Hos lactea facundia elegantiſſimus Fabius hominum *monſtris* heic annumerat.

Sed hi pauci admodum fuerit argumentum, quod in pueris ſpes elucet plurimorum.] Ianus Gebhardus, Fabii Æſculapius ſummus ſequitur ductum duorum Mſſ & Edit. Ald. *Sed hi pauci admodum fuerunt. Argumentum: quod in pueris elucet ſpes plurimorum.* Vult Fabius, paucos hebetes & indociles naturæ vi editos fuiſſe: argumentum eſſe, quod ſpes & docilitas plurimorum ſtatim promicet. Opponit ſtuporem paucorum, & ſpes docilitatemque plurimorum.

Prodigioſa corpora, & monſtris inſignia.] Sic elegantiſſime vocat & proprie. Infra lib. 2. cap. 5. *Diſtortis & quocunque modo prodigioſis corporibus apud quoſdam maius eſt precium, quam iis quæ nihil ex communis habitus bonis perdiderunt.*

Inſignia] *Inſignis* appellatur inuſitato naturæ dehoneſtamento notabilis: vti animaduertit Ian. Gebhardus, Crepund. lib. 1. cap. 5. pagin. 13. Gloſſar. *Inſignis*, ἐπίσημος, ἔξοχος. Idem: *inſignitus*, ἐπίσημος. Curtius lib. 9. *Genitos liberos non parentum arbitrio tollunt, aluntque, ſed eorum, quibus ſpectandi infantum habitum cura mandata eſt. Si quos inſignes, aut aliqua membrorum parte inutiles notauerunt, necari iubent.* Ita feliciter hunc locum emendauit Modius. Suetonius Auguſt. capit. 38. *Senio, vel aliqua corporis labe inſignibus permiſit, præmiſſo*

miſſo in ordine equo ad reſpondendum quoties citarentur, pedibus venire. Sic Paphnutius confeſſor apud Rufinum effoſſo oculo, & ſucciſo poplite notabilis, lib. 10. cap. 17. *Te*, inquit, O *Maxime, cum quo mihi vnum atque idem inſigne eſt.* Sic Euripides Phæniſſis Oedipum χρυσοδέτοις περόναις ἐπίσημον vocat, ob cicatrices & notas in pedibus. Videantur etiam R. P. Andreæ Schotti, Notæ in Senecæ ſuaſor. 7. pagina 34.

Natura tenaciſſimi ſumus eorum, quæ rudibus annis percipimus.] Hunc Fabii locum copioſe & erudite explicat & illuſtrat, Cælius Rhodiginus, Antiqu. Lect. lib. 10. cap. 15. pag. 456. 457. quem vide, ſi placet.

Gracchorum eloquentiæ.] Tiberii ſcilicet: de quo in claris Oratoribus ſic M. Tullius: ac vtinam in Tiberio Graccho talis mens ad Remp. bene gerendam fuiſſet, quale ingenium ad bene dicendum fuit, profecto nemo huic viro gloria præſtitiſſet. Sed per turbulentiſſimum tribunatum à Republ. interfectus eſt. Hic diligentia Corneliæ matris à puero doctus, & Græcis literis eruditus fuit. Nam habuit ſemper exquiſitos ex Græcia Magiſtros porro C. Gracchus, vir à pueris, quo nemo plenior & vberior ad dicendum fuit, grandis eſt verbis, ſapiens ſententiis, & toto genere grauis. *Petr. Moſellan.* p. 10.

Et Lælii filia.] C. Lælius inprimis eloquens fuit, ex cuius orationibus Cicero æſtimari poſtulat de ingeniis Oratorum; cui & dicendi laudem cæteris illuſtriorem tribuit in Bruto.

Et Q. Hortenſii.] Hortenſius omnium oratorum ſuæ ætatis, niſi M. Tullio, clarior fuit iudicatus ab Agellio libr. 1. Quem Cicero in Bruto *ſocium & conſortem glorioſi laboris* appellat; non tamen in honorem ſexus, verum multo magis in honorem artis Oratoriæ: ait Moſellanus.

Pædagogi ſint eruditi.] Nimirum ne cæcus cæcum ducat. Requirit autem Fabius in Pædagogo doctrinam ſolidam, non ventoſam aut circumforaneam. Videantur Melchioris Iunii Quæſt. Polit. 45. lib. 2. p 89. 90. 91. Plutarchi aureus libellus περὶ παίδων ἀγωγῆς.

Falſam ſibi ſcientiæ perſuaſionem induerint.] Multi enim ad ſolidam eruditionem perueniſſent, niſi iam ſe perueniſſe putarent. Eleganter Plinius lib. 8. ep. 21. *Quotusquiſq; vel ætati alterius, vel autoritati vt minor cedit? Statim ſapiunt: ſtatim ſciũt omnia: neminẽ verentur, imitãtur neminẽ: atq; ipſi ſibi exempla ſunt.*

Sed non Auitus: cuius hæc præcipua prudentia, quod alios prudentiores arbitrabatur; hæc præcipua eruditio, quod diſcere volebat. Fabius infra lib. II. cap. 2. *Hinc tumor & vana de ſe perſuaſio;* &c. Idem ibid. cap. 4. *Magnos profectus frequenter perdidit, arrogans de ſe perſuaſio.*

Imperioſi atque interim ſæuientes.] Imperioſitatem & ſæuitiam tribuit Pædagogis. Plaut. Bacch. III. 3. v.

Eia Lyde, leniter qui ſæuiunt, ſapiunt magis.

Iuuenalis Sat. XIV.

An ſæuire docet Rutilus, qui gaudet acerbo
Plagarum ſtrepitu, & nullam Sirena flagellis,
Comparat Antiphates, &c.

Suetonius Claudio, cap. II. *Diu atque etiam poſt tutelam receptam alieni arbitrii & ſub pædagogo fuit, quem barbarum & olim ſuper iumentarium ex induſtria ſibi appoſitum, vt ſe quibuscunque de cauſis quam ſæuiſſime coerceret, ipſe quodam libello conqueritur.* Cicero Tuſcul. III. cap. XII. *Dionyſius quidem tyrannus Syracuſis expulſus, Corinthi pueros docebat, vſque eo imperio carere non poterat.* Ibid. cap. 27. *Pueros vero matres & magiſtri caſtigare etiam ſolent, nec verbis ſolum, ſed etiam verberibus.* Iuuenalis Sat. XIV. ver.

Corripies nimirum, & caſtigabis acerbo
Clamore———

Hic paullo infra; *inſtare acerbe teneris* dicit. Libr. I. cap. III. Plagoſos Præceptores *Nefandos* proclamat Fabius: *Iam ſi minor*, inquiens, *in deligendis cuſtodum & præceptorum moribus fuit cura, pudet dicere, in qua probra nefandi homines iſto cædendi iure abutantur, quam de aliis quoque nonnunquam occaſionem hic miſerorum metus.* Vltima verba ex duobus MSS. & Aldin. Edit. legit Gebhard. cuius tota hæc obſeruatio: *Quam det aliis quoque.* &c. Iterum Fabius infra cap. VIII. vocat *Contemptiſſimos homines.* Et auget eorum contumeliam MS. Codex, qui habet: *Perſequi quidem quod quiſque nequam, vel contemtiſſimorum hominum dixerit.* Confirmat paulo poſt; *Vnde improbiſſimo cuique pleraque fingendi libertas eſt.*

A Babylonio Diogene] *Diogenes* hic Stoicus Philoſophus fuit ex Seleucia Ciliciæ Vrbe oriundus. At *Babylonius* dictus eſt, ob vicinitatem: ſiquidem Babylon confinis eſt Ciliciæ: vt autor eſt Laertius, lib. VI. & Petr. Moſellanus, pagin. II.

Si tamen non continget, quales maxime velim habere nutrices, pueros,

pueros, pædagogos: at vnus certe ſit aſſiduus, dicendi non imperitus.] Ian. Gebhard. Crepund. lib.I. cap.V. Aldina Editio licentioſiſſime hunc totum locum deformat: *ſi tamen non continget quales maxime velim nutrices pædagogoſque, pueros habere, at vnus certe, &c.* Non intellexit, quid hic pueri agerent: non attendit præcedentia: ideo vecordia eius mutauit. Auſculta membranis Palatinis: *Si tamen non conting. q.m. velim nutrices, pueros habere! Pædagogus at vnus certe aſſiduus loquendi non imperitus.* Longe melius; ſiquidem vult, vbi nutrices deſint, & puerorum ὁμιλίαι, pædagogum arbitretur Pater loquendi gnarum. *Aſſidui* enim Pædagogi, neque latum vnguem ab alumnis diſcedere, neque hi ab illis auſi. Plautus Bacch. III. 3. ver. 18 19.

Nego tibi hoc annis viginti fuiſſe primis copiæ,
Digitum longe à Pædagogo pedem vt efferres ædibus.

Petronianus Eumolpus: *Ego pædagogus & cuſtos etiam quo non iuſſeris ſequar.* Fabius lib.I. cap. II. *Præceptorem eligere ſanctiſſimum quemque (cuius rei præcipua prudentibus cura eſt) & diſciplinam, quæ maxime ſeuera fuerit, licet: & nihilominus amicum grauem virum aut fidelem libertum lateri adiungere; cuius aſſiduus comitatus etiam illos meliores faciat, qui timebuntur.* Vnde & infra eod. cap. *Pædagogorum cuſtodia*: & ſupra ex Suetonii Claudio, cap. II. *Pædagogus appoſitus.* Idem Galba cap. XIV. *Regebatur trium arbitrio, quos vna & intra Palatium habitantes, nec vmquam non adhærentes, Pædagogos vulgo vocabant.* Fab. lib. V. cap. XIV. *Nam quid lege miſerius illa velut præformatas infantibus literas perſequentium, &, vt Græci dicere ſolent, quem mater amictum dedit, ſolicite cuſtodientium.* Martialis lib. XI. Epigr. XL.

Cunarum fueras motor Charideme mearum,
Et pueri cuſtos, aſſiduuſque comes.
Iam mihi nigreſcunt tonſa ſudaria barba,
Et queritur labris puncta puella meis, &c.

A ſermone Græco puerum incipere malo.] Hæc ratio ad noſtra tempora non omnino quadrat, eo quod Fabii ætate vernaculus Romæ Latinus ſermo fuit, nobis non itidem: quamquam Eraſmus Fabii præceptum etiam noſtro ſeculo ſeruandum exiſtimet. Sed audiamus Franciſci Floridi Sabini ſententiam, quæ mirum quantum hunc Fabii locum illuſtrat. Lection. Subciſiu. lib.I. pag. 906. Hæc (inquit) cum pro ſuorum temporum conditione tam commode, quam vere tra-

diderit Fabius, ita tamen omnes fere hoc tempore in errorem induxerunt, vt vbique receptum ſit, nòn minus hodie à Græcis literis pueros auſpicari debere, quam cum viueret Quintilianus: quod tamen maxime eſt abſurdum. Neq; enim eadẽ eſt noſtrorum, atq; Quintiliani temporum ratio. Siquidem cũ illo viuente Latina lingua omnibus eſſet promiſcua, Græcam autem tanquam peregrinam laborioſius diſcerent, recte quidem Fabius à difficiliori incipiendum exiſtimauit. Nunc porro immutata temporum conditione, quod Latina lingua penitus exciderit, niſi eam ex ſcriptorum, qui ſuperſunt, lectione, diuturno vſu eruamus; quis dicat, pueris à Græco ſermone eſſe incipiendum? quis non videt, non minus laboris in Romano, quam in hoc diſcendo perterri? quis neſcit, non modo Latinum nobis vel nolentibus ſe non offerre, ſed vix volentibus quidem, atq; ea vna in re permultos annos inſudantibus? Quamobrem nec eſt mirum ſi pauci reperiuntur, qui vel Græce vel Latine docti merito appellari poſſint, cum teneri puerorum animi duabus linguis maxime diuerſis obruantur, immenſoq; oneri cogantur ſuccumbere. Sed vtinam hoc ſolum eis offerretur incommodum, ac non Patrum auaritia eo rem redegiſſet, vt libros vel Iuris Ciuilis, vel Medicinæ cognitioni, non ſcientiæ, ſed lucri tantum gratia initient, cui dum dies noctesque inhiant, magis quid auarum Chremetem deceat, quam quo pacto pueri formari debeant in animo verſant. Vix enim prima Latinitatis principia doctos, aut Iuſtiniano, aut Galeno addicunt: illos etiam Leoninos tam barbare conſtructos, quam viliſſimæ ſordidiſſimæque ſententiæ verſiculos inſulſiſſime canentes:

Dat Galenus opes, dat ſanctio Iuſtiniana,
Ex aliis paleas, ex iſtis colligo grana.

Ad hanc autem nequitiam ampliſſimam à teneris filiorum vnguiculis feneſtram aperiunt, dum referre negant, quali quiſq; puer Præceptore vtatur. Heus bone QVINTILIANE, quorſum nam abiſti? quorſum totis viribus perſuadere conatus es, tales eſſe adulta ætate iuuenes, quales à primis annis eſſent formati? Hæc ſæcula ſi videres, tot labores tuos in Oratore inſtituendo fruſtra ſuſceptos eſſe, ingemiſceres! Clames enim quantumuis licet; ærugo tamen, pecuniæque cura, aliter hominibus, quam tu olim docueris, ex vſu eſſe oſtendit. Quamuis autem ſurdis fabulam ſim narraturus, aliquos tamen errores, qui ab imperitis patribus in liberorum educatione committuntur,

mittuntur, paucis attingam. Quorum cum multa ſint, ac adeo diuerſa ingenia, qui opibus abundant, vix dum natos filios omnibus deliciarum generibus eouſque aſſuefaciunt, vt non decere hominem diuitem literas ſcire, exiſtimare videantur. Ex horum ſane ordine tam raro inuenias hominem eruditum, quam fidelem Pœnum.

Sunt poſt hos alii, bonas quidem literas adeo in precio habentes; in filiis autem ad illas promouendis adeo frigidi, vt nihil ſupra.

Quod ſi forte in eam partem illorum inclinarit animus, vt litteratos cupiant liberos, nullũ prorſus in deligendo eis præceptore diſcrimen adhibent; ſed initio pro magiſtris ad magiſtras pueros mittunt, & auſpicatum tanto operi principium dari autumant, ſi prima literarum elementa à mulieribus docti fuerint: qua re nihil turpius excogitari poteſt.

Quintiliani præceptum prætexunt, male cum iis, qui Præceptorem domi alunt, agi proclamant. Nam & ſolitudinem pueris obeſſe, contra æqualium æmulationem quam plurimũ conferre puerorũ ſtudiis, quo nomine ad triuiales Grammaticulos ſub fornicibus, tenebricoſiſq; popinis latitantes, non conſultius, quã in intimam barbariam relegant. Neſcio enim, quanam cœli iniquitate factum ſit, vt omnis literarum ciuilitatis, bonorumq; morum imperitia in iis, qui Latinas literas publice docent, conſederit, digitoque commonſtrari poſſint, quandocunq; rei domeſticæ vſu flagitante, velut ex nemoribus lupi, plumis, oleo, ſordibus, immundiciiſque vermiculati in lucem prodeunt, tam inter alios verſari dociles, quam inter cæteras aues noctuæ interdiu, aut bubones.

A tam lepidis igitur doctoribus tantum rubiginis, inſulſitatiſque diſcipuli contrahunt, quantum in reliqua ætate dediſcere numquam poſſint.

Atq; vt aliquid pueris etiã in eo ludo verſantibus debeatur, numquam non fieri videmus, vt bono honeſtoq; loco nati, à ſutorum, veteramentariorum, aut ſimilium filiis, tales condiſcant mores, quales ab hoc hominũ genere exſpectare liceat, & ex hara producti, non ex ſchola videantur.

Itaque hoc pacto *Quintiliani* præceptum obſeruatur: quaſi *Quintilianus* non maiorem in modum, quam literarum diſciplina diligentiam adhiberi iubeat, & bonæ literæ cum impuro animo ſtare ſciant. Atqui ille de hac re agens, ita inquit: *Nam ſi ſtudiis quidem ſcholas prodeſſe, moribus autem nocere conſtaret, potior mihi ratio viuẽdi honeſte, quam vel optime diſcendi videretur.*

Sunt nonnulli præterea, his contrarii, qui filios domi erudiendos cenſeant, quod tamen hominum genus toto cœlo itidem aberrat. Dum enim quantumvis deploratæ ſortis homunculum nanciſcantur, cui tantum dent ſtipendii, quantum famelicus ille dentibus molere queat, liberos ſuos præclare inſtitui augurantur. Ex quibus officinis tales demum diſcipuli prodire ſolent, quales habuerint præceptores: vt vere à nullo hominum genere plus periculi pueris, quam à Patribus impendere dicamus, quos cum ipſi non admodum officioſos experti fuerint, talem poſtremo dant filiis ſuis formandis operam, qualem ipſi à parentibus acceperint. Neque hoc ego tam libere proferrem, niſi *Fabium Quintilianum*, quem libenter ſequor, haberem huius ſententiæ auctorem, vel cum ait: *An Philippus Macedonum Rex, Alexandro filio ſuo prima litterarum elementa tradi ab Ariſtotele ſummo eius ætatis Philoſopho voluiſſet? aut ille ſuſcepiſſet hoc officium? Si non ſtudiorum initia à perfectiſſimo quoque optime tractari, & pertinere ad ſummam credidiſſet?* Hæc Fabius.

Quæ ſi iis, quibus par erat, eſſent perſuaſa, hoc ſæculum feliciſſimorum ingeniorum maxime ferax, adeo excultum, adeo doctiſſimis viris conſpicuum videremus, vt cum antiquis fere, quorum tam pulchra ſuperſunt monumenta, certare poſſemus.

Quid illud vero, quod aliquibus Italię ciuitatibus frequenter fit? vt ſi multos forte paterfamilias liberos habeat, ſi qui eorum bonam præ ſe indolem ferant, mercaturæ eos ilico aſſignent, vt candida acutaque ingenia ad liberales artes ab ipſa natura procreata, ad mentiendum, multiplicesque vſuras à miſeris creditoribus exigendas ſint paratiſſima? Si qui autem ſint obeſæ Mineruæ, aut aliquo membro capti, vtpote Vulcani Erichtoniique pronepotes, aut è Coclitum progenie, literariæ illos prouinciæ, tamquam inſigne aliquod munus offerant? quaſi non ea optimos quoſque, & cum corporis, tum animi dotibus præſtantes deſideret; & non melius cum eiuſmodi pueris ageretur, ſi cæmentariam pro literis, aut ſutoriam artem diſcerent.

Quod ſi qui inueniantur, qui filiorum laudis ſtudioſi in conducendo præceptore liberaliores ſint, ab his quoque non mediocriter erratur, cum & Græcas & Latinas literas, vno eodemque tempore, nondum fere natis oſtendi curant; quare nihil eſt quod pueris magis officiat, nihil quod molles adhuc

huc animos, permagniſque laboribus ferendis minime aſſuetos, deteriores reddat. Quod ſi illos forte, cur nam hoc faciant, interroges? pulchrius eſſe hominem Italum Græce, quam Latine ſcire, tibi reſpondeant. Nam *Quintiliani* præceptum nihil prorſus eorum adiuuare ſententiam, oſtendimus. Quid ergo? Græcas ne literas aſpernabimur? Minime quidem. Sed pueris interim Latinas prius, deinde cum in iis mediocriter verſati fuerint, Græcas oſtendendas opinor, poſt quintum porro ac decimum annum aut vt pueri ſeu adoleſcentis captus ingeniumque tulerit. Quin omnes, qui Græce hodie docti ſunt, prius Latine ſe, deinde Græce didiciſſe, mihi confirmaturos conſido. Hactenus *Franciſcus Floridus Sabinus.* Apud quem Vide, ſi lubet, plura, ibid. p. 999. 1000. Et eundem Lection. Subſiciu. lib. II. cap. I. p. 1089. vbi docet, Latinum ſermonem, veterum Romanorum tempore, omnibus fuiſſe promiſcuum. Conſule etiam eruditiſſimum Caſaubonum, ad Perſii Sat. pag. 112.

Quia Latinus, qui pluribus in vſu eſt.] Ian. Gebhard. Crepund. lib. I. cap. V. p. 15. Manuſcriptus liber alter Palatinus tenuerat genium elegantis & priſci ſermonis, ſed comitate correctoris in ipſo ſcripto eraſum: quippe erat, *Quia Latinus, qui pluribus in vſum eſt.* Sic Cicero pro lege Manilia: *In prædonum poteſtatem fuiſſe.* Plautus Amphitr. l. 1. ver. 25. *Numero mihi in mentem fuit.* Fabius lib. III. cap. VI. ex MSS. *Ipſe me paullum in aliam, quam prius habuerim, opinionem nunc eſſe confiteor.* Sic fidenter reponendum ex optimis membranis Palatinis apud Ciceronem, Tuſcul. III. cap. XIII. *Vt quicunque intueatur in aliquod maius malum, ſi id accidiſſe opinetur, ſit continuo in agritudinem.* Ibid. cap. XX. itidem ex aliis membranis: *Animaduertit Gracchus Piſonem in concionem ſtantem.* Ibid. cap. XXVI. *Sunt autem alii, quos in luctum cum ipſa ſolitudine loqui ſæpe delectat.* Quamquam ibi præferendum eſt vulgatum. Sic recte reſtituitur Seneca lib. II. cap. 8. de beneficiis: *Omnes iuſſit reddere in Senatum æris alieni cauſſas.* Cicero Diuinat. cap. XXI. *Clariſſimi viri noſtræ ciuitatis, temporibus optimis hoc ſibi ampliſſimum pulcherrimumque ducebant, ab hoſpitibus clientibusque ſuis, ab exteris nationibus, quæ in amicitiam ditionemque eſſent, iniurias propulſare, eorumque fortunas defendere.* Hæc Gebhardus.

Literis inſtituendos.] Duo MSS. *inſtruendos.* Infra quoque morbidus Rhetor ex MS. perſanandus. lib. VIII. cap. VI. *Nos omiſſis,*

omiſſis, quæ nihil ad inſtruendum oratorem pertinent, cauillationibus, &c. vulg. *inſtituendum.* Claudianus:
Et noua per duros inſtruxit membra labores.
Fabius: *Ipſe quoque hiſtoriæ atque etiam magis Orationum lectione ſuſceptos à ſe diſcipulos inſtruxerit.* Item lib XII. cap. I. *Quod ſi vis illa dicendi malitiam inſtruxerit.* Vbi Gebhardus minime acceptaror eſt liberalitatis membranaceæ, *malitia inſtruxerit*, reddentis. Nam *inſtruere* hic non tam διδάσκειν, quam μηχανᾶσθαι. Gloſſarium: *Inſtructio*, Διδασκαλία. *Inſtruere*, ἀναδιδάξαι *Inſtructionis*, ἐμφανισμοῦ, διδασκαλίας. Rufin. ex MS. Cod. lib. 10. cap. 14. *Paruo autem tempore exacto, cum à Notario integre, & à Grammatico ſufficienter fuiſſet inſtructus.* Sic vitiis puſillis obuiam eundum Critico hoc ferro, ne proſerpant maiore contagio in perniciem Auctorum. *Ian. Gebhard.* Crepund. libr. 1. cap. 5. pag. 16.

Minores ſeptem annis eſſent.] Adi Melchioris Iunii, Polit. II. Quæſtion. XL. pag 68. 69 70. Salmaſium aduerſus Cercoetium, pag. 256. 257. Vegium libr. II. cap. 2. de liberorum educatione. Heresbachium de Inſtitutione Principis, cap 4. Platonem Lib II. III. & VIII. de Republ. Paulum Medicum, libr. I. Rei Medicæ.

Ante Grammaticum Ariſtophanem.] Ariſtophanes Byzantius primus: Apellis ducis cuiuſdam filius fuit, audiuit inter cæteros præcipue Eratoſthenem, qui Cyrenenſis primus Ambroſium quendam patrem habuit. Is in omni diſciplinarum genere tam fuit abſolutus, vt ſecundus Plato diceretur: Suntque adeo huius Commentaria de Aſtronomicis ſæpe à Plinio citata, de ſectis Philoſophorum, de re Grammatica, ac aliis quibuſdam. Auctor *Suidas. Petrus Moſellanus*, pap. 11.

Ne ſtudia, qui amare nondum poteſt, oderit, &c.] In Pædagogo ſcilicet requiritur etiam ἐμπειρία, ſeu vſus, & experientia rerum; non tantum doctrina qualiſcunque in ſcholis comparata: vt & noſſe & tractare ingenia queat: ſciat, quæ quibus ſtudia conueniant. Fabius infra lib. 1. cap. 3. *Sunt quidam, niſi inſtiteris, remiſſi: quidam imperia indignantur: quoſdam continet metus, quoſdam debilitat: alios continuatio extundit: in aliis plus impetus facit.* Oprandus is vt detur puer, quem laus excitet, quem gloria iuuet, qui victus fleat. Hic erit alendus ambitu; hunc mordebit obiurgatio: hunc honor excitabit; in hoc locum deſidia nunquam habebit. *Plutarch.* περὶ παίδων ἀγωγῆς. *Melchior Iunius*, Polit. Quæſt. XLV. pag. 90. Part. II. Hanc ἐμ-

ἐμπειρίαν

κέντρων habuit Iſocrates: qui, cum duobus diſſimilibus diſcipulis, *Theopompo & Ephoro* eſſet præpoſitus: alterum frenis, alterum calcaribus opus habere dixit. Linus contra hac ipſa experientia in inſtituendo Hercule deſtitutus fuit. Cum enim Hercules fidibus caneret ruſtice, ideoque à Præceptore acerbe admodum obiurgaretur, impatiens reprehenſionis, eum plectro percuſſum interemit. Peſſime quidem Hercules egit: at imprudenter Linus Præceptor interim: cum quædam ingenia minis, quædam verbis blandis inſtitui velint. *Ælianus lib. 3. Var.* Hiſt. Plaut. Bacchid. Act. I. Scen. II. Eadē lapſus imprudentia MAXIMILIANI I. Præceptor eſt *Petrus* nomine: qui, cum ſophiſmata illi inculcare vellet, ad quæ capeſſenda aptus non erat verberibus tandem effecit, vt literas magis ille odio haberet, quam diligeret. Itaque Romanorum poſt Rex factus dixiſſe fertur; ſi hodie præceptor meus *Petrus* viueret, (quanquam multa præceptoribus debeamus) efficerem, vt imperitæ inſtitutionis illum pœniteret. Cuſpinianus in Impp. Melchior Iunius, Quæſt. XLV. Polit. Part. II. p. 91. 92.

Nonnunquam ſciſſe ſe gaudeat;] Vterque MSS. Palat. *nonnunquam feciſſe gaudeat.* Quod acutiſſimus Gebhardus putat veriſſimum. Crepund. l. b. 1. cap. 7. vt *facere* heic ſit, obnoxium & obedientem ſe perhibere inſtitutioni. Lib. II. cap. VIII. *Alterum, ne ab eo quod quis optime facit, in aliud, cui minus eſt idoneus, transferas.* Sic lib. I. cap. III. *Hi ſunt, qui parua facile faciunt; & audacia prouecti, quicquid illico poſſunt, ſtatim oſtendunt.* At Clariſſimus Gaſp. Barthius, Aduerſar. lib. XXXI cap. V. p. 1429. 1430. τὸ *ſciſſe ſe* probat: cuius hæc ſunt verba. Quid, inquit, elegantius hac ſcriptura: quid re ipſa aptius? Gaudens enim ſcite puer imbibit amorem literarum. Is vt foueatur, ait, ſolertiſſimus Magiſter, nonnunquam laudandum rogandumque, vt cum ſciat, quid, gaudeat plauſu Præceptoris, ſicque laudata virtus increſcat. At τὸ *ſciſſe* ex libris, perperam amouetur, & *feciſſe* reponitur. De quo plura non dicam. Si mutandum, quid foret; ſane non infeſtiue *ſciſcere*, legendum ſuſpicaretis, quod τὸ *rogetur* reſpondeat, vt & rogare & rogari puer gaudeat. Sed in libro noſtro expreſſe eſt vetus illa editionum ſcriptura, quam cur repudiemus? Libri quidem ſequendi; ſed cum boni ſunt, Malorum imperio in elegantiſſimis ſcriptoribus turbas dare, nimis me hercule ſcholaſticum eſt. *Hac Barthius.*

Præmiis

Præmiis etiam, quæ capit illa ætas, euocetur.] Huc pertinet illud Horatii, Sermon. lib. I. ſat I. ver. 26. 27.

———pueris olim cruſtula blandi
Doctores, elementa velint vt diſcere prima.

Vbi vide Lambinum, Torrentium, Chabotium, alios.

Loqui primum incerta voce tentauit.] Minutius Felix eos *dimidiata verba tentare* dixit. Perſius *verba conari.* Vide Caſaubon. ad Perſ. p. 25. 24.

Philippus Macedonum Rex.] Huc refer ad commouendos parentum animos, Philippi Regis Epiſtolam, quæ curæ diligentiæque in liberorum diſciplinas hortamentum eſt. Philippus Ariſtoteli ſalutem dicit. *Filium mihi genitum ſcito. Quod equidem Dis habeo gratiam: non proinde quia natus eſt, quam pro eo quod eum naſci contigit temporibus vitæ tuæ. Spero enim fore, vt eductus eruditusque abs te dignus exſiſtat & nobis, & rerum iſtarum ſuſceptione.* Videatur Agellius lib. IX. cap. III.

Certa veſtigia.] Rectius putat Gebhardus Crepund. libr. I. cap. VII. ex vtroque MSS. Pal. *cæſa veſtigia.* At Barthius Aduerſar. lib. XXXI. cap. V. vulgatam defendit. Vnde enim inquit, firmabit articulos, niſi à certis veſtigiis?

Gloſſas.] Videantur Iac. Spiegelii Interpret. ad Prud. p. 215. Edit. Weitzii. Cælius Rhodigin. libr. 7. cap. 27. Et lib. XIII. cap. IV. pag. 573 Iohannis à Wowweren, aureus Tractat. de Polymathia: cap. IX. pag. 61. & ſeqq.

χαλεποὶ] Difficiles illi verſus vocantur, quorum exempla multi ſunt in Comœdiis veterum Latinorum, vt Plauti. Plura vero in Græcis Comicis, qui choris ſuis maxime affectant ſeſquipedalia verba.

CAPVT II.

Vtiliusne ſit domi atque intra priuatos parietes ſtudentem continere, an frequentia ſcholarum, &c.] Hanc Quæſtionem diligentiſſime quoque tractant celeberrimi noſtri ſeculi Politici: Bartholomæus Keckermannus, lib. I. ſyſtem. Polit. cap. 9. pag. 949. Clemens Timplerus, lib. IV. Polit. cap. III. Quæſt. III. Melchior Iunius Quæſtion. Polit. Part. II. Quæſt. XLIII. p. 75. & ſeqq. Philippus Henricus Hœnonius, Diſput. Pol. 5. pag. 216. Qui omnes publicum Inſtitutionis ſolem illi domeſtico opaco præferendum demonſtrant. Xenophon. in libr. de Rep. Laced. tradit, Lycurgum, Lacedæmoniorum Principem & Legislatorem, ſtatuiſſe, in Republica Lacedæmoniorum, pueros

erudiendos

erudiendos in cœtu & frequentia omnium, ſed de his pluribus agam in Notis meis ad Iuſtini Trogi decurtatoris, lib. 3. quas breui, ſi D E V S deſtinata iuuerit, proferam ad radiatum inſigne diei.

Fugiendo turbam.] Nam ſi grex totus in agris vnius ſcabie cadit, quemadmodum inquit Iuuenalis; ſic vniuerſus adoleſcentium cœtus vnius vitioſi pueri contactu inficitur, ac deprauatur, quod illa ætas, quæcunque viderit aut audierit, geſti atimitari. *Moſellan.*

Quam ſi eadem in plures partiatur.] Ian. Gebhard. Crepund. libr. 1. cap. 7. pagin. 19. MS. prior Pal. ad marginem annotat legi, *Impartiatur.* Quod non reiiciendum. Nonius: *Impertire eſt participare & partem dare.* Cicero: *Quoniam, vt hęc tempus eſt, nihil habeo patriæ quod impertiam.* Verior tamen eſt lectio vulgata. Sic ſæpius auctores loquuntur elegantiſſime. Ipſe Fabius lib. 1. cap. 12. *Quaſi velut ſub vno conatu tam diuerſa parent ſimul, cur non pluribus horis diuerſa partiamur, &c.* MS. melior: *Cur non pluribus curis horas partiamur.* Similiter lib. 2. cap. 1. *Non enim creſcet, ſed diuidetur; qui ſub vno miſcebatur labor.* lib. 1. cap. 2. *Ergo modicum tempus, quo in totum diem velut opus ordinetur.* Iulius Montanus:

—Iam triſtis hirundo
Argutis reditura cibos immittere nidis
Incipit, & molli partitos ore miniſtrat.

Quem Fabius in mente habuit lib. 2. cap. 6. *Cui rei Simile quiddam facientes aues cernimus, quæ teneris infirmiſque fœtibus cibos ore ſuo collatos partiuntur.* Vtitur & fermead eandem faciem Phædrus lib. 3. fab. 47.

Amplexus ille vtrumque & carpens oſcula,
Dulcemque in ambos caritatem partiens.

Iuuenalis ſat. 3. v. 121.

Qui gentis vitio, nunquam partitur, amicum
Solus habet— Valerius Maximus

lib. 5. cap. 10. *Quod niſi fortiter mærorem ferre ſciſſet, vnius diei lucem inter calamitoſum Patrem, & ſtrenuum Conſulem neutra in parte ceſſante officio, partiri non potuiſſet.* Hæc hactenus Ian. Gebhardus.

Potior mihi ratio viuendi honeſte, quam vel optime dicendi videretur.] Ian. Gebhard. Crepund. libr. 1. cap. 7. pagin. 19. MSS. duo Palat. & Edit. Ald. *Diſcendi*; quæ vera eſt. Nam principio periodi huius fecerat mentionem ſcholarum. Puſilla hæc,

Digitized by Google

fateor. Sed nonne & minutæ maculæ crebrius per faciem ſpárſæ pulchritudinis nomini officiunt ſæpe? Dementiæ certe eſt iudicium, næuos, quia grandes non ſunt, ideo velle relinquere in corpore honeſtiſſimo, cum ad manus tamen ſit medicina & parata remedia. Hæc Gebhardus; cuius tamen emendationem heic improbat Barthius aduerſar. libr. XXXI. cap. V. pag. 1430. Verba illius hæc ſunt: Duo ſumma ſunt quæ opponit Fabius. Honeſtam vitam, & cum inhoneſtis moribus perfectum eſſe Oratorem. Liquet ergo, locum *diſcendi* verbo non eſſe. Summa enim illa, quorum gratia eloquentiæ ſtudetur, hic tangitur. At alii de pueris capiunt: quia, aiunt, mentionem fecerat ſcholarum. At quam clare illud aſſerit, quod ſequitur: *Sed mea ſententia iuncta iſta atque indiſcreta ſunt. Neque enim eſſe Oratorem niſi bonum virum iudico. &c.* Hæc Barthius. Sed vide tu mihi Melchior Iun. Part. II. Polit. Quæſt. L. pag. 105. & ſeqq. vbi diſſerit egregie: *Vtrum morum conformationis in inſtitutione ratio babenda?* Plinius lib. III. Ep. 3. *Proinde fauentibus diis, trade eum Præceptori, à quo mores primum, mox eloquentiam diſcat: quæ male ſine moribus diſcitur.*

Et ſunt multa eius rei exempla.] Ian. Gebhardus, Crepund. lib. I. cap. VII. pag. 20. putat expeditiorem eſſe lectionem Codicis membranacei Palatini: *ſed domi quoque adſunt eius rei exempla.* Sicut Plautus Epid. I ver. 1. *Exemplum adeſt.* Cicero de Finibus: *Aderant morbi veſicæ & viſcerum.* Tacitus libr. XV. Annal. *Aderant etiam fortuita, corpus procerum, decora faciei.* Hanc tamen lectionem reiicit Gaſpar Barthius, Aduerſar. lib. XXI. cap. V. pag. 1430.

Vtinam liberorum noſtrorum mores non ipſi perderemus, &c.] De prætextatis ſiue bullatis *videtur* innuere, dum corrupti ſæculi ſui mores quiritatur, & indulgentiam in corrumpendis liberis inſectatur Fabius. Egregie S. Columbanus Abbas, Monoſtich. ver. 38. *Sæpe nocet puero miſeratio blanda magiſtri.* Huc ſpectant illa apud Platum: Bacch. III. 3. 34. & ſeqq. verba Lydi.

Nam olim populi prius honorem capiebat ſuffragio,
Quam Magiſtro deſinebat eſſe dicto obediens.
At nunc priuſquam ſeptuennis eſt, ſi attingas eum manu,
Extemplo puer Pædagogo tabula diſrumpit caput.
Quom Patrem adeas poſtulatum, Puero ſic dicit Pater;
NOSTER ESTO: *dum te poteris defenſare iniuria.*

Prouocatur Pædagogus. Eho! ſenex, minimi preti:
Ne attingas puerum iſta cauſa: quando fecit ſtrenue:
It Magiſter, quaſi lucerna, vncto expretus linteo.
Itur illinc iure dicto. hoccine hic pacto poteſt
Inhibere imperium Magiſter? ſi ipſus primus vapulet.

Terent. Heaut. III. 1. ver. 74. *Deteriores omnes ſumus licentia.* Et Adelph. III. 3. ver. 63. *Nimia hæc licentia profecto euadet in aliquod magnum malum.* Ouid. contra, lib. III. Amor. El. IV. ver. 10. 11.

Cui peccare licet, peccat minus: ipſa poteſtas
Semina nequitiæ languidiora facit.

Sed de his σὺν θεῷ ἐν ταῖς Μούσαις fuſius in Notis noſtris ad Herodianum.

Iam Coccum intelligit, iam conchylium poſcit: ante palatum eorum. &c.] Codices Aldini *cocum* habent, vt videlicet referatur ad lauticiam ciborum. Sed Lucius Ioannes Scoppa Parthenopæus, Collectan. libr. II. cap. 3. pagin. 950. legendum cenſet, *Coccum*, & non *Coquum*; & *paratum*, non *palatum*: vt hæc ſit Fabii ſententia: *in purpuris repit, iam coccum*, h. e. *veſtes coccineas* intelligit: *iam conchylium*, h. e. *conchyliatas* poſcit veſtes, vt puer intelligat veſtes, & non cibos, quoniam in purpuris repſerat; & ſit *paratum*, h. e. *veſtes* atque *ornatum* eorum antequam mores inſtituimus; cum deberemus prius mores bonos, id eſt, virtutem inſtituere, quam ornatum atque veſtem. Porro de purpura, cocco, & conchylio, pulcherrima tradit Claudius Salmaſius in Tertullian. lib. de Pallio pag. 136. & ſeqq. & aduerſus Cercoeth pagin. 136. 137. Plinius libr. 9. cap. 36. & 41. Paſſerat. Prælect. in Catull. pag. 39.

Ante palatum eorum, quam os inſtituimus.] Gaſp. Barthius aduerſar. lib. XXXI. cap. V. pag. 1430. Nemo videre non poteſt elegantiam ORIS & PALATI: quorum alterum honeſtati & neceſſitati, alterum luxui & deliciis dedit oppoſitorum. Quæ quidem eo elegantior eſt, quo iunctiores vtræque hominis partes. At ſunt qui mutant, & *mores ori* ſuppoſuerunt. Quod facinus eſſe ſtupidiſſimorum Monachorum, quibus inſolentior oris vſus erat, nemo qui duos veteres libros ſaltim vidit, dubitare poteſt. Laudo ego vero ſerio MS noſtrum: qui cum marginali gloſſa habet. *palatum*, id eſt *gulam*. *Os*, id eſt *prima verba*. Et alludit forte illud Horatianum, lib. II. Epiſt. I. ver. 126. *Os tenerum pueri, balbumque Poeta figurat.* Hæc Barthius. At Gebhardus Crepund. lib. I. cap. VII. duos MSS. Pa-

Digitized by Google

latinos probat, in quibus: *quam mores inſt.* quemadmodum paullo ſuperius dixerat: *Vtinam liberorum noſtrorum mores non ipſi perderemus!*

Gaudemus ſi quid licentius dixerint.] Ian. Gebhard. Crepund. lib. I. cap. 10. pag. 29. Aliter olim ſanctiſſima Antiquitas: quæ curioſiſſime cuſtodiebat innocentiam ac pudorem Teneriorum, vt ne quo verbo turpi aut ſpectaculo obſceno offendi, corrumpi atq; etiam inuitari poſſent. Hinc cum in conuiuiis etiam ſeueriſſimorum grauitas laxetur, & lene illud hilaritatis tormentum auſterum animum expugnet, ac referet ad liberiora verba; puellas & pueros bullatos ſeu prætextatos abdicabant conuiuiis. Nam puellæ tamdiu infra prætextam habebantur, donec enupſiſſent. Varro Agathone. *Virgo de conuiuio abdicatur, ideo quod maiores noſtri Virginis acerba aures Veneris vocabulo imbui noluerunt.* Pertinent huc verba ἀδήλου ſcriptoris, quæ laudat Scholiaſtes Euripidis: ἀεὶ γάμων κῦδος σὸν ὀφείλει λεχθῆναι πᾶσι. Virago Electra egregia apud Euripid. Oreſt. v. 14.

τί τἄρρητ' ἀναμετρήσασθαί με δεῖ;

Quid opus eſt enumerare infanda?

Erudite Scholiaſtes ad hæc: Ἀντὶ τοῦ, inquit, ἀναμετρήσασθαι, παρθένον οὖσαν τὰ ἄρρητα, ὅτι ταῦτα ἀπόρρητα λέγεσθαι εἰς αἰσχρά. Idcirco ſi res geſta interrogatis, vt erat, retexenda erat, ſi qua rei deformitas à pudore erat, ac dedecere videbatur os puellare, relinquebant τοῦτ' ἀσαφὲς ἐν κοινῷ σκοπεῖν: vt loquitur Euripides, ibid. v. 26.

ὧν δ' οὕνεκα, παρθένοις λέγειν

Οὐ καλὸν ἐῶ τοῦτ' ἀσαφὲς ἐν κοινῷ σκοπεῖν.

h. e. *Propter quæ, id virginem dicere non eſt honeſtũ, omitto hoc obſcurum communiter conſiderandum.* Hoc Græci dicebant σιωπῇ τὴν σωφροσύνην φυλάξειν. Et Fabius lib. 8. cap. 3. *Ego Romani pudoris more contentus, vt iam reſpondi talibus, verecundiam ſilentio vindicabo.* Vide apud doctiſſimum Ian. Gebhardum plura, laudato loco. Huc facit, quod tradit Auctor de cauſſis corruptæ Eloquentiæ; *Quando etiam ipſi parentes nec probitati neque modeſtiæ paruos aſſuefaciunt, ſed laſciuiæ & libertati.* Vbi veteres *laſciuiæ & bibacitati.* Clariſſimus Ian. Rutgerſius, Variar. Lect. lib. 3. cap. 11. p. 234. putat legendum: *laſciuiæ, vt viuacitati.* Hoc enim carpit, ita pueros inſtitui à parentibus, vt ſi quid laſciuius fecerint, ſiue dixerint, non laſciuia, ſed ingenii quædam viuiditas habeatur. *Viuacitas* autem pro illa naturali vigore dixit &

xit & Columella. Vopiſcus in Aureliano: *A prima ætate ingenio viuaciſſimus.*

Verba ne Alexandrinis quidem permittenda delitiis.] Ægyptus, atque huius caput Alexandria, ſemper ſtudioſiſſima fuit delitiarum, idque maxime abſorbendis gemmis pretioſiſſimis præſtitit, adeo vt Alexandria in ditionem Romanam redacta, Romæ quoque promiſcuus ac frequens vſus margaritarum ſorbendarum cœperit. *Petr. Moſellan.* pagin. 14. Memoratiſſimum exemplum luxuriæ, maxime Regum Ægypti, exſtat apud Plinium lib. 9. cap. 35.

Omne conuiuium obſcœnis canticis ſtrepit.] Veteres prodigia illa in deliciis & delectamentis habebant. Infra Fabius noſter: *ſed veterum quoque Romanorum epulis, fides ac tibias adhibere moris fuit.* Varro Eumenidibus: *Cum pſaltria & cum flora lurcare adſtrepis.* Lucianus in Croſolone; Clemens Alexandrinus, Pædagog. 2. cap. 4. Arnobius lib. 4. *Scribuntur Dii veſtris in tricliniis cœleſtibus, atque in Chalcidicis aureis canitare, potare, & ad vltimum fidibus & vocum modulatione moueri.* Quæ cuncta procul à conuiuio Chriſtianorum amandanda ſunt. Videatur doctiſſimus Ioh. Sauaro, ad Sidonium, p. 20. 21. Ioh. Sarisberienſ. Policrat. lib. 1. cap. 6. lib. 8. cap. 12.

Vt is omnino fiat nobis familiariter amicus.] Ian. Gebhard. Crepund. libr. 1. cap. 7. Manuſcriptus Codex Bibliothecæ Palatinæ pro *Omnino* refert *Omnimodo.* Omnes enim rationes Fabius init vult de conciliando tali homine. Aliquas ſuperius ſuppeditauit: *ſed præſtet alicui vel gratia, vel amicitia, vel pecunia, vt doctiſſimum & incomparabilem Magiſtrum domi habeat.* Sic Seneca reſtituendus de Beneficiis, lib. 2. cap. 1. *Etiamſi quid more interuenit, enitemur omnimodo, ne deliberaſſe videamur.* Fabius lib. 2. cap. 10. ex duobus MSS. *Totum autem declamandi opus qui diuerſum omnimodo à forenſibus cauſſis exiſtimant.* Rufinus lib. 11. cap. 1. *Rempublicam quaſi poſt nimias procellas omnimode ratione aggreditur reparare.* Sic Omniſone vel Omniſono coniunctim legendum apud Fabium infra lib 9. ca. 2. *Quæ cum adeſſe debent, tum diſponenda atque varianda ſunt, vt auditorem, quod in fidibus fieri videmus, omni ſono mulceant.* MS. *omniſone.*

Illa ſolitaria & velut vmbratili vita palleſcere.] Sic Seneca apud Tacit. Annal. lib. 14. *Ego quid aliud adhibere, quam ſtudia, vt ſic dixerim, in vmbra educata?* Plin. lib. 9. Epiſt. 2 *Volumus ſcholaſticas atque vmbraticas litteras mittere.* Videatur Nobiliſ-

ſimus Goldaſtus ad Petron. pag. 529. 530. & Ioh. à Wouvveren, ad eundem, p. 382. Sauaro ad Sidon. lib. 2. ep. 10. Pichena Not. ad Tacit. num. 97.

Mitto amicitias; quæ ad ſenectutem vſque firmiſſime durant, religioſa quadam neceſſitudine imbutæ] Ian. Gebhard. Crepuud. lib. I. cap. XI. pag. 31. Confirmat hoc effatum Apuleius Floridis proprio exemplo: *Cumprimis commemorauit inter nos iura amicitiæ à commilitio ſtudiorum eiſdem Magiſtris inchoata honeſte,* Plinius lib. II. Ep. XIII. *Hunc ego, cum ſimul ſtuderemus, arte familiariterque dilexi.* Pulcerrima Fabii ſententia in pulcerrima ſpecie lectionis. Sic ſupra cap. 1. *Sapor, quo noua imbuas, durat; nec lanarum colores, quibus ſimplex ille candor mutatus eſt, elui poſſunt.* Sumpſit vtrumque ex Horatio. Illud ex notiſſimo, lib. 1. Epiſt. 2. ad Lollium, v. 69. 70.

Quo ſemel eſt imbuta recens, ſeruabit odorem
Teſta diu. ———

Hoc ex illo Reguli lib. III. Carm. V.

——*Neque amiſſos colores*
Lana refert medicata fuco.

M. Tullius Hortenſio: *vt qui cambibi purpuram volunt, ſufficiunt prius lanam medicamentis quibuſdam: ſic literis talibuſque doctrinis ante excoli animos, & ad ſapiendam concipiendam imbui & præparari decet.* Vbi legendum potius: *ſubigunt prius lanam med.* Vulgata enim lectio apud Nonium ex ſenſu e[illegible]. Fabius infra lib. II. cap. III. *Oſtendam, quanto ſit melius optimis imbui, quanta in eluendis, quæ ſemel inſederint, vitiis difficultas conſequatur.* Cicero Tuſcul. I. *Nemo omnium tam ſit immanis, cuius mentem non imbuerit Deorum opinio.* MS. Pal. melius: *Cui mentem non imbuerit.* Imbuere, ἐμβάπτειν, ſiue ἐμβιβάζειν, tractum à vaſis, ſiue adeo lanis. Feſtus: *Imbutum, quod cuiuſquam rei ſuccum bibit.* Sed hoc Fabii potius à ſacris eſt, vbi *Imbui, Initiari,* h. e. μυεῖσθαι. Nonius: *Imbuere, eſt intimare, vel initiare.* Varro Ephebo: [illegible] *Quid te facere oportet literis imbutum ſolis Mineruæ.* Gloſſ. t. Μυσταγωγῶ, *Initio.* Idem: Μυῶ *Initio, Imbuo.* Quinctil. *Neque enim eſt ſanctius ſacris iiſdem, quam ſtudiis initiari.* Fab. Libr. III. cap. I. *Neque enim me cuiuſque ſectæ, velut quadam ſuperſtitione imbutus, addixi.* Cicero Tuſcul. II. cap. II. *Quod ii ferunt animo iniquo, qui certis quibuſdam deſtinatiſque ſententiis quaſi addicti & conſecrati ſunt.* Fab. libr. V. cap. XIII. *Qui legem dicendi quaſi quædam myſteria tradiderunt.* Idem Lib. I. cap. VIII. *In-*

terim & ſublimitate heroici Carminis animus aſſurgat, & ex magnitudine rerum ſpiritum ducat, & optimis imbuatur. Cap. II. *Nec vitia effingat, nec ſeruili vernilitate imbuatur;* &c. Atque hæc quidem lectio mutata cernitur in MS. *Religioſa quadam neceſſitudine munita.* Non contemnenda: ſiquidem amicitiis munimur, non minus quàm mœnibus Vrbes. Salluſt. Iugurth. *Non exercitus, neque theſauri præſidia regni ſunt, verum amici.* Et Euripid. Medea, ver. 390. Amicus πύργος ἀσφαλὴς nominatur. Sic eidem in Amico dicimur Ἀλκήν τιν' εὑρεῖν κἀπικούρησιν κακῶν. Gregorius Nyſſenus ἐρειδόμεθα ἕτερον ἑτέρῳ γινώσκ, dicit. Scholiaſt. Euripid. Amicum ὀχύρωμα vocat. Nec abſurdum illud Medeæ apud Tragicum, ver. 788.

Οὗτος γὰρ ἁνὴρ ᾗ μάλιστ' ἐκάμνομεν,
Λιμὴν πέφανται τῶν ἐμῶν βουλευμάτων.
ἐκ τοῦδ' ἀναψόμεσθα πρυμνήτην κάλων.

h.e. *Hic enim vir, qua parte maxime laborabamus, Apparuit portus meorum conſiliorum: Ex hoc ſuſpendemus rudentem in puppe.* Alceſtid. v. 311. Καὶ παῖς μὲν ἄρσην, πατέρ' ἔχει πύργον μέγαν. *Et filius quidem maſculus, patrem habet magnum propugnaculum.* Fabius infra libr. IV. cap. II *Nonnunquam propoſitione præparari poteſt cauſa, & deinde exponi* MS. Pal. *Præmuniri.* Sic lib. III. cap. I. *Vias muniérunt,* h. e. præparârunt, ſtrauerunt. Vulgata lectio cuiuis liquet pro vitio & gloſſa. Rufino quoque ſerio reſtituendum hoc verbum lib. 10 cap. 34. Ex MS. De Athanaſio: *Ille vero DEI virtute munitus Alexandriam rediit; ibique tuto latebras, vſque quo perſequutio ceſſaret, exegit.* Vulg. monitus. Id. lib. 3. cap. 23. *Poſthæc tum velut confidens gratiæ, qua fuerat communitus, paulo indulgentius iuuenem habere cœpit.* Vulg. commonitus.

Accendunt omnia hæc animos.] Melchior Iun. Method. Eloquent. cap. IV. pag. 23. Vult Quintilianus diſcipulos ſibi tradi ambitioſos: propterea quod diligentiæ mater, virtutum præclararum altrix atq; nutrix laudis eſſe cupiditas ſolet. Laude ergo, non reprehenſione: non pœnis, ſed præmiis præclara ſunt ingenia excitanda. Quemadmodum enim aſino animali ignauo, ſeruili, abiecto, verbera & fuſtes adhibere cogimur: equos contra generoſos acclamationibus & laude excitamus: ita erectis qui ſunt excelſisq; ingeniis præditi, nulla re magis, atq; parentum, præceptorum, magiſtratus laude accenduntur; vt præclarum quid & arduum ſuſcipiant. Addidit hæc Ciceroni adhuc puero ſtimulum: cum condiſcipulis admirationi eſſet, & ab iiſdem honoris quadã cauſſa domũ è ſchola deduceretur:

parentum vero in ſeſe ora oculosque conuerteret. Et Demoſthenem ſuſurro delectatum fuiſſe legimus aquam ferentis mulierculæ, inſuſurrantisque alteri: hic eſt ille Demoſthenes: illico etiam ſeſe erexiſſe, vt etiam ab aliis conſpici poſſet: Vide apud Iunium plura, laudato loco. Et eruditiſſimi Ioh. Meurſii librum de Gloria.

Ingens palma contentio.] Apud Latinos ſcriptores, victoriæ præmium *palma* ſignificari metaphorice ſolet. Cuius rei cauſam reddit Plutarchus apud Agellium lib. 3. cap. 6. quod huius arboris lignum, quantumuis pondus ſuperponas, non cedat, ſed aduerſum nitatur, inque altum efferatque, vnde placuerit in certaminibus ex huius ramis corona. Hinc *palmam dare* dicimus, pro victoriam concedere: & *palmam auferre*, pro eo, quod eſt, victorem abire: vt notat Petrus Moſellanus, pag. 13.

Dolor victum ad depellendam ignominiam concitabat.] Curtius lib. 7. *Incitabat virtutem & ignominiæ demendæ cupido.* Similis locus apud Papinium Statium 2. Thebaid. v. 326.

Cum profugo placuere tori, ceruixque recepto
Sanguine magna redit, fractæque in pectore vires,
Bella cupit, ſaltuſque, & capta armenta repoſcit,
Iam pede, iam cornu melior, pauet ipſe reuerſum
Victor, & attoniti vix agnouere Magiſtri.

Cæterum MS. Cod. Palat. *Repellendam* legit. Elegantius, vt putat Gebhardus, quem vide Crepund. lib. 1. cap. 11. pag. 32.

Vaſcula oris anguſti.] Pulcherrimus hic Fabii locus in mentem fuit Lactantio, in aureolo libello de Opificio DEI, cap. 8. *Aurium foramina noluit eſſe nuda & inobſepta, quod & minus decorum & minus vtile fuiſſet; quoniam ſimplicium cauernarum anguſtias præteruolare vox poſſet & ſpargi, niſi excepta am per cauos ſinus, & retentam foramina ipſa combiberent, vt iis ſimilia vaſculis, quibus impoſitis ſolent anguſti oris vaſa compleri.* Ita hunc locum emendauit Ian. Guilielmus, in Menæchm. Quæſt. cap. 3. pag. 407.

Humoris copiam reſpuunt.] MS. Palat. *Reſpumant* habuerat: quod eſſet cum ſpuma & bullis reſpuere. Ian. Gebhard. Crepund. lib. 1. cap. 11. pag. 33.

Maiora intellectu velut parum aptos ad percipiendum animos non ſubibunt.] Ian. Gebhardus Crepund. lib. 1. cap. 11. pag. 33. ex duobus Palat. MS. & Edit. Aldina ſenſum ita reſtituit: *Nam maiora intellectu velut parum apertos ad percipiendum animos ſubibunt.* In ſimili tranſlatione eſt locus infra lib. 2. cap. 5. *Sic*

audien-

audientibus ſecuritas aberit, nec quæ dicentur, perfluent aures. MSS. duo: *ſuperfluent.* *Apertos* vero *animos* eo retulit Fabius, quod dixerat, *Vaſcula anguſti oris.* Ergo *aperti animi*, ætate dilatati & capaciores. Sic Medicis *vulnus aperire*, pro diducere, & dilatare ſecando. Tranſlate dixit Tragicus, Medea: Καθαρὸν ἀνοίξαντες κλῇδα φρενῶν.

Mox vincere velis.] MS. paullo caſtigatius legit: *mox vincere velit.* Nam ad Præceptores de pueris loquitur Quintilianus. Ian. Gebhard. Crepund. lib. 1. cap. 11. pag. 33.

Pudet ſupra modum ſermonis attolli.] Ian. Gebhard. Crepund. lib. 1. cap. 11. pag. 33. Quicunque ſanus, huic lectioni, & MSS. tenaciſſime adhærebit. Magno enim piaculo ſuum caput obligauit, qui verba illa peſſimo exemplo mutauit ita: *pudet ſupra modum ſermones attollere*: quemadmodum nugaciſſime legitur in Gryphiana Editione, Lugduni impreſſa, Anno 1540. *Modum* autem *ſermonis* Fabius eleganter vocat morem & rationem quotidianam loquendi: opponitque ſemper eloquentiæ. Lib. 2. cap. 4. *Qui nihil ſupra quotidianum ſermonem attollere audeant.* Ibid. cap. 10. *Mos communis ſermonis.* Hinc Curtio *Modus præfecti*: id eſt tenuitas & mediocritas lib. 5. *Maiores res erant, quam quas præfecti modus caperet.* Sic Propertio *vitæ modus*, tenuitas vitæ, mediocris vitæ conditio. Fabius lib. 2. cap. 1. aliter, qui ita emendandus: *Nos ſuum cuique profeſſionis modum demus.* Sic MS. Palat. teſte Gebhardo.

CAPVT III.

Qui hoc imitandi ſtudio petet, vt rideatur.] Ian. Gebhardus, Crepund. lib. 1. cap. 4. pag. 12. MS. Palat. *qui hoc imitandi ſtudio patet, vt irrideatur.* Simile quid Plautus Milit. 2. Act. ver.

Is deridiculu' ſt, quaqua incedit, omnibus.

Patere vero eſt obuium & expoſitum eſſe, Curtius lib. 4. *Patere vnius inſidiis Regem.* Ea vox reponenda Statio in Genethliaco Lucani

———*Summis*

Cur plus ardua caſibus peteris? Lege, *pateris.*

In Quintiliano tamen pondus ſuum habet vulgata lectio: quam defendit ipſe lib. 8. Procem. *Huc ſtudium adhibendum eſt: hoc exercitatio petet.*

Illud ingeniorum velut præcox genus, non temere vnquam per-

 uenit

nis ad frugem.] Sunt nimirum ingenia, illico ſeſe qui produnt, vrunt, vt dicitur, mature; & vt ait Pindarus, Olymp 4 φύονται δὲ νέοις ἐν ἀνδράσι πολιαὶ θαμὰ καὶ παρὰ τὸν ἁλικίας ἐοικότα χρόνον. Sic de Iuliano ſcribit Ammianus Marcellinus, lib. XXV. *Virtute ſenior, quam ætate.* Et de Friderico Ænobarbo, Imperatore prægloriosiſſimæ memoriæ, Guntherus Ligurin. I. ver. 286. *Mente ſenex; ætate puer.* Vbi vide Cl. Rittershuſii Notas, pag. 26. Sic de Piſone Silius Italicus lib. VIII. ver. 386.

Ore puer, puerique habitu: ſed corde ſagaci
Æquabat ſenium, atque aſtu ſuperauerat annos.

Sic Inſcriptio Vet Epitaph. apud Briſſon. lib. VII. de Formul. I. *Proculo L. F. XVI annos nato, qui nihil cum adoleſcente commune habens ſenes ſapientia anteiuit. &c.* Sic Q. Hortenſius cauſſas in foro annos vnde viginti natus egit: vt auctor eſt Cicero in Bruto. Anno ætatis duodecimo Iuliam auiam mortuam Auguſtus: Patrem Tiberius, nono laudauit: vt refert Tranquillus. Hermogenes, dicendi magiſter acutiſſimus, cum adoleſcens octodecim annorum eſſet, dicendi artem longe pulcherrimã & de Statibus, Idæis, Inuentione, præcepta ſcripſit. Hunc declamantem Muſonius, Philoſophus grauiſſimus, adire non refugit: quemadmodum nec Marcus Imperator. Cælius Rhodigin. libr. 31. cap. 6. Melchior Iunius Part. II. Polit. Quæſt. 41. p. 71. 72. Auguſtinus anno ætatis duodecimo Logica & Rhet. Ariſtotelis legiſſe ſe & intellexiſſe ipſe ſcribit, libr. 4. Virgilius puer, poeticam exercuit. Donatus in eius vita. Et oppido memorabile eſt, quod de filio ſuo refert, Academiæ Franequeranæ Ocellus, Iohannes D R V S I V S, Præfat. ad Lector. in Præterit. lib. 10. *Filium* (inquit) *amiſi, quem vnicum ac proinde chariſſimum habebam; in quo ſpes omnis rerum mearum ſita erat, quo tanquam ſtipione ſenectus mea innitebatur. Qui etiam, vt alia taceam, eos progreſſus fecerat in linguis orientalibus, vt non dico, ſuperiorem, ſed ne parem quidem in Europa vllum habuerit. Qui nouerunt, nouerunt autem plurimi cum in Anglia, tum in Belgio, ſciunt me verum dicere. Annno quinto ætatis cœpit cum Latinis diſcere litteras Ebraicas: quibus poſtea Græcas, Chaldaicas, & Syras adiecit. Anno ſeptimo interpretabatur optime Danidem in ſua Lingua, ſic adeo, vt Iudæus quidam, qui tum Leidæ Arabicam profitebatur, cum admiratione illum audiuerit. Biennio poſt legebat Ebræa ſine punctis vocalibus, & quod ipſi Rabbini doctiſſimiq; Iudæorum hodie ignorant, rationem callebat ex arte Grammatica, qua ſingula voces recte punctari deberent. In lingua Latina, quam vſu magis,*

quam

quam ex præceptis Grammaticis didicerat, tam promptus & expeditus erat quam in vernacula. Anglice garriebat cum Anglis, ita ut bene ipſum intelligerent. Anno duodecimo ſcribebat ex tempore tam proſa quam carmine rythmico, ut mos eſt Ebræis. Anno ſeptimo ſupra decimum, cum in Anglia eſſet, oratiunculam habuit Latinã coram Rege Magnæ Britanniæ, tanta animi præſentia, ut omnes admirarentur. Aderant Regi præter Walliæ principem & Archiepiſcopum Cantuarienſem proceres aulici: quorum omnium conſpectus vel virum fortiſſimum facile conſternaſſet. Ingenium ei erat promptum, iudicium ſupra ætatem exactum, & maturum, quale fere præcocia ingenia habent, memoria tenax, labor indefeſſus, mores amabiles & grati omnibus; unde ab omnibus amabatur, iuxta illud, Ut ameris, amabilis eſto. Prætermitto indolem egregiam, qualis eſſe ſolet eorum quos meliore luto finxit præcordia Titan, & raram pietatem. Quicquid audiebat, memoria dignum notabat in pugillaribus ſuis, quos ad hoc ſemper paratos habebat; inde in codicem referebat, cum domum veniſſet. Reliquit poſt ſe Epiſtolas Ebraicas puro ac eleganti ſtilo; in quo genere feliciſſimus erat: item rythmos quamplures, & notas breues in prouerbia Salomonis. Redegit etiam nomenclatorem Eliæ Leuitæ Germani in Ordinem Alphabeticum, additis vocibus Græcis, quæ in prima editione deſiderabantur. Cœperat vertere in Latinum ſermonem ex Ebræo Chronicon templi ſecundi, & Itinerarium Beniamini Hiſpani Tudelenſis Iudæi, quod ſi vita ei longior contigiſſet, & ad iuſtam ætatem pertingere potuiſſet, dicam præfiſcine (abſit verbo inuidia) fuiſſet interpres litterarum ſacrarum eximius, qualem fortaſſe Orbis Chriſtianus alium non habuiſſet. Nam præter ea, quæ diximus, verſatiſſimus erat in textu ſacro, notaueratque in editione quadam vulgata, cui charta inſerta erat, expoſitiones variorum Theologorum tam veterum, quam recentium; adhæc ſuppetebant ei à me adiumenta, quæ nemo mortalium alius ipſi ſuppeditare potuiſſet, videlicet Lexicon Theologicum, Onomaſticum ſacrum, Dictionarium Ebraicum ex LXX. Hiero. Aquila, Symmacho Theodotioneque collectum: item Helleniſticum, Chaldaicum, Syriacum, Syriacis characteribus deſcriptum, Thalmudicum, Rabbinicum, Arabicum; nec non fragmenta Veterum Interpretum Græcorum cum ſcholiis, & alia quamplurima ſummo labore a me per totam vitam collecta & annotata. Obiit ex calculo, anno ætatis vigeſimo primo, apud optimũ & nunquam ſatis laudatũ virum

D. Gu-

D. Guilielmum Thorne decanum Cicestrenſem, qui. quem viuum honeſto ſtipendio ad ſe vocauerat, poſtea mortuum perhonorifice ſepeliri curauit. DEVS largiatur ei præmium talibus meritis dignum. Hæc hactenus Magnus DRVSIVS, de ſuo diuini ac præcociſſimi ingenii filio. Non abſimiliter infra libr. 6. Prooem. Fabius noſter de immaturo filii ſui obitu conqueritur: Vbi inter alia: *Obſeruatum fere eſt,* (inquit) *celerius occidere feſtinatam maturitatem, & eſſe neſcio quam, quæ ſpes tantas decerpat, inuidiam, ne videlicet vltra quam homini datum eſt, noſtra prouehantur.* Accius tragædiarum ſcriptor apud A-gellium, libr. 13. cap. 2. ſic ait: *Quod in pomis eſt, itidem eſſe aiunt in ingeniis, quæ dura & acerba naſcuntur, poſt fiunt mitia atque iucunda. Sed quæ gignuntur ſtatim vieta & mollia, atque in principio ſunt viuida; non matura mox fiunt, ſed putrida. Relinquendum igitur ingeniis, quod dies atque ætas mitificet.* Hoc idem teſtatur Cato apud Plinium libr. 7. *Senilem iuuentam prematuræ mortis ſignum,* ad Helium ſcribit. Et Plinius ipſe *magna hominum admonitione* ſcribit, *qui ſpectatiſſime floreant, celerrime marceſcere.* lib. 21. cap. 1. Et Fabius noſter hoc capit. 3. *Non ſubeſt vera vis, nec penitus immiſſis radicibus nititur, vt quæ ſummo ſolo ſparſa ſunt ſemina, celerius ſe effundunt; & imitatæ ſpicas herbulæ, inanibus ariſtis ante meſſem flaueſcunt. Placent hæc annis comparata: deinde ſtat profectus.* Sic ſapiens Romanus, Seneca elegantiſſime: *Vt vinum, quod in dolio placuit, non fert ætatem: quod eſt durum atque aſperum recens, poſtea placet: ita adoleſcentia durior matureſcit, & ad frugem peruenit.* Videatur Melchior Iunius Part. 2. Polit. Quæſt. pag. 71. 72. 73. Michael Piccartus, Obſeruat. Hiſtor. Polit. Dec. 12. cap. 5. pag. 375. & ſeqq. Cælius Rhodigin lib. 10. cap. 20. & lib. 31. cap. 6. Iulii Guilielmi Zincgrefii. Emblem. Eth. Polit. 63.

Quicquid illud poſſint.] Prior Palat. Cod. & Aldi Editio τὸ *illud* exterminant: Alter vero liber Palat. *illi* ſubiicit: cuius inſtinctu legit Gebhardus: *Et audacia prouecti, quicquid illic poſſunt, ſtatim oſtendunt.*

Imitatæ ſpicas herbulæ inanibus ariſtis ante meſſem flaueſcunt.] Adſpirauit ad eandem elegantiam Pater Declam. 12. *Calidi ſpirauere venti, maturitatem præcepit æſtus: etiam ſicubi forte ieiuna herba ſolum vicerant, vanis tantum ariſtis ſpem fefellerunt & inanes culmos triſtis agricola iactauit ventis nihil relicturus.* Et Declamat. 6. *Ipſe profectus eſt, ſolo comitatus animo, nec ſe putauit ire ſine precio, quamuis ad piratas ferret inanes manes.* Videantur

Iam

Iani Gebhardi Animaduerſ. ad Sexti Aurelii Propertii lib. 4. Eleg. 5. v. 47. pag. 292. 293.

Quoſdam continet metus; quoſdam debilitat, alios continuatio extundit.] Agit Fabius de diuerſitate ingeniorum in pueris, quorum aliqui calcaribus vrgeri, aliqui frenis reuocari volunt, quod de Ephoro & Theopompo Magiſter Iſocrates pronuntiauit; quidam pauoris ſeruili obſequio in officio continentur, quidam animum deiiciunt: *Extundit* autem habet Lugdunenſe exemplar, eo ſenſu: *in quibuſdam nihil accedere profectus videas, niſi continuo multum ac ſæpe legendi vſu, cum alii ſolo impetu, & quod dicitur, prima coitione, id omne conficiant: illud in hebete ac ſtupido ingenio; hoc in induſtrio & ſagace exiſtit.* Colonienſis Editio legit: *continuatio contundit,* h. e. *adobruit, atque prægrauat, velut fatiſcentia ingenia.* Doctiſſimus Hadrianus Iunius, Animaduerſ. lib. 4. cap. 26. pag. 427. in manuſcripto exemplari ſcriptum inuenit: *retundit,* id eſt, *abſterret.* Vnde haud abſurde legi autumat, *comminatio extundit,* facili lapſu in illa perpetua ætate literarum eodẽ ductu cadentium, vt ſit iſta ſententia Fabii: *Quidam alacrius ſtudia capeſſunt, non ſponte, ſed quaſi minis ad id adacti, quum alii ſuopte impetu ad id ferantur:* præſertim quum de animorum diuerſitate loquatur auctor, non de ſtudiis; alioqui prima ex omnibus lectio integrior fuerit.

Danda eſt tamen omnibus aliqua remiſſio.] Notum enim eſt illud Sulmonenſis Vatis Epiſt. 4. Phædr. 89. 90. 91. 92.

Quod caret alterna requie, durabile non eſt:
Hæc reparat vires, feſſaque membra leuat.
Arcus, & arma tua tibi ſint imitanda Dianæ:
Si nunquam ceſſes tendere, mollis erit.

Seneca Epiſt. 15. ad Lucilium: *Non ego te iubeo ſemper imminere libro, aut pugillaribus. Dandum & aliquod interuallum animo, ita tamen vt non reſoluatur, ſed vt remittatur.* Vbi ſapiens ille Romanus ante oculos habuit, atque in memoria dictum veterum ſapientum:

Ῥήγνυσθ' ἀμφὶς τόξον ἀνιέμενον:

Studiorum & ſapientiæ rumpi arcum, ſi relaxetur. Diuus Nazianzenus; *Inambulabam ego ſolus, vergente in occaſum ſole. Locus porro in quo ſpatiabar, maris ripa erat. Soleo enim fere huiuſmodi oblectamentis labores diſſoluere ac relaxare: quandoquidem nec perpetuam contentionem neruus ferre poteſt, ſed laxari nonnunquam arcus cornua oportet, ſiquidem rurſus intendendus ſit, ac*

non

non ſagittario inutilis, tum futurus, cum eo vtendum erit. Et omnium elegantiſſime Phædrus, Fab. LIII.

Cito rumpes arcum, ſemper ſi tenſum habueris.
At ſi laxaris, cum voles, erit vtilis:
Sic luſus animo debet aliquando dari,
Ad cogitandum melior vt redeat tibi.

Quare Amaſidis in Ægypto Regis prædicatur ab Herodoto in Euterp. ſapientia; qui cum primam diei partem in grauiſſimis negociis conficiendis poſuiſſet, pomeridianis deinde horis ad omnem animi remiſſionem ſolebat deſcendere. Cumq; illam Regis magnanimmi conſuetudinem viri Principes haud obſcuro conuitio peterent, tantum non ea Romani vatis, Ep. Phædr. obiiciebat; *Arcus, & arma, &c.* Comparationem aliam arcus cũ animo humano facit Mimus apud Senecam relatus: *Arcum intenſio frangit, animum remiſſio;* vbi intelligenda eſt nimia animi remiſſio & ignauia. Nam, vt prudenter ſubiicit Fabius noſter: *Modus ſit remiſſionibus, ne aut odium ſtudiorum faciant negatæ, aut ocii conſuetudinem nimiæ.* Vide Eraſmum in Prouerbio: *Arcus tenſus rumpitur.* Chil. IV. cent. V. adag. 77. Ludouici Chreſollii, Vacat. Autumn. lib. 1. c. 1. Melchioris Iunii Orat. part. 1. p. 388. de ludis & recreationibus adoleſcentũ. & Part. II. Orat. I. de Illuſtrium ac generoſorũ recreationibus, p 1. Plutarchi libellum περὶ παίδων ἀγωγῆς. Iulii Guilielmi Zincgrefii, Emblem. Ethico-Polit. LXIX. & LXXIII.

Cædi vero diſcentes.] Probat Fabius, non eſſe cædendos pueros, cum quibus verbis, non verberibus agendum ſit. Eſſe contra cædendos, ac caſtigandos pueros, docent nos ſacræ literæ Prou. Salom. cap. 13. v. 24. *Qui cohibet virgam ſuam, odit filium ſuum: qui autem amat eum, tempeſtiue procurat eruditionem ei.* Et cap. 22. v. 15. *Stultitiam alligatam animo pueri; eam virga eruditionis amouebit procul ab ipſo.* Et 23. v. 13. 14. *Ne ſubtrahas à puero caſtigationem; cum percuſſeris eum virga, non morietur: Tu virga percutito eum; & animam eius à ſepulcro tripies.* Et Syrac. c. 30. v. 1. *Æque opus eſt liberis caſtigatione, atq; potu ciboque.* Paulus Eph. 6. v. 4. *Et vos Patres, ne prouocetis ad iram liberos veſtros, ſed enutrite eos in eruditione, & monitis Domini.* Cic. lib. 1. Offic. *Qui adoleſcentum peccatis ignoſci putant oportere, falluntur, propterea quod ætas illa non eſt impedimento bonis ſtudiis. At hi ſapienter faciunt, qui adoleſcentes maxime caſtigant, vt quibus virtutibus omnem vitam tueri poſſunt, eas in ætate maturiſſima velint comparare.* Plinius ſcitiſſime: *Vt enim veſtes raro quæ induũtur, propè à tineis erodun-*

tur;

tur: ita pueri quoq;, qui nimis indulgenter tractantur, ſæpenumero & animi & corporis viribus corrumpuntur: idem his quod Simiarũ Catulis accidere ſolet, qui nimio complexu à ſuis necãtur. Qui ergo Præceptores, & Parentes liberis parcunt, & ad vitia eorũ conniuent, illi perdũt eos, neq; animam à ſepulchro eripiunt: qui autẽ caſtigant, illi ſalutem eis præbent. Nec refert, ſi plagis nõ emendentur. Modo præceptores & parentes ſuũ fecerint officium. Etiã balneator mercedem ſuã recipit ab Æthiope, balneum ingreſſo, etſi albus nõ fiat Æthiops. Hac in re tamẽ moderatio & ratio adhibenda eſt. Nam, vt pulcherrime ait Fabius noſter inf. lib. 12. c. 10. *Tutiſſima fere per mediũ via: quia vtriuſq; vltimũ, vitium eſt.* Cauebit igitur prudẽs Pædagogus; *ne acerbe nimis pueris ſuis caſtigationibus inſtando, ſtudia, qui amare nondũ poſſunt, oderint, & amaritudinẽ ſemel præceptam, etiam vltra rudes annos reformident*: vt loquitur ſupra Fabius noſter, c. 1. Vnde nõ male Orbilius, aſper in cædendo & reprehendẽdo notatus fuit à Sueton. de Grammaticis Illuſtribus, c. 8. vbi ait: *Fuit Orbilius Pupillus Beneuentanus natura acerbæ non modo in antiſophiſtas, quos omni ſermone lacerauit: ſed etiam in diſcipulos, vt Horatius ſignificat PLAGOSVM eum appellans, & Domitius Marſus ſcribẽs:*

Si quos Orbilius ferula ſcuticaque cecidit.

Et tale quidem monſtrorum genus mihi videtur iure Fabius notare, Orbilios videlicet eiuſmodi plagoſos, quales hodie nõ paucos reperias, qui quaſi in Laconũ διαμαστιγώσει Dianæ Orthiæ meterentes, non niſi diſcipulos *plagipatidas* formant: vt ait Decima della Musa, Capt. III. 1. v. 11. 12. Videatur Seneca de Prouidentia pag. 210. Edit. Lipſii. Melch. Iun. Part. II. Quæſt. Polit. 46. p. 94. 95. Ludouici Lauateri Comment. in Prouerb. Salom. pag. 132. cap. 23. Fabius infra lib. 11. cap. 2. & cap. 4.

Quia deforme eſt, & ſeruile.] MS. *quod deforme eſt & ſeruile*; Sic infra lib. 2. cap. 1. *quia nemo non didiciſſe mauult, quam diſcere.* MS. pro *quia*, *quod*, legit. Gebhard. Crepund. lib. I. cap. VI. pag. 17. Porro, *iniuria*, ſine ſenſu eſt: lege ex Mſ. *iniuriæ.*

Si cui tam eſt mens illiberalis, vt obiurgatione non corrigatur; is etiam ad plagas, vt peſſima quæq; mancipia, durabitur.] Huc pertinet locus Senecæ, lib. 1. de Clement. c. 16. pag. 240. Edit. Lipſ. *Non eſt vnum imperandi genus. Imperat princeps ciuibus ſuis, Pater liberis, Præceptor diſcentibus, tribunus vel centurio militibus. Nonne peſſimus Pater videbitur, qui aſſiduis plagis liberos, etiam ex leuiſſimis cauſſis compeſcet? Vter autem præceptor liberalibus ſtudiis dignior, qui excarnificat diſcipulos, ſi memoria illis nõ cõſtiterit; aut ſi parum agilis in legendo oculus hæſerit: an qui monitionibus &*

Digitized by Google

uerecundia emendare, ac docere malit? Tribunum centurionemque da ſauum; deſertores faciet. &c.

CAPVT IV.

Et libros, qui falſo viderentur inſcripti, tamquam ſubditítios ſummouere familia permiſerint ſibi.] Ian. Gebhardus, Crepund. lib. I. cap. 14. pag. 44. Duplicis MSS. conſenſus, *ſubditos*, legit. Nec me fallit *ſubdititium* æque eſſe ὑποβολιμαῖον. Sed ſuum Quinctiliano aſſerendum contendo. *Subdere* verbum ſignatum de illis mulierculis, quæ ſine obſtetricis opera, & ſine doloribus (vt Platus loquitur) alienos liberos pariunt. Græci vocant & ὑποβάλλειν, & ὑποτίθεσθαι. Gloſſar. *Subditus*, ὑποβολιμαῖος. Item *ſubditiuus*, ὑποβολιμαῖος, ὑπολογιμαῖος, ſtem ὑποτίθημι *ſuppono*. Etiam ὑποβάλλω, *ſubiicio*, &c. Illa vero actio ὑποβολὴ dicitur. *Subdere* alias eſt ἐρεθίζειν, ἐποξύνειν Fabius lib. I. cap. 2. *Id nobis acriores ad ſtudia faces ſubdidiſſe.* Adi Gebhardum, laudato loco: & (qui prodibit) Indicem noſtrum Lucretianum, in voce *ſubdita*. Fons erroris inde eſt, quod Correctores hic putarunt *ſubditum* eſſe τὸν ἀρχόμενον: in *ſubdititium* ideo interpolarunt.

Exemerint numerò.] h. e. eximios fecerint, & extra ingenii aleam poſuerint. Sic apud Græcos Ariſtarchus Grammaticus Homeri verſus cenſoria virgula iudicauit, vt alios maxime germanos Homero ſignificauerit, appoſitis aſteriſcis, ſiue ſtellulis. Alios autem tanquam ſuppoſititios, & Homero indignos, ſubmouerit familia, idque adſcriptis obelis, h. e. verubus, quæ hodie adhuc in quibuſdam codicibus videre licet. Hoc ſtudium Origines in re Theologica non neglexit, nec eius æmulator Hieronymus: vti notat Petrus Molellanus, p. 47.

Atqui littera I ſibi inſidit.] Ita Editio Lugdunenſis, Anno 1540 edita. Planiſſima eſt lectio membranarum Palat. *A quidem litteram I, ſibi inſcindit.* In altero chartaceo libro erat; *Atqui littera I. ſibi incidit.* Et ſic fortaſſe alii plures habent: præclarus ille correctorum manipulus exinde hanc pugnam vulgo pugnauit. Ian. Gebhard. Crepund. lib. I. cap. 14. pag. 45.

Maijamque.] Scribe: *Aiiamque.* & vide Adrian. Turneb. aduerſar. lib. 19. cap. 12. pag. 648.

Ex ſcamno fiat ſcabellum.] Adeundus Ioh. Sauaro. ad Sidon. lib. I. Epiſt. 3. pag. 23.

B. quoque in locum aliarum dedimus.] Videndus Paulus Merula, ad Ennium, pag. 59.

Ex duello bellum.] De hoc fuſius agam in Indice meo Lucretiano; quem iam confectum breui producam ad lucida tela diei.

Menerua, leber, Mageſter.] Sic in vetuſto lapide ſcriptum de Duellio priſca ratione: *Rem nauebous marid Conſol primus geſſit.* Quod ſumptum eſt à ruſticis; qui vt ait M. Varro, de re Ruſt. lib. 1. c. 2. & 48. dicebant; *Veham,* pro, *via vellam & ſpecam,* pro, villa, & ſpica. Adeundus Paulus Merula ad Ennium. pag 58. Ludouicus Creſollius, Vacat. Autumn. libr. 3. cap. 13. pag. 530.

Pro Dioui & Veioui.] Inſcriptiones dedicationum templorum proculdubio ſpectauit Fabius de Ioue Victore. Porro veteres *Diouem* appellarunt, quem Ennius *Lucecium* vocat, apud Agell. lib. V. cap. 12. nimirum qui præſit luci, dieique, & ſit ad iuuandum propenſior. Nam & Iouem nocendi ſtudioſum colebant, appellatum *Veiouem,* Auctor. P. Moſellan. pag. 21.

Cicerones, Rufos, &c.] Iah. Gebhardus, Crepund. lib. 1. c. 14. pag. 45. Quis hic *Cicerones* intruſerit, neſcio: & profecto delirauit ille nimio prodigus infarctor. Quippe *Cicerones* non ex habitu corporis, ſed à ſtudio ſerendi ciceris: ſicut *Lentulos,* à lentium ſerendarum amore, nomen indeptos eſſe notum. Illud non eſt magnum, quod MSS. & Aldus pro *Planci, Plauti* legant; ambos à latitudine pedum ſic appellatos didici πλατυ-ποδας. Feſtus: *Planca dicebantur tabulæ planæ, ob quam cauſſam & Planci appellantur, qui ſuprà modum pedibus planis ſunt. Plautus* ergo, ſiue *Plotus,* πλατύποδες; cuius pedum conuexum (Græci πλάτοι vocant) velut tonſa ſeu palmula latius eſt.

Porro quod quiſpiam *Serranos* huc intulit; nimio acutiori ille homo naſo erat, qui non videre poterat; nullum ſic inde ſenſum patere. Vult Quintilianus, rationem Originis non tantum ex obuiis, vt ſere ſunt nomina ex habitu imponi ſolita; ſed etiam vbi ſecretior eſt, & abſtruſior nominum cauſſa. Dicitur autem, eas procedere vel ex caſu naſcentium; vel poſt ortus datis vel ſerius; vbi aliquo actu ſactore traxiſſent perpetuam appellationem. Hæc Gebhardus ad emendationem & explicationem huius loci.

Sylla, Burrhi.] Videatur Cælius Rhodigin. lib. 14. cap. 5. pagin. 1114.

Marcipores, Publiporesque.] Maiores noſtri à prænominibus Dominorum ſeruos in familia nominabant: vnde à *Marco &*

Publio dicti ſunt, *Marcipores*, & *Publipores*, quaſi pueri, h. e. ſerui *Marci* & *Publii*. Sicut *Quintipor*, nomen ſeruile frequens fuit apud antiquos à prænomine Domini. Qua de re conſulendus Philippus Beroaldus, Annotat. in Quintil. pag. 240. in Lamp. Crit. Part. I. Iacob. Spiegelius, Interpret. in Prudent. p. 192. Edit. Weitzianæ. Gerhardus Voſſius, Inſtitut. Orat. lib. 4. cap. 12. pag 245. Priſcianus lib. 6. Plinius lib. 33. cap. 1.

Quæ declinationibus non tenentur.] Scribe ex MS. *terentur*.

CAPVT V.

Εὐφωνία.] Priſcianus *bonam ſonoritatem* interpretatur. A. gellius autem iam ſimpliciter *ſonum*, iam *vocabulorum ſonum* vertit.

Quod melius ſonat.] Valerius Probus libr. 13. cap. 20. in hunc modum præcipit: *Si*, inquit, *aut verſum pangis, aut orationem ſolutam ſtruis, & verba dicenda ſunt, non finitiones illas prærancidas, & fœtudinas Grammaticorum ſpectaueris: ſed aurem tuam interroga, quid quo loco conueniat dicere, quod ſuaſerit, id profecto erit rectiſſimum.*

Barbariſmi fœditas.] Vitium in ſingulis dictionibus contingens *barbariſmus* vocatur P. Nigidius: *Ruſticus fit ſermo*, inquit, *ſi aſpires perperam.* Strabo βαρβαρίζειν & βαρβαροφωνεῖν interpretatur κακῶς ἑλληνίζειν. Fronto Cornelius de differentiis: *Barbara loquutio proprie peregrina eſt. Barbariſmus fit etiam in Latini ſermonis elocutione.* Et bene. Lexis enim vnum verbum. Lucilius:

Quam lepide lexeis! compoſtæ vt teſſerulæ omnes.

Latini *eloquium*, ſiue *elocutionem* interpretantur: vt paſſim ex Grammaticis diſcimus. Videatur Iſidorus Orig. lib. 1. cap. 31. c 842 Ioh. Lud. Strebæus, Remenſis, de Elect. & Colloc. Verb. lib. 1. c. 22. pag. 59. Lud. Creſollius, Vacat. Autumn. lib. 2. p. 347.

Solœciſmi.] Euſtathius: ὁ μὲν βαρβαρισμὸς ἁμαρτία ἐστὶ περὶ φορᾶς περὶ λέξεις, ἡ τινὰς γινομένη. ὁ δὲ σολοικισμὸς περὶ σύνταξιν ἐννοίας ὅσον λόγων αἰκίζουσα. Aſinius Capito apud Agellium libr. 5. cap. 20. Epiſtola ad Clodium Tuſcum: *Solœciſmus eſt*, inquit, *impar & inconueniens compoſitura partium orationis.* Veteres Latini *Stribliginem* appellarunt; Aſinius *imparilitatem* dicere ſolitus. Dicebatur autem *Solœciſmus* omnis inconueniens actio. *Saltandi* apud Lucianum περὶ ὀρχήσεως: Σολοικίας δεινὰς ἐν τῇ ὀρχήσει ἐπιδεικνύντων ὑπ᾽ ἀμαθίας. Iuuenalis Sat. 6.

—*Solæ-*

—*Solœtiſmum liceat feciſſe marito.*

Plutarcho περὶ ἀκροάσεως: σολοικίζειν περὶ τὴν ἀκρόασιν. Lucianus Nigrino nominat περὶ τὰς ἡδονὰς σολοικίζοντας. Plutarchus βίων σολοικισμοὺς. Quicquid etiam eſſet barbarum, σόλοικον dicebatur. Hipponax: τοὺς σολοίκους ἢν ἕλωσι περνᾶσι. Sed hæc obiter. Videatur Iſidorus, Orig. libr. 1. cap. 32 pag. 842. 843. Andreæ Schotti Tuſcul. Quæſtio. libr. 5. pag. 64. & ſeqq. Quod autem monet Illuſtriſſimus Scaliger in Auſonio eſſe *ſolicismus* legendum, hoc verſu: —*iam ſolaciſmus erit.* Vereor certe ne is ſcripſerit: *Iam ciliciſmus erit.*

Ne quem tam lubrica obſeruatio fallat.] Elegantius MSS. Codd. *Ne qua tam lubrica obſeruatio fallat. Fallere* eſt λανθάνειν hic elegantia priſca ac Romana. Fab. libr. 8. cap. 2. *Fallunt etiam verba vel regionibus quibuſdam magis familiaria.* Excidit libr. 5. cap. 2. *Quid enim minus figuratum, quam vera libertas? ſed frequenter ſub hac facie latet adulatio.* Lege: *fallit adulatio.* Idem lib. 6. cap. 4. *Nam eſt res animi iacentis & mollis ſupra modum frontis, fallitque plerumque quod probitas vocatur, quæ eſt imbecillitas.* Ouid. lib. 8. Metam. —*Spatii diſcrimina fallunt.* Papin. Statius, lib. 2. Theb. v. 464.

—*Sic primus ſanguinis auctor,*
Inceſtique patrum thalami, nec fallit origo.

Idem Fabius libr. 9. cap. 10. *Longius fortaſſe progredior, fallente tranſitu.* Gebhard Crepund. lib 1. cap. 14.

Quid hic promiſſor tanti operis dignum?] Alluſit ad illud Horatii, De arte Poet. v. 138. 139.

Quid dignum tanto, feret hic promiſſor hiatu.
Parturiunt montes, naſcetur ridiculus mus.

Phædrus Fab. 79.

Mons parturibat gemitus immanes ciens,
Eratque in terris maxima expectatio,
Quid ille pareret: at ille murem peperit.
Hoc ſcriptum eſt tibi,
Qui magna cum minaris, extricas nihil.

Vbi videatur Ritterſhuſii Comment. pag. 146. Eleganter autem omittitur verbum ad exprimendum ἦθος talium obbuccatorum. *Promiſſor* vero eſt, cui dapſilium dictorum theſaurus in lingua tinnitat, à quo tamen re & effectu ramenta plumbea non ſias propenſior. Ergo *Promiſſor* μεγαλοῤῥήμων. vel μεγαλόλαλος, ἀποπλανῶν ἀνθρώπους σεμνοῖς λόγοις ἢ κόμποις. Verbum *Promittere* apud Philoſophos, Poetas, qui aures in-

gentibus præcepris diuitant, onerantque, reipſa caſſam nucem non implent ipſi: Vnde & Euripidi tales dicuntur πολλῶν γραμμάτων τιμῶν καπνούς. h. e. *multarum literarum colere fumos.* Idem Hippol. v. 952.

Ἤδη νῦν αὔχει καὶ δι' ἀψύχου βορᾶς
Σίτοις καπήλευε ——— h. e.

Iam gloriare, & eſu inanimatorum cibis cauponare. Vbi Scholiaſtes: ἐν λόγοις ἐμπορεύου καθάπερ οἱ λεγόμενοι λογέμποροι καὶ μὴ κατὰ φύσιν φιλοσοφοῦντες, ἀλλ' εἰ τοὺς λόγους καπηλεύοντες. Sic ſupra Proœmio: Vbi eloquentiſſime in palliata illa mendicabula vbique obambulantia, & virtutem philoſopha ſententia, ignaua opera venditantia inuehitur Fabius: *Nomen ſibi*, inquiens, *inſolentiſſimum arrogarunt: vt ſoli ſapientiæ ſtudioſi vocarentur: quod neque ſummi Imperatores, neque in conſiliis rerum maximarum, ac totius adminiſtratione Reipubl. præclariſſime verſati, ſibi vnquam vindicare ſunt auſi. Facere enim optima quam promittere maluerunt.* Ibid. cap. 4. de Grammatica: *Plus habet in receſſu, quam in fronte promittit.* libr. 1. cap. 9. *Finitæ quidem ſunt partes duæ; quas hæc profeſſio pollicetur.* Lib. 2. cap. 5. *Id profeſſionis eius atque promiſſi, qui ſe magiſtrum eloquentiæ pollicetur, maxime proprium eſt.* Libr. 4. *Sæpe ſimplici atque illaborata ſimilis, nec verbis vultuque nimia promittens.* Petronius arbiter de Eumolpo Poeta: *Senex canus, exercitati vultus; & qui videretur neſcio quid magnum promittere.* Cicero Tuſcul. 5. cap. 7. *Caue enim putes vllam in philoſophia vocem emiſſam clariorem, vllumve eſſe philoſophia promiſſum vberius aut maius.* Gebhard. Crepund. libr. 1. cap. 14. pagin. 46.

Ferrum quo Rotæ vinciuntur, dici ſolet canthus.] Vtitur hoc vocabulo tamquam recepto Perſius, Sat. 5. v. 71.

Nam quamuis prope te, quamuis temone ſub vno
Vertentem ſeſe, fruſtra ſectabere canthum;
Cum rota poſterior curras, & in axe ſecundo.

Ea voce pro rota ante Perſium nemo vſus. Ideo notatus hic locus Fabio, qui non agnoſcit hanc vocem pro Græca. Videatur eruditiſſimus Iſaacus Caſaubonus ad hunc Perſii locum, pag. 403. 404.

Sicut Catullus.] Quod expreſſit in Epigrammate quodam de Æmilio hoc verſu:

Gingiuas vero Ploxeni habet veteris.

Exponit

Exponit partim inciſionem capſarum, partim etiam capſam ipſam. *Petr. Moſellan.* pag. 26.

Nam Maſtrugam, quod ſardum eſt, illudens Cicero ex induſtria dixit.] Domitius Calderinus lib. 3 Obſeruat. in Lamp. Crit. Part I. pag. 316. 317. Incidi nuper in quasdam Laurentii Commentatiunculas, quas in Fabium compoſuit, in quibus cum alia deſideraui, tum teſtium, quos citat, aliquando fidem, atque adeo, vt vnum ſubiiciamus, vbi Fabius de verbis peregrinis ita ſcribit: *Nam Maſtrugam*, &c. Laurentius locum indicans, vbi id Cicero dixerit, hæc addit: *Cicero pro Scauro; quem purpura regalis non commouit, eum Sardorum Maſtruga mutauit.* Equidem *Scauri cauſſam* actam fuiſſe apud Ciceronem, legi apud Valerium Maximum & Pedianum. *Orationem* vero à Cicerone pro illo habitam, vnde ſe hæc accipere Laurentius profitetur, legi nuſquam, neque exſtare arbitror; vereorque, ne Grammaticum aliquem ignobilem ſecutus hæc verba recitauerit potius, quam legerit vſquam apud Ciceronem. Atque (vt dicam quod ſentio) Quintiliani verba Ciceronis mihi indicare videtur, quæ ſunt in Oratione de prouinciis Conſularibus hæc: *Quod eſt primum diſſimile: Res Sardinia cum Maſtrugatis latrunculis, prætore vna cohorte auxiliaria geſta, & bellum cum maximis Syriæ gentibus tyrannis conſulari imperio exercituque confectum.* Maſtruca autem quid ſit, in ſecundo diſputauimus. Hæc Domitius.

Adiiciat literam.] Quoniam Poetæ aliquoties nolint, velint, neceſſitate cogente, id genus vitia in verſibus ex induſtria committunt, quod alias verba ſoluta in arctam metri legem non coirent. Sic Virgilius *Relligione* dixit appoſita L. littera, neceſſitate ductus. Sic alibi Virgilius:

Teſtor chara Deos & te germana, tuumque
Dulce caput, magicas inuitam accingier artes.

Et id genus infinita apud Poetas.

Tinca Placentinus.] Meminit huius Tincæ Placentini Cicero in Catalogo Clarorum Oratorum, vbi faceti ſſimum hominem dicit fuiſſe, vt qui cum præcone Granio dicacitate ſolitus fuerit certare.

Pergula] Locus eſt columnis ſuſtentatus ante ædes, vel omnibus, vel pluribus lateribus liberæ auræ expoſitus, in quo deambulare veteres ſolebant, h. e. pergere, vnde & nomen factum. Vtitur eo Plinius lib. 38.

Metteo, ſufficio.] Moſellanus coniecturis aſſequitur, apud

veteres *Matius* in prima ſyllaba ſcribi ſolitum per *a* diphthongum; & *ſuffacius* itidem per *a* in ſecunda. Itaque hac ratione in datiuo dicendum fuiſſet Ennio: *Matio, ſuffacio.* Sed quoniam in verſum Heroicum ſyllaba inter duas longas poſita non ingreditur, coactus eſt Ennius & mutationem literarum, & transmutationem facere: Nam *a* mutauit, poſuitque *E.* Et *E* quod ex diphthongo reliquum erat, tranſtulit in penultimum locum.

Canopitarum.] *Canobos*, autore Strabone lib. 17. ſolebat ſcribi. At Plinius *Canopum* vocat. Eſt autem ciuitas centum viginti ſtadiis ab Alexandria diſtans, ſortita nomen à *Canopo* quodam, qui illic ſit mortuus: ciues *Canopitæ* dictæ ſunt: vt notat Moſellanus.

Tharſomenum.] Moſellanus *Thraſimenum* legendum opinatur, vt ſit & litteræ V mutatio in I, & adſit quoque tranſmutatio, ſiue litterarum tranſpoſitio: alioqui non eſſet, quod Fabius dicit, exemplum huic loco accommodandum. Porro loci eſt hoc nomen in Vmbria, Apuliæ regione, vbi Romani quondam infeliciter pugnarunt.

Siſenna] Lucius Siſenna doctus vir, & ſtudiis optimis deditus, bene Latine loquens, gnarus Reipublicæ, non ſine facetiis, neque laboris multi, nec ſatis verſatus in cauſſis, interiectusque inter duas ætates Hortenſii & Sulpitii, nec maiorem conſequi poterat, & minori neceſſum erat cedere. Huius omnis facultas ex hiſtoria eius perſpici poteſt. Hæc Cicero in Bruto. Porro hanc hiſtoriam cum alii, tum maxime citant A gellius & Priſcianus.

Aſſentio] Marcus Varro libr. 8. de lingua Latina ſic ait: *Sentior nemo dicit, & id per ſe nihil eſt; aſſentior tamen fere omnes dicunt. Siſenna vnus aſſentio in ſenatu dicebat, & eum poſtea multi ſecuti, neque tamen vincere conſuetudinem potuerunt.*

Analogiam.] Analogia eſt ſimilis ſimilium declinatio, quam quidam Latine *proportionem* vocant; qua probatur, vt quemadmodum dicimus, *ſentio, diſſentio, conſentio*, ita quoque ſimile compoſitum *aſſentio* dicamus. Agellius lib. 2. cap. 25.

Meſſala.] *Marcus Meſſala minor natu quam nos, nullo modo ineps, ſed non nimis ornatus genere verborum, prudens, acutus patronus, in cauſſis cognoſcendis, componendiſque diligens, magni laboris, multa operæ, multarum cauſſarum.* Cicero in Bruto.

Triumvu.] Angelus Politianus Miſcellan. cap. 19. pag. 32. 33. narrat à ſe ſpectatum aureolum numiſma, cui inſculptum fuerit ad

ſit ad hunc modum: TRIVMPI, citra aſpirationem. Inſerebant aſpirationem veteres noſtri pleriſque vocibus verborum firmandis roborandiſque; vt ſonus earum eſſet viuidior, vegetiorque; Qua de re nonnihil & Cicero in Oratore perſtringit, ex quo loco Fabius ferme hæc transſcripſit. Videatur Politianus, citato loco.

Qua de re Catulli nobile Epigramma.] Politianus putat Epigramma citari hoc potiſſimum.

Chommoda dicebat, ſi quando commoda vellet
Dicere & hinſidias Arrius inſidias.
Et tum mirifice ſperabat ſe eſſe loquutum,
Cum quantum poterat, dixerat hinſidias.
Credo ſic mater, ſic liber auunculus eius,
Sic maternus auus dixerat, atque auia.
Hoc miſſo in Syriam requierant omnibus aures,
Audibant eadem hæc, leniter, & leuiter.
Nec ſibi poſt illa metuebant talia verba,
Cum ſubito affertur nuncius horribilis;
Ionios fluctus, poſtquam illuc Arrius iſſet,
Iam non Ionios eſſe, ſed Hionios.

Qui contextu vel complexu orationis accidere eum confitentur.] Gloſſa fœda heic obſedit, quæ coniectura elui potuiſſet, niſi Atticus ille naſus Criticorum ſtertuiſſet. MSS. biga legere iubet miſſo illo prauo gloſſematis ſanguine. *Nam etiam qui Complexu Orationis. Complexus Orationis* eſt contextus. Sic eiuſdem Capitis principio: *Licet enim dicamus aliquid proprium, ſpecioſum, ſublime, nihil tamen horum niſi in complexu loquendi ſerieque contingit.* Sic infra: *Solœciſmi porro vitium non eſt in ſenſu, ſed in complexu.* Gebhard. Crepund. lib. 2. cap. 1. pagin. 56.

Quum aliud voce, aliud nutu vel manu demonſtratur.] Non abs re eſt, quod NVTVM inter alia poſuit Fabius. Sic enim etiam Euſtathius: ϗ νεύματι σολοικίζειν τινὰς ἰσχυρίζονται. Et ingenioſus ille Poeta in Anthol.

ϗ τῇ χειρὶ τὰ λοιπὰ σολοικίζει διαγραφῶν.

Videatur Ludouicus Creſollius Vacat. Autumn. libr. 2. pagin. 347. 348. Cælius Rhodigin. lib. 20. cap. 25. pag. 947.

Pollio deprehendit in Liuio Patauinitatem.] Adi Ptolemæum Flauium Anconitanum. Coniectan. ca. 45. pag. 972. In Lamp. Crit. part. 1. Et Franciſci Floridi Sabini Lect. ſubciſiu. lib. 1. cap. 2. pag. 1000.

Et mappam &c.] Domitius Calderinus Obſeruat. lib. 3. pag. 317. 318. DI boni! quam pertinax menda occupauit omnes Fabii Codices, librariorum & interpretum culpa, qui cum non perciperent vetuſtatis morem, neque vſquam eum obſeruaſſent, multos in errorem induxerunt. Verba hæc reperies in primo Inſtitutionum de Grammatica, vbi Fabius de iis nominibus diſſerit, quæ cum externa & peregrina ſint, in Romanum vſum recepta fuerunt. *Plurima* (inquit) *Gallicæ valuerunt, vt Rheda ac Petoritum, quorum altero Cicero tamen, altero Horatius vtitur, & Mappam Cicero quoque vſitatum nomen Pœni ſibi vindicauit:* De *Rheda & Petorito*, quid Fabius ſcribat, perſpicuum eſt: ſed quod addidit, *Et Mappam Cicero quoque vſitatum nomen Pœni ſibi vindicauit*; tam bianti compoſitione hæc verba ſtructa ſunt, vt facile declarent, aliquid impedire, quo minus cohæreant ſuo loco. Sed extorqueamus, quem poſſimus, ſenſum, quod *Cicero* ſibi vindicauerit hoc verbum *mappam*; quod nomen eſt vſitatum Pœnorum. Dicant ob ecro interpretes, vbi Cicero dixit vnquam, *mappam* ſuum eſſe verbum, atque id ſibi vindicauit: quaſi Horatius, Iuuenalis, aliique Poetæ idem non vſurpauerint? ita interpretantur. Sed ne diutius inuento noſtro gloriemur, accipite veram Fabii ſcriptionem; & antiquum morem diſcite, de quo in Commentariis Iuuenalis, & Martialis diſputauimus, in ludis Circenſibus; *Mappa à Pratore* demitti ſolebat aurigæ victori, veteri inſtituto. Tranquillus in Nerone; *Poſitoque in hortis inter ſeruitia, & ſordidam plebem rudimento, vniuerſorum ſe oculis in circo maximo præbuit, aliquo liberto mittente mappam, vnde magiſtratus ſolent.* Iuuenalis:

Interea Megaleſiaca ſpectacula mappæ.

Martialis:

Creratam prætor quum vellet mittere mappam,
Surripit Hermogenes.

Mappa igitur in Circo vſurpatur. Inde ego contenderim ita apud Fabium legendum: *Et mappam circo quoque vſitatum nomen Pœni ſibi vindicant.* Nam quum referret, quæ peregrina in noſtrum vſum venerint: *Rheda*, inquit, *& petoritum Gallica ſunt: ſed tamen iis vtuntur Cicero & Horatius; & mappam Pœni dicunt ſuum eſſe nomen; ſed eo tamen adeo paſſim vtimur, vt in Circo quoque & ludis Circenſibus id vulgatum ſit & vſitatum.* Hoc quum noſtri homines ignorarẽt, vbi Circo ſcribendũ fuit, *Cicero* ſuppoſuerunt, & ne ſolœciſmus eſſet, ex

vindi-

vindicant, vindicauit, fecerunt. Sententiæ noſtræ, antiquitatis monumenta, verborum compoſitio, ſeries ſenſus, denique vetuſtiſſimus Fabii codex, conſtantiſſime adſtipulatur. Hactenus Domit. Cald.

Nunc recentiores inſtituerunt.] Gebhardus mauult: *inſtiterunt.* Vt & infra lib. 3. cap. 2. *Nec video quare curam dicendi putent quidam inde cœpiſſe, quod ii qui in diſcrimen aliquod vocabantur, accuratius loqui defendendi ſui gratia inſtituerunt.* Lege: *inſtiterunt.*

Solitaurilia.] Ioh. Brodæus, Miſcellan. libr. 6. cap. 32. pag. 569. Agamemnon, plerique alii apud Homerum, Ioui bouem immolant: nemo, quod ſciam, taurum. Id vero, ac fortuito canat Poeta: ad huic Deo, Troiano ſeculo ſacra facere huiuſmodi hoſtia piaculum eſſet, haud facile coniicere poſſum. Græcos enim Ioui aliquando taurum mactaſſe, vel vnus in quadam ad Libanium Epiſtola Iulianus palam teſtatur: καὶ ἔθυσα τῷ Διῒ βασιλικῶς ταῦρον λευκόν. Perſas Xenoph. in Cyri Pæd: πρῶτον μὲν ἤγετο τῷ Διῒ ταῦροι πάγκαλοι εἰς τέσσαρας. Tractat hæc lib. Saturn. 3. cap. 10. Macrobius, vbi ex hoc Virgiliano Carmine:

Taurum Neptuno, taurum tibi pulcher Apollo:

Sententiam ſuam parum ſtabilit: quod nos ex hoc Homerico Iliad. λ. ταῦρον δ' Ἀλφειῷ, ταῦρον δὲ Ποσειδάωνι, deſumptum arbitramur. Falluntur autem qui *Solitaurilia* Græcorum τριττὺν fuiſſe putant. Illa enim ex *ſue, oue,* & *tauro.* Tacit. libr. 5. *Cum hic more Romano ſue, oue, taurilia daret.* Liuius: *Inſtructum exercitum omnem ſue, oue taurilibus luſtrauit.* Quintilianus: *Nam Solitaurilia tam perſuaſum eſt eſſe ex ſue, oue, & tauro.* Aut *verre, tauro, ariete, & hirco*: atque apud Athenienſes, ex *ſue, ariete, & hirco* tantum: vt docet Ariſtophanis Commentator. Neque tamẽ illud ſacrificii genus, è Græco ritu ad Romanos emanaſſe negauerim. Hom. Od. λ. ῥέξας ἱερὰ καλὰ Ποσειδάωνι ἄνακτι, ἀρνειὸν, ταῦρόν τε, συῶν τ' ἐπιβήτορα κάπρον. Conſule Euſtathium, & Diodor. Sicul. lib. 8. Sunt porro, qui apud Tacitum *ſolitaurilia*; & è contrario apud Liuium, *ſolitauribus*, *aut ſuouetaurilibus*: ac Quintilianum *ſuouetaurilia* ſcribere malint. Hæc Brodæus.

Biclinium: Epitogium.] Domitius Calderinus Obſeruat. lib. 3. pag. 316. In Fabii Quintiliani Codicibus librariorum error propagatus eſt compluribus locis: quædam certe apud hunc ſcriptorem non ſatis explicata obſeruauimus. Vt illud, cum de diuerſa nominum compoſitione moneret: *Componuntur*

Digitized by Google

(inquit) *aut ex noſtro & peregrino: vt biclinium: contra, vt Epitogium & Anticato.* Vnde ſatis diſcimus, dictiones ita componi, vt priorem partem aliquando occupent noſtra, poſteriorem peregrina: veluti *in biclinio*: in quo nomine *bis* noſtrum eſt; *clinium*, Græcum: vnde *biclinium* deductum eſt. Aliquando vero priora ſunt peregrina: vt in *Epitogio, & Anticatone.* Nam *Epitogium* genus veſtis, quod togæ ſuperinduebatur, ex ἐπὶ præpoſitione Græca; & *toga* formatum eſt. vt *Anticato* Cæſaris in Catonem: ex ἀντὶ, & *Cato*. Mendoſe vero in plerisque Codicibus, *Opitergium*, pro *Epitogium*: quod oppidi nomen quidem eſt, & inde *Opitergini* montes appellati: ſed talem non habent compoſitionem, qualem hoc loco præcipit Fabius, imo nullam. *Epitogium* ſane legendum affirmauerim, quod & compoſitionis ratio ſuadet, & nuper legi vetuſtiſſimo ac certiſſimæ fidei Quintiliani libro. Hactenus Domitius.

Iam ne balare quidem, aut hinnire fortiter diceremus.] Ianus Gebhardus, Crepund. lib. 2. cap. 1. Certa & euidens eſt emendatio membranarum Palatin. *Iam ne balare quidem, aut forte hinnire diceremus:* Nam quid illud *Fortiter* hic agat, comminiſci non poſſum, niſi quis *Fortiter* dicere putaret eſſe intrepide ſine metu affectationis vocabuli durioris inſolentiorisve. Cæterum quod Aldus pro *Balare*, *Ballare* excudit, vitioſum eſt. Ego ſemper vnica liquida apud antiquos ſcriptum reperio. Soſipater Inſtit. libr. 1. Ὀνοματοποιΐα *eſt dictio ad imitandum ſonum vocis confecta, vt cum dicimus; Hinnire equos, balare oues, ſtridere valuas,* & *cætera huſimilia.* Gloſſarium optimum: βληχμὸς *Balatus.* Sic Lucretius, Virgilius, Ouidius, aliique. Vide plura apud Gebhardum.

CAPVT VI.

Feruit aqua, & feruet.] Differentia notabilis, paucis tamen vſu notata: *feruit* eſſe, quod nunc æſtuat, *feruet*, quod diu tenet feruorem. Qua de re conſulendus Clariſſimus Gaſp. Barthius, Aduerſar. lib 56. cap. 9. pag. 2645.

Pepigi.] Vult Fabius, non eſſe à *pango, pangis*: ſed à *pago, pagis.* Cicero ad Herennium hoc verbo vſus eſt, quod Quintilianus exoleuiſſe dicit: *Rem,* inquit, *vbi pagunt,* Adi ſodes Iac. Spiegelii Interpretat. ad Prudent. pag. 194. Edit. Weitzianæ. Hadria. Turneb Aduerſar. lib. 29. cap. 15 pag. 1013.

Analogia demiſſa cælo.] Cœlo venire, & demitti dicuntur perfecta

perfecta quæque, & quorum opus aut inuentio maior humana dici vult. Iuuenalis.

——cœlo deſcendit γνῶθι σεαυτόν

Manilius de Cæſare lib. 4.

Ille etiam cœlo genitus, cœloque receptus.

Sidonius Apoll. lib. 6 Epiſt. 10. *Per quem ſi me ſtylo ſolita dignationis impartias, mihi fraternitatique iſtic ſita pagina tua veluti polo lapſa reputabitur.* Ad quem locum bene multa, eaque venuſtiſſima comportauit Ioh. Sauaro. pag 378.

Calpurnius Ecloga 4.

Dii precor hunc iuuenem, quem vos, niſi fallor, ab ipſo
Æthere miſiſtis poſt longa reducite ſecla.

Iuſtinus libr 5. de Alcibiade, *In hunc oculos ciuitas vniuerſa in hunc ſuſpenſa ora conuertit, hunc quaſi de cœlo miſſum, & vt ipſam victoriam contuentur.* Ammian. Marcellin. lib. 22. init. *Quo apud Conſtantinopolim mox comperto effundebatur ætas omnis & ſexus, tamquam demiſſum aliquem viſura de cœlo.*

Horatius eadem ſententia ad Auguſtum.

Serus in cœlum redeas, diuque
Lætus interſis populo Quirini.

Papinius Statius I. Sylu. 1. de ſtatua: ver. 2.

——cœlone peractum
Fluxit opus? ——Vbi vide Interpretationes & emendationes Morelli: Bernartii: Gaſpar Barthii Aduerſar. libr. 31. cap. 4. pag. 1426. Plautus Perſ. 2. 3. v. 5. 6.

Quod ego non magis ſomniabam, neque opinabar, neque cenſebam,
Eam fore mihi occaſionem: ea nunc quaſi decidit de cœlo.

Tibullus lib. 1. El. 3. v. 89. 90.

Tunc veniam ſubito, nec quiſquam nuntiet ante:
Sed videar cœlo miſſus adeſſe tibi.

Prioris huius diſtichi partem, (ait M. Antonius Muretus, Variar. Lect. lib. 13. cap. 7. pag. 1105.) Interpretati ſunt alii ex Plutarcho in Rom. Quæſt. Sed ad poſteriorem verſum nemo adhuc, quod ſciam, quicquam notauit, quo is illuſtrior fieret. Sciendum igitur, fuiſſe illud vulgare loquendi genus, vt *cœlo miſſos* dicerent, quos inopinato viderent. Neque mihi hoc credi, poſtulo, ſed graui & erudito ſcriptori Minucio Felici, qui ita ſcribit in Octauio: *In hodiernum, inopinato viſos, cœlo miſſos: ignobiles & ignotos, terræ filios nominamus.* Tertullian. in Apolog. *Ex conſuetudine humana, qua ignoti vel inopinato apparentes*

rentes de cœlo ſuperueniſſe dicuntur. Lactant. Lib. 1. cap. 2. Arthemidorus lib. 1. cap. 7. in fine. Plin. lib. 16. cap. vlt. Caſſiodor Epiſt. 40. lib. 2.

Quod is calidum dicere, quam caldum malit.] *Caldum*, pro, *calidum*, dici, ſatis eſt notum. Varro libr. 3 de Re Ruſt. cap. 2. *Comitiis ædilitiis cum ſole caldo ego & Q. Axius ſenator tribulis ſuffragium tuliſſemus. &c.* Hinc *caldarium* videas appellari a Vitruuio balnei partem, vbi ſe calda lauabant: ſicuti à frigida *frigidarium*: & à tepida *tepidarium* Videatur Franciſci Robortelli Emendat. lib. 2. cap. 5. pag. 67. 68.

Recta est hac via: quis negat? ſed adiacet & mollior, & magis trita.] Ian. Gebhardus, Crepund. lib. 2. cap. 1. pag. 57. Non hanc ipſe lectionem tentarem, & ſano corpori chirurgicam iniicerem manum. Duo tamen Palarini diſceſſionem faciunt, neſcio quà fide: non ſubleſtam tamen clamitarim, & fidiſſimos ſæpe arbitros dedecorariam hic abdicata credulitate. Quid agam? Illi tamen, inquam legunt: *Recta eſt hac via: quis negat? ſed adiacet & mollior, & magiſtra.* Equidem *Magiſtram viam* λεωφόρον interpretor ἡγεμονίδα ... *Via magiſtra* dicta à Fabio noſtro, vt à Catullo, *vt lex Poſtumia iubet magiſtra.* Et Horatius libr. 2. Satyr. 2. *Culpa potare magiſtra.* Cicerone pro S. Roſcio: *Vita Ruſtica parſimonia & diligentia magiſtra eſt.* Item Tuſcul. 2. cap. 21. *Intelligit Poeta prudens ferendi doloris conſuetudinem eſſe non contemnendam Magiſtram.*

Via ergo *Magiſtra* erit, quæ omnes ducit docetque ſine erroribus & ambiguitate, ἀπλανεστέραν καὶ ἀδιστακτοτέραν. Alii *viam publicam* appellant, quam omnes calcant, & in qua nemo deerrat, aberratque. Sic apud Gregorium: Διὰ τῆς λείας ὁδοῦ φέρων καὶ ἄγων διὰ πόρου τε βασιλικῆς οὕτως. Sic Plauto *via publica* dicitur Meretrix, quam omnes terunt inambulantque ſine peccato & violatione legum. Curculione.

Nemo ire quemquam publica prohibet via.

Alii dudum notarunt, λεωφόρον publicam talem mulierem vocari. Et vt hæc via eſt ἀδιάμικτος: Ita nuptam, *ſeptum fundum*, vocat, h. e. viam ἄμικτον ſeu περιφραγμένην. Vide etiam infra Notas, ad lib. 2. cap. 3. & 13. & lib. 9. cap. 2.

Claſſis à calando.] Hac de re bene multa notaui in Indice meo Lucretiano: & Iuſtus Zinzerlingus Critic. Iuuenil. Promulſ. cap. 29. pag. 93 Ioh. Iſacius Pontanus ad Macrob. Saturn. lib. 1. cap. 15. pag. 598 Lactantius ad Papin. Stat. Thebaid. lib. 3. pag. 623. Iſidorus lib. 19. cap. 1.

Ludus

Ludus, quia longiſſime ſit ab vſu.] Ioh. Paſſeratius in Propert. Prælect. pag. 384. mauult, *luſus*: quem vide, ſi tanti eſt.

Verba à vetuſtate repetita. &c.] Audi hac de re ſollertiſſimos Philologos: Et quidem Fabium ipſum infra lib. 8 cap. 3 Agellium lib. 11. cap. 7. Andream Schottum, in Senecæ lib. 4. Controuerſ. 25. pag. 181. Ludouicum Creſollium, Vacat. Autumn. libr. 3. pag. 576. & ſeqq. Ioh. Sauaronis Commentar ad Sidon. lib. 1. Epiſt. 1. pagin. 3 Et libr. 4. Epiſt. 4. pag. 230. Ioh. Ludouici Strebæi, Remenſis, De Elect. & Orat. Colloc. verb. lib. 1. cap 11. pag. 54. & ſeqq. Dauidis Parei, Aui mei meritiſſimi, Exercitat. Philoſoph. libr. 1. Exercit. 1. pag. 1. & ſeqq. Gerardi Voſſii Orat. Inſtitut. lib. 4. cap. 1. pag. 1. & ſeqq. vbi copioſiſſime de *Elegantia* Latini ſermonis agit. M. Gaſparis Brülouii, Profeſſoris Argentinenſis Præfationem, Theſauro Ciceroniano, Antonii Schori, præfixam; Friderici Taubmanni Diſſertationem de lingua Latina. Ioh. Sauaron. ad Sidon. Apollin. lib. 8. Epiſt. 16. pag. 530. Fungus eſſem, ſi tot inter olores equidem heic anſer ſtreperem.

* *Orationis ſumma virtus eſt perſpicuitas.*] Eleganter Suadæ Medulla Lipſius, Epiſtol. Inſtit. cap. 8. pag. 1067. *Semel hoc imbibe: Summum in ſermone vitium eſſe, non ſolum capi, ſed etiam ægre capi. In quo peccant quidam Natura; qui ipſi obſcuri & recondîti alia efferunt: Plures ſtudio; qui nihil doctum aut laudabile putant, niſi reconditum; & quod fugiat vulgares mentes. Stulti! quia male ingenioſus ille, ad quem capiendum opus eſt ingenio. præſertim in Epiſtola, quæ arbitrum aut interpretem non quærit. Clare ergo ſcribito; ſi potes; & breuiter. Sed ita, vt hoc laudis eſſe ſcias, illud neceſſitatis. Clarus autem ſermo erit, præcepto triplici: ſi verbo in eo propria; ſi vſitata, ſi collocata.* Sic Fauorinus Philoſophus caſte nimis & obſcure loquentem reprehendit, apud Agellium lib. 1. cap. 10. *Tu perinde quaſi cum matre Euandri nunc loquare, ſermone abhinc multis annis iam deſito vteris, quod ſcire atque intelligere neminem vis, quæ dicas. Nonne, homo inepte, vt quod vis abunde conſequaris, taceres? Viue ergo moribus præteritis: loquere verbis præſentibus.*

CAPVT VII.

Abſtemius ex abſtinentia temeri compoſita vox.] Videndus Gaſpar Barthius Aduerſar. lib. 3. cap. 3. pag. 108 Lexicon Philologicum Martinii.

Quod

Quod manifeſtum eſt etiam ex columna roſtrata, quæ eſt C. Duellio in foro poſita.] Iuſtus Lipſius Antiquar. Lection. libr. 2. cap. 14. pag. 126. 127. Quod genus antiquæ ſcripturæ vel ſexcentis locis in Plauto occurrit, vt poſt vocalem in fine dictionis D. additum reperiatur: vt, *Med, Ted, Sed, Meritod*: & ſimilia: id intellegi haud dubie Quintilianus voluit, cum lib. 1. ſcripſit: *Latinis veteribus D. plurimis in verbis vltima adiecta: quod manifeſtum eſt etiam ex columna roſtrata, quæ eſt Iulio in foro poſita.* Sed enim is Quintiliani locus inſigne mendum continet: quod argumentis facile eſt peruincere. Ait genus id ſcripturæ extare in columna roſtrata, quæ eſt Iulio poſita. Duplex vanitas: Nam nec poſita vmquam roſtrata, (quæ naualis victoriæ propria eſt,) Iulio Cæſari fuit: & vt fuerit, cui ſano probabitur, Cæſarem vnum omnium minime, vt ſic dicam, antiquarium, genus illud ſcripturæ iampridem deſitæ & oblitæ in columna ſua exprimi voluiſſe? Quid multa? conceptis verbis iuſiurandum dabo; Quintilianum ſcripſiſſe: *Quæ eſt Duilio in foro poſita.* Conueniunt omnia præclare. Nam & poſita *C. Duilio*, qui primus Pœnos claſſe vicit, columna roſtrata fuit: & ea etiamnum Quintiliani ætate extitit; & genus illud antiquæ ſcripturæ repræſentauit. Duo priora docet Plinius lib. 34. cap. 5. de Columnis: *Item C. Duilio poſita eſt, qui primus naualem triumphum egit de Pœnis, quæ eſt etiam nunc in foro.* Tertium oſtendit fragmentum antiquiſſimi lapidis in foro Rom. eruti, quem huius ipſius columnæ partem eſſe, omnes humanitate tincti homines mihi aſſentient.

pugnANDO
EXEMET. LECIONES
AXIMOSQVE, MACISTRATOS L.
OVEM. CASTREIS. EXFOCIONT. MACELlam
PVCNANDOD. CEPET. ENQVE. EODEM. MAC
EM. NAVEBOS. MARID. CONSOL. PRIMOS: C.
CLASESQVE. NAVALES. PRIMOS. ORNAVET. PA
CVMQVE. EIS. NAVEBOVS. CLASEIS. POENICAS. OMN
SVMAS. COPIAS. CARTAGINIENSIS. PRÆSENTE.
DICTATORED. OL'''''' OM. IN. ALTOD. MARID. PVCN
QVE. NAVE'''''' T''' CVM. SOCIEIS. SEPTEM
'''''''' OSQVE. TRIRESMOSQVE. NAVEIS. X.
aurOM. CAPTOM. NVMEI I . I . I . D. CIƆ
argenTOM. CAPTOM. PRÆDA. NVMEI

Ita

Ita enim fracta & mutila ſcriptura habet, quam(niſi quod poſtremas aliquot numerorum notas de præda capta omiſi) ita cum cura expreſſi, vt non ipſa Fides poſſit fidelius. Quæ autem minutis literis interpretationis cauſſa adieci, ea ſunt à Polybio & à Zonara, qui Segeſtam à Duilio obſidione liberatam, Macellam Siciliæ oppidum expugnatum tradiderunt. Illud monſtrum verbi, EXFOCIONT, quid ſibi velit, Apollo rogandus eſt: niſi cui placet eruditiſſimi Steph. Pighii amici mei coniectura, qui antique pro *Exfugiunt*, ſcriptum iudicabat. Quod fractum legitur: OL'''' OM. puto fuiſſe, *ollorom*, id eſt, *illorum*. CLASES. & NVMEI. ſcribuntur vnica conſonanante, quia, vt Feſtus ait, antiquis geminare conſonantes inſolens fuit. NAVEBOVS. pro *Nauibus*, quia V pronunciabant *ou*. Ex quo apud Plautum iocus Menæchmis: *Tu iſtic, inquam: vin' afferri noctuam, Qua tu, tu, vſque dicat tibi? nam nos iam defeſſi ſum.* Cætera aliorum ingeniis relinquo. Sed, quod monere me fugit, ad illud Quintiliani exemplum emendandus Sext. Rufus videtur in Regione fori Rom. *Columna Duilii*: non, vt vulgo, *Diui Iuli.* Hactenus Lipſius. Eadem celeberrima Columna paulo correctior conſpicitur in Magno Inſcriptionum Volumine, pag. 404.

In Epiſtolis Auguſti, quas ſua manu ſcripſit.] Quæ per ea tempora in eruditorum manibus adhuc verſabantur. Meminit etiam Suetonius Auguſto. cap. 87. *Quotidiano ſermone quadam frequentius & notabiliter vſurpaſſe eum, litteræ ipſius autographa oſtentant.* Videatur Clariſſimus Ianus Rutgerſius, Var. Lect. lib. 2. pag. 148.

Et Suburra.] Videatur Hadrian. Turneb. Aduerſar. libr. 20. cap. 35.

CAPVT VIII.

Non tamen in canticum diſſoluta, nec plaſmate (vt nunc à pleriſque fit.) effœminata.] Ita recte legitur: vulgo, *pſalmate*. Exterminat Fabius à benedicendi ſtudio *plaſma*: h. e. linguæ effœminationem, mollitiemque. Contra in Oratore commendat in Oratore *virilem, & cum ſuauitate quadam grauem.* Quam infra libr. 2. cap. 3. nominat *liberalem*, & non leuiter prædicat his verbis: *Sed ne vox quidem, niſi liberalis, actionem habere optimam poteſt.* Hinc Ennodius Ticinenſis paſtor beatum Epiphanium laudat, in vita eius: *Vox* (inquit) *ſonora, ſucco viriles*

virilis elegantia condita, non infracta, gradatimq; à maſcula ſolid- tate depoſita. Qui videtur obſecutus præcepto Ambroſii, lib. 1. Offic. cap. 23. *Sit vox diſtincta pronunciationis modo & plena ſucci virilis, vt agreſtem & ſubruſticum fugiat ſonum, non vt rythmum affectet ſcenicum.* Vnde mollem & delicatam Sophiſtarum pronunciationem notat grauiſſimus author Plutarchus περὶ ἀκ. *ſed complurium*, inquiens, *ſophiſtarum Orationes atq; declamationes, non vocabulis modo vt tortinu velant ſententias*, ἀλλὰ καὶ τὴν φωνὴν ἐμμελείαις τισὶ καὶ μαλακότητι καὶ παρισώσει ἐφηδύνοντες ἐκβακχεύουσι καὶ παραφέρουσι τοὺς ἀκροωμένους, κενὴν ἡδονὴν διδόντες. &c. *Sed vocem quoque accuratis quibuſdam ſonis ac mollitie, & cantillationibus edulcantes, bacchicum in animis auditorum quiddam concitant, eoſque tranſuerſos abripiunt, pro vana, quam adferunt, voluptate, vaniorem etiam gloriolam reportantes.* Hos proinde Greg. Nazianz. Orat. 3. ait conſueuiſſe κομψὰ λαρυγγίζειν, *ſcita & venuſta ſonoro gutture funditare.* Et Clemens Alexandrinus, lib. 1. Stromat. κνήθειν καὶ γαργαλίζειν οὐκ ἀνδρικῶς τὰς ἀκοάς. *aures non ſatis viriliter mulcere & titillare.* Præclarum iſtiuſmodi ſophiſtæ exemplum exſtat apud Philoſtratum, de vit. ſophiſt. *Philiſcus* enim orator cum audiente Imperatore Antonino Romæ Orationem inſtituiſſet, cœtum illum hominum illuſtrium, qui paratus ad audiendum acceſſerat, grauiter offendit. Nam in prætorium ingreſſus, veſte obſoleta inuenuſtus apparuit; καὶ τὴν φωνὴν μιξόθηλυς, καὶ τὴν γλῶτταν ὕπτιος; *effœminata muliebriter voce & lingua ſupinus.* Qua dicendi ratione commotus Imperator, ἐπεστόμισεν αὐτὸν, *illius os continuo repreſſit*: hominemque exagitauit. Simillimum quoque Lucianus in Rhet. præc. depingit Oratorem molicellum & effœminatum. Ille, inquit, Αὐτοθαΐδα τὴν κωμικήν, ἢ Μαλθάκην, ἢ γλυκέραν τινὰ μιμούμενος τῷ προσηνεῖ τοῦ φθέγματος: *Comicam Thaidem ipſiſſimam vel Malthacen, aut Glyceram tenella voce imitatus.* Hanc vocis mollitudinem, vt minime viro conuenientem, acri etiam aceto diluit Perſius, in hæc verba:

——*vocem*
Eliquat & tenero ſupplantat verba palato.

Eſt autem *vocem eliquare*, vt Cornutus interpretatur, lenocinio vocis pronunciare & vocem diſſoluere in cantilenam: quibus opponit diſertiſſimus Petrus Chryſologus, ſerm. 62. *ſermones quadrare*: quaſi prius ſit tertiare, & dimidiata verba liquare. Floride Apuleius, & venuſte, vt ſolet, Florid. l. 2. *Canti-*

cum,

um, inquit, *videtur ore tereti ſemihiantibus in conatu labellis eliquare.* S. Hieronymus Ep. 22. eleganter vocat *adulterium linguæ*: quemadmodum Fabius noſter infra lib. 5. *eloquentiam libidinoſam*, reſupina voluptate titillantem. Ariſtophanes in Nubib. μαλακὴν φυράσας φωνὴν, *molliculam ſubigere vocem*. Syneſius ſermones χλιδῶντας, *delicata mollitie luxuriantes*. Communem eam labem fuiſſe ſui temporis adoleſcentium, notat Seneca libr. 1. Controu. in eoſque reprehenſionis aculeos emittit: *Ad muliebres*, inquiens, *blanditias vocem extenuare, mollitie corporis certare cum fœminis, & immundiſſimis ſe excolere munditiis, noſtrorum adoleſcentium ſpecimen eſt.* Extenuare vocem ad muliebres blanditias Græci dicunt πλάττειν φωνὴν, quod ne in fœmina quidem tolerandum putat vir grauiſſimus Clemens Alexandrinus, libr. 3. Pædagog. vbi mores mulierum ſolutos referens, hæc inter alia: καὶ φωναῖς ταῖς πεπλασμέναις χλιδαρὸν περιβλέπουσι: *voce muliebriter effœminata, ſcintillantibus oculis intuentur*. Et Plutarchus in vit. reprehēſum fuiſſe Demoſthenem à ſapientibus ait, cum primum animum ad dicendum appulit, quod illius foret ἀγεννὲς τὸ πλάσμα καὶ μαλακόν. Quam ipſam ob cauſam nominatus fuit *Batalus*. βάταλοι enim ſunt apud Græcos, qui delicato illo plaſmate & muliebriter emollito vtuntur. Docet id Clemens Alexandrinus, lib. 3. Pædag. οὐκ ἄνδρας, βατάλους δὲ καὶ γύννιδας καλεῖν τούτους χρή, ὧν αἱ φωναὶ τεθρυμμέναι: *non viri ſed Batali & fœminæ ſunt dicendi, quorum voces ſunt ad effœminationem attenuatæ*. Gregorius Nazianzenus, carm. de vit. vocat λυγίσματα, *delicatas vocū flexiones*, quibus impenſe delectatos ait ſophiſtas. Zonaras Canones Conciliorum exponens, μινυρίσματα, *infractos moderum ſonos, & argutas veluti cantillationes*. Gregorius Nyſſenus, in Eccl. Hom. παράλογον θρύψιν τῆς φωνῆς, *fractionem vocis minime rationi conſentaneam*. Lucianus ῥήτορ. διδασκ. deſcribens hominem effœminatum, γυναικεῖον, inquit, τὸ βλέμμα, μελιχρὸν τὸ φώνημα: *vultu mulieroſum, voce mellitum*. Eandem ipſam vocem magni Viri *fractam* indigitant. Plin. lib. 2. Epiſt. *Pudet referre, quæ quam fracta pronunciatione dicantur, quibus quam teneris clamoribus excipiantur.* Et Fabius noſter lib. 1. cap. 2. *Nolo eum quem inſtituimus, aut fœmineæ vocis exilitate frangi, aut ſeniliter tremere.* Præclare D. Ambroſius, lib. 1. Offic. cap. 19. *Vox ipſa non remiſſa, non fracta, nihil fœmineum ſonans.* Sic etiam Græci τὸ κεκλασμένον in voce repudiant. S. Chryſoſtomus, lib. 6. de ſacerd. muliebrem mollitiem ante oculos ſubiiciens, inter alia memorat

morat φωνῆς διακλάσει: cui opponit ἀσχημάτιστον φωνὴν, *naturalem vocem & minime figuratam*. E Homil. 2. de verb. Iſa. πορνικὰ ᾄσματα καὶ κεκλασμένα ᾄδοντες μέλη *meretricios cantus fractus, & emollitos canentes*. Itaque ſemper fuit inter ſapientes creditum, id Cinædorum eſſe proprium & flagitioſorum. Quo ſenſu illa canebat Claudianus in Eutrop.

——verbaque ſonat plorabile quiddam,
Vltra nequitiam fractis.

Et Iuuenalis, Sat 2. de flagitioſo grege Corybantum:

Hic turpis Cybeles, & fracta voce loquendi
Libertas.——

Eoſdem Lyricorum Princeps Pindarus vocat μαλθακοφώνους. Cornelius Tacitus, Dialog. de Orat. *tenere dicentes*: qui cantum iſtiuſmodi molliſſimorum Oratorum grauiſſime reprehendit. *Nihil igitur turpius videtur, quam vt Orator tanquam in gynecæo, vocem mollibus blanditiis effœminet, & tenero ſupplantet verba palato: cuius Orantis ille exitus eſt, vt inter viros fœmina, & non è ſchola, ſed è colu & penſo meretricula prodiiſſe videatur*: ait ſcitiſſime Patrum Societatis IESV politiſſimus, Ludouicus Creſolius, Vacat. Autumn. lib. 3. pagin. 476. 477. quem conſule, ſi plura, cupis; & Cælium Rhodigin. Lection. Antiqu. lib 9. cap. 4. & 5 pag. 386. 387.

Circa gloſſemata] *Gloſſematicum* quid ſit, copioſe docet Cælius Rhodiginus, Antiqu. Lection. lib. 13. c. 4 pag. 572. 573.

CAPVT IX.

Sententia quoque & Chria.] Vide Senecæ Epiſt. 33. vbi inter alia: *Pueris ſententias ediſcendas damus, & has, quas Græci Chrias vocant: quia complecti eas puerilis animus poteſt: quia plus adhuc non capit certi profectus, &c.* Paulus Leopardus, Emendat. libr. 3. cap. 7. pagin. 49. Quid Chria ſit, nemo, mea ſententia melius tradit, quam Fabius libr 1 capit. 9. Quod autem ad *Cratetem* refert, id à Plutarcho ad Diogenem auctorem refertur, in libello, vbi docetur, *virtutem diſciplina comprehendi poſſe*. παιδὸς, inquit, ὀψοφαγοῦντος ὁ Διογένης τῷ παιδαγωγῷ κόνδυλον ἔδωκεν. Alii hanc Chriam ſic narrant: Διογένης ἰδὼν παῖδα ἀδηφάγον, τὸν παιδαγωγὸν ἔπαισεν, ἐπειπὼν· τί γὰρ τοιαῦτα παιδεύεις; Etamſus ex Priſciano & Aphthonio ita refert: *Cum puerum conſpiceret indecore ſe gerentem, pædagogum illius baculo percuſſit, dicens: Cur ſic inſtituis?* Ve-

rum

rum vt ad Chriam reuertamur, dicit Theon χρεία ἐςὶ σύντομος ἀπόφασις ἢ πρᾶξις ἀναφερομένη μετ᾽ εὐστοχείας εἴς τι ὡρισμένον πρόσωπον, ἢ ἀναλογοῦν προσώπῳ. Aphthonius eam dicit esſe ἀπομνημόνευμα σύντομον εὐστόχως ἐπί τι πρόσωπον ἀναφερόμενον: h.e. *Breue & memorabile dictum concinne ad aliquem velut ad ſcopum relatum.* Plura de χρείᾳ vide apud Leopardum, libr. III. capit. VII. pagin. 49. & capit. 9 51. 52. 53. Theonem & Diomedem, Iſaacum Caſaubonum, libro 1. capit. 1. Animaduerſ. in Athenæum, Gerardum Voſſium, Inſtitut. Orat. libr. V pag. 426. Bartholomæum Keckermannum, Syſtem. Rhetor. libr. II. pagin. 242. 243. & ſeqq. Matthæum Dreſſerum, Rhetor. lib. I. pag. 60. 61. 369. Et III. pag. 649. Cunradum Dietericum, lib. I. Rhetor. pag. 155. & innumeros alios.

Miloquem vitulum aſſueuerat ferre, taurum ferebat.] Hoc nequiter meretrix inflectit apud Petronium, pagin 71. *Poſſe taurum tollere, qua vitulum ſuſtulerit.* Adi Franciſci Pithœi, Collectanea ad Petron. pag. 152 Edit. Goldaſti.

CAPVT X.

Orbis ille doctrinæ, quam Græci ἐγκυκλοπαιδείαν *vocant*] Hoc nomine *artes liberales*, comprehenduntur, ſiue nexus ille capaciſſimus omnium diſciplinarum, cuius vel exitum vel ingreſſum vix deprehendas: vt in Oppiani vita incerti auctoris: καὶ ἐγκύκλιον ἅπασαν παιδεύσιν, καὶ τὰ λοιπὰ τῶν μαθημάτων ἐκπαιδεύσας. Idcirco forſitan, quod vniuerſim totum artium κύκλον, ab ouo, quod dicunt, ad mala, hoc eſt, à Grammatica & Logicis, quas in Scholis vocant diſciplinis; & deinceps Mathematicas complecterentur. Quas ſimul connexas Græci ἐγκυκλοπαιδείαν vocant. Plutarchus, περὶ παίδων ἀγωγ. eleganter, ἐγκύκλια παιδεύματα appellat. Fabius noſter lepide *Orbem doctrinæ* vertit. Seneca Epiſtol LXXXVIII. ἐλευθερίας, *liberales artes*, nominat; apud quem Poſidonius quatuor artium genera olim diſtinguebat. *Sunt* (inquiens) *vulgares & ſordidæ: ſunt ludicræ: ſunt pueriles: ſunt liberales. VVLGARES, opificum, quæ manu conſtant; & ad inſtruendam vitam occupatæ ſunt. LVDICRÆ, quæ ad voluptatem oculorum atque aurium tendunt. PVERILES, & aliquid habentes liberalibus ſimile, quas* ἐγκυκλίους *Græci, noſtri Liberales vocant. Sola autem LIBERALES*

ſunt imo, vt verius dicam, LIBERÆ, quibus cura animi Virtus eſt. Orbem hunc doctrinæ Zeno, ſtatim init. libb. de Republ. τὴν ἐγκύκλιον παιδείαν vocat. Diogenes Laertius τὰ ἐγκύκλια μαθήματα, quas aſpernari ait Cynicos. Philo, de congreſſu. quær. erudit gratia: ὥσπερ ἐν οἰκίαις αὔλειοι πρόκεινται κλισιάδων, ἐν δὲ πόλεσι τὰ προάστεια, δι᾽ ὧν εἴσω βαδίζειν ἔνεστιν· οὕτως καὶ ἀρετῆς πρόκειται τὰ ἐγκύκλια. ταῦτα γὰρ ὁδὸς ἐστιν εἰς ἐκείνην φέρουσα: *vt in ædibus veſtibula ſunt ante fores: in oppidis pro-vrbia, per quæ in ipſa itur: ſic virtuti præiacent liberales artes. Hæc enim via eſt, quæ fert ad illum.* Sed videtū mihi R. P. Andreæ Schotti obſeruat. Poet. lib. 2. cap. I. Senecæ Epiſt. 88. Iuſti Lipſii Manuduction. ad Stoicam Philoſoph. libr. I. Diſſertat. I. & 2. pag. I. 2. 3. & ſeqq. Et præter cæteros, Nobiliſſimi & eruditiſſimi Iohannis à Wouvveren Tractat. de Polymathia, cap. 3. & 24. pag. 22. 208. 209. vbi tam iucunda & plurima eruditione referta hac de re tradit,

——vt non ego malim,

Quod Peligna ſolent examina, lambere nectar.

Qui cithara ſonos nominibus & ſpatiis diſtinxerit.] Ian. Gebhardus Crepund. libr. 2. cap. 3. p. 63. *Diſtinguere* ſcio hic locum habere poſſe, & aptum eſſe rei, de qua loquitur: ſed ideo genuinum quoque, dubitare me facit MS. Palat. auctoritas; qui ſignum clariſſimum mittit; vt reponam: *Qui cithara ſonos nominibus & ſpatiis diſfixerit. Diſfigere* autem, vel *Diffigere*, figendo diſtribuere eſt. & non tam διαιρεῖν, quam certis quibuſdam ὑποδιαστολαῖς & ἀφορισμοῖς figere. Simile loquitur Fabius ipſe libr. 5. cap. 10. *Nam vt cantus vocis plurimum iuuat ſociata neruorum concordia, ſi tamen tardior manus, niſi inſpectis dimenſiſque ſingulis, quibus quæque vox fidibus iungenda ſit, dubitet: potius fuerit eſſe contentum eo, quod ſimplex canendi natura tulerit.*

Ceratina.] Angelus Politianus, Obſeruat. & Emend. cap. 54. pag. 67. *Ceratina* (inquit) qui ſint apud Quintilianum, non temere, qui tibi explicet inuenias. Qui autem Græca voluerint Latinaque Commentaria, plane intelligent ratiocinationis inexplicabilis eſſe eam ſpeciem, quæ neſcio quas anſas atque vncos arte dialecticæ perplexitatis inferret. Sic arbitror appellatam à materia ipſa, qua vterentur verborum: ſicuti eſt apud Senecam libr. Epiſt. 5. ad Lucil. *ſederem, inquit, otioſus & eiuſmodi quæſtiunculas ponens: quod non perdidiſti, habes: Cornua non perdidiſti: Cornua ergo habes: aliaque ad exemplum huius acuta de-*

ta delirationis concinnata. Sed de hoc item in Atticis Noctibus inuenias. *Cerata* autem Græce dici *Cornua* quis neſciat? Meminit huius etiam Lucianus in Philoſophorum Sympoſio; ſicuti de Sorite atque Therizonte. Sed & in Dialogo item mortuorum Caſtoris & Pollucis, ita ferme inquiens: *Et cornua inter ſe producunt, & crocodilos faciunt: & eiuſmodi perplexa docent interrogare, vt ex Cornibus ſcilicet, hanc, quam diximus, Ceratinen, ratiocinationem, nec ratiocinationem verius, quam tendiculam accipias.* Quin etiam in Dialogo altero, cui vel ſomnium vel Gallus eſt nomen: *Et docens,* inquit, *duabus negationibus, vnam confici aſſeuerationem, noctemque non eſſe, ſi dies ſit. Interdum etiam cornua mihi eſſe dicebat; aliaque id genus.* Huiuſcemodi autem dialecticis in percunctando quæſtiunculis, quales frequenter ingeniorum acumen excogitat, etiam Mileſius Eubulides plurimum vſus, ſicut à Laertio Diogene in Euclide Megarenſis vita ponuntur, vt Latine conemur interpretari: *Mentiens, fallens, electra conuelata, aceruális, & ceratine, vel cornea, & item calua.* Ex quo in hanc ſententiam eſt apud Comicum neſcio quem, vt idem prodit Laertius: *Contumelioſus autem Eubulides Ceratinas interrogans, & mendacibus glorioſiſque ſermonibus Oratores verſans, abiit Demoſthenis habens volubilitatem.* Quem etiam locum Suid. citauit. Sed & Cenon ille Cyticus inter cauilla cætera Dialecticorum, *Ceratinas* item & *Vtidas* numerabat: ſicuti idem in lib. 7. de Vit. Piloſoph. prodidit Laertius. Quin hoc ipſum poſtremo nobis inſinuat Martianus Capella lib. 4. eum inquit: *Perdita ne qua vnquam cornua fronte ferant.* Hæc Politianus copioſe, & docte.

Crocodilina.] Politianus, Obſeruat. cap. 55. pagin. 68. De hoc obſcuro & plæriſque ignoto vocabulo inuenimus apud Aphthonium Græcum enarratorem, Doxa patrem; quamuis apud eum *Crocodilites* potius, quam *Crocodilina*: quod & verius puto. Verba ipſius ita Latine interpretamur: *Serra,* inquit. *& Crocodilites ſicuti eſt in Ægyptiaca fabula. Mulier quæpiam cum filio ſecundum fluminis ripas ambulabat, ei Crocodilus filium abſtulit, redditurum dicens, ſi verum mulier reſponderet. Negauit illa fore vt redderetur, atque ob id aquum aiebat reddi.* Idem mox: *Crocodiliten,* inquit, *hanc propoſitionem* vocant: Crocodili huius gratia, quam etiam *πρίονα*, id eſt *ſerram* vocari à Græcis indicat. Adiuuat Lucianus in Dialogo, cui titulus; *Vitarum Venditiones,* ita ferme Chryſippum loquentem inducens, eique reſpondentem quempiam, qui ſe profiteatur

emtorem. *Conſidera igitur ita: Eſtne tibi filius? Quorſum iſtud? ſi forte illum iuxta fluuium errabundum Crocodilus inueniat rapiatque, dein redditurum polliceatur, cum verum dixeris, vtrum reddendus ei videatur nec ne. Quid eum ſentire dices? Rem ſane perplexam interrogas.* Ex his liquet, etiam, *Crocodiliten*, ſicuti *Ceratinen*, ſophiſmatos eſſe parum explicabilis ſpeciem, quo Dialectici veteres, potiſſimumq; Stoici vterentur. Quod genus elegáter Quintilian. *exquiſitas ambiguitates* appellauit.

Vt iidem Muſici, & vates, & ſapientes iudicarentur.] Antiquitus, ſi qui fidibus docti, pari cum Philoſophis in honore habebantur. Didymus ad Odyſſ. 3. τὸ ἀρχαῖον οἱ ἀοιδοὶ φιλοσόφων τάξιν ἐπεῖχον. Athenæus Dipnoſoph. lib 1. Σώφρον δέ τι ἦν τὸ τῶν ἀοιδῶν γένος, καὶ φιλοσόφων διάθεσιν ἐπέχον. Et Terentius artem Poeticam *Muſicam* vocat, in Prologo Hecyræ, v. 38. Videatur Ioh. Meurſii Commentar ad Lycophron. pag. 134. 135.

Et Timagenes autor eſt] Ian. Gebhardus, Crepund lib. 2. capit. 3. pag 63. Magnifecit Timaginem Fabius. Scio. Sic enim lib. 10 cap. 1. *Longo poſt interuallo temporis natus Timagenes, vel hoc eſt ipſo probabilis, quod intermiſſam hiſtorias ſcribendi induſtriam noua laude reparauit.* Sed an ante Poetas illos vetuſtiſſimos poſuerit, dubitarim, præſertim cum hic teſtimoniis ἀψύχοις velitetur. MS. Pal. membranaceus: *Itaque & imagines auctores ſunt.*

Sophron, Mimorum quidem ſcriptor, ſed quem Plato adeo probauit, vt ſuppoſitos capiti libros eius, cum moreretur, habuiſſe credatur. Idem pæne ſcribit Diogenes Laertius, lib. 3. pag 197. Edit. Casaubon *Videtur Plato Sophronis quoque mimographi libros antea neglectos primus Athenas inuexiſſe, geſtumque ex eis duxiſſe, qui & ſub eius capite fuerint reperti.* Valerius Maximus libr. VIII cap. VII. de eodem Platone: *Altero etiam & octogeſimo anno decedens, ſub capite Sophronis Mimos habuiſſe fertur: ſic ne extrema quidem eius hora agitatione ſtudii vacua fuit.* Meminit etiam Suidas.

Fiſtula. quam τονάριον vocant.] Alii *phtongarium* etiam appellant: vt in pneumaticis Hero. Vide, amabo, Hadrian. Turneb. Aduerſar lib. 17. cap. 20. pag. 574.

Sed quæ laudes fortium canebantur, quaque & ipſi fortes canebant, nec pſalteria & ſpadicas, etiam virginibus probis recuſanda.] Ian. Gebhardus, Crepund. lib. 2. c. 3. pag. 64. MSS. Palatini ita concinnant hunc complexum orationis genuine. Nam hæc vulgata ab officina Correctorum etiamnum calet: & ipſa ſolæ-

ca oratio

ea oratio ſtatim eius rei argumentum, & odorem acutioribus naribus offundit: *Sed qua laudes fortiũ canebantur, quaſq; & ipſi fortes canebant: nec pſalteria ipſa dicas etiã virginibus probis recuſanda.* Notiſſimũ eſt, fortes inuicem fortiũ laudes in conuiuiis cæteriſq; feſtioribus cõgreſſibus ceciniſſe. Cicero Tuſcul. 4. c. 2. *Grauiſſimus Auctor in Originibus dixit Cato, morẽ apud maiores hunc epularum fuiſſe, vt deinceps qui accubarent, canerent ad tibiã clarorum virorũ laudes atque virtutes.* Ouid. lib. 7. Metamorph.

——— Agitant conuiuia Patres,
Et medium vulgus, nec non & carmina, vino
Ingenium faciente, canunt, te maxime Theſeu, &c.

Achilles apud Statium, libro priore: v. 184. & ſeqq.

Tunc libare dapes, Baccheaq; munera Chiron
Orat, & attonitam vario oblectamine mulcens,
Elicit extremo Chelyn & ſolantia curas
Fila mouet, leuiterq; expertas pollice chordas
Dat puero. Canit ille libens immania laudum
Semina, qui tumidæ ſuperarit iuſſa nouercæ
Amphitryoniades: Crudo quo Bebryca caſtu
Obruerit Pollux: quanto circumdata nexu
Ruperit Ægides Minoi brachia tauri.

Deinde *Spadicas* neuter Palatinus agnoſcit.

Chryſippus etiam nutricum, quæ adhibentur infantibus, allectationi ſuum quoddam carmen aſſignat.] De nutricularum næniis, quæ ab Athenæo lib. 14. eleganter nominantur καταβαυκαλήσεις, affatim dixit immortale illud literarum decus, Iſaacus Caſaub. ad Theophraſteas Notationes morum, capite περὶ λαλιᾶς.

Allectationi.] Gebhard. Crepund. libr. 2. cap. 3. p. 63. MS. Pal. *Allactationi*, Alter: *Allectioni* forte *Ablactationi*. h. e. ἀπογαλακτισμῷ. *Ablactatio* eſt γαλουχία. Duplex compeſcendi infantem ratio & ſopiendi: *Mamma*; & *Lallus*, ſiue nænia Nutricum. Illa ὑπομάζιοι hoc depulſi oblectantur, ac ſomno Deo obducũtur. Alciphron Ἄλλος μὲν γάρ ἐστιν ὑπομάζιος, ἄλλος τῆς Γαλουχίας ἐπαύσατο· ἕτεροι δὲ ἕρπουσι, μὴ τῆς ὀρθῆς βαδίσεως ἀρξάμενοι. Quintilianus lib. 1. cap. 12. *Illa per manus & genua reptatio.* Lactens infans τιτθὸν κυρίως, τὸ ἐπιτίτθιον βρέφος, παρὰ τὸ τιτθὸν ὃ σημαίνει τὸν μαζόν. Sic Scholiaſtes Theocriti. Sic Ioſephus de muliere, quæ peſſima fame impultrice ad infantem mactandum accingebatur: Καὶ τὸ τέκνον, ἦν δ' αὐτῇ παῖς ὑπομάζιος, ἁρπασαμένη, βρέφος εἶπεν ἄθλιον ἐν πολέμῳ καὶ λιμῷ καὶ στάσει τίνι σε τηρῶ. Rufinus; *Erat ei ſub vberibus paruulus filius.* Latini *Sububeres*

 appellant.

appellant, Gloſſæ Iſidori: *ſububeres infantes, qui adhuc ſub vbere.* Statius lib. III. Theb. v 672.

——Paruumque ſub vbere caro
Theſſandrum portabat auo.

Paruus ſub vbere eſt ὑπομάζιος. Et vt Agni à Varrone *ſubrumi* appellantur, qui adhuc ſub *ruma*, h.e. mamma: ita Callimacho oues dicuntur ὕπαρνοι, Hymno in Apollinem, v. 53.

——οὐδ' ἀγάλακτοι
Οἶες, οὐδ' ἄκυθοι, πᾶσαι δέ κεν εἶεν ὕπαρνοι
Agnus quiſque ſua pendebit ab vbere matris.

Euripides Andromacha ver. 607. ὕπαρνος γὰρ τις ὡς ἀπόλλυται. *Ablectare*, *Depellere*, ματέρων χωρίζειν. Gloſſ. Delactatus, ἀπογεγαλακτισμένος. *Depulſus* Virgilio: cui contrarium apud Theocritum: Ἀρνὸς σακίτης, h.e γάλακτος δεόμενος. Vide plura apud Scholiaſtem. Quod ſi vulgata placuerit: *Allectatio* erit ἐπαγωγὴ & cantandi illecebra, qua ſoporem alliciunt odis illis lactentibus pueris, & in cunis vagitantibus.

Geometria in numeros diuiſa in numeros atque formas.] Videatur Hadrian. Turneb. Aduerſar. lib. 26. cap. 1. pag. 958. Cicero in Procem. Tuſcul.

In cauſſis actor ſi digitorum incerto aut indecoro geſtu à computatione diſſentit, iudicatur indoctus.] Hoc ipſum reprehendit in Ruffino veteratore cauſſidico Apuleius, in Apolog. quod fallaci & improbo geſtu digitorum, viginti annos ad ſummam addidiſſet. Sic enim diſputat: O *mendacium viginti annorum exilio puniendum! ſi triginta annos pro decem dixiſſes, poſſes videri pro computationis geſtu erraſſe: quos circulare debueris digitos aperuiſſe. Cum vero quadraginta, quæ facilius cæteris porrecta palma ſignificantur, ea quadraginta tu dimidio auges, non potes digitorum geſtu erraſſe.* Pluribus hac de re agit accuratiſſimus Ludouicus Creſollius, Vacat. Autumn. lib. 2. pag. 354.

CAPVT XI.

Nec ſeruili vernilitate imbuatur.] Seneca lib. 2. de Benefic. c. 11. *Et hæc ipſa non verniliter: nec ea figura, qua quidam reiiciunt; quæ magis ad ſe volunt attrahere.* Vbi Clariſſimus Lipſius *verniliter* exponit blande, & cum adulatione. Vox à *Vernis*, id eſt, *ſeruulis*, qui fere blandiuntur. Videatur *Lipſius*; & Ioh. *Obſopæus*, ad hunc Senecæ locum, pag. 27. & 34. Edit. Pariſ. Nonius: *Verniliter*, pro, *adulatorie: à Vernis, quibus hæc viuendi ars eſt.* Cæcilius Venatore: *Credo, nimis tandem hoc fit verniliter.*

Vitia,

Vitia, ſi qua ſunt oris, emendet.] Duo ſunt inprimis oris vitia, quorum altero peccantes, *iſchnotetas* vocat alibi Fabius, quum gracilis eſt nimium, & tenuis literæ enuntiatio: alterum vitium *plateaſmum* appellauit idem, à vocis pinguedine. Quomodo qui loquitur, & curioſius gutture vtitur λαρυγγίζειν Græce dicitur. Qua de re ſcitu digniſſima profert Cælius Rhodiginus, Antiquar. Lect. lib 13. cap. 1. pag. 567, 568. Ciceron. lib. 1. de Orat. Dionyſ. Halicarnaſſ. in arte.

Quaſdam velut acriores parum efficimus.] Gebhard Crepund. lib 2. cap. 3. pag. 64. MS. Palat. membranaceus: *Quaſdam velut acriores parum efflamus.* Probo: niſi quis malit, *effamur.* *Efficere* hic ſtare non poteſt: ſi tamen exponas *abſoluere*; vel abſolute, pro, *proferre atque pronunciare*, vtcunque tolerabile erit. Sic *verba exigere* lib 11. c. 3. *Dilucida vero erit pronuntiatio, primum ſi verba tota exegerit, quorum pars deuorari, pars deſtitui ſolet, pleriſque extremas ſyllabas non proferentibus, dum priorum ſono indulgent.* Hinc *propinguis vox.* lib. 11. cap. 1. Sic *exprobrans* ibidem: *Nam opus eſt omnibus, ſicut non oris modo ſuauitate, ſed narium quoque, per quas, quod ſupereſt, vocis egeritur* (MS. *egreditur*) *dulcis tamen eſſe debet, non exprobrans.*

..*Vt recta ſit facies dicentis, ne inclinata vtrolibet ceruix.*] Sic Gregorius Nazianzenus Orat. 3. ſibi iam inde à puerilibus annis in Iuliano, religionis vomica & perduelle, diſplicuiſſe ait, αὐχένα οὐ πεπηγῆ: *laxam & ſolutam, & nuſquam ſuo in ſtatu conſiſtentem ceruicem.* Idem vitium exagitat Clemens Alexandrinus, l. 3. Pædag. cap. 11. οὐκ ἐπίσταμαι ἐγὼ ψιθυρίζειν, οὐδὲ κατακεκλασμένον πλάγιον ποιήσας τὸν τράχηλον περιπατεῖν: *Neſcio ego vocem effœminare, neque fracto & in obliquum reflexo collo ingredi.* Sapiens contra audiatur præceptum diuiniſſimi Pædagogi, cuius vocem idem elegantiſſimus Stromateus lib 2. Pæd. cap. 7. nobis exhibet ἡ τοῦ τραχήλου ἐπιστροφὴ, καὶ ἡ κίνησις, εὐσταθής: *Colli & ceruicis conuerſio motusque honeſtus ſit & decorus.* Et fons eloquentiæ Cicero, in Orat. cum ἰδέαν perfecti Oratoris formamque exprimeret, vult in eius actione nullam eſſe *ceruicum mollitiem*: ſi tenere coronam velit & probari. Gregorius vero Nyſſenus hom. 2. in Eccl. clare pronuntiat, eſſe amentium αὐχένος λυγισμὸν: *colli contortionem*: Lege ſi placet, R. P. Ludouici Creſollii Vacat. Autumn. libr. 2. ſect. 3. pagin. 3. & ſeqq.

Vidi multos, quorum ſupercilia. &c.] *Contrahere ſupercilium* magnum ornamentum non vitæ modo eſt, verum etiam a-

 ctionis,

ctionis, & in eos quadrat maxime, qui in ſtudiis grauioribus verſantur, & vitam agunt communi & populari ratione ſuperiorem. Hinc *Catonianum ſupercilium* ἐν τελόδοισιν ἀκμάς Martialis lib. 2. ep. 2.

Triſte ſupercilium, durique ſeuera Catonis
Frons.———

Et elegantiſſime Sidonius Apollinaris, lib. VIII. Ep. 9. *Tantum tu vtcunq; moderere Catonianum ſuperciliosæ frontis arbitrium.* Pari elegantia Tertullianus lib. de pallio, c. 4. *Cenſoria intentionis epiſcynium* dixit. In Zenone continentiſſimo Philoſopho Stoicus Zenodotus haud inuenuſte id laudabat:

Ζήνων σὺ πολιῷ σεμνὸς ἐπισκυνίῳ.
Canus honorando Zeno ſupercilio.

Id decus & inſigne grauitatis L. Piſo improbe æmulabatur, homo fœdus, & domi in libidinibus volutatus, qui tamen in cium luce ad ſeueritatem oculos & ſupercilium componebat. Quam laruam non ſemel deripit Cicero. Pro Seſtio: *Tanta erat grauitas in ore, tanta frontis contractio, vt illo ſupercilio tanquam Atlante cœlum niti videretur.* Et alias: *Hic vos rugis ſupercilioq; decepit.* Non abſimili ratione futilem & indoctum Cauſſidicum lepidiſſime illudit Poeta Cocus lib. V. Epigr. 52.

Epiſtoluſque commodat grauem vultum,
Similis Catoni, Tullioque, Brutoque.

Fuit aliorum indecora penitus & ruſticana imitatio, qui quod forte audiuiſſent, eſſe grauitatis & ſeueritatis attollere ſupercilia vel contrahere, id in ſingulis prope dictionibus putarunt eſſe faciendum. De quibus hæc Fabii intelligenda ſunt. Plura de ſuperciliis qui ſcire cupit, legat doctiſſimi Ludouici Creſollii Vacat. Autumn. libr. 2. ſect. 3. & 4. pag. 191. & ſeqq. è quibus & hæc excerpſi, *Floriferis vt apes in ſaltibus omnia libant.* Huic adde Ioh. Sauaronis Commentar. ad Sidon. Apoll. lib. 9. Epiſt. 9. pag. 558. Claudii Salmaſii in Tertulliani libr. de Pall. pag. 305. & 335.

Debet etiam docere Comœdus.] Apud veteres nobilium pueri ſtatim ad Comœdum accedebant maturi conſilii virum, & in agendo exercitatū, à quo in infantiæ primis annis, pronunciandi rationē capiebant. Cuius rei mirificas vtilitates fuſe heic Quintilianus exponit: & alio in loco de Comœdi iſto officio ſic habet: *Obſeruandū etiam erit, vt recta ſit facies dicētu, ne labra diſtorqueantur, &c.* Nec grauiſſimos etiam viros pudebat, cū eiuſmodi hominibus conferre, ab iis quædam ſumere, eorum

ope

ope & artificio corrigi, ſi quid impetus vel naturæ nondũ edomitæ vel cõſuetudinis attuliſſet, in quo decorũ & honeſtas animi ingenui violaretur. Sic M. Tulliũ ipſum eloquentiæ parentẽ accepimus cũ Roſcio Comœdo ſæpe agere cõſueuiſſe: & Demoſthenem cũ Satyro, à quo fuit incredibiliter adiutus, cũ eſſet rudis in agendo, atq; admodũ impolitus, ſic vt animũ etiam abiiceret vir ad omnia ſumma natus, propter indoctã geſtuum conſuetudinem, niſi à ſatyro fuiſſet animatus, ſingulari venuſtate pronunciante Iulius Capitolinus de M. Antonino Philoſopho: *Vſus, inquit, eſt magiſtris ad prima elementa, Euphorione literatore, & Gemino Comœdo.* Ex eorum quoque inſtitutione & diſciplina, prodiit tantus in dicendo *Æſchynes*: vt notat Ludouic. Creſollius, Vacat. Autumn. Prælus.

Ne illos quidem reprehendos putem, qui paulum etiam palæſtricis vacauerint. Non de his loquor. &c.] Magnum Oratoriæ actionis adiumentum veteres habebant à *Palæſtra*, vbi etiam decens motus geſtusque docebatur. Sed cum *Palæſtram* nominat Fabius, remouet pugiles, & craſſos quoſdam obeſoſq; luctatores nitentes, oleo, in quibus nõ ingeniũ, & decori honeſtas, ſed vires dominentur. Et huius quidem diſciplinæ ſæpe meminit Fabius. Sic enim lib. 9. infra: *Quos palæſtritas eſſe noluмus peritos tamen palæſtræ eſſe volumus, non ἀπαλαίστρους.* Et lib. 12. ait, palæſtricos doctores *numeros quoſdam diſcentibus traderee*: h. e. motus aptos & numeroſos, quibus vterentur. Cicero lib. 1. de Orat *artificium palæſtræ* nominat: Græci eandem inſtitutionem *χειρονομίαν* vocant, h. e. vt Fabius interpretatur, *geſtuum legem*: quæ duplex olim fuit; quædam *armorum*, quædam *pacis & humanitatis propria*: vt multis egregie docet Ludouicus Creſollius, Prælus, Vacat. Autumn.

Vt recta ſint brachia.] Non ſine ratione igitur olim ſanctiſſimus Dorotheus, Doctrin. 23. *brachia* vocauit *manuum virtutem*; in quibus conformandis non minima fuit cura eloquentium, qui ad ſpem ſummæ dignitatis erudiebantur. Qua de re conſulendus iterum iterumque doctiſſimus Lud. Creſollius, Vacat. Autumn. lib. 2. cap. 11 pag. 365 & ſeqq.

Ne indocta ruſticaue manus. &c] Gebh. rdus Crepund. lib. 2. cap. 3. Fallit hæc lectio ſanitatis ſpecie. Alter. MS. *Vt recta ſint brachia, ne indocta ruſtica manus.* Alter membranaceus & vetuſtiſſimus: *Vt recta ſint brachia, ne inducta ruſtice manus. Inducere* eſt Rhetorum, qui inter orandum manus inferunt, & cum aduerſario rixantes intendere incipiunt, Græci *ἀνταίρειν* ſiue *ἀντατείνειν χεῖρας* dicunt. Ouid. 6. Metam.

Nec flecti ceruix, nec brachia reddere geſtus,
Nec pes ire poteſt.———

Fabius lib. 4. cap. 2. *At nunc velut campum nacti expoſitionis, hic potiſſimum & vocem flectunt, & ceruicem reponunt, & brachium in latus reponunt, totoque & rerum, & verborum, & compoſitionis genere laſciuiunt.*

Ne qua in proferendis pedibus inſcitia] Vide infra lib. 2. cap 3. Ludouic. Creſoll. Vacat. Autumn. lib. 2. cap. 12 ſect. 6. pag. 391.

Saltationem quandam, tamquam ad bella quoque vtilem.] Vnde apud Feſtum Romanorum bellicrepa ſaltatio, quando cum armis ſaltabant, Videndus omnino Cælius Rhodiginus, lib. 5. cap. 4. pag. 201. & ſeqq. Ioh. Meurſius, Commentar. in Lycophron. pag. 159.

Vnde nos non id agentes furtim decor ille diſcentibus traditus proſequatur,] Locus ex illo Tibulliano planiſſime adumbratus, lib. 4 Carm. 2. v. 8.

Illam, quicquid agit, quoquo veſtigia flectit,
Componit furtim, ſubſequiturque decor.

CAPVT XII.

Nepes quidem ocioſus, certam legem temporum ſeruat.] De pedum ictu & percuſſione apud veteres in pronuntiandis verſibus: quod & locum in Citharædis habuit ſuſe: & erudite, vt ſolet, agit ingenioſiſſimus Ludouicus Creſollius, Vacat. Autumn. lib 2. cap. 12. ſect. 5. p. 388 389.

Quæ ſi velut ſub vno conatu tam diuerſa parent ſimul, cur non pluribus curis horas partiamur?] Ita legendum docuit decus illud litterarum, Ian. Gebhardus Crepund. libr. 1. cap. 7. pag 19. Memorabile autem eſt in Quintiliano verbum *parere*, quod eleganter vſurpat, cum actionem nulla difficultate molitam; ſed ſponte & haud refractarie ſequacem ad effectum intelligi vult. Videtur translatio deſumpta à promptis militibus qui ad nutum imperantis intenti mandata capeſſunt, quam vltimam ſyllabam audierint pronunciatam. Similiter Salluſtius verbum *ſequi* vſurpat. *Res cunctæ ſtudiaq; omnia noſtra corporis alia, alia animi naturam ſequuntur.* Sic Claudianus IV. Conſul Honorii Auguſt.

Illas inferius collo, præceptaque ſumma
Paſſuras Dominæ digna ſtatione locauit.

Sic Poeta *Parere* de arcu dixit. Sic Ouidius lib. 5. Meta. *Audire.*
———*Arbi.*

——— *Arbitrio matris de mille ſagittis*
Vnam ſepoſuit, ſed qua nec acutior vlla
Nec minus incerta eſt; nec qua magis audiat arcum.

Græci ſic ὑπείκειν vſurpant. Poteſt etiam commodum traductum eſſe à cera. Sic *ſequi* Fabius lib.1.cap.12. *Praterea ſecundum aliam ætatis illius facilitatem, velut ſimplicius docentes ſequuntur.* Lib.2.cap.14. *Sed non omnia nos ducentes ex Graco ſequuntur.* Sic Statius *mentem ſecundam* dixit pro obſequenti, nō refractaria. Euripid. ῥᾴδια ἤθη, h.e. mores qui faciles ſunt, & quaſi ductiles ac flexibiles fortunæ cuiuis aptari. Quod aliter exponit Scholiaſtes v.1117 Hippolyt.

Ῥᾴδια δ' ἤθεα τὸν αὔριον
Μεταβαλλόμενα χρόνον αἰεὶ
Βίον συνευτυχοίην.

Eleganter idem Quintilianus verbum *Repugnat* obtendit quaſi è diametro: *Nouitiis noſtris per quot annos ſermo Latinus repugnat.* Superius c.3. *Itaque & virium plus adferunt ad diſcendum renouati ac recentes & acriorem animum, qui fere neceſſitatibus repugnat.* Lib.2.cap.6. *Si qui verò paullo ſunt viuaciores, in his præſertim moribus, etiam iraſcuntur admonitioni, & taciti repugnant.* Ibid. cap.8. *Nam licet ſit aliquam in partem pronior, vt neceſſe eſt, ceteris tamen non repugnabit.* libr.4.cap.1. *Mitigare qua repugnabunt, oportebit.* Ian. Gebhard. Crepund. lib.2.c.4.p.66.

Dociliora ſunt ingenia priuſquam obduruerunt.] Gebhardus Crepund lib.2.cap.4.pag.66. mauult, *indurueront.* *Indurare* enim ſiue *indureſcere* elegantiſſime vſurpatur de ætate prouectiore, & ad adoleſcentiæ robur prouergente. Sic ſupra c.1. *Vt corpora ad quoſdam membrorum flexus formari niſi tenera non poſſunt; ſic animos quoque ad pleraque duriores robur ipſum facit.* Sic Claudiano *noua membra*, tenera, quæ nondum indurerunt: *Et noua per duros inſtruxit membra labores* Fabius lib.1 c.3: *Frangas enim citius, quam corrigas, quæ in prauum indurerunt.* Ibidem: *Ad plagas durabitur.*

Παιδομαθής dicitur.] Contra Horatio lib.1. Sat.10.v.21. *Seri ſtudiorum* dicuntur indocti, qui ſero diſcunt, aut didicerunt, ſcilicet, neque ſunt παιδομαθεῖς, ſed ὀψιμαθεῖς. Hadrian. Turneb. Aduerſar. lib.14.c.19.pag.510 Lambinus: Agellius libr.11. cap.8. Doctiſſimus Læuinus Torrentius, *ſeros ſtudiorum*, vocari malit, qui tardi in ſtudiis ſunt, qui nullos adhuc progreſſus fecerunt: nulla enim ætas ſera ad diſcendum: qui ſero didicit, didicit tamen. Atq; ita Iſocrat. Helenę encomio: Νῦν δὲ τὶς οὕτως ὀψιμαθὴς ἐστιν, ὅστις οὐκ οἶδε; pro, *ignarus & imperitus.*

Illa per manus & genua reptatio.] Romani hac in reptatione & ſublatione in genua natorum ſingulare gaudium poſuerunt. Vide Gaſpar Barthii Aduerſar. lib. 19. cap. 7. pag. 767. Papinius Statius, Sylu. libr. 5. Epicedio in Filium, ver. 81. & ſeqq.

——cui verba, ſonoſque.
Monſtraui, (queſtuſque, & vulnera cæca reſoluam)
Reptantemque ſolo demiſſus ad oſcula dextra
Erexi, blandoque ſinu, iam iamque natantes
Exercere genas, dulceſque accerſere ſomnos.
Cui nomen vox prima meum, luduſque tenello
Riſus, & è noſtro veniebant gaudia vultu.

Quibus potius ſtudiis hæc temporum velut ſubſidia donabimus?] Gebhard. Crepund libr. 2. cap. 4. p. 67. Illud *ſubſidia* MS. Palat. melior non agnoſcit, ſed aliud quid ſubobſcure occultat, quod vel *ſufficina*, vel alio modo legeris. Puto ſcriptum fuiſſe *ſubcidia*: quod vſitatius eſt *ſuccidia*. Vocat ita eleganter ſucciſiuum illud tempus, quod à melioribus occupationibus ſupereſt, & vice lucri quaſi ſucciſum. Iſidorus libr. 15. cap. 13. *Succiſiua ſunt propriè, quæ de materia præcidens ſutor quaſi ſuperuacua abiicit.* Ipſe Fabius lib. 1. cap. 1. *Lucrum* vocat: *Aut cur hoc, quantulumcunque eſt, vſque ad ſeptem annos lucrum faſtidiamus?* Ibid. *Quantum in infantia præſumtum eſt temporis, adoleſcentiæ acquiritur.* Idem cum Cicerone eleganter *lucratiuam operam* vocat libr. 10. cap. 6. *Studendum vero ſemper & vbique. Neque enim fere tam eſt vllus dies occupatus, vt nihil lucratiuæ, vt Cicero Brutum facere tradit, operæ ad ſcribendum aut dicendum rapi aliquo momento temporis poſſit.* Nonius: *Succidiam ſucceſſionem neceſſariam.* Cicero de ſenectute: *Iam hortum ipſi Agricolæ ſuccidiam alteram vocant.* Iſidorus libr. XX. & Varro lib. 4. *Carnes ſuillas* interpretantur *ſuccidias*: vt & Onomaſticum; *Succidia, περιχεῖα.* Sed *ſuccidia temporum* ſunt ſucciſiua. Nonius: *ſubciſiuum, ſecundum ſequens.* Lucilius lib. XXVIII. *Præterea hæc ſubſiciua ſi quando voles opera.* Vulg. *operam.* Apuleius lib. III. Metamorph. *Vna tantum ſubſiciua ſollicitudo nobis relicta eſt.*

Donabimus.] *Donare* Fabio noſtro ſignificat ἐπιμετρήσασθαι, ſiue ἐξ ἐπιμέτρου προσθεῖναι. προσδόματος & cumuli loco inſuper dare Claudianus:

Hoc alterna fides, hoc ſimplex gratia donat.

Nã nec ego conſumi ſtudẽtem in his artibus volo: nec vt moduletur,

tur, aut muſicis modis cantica excipiat, nec vtique ad minutiſſima Geometriæ opera deſcendat.] Gebhardus, Crepun.lib.2.c.3.p.65. Genium Quintiliano, quem tot fœdiſſimæ manus ſubtraxerunt, & velut ex adytis puriſſimi oris expulerunt, excepit, nobisq; relegat optimus MS.Codex Palat. *Nam nec ego comminui ſtudentem in his artibus volo, nec vt moduletur, aut muſicis notis cantica expediat, neque vtiq; ad minutiſſima vſq; Geometriæ opera deſcendat* Germaniſſimus locus ſupra c.7. *Nec ipſe ad extremam vſque anxietatem, & ineptas cauillationes deſcendendum, atque ita ingenia concidi atque comminui volo.* Idem lib.1. Procem. *Nam pleraque nuda illa artes nimia ſubtilitatis adfectatione frangunt, & concidunt, quicquid eſt in oratione generoſius.*

Tempora, quæ ſpectaculis, campo, teſſeris, ocioſis denique ſermonibus, ne dicam, ſomno & conuiuiorum mora conterunt.] Sic infra libr. 6. cap. 4. *Nec cauſſa debita tempora conuiciando conteremus.* Hinc dictum temporis *detrimentum.* Fabius lib.10.cap.1. *Quis ſi quis eſt, intra primos ſtatim verſus deprehendetur, & cuius nos dimittet, quam vt eius nobis magno temporis detrimento conſtet experimentum.* Idem dixit *trahere horas*, pro, inutiliter detinere. lib.12.c.11. *Alias horas vanus ſalutandi labor, alias datum fabulis ocium, alias ſpectacula, alias conuiuia trahunt. &c.* Sic idem Fabius noſter lib.2. cap.12. *Inquirendo ſcribendoq; talia conſolemur ocium noſtrum.* Heliodorus libr.9. eleganter χρονοτριβεῖν dixit. Sed de his pluribus breui, ſi viuo, ad Criſpi Salluſtii Catilin. cap.4. Vide tu mihi ſodes interim doctiſſimi Iani Gebhardi Crepund libr.1. cap.9. pag.26. Fr.Cureti Notas, ad Symmachi lib 2. Epiſt.32. pag.71. Ian.Gaſp.Geuartii, ad Papin.Stat.libr.3. Sylu.5.v.60.pag.388.

IN LIBRI II.
CAPVT II.

Viua illa, vt dicitur, vox, alit plenius.] Sic Plinius libr.2.Epiſt. 3. ſerio hortatur Nepotem ſuum, vt Iſæum, ſumma facultate, copia, & ingenii vbertate præditum, auditum veniat, quum viua vox magis afficiat: adducto Gaditani cuiuſdam exemplo, qui Titi Liuii nomine gloriaq; commotus, ad viſendũ eum ab vltimo terrarum orbe venit, ſtatimque, vt viderat, abiit. *Dices*, (ait Plinius:) *Habeo hic quos legam, non minus diſertos. Etiam. ſed legendi ſemper occaſio eſt; audiendi non ſemper. Præterea multo magis, vt vulgo dicitur, VIVA VOX afficit. Nam licet acriora ſint,*

ſint, quæ legas, altius tamen in animo ſedent, quæ pronunciatio, vultus, habitus, geſtus etiam dicentis, affigit. Niſi vero falſum putamus illud Æſchinis, qui cum legiſſet Rhodiis orationem Demoſthenis, admirantibus cunctis, adiecisse fertur: τί δὲ εἰ αὐτοῦ τοῦ θηρίου τὰ αὐτοῦ ῥήματα βοῶντος) ἀκηκόειτε; Et erat Æſchines, ſi Demoſtheni credimus, λαμπροφωνότατος. Fatebatur tamen longe melius eadem illa pronunciaſſe ipſum, qui pepererat. Sic D Hieronymus in Epiſt. ad Paulinum: *Habet*, inquit, *neſcio quid latentis energia VIVA VOX, & in aures diſcipuli, de autoris ore transfuſa, fortius ſonant.* Vide Eraſmum in explicatione Magiſtri muti: & Plutarchum, in libello περὶ ἀκροάσεως. Barthol. Keckermanni Præcognit. Philoſoph. pag. 57. Seneca Epiſt. 6. *Plus tamen tibi & VIVA VOX, & conuictus, quam oratio, proderit. In rem præſentem venias oportet. Primum quia homines amplius oculis quam auribus credunt: deinde quia longum iter eſt per præcepta, breue & efficax per exempla.* Simile quid habet Rufinus lib. 11. cap. 7 *Nos autem, qui & VIVÆ VOCIS eius ex parte aliqua fuimus auditores, & ea quæ è nonnullis dicente eo deſcripta legimus, longe maiorem gratiam, & diuinum neſcio quid ac ſupra humanam vocem ſonans, in illis magis ſermonibus, qui de ipſius proferebantur ore, agnouimus.* Apud eundem lib. 0 .cp. 3. *Quibus ipſe per ſe diſſerere viua voce poterat.*

Præcipueque Præceptoris.] MS. Palat. particulam, quæ elegantiorem totum complexum orationis ac viuidiorem reddit, offert: *Præcipueque eius Præceptoris.* Gebhard. Crepund. libr. 2. cap. 9. pag. 81.

CAPVT III.

Cum geminatum onus ſuccedentes premat, & quidem dedocendi grauius, ac prius, quam docendi.] MS. Palat. *Dedocendi grauius plus quam docendi. Succedere* vel eſt hic ἀναδέχεσθαι. Sic Agellius libr. 7. cap. 8. *Delphin.* περιεχόμενος ἀνεδέχετο τὸν παῖδα ἐπὶ τῶν νώτων. Sic Latini *Succedere & ſubire onus.* Ariſtophanes Ranis:

Μή δ' ὅτι τοσοῦτον ἄχθος ἐπ' ἐμαυτῷ φέρειν,
Εἰ μή καθαιρήσει τις, ἀποπορδήσομαι.

Fabius lib. 4. Procem. *Velut onus totius corporis veriti.* Lib. 6. c. 1. *Quare metiatur ac diligenter æſtimet vires ſuas actor, & quantum onus ſubiturus ſit, intelligat.* Lib. 12. Procem. *Cuius equidem onus ſi tantum opinione prima concipere potuiſſem, quanto me premi ferens ſentio, maturius conſuluiſſem vires meas.* Sed *ſuccedere* hic eſt διαδέχεσθαι. Hinc *ſucceſſor*, διάδοχος. Ouidius: *Succeſſore nouo tollitur omnis*

tur omnis amor. Gloſſ.ſiue Onomaſt. *ſuccidu* διάδοχος: Gebhard Crepund.lib.2.cap.9.pag 82.

Recto itinere lapſi plerumque diuertunt.] *Rectum iter*, eſt via illa tendens recta linea ac ducens ad propoſitum terminum ſine ambiguitate atque errore ſic infra eod. lib. cap. 17. *Nec enim qui recta via depulſus eſt, reduci ad eam niſi alio flexu poteſt.* Sophocles Antigona:

τί γάρ σε μαλθάσσοιμ' ἂν ὧν ἐς ὕστερον
ψεῦσται φανούμεθ' ὀρθὸν ἡ ἀλήθει' ἀεί.

Quia non flexibus, non diuerticulis ſe decipit: ſed recto itinere, recto limite procedit. Hinc illuſtrat Fabius lib. VIII. Procem. *Sunt optima minime arceſſita, & ſimplicibus, atque ab ipſa veritate profectis ſimilia.* De recta via porro Fabius libr. 2. cap. 13. *Adiuuatur his quoque, ſi tamen rectam viam, non vnam orbitam monſtrent: à qua declinare qui crediderit, nefas, patiatur neceſſe eſt illam per funes ingredientium tarditatem.* Id.lib.3.cap. 6 *Sed inſtituentibus rudes non erit inutilis latius primo fuſa ratio, & ſi non ſtatim rectiſſima linea tenſa, facilior tamē & apertior via.* Lib.4.cap.2. *Vt vi quadam videamur affectus velut recto itinere depulſi.* Ibid. cap.3. *Si aliquid in digreſſu ſit exponendum, cum tot modis à recto itinere declinet oratio.* Lib.6.cap.1. *Nihil eſt odioſius recta illa repetition.* Lib.7. Procem *Quod recte dici poteſt, circumimus amore verborum.* Gebhard. Crepund. lib 2. cap.1.pag.58. Vide ſupra Notas ad lib.1. cap.6. & infra eod.lib.2.cap.13.libr. 9.cap.2.

CAPVT IV.

Apud Rhetorem initium ſit hiſtoria.] Olim Rhetores diſcipulis tenerrimis argumenta narrationum proponebant, ex hiſtoriis petita. Qua de re videri poterit Clariſſimus Iſaacus Caſaubonus, Commentar. ad Perſii Sat. 1. pag.113.

Nam quid opus erat tantum ſtudiis laborem impendere: Lege ex MSS. *Tantum ſtudiis laboris impendere.* Et infra libr. eod. cap 6. *Et pleraque contra frigus ex ſuo corpore veſtiuntur, & arma his ingenita quadam & ex obuio fere victus: circa quæ omnia multum hominibus laboris eſt.* Ita ex MS. legendum. Editiones: *multis hominibus labor eſt.* Sic verius & elegantius apud Rufinum c.10. MS.Cod. *Quem prælatum ſibi non ferens Vrſinus quidam eiuſdem Eccleſia diaconus in tantum furoris erupit.* Vulg. *In tantum furorem erupit.* Gebhard. Crepund. lib, 2. cap. 8. pag 79.

Facile remedium vbertatis: ſterilia nullo labore vincuntur.] Sic Seneca libr. 4. Controuerſ. 25. *T. Liuius de Oratoribus, qui verba antiqua & ſordida conſectantur, & orationis obſcuritatem ſeueritatem putant, atebat Miltiadem Rhetorem eleganter dixiſſe:* ἐπὶ τὸ πλησίον μαίνονται: *tamen in iis etiam ſi minus eſt inſaniæ, minus ſpei eſt. Illi qui tument, & abundantia laborant, plus habent furoris: ſed plus etiam corporis. Semper autem ad ſanitatem procliuius eſt, quod poteſt detractione curari. Illi ſuccurri non poteſt, qui ſimul & inſanit, & deficit.*

Multum inde decoquent anni, multum ratio limabit.] DECOQVERE, eſt minuere, detrahere: vt minuit aqua, dum coquitur. Ita & docti ſcripta ſua vbi ſemel illa effuderunt, diligenter caſtigant, plurima detrahendo. Cuius *decoctionis* nobiliſſimũ exemplũ in diuino Marone. Hic enim mane cōponere ſolitus quinquagenos aut plures eo verſus: quos opera veſpertina redigebat ad denos aut duodenos. Perſ. ſat. I. v. 123. & ſeqq.

——— *Audaci quicunque afflate Cratino,*
Iratum Eupolidem prægrandi cum ſene palles,
Aſpice & hæc, ſi forte aliquid decoctius audis,
Inde vaporata lector mihi ferueat aure.

Vbi *decoctius*, accipe, pro, *caſtigatius*, *limatius*. Sidonius ad Probum: lib. II. init. *Cum ille adhuc ætatulam noſtram, mobilem, teneram, crudam, modo caſtigatiora ſeueritate decoqueret, modo mandatorum ſalubritate condiret.* Cicero longe anter voce eadem vſus, cum in tertio de Oratore vult Oratorem habere *ſuauitatem auſteram & ſolidam: non dulcem atque decoctam:* Sumſit autem tranſlationem à vino non ſolum colari, verum etiam decoqui ſolito ad delicias, vt omnem auſteritatem poneret: quod inter luxuriæ corruptelas veteres ſcriptores ſæpe ponunt. Iſ. Caſaubon. ad Perſ. pag. 159. 160.

Eandem materiam rurſus à me tractatam,] Gebhardus, Crepund. libr. 2. cap. 9. Nimium naſutus Corrector ille fuit, quicunque hæc in Editione Gryphiana emendauit. Nam in Aldina vera lectio reſedit, & audaculi illius [illegible] ac perniciosam ſicam euaſit. Sed offendit illum τὸ *rurſus*. At ſic loquuntur centies Auctores, quorum aliis exempla magna congerie ſtipata. Lege ergo ex MS. Palat. & Edit. Ald. *Quoties eamdem materiam rurſus à me retractatam ſcribere de integro iuberem.* Cicero Tuſcul. 3. cap. 17. *Rurſus ad ſe reuertatur.*

Hinc parentum imperitorum inane gaudium] Sic *vana gaudia*

nia legimus apud Horatium, libr. 2. Epiſt 1. & apud Stat. Papin. libr. 5. Sylu. *ſordida gaudia.* Sed vt *inania* quædam gaudia; ſic etiam ſunt *vera & ſolida*: quemadmodum docet Seneca Epiſt. 59. libr. 8. Fr. Iuretus, ad Symmachi libr. 1. Epiſtol 25. pag. 24.

Et malorum exercitatio.] Gebhard. Crepund. libr. 2. cap. 9. pagin. 82. Quæ malorum poteſt eſſe exercitatio in illis vmbris, illa garrulitate? Lectio MS. aliud ſuadet, præ ſe ferens, *Malorum exortatio.* Quid velit Auctor, cuiuis lucet.

Ad deliberatiuum pertinentes genus.] MS. elegantius: *Pertingentes.* Sic quoque loquitur Plautus. Nam vulgata lectio gloſſa eſt. Gebhard. Crepund. lib. 2. cap. 9. pag. 82.

Cur armata apud Lacedæmonios Venus.] Lactantius libr. Inſtit. I. cap. 20. pagin. 78 79. de Venere calua & armata ſic loquitur: *Vrbe à Gallis occupata, obſeſſi in Capitolio Romani, cum ex mulierum capillis tormenta feciſſent, ædem Veneri caluæ conſecrarunt. A Lacedæmoniis fortaſſe didicerant, deos ſibi ex euentis fingere, qui cum Meſſenios obſiderent, & illi furtim deceptis obſeſſoribus egreſſi, ad diripiendam Lacedæmonem concurriſſent: à Spartanis mulieribus fuſi fugatique ſunt. Cognitis autem hoſtium inſidiis, Lacedæmonii ſequebantur. His armatæ mulieres obuiam longius exierunt: quæ cum viros ſuos cernerent, parare ſe ad pugnam, quod pugnarent Meſſenios eſſe corpora ſua nudauerunt. At illi vxoribus cognitis, & aſpectu in libidinem concitati, ſicut erant armati, permiſti ſunt vtique promiſcue: nec enim vacabat diſcernere. Sic iuuenes ab iiſdem ante admiſſi, cum virginibus, ex quibus ſunt Parthenii nati, propter huius facti memoriam ædem Veneri armatæ, ſimulachrumque poſuerunt.* In hanc Venerem Armatam Angelus Politianus Epigramma Græcum reliquit longe venuſtiſſimum, quod ſic exſtat in libt. 5. Epiſtol. pagina 185.

εἰς ΑΦΡΟΔΙΤΗΝ ὡπλισμένην

εἰς τί σάκος κρατέεις Παφία, λόγχαν δὲ τιτάσσεις,
Καὶ θώρηκ' ἐνέδυς, καὶ κόρυν ἀμφίφαλον.
Μέμνας, ὅτι οὐ σοὶ δέδοται πολεμήϊα ἔργα,
Τὰ τρυφερὰ βλέπεις δ' ἱμερόεντα γάμων.
Ἀλλ' οὐκ εἰς δῆριν θωρήσσομαι, ὅπλα δ' Ἄρηος
ἐνδύομ', ὡς κ' Ἄρης ἐκλάθοιτο μάχας.
ἐν γὰρ ἐμοὶ μούνᾳ καὶ τεύχεα καὶ Κύπριν ὁρῶν,
Οὔποτ' ἐμῶν λεχέων ἔσσετ' ἀπωλόσυνος.

Pluribus & diuerſis officiis conteratur.]Membranæ Palat. *Pluribus & diuiſis officiis.* Ipſe Fabius lib.1. Procem. *Quando diuiſa profeſſionum vices ſunt.* Hoc ipſum ex MS. reſtituit Ouidio, Doctiſſimus Gebhardus, lib.3. v.359. *Forte puer comitum diuiſus ab agmine fido.* Vulg. *ſeductus.* Propertius:

Tam multa illa meo diuiſa eſt millia lecto;
Quantum Hypanis Veneto diſſidet Eridano.

Valer. Maximus, lib.3. cap.7 *Magno ſpatio diuiſus eſt à ſenatu ad Poetam Accium tranſitus.* libr.4. Metam. Ouid. ver.241. *Diuidit hunc radiis Hyperione natus.* Ita MS. vulg. *Diſſipat.* Gebhar. Crepund. libr 2. cap.9.

Cum ex locis debeat naſci ſententia.] Duo MS. Palat. *Innaſci:* συμπεφυκέναι. Nam antea dixerat paullo: *appareatque, cum non tam inſertum, quam applicitum.* Sic paullo ſuperius: *Arrogans de ſe opinio innaſcitur.* Gebhard. Crepund. lib.2. cap.9. p 83.

Fictas ad imitationem fori materias. &c] Videndus hac de re Nobiliſſimus & eruditiſſimus Ioh. à Wouvveren, Animaduerſ. in Petronium, pag.379 380. Edit. Goldaſti.

CAPVT V.

Non aliter quam diſtortis, & quocunque modo prodigioſis corporibus apud quoſdam maius eſt pretium. &c.] Sic Quintilianus declamat. CCXCVIII. *Habent hoc quoque deliciæ diuitum, malunt quærere omnia contra naturam. Gratus eſt ille debilitate, ille ipſa infelicitate diſtorti corporis placet: alter emitur, quia alieni coloris eſt. Hac vt res eſt, acceſſit noua elegantia, inter peruerſas delitias habere ruſticum. Ridiculum hoc, quod durus, quod inhabilis.* Talis fuit ille puerulus, portentoſo paruoque capite, quem DOMITIANVS coccinatum ſolitus ſecum circumducere: vt refert Tranquillus. Sed & AVGVSTVM *Diſtortos* iſtiuſmodi, & *omnes generis eiuſdem, vt ludibria naturæ, malique ominis, abhorruiſſe:* teſtis eſt idem Suetonius, cap.83. Adi Iſ. Casauboni Animaduerſ. in Sueton. pag.166.

Incorrupta natura.] Naturalis pulchritudo. Propertius lib.1. Eleg.2. v.5. vocat *Naturæ decus*, ad Cynthiam:

Quid iuuat ornato procedere vita capillo,
Et tenues Coa veſte mouere ſinus?
Aut quid Oronthea crines perfundere myrrha?
Teque peregrinis vendere muneribus?
NATVRÆque DECVS mercato perdere cultu,
Nec ſinere in propriis membra nitere bonis?

Crea

Crede mihi, non ulla tua medicina figura eſt:
Nudus amor formæ non amat artificem.

Ariſtæneto lib. 1. Epiſt 2. *Natura decus* eſt κάλλος ἀπηκριβωμένον τῇ φύσει

Et hic hiſtoria maioris eſt author.] Gaſpar Barthius, Aduerſar. lib. 48. cap. 19 pag. 2275. Vt hiſtoriæ maioris auctor ſit Salluſtius, quam Liuius? quo nemo vnquam locupletius res Romanas ab Vrbe condita commentatus eſt? Cum Salluſtii integra hiſtoria, vt docti exputant, non ſit annorum 25. Parua emendatione & diſtinctione opus erit, vt ſanæ mentis ratio Quintiliano reddatur, quamquam alioqui eius de auctoribus iudicia magni apud nos momenti non ſint. Nam vt è vulgo ſcorſim ſentiat, parum ſane Quintilianus attente habet pondus iudicii, quod niſi vbique ſuſtinet auctoritatem ſuam, ſemper peccat. Lege: *Sit hic hiſtoria. Maior is eſt auctor.* Maior auctor Liuius, magis æſtimandus ad omnem eloquentiam Salluſtio: etſi Salluſtius Hiſtoricas leges quodammodo potius impleuerit. Salluſtio palmam Hiſtoriæ Latinæ dabat Antiquitas Martialis lib. 14.

Hic erit, vt perhibent doctorum corda virorum,
CRISPVS, Romana primus in hiſtoria.

De QVINTILIANO etiam illud hic adiungam, non audere me de vniuerſo illius opere pronunciare: hac tamen parte, qua de Poetis loquitur, omnino mihi neſcio quomodo ſacris eorum minus initiatum videri, quam pro Cenſore. &c. Hæc Barthius.

Vt prædulce illud genus, & puerilibus ingeniis hoc gratius, quo proprius eſt, adament.] Gebhard. Crepund lib. 2. cap 13. pag. 89. Meo, inquit, iudicio inſigne verbi margaritum excidit. Reponam ergo: *Vt prædulce illud genus, & puerilibus ingeniis hoc gratius, quo proprius eſt, adhament.* Onomaſticum: *Adhamo,* ἀγκιστρεύω. Sic olim vindex Nonio Ioſephus Scaliger venit, qui illud verbi ex Cicerone recte producit; quamquam in illo falſus, quod *adhamare* explicat *obligare:* cum ſit θηρεύειν, *captare, venari.* Cicero Academ. lib. 2. *Qui enim ſerius honores adhamauerunt, vix admittuntur ad eos, nec ſatis commendati multitudini poſſunt eſſe.* Sic eleganter ſanarunt Petronium.

Artis ſeueræ ſi quis hamat effectus.

Eſt vero tale verbum, quale *adarat*, ἐξαγγελίζεται, ἀποχαλκίζει. Et *adaquat*, ποτίζει. Gloſſarium: Ἀγκιστρεύω, *Vncino:* h.e. hamo, induo. *Vncus* enim Onomaſtico teſte, ἄγκιστρον. Hinc *vncina-*

tum, more hamor. m in ſe connexum inuicem. Cicero Acad m.lib.4. vt etiam citat Nonius: *Nec, vt ille, qui aſperis & leuibus, & hamatis vncinatiſque corpuſculis concreta hec eſſe dicat.* Videatur etiam Cl. Ian. Rutgerſius, Var. Lect. lib. 3. cap. 3. pag. 199. 200.

Et fuiſſe nuper, & nunc eſſe quidem.] Leuibus voculis animam huic periodo reddideris ex duobus MSS. & Aldina editione reſcribendo: *Quoſdam vero etiam quos totos imitari oporteat, & fuiſſe nuper, & nunc eſſe quidni libent.* Sic cap 13. *Quid enim ſi precipias Imperatori quoties aciem inſtruet, dirigat. cornua, &c.* Fortius ex MS fiet: *Quid? ſi enim præcipias Imperat.* V de Gebhard. Crepund. lib 2. cap. 13. pag 89. 90.

CAPVT VI.

Ipſa docent] Matres, ac dominæ nidi. Idem Fabius lib. 2. c. 2. *Ipſe aliquid, immo multa quotidie dicat, quæ ſecū audita referant.* αὐτὸς διδάσκαλ☉ Ibid. *Abſit ab vltimis vitiis ipſe preceptor.* Idem lib. 11. Proœm. *Inuiti iudices audiunt præſumentem partes ſuas: nec hoc Oratori contingere inter aduerſarios, quod Pythagore diſcipulos contigit, poteſt, ipſe dixit.* Adi Ian Gebhard. Crep. lib. 1. c. 9. p. 18.

CAPVT X.

Magos, & peſtilentiam, & reſponſa.] Mihi magis placet: *Nam magos, & in peſtilentiam reſponſa, &c.* Ita enim loqui amat Petron. Sat p. 48. *Ideo ego adoleſcētulos exiſtimo in ſcholis ſtultiſſimos fieri, quia nihil ex iis, quæ in vſu habemus, aut audiunt, aut vident: ſed piratas cum catenis in litore ſtantes, & tyrannos edicta ſcribentes, quibus imperent filiis, vt patrum ſuorum capita præcidant; ſed reſponſa in peſtilentiam data, &c.* Vbi Scaliger male repoſuit *peſtilentia:* vti recte monuit Cl. Gaſpar Barthius, Racemat. in Petron. pag. 488. qui & meliorem lectionem hiſce ex iure petitis exemplis corroborat. l. 2. §. 31. de O. Iur. L. 9. de acquir. poſſeſſ. l. 14. de Probat. l. 35. de O & A. L. XL. de Adopt. l. 3. de ſuis & leg. Videantur etiam Nobiliſſ. Ioh. à Wouvveren, Animaduerſ. in Petron. p. 381. Et Melioris Goldaſti, Mecænatis mei indulgentiſſimi, ſymbola ad Petron. pag. 527. Curt. Pichen. Not. ad Tacit. de Orat. num. 44.

CAPVT XII.

Qui armorū inſtius in pugnam ruit.] Duo MSS. Pal. *In rixam.* Mem-

Membran.etiam, *irruit*. Sic Cic. Act.1. in Verrem, cap.12. *Qui quaſi de induſtria in odium offenſionemque P.R. irruere videantur.* Vide Ian.Gebhard.Crepund.lib.1.cap.16.pag.53.

Et omnia leuata, vt ipſi vocant, manu, emugiunt.] Membranæ Palat. particulam addit, quæ elegantiorem reddit ſenſum: *Ad omnia leuata (vt ipſi vocant) manu emugiunt.* Vide Ian.Gebhar. Crepund.lib.1.cap.13 pag.42. Iob.Liuinei Not.in Propert.pagin.77. Et qui hanc periodum incredibile quantum illuſtrat, Ludouic. Creſoll. Vacat. Autumn. libr 2.cap.1.ſect.4.pag.117. cap.5.ſect.2.pag.153 & ſeqq.cap.9.ſect.9.pag 316.cap.12.ſect. 2.pag.378.cap.13.ſect.1.pag.396 397.lib.3.ca.8.ſect.1.pag.494.

CAPVT XIII.

Stratum militari labore iter ſæpe deſerimus compendio ducti.] *Compendium*, ſiue *compendiaria*, eſt via contractior, quam quis ambagibus relictis ſectans lucrū quaſi laſſitudinis facit. Varro σκιομαχίᾳ. *Hoc dico compendiaria ſine vlla ſollicitudine ac moleſtia dicundi ad eandem voluptatem poſſe peruenire.* Citat Nonius in voce *Compendium*. Gloſſar. *Compendium*, *Compendiaria* συντομία. MS. tamen heic pro *ſtratum* legit *exſtractum*. *Exſtracta autem via* contraria eſt compendiariæ. Ouid.lib.3.Metam.

Tardius exierant, ſed per compendia montis
Præcipitata via eſt ———

Plutarchus Erotico: Σιώποντον ὁμοῦ καὶ σύντομον διεξέρχεται πορείαν ἐπ' ἀρετήν. Ergo *exſtrahere iter*, eſt μακρύνειν: Sicut συντέμνειν *compendio* duci. Sophocles Antigona:

——Συντέμνουσι γὰρ
Θεῶν ποδώκεις τοὺς κακόφρονας βλάβαι.

Fabius lib 3.cap.2. *Hæc autem breuior, & vel ideo dilucidior multo via, ne quem diſcentem per ambages fatigabit.* Papin.Stat lib.2. Theb.v. 496.

Fert via per dumos propior, qua calle latenti
Præcelerans, denſaque legunt compendia ſylua.

Quintilianus infra lib.4.cap.2 *Nam & fallit voluptas, & minus longa, quæ delectant, videntur: vt amœnum ac molle iter etiamſi eſt ſpatii amplioris, minus fatigat, quam durum arduumque compendium.* Gebhard.Crepund.lib.2.cap.1.pag.59.

CAPVT XV.

Forma pulchritudo ſententiam dictat.] Non abſurde igitur

hanc non minus quam Eloquentiam cum Iſocrate, πειθὼ δημιουργὸν appellaueris. Cuius rei documentum habemus in Hyperide ſummo & omni elegantia inſtructo Oratore: qui cum pulcher & inſigni ſpecie ad formoſæ mulieris defenſionem acceſſiſſet, quo plus momenti habitura eſſet eius oratio: ipſam Phrynen omnium ſui temporis facie eximia, & ſingulari venuſtate pulcherrimam, in oculos Iudicum vt naturæ diuinum opus induxit: itaque tantum motus in omnium animis conſecuti ſunt, vt rea vnis omnium ſuffragiis abſolueretur. Adeundus Ludouicus Creſollius, Vacat. Autumn. lib. 3. cap. 29. ſect. 3. pag. 647.

CAPVT XVI.

In quo malimus præſtare hominibus, quam quo ipſi homines cæteris animalibus præſtant.] Cic. libr. 1. offic. Cum multis rebus humiliores & inferiores ſint, videntur hac re maxime beſtiis præſtare, quod loqui poſſunt. *Quare præclarum mihi videtur adeptus is, qui qua re homines beſtiis præſtent ea in re hominibus ipſis antecellat.* Tertullian. de Reſurrect. carnis: *Sed accepiſti homo os ad vorandum, atque potandum: cur non potius ad eloquendum, vt à cæteris animalibus diſtes? cur non potius ad prædicandum DEVM, vt etiam hominibus antiſtes.* Sidonius lib. 4. Epiſtol. 17. *Quapropter alternum ſalue rependens, granditer lætor, ſaltem in illuſtri pectore tuo vaneſcentium literarum remanſiſſe veſtigia: quæ ſi frequenti lectione continuas, experiere per dies, quanto antecellunt belluis homines, tanto anteferri ruſticis inſtitutos.*

CAPVT XVII.

Sed et particulam ciuilitatis.] MS. Pal. *Particulam* νοcαlαm ὑποβολιμαῖον dictat, ac ſpuriam. Agnoſcit enim *portiunculam*. Apuleius. *Qui cum à me portiunculam poſceret.* Gloſſarium: *Portiuncula*, ποσημόριον. Lege, vt Vulcanius, *Portiuncula*, ποσιμόριον. Seneca de Benefic. lib. 4. cap. 39. *Et appellare debitorem ad diem poſſum, & ſi foro ceſſerit, portionem feram.* Fabius infra lib. 6. cap. 1. *Tanto ſunt quædam ſua portione ad afficiendum potentiora, cum velut ipſorum ore dicuntur.* MS. Pal. *ducuntur.* Id. lib. 10. c. 7. *Nec idem quidem dicendum eſt, quod eidem Ciceroni placet, nullum noſtrum vſquam negligentem eſſe ſermonem: quicquid loquimur, vbicunque ſit, pro ſua ſcilicet portione perfectum.* Sic Tertullianus:

Ianus: *Domitianum Portionem Neronis appellat.* Gebhard. Crepund. lib.2. cap.13. pag.90.

CAPVT XXI.

Quam ſententiam ponit apud Platonem Gorgias.] MS. Pal. *Qua in ſententia ponitur apud Platon.* Gorg. Plautus aliter Epid. III. 4.

Quid nunc? qui in tantis poſitus ſum ſententiis,
Eumne ego ſinam impune:

Quem locum docte interpretatur Ian. Gebhardus, Crepund. lib. II cap. 13 pag. 90.

Et cælatura, &c.] De hac nominum differentia videndus Ioh. Brodæus, Miſcellan. libr. 6. cap. 30. pag. 568. Lamp. Crit. Part. 2.

IN LIBRI III.
CAPVT I.

Ac veluti pueris, &c.] Verſus hi Lucretiani exſtant. libr. 1. v. 934. & ſeqq. & libr 4. ver. 11. & ſeqq. Et eſt admodum nobile doli boni exemplum. Qua de re conſulendus ἀξιέπαινος ὅλος ὄρος, Nobiliſſimus Melior Goldaſtus, in Notis ſuis ad Columbanum, pag. 155. 156. & Cl. Cunradus Ritterſhuſius Comment. ad L. XXIII. de Reg. Iur. pag. 18. 19. Et Index noſter Lucretianus, ſi prodierit, vti confido.

Protagoras & Euathlus.] De hoc Protagora & Euathlo copioſe agit A. Gellius lib. 5. cap. 3. & 10. Cui loco magna ex Fabio lux inferri poteſt. Contenditur enim iſthic ſuper mercede pacta: verum quæ fuerit, non exprimitur. Sed & Apuleius Florid. lib. 2. florulentius idem tradit Petr. Moſellan p. 120. Videndus etiam Ioh. Baptiſta Pius, Annotat. cap. 83 pag. 482. Lamp. Crit part. 1.

Cæcilius.] Hic eſt Cæcilius Rhetor Siculus, qui Romæ floruit æqualis & amicus Dionyſio Halicarnaſſeo. Meminere huius Cæcilii præter Fabium noſtrum, etiam Longinus, aliique veteres: Iſaacus Caſaubonus Animaduerſion. in Athenæum, lib. 6. cap. 21. pag 294.

Theodorus Gadareus.] Docuit hic *Theodorus* præcepta Rhetorices Rhodii per id tempus, quo *Tyberius* in eam inſulam ſeceſſit, vbi circa ſcholas & auditoria profeſſorũ aſſiduus fuit, & inprimis audiuit *Theodorum* manſitq; illic annos octo: de quo

Tyberii ſeceſſu multa ſcribit luculenter Tranquillus. Dictus eſt autem *Gadareus Theodorus*, à *Gadaribus*, ciuitate Syriæ; quam Iudæi ſibi vendicarunt. Vnde ait Strabo libr. 17. cum de *Gadaribus* loqueretur: *Hinc fuit Theodorus Orator, qui ætate noſtra viguit.* Strabonem autem ætate *Tyberii* ſcripſiſſe, clarum eſt ipſius teſtimonio, qui in ſexto memorat, ſe *Tyberii* tempore floruiſſe. Qui ergo apud Fabium legit: *Titus Cæſar*: is prorſus & hiſtoriæ, & temporum ignarus eſt. De hoc *Theodoro Gadareo* intellexit Iuuenalis illo verſu: *Artem ſcindens Theodori.* Philipp. Beroald. Annotat. pag. 240. Lamp. Crit. Part. I. Sed Petrus Moſellanus, p. 122. & Stephanus *Gadarenus* legendum cenſent, à *Gadara*, ciuitate Palæſtinæ.

CAPVT VI.

In quatuordecim primis ordinibus ne ſedeat, qui ſe prætori in hortis oſtenderat, neque erat productus, ſedit in quatuordecim Ordinibus.] Petrus Pithæus, Aduerſar. libr. 2. cap. 17. pagin. 799. Lamp. Critic. Part. II. Locus hic Fabii (inquit) in omnibus omnino, quæ mihi adhuc videre contigit, exemplaribus, quamlibet vetuſtis, ita conceptus eſt. Quod eo dico, ne quis temere coniecturis noſtris fidem adhibeat. In eo memini, nec vnquam obliuiſcar, Petrum FABRVM, V. C. & doctiſſimum dixiſſe aliquando, videri ſibi pro *Prætori* reponendum, P.R. id eſt, *populo Romano.* Quod ego, licet Prætorem ludos interdum curaſſe ſciam, & vero Auguſtalium celebrationem ad peregrinum translatam legam, facile tamen adducor, vt recipiam, cum & Doctor noſter ſimilem pene omnino Vlpiani locum ad Paulum annotauerit. Verum in proximis Quintiliani verbis mendum non minus latere ſuſpicor, & pro, *in hortis*, legendum fortaſſis, *in horchiſtra.* Sic enim & apud Auſon. in Lud. 7. Sap. vbi antea impreſſis legebatur,

Hodieque in hortis palliatis prodeunt.

Emendatum eſt ex veteri libro:

Hodie in horchiſtram palliati prodeunt.
Quid erubeſcis tu togate Romule,
Scenam quod introibunt tam clari viri?
Nobis pudendum, & Atticu quoque
Quibus theatrum Curia præbet vicem.

In horcheſtra, ludicra exercebantur. Vnde & Caſſiodor. lib. 4. Vari Theatrales ludos deſcribens: *His* (inquit) *addita ſunt horcheſtrarum loquaciſſima manus, linguoſi digiti, ſilentium clamoſum*

clamoſum, expoſitio tacita, quam Muſa Polyhymnia reperiſſe narratur, oſtendes homines poſſe, & ſine oris affatu ſuum velle declarare. Erant in horcheſtra Senatorum ſedibus loca deſignata. Erant & in 14. gradibus horcheſtræ primis vel proximis equitum ſedes. Nam & his lege ſua in theatro loca teſtituit Otho Roſcius: apud Vell. Patetc. libt. 2. Ad quam legem Horatius alicubi reſpiciens dixit, *Poſt equitem ſedere atram curam*: Et apud Petronium Chriſes ancilla: *Domina mea vſque ab Orcheſtra ad quatuordecim tranſilit, & in extrema plebe quærit quod diligat.* Et paulo poſt: *Ego etſi ancilla ſum, numquã tamẽ niſi in Equeſtribus ſedeo*: Inde horcheſtram & populũ Iuuenalis dixit pro primoribus & plebe. Lege veto Theattali à 14. primis prohibebatur, qui artem ludicram exercuiſſet; vt Fabius ait. Et hæc fortaſſe pœna etiam fuit eius legis, qua Vitellius cauit, ne Senatores equitesve gladiatoriam aut ludicram artem exercerent. Id Zonaras ex Dione ſic exprimit: ἀπηγόρευσε δὲ καὶ τοῖς βουλευταῖς καὶ τοῖς ἱππεῦσι μονομαχεῖν, ἢ ἐν ὀρχήστρᾳ θέαν τινὰ παρέχειν. Refertur & à Quintiliano declamat. CCCII. lex hæc: *Gladiator in 40. gradibus ne ſedeat.* Cæterum de quæſtione à Fabio propoſita ſic iudico: Eum, qui ludorum tempore in Scæna vel Horcheſtra à populo Rom. viſus ſit, quamuis ſe auctorauerit ſi tamen artis cauſſa non prodierit, à 14. primis gradibus nõ arceri: quia nec infamia notatur. Multo vero minus gradibus prohibebitur, qui ſponte ſua in Horcheſtra ſe populo Romano oſtendit, nõ auctoratus; non ab alio productus aut ſpectaculi tantum, aut etiam artis ipſius exercendæ gratia. Et hæ quidem nouis moribus leges ſub Impp. receptæ ſunt, quibus non ade o turpis res hæc habita eſt, vt etiam conſilium puniri debuerit: ſed antiquis cenſoriæ ſeueritatis exemplis non conueniunt. Quod ego à me ἔργῳ παρέργως ex inſtituto dictum accipi velim. *Producti* autem verbum, quo Fabius vtitur, proprie de venalibus dicitur: itemque de iis, qui operas locarunt artis ludicræ cauſſa, & de teſtibus. Dicitur & de proſtitutis: cuius exemplum legitur apud Suetonium, in Veſpaſiano: *Expugnatus à quadam quaſi amore ſui deperiret, cum producta pro concubitu HSCCCC. donaſſet.* Sic in optimo libro ſcriptum eſt. Vulg. *perducta.* Hactenus Pithæus ad emendationem & explicationem huius loci.

Οὐσίαν, quam Flauius eſſentiam vocat.] Videndus M. Ant. Muretus, Var. Lect. lib. 15 cap 20, pag. 1153. Lamp. Crit. Part. 2. Seneca Epiſt. 59. Sidonius Apollinaris Epiſt. ad Polemium.

Νόθον, qui non ſit legitimus, Græci vocant: Latinum rei nomen, ut Cato quoq; in Oratione quadã teſtatus eſt, non habemus, &c.] Iſidorus Orig. libr. 9. cap. 5. pag. 1055. *NOTHVS dicitur, qui de patre nobili, & matre ignobili gignitur: ſicut ex concubina. Eſt autem hoc nomen Græcum, & in Latinitate deficit. Huic contrarius eſt SPVRIVS, qui de matre nobili, & patre ignobili naſcitur. Item SPVRIVS patre incerto, matre vidua genitus, velut tantum ſpurii filius, quia muliebrem naturam veteres SPVRIVM vocabant, velut ἀπὸ τῆς σπορᾶς, h. e ſeminis, non patris nomine. Eoſdem & FAVONIOS appellabant, quia quædam animalia Fauonio ſpiritu hauſto concipere exiſtimantur. Vnde & ii, qui non ſunt de legitimo matrimonio, matrem potius, quam patrem ſequuntur. Latine autem SPVRII, quaſi extra puritatem, id eſt, quaſi immundi* Hæc Iſidorus. Adi etiam, ſi operæ, Cl. Ioh. Meurſii Commentar. ad Lycophron. pag. 206 207 Poſtrema quoque ætas ſpurios & inhoneſte prognatos CANIS nomine proſcidit: vti notat ingenioſiſſimus Gaſp Barthius, in incomparabili ſuo Aduerſariorum Opere, lib. VIII. cap. 14. pag. 293. Iacobus de Vitriaco, Hiſtoriæ Orientalis lib I. cap. 71. *Diffluentes autem luxu multiplici, & otio turpi marcentes, non ſolum de micis, quæ cadebant de menſa Domini, ſed de panibus integris, & de cibis delicatis paſcebant catellos ſuos. quos de turpibus concubinis ipſi turpiores procrearant.* Scitu quoque digniſſima de ſpuriis, ſiue filiis naturalibus, tradit doctiſſimus Gulielmus Budæus, Annotat Prior. in Pandectas: Ex leg. *vulgo concepti. De ſtatu hominum.* pagin. 134. 135. Et Plutarchus in Problem. Iacobus Cuiacius, Obſeruat. lib. 5. cap. 6. pag. 191.

IN LIBRI QVARTI CAPVT I.

Quid enim aliud agebat ironia illa.] Fabius in Ciceronis pro Ligario exordio ironiam eſſe exiſtimat: Iohannes Brodæus nullam putat. Miſcellan. lib. 6. cap 11. pag. 556. 557. Lamp. Crit. Part. 2. At Quintilianum erudite defendit Franciſcus Luiſinus, Vtinenſis, Parerg. libr. 2. cap. 35. pag. 504. 505. Lamp. Crit. Part 3.

Maximeque capitalibus, vt apud centumuiros.] *Scribe: maximeque Capitalibus, & apud Centumuiros.* Vide Franc. Polleti, Duacenſis IC. Hiſtoriam Fori Romani, libr. 3. cap. 13. pagin. 287. 288.

CAPVT

CAPVT II.

Nec enim mihi vmquam tanta fuerit cura breuitatis. &c.] Plinius lib. 1. Epiſt. 20. *Breuitatem ego cuſtodiendam eſſe confiteor, ſi cauſa permittat: alioqui prauaricatio eſt tranſire dicenda: prauaricatio etiam, curſim & breuiter attingere, quæ ſint inculcanda, infigenda, repetenda. Nam pleriſque longiore tractatu vis quadam & pondus accedit. Vtque corpori ferrum: ſic oratio animo non ictu magis quam mora imprimitur. Et hercule, vt alia bona res; ita bonus liber melior eſt quiſque, quo maior.* Vide ibi plura. Ammianus Marcellinus lib. 15. cap. 1. *Reſidua, quæ ſequuturus aperiet textus, pro virium captu limatius abſoluemus, nihil obtrectatores longi, vt putant, operis formidantes. Tunc enim laudanda eſt breuitas, cum moras rumpens intempeſtiuas, nihil ſubtrahit cognitioni inſtorum.* Martialis lib. 2. Epigram. 77. v. 7

Non ſunt longa, quibus nihil eſt, quod demere poſſis.

Vbi Conſule Mathæi Raderi Commentarium.

Temulento ſopore profligatum.] Adi Ian. Gebhard. Crepund. libr. 3. cap. 19. pag. 153. 154. Et eiuſdem Animaduerſiones in Tibulli lib. 1. Eleg 2. v. 2. Inſignem etiam hunc Cælii locum inſigniter emendat Clariſſimus Gaſp. Barthius, Aduerſar. libr. 14. cap. 18. pag. 784. 785. Cuius verba iuuat apponere. Admodum bonum, (inquit,) exemplar Quintiliani Inſtitutionum, charactere vetuſtiſſimo exaratum Baſileæ vtendum nacti, quantum fuit, erat enim abſque capite & calce compoſuimus. Mirum vero dictu, quam penitus in multis abeat antiqua ſcriptura ab ea, quam pro vera nunc vtimur omnes Exemplum det M. Cælii locus, temulentum ſtertentemque ex crapula M. Antonium nobis velut ſpectandum præbens. lib 4. cap. 2. Apponemus vero integrum eum locum; *Namque ipſum offendunt, &c.* (vide in Textu.) Irrupearnt Centuriones triclinium in caſtris, aut vrbe aliqua, in expeditione certe Imperatoris: quem cum tam ornate honeſteque cubantem reperirent, excitare primo, mox vi auferre de ſtrato inſiſtebant: Hoc eſt, quod initio dixit Cælius: *Namque ipſum offendunt:* aduentu nimirum hoſtium turbati Centuriones, qui circum Prætorium excubabant; deinde iactatum inter concubinas meticuloſas, & viros armatos, ſui impotem, quod mirum in modum rei indignitatem auget. Nunc MS. opem flagitabimus: qui quidem iſtam fere omnem periodum longe aliter concipit. Legit:

Namque ipſum offendunt temulento ſopore profligatum, to-tus pracordiis ſtertentem, ructuoſos * *ſpiritus geminare. Præclaraſque contubernales ab omnibus ſpondis verſas tranſuerſas incubare, & reliquias temulentia circum iacere paſſim. Ha tamen exanimata terrore hoſtium aduentu percepto excitare hominem conabantur, hac nomen inclamabat, hac fruſtra ceruicibus tollebat*: *blandius alia ad aurem inuocabat, vehementius etiam nonnulla feriebat. Quarum cum omnium vocem tactumque dignoſcitaret, proxima cuiuſque collum amplexu appetebat; neque dormire excitatus, neque vigilare ebrius poterat. Sed ſemiſomno ſopore, inter manus Centurionum, concubinarumque iactabatur.*

Illis verbis, *ructuoſos ſpiritus*, interfuit mediis vox quæpiam, cuius locus diſerte vacuus in MS. libro apparet. Qualis vero illa coniectando tempus perdere noſtrum non eſt. Etſi ſuſpicari facile ſubeat, de *ore* & *naribus*, propter *ſpiritum* & *ructum* aliquid latere poſſe. *Verſas tranſuerſas* ποιητικώτερον ſonat, Plauto dignius. Strepitu tamen ſuo rem reddens ſpectabiliorem. *Reliquia temulentia*, ſunt patinæ, pateræ, ſcyphi, menſæ inuerſæ, cupediæ pedibus proiectæ, elapſi manibus crateres, vt apud Rutilium Lupum ebrioſus inducitur: non prius poculum ex manibus emittens, quam bibentem ſomnus oppreſſerit, ac diſſolutis artubus ipſum poculum ſuapte natura dormienti exciderit. Hanc elegantiſſimam ſcripturam non debebant ſane librarii mutare. Nam quod addit *ha*, natura aliter conſtitutum eſt, quam vt ad *reliquias* transferri poſſit: ne quis argueretur, *reliquias* capiendas eſſe hac lectione, non temulento pares mulierculas. Nam quæ contra communes ſenſus faciunt, ea iure non attenduntur. Cæterum *hac nomen*, &c. *hac fruſtra*: nemo non confitebitur genuina eſſe, qui ordinem ſaltim, vulgo minus attente habitum curare voluerit. Nam illa, *blandius alia*; ſuggerunt, fuiſſe numero ſingulari in reliquis etiam vſum M. Cælium; quibus conſentit & τὸ *nonnulla*, eadem ratione prolatum. *Dignoſcitaret*, quotidianam conſuetudinem cum illis præclari Imperatoris arguit, vel *ſemiſomnis* ex vocibus tactuque dignoſcere contubernales conſueti. Barde etiam hanc lectionem mutarunt Cacographi Chalcographi. Vox etiã *ſopore* nobis ſuſpecta eſt vltimo loco, citra MS. tamen auctoritatem non mutanda. Sane *ſopor ſemiſomnis* ταυτολογίαν olet, nec belle cadit. Hactenus Cl. Barthius.

Quarum

Quarum cum omnium vocem, tactumq; noſcitaret.] Franciſcus Robortellus Emendat. lib.2. cap.49. pag.116. Lamp. Crit. Part.2 Ego (inquit) puto legi debere: *Quarum cum omnium voce, cantuque excitaretur.* Nam quadrabit belle, quod poſtea ſequitur: *nec dormire excitatus.* Quod ſi quis repugnet, & dicat, cantu concubinarum temulentum excitari non potuiſſe, cum cantus ſomnum adducat potius, poſſit dici; cantum inconditum ſignificari, non ſuauem. Nam illa dictio, *tactu*, eo loco non placet. Librarius vero facile labi potuit, cum eſſet ſcribendum, *excitaretur*, vt ſcriberet, *oſcitaret.* Nam pro X, interdum CS. veteres ſcribebant. Sic *ecſitaretur*: vnde poſtea ſcriptio hæc manauit, *Noſcitaret*: & illæ voces ad id accommodatæ poſtea. Nam ex *voce, & tactu; vocem & tactum* ſcribi cæpit. Hæc Robortellus: cuius tamen Coniecturam verniliter admodum flagellat Carolus Sigonius, Emendat cap.44. pagin. 139. Lamp. Crit. part.2. Carneades igitur heic ob Orco reuocandus.

Inter manus Centurionum] Gebhard. Crepund. lib. 2. cap.15. MS. Pal. inſolentis monetæ vocabulum arcana incude tractat, refingendo; *Cenurionū.* Quaſi *Cenurio* eſſet δειπνητὴς ſiue ἐντραπεζήτης. Et reuera hic tale quid excidiſſe, probabile eſt; immo tota rei ſeries reflagitat. Nam qualis Imperator; talem ſibi cohortem, comitesque adoptat. Fortis fortes, luxurioſus perditos. Claudianus lib.2. in Eutrop.

Tandem conſilium belli confeſſus agendi
Ad ſua tecta vocat iuuenes, venere proterui,
Laſciuique ſenes: quibus eſt inſignis edendi
Gloria, corruptasque dapes variaſſe decorum:
Qui ventrem inuitant precio, traduntque palato
Siderias Iunonis aues: & ſi qua loquendi
Gnara coloratis viridis defertur ab Indis
Quaſitus trans regna cibus: quorumque profundam
Ingluuiem, non Ægeus, non alta Propontis,
Non freta longinquis Mæotida piſcibus explet.

Aptiſſime ad hanc rem Papinius Statius lib.4. Theb. v.661.

Nec comitatus iners, ſunt illic ira furorque
Et metus, & virtus, & nunquam ſobrius ardor,
Succiduique gradus, & caſtra ſimillima Regi.

Qualem Ducem Cælius vult, dat nobis quoq; Cicero Miloniana: *Adde inſcitiam pranſi poti oſcitantis Ducis.* Non male etiam, reponeretur; *Cœnaturionū.* Eſſet enim *Cœnaturio* menſarū aſſecla,

ſecla,

Digitized by Google

ſecla, & Antonii Conuictor quotidianus. Onomaſticum verbum agnoſcit *Cænaturio*, δειπνητιάω. Sed nomen formatum ad faciem Plautinam, *Saturionis Eſurionis*. Nam Cælius verborum antiquiorum auceps & architectus audit. *Cænaturio* ergo erit Antonii σύνδειπνος & συμπότης Onomaſt. *Cænaticus*, συμποτικός. Varro *Fratres Cibarios* vocat, qui nobis non alio iure niſi menſæ apparatæ & inſtructæ volunt & intimi ſunt. *Tum autem* (ait Varro) *ipſe frater cibarius fuit Ariſtoxenus*. Vbi alludit ad notum Græcorum dicterium, ζῇ χύτρα ζῇ φιλία Noſtro Idiotiſmo *Fratrem Cibarium* vocamus, Freßbruder/Zechbruder/Tiſchbruder. Theognis elegantiſſime: v. 115.116.

Πολλοί τοι πόσιος καὶ βρώσιος εἰσὶν ἑταῖροι,
ἐν δὲ σπουδαίῳ πράγματι παυρότεροι.

Vertit Gaſp. Barthius:

Multi equidem ad menſas & Bacchum ſtrenue amabunt;
At cum res crepera eſt, vnus & alter erunt.

Et Menander. πολλοὶ τραπέζης, οὐκ ἀληθείας, φίλοι. *Pleroſque amicos menſa habet, non veritas.* Herodianus lib. 1. cap. 12. τραπέζης κόλακες, ὅσοι τὸ εὔδαιμον γαστρὶ καὶ ταῖς αἰσχίσταις μετρῶσιν ἡδοναῖς: *Menſarii adulatores, qui ventre atque obſcænis voluptatibus felicitatem metiuntur.* Tales videtur Claudianus lib. 2. in Eutropium, *Atacem epularum*, indigetaſſe.

Tunc Aiax erat Eutropii, lateque fremebat,
Non ſeptem vaſto quatiens vmbone iuuencos,
Sed quam perpetuis dapibus, pigroque ſedili
Inter anus, interque colos onerauerat aluum.

Tales Heſiodus δειπνολόχους appellat. Latini *Cœnipetas*, ſicut *Hæredipetas*. Martialis *Captatores Cœnarum*, qui indagine quadam lautitias cœnarum capiunt. Tales Latini etiam *Conuiuas* appellarunt, qui domicænio nuncium remiſerunt, & vt Iuuenalis ait, *quibus ſumma boni eſt aliena viuere quadra*. Et Venuſte luſit de Scæuola; Poeta lepidiſſimus: *Scæuola tu cœnas apud omnes: nullus apud te: Alterius ſiccas pocula, nemo tua.* Petronius:

——*Hic, vt audiui, veterem conuiuam.*

Ouidius lib. 2. Triſt.

Accius eſſet atrox, conuiua Terentius eſſet.

Onomaſticum: *Conuictor*, ὁμοδίαιτος Idem: *Conuiuones*, συμπόται: vbi tamen CL. Gebhardus malit, *Combibones*.

CAPVT III.

Pleriſque moris eſt.] Vide Iſaaci Caſauboni Commentar. ad Perſii ſat. 1. pag. 122. 123.

CAPVT

CAPVT V.

Non aliter reformidat, quam qui ferrum medici prius quam curetur adſpexerit.] Sic Seneca Conſolat. I. *Tirones leuiter ſaucii tamen vociferantur, & manus medicorum magis quam ferrum horrent.* Adi Ian. Gebhard. Crepund. lib. 1 cap. 15. pag. 49.

Nam & autoritati plurimum detrahunt multa, illa non membra, ſed fruſta.] MS. Palat. in textu: *Munita* Superſcriptum: *minuta illa non m* rectiſſime. Λεπτομέρειαν Græci dicunt. Fabius libr. 3. cap. 2. *Simplicius autem inſtituenti non eſt neceſſe per tam minutas rerum particulas rationem docendi concidere.* Ibid. *Nec corpus orationis in parua momenta diducendo conſumet.* Ibid. lib. 4. cap. 5. *Tenuis illa & ſcrupuloſe in partes ſecta diuiſionis diligentia.* Ibid. *Cuius* (Hortenſii) *tamen diuiſionem in digitos diductam nonnumquam Cicero leuiter eludit. Nam eſt ſuus certus modus, & euitanda vt quam maxime conciſa nimium & velut articuloſa partitio.* Lib. 5. cap. 2. *Scio quoſdam inani diligentia per minutiſſimas iſtas partes ſecuiſſe.* Sic Cicero Tuſcul. 4. cap. 5. *Spina partiendi.* Iterum Fabius libr. 8. cap. 5. *Vnde ſoluta fere oratio, & è ſingulis non membris, ſed fruſtis collata ſtructura caret, cum illa rotunda & vndique circumciſa inſiſtere inuicem nequeant.* Lib. 9. cap. 4. *Vbicunque acriter erit, & inſtanter pugnaciterque dicendum, membratim caeſimque dicemus.* Idem libr. 11. cap. 1. *Argumenta diducet in digitos.* Ibid. cap. 3. *In digitos argumenta digerimus.* lib. 12. c. 2. de Dialectica: *Si totum ſibi vindicauerit in foro certamen, obſtabit melioribus, & ſectas ad tenuitatem ſuam vires ipſa ſubtilitate conſumet.* Gebhard. Crepund. lib. 2. cap. 3. pag. 65.

IN LIBRI V.

CAPVT II.

Et partibus centumuiralium, quæ in duas haſtas diuiſa ſunt.] Videatur Cornelius Witell. aduerſ. Georgium Merulam cap. 21. pag. 619. Lamp. Crit. Part. 1 Petri Pithæi Aduerſar. lib. 2. capit. 19. pag. 803 Lamp. Crit. part. 2. Franc. Polleti, Hiſtor. Fori Rom. lib. 3, cap. 14. pag. 292.

CAPVT VII.

Turbantur enim & à patronis diuerſæ partis inducuntur in laqueum;

queum; & plus deprehenſi nocent, quam firmi & interriti profuiſſent] Gebhardus Crepund. libr. 3. cap 5. pagin. 113. 114 Quaſi hac lectione nihil elegantius, nihil melius potuiſſet eſſe, inculcarunt ſcioli. MS. Palat. longe meo palato ac pectori gratiorem admittit: *Turbantur enim, & à patronis diuerſæ partis induentur in latus. Sed & plus depreh.* Omnia ſana, niſi manus, *Induuntur. Induere in latus*, qui neſcierunt militare, vel gladiatorium verbum eſſe, mutauerunt. Nam qui tecto ſunt latere, indui in illud gladio ferroue non temere poſſunt; ſed qui nudo & aperto. Nam ante etiam *timidum* nominat: omnia ex militia traloquitur. Ipſe firmat lib. 9. cap. 1. *Namque vt in armorum certamine aduerſos ictus ac ſimplices manus cum videre, tum etiam cauere ac propulſare facile eſt: auerſæ tectæque minus ſunt obſeruabiles; & aliud oſtendiſſe quam petas, artis eſt: ſic oratio, quæ aſtu caret; pondere, mole & impulſu præliatur: ſimulanti variantique conatus in latera atque in terga incurrere datur, & arma aduocare, & velut nutu fallere.* Vbi MS. *arma auocare*. Reſtituendus quoque hoc verbo infra Quintilianus, lib. 12. cap. 1. *Neque prudentiam iis*, (conceſſeris) *qui in grauiſſimas frequenter legum: ſemper vero mala conſcientia pœnas à ſemetipſis improuiſo rerum exitu induantur.* Sic omnino ex membran. Palat. leg. & editione Aldi. vulgo *inducantur*, putida gloſſa. Hinc cape Ciceron. Verr. 3. *ſua confeſſione induatur, ac iuguletur.* Ouid. Amor. lib. 2. Eleg. 10.

Induat aduerſis contraria pectora telis
Miles, & æternum ſanguine nomen emat.

Virgil. lib. 10. Æn.

An ſe mucrone ob tantum dedecus amens
Induat, & crudum per coſtas exigat enſem.

Sic Cæſar. *ſe ſtimulis inopinantes induebant.* Lucret. libr. 4. ver. 815.

At nos in fraudem induimus, fruſtramur & ipſi.

Ceteris quoque qui profuerant, auferat autoritatem.] Notatum eſt ad oram impreſſionum, alias pro *auctoritatem* legi *vtilitatem*: mendoſe! Nam qui ſic emendabant, reſpiciebant τὸ *profuerant*. Melius omnino Palatinus Codex: *Vtilitatem*. Vnde legendum: *Ceteris quoque qui profuerant, adferat vilitatem*: ſenſu optimo. Ian. Gebhard. Crepund. lib. 1. cap. 17. pag. 55.

CAPVT

CAPVT IX.

Veſtem muliebrem.] Ait Fabius, vulſum corpus, fractum inceſſum, veſtem muliebrem: & delicatam, luxu fluentem compramque ſuperbius, ſigna eſſe viri mollis & effæminati: & ex iiſdem ſimilia duci poſſe argumenta quod quemadmodum cruor à cæde, ſic illa videantur ex impudicitia fluere. Qua de re videndus omnino Ludouicus Creſollius, Vacat. Autumn. lib.3.cap.29.ſect.2.pag.644.

CAPVT X.

Nec helopem noſtro mari, aut ſcarum ducas.] Vide Plinium lib. 9.cap.17. Columellam libr. 8 cap 16. Agellium libr.7.cap.16. Petri Pithæi, Collectanea ad Petronium, pag.175. Edit. Goldaſti.

Telum ei è manibus ereptum eſt.] MS. Codex; *Telum ei è manibus erutum eſt.* Aptiſſimum verbum ad hanc feſtinationem trepidationemque cum violentia iunctam exprimendam. Vide Ian. Gebhard.Crepund.lib.1.cap.4.pag.11.

Non poſſum togam prætextam ſperare, cum exordium pullum videam.] Ioh. Brodæus Miſcellan. lib.6. cap.12. pag.557. legit *exomium* non, *exordium*. Græci ἐξωμίδα vocant. Plutarchus: ἐπανελθὼν δὲ εἰς τὸ χωρίον, ἂν μὴ ᾖ χειμὼν, ἐξωμίδα λαβὼν. Eſt autem *exomium*, ſubſtricta, ac breuis tunica, citra humerum deſinens. Vide Claudii Salmaſii Notas ad Tertulliani librum de Pallio.pag.63.213.365.372.

CAPVT XI.

Quis iſtam faciem planipedis ſenis.] Doctiſſimus Gebhardus, Crepund.lib.2.cap.15.pag.95.ex MS. Cod. *Lanipedis* legit. *Lanipedem ſenem* feſtiuiſſime vocat tardigradum, pulmoneos, vt Plautus loquitur, pedes lana obligatum, eoq; lentius promouentem. Macrob.l.1.Satur.c.8. *Saturnum Apollodorus alligari ait per annum laneo vinculo, & ſolui ad diem ſibi feſtum, id eſt, menſe Decembri, atq; inde prouerbium ductum: Deos laneos pedes habere.* Nam qui pedes vlceroſos habebãt, laneis vinculis deligabant. Vide Plinium, lib.29. cap.2. Et ideo affectis pedibus minus celeres. Pertinet huc iocus Ciceronis apud Quintilianũ lib.6. c. 3. *ſed eleuandi genus eſt etiam cauſſarum relatio, qua Cicero eſt vſus*

in Vatinium, qui pedibus æger cum vellet videri commodioris valetudinis, & dicere ſe iam bina millia paſſuum ambulare. Dies enim, inquit, longiores ſunt. Videtur autem Fabius *Conſeneſcere* pro tardum eſſe, ſenum more lentum gradum moliri, vſurpaſſe. lib. 9. cap. 4. *Totus vero locus hic non ideo tractatur à nobis, vt oratio, quæ ferri debet ac fluere dimetiendis pedibus ac perpendendis ſyllabis conſeneſcat.* Idem lib. 10. cap. 3. *Nam quomodo ſufficere ciuilibus officiis poſſit, qui ſingulis actionum partibus inſeneſcat.* Sic Euripid. Phœniſſ. v. 310.

γηρᾷ τρομερὸν ἕλκω ποδὸς βάσιν.

Alceſtide v. 611.

Καὶ μὴν ὁρῶ σὸν πατέρα γηραιῷ ποδὶ
Στείχοντα.

Sic Andromach. v. 544 545.

Καὶ μὴν δέδορκα τὸ, δὲ Πηλέα πέλας,
Σπουδῇ τιθέντα δεῦρο γηραιὸν πόδα.

Vide plura apud Gebhardum citato loco.

CAPVT XII.

Mortale lumen.] Sic vocat σβεστόν. Vide Ian. Gebbard. Crepund. lib. 3. cap. 7. pag. 119.

Libidinoſam eloquentiam.] Sic vocat eam, quæ ſuauiter animos & flagitioſiſſime titillat, & ingenuæ mentis robur infringit. Diogenes Laertius lib. 6. talem orationem ad gratiam & lenocinium elaboratam, μελιτίνην ἀγχόνην, *laqueum melleum*, eſſe dixit. Et Zeno apud eundem, elegantium hominum ſermones Alexandrinæ pecuniæ ſimiles eſſe aiebat. Nam iucundos quidem oculis atque pictos monetæ inſtar, nihilo tamen eſſe meliores. Adiſis Ludouicum Creſollium, Vacat. Autumn. libr. 3. cap. 19. ſect. 2. pag. 568 & ſeqq.

Vt Bagoam aut Megabyzum aliquem in exemplum operis ſumerent ſibi.] Vide Iani Gebhardi doctiſſimas Animaduerſiones, ad illum Propertii verſum, libr. 2. Eleg. 3. ver. 42. p. 165.

Si quis vult fama tabulas anteire vetuſtas,
Hic dominam exemplo ponat inante meam.

Cæterum Cælius Rhodiginus, Antiquar. Lect. lib. 15. cap. 8. pag. 675. non *Bagoam* heic aut *Bacchiam* legit; ſed *Bacchidam*, ex Athenæo, qui Sardanapalo fuiſſe illum conſimilem dicit: cuius tumulo ita inſcriptum refert.

πῖεν. φάγεν, καὶ πάντα τῷ ψυχᾷ δίδομεν
Κἠγὼ γὰρ ἕστακ' αὐτὶ Βακχίδα λίθος.

Nunc illud mali eſt, quod neceſſaria plerumque ſilentio tranſeunt.] Vide Ian. Gebhard Crepund.lib.1.cap.12.pag 34.35. Tacitum.lib.2.Annal.cap.38.lib.14.cap.12.

CAPVT XIII.

Si reſoluere ex parte diuerſa dicta.] Vtitur & hoc Rhetorum verbo Petronius, Satyr. pag. 132. v. 10. *Reſoluit Eumolpus tam iniquam declamationem, &c.*

Palam contraria, & ſuperuacua, & ſtulta reprehendere nullius eſt artis.] Videatur Scip. Gentilis Commentar.in Apulei Apolog.pag.389.

Artificis autem eſt inuenire in actione aduerſarii, quæ inter ſemetipſa pugnent.] Qua de re videndus iterum Scip. Gentilis Commentar.ad Apul Apolog.pag.390.509.

Fiduciam orator præſeferat.] Apuleius Apolog. *Reputate vobiſcum, quanta fiducia innocentiæ meæ, quantoque deſpectu veſtri agam, &c.*

CAPVT XIIII.

Peregiſſe mihi videor ſacra tradentium artes.] Conſule, ſi placet, Iſaaci Caſauboni Commentar.ad Perſii Prolog.pag 18 19.

Locus & ſpecioſa vult, eſſe eloquentia.] Quod multis oſtendit Melchior Iunius, Method.Eloquent.pag 179.

Non vti fontes anguſtis fiſtulis colliguntur, ſed vt latiſſimi amnes totis vallibus fluat.] Ian. Gebhard. Crepund. libr.3.cap.5. pagin.113. Nemo (inquit) neget hæc ſana eſſe, lucida, elegantia, atque ipſo Fabii nitore digna. At MS. Palat. ſagaciter quaſi ſplenium huius obducti vitii remouit. Melius non dubitem eſſe: *beatiſſimi amnes.* Adnititur noſtræ emendationi Iſidor.Orig.lib.10. Qui *beatum*, quaſi *bene auctum*, vult eſſe dictum. ſtabilimentum habe ab ipſo Fabio libr.10. cap.1. *Nec vero quod in quoque optimum fuit, ſtudio conſecutus eſt tantum, ſed plurimas vel potius omnes ex ſe ipſo virtutes extulit immortalis ingenii beatiſſima vbertate. Non enim pluuias (vt ait Pindarus) aquas colligit, ſed viuo gurgite exundat.* Callimachus hymno in Apollinem, v.108.

Ἀσσυρίου ποταμοῖο μέγας ῥόος.

Claudianus Panegyrico in Conſul. Mallii Theodori ver. 31.

Lene fluit NILVS, ſed cunctis amnibus extat
Vtilior, nullas confeſſus murmure vires.
Acrior at rapidus tacitus praetermeat ingens
Danubius ripas: eadem clementia ſaui
Gurgitis immenſum deduxit in oſtia Gangem.

Iuriſconſulti littus audeant eſſe dicere, qua fluctus eludit.] Scribe *alludit*: h. e. ludendo procedit: vt ſit quidam vndarum ludus & fluctuum. Et ſic recte etiam legitur in Gryphiano exemplari, Edito Lugduni, 1540. Cicero Topicis: *Aquilius definiebat littus eſſe, qua fluctus alluderet.* Lege Ioh. Paſſeratii Praelection. in Propert. lib. 3 pag. 515.

IN LIBRI SEXTI.

PROOEMIVM.

Quos vtique immeritos mors acerba damnauit.] Sic paulo ante; *immaturum funus*; dixit. Et poſt: *acerbiſſimus rapta fatis.* *Acerba mors*, dicitur *immatura.* Plinius lib. 5. Epiſt. 5. *Mihi videtur acerba ſemper, & immatura mors eorum, qui immortale aliquid parant. Nam qui voluptatibus dediti, quaſi in diem viuunt, viuendi cauſas quotidie finiunt: qui vero poſteros cogitant, & memoriam ſui operibus extendunt, his nulla mors non repentina eſt, vt quae ſemper inchoatum aliquid abrumpat.* Virgilius lib. 6. Æn.

Quos dulcis vitae exſortes, & ab vbere raptos
Abſtulit atra dies, & funere merſit acerbo.

De *Acerba morte* plurima congeſſit CL. Ian. Gebhardus, pag. 29. ad illum Tibulli, lib. 1. Eleg. 3. v. 55.

Hic iacet immiti conſumtus morte Tibullus.

Papinio Statio eleganter dicitur *cruda mors*, quemadmodum *cruda poma*, h. e. acerba atque immatura. lib. 9. Thebaid. ver. 380. & 716. Cicero Catone Maiore. *Adoleſcentes ſic mihi mori videntur, vt cum aqua multitudine flamma vis opprimitur: ſenes autem, ſicut cum ſua ſponte nulla adhibita vi, conſumptus ignis exſtinguitur, & quaſi poma ex arboribus, ſi cruda ſunt, vi auelluntur: ſi matura & cocta, decidunt: ſic vitam adoleſcentibus vis aufert, ſenibus maturitas.* Tibullus eandem mortem lib. 1. Eleg. 3. v. 65. vocat *rapacem.*

——*cuicunque rapax mors venit amanti.*

Plin. lib. 6. Epiſt. 6. *Doleo enim, illum immatura morte indigniſſime*

me raptum. Velleius Paterc. libr. 2. c. 97. de Druſo: *ſed illum,* (inquit) *magna ex parte domitorem Germaniæ plurimo eius gentis variis in locis profuſo ſanguine fatorum iniquitas COS. agentem annum 30. rapuit.*

Quæ nondum expleto ætatis vndeuiceſimo anno duos enixa filios, quamuis acerbiſſimis rapta fatis, felix deceſſit. Ego vel hoc vno malo ſic eram afflictus, vt me iam nulla fortuna poſſet efficere felicem] Paulo poſt; de filiis: *Liberis tamen ſuperſtitibus oblectabar: &, quod nefas erat, ſaua, ſed optabat ipſa, me ſaluo, maximos cruciatus præcipiti via effugit.* Hæc nullo modo inter ſe cohærent: ſed tota huius periodi poſterior pars loco ſuo mota eſt: ad vxorem enim pertinet; legendumque hoc modo arbitratur M. Anton. Muretus, Var. Lection. lib. 18. cap. 20. pagin 1221. Lamp. Crit. Part. 2. *Felix deceſſit: &, quod nefas erat, ſed optabat ipſa, me ſaluo, maximos cruciatus præcipiti via effugit. Ego vel hoc vno malo, &c.*

Liberis tamen ſuperſtitibus oblectabar. Mihi filius minor quintum egreſſus annum, vt in malis agerem, prior alterum ex duobus eruit lumen.] Hic quoque mendum ſubeſt, neque dubitat Muretus, quin totum illud, *vt in malis agerem,* delendum ſit: in cuius vetere libro ita legebatur: *Mihi filius minor quintum egreſſus annum in malis nec augere prior alterum è duobus eruit lumen.* Ex quo liquido perſpicitur error librarii, qui quatuor voces, *in malis nec augere,* huic tranſtulerit è periodo, quæ ſtatim ſequitur: *Non ſum ambitioſus in malis, nec augere lachrymarum cauſſas volo.*

Oſtenderint] Liber Mureti habebat, *oſtenderet.* haud dubie melius.

Illa fortuita aderant omnia; vocis iucunditas claritasque, oris ſuauitas. &c.] Paria Cornelius Nepos de Tito Pomponio Attico recenſuit: *Erat,* (inquiens) *in eo ſumma ſuauitas oris ac vocis, ſic vt excellenter pronunciaret.* Pulcherrima hac de re videbis apud Ludouicum Creſollium, Vacat. Autumn. libr. 2, cap. 7. ſect. 1. pag. 212. 213.

Quam etiam deficiens, quamque non tunc ipſum illum alienatæ mentis errorem circa ſolas literas habuit?] In Mureti libro elegantius exſtabat: *Quam etiam deficiens, iamque non noſter ipſum illum alienatæ mentis errorem circa ſolas literas habuit?* Illud enim, *non noſter,* ſignificat eum iam in poteſtate mortis fuiſſe.

Tene Conſulari nuper adoptione ad omnium ſpes bonorum patris admotum.] Ian. Gulielmius, veriſimil. lib. 3 cap. 14. pag. 92. Vſus, inquit, ſum peruetuſto M. Fabii libro, beneficio optimi & humaniſſimi viri Melchioris Hittorpii, deſcripto quidem eo vitioſiſſime; ex cuius tamen veſtigiis multa bonæ lectionis veluti veſtigia ſagaciter odoranti ſeſe offerant. Argumento ſit hic locus, vbi melius ille liber: *Te ne conſulari nuper adoptione ad omnium ſpes honorum prius admotum.* Neque enim Quintilianus honoribus Vrbanis floruit: at adoptione Conſulari ait, filium ſuum paullo ante quam moreretur in ſpem honorum veniſſe.

Te omnium ſpe Atticæ eloquentiæ candidatum.] In his verbis ſomnium illud Correctorum, *Atticæ*, plane redundat ac friget. Liber Gulielmii & Mureti: *Te omnium ſpe acutis eloquentiæ candidatum.* Hinc facilis emendatio: *ſpe, ac votis.*

Imperitiæ aut fortunæ remittantur.] Illa *imperitia* huc ab imperito aliquo inuecta eſt. Legendum ſimpliciter: *Tum ſi qua minus fuerint effecta iis, quæ leuius adhuc afflicti cœperamus, fortunæ remittantur.*

Boni autem conſulere noſtrum laborem vel propter hoc certum eſt.] MS. Cod. *Cæcum eſt.* Muretus & Gulielmius legunt: *Æcum eſt.* Ita enim ſcribebant, pro *Æquum*: vt acam, pro *aqua.*

Sed omnis hæc cura ad alienos, vt alienis vtilis.] MS. *Sed omnis hæc curas alienas vtiles, ſi modo, &c.* Vnde haud difficulter elicuit Ian. Gulielmius: *Sed omnis hæc cura alienas vtilitates (ſi modo quid vtile ſcribimus) ſpectat.*

Ita hoc opus aliis præparamus, aliis relinquemus.] In MS. erat *præparabamus.* Suſpicatur Ian. Gulielmius lib. 3. cap. 14. Scripſiſſe Quintilianum, *properabamus.* Elegantiſſime. Ita Catullus. *Cum Medi properare nouum mare.* Plautus Caſina: *Hanc tibi nunc veniam minus grauate propero.* Properaſſe autem hos Commentarios ſe metu mortalitatis ſuæ, ait ipſemet Fabius hoc ipſo procemio non longe ab initio.

CAPVT I.

Item in theatro, in templo, in concione creſcit inuidia.] MS. Palat. elegantius. *Item in theatro, in templo, in concione gliſcit inuidia. Et ſi, &c.* Quid autem ſit *gliſcere* multis σὺν Θεῷ dicturus ſum ad Indicem meum Lucretianum; & bonam partem etiam

iam congeſſit CL. Ian. Gebhardus, Crepund. libr. 3. cap. 5. pagin. 122.

Nunquam debet eſſe longa miſeratio. &c.] Cicero in Partit. *Cito areſcit lachryma, præſertim in alienis malis*: quod ab eo ſumens Cornificius; *Commiſerationem*, inquit, *breuem eſſe oportet. Nihil enim lachryma citius areſcit* Auctor. ad Herenn. libr. 3. Vide Ludouici Creſollii Vacat. Autumn. libr. 3. pagin. 687.

Cum etiam veros dolores mitiget tempus.] Cicero Tuſcul. 3. cap. 7. *Eſt enim tarda illa quidem medicina, ſed tamen magna, quam adfert longinquitas & dies.* Vide Iani Gebhardi Animaduerſion. ad Propertii lib. 3. Eleg. 20. v. 32. Plinium lib. 8. Epiſt. 2.

CAPVT II.

Quia volunt, credunt quoque.] Sic Cæſar. de bell. Gallic. libr. 3. cap. 18. *Fere libenter homines id quod volunt, credunt.* Et libr. 2. de bello ciuili: *Nam quæ volumus & credimus libenter, & quæ ſentimus ipſi, reliquos ſentire ſperamus.* Lampridius in Heliogabalo: *Vt ſe habent vota hominum ad credulitatem feſtinantium, quicquid optant, verum eſſe deſiderant.* Vide Ioh. Brantii Notas Politicas in Iul. Cæſ. lib. 3. de Bell. Gall. pag. 443.

Quia ſenſim oculorum premit amor.] Ian. Gebhardus Crepund. libr. 1. cap. 1. pag. 2. ex MS. Palat indubitate legit, qui habet, *Præcipit, amus*, cum nota diuulſionis; *quia ſenſum oculorum præcipit amor.* Elegantiſſime. Amor enim ὀφθαλμοκλέπτης, perſtringens & mentis & luminum aciem. Vnde Propertius:

Cynthia prima ſuis miſerum me cepit ocellis.

Excidit & ſupra hoc verbum Quintiliano lib. 2. cap. 3. *Primum, quod eum, qui eloquentia cæteris præſtet, illa quoque, per quæ ad eloquentiam peruenitur, diligentiſſime percepiſſe credibile eſt.* Lege ex MS. Cod. *Præcepiſſe*, id eſt, ante cœpiſſe, & prædidiciſſe. Sic Cic. Tuſcul. 3. c. 14. *Et nimirum hæc eſt illa præſtans & diuina ſapientia, & præceptas & pertractatas humanas res habere.* Iuuenalis ſat. 14.

Nam quiſquis magni cenſus præcepit amorem.

Ipſe Fabius lib. 1. cap. 1. *Nam id inprimis cauere oportebit, ne ſtudia, qui amare nondum poteſt, oderit, & amaritudinem ſemel præceptam etiam vltra rudes annos reformidet.* Item libr. 4. cap. 5.

Propoſitis enim probationibus omnis in reliquum gratia nouitatis praecerpitur. MS. Palat. *Praecipitur.* Recte. Nam illud gloſſema eſt. Adi CL. Gebhardum, citato loco: apud quem non parum multa, eaque ſcitiſſima reperies huc ſpectantia.

CAPVT III.

Cuius pauca admodum dicta, nec ſane caeteris eius virtutibus reſpondentia, palam oſtendunt, non diſplicuiſſe illi iocos, ſed non contigiſſe.] Sic infra eodem hoc pulcerrimo capite: *Ridiculum dictum plerumque ſalſum eſt.* Hinc *perdere dictum*: Ibid. *Ludere numquam velimus, longeque abſit propoſitum illud, potius amicum, quam dictum perdendi.* Ita recte legendum cenſet Muretus. vulg. *perdidi.* Sic paulo poſt: *Quapropter ne dicet quidem ſalſe, quoties poterit, & dictum potius aliquando perdet, quam minuet auctoritatem.* Gloſſ. *Dicax*, σκώπτης, [illegible]. Onomaſticum: *Dicaculus* σκωπτικός. Apul. libr. I. Miles. *Dicacitas tinnula.* Hinc *dicere* in aliquem eſt ἀποσκώπτειν εἰς τινά, ſiue ἐπισκώπτειν τινα. Suetonius Veſpaſiano: *Vnde quidam Vrbanorum non infacete: ſiquidem petenti, vt & in ſe aliquid diceret: Dicam, inquit, cum ventrem exoneraueris.* Fabius iterum hoc capite. *In ſe dicere non eſt fere niſi ſcurrarum.* Ibidem, *Illa ipſa, quae ſunt in Venerem dicta frigidius.* Ibid. *Quin illa ipſa, quae dicta ſunt ac vocantur, quae certis diebus feſta licentia dicere ſolemus.* Libr. 9. *Vt ſi pater, qui infamem in matrem filium ſecreto occidiſſet, reus malae tractationis, iacularetur in vxorem obliquis ſententiis.* Soloeca haec ſunt. Corrigendus politiſſimus Fabius ex MS. Pal. *Iocularetur*, legendo. Gloſſ. *Ioculax* γελοῖος. Iterum hoc Cap. *Illud quoque genus eſt poſitum non in hac veluti iaculatione verborum. &c.* MS. Palat. rectius, *In hac veluti iaculatione dicterum.* DICTA enim hic vocat Fabius, quae eadem à Macrobio *dicteria* appellantur. Martialis:

> *Materiem dictis nec pudet eſſe ducem.*

Lucanus ad Piſonem;

> *Nulla ſuperborum patiuntur dicta iocorum,*
> *Nullius ſubitos adfert iniuria riſus.*

Plautus Capt. III. 1.

> *Dico vnum ridiculum de dictis melioribus,*
> *Quibus ſolebam menſtruales epulas ante adipiſcier.*
> *Nemo ridet,*

Notauit

Notauit Cl. Ian. Gebhardus, Crepund. libr. 3. cap. 1. pagina 103. 104.

Noſter vero non ſolum extra iudicia, ſed in ipſis etiam Orationibus habitus eſt nimius riſus affectator.] Gebhardus, Crepund. libr. 1. cap 1. pagin. 1. Hæc verba quis vmquam ſuſpecta habeat? MS. Palat. Codex tamen aliam integramque lectionem nobis præit. Legit quippe: *Noſter vero non ſolum extra iudicia, ſed in ipſis etiam Orationibus habitus eſt mimis riſus affectatior.* MIMI proprie illi γελωτοποιοὶ, qui dicacitate affectata ac nimia populum argumentorum Tragicorum feſſum recreabant. Apud Petronium Arbitrum, *Mimicus riſus*: *Omnia mimico riſu exſonuerant.* Idem paulo poſt: *Ideoque nec Mercenarius ad raptum ferramentum expauerat, nec Eumolpus interpellauerat mortem mimicam.* Fabius libro & capite laudato: *Oratori minime conuenit diſtortus vultus geſtusque, quæ in mimis rideri ſolent. Dicacitas enim ſcurrilis & ſcenica huic perſonæ alieniſſima eſt.* Idem libro duodecimo, Procem. *Humiliora illa vitia, ſubmiſſa adulatio, affectata ſcurrilitas in rebus ac verbis parum modeſtis vilis pudor, in omni negocio neglecta auctoritas: quæ fere accidunt eis, qui nimium aut blandi eſſe, aut ridiculi volunt.* Idem libro ſexto, capite III. *Sed hæc tamen non debent eſſe mimica.* Ibidem, *Cum videatur autem res leuis, & quæ à ſcurris, mimis, inſipientibus denique ſæpe moueatur.* Traduxerunt eo nomine non leuiter Ciceronem Inimici, quibus & *Scurra Conſularis* audire coactus eſt: vt notant Gebhardus, laudato loco. Macrobius lib. 2. cap. 1. Saturn. Ludouicus Creſollius, Vacat. Autum. lib. 1. cap. 10. pag. 78.

Vtinam Quintus, & libertus eius Tiro, aut alius quiſquis fuit, &c.] Legendum, vt in veteribus: *Vtinam que libertus eius Tiro.* Neque enim libros illos quiſquam vmquam ad Q Ciceronem retulit. Muretus, Var. Lect. lib. 19. cap. 6. pag. 1228. Macrobius, Saturn. lib. 2. cap. 1.

Quod ridiculum dictum plerumque falſum eſt.] Muretus, *falſum, legit*; non, vt vulgo, *ſalſum*: vt & illud quod ſequitur hoc modo: *Neque hoc ab vllo ſatis explicari puto, licet multi tentauerint, vnde riſus: qui non ſolum facto aliquod dictóue, ſed interdum quod etiam corporis tactu arceſſitur.* Hoc enim, inquit, ipſum eſt, quod negat à quoquam ſatis explicatum, *vnde riſus*, hoc eſt, quæ ſit riſus origo. Variar. Lection. libr. XIX. cap. VI. pagin. 1228.

Sed interdum quodam etiam corporis tactu laceſſitur.] Nugæ hæc lectio, & vanior friuolis illis vitreis, quæ ſulphuratis permutantur. Lege: *Interdum quodam etiam corporis tractu laceſſitur.* Vbi Aldus quoque, ſiue ipſe Naugerius fuit, licenter, ſi ſine libris, *Laceſſitur* illud, in *arceſſitur* tranſpolat. Gebhard. Crepund. lib. 3. cap. 1. pag. 103.

Erumpit inuitis ſæpe. &c.] Iſocrates ad Dæmonic. hunc riſum προπετῆ vocat, *effrenatum & immodeſtum*. Plato libr. 5. de leg. ἐξαίσιον, *profuſum & intempeſtiuum*, cui opponit ἀσχημονεῖν *decori habitus modeſtiam:* alias nominat ἰσχυρὸν, ab eoque ait fieri in corpore ἰσχυρὰν μεταβολὴν, *vehementem quandam mutationem.* Qua de re egregie differit Ludouicus Creſollius, Vacat. Autumn. libr. 2. cap. 7. ſect. 11. pag. 235. 236. & ſeqq.

Nec fultus ope] Tres illæ voces redundant. Barbara quædam enunciatio effecerat, vt *nec fultus*, pro *nec vultus* ſcriberetur. Quæ corrupta ſcriptura fulta eſt poſtea ope alicuius, qui de ſuo addidit illud *ope.* Sic ſæpe *feritas* inuaſit in locum *veritatis: fenus* in locum *Veneris*: aliaque ad eundem modum. M. Anton. Muret. Variar. Lection. libr. 19. cap. 6. pagin. 1228.

Nulla in tam magno eſt corpore mica ſalis.] Quintilianus hunc Catullianum verſum citans, nihil in corpore eius eſſe ridiculum, exponit. At Iohannes Brodæus Miſcellan. libr. 6. capit. 12. pagin. 556. nihil in corpore eius eſſe gratiæ ac Veneris. Plinius: *Nam ita ſales appellantur, omnisque vitæ lepos, & ſumma hilaritas.* Græcis ἅλες idem plærumque ſignificat. Plutarchus in ſympoſiac. κινδυνεύουσι γὰρ οἱ ἅλες τῶν ἄλλων ὄψων, ὄψον εἶναι καὶ ἥδυσμα. διὸ καὶ χάριτας ἔνιοι προσαγορεύουσιν αὐτούς. Videatur etiam Muretus, Variar. Lect. libr. 19. cap. 6. pagin. 1229. Iohan. Paſſeratii prælectiones in Catull. Ludouic. Creſoll. Vacat. Autumn. lib 2. cap. 8. ſect. 4. pagin. 270.

Dicacitas ſine dubio à dicendo.] Vide ſodes Clariſſimi ac Præſtantiſſimi Gaſp. Barthii Aduerſar. lib. 51. cap. 16. pag. 2418.

In conuiuiis & quotidiano ſermone.] MS. Palat. *Nam in conuictibus.* Gloſſarium: *Conuictor & Conuiuator*, συμβιωτής, συμπότης. Item, *Conuiuit*, συζῇ, συνεστιᾶται. Gebhard. Crepund. lib. 3. cap. 1.

Cum Sulpitius Longus.] De hoc ioco videndus Iuſtus Lipſius, Var. Lect lib. 1. cap. 1. pag. 14.

In hac

In hac veluti iaculatione verborum.] Scribe ex MS. Palat. *In h. v j. dictorum.* Vide paullo ante & Gebhard. Crepund. libr. 3. cap. 1. pag 103.

Scipionem Serapionem.] Indicat Feſtus Pompeius, Næuii carmen citans, deformes & immundas anus olim *ſcraptas* dici ſolitas. Nimirum vocabulo factitio, à ſono, quem id hominum genus ſcreando edit. Hinc Petrus Moſellanus coniicit, & *Scipionem* per iocum *Scrapionem* appellatum. Nam quod Codices *Serapionem* habent, neque in re, neque in voce Scipioni conuenire arbitrarur idem vir doctus.

Iunius Baſſus homo in primis dicax, Aſinus albus vocabatur.] Hadrian. Turnebus, Aduerſar. libr. 28. cap. 35. pag. 1081. Huius dicti gratia non pellucet, neque ſe oſtendit nobis duntaxat, quorum oculis obducta quædam caligo eſt: ſed conemur, vt argutiam eius eruamus, & eripiamus hominibus eam, qua primi diu laborauimus, huius dicti inſcitiam. Ridiculum quidem, vt è Cicerone & Ariſtotele notum eſt, ſedem conſtat habere in quadam deformitate & ineptiis. Hominem porro ineptum *Aſinum* vocari à Latinis, vel vnius Terentii locus fidem fecerit ex Eunucho, III. ſ. v. 50. *Flabellum tenere te aſinum tantum.* Contra quod iucundum, fauſtum, proſperum, lepidum, ALBVM dici, de coloris illius iucunditate & pulchritudine, nemini paulo doctiori eſt ignotum. Hinc *alba aues.* Perſius Sat. I. ——*Sint omnia protinus alba.* Qui igitur ridiculus erat propter ineptiolas ridiculorum, *aſinus* dicebatur: ſed idem propter iucunditatem, *albus*: quod ea diceret, quæ iucunda & grata & probata hominibus eſſent, & placerent. Hæc Turnebus.

Aliquando deſinet putere.] Locus corruptus, & vix corrigibilis.

Nec ſi Carneaden ipſum ad nos Orcu remittat.] Legendum tamen cenſet Petrus Moſellanus: *Cum ei renunciatum eſſet aliquando deſinere pluere.* Nam *renunciare alicui*, pro eo quod repulſam pati, apud Latinos ſcriptores frequens eſt. Porro *pluere* vſurpari pro eo quod aduerſam fortunam ſentire, nec pueri neſciunt, niſi qui nondum ære lauantur.

Ad fornicem Fabii.] Ad arcum erectum in honorem Fabii. Conſtat ex Plinio Hiſtor. Natural. libr. 18. atque item Macrobii Saturnalibus, complura Romanorum nomina à leguminibus mutuo eſſe aſſumpta: ſic à *fabis*, dicti *Fabii*: à *Piſis*, *Piſones*, à *Cicere*, *Cicerones*: à *lente Lentuli*, Suſpicatur ergo

Google

ergo P. Moſellanus, dicterium, de quo hic Fabius agit periocum reuocaſſe Lentulorum humilitatem ad ipſius familiæ originem, nimirum quæ debeatur minutiſſimo leguminis generi *lenti*, à quo non degenerarent *Lentuli*. Qualecunque autem hoc fuit dicterium, per intolerandam alicuius librarii ſupinitatem omiſſum eſt.

Emphaſi Liuius dicit ferro cotem Accium Nanium inicidiſſe.] M. Antonius Muretus, Variar. Lection. lib. XIX. cap. 6. pagin. 1229. Notum quidem eſt, (ait) hiſtoriam illam de cote à Nauio inciſa extare apud Liuium libr. 1. Sed quæro quam tandem hic Fabius *Emphaſin* videat: aut quid omnino hiſtoria hæc ad id, quod hic agitur pertineat? Neque puto id quemquam videre poſſe, niſi qui ita perſpicax ſit, vt id etiam, quod nuſquam eſt, videat. In veteribus membranis hoc modo legitur: *Emphaſis A. Villius dixit, ferrum in cotem incidiſſe.* Hoc nec verius, nec melius quicquam.

Colaphum tibi ducam, & formulam ſcribam, quod caput durum habem.] Hæc ratio loquendi alienior & inſolentior eſt. Sed ita loquutos fuiſſe vulgo, credibile eſt, præſertim cum eodem ſenſu *ducere pugnum*, legamus. Vlpian. l. 4. ff. de Iniuriis: *Si cum ſeruo pugnum ducere vellem, in proximo teſtantem percuſſerim.* Hadria. Turneb. Aduerſar. lib. XXVIII. c. XXXI. p. 1076.

Nauem diuidere volo: Perdes inquit.] Ian. Gebhardus, Crepund. libr. III. cap. 1. pag. 104. Nullum ego hic (inſit) ſalem, nullam ambiguitatem video. Legit MS. Pal. *Nauem diuidere volo: pedes, inquit. Nauis* quid ſit, notum ex Iuliæ apud Macrobium libr. II. cap. V. dicto: *Numquam enim niſi naui plena tollo vectorem.* Iam *diuidere* aptum ad hanc rem verbum. *Pedes* vero quid hic agat, norunt, qui Phyſica labris primoribus, vel Ciceronis Epiſtolas attigerunt.

Amas me, quod te non vidi.] *Amare* hic in loco Domitii Afri nouitate iucunda & amœna vſurpatur. Nam cum is, quem defenderat, eius conſpectum vitaſſet, vbi poſtea ipſum conuenit, *Amas*, inquit, *me, quod te non vidi*. Id eſt: gratum mihi feciſti, Hadrian. Turneb. Aduerſar. libr. XX. cap. 27. p. 704.

Paſce & redde quod debes.] Gebhardus Crepund. libr. III. c. I. p. 104. Frigidiora hæc ſunt hyeme Gallicana, niſi aliter conſtituas ex MS. Pal. hoc modo: *Paſſer redde quod debes.* Seruorum enim potare aquam. Vnde Ouidius:

Ne tibi perpetuo ſerua bibatur aqua.

ſicut & auium, canum. Martialis:

Si

Et bibis abiecto cum cane pronus aquam.

Erit ergo *Paſſer* conuitium in hominem tenuis victus, & aquæ potorem. Hinc *paſſerinum prandium* Pomponio dictum, pro tenui. Norat Hadrian. Turnebus, Aduerſar. lib. 29. cap. 23.

Et te obiectes fruſtatim paſſerinum prandium.

Tali ratione Theocritus tenui victu & aquæ potu ſe delectantem Cicadæ comparat:

πρῶκας σιτίζεται ὥσπερ ὁ τέττιξ.

Aqua enim viliſſima; quia eius copia vbique obuia. Horat. libr. 1. Sat. V. ——*Venit viliſſima rerum Hic aqua.* Ouid. VI. Met.

——Vſus communis aquarum eſt,
Nec ſolem proprium natura, nec aera fecit
Nec tenues vndas——

Hinc Cl. Gebhardus interpretatur apud Varronem *prandium caninum*, pro viliſſimo. Nam illis aqua intrito furfuraceo pane vita: *Non vides*, inquit, *apud Mneſtheum ſcribi, tria genera eſſe vini: Nigrum, album, medium, quod vocant, κιῤῥὸν, id eſt, gilnum: Et nouum, vetus, medium, & efficere nigrum virus, album vrinam, medium πέψιν: nouum refrigerare, vetus calfacere; medium vero eſſe prandium caninum.*

Accium hominem callidum & verſutum.] MS. Palat. *Martium* habet. Vide mihi Ian. Gebhardi Crepund. libr. 2. cap. 18. pag. 102.

Seu fictis nouis verſibus. Simile eſt, quod παροιμία dicitur.] Ita habent libri circumforanei. At Mureti olim Codex rectius & verius: *Seu ficti notis verſibus ſimiles: quod παρῳδία dicitur.* Variar. Lection. lib. 19. cap. 6. pag. 1229. Hæc ſi quis intelligere cupit, conſulat ſodes Athenæum. Et Petr. Moſellan. pagin. 192. 193.

Eſſe eum omnium horarũ.] Sic Tiberius Auguſtus apud Suetonium duos profitetur, ſe in familia habere omnium horarum homines, cum quibus iucundiſſime conſuetudinem habeat. Cuiuſmodi autem debeat eſſe ſeriis iocisque accommodatus, feliciſſime tradit Noctium Atticarum ſcriptor, libr. 12. cap. 4. Et in eundem vſum multa comportauit Eraſmus, qui prouerbium ex hoc dicterio fecit.

IN LIBRI SEPTIMI CAPVT II.

Dicens, neminem non aliquando cœpiſſe peccare, nec per ignaui-

nia

via ducendum ſcelus primum.] Hadrian. Turnebus, Aduerſar. lib.11. cap.11. pag.390. Latet hic (inquit) neſcio quid argutum & eruditum, quod è verbi proprietate puto eruendum. *Encænia* enim ferias ſignificant, quæ nouo operi facto dicandoque conſecratæ ſunt. Sic publice bibliothecæ dedicabantur, ædes ſacræ, opera publica, etiam ſtatuæ. Papinius Statius lib.1. ſyluar. de equo Domitiani: *Cæterum hos verſus indulgentiſſimo Imperatori poſtero die quam dedicarat opus, tradere iuſſus ſum.* ENCÆNIA autem illa publice palamque magno hominum conuentu agitabantur celebrabanturq;: at vero maleficia, & ſcelera clam perpetrantur: nihilque in his æque ac conſcios & teſtes oculos homines reformidant: ea certe per *encænia* non ducunt, nec publicant.

Sic autem præparabit actione prima iudicum animos. &c.] Vide hac de re Scip. Gentilis Commentar. in Apolog. ApuleI, pag. 30.31.

Quibuſdam ne placuit quidem omnino ſubtilis hæc & ad modum Dialectorum formata concluſio. &c.] Adi, ſi vacat, Ian. Gebhardi Crepund. libr.1. cap 11. pag.6.

CAPVT IV.

Abdicationum formæ ſunt duæ, &c.] Solebant Græci filios ſuos ob delictum aliquod abdicare, atq; è conſpectu remouere; & tum filii dicebantur ἐκπίπτειν τοῦ γένους. Quum autem cum patre in gratiam redirent, ἀναλαμβάνεσθαι εἰς τὸ γένος. Qui mos neque Romanis ignotus fuit. Atque hæc erat abdicatio criminis imperfecti: Qua de re heic agit Fabius noſter: & eruditiſſimus Iſaacus Caſaubonus ad Diogenem Laertium: Ioh. Meurſius, Commentar. ad Lycophron. pag 205.

Patri filius ſi dementiæ cauſa erit.] Vide Scip. Gentilis Commentar. in Apolog. ApuleI, pag. 189, 190.

IN LIBRI OCTAVI PROOEMIVM.

Aut enim difficultate inſtitutionis tam numeroſæ atq; perplexæ deterreri ſolent.] Ian. Gebhardus, Crepund. lib.3. cap.8. pag.121. Bona (inquit) hæc lectio in ſpeciem; ſed interius neque ſincera neque natiua. Præceſſit quidem: *per omnes numeros penitus cognoſcere:* ſed quis credat, inde ſic traxiſſe & rapuiſſe hoc Fabium?

bium? Ex veſtigiis MS. Palat. indubitate legendum: *Aut enim difficultate inſtitutionis tam ſinuoſa atque perplexa deterreri ſolent.* Optime! *Sinuoſum*, quicquid per multos ſinus, multaſq; ambages producit ac detinet. Ipſe Fabius lib. 2. c. 4. *Interim admonere illud ſatis eſt, vt ſit ea neq; arida prorſus atq; ieiuna: (nam quid opus erat tantum ſtudiis laboris impendere, ſi res nudas atque inornatas indicare ſatis videretur?) neq; rurſus ſinuoſa & arceſſitis* (ita legendum ex MS.) *deſcriptionibus in quas pleriq; imitatione Poetica licentia ducuntur, laſciua.* Onomaſticum: *ſinuo*, κολπόω. *ſinuoſus*, κολπώδης.

Similia gladio condito, atq; intra vaginam ſuam hærenti.] Gebhard. Crepund. lib. 3. cap. 8. pag. 121. 122. Idem eſt *gladius conditus*, atque *intra vaginam hærens.* Quæ malum! hæc ταυτολογία? Legendum omnino: *Similia gladio condito, atq; intra vaginam ſuam hebenti.* Tranſſumſit hæc in Florida Apuleius: *Profecto, vt gladius, vſu ſplendeſcit; ſitu rubiginat: ita vox in vagina ſilentij condita diutino torpore hebetatur.* *Conditus gladius*, contrarius *nudo*. Calpurnius:

—— Inſanos clementia condidit enſes

Statius vocat *includere*. lib. 2. Theb. v. 533.

Obſtupuit viſis, ibat tamen, horrida tantum
Spicula, & incluſum capulotenus admouet enſem.

Idem *adſtringere*. lib. 3. Theb. v. 446. *Motos capulis adſtringeret enſes* lib. 11. *Exſertum dimitteret enſem.* Eleganter Valerius Maximus lib. 8. cap. 9. *Miſſi enim à ſæuiſſimis ducibus milites ad M. Antonium obtruncandum, ſermone eius obſtupefacti diſtrictos iam & vibrantes gladios cruore vacuos vaginis reddiderunt.* Vide plura apud Cl. Gebhardum notata de *Capulo & Vagina*. Ibid.

Tum demum ingenioſi ſcilicet, ſi ad intelligendos opus ſit ingenio.] Eundem errorem magnus ille magiſter Eloquentiæ Fabius infra cap. 2. huius libri multis reprehendit. Et Dionyſius quoque Halicarnaſſæus grauiſſimam aduerſus id genus motiones ſententiam profert. Ait enim hoc illos facere, ὑπὸ ἀμαθίας καὶ ἀπειροκαλίας, τοῖς μεγίστοις τῶν παθῶν ἀδελφιζομένους. Vide Is. Caſaubon. Comment. ad Perſ. Sat. 1. p. 118.

CAPVT II.

Ibericas herbas ſe ſolo nequicquam intelligente, &c.] Diuerſimode hunc locum explicant & emendant Franciſcus Robortellus, Lamp. Crit. Part. 2. p. 18. & aduerſus illum Carolus Sigonius:

gonius: Ibid. pag. 146. 147. Quos quicunque conciliaris, eris mihi magnus Apollo.

Vt urbem Romam accipimus.] Elegantiſſima hac de re tradit Ioh. Sauaro ad Sidonij lib. 1. Epiſt. VI. pag. 41.

Atabalus ventus.] Videndus iterum doctiſſimus Ioh. Sauaro ad Sidon. Apoll lib. 1. Epiſt. V. pag 35.

CAPVT III.

Nam & ferrum affert oculis terroris aliquid.] Vide ſupra lib. 2. cap. 14. & infra lib. 10. cap. 10. Ian. Gebhard. Crepund. lib 3 cap. 2. pag. 107.

Hormethiorum amator iſte verborum.] Erudite hos verſus emendat Ioſephus Scaliger, Comment. in Catalect. Virgil. pag. 220. 221. 222. Et de iiſdem agit Hadrian. Turnebus Aduerſar. lib. 27 cap. 29. pag 1037. Ioh. Baptiſta Pius, Annotat. cap. 43. pag. 455. Lamp. Crit. Part. I.

Gradus eliminat.] Ioh Sauaro ad Sidon. lib. 5. Ep. 3 pag. 307. Gaſp. Barthius, Aduerſar. lib. 35. cap. 3. pag. 1591.

A Terentio primum dictum eſſe obſequium] Ianus Parrhaſius Epiſt. LVIII. pag. 806. Lamp. Crit. Part. I.

Patrare bellum apud Salluſtium.] De his in Notis meis ad Salluſtium pluribus σὺν θεῷ agam, vt & in Indice Lucretiano. Videatur etiam Gaſpar Barthius, Aduerſar. lib. 35. cap. 4. pag. 1592.

CAPVT IV.

Non putant indignum Traiani Principes, &c.] Ian. Gebhardus, Animaduerſ. in Propertij lib. 2 Eleg. 3. v. 40. pag. 164. 165.

Ex qua tot lachrymarum origo fluxiſſet.] Elegantius & antiquius vocabulum loco pulſum ab effera inſcitia Correctorum: quod ex MS. Palat. Cod. in auitam ac patriam poſſeſſionem reportauit numquam ſine laude nominandus CL. Ian. Gebhardus, Crepund. lib. 3. cap. 9. pag. 123. *Ex qua tot lacrimarum ora fluxiſſet.* *Ora* & *iugum* de fontium initiis, ſcaturigine ac capite. Gloſſarium: *Ora*, πρόσωπα, στόμιον, ἀρχή. Cæcilius:

Oram reperire nullam, qua me expediam, queo.

Sic apud Ennium legunt: *Quei potis ingentis oras euoluere belli.* Quamquam Quintilianus lib. VI. *cauſſas legat.* Sed illud melius videtur CL. Gebhardo.

Obuia voluntate.] Ian. Gebhardus, Animaduerſ. in Propertij lib. 1 Eleg. 9. v. 25 pag. 137.

Has

Hac etiam creſcere ſolet verbis omnibus altius inſurgentibus.] MS. Palat. longe venuſtius: *Hac etiam creſcere ſolet verbis omnibus altius atque altius inſurgentibus.* Sic lib. 10. cap. 3. *Namut terra alte effoſſa*, &c. Lege, *terra altius effoſſa.* Eleganter Fabius (ad priora refert) dixerat paullo prius: *Nam etiamſi non per gradus aſcendant, tamen quodam velut aceruo alleuantur.* Ian. Gebhard. Crepund. lib. 3. cap. 8. pag. 123.

CAPVT V.

At digito pugnaui.] Ioſephus Scaliger, Not. in Catalect. Virg. pag. 329. Gaſpar Barthius, Animaduerſion. ad Grati Cyneget. pag. 44. 45. 46. eleganter & docte hunc Quintilian locum explicant.

CAPVT VI.

Nos omiſſis, quæ nihil ad inſtituendum oratorem pertinent.] Et hic quoque morbidus Rhetor, quem ſic perſanabis ex MS. Palat. *Quæ nihil ad inſtruendum Oratorem*, &c. Vide Ian. Gebhardi Crepund. lib. I. cap. 5. pag 16. Et ſupra.

In Græcis obeliſco, coludumo.] Hadrian. Turnebus, Aduerſar. lib. 12. cap. 11. pag. 390. ſuſpicatur non incommode legi, *obeliſcolychnio*, quod verbum apud Ariſtotel. de part. animal. lib. 4. cap. 6. exſtat. Videtur tamen Fabius vnius vocis exemplo contentus non fuiſſe, vt fortaſſe vox aliqua etiam deſideretur.

Diſcendumque hoc totum à tralatione genus.] Locus hic optime declaratur à Franciſco Luiſino, Vtinenſi, Parerg. lib. 2. c. 2. pag. 457. 458. Lamp. Crit. Part. III.

Vt Cæcilius Quadrantariam.] Franciſcus Robortellus, Miſcellan. de Nomin. pag. 1404 Lamp. Crit. Part. I. Carolus Sigonius: pag. 257. Lamp. Crit. Part. II. & Ioh. Brodæus, Miſcellan. lib. 3. cap. 24. pag. 503. Cælius Rhodiginus, Antiquar. Lection. lib. 18. cap. 16. pag. 844. Ang. Acia, Parerg. lib. 2. cap. 12.

Μυχλεαγμὸς.] Ioh. Brodæus Miſcellan. lib. 4. cap. 32. pag. 530. Lamp. Crit. Part. II. Ludouicus Creſollius, Vacat. Autumn. lib. 2, cap. 6. ſect. 3. pag. 203.

IN LIBRI NONI
CAPVT III.

Inimicos punit us es.] Gaſpar Barthius, Aduerſar. lib. 23. cap. 9. pag.

pag.1131. Ianus Gebhardus, Crepund. lib.2.cap.11.pag.85 16. Sic infra Fabius quoque *vibrari fulmina*, dixit.lib.9.cap.4 ſed vulgo legitur: *Neq; enim Demoſthenes fulmina tantopere vibraſſe diceretur*. MS.indubitata lectio: *fulmina vibratus diceretur*.

Tam magis illa tremens, &c.] MS.Palat inuertit ordinem eleganter. Iterum:

Quàm magis ærumna vrget, tum magis ad malefaciendum viget.

Et hanc lectionem probat M. Antonius Muretus, Var.Lect. lib.19.cap.2.pag 1123. Vulgo: *Quam magis ærumna viget, tam magis ad malefaciendum vrget.* Cicero de Diuinat. *Ea pars animi tùm maximè viget, cum plurimum abeſt à corpore.* CL. Gebhardus, Crepund.lib.3. cap.11. pag.130. ita putat emendari poſſe melius: *Quàm magis ærumna vrget, tam magis ad malefaciendum veget.* Vt illud *veget* eſſet ἐγείρεται, concinnum huic loco aptiſſime. Sed de his pluribus ſi viuo, ad Salluſtium.

Vel Horatij, &c.] Hæc ſi quis, vt vulgo edita ſunt, intelligere potuerit, idem bonus Sphyngi interpres fuerit. In veteri libro ita ſe legiſſe teſtatur Muretus, Var.Lect.lib.19 cap.2.pag.1123. *Vel Horatij N.I.S.P. Ciceronis nec longe inuidit auena.* neque vllus dubitat, quin ita emendandum ſit:

——— *nec illi*

Sepoſiti ciceris, longaq; inuidit auena.

Hunc & intonſis.] Pro *intonſis* veteres libri habent, *incomtis*: teſte Mureto, ibid.

Cæcilius μεγαλῶν vocat.] Meminit huius *Cæcilij Rhetoris* ſæpius Fabius noſter, & Plutarchus, nec non Dionyſius Longinus principio elegantis illius Commentarioli, περὶ ὕψους. Muretus, Var.Lect.lib.19.cap.2.

Data Lupercalibus, quo die Antonius Cæſari: quia nihil hic aliud intelligi poterat, quam hoc diadema impoſuit.] Ian.Gebhardus, Crepund.lib.3.cap.11 pag.130 ex MS. Palat.& editione Aldina reſtituit in ſedem ſuam ſic: *Data Lupercalibus, quo die Antonius Cæſari: nihil obtieuit, luſitque: quia &c.* Quæ male in vulgatis Editionibus omiſſa ſunt, vt & Gryphiana, quæ habetur omnium emendatiſſima.

Si quis ducere os exquiſitis modis, &c.] Videndus Ludouicus Creſollius, Vacat.Autumn. lib.2.c.7, ſectione 2.pag.214.215.

CAPVT IV.

Quanto vehementer fluminum curſus, &c.] Ian.Gebhardus, Crepund.lib.1.cap.16.pag.52. *Hype-*

Digitized by Google

Hyperoargus ſceptra mihi liquit Pelops.] E Seneca, lib. 2. cap. 81. *En impero Argis, regna mi liquit Pelox.* legendum eſt, ne in vocabulo inaudito & monſtroſo homines poſtea obſtupeſcant. Hadrian. Turneb. Aduerſar. lib. 12. cap. 11. pag. 390

Itaque vbi eſt neceſſe, etiam tumorem adfectamus.] Gaſp. Barth. Aduerſar. lib. 25. cap 10. pag. 1233. Racemation. in Petronium, pag. 487. 488. Edit. Goldaſti.

IN LIBRI DECIMI

CAPVT I.

Ita lectio non cruda, ſed multa iteratione mollita. &c.] MS. Palat. melius hoc loco reponit: *Ita lectio non cruda, ſed multa alteratione mollita, & velut confecta memoriæ imitationiq; tradatur. Alterare cibum*, eſt ἀναμαρυκᾶσθαι, *Remandere*. Sic lib. 11. *Quare & pueri ſtatim, vt præcepi, quamplurima ediſcant: & quæcumque ætas operam iuuando ſtudio memoriæ dabit, deuoret initio tædium illud & ſcripta & lecta ſæpius reuoluendi, & quaſi eumdem cibum remandendi.* Vide omnino Ian. Gebhard. Crepund. lib. 3. c. 18. pag. 150.

Pollionis & Caſſii, reo Aſpernate.] Ptolomæus Flauius Obſeruat on cap 58. pag. 977. Lamp. Crit. Part. I. Puto (inquit) legendum: *Et Pollionis & Caſſii reus Aſprenas eſt.* Accuſatus eſt enim *Aſprenas Nonius* à Caſſio Seuero, vt ex his Plinij verbis datur coniici, quæ poſita ſunt in 35. lib. mundanæ hiſtoriæ, cap. 2. *Memoria non illa fœdiore, cuius veneno Aſpernati reo Caſſius Seuerus accuſator obiiciebat interiiſſe* 130. *conuiuas.* Hiſtoriæ meminit & Tranquillus, in Aug. *Cum Aſprenas Nonius arctius ei iunctus, cauſſam veneficij accuſante Caſſio Seuero diceret, conſuluit ſenatum, quid officij ſui putaret.* De hoc Caſſio Seuero meminit Macrobius, Seneca, Tacitus, & alibi Fabius. Cuius ſcripta Senatusconſultis abolita, requiri & eſſe in manibus, lectitarique permiſit Caligula, vt à Tranquillo docemur. *Aſprenates*, non *Aſprenas* pronunciatur in VI. Controuerſ. ab eoque, vi id operis poſteris reliquit: non enim Seneca putandus, quamquam illius titulo circumferantur. Quod ſi ſequimur, dicemus, mendam accidiſſe ex inuerſione liquidæ, & lapſu ſecundæ, in vltimam vocalem: tametſi ſuboleat, deeſſe adhuc aliquid ad integrum Fabij ſenſum. Hactenus *Flauius*.

Plurimum dicit Oratori conferre Theophraſtus lectionem Poetarum.] Vide Ioh. Ludouici Strebæi, Kemenſis, de Elect. &

Orat. Colloc. Verb. lib. 1. cap. 6. pag. 27. 28. 29. 30. Vbi agit: *Vtrum priores legendi, Poetæ, an Oratores?*

Fulgorem his ineſſe, qui terreat, qualis eſt ferri.] Ian. Gebhardus Crepund. lib. 3. cap. 2 pag. 107. Vegetius lib. 2. cap. 14.

Sed ad memoriam poſteritatis, & ingenij famam componitur.] Iſaacus Caſaubonus, Animaduerſion. in Suet. Tranq. lib. 4. pag 249.

Nos rite capturi ab Homero videmur, &c.] Gaſp. Barth. Racemat. in Petron. pag. 490 Ioh. Weitzij Not. ad Theocriti Idyll. XVI. Martin. Cruſij Prolegom. in Homeri lib. 1. Iliad. Manil. lib. 2. Ioh. Wilkij tres ſuauiſſimæ Orationes de Homero.

Arati materia motu caret] Iſtud Quintiliani iudicium examinat, & Aratum defendit, CL. Gaſpar Barthius, Aduerſar. lib. 1. cap. 15. pag. 34. *Videtur*, inquit, *QVINTILIANVS morbum eum paſſus, quem alioquin diſſimulare non poteſt, & ipſi cum ſummis ſcriptoribus communis eſt; videlicet vt omnino aliquid reprehendendum ſibi ſumat, auctoritati ſua ſtabiliendæ, vbi etiam opus non eſt, &c.*

Præcipua tamen Simonidis in commiſeratione virtus.] Hadr. Turnebus, Aduerſar, lib. 21. cap. 27. pag. 758.

Ita Menander omnem vitæ imaginem expreſſit.] Gaſp Barth. Aduerſar. lib 23 cap. 23. pag. 1156.

Macer & Lucretius legendi quidem, ſed non vt phraſin, id eſt corpus eloquentiæ faciant; elegantes in ſua quiſque materia: ſed alter humilis, alter difficilis] Scribe: *Elegantes in ſua quiſque materia: ſed alter humilis, alter diffuſilis*: hoc eſt, qui nimium ſeſe laxet, diffundat, & eamdem rem dicat pluribus, quam opus eſt. Quod verum eſſe, teſtatur Index noſter Lucretianus abſolutiſſimus. Debetur vero hæc emendatio præſtantiſſimo Gaſp. Barthio, Aduerſar. lib. 43. cap. 2. pag. 1928. qui omnino heic conſulendus.

Sed non vt faciant phraſin.] De hac voce, qua tamquam Latiniate donata vſi ſunt veteres, videndus Philippus Beroaldus Lamp. Crit. Part. I. pag. 256.

Attacinus Varro.] Ioh. Sauaro, ad Sidon. Apollin. lib. 4. Epiſt 3. Commentar. pag. 229.

Ennium.] Gaſp. Barth Animaduerſ. ad Claudianum, pag. 333.

Multum in Valerio Flacco nuper amiſimus.] Quintiliani hoc iudicium de Valerio Flacco expenditur à CL. Gaſp. Barthio, Aduerſar. lib. 56. cap. 11. pag. 2654.

Vchi-

Vehemens & Poeticum ingenium Salei Baſſi fuit, nec ipſum ſenectute maturum] MS. Palat. nullum *Saleium* agnoſcit, ſed *Salium Baſſum*. Deinde ex MS. quoque reſcribendum: *Nec ipſum ſenectus maturauit:* hoc eſt, non ad canos ac ſenectutem pertigit. Nam inter illos, qui acerbo fato ſupplantari, & ille recenſitus. Sic de Cælio infra: *Dignus vir, cui & mens melior, & vita longior contigiſſet.* Idem de Caluo: *Fecit illi properata mors iniuriam.* Adi Ian. Gebhardi Crepund. lib. 3. cap. 7. pag. 117. 118.

Lucanus magis Oratoribus, quam Poetis annumerandus.] Petr. Pithæus, Collectan. ad Petron. pag. 174. Nobiliſſ. Melior Goldaſtus, Symbol. ad eundem, pag. 707. Ioh. Sauaro, Commentar. ad Sidon. Apollin. lib. 2. Epiſt. 10. pag. 155. Seruius in lib. 1. Æn. Iornandes in hiſtor. Gothor. Matth. Rader. ad Martial. lib. 14. Epigr. 171. Gyraldus Dialog. IV. Gaſp. Barthius, Aduerſar. lib. 23. cap. 28. pag. 1169. 1170

Germani cum Auguſtum.] Ian. Rutgerſius, Var. Lection. lib. 2. cap. 9. pag. 122. 123.

Ælij Stolonis ſententia.] Hadrian. Iunius, Animaduerſ. lib. 6. cap. 11. pag. 472. Lamp. Crit. Part. IV.

Togatis excellit Afranius.] Ian. Rutgerſius, Variar. Lection. lib. 4. cap. 19. pag. 438.

Baſſus Aufidius.] Iuſtus Lipſius, Commentar. in Senecæ Epiſt. 30. pag. 283.

Vt illum eodem animo dixiſſe, quo bellauit, appareat.] Ludouicus Creſollius, Vacat. Autumn. lib. 2. cap. 3. Sect. 3. pag. 405. & lib. 3. cap. ſect. 3. pag. 499.

CAPVT III.

Scribendum ergo quam diligentiſſime, & quam plurimum.] Iac. Lud. Strebæus, De Elect. & Orat. Colloc. Verb. lib. 1. cap. 7. pag. 31. & ſeqq.

Illic opes, velut ſanctiore quodam ærario recondita &c. MS. Palat. *Illic opes velut ſanctiore quodam ſacrario ſunt condita.* Sic ſupra lib. 2. cap. 7. *Abundabant autem copia verborum optimorum, & compoſitione ac figuris iam non quæſitis, ſed ſponte & ex repoſito velut theſauro ſe offerentibus.* Vide Agellium, lib. 2. cap. 10. Ian. Gebhard. Crepund. lib. 3. cap. 8. pag. 151.

Nihil enim rerum ipſa natura voluit magnum effici cito.] MS. Palat. *Nihil enim rerum ipſa natura voluit magnum effugere cito.*

Quid cito effectum eſſet, id Latini *effugiſſe*, dicebant; ſicut *elabi*. Gebhard. Crepund. lib. 3. cap 18. pag. 151.

CAPVT V.

Sicut athletæ remiſſa quibuſdam temporibus ciborum atque exercitationum certa neceſſitate, &c] Andr. Schottus, Obſeruat. Philoſoph. lib 5. cap. 9. pag. 216. ſupra lib. 5. cap. 10.

Iucundioribus epulis reficiuntur.] Legendum monuit CL. Gebhardus ex MS. Palat. *Iucundioribus eduliis reficiuntur.* Crepund. lib. 3. cap. 18.

CAPVT VI.

Vt & digredi ex eo, & redire in id facile poſſimus.] Non ita ſcripſit Quintilianus, ſed Correctores: ideo bene velut ex repoſito theſauro ex MS. producit CL. Gebhardus, Crepund. lib. 3. cap. 18. pag. 151. *Vt & digredi, & regredi in id facilius poſſimus.* Ouid. lib. 1. Amor. El. VIII. ex MS.

——— Oculis quoque pupula duplex
Fulminat, & geminum lumen ab orbe redit.

Vulg. *venit.*

CAPVT VII.

Pectus enim eſt, quod diſertos facit.] Ludouicus Creſolius, Vacat. Autumn. lib. 3. pag. 461.

Iactatione manus, pedis ſupploſione, ſicut cauda leones facere dicuntur.] Ludouicus Creſol. Vacat. Autumn. lib. 2. pag. 338. 375.

IN LIBRI VNDECIMI

CAPVT III.

Vt communiter & phonaſcis & oratoribus neceſſaria eſt exercitatio.] Ludouic. Creſollius, Vacat. Autumn. lib. 3. cap. 12. ſection. 2 pag. 526. & ſeqq. Ioh. à Wouvveren, Tractation. de Polymathia, cap. 5. pag. 36. 37.

Tuſſire & exſpuere crebro.] Ludouic. Creſoll. Vacat. Autumn. lib. 2. cap. 7. ſection. 14 pag. 245.

Mem-

Maiorem partem Spiritus.] Claudius Salmaſius, ad Tertulliani librum de Pallio, pag. 115.

Laſciui, mobiles, natantes, venerei oculi, &c.] Huiuſmodi oculi Perſio nominantur *patrantes*, Horatio, *putres*, Chryſoſtomo *σαπροὶ*, Iuuenali *trementes*: Apuleius lib. 3. Metamorph. *udos ac tremulos* vocat, *prona libidine marcidos, iam iamque ſemiadopertulos*. Anacreon & cæteri Poetæ Græci *ὑγρούς*. Sed vide tu mihi omnino pulcherrima de oculis iſtiuſmodi comportantem Lodouicum Creſollium, vacat Autumn. lib. 11 cap. 4. ſection 3. pag. 168. 169. & ſeqq. Commentar. Gaſp. Barthij ad Claudianum: Et noſtrum, ad Muſæi Erotopægnion.

Quo me miſer conferam?] Ian. Douſa, Filius, Not. in Catull. cap. 6. pag. 38.

Lineam popoſcit.] Ludouic. Creſoll. Vacat. Autum. lib. 11. cap. 12. ſect. 3. pag. 383. 384. Cælius Rhodiginus lib. 5. cap. 14. pag. 222.

Sinus decentiſſimus.] Quid *ſinus* ſit, eruditiſſime explicant: Hadrian. Turnebus, lib. 1. cap. 26. Aduerſar. pag. 66. Claudius Salmaſius, ad Tertulliani lib. de Pallio, pag. 210. 341. & ſeqq. Philippus Rubenius, Electorum lib. 1. cap. 17. pag 20. 21. Ioh. Roſinus, Antiquitat. Roman. lib. 5 cap. 32. pag. 298. 299.

Palliolum ſicut faſcias, &c.] Claudius Salmaſius ad Tertulliani lib. de Pallio. pag. 269. Hadrian. Turneb. Aduerſar. lib. 7. cap. 10. pag. 215.

IN LIBRI DVODECIMI
CAPVT III.

Neq; in teſtationibus faciendis.] Hadrian. Turnebus, Aduerſar. lib 1. cap. 27. pag. 67.

Qui ſubito fronte conficta, &c.] Ian. Gebhard, Crepund. lib. 11. cap. 9. pag. 80. ſic legendum cenſet. *Qui ſubito fronte conſtructa immiſſaque barba, veluti depexuiſſent oratoria precepta, &c.* CONSTRVERE FRONTEM elegantiſſime dictum & aptiſſime, pro rigidum quid fronte induere ac minari. Pari elegantia dixit Claudianus, *Frangere vultus:*

Fracturumq; reos humili ſub iudice vultus. Plautus *conſulcare frontem* dixit; Seneca, *aſtringere*: Cicero, alijque *contrahere*. venuſtiſſime Apuleius *ſtriatam frontem*: Tertullianus *moroſiorem*:

rem: Martialis Coeus *matutinam:* Fabius noſter ſupra lib. II. cap. 3. *Improbam* nominat *faciem.* Seneca *attractiorem* vocat: alii *nubilam, adductam, caperatam* frontem: Qua de re iterum iterumque adeundus politiſſimus & FABII noſtri optimus maximus illuſtrator, Ludouicus Creſſollius, vacat. Autumn. lib. II. cap. III. Sect. II. pag. 153.

INDEX

INDEX ALPHABETICVS IN XII. M. FAB. QVINTILIANI LIBROS DE INSTITVtione oratoria.

AB præpoſitio 32
Abdicationum actiones & formæ 330
Ablatiuo caſu Græci carẽt 31
Ablatiuo naturalis ineſt amphibolia 340
Abſtemius quomodo in ſcribendo diuidendum 41
Abuſio interdum neceſſaria 356. 382 vide κατάχρησις. Abuſionis translatione diſcrimen. ibid.
Accentus latinis minus ſuaues quã Græcis 569 accentuum regula apud latinos, & variatio 27
Accidentia claritatem orationi adferunt 364
Accius Nauius cotem ferro incidit 288 Accius poeta tragicus 462 Accij tragœdi reſponſum cur cauſſas non ageret 251
Achillis haſta Pelias 570
ἀκόλουθα, conſequentia 226
Acor in cibis interim iucundus 416
Acre, ornatus genus 569
Acumen in docendo adhibere oportet 253 Acuminis in altercando vtilitas 296
Accurare non callide videri dicere conandum 170
Accuſare quam defendere facilius 245 accuſatio defenſionem præcedit 99 accuſatio mutua, quæ & ἀντικατηγορία 312. 315 accuſatione ac defenſione quæ conſtant, triplex coniecturæ genus habent 313 in Accuſatione concitandus iudex aut indignatione complendus iudex 446
Accuſatoris dictio animaduertenda 246. 250 accuſatoris munus aliquando capeſſendum 208 accuſatorem conciliantia 266
Accuſatoria vita & delatoria latrocinio proxima 556
Actio omnis in duas partes diuiſa 468 Actionis vires 332 actiones pœnariæ 328 ſecundæ 164
Actiua vox in patiendi verbis, & contra 414
Actor ipſe affectibus moueatur, vt alios moueat 276 Actor vires ſuas metiatur 270 actoris in cauſſa quæ primo, medio ac nouiſſimo loco ponenda 294
ἄκυρον quod & improprium 349
Acutæ ſyllabæ raro apud latinos 27
Ad, quomodo ſcribendum 40
Ad verbum an ediſcendum 509
ἀδιανόητα quæ dicantur 352
Addictus, an ſeruus ſit 224
Addictio & Abiectio figuris etiam annumerantur 256 adiectionis figuræ 416
Ab adiunctis argumenta 305

Admi-

Admirabile cauſſæ genus quod dicatur 168
Admirationis geſtus 525
Admirationi interrogatio conuenit 387
ἀδρὸν, id eſt grande & robuſtum dicendi genus 572 aduerſæ partis momenta non minus quam noſtræ cogitanda 303 aduerſæ partis patronus conuitiis non laceſſendus 562
Aduerſarius errans, trahendus, & longiſſime abducendus 135 aduerſarij dictum quomodo refutari debeat, intuendum 247 illius dicta aut reſponſa ſeu cogitata quomodo anteuertenda 267 Perſona quomodo impugnanda 165
Aduerſario ac nobis ſiquid ſit commune, quomodo id tractandum 305 aduerſario aliquid minus interim dandum, vt maius dimittat 297 aduerſariorum dicta quomodo referenda 168 Illorum obiecta quomodo tractanda 299
Adulatio oratori indecora 390
Adultera omnis, etiam venefica 239
Aduocatus quam litigator facilius agit 169 aduocatus vir bonus eſſe credatur 164 improbus, malæ cauſſæ argumentum ibid.
Ælius Stolo 462
Æmulatio inter paruulos excitanda 8, laude excitatur 14. Æmulatio profectus in literis alit ibi.
Ænigma, allegoria obſcurior 39
Æolicæ linguæ latinæ ſimillima 37
Æqualitas pronuntiationis 518
Æquitas in fine cauſſarum plerunque tractatur 310 Æquitate & voluntate contra ſcriptum pugnandum 434
Æſchylus poeta tragicus 458
Æſchynes hypocrites orator an fuerit 100 Æſchinis in Demoſthenem locus 267 Æſchines orator 459. 567 Æſchinis exilium ibid.
Æſopi fabulæ pueris primum tradendæ 47 Eius an hæ ſint 236
Ætas ad diſcendum longa 59 ab ætate vt ducantur argumenta 220
Affectatio maxime cauenda 447
Affectatione nihil odioſius 38
Affectuum diuiſio 272 damnatio 201 mouendorum difficultas 272 ſumma 276 ſpecies duæ 273 affectus alij veri, alij ficti 520 affectus Athenis mouere vetitum 96. 265. Affectus calor etiam imperitis verba extorquet 486 Affectus licite aliquando mouentur 101 etiam in narratione mouendi 189 non vbique locum habent 124 nonnunquam in ſcribendo ſequendi 474 affectus philoſophus vitia ſunt 484 quando mouendi 280 198. 194 quo proſint 276 riſu ſoluuntur 279
Afranius poeta 462
Afri Domitij dictum 290
Africanus prior trib. pleb. ceſſit, Eius in dicendo vires 566
Africani oratores 492
Agatharchus 505
In agendo aliud alium decet 535
Ager, quod in eo aliquid agitur 38
Aglao-

Aglaophon pictor 564
Agnominatio 422
Agnon contra rhetoricam 100
Ai, diphthongi & æ ratio 41
Aiax attonitus 522
Aiax, vox ambigua 338
Aiio gemino ij ſcribi placuit Ciceroni 20
αἰσωποποίητον quid 236
αἰσχρολογία 426
κατ' αἴσθησιν ſtatus 130
αἴτιον & αἰτία differunt 157
Alacritatis ſignum in pueris 17
Albutius rhetor 94
Alcamenes ſtatuarius 565
Alcæus poeta 457
Alcidamas Eleates 112
ἀλληγορία, quæ & inuerſio 384
paruis quoq; ingeniis ſeruit 389
Allegoriæ vſus 385
ἐκ τῶν πρὸς ἄλληλα quomodo tractanda 227
ἀλλοίωσις 426
Alexander Macedo Ariſtotelis diſcipulus 9
Aliena iocis finguntur 290
Aliena nemo diu plorat 268 Alienum nemo probus deſideret 238 Alieno labore nemo diſertus 342 alienis fauemus nobis inuidi 32
Aliter dicere & aliter ſcribere an aliquando oratori liceat 572
Aliud ex alio augetur 369
ἄλογος τριβή 485
Altercationis conſideratio 294
Altercator iracundiæ vitio careat 295
Amantes de forma non iudicant 273
Amarum, ornatus genus 366
Amat fieri, pro ſolet 415
Amatorium 328.374.337
Ambigui ſeu amphiboliæ conſideratio 338 ambiguitas, quæ & ἀμφιβολία 131 ambiguitas in primis vitanda 351 ambiguitas pluribus modis accidit 338 ambiguum ius & obſcurum differunt 341
Ambitio virtutis cauſſa 14
Ambitioſi aduocati 559
Ambitus duplex in cauſſis agendis vitandus 556 ambitus quomodo refellendus 181
Amicitiæ firmiſſimę in ſcholis conciliantur 14
Amictus mutatio 531 amictum matre traditum ſolicite cuſtodire, Græcorum adagium 259
Amor cæcus 273 amoris prætextu inuidiam fieri 275
ἀμφιβολία 338 amphibolia vrbanitatem præſtat 285 amphiboliæ ſolutiones 339
Amphibrachys 439
Amphictyonum iudicium 231
ἀμφίδοξον cauſæ genus 168
Amphimacrus 429
Amplificationis conſideratio 367
An, Aut, quomodo vſurpentur 30
An ſit, quid ſit, quale ſit, in rebus omnibus quæri ibid.
ἀνασχαῖον 411.426
ἀνακεφαλαίωσις 264
Analogia maxime rationem pręſtat 33 Eius vſus, 34 non vbiq; locum habet 35 quomodo inuenta ib.
ἀνάμνησις 411
Anapæſtus 439
ἀνασκευή, κατασκευή 69
ἀναστροφή, quæ & reuerſio 29
Anaximenes rhetor 119
Anceps cauſſæ genus 168

Andronicus hypocrites 513
ἀνεπίφαντος actio 171
Anima immortalis eſt 256
Animalia irrationalia vnde dicta 97
Animus diſcentis quomodo tractandus 16. Animi coniectura quomodo tractanda 311. 316 ab Animi natura vt ducantur argumenta 220. Animi præſtantia oratori neceſſaria 552 Animorum tam multæ quam corporum formæ 79 Animorum vitia 142
Anno quoto ætatis incipiendum ſtudere 7
ἀνθηρὸν, id eſt floridum dicendi genus 572
ἀνθυποφορὰ 425
ἀνειχρονόμητον 362
ἀνταπόδοσις ſimilitudinis 365
ἀνταλλαγὴ 422
ἀντέγκλημα 327
ab Ante dictis factiſque vt ducantur argumenta 221
Antidotorum compoſitio ex diuerſis 49
ἀντίθετον 411.424
ἀντικατηγορία, velut duæ lites 156. 314
ἀντίληψις 326
Antimachus poeta 456
ἀντιμετάβολη 425
ἀντινομία 131. 304 Eius conſideratio 337
Antipater Sidonius extemporale carmen edere poterat 486
Antiphilus pictor 565
Antiphon orator omnium primus orationem ſcripſit 567
ἀντίφρασις 385
Antiquitas originis in laude ponitur 220 Antiquitatis nimia affectatio cauenda 76 Antiquos bonos fere eſſe, legendoſque cum iudicio 427
ἀντίρρησις 411
ἀντίστασις 328
Antocides orator 567
ἀντωνομασία 381
Antonius Rufus grammaticus 29
Antonius orator 91
Annuli indicium 507
Anxietas quærendi, iudicandi, comparandi, quando adhibenda
ἀπαγόρευσις 411
ἀπάλαιστροι 436
Apelles pictor 88
Apertis in rebus non argumentandum 242
ἀφέλεια 366
ἄφοδος 425
Aphricani ad Neronem dictum 374
Apicis in ſcribendo apponendi ratio 40
Apodixis quid ſit 217
ἀποδείξεις γραμμικὴ ibid.
Apollodorus Pergamenus 113
Apollodori definitio rhetorices 91 Apollodorei 113
Apologatio 136
Apologorum gratia 290
Apollonius Molon rhetor 113 Ciceronis præceptor 513
Apollonius poeta 456
ἀπόφασις 405
ἀποφθεγματικὸν ſerium 293
ἀποσιώπησις 366.404.422
ἀποστροφὴ 171.402
Appoſita ſeu epitheta duo vni verbo non fere iunguntur 383
Apte dicendi conſideratio 487

Apud

Apud quem dicas, plurimum refert 495
Arator ex oratore 423
Aratus poeta 456
Archidemus rhetor 129
Archilochus poeta 457
Archimedis induſtria in Syracuſarum obſidione 54
Architas 51
Architectonice 108
Areus rhetor 113
Areopagitarum iudicium de puero coturnicum oculos configente 214
Argumentum 68. 217. Argumentorum conſideratio ibid. Argumenta à perſona 315 Argumentum aliud quam argumentatio 185 Argumenta ex ſimili iure 238 Argumenta in narratione aliquando ponenda, argumentandum nunquam 189 Argumenta leuia, plura congerenda 198 Argumenta quo ſermone tractanda 259 Argumenta vbi reperiantur 185 Argumenta vitioſa 250 Argumenta vnde petantur 219 Argumentorum genera 230 Argumentorum loci 171 Argumentorum numeri 446 Argumentorũ ordo ac locus 2 5 Argumentorum pronunciatio 440. 534 Argumentorum ſpatio 209 Argumentorum vſus. 241
Aridus præceptor pueris in primis vitandus 68
Ariſtarchus & Ariſtophanes poetarum iudices 456
Ariſtippus philoſophus 548
Ariſtophanes poeta comicus 458
Ariſtoteles Alexandri Macedonis pædagogus 9. Ariſtotelis definitio rhetorices imperfecta 92 Ariſtoteles æmulator gloriæ Iſocratis 104 Ariſtotelis Rhetoricorum libri tres 92
Ariſtogiton orator 567
Ariſton rhetor Critolai Peripatetici diſcipulus 92
Ariſtophanes comicus, grammaticus 8
Armorum ſplendor ac terror 453
Arma, virumque cano, diſtinguitur 517
ἀρμονία, diſſimilium concordia 50
Ars ante inuenta quam docta 342 Ars dicendi an occultanda 191 447 Ars perit ſi appareat 191 Ars quid præſtet 342 Ars vana 106 Artis caput, dicere quod facias 535 Artis cognitio an neceſſaria ſit 91 Artis definitio 102 Ars dicendi quibus conſtet 89 Artis dicendi præcepta non repugnant probitati & religioni 387. Artis initium, obſeruatio 114 Artis oſtentatio veritati officit 427 Artem decor ſemper comitetur 429 Arte cur oratori opus 543 Artes ad quid proſint 232 Artes inutiles ingenio carentibus 4. Artes nudæ ſuccum ingenii bibunt ibid. Artes reliquæ, nempe liberales ac mathematicæ, quatenus oratori neceſſariæ 50 Artes ſine experientia parum proſunt 75 Artium diuiſio quomodo facta ſit 2. 104 Artium inuentio Mineruæ tribuitur 140 Artium inuentiones

vt ſunt facta 232 artium ſcriptores antiquiſſimi 112 artium ſcriptores diligentiſſimi ab eloquētia longiſſime abfuerunt 344 articulos latini non deſiderant 20 artifex rhetorices 90 artificialis probationis conſideratio 213
Aruſpex, quomodo in ſcribendo diuidendum 41
ἀσχήματον 362
ἀσχημάτιστος oratio 390
Aſianum dicendi 555 genus aſiani oratores 346
As ſyllabam finalem nominatiui in maſculinis quidam in a vertebant 31
Aſinius Pollio orator 164 446 Liuij patauinitatem notauit 348 Idem omnium horarum 293
Aſinus albus dictus Iunius Baſſus 286
Aſpaſia Xenophontis vxor 237
Aſpera auditu verba rebus atrocibus conueniunt 358 aſperitas mollienda 501 aſperis iambi cōueniunt 447
Aſpirationis nota, & contraria 21 Aſpirationis ratio temporibus variata 26
Aſſentatoribus iudex maxime fauet 142
Aſſentio, aſſentior idem 26. 414
Aſſumptiua cauſſa 327
ἀστεϊσμὸς 385
Aſtrologia 104
ἀσύνδετον 420
in Aſyndetis oratio decreſcere non debet 431
Auerſa pro abuerſa veteres quidam dicebant 569
At, & Ad, differunt 40
ἀτεχνία 105
ἄτεχνοι probationes 201
Athenæus Hermagoræ æmulus 113
Athenis quam Lacedæmone ſtudia literarum maiore in honore erant 142 Athenarum ſapor, Atticiſmos 293
Athletæ forma 355
Athletarum corpora non ſunt naturalia 570
Atrocitas vnde ducatur ac augeatur 266 atroci in cauſſa non iocandum 288 Atrocitate crimina defendi indignum 316
Attacinus Varro poeta 460
Attentio & beneuolentia principiis poſtulanda 167
Atticum dicendi genus optimum 567 Attice nimium loqui vitioſum deprehenſum 348 Atticus orator 113
Audacter, an audaciter 35
Audiendi ſitis 288 Auditor quomodo parandus 163 auditorum tria genera 127 auditu iucundior ſyllaba, quæ amplius habet ſpiritus 356
Auerſo pollice demonſtrare 425
Augendæ orationis modi 367
Auguſti epiſtolæ 42
Auguſti facete dicta 287
Aurium iudicium 444
Autores à Quintiliano recenſiti ex quibus verborum copia comparetur 452 de autoribus legendis opiniones 454
Autoritas dicentis quantum habeat momenti 191 etiam in cauſſam adhibetur 239 magnifico cultu paratur 346 quomodo emerenda

merenda, 270 tuenda 268 vnde petenda 33 Autoritatis veterum obſeruatio qualis eſſe debeat 34 Autoritatis receptæ & notæ verecundiæ viri dictorum petulantia non laceſſendi 207 Autoritati non nimis fidendum 451
Autorum enarratio & prælectio, grammatici muneris 47.73. quędam inſignia maxime ediſcenda 78 Autorum virtutem inde cognoſcimus, quod imitari non poſſimus 478
αὐτὸς ἔφα, ipſe dixit 493
Autumo, tolerabile vocabulum 357
αὐληςέξις 338
ἀξία 132

B.

B, litera in aliarum locum data 21
B, & d, literæ aſperæ in fine ſyllabarum ib.
B, in p, f, & h, verſum 21
Bacchius 439
Balare, factum verbum 32
Balæna pro phalæna 21
Barbam parum decoram exiſtimātes 243
Barbariſmus vbi committatur 25 Eius ſpecies ib.
Baſſus Aufidius hiſtoricus 463
Beatitas, beatitudo 358
Belli poteſtas Marti competit 140
Benedicere ac bene ſcribere, vnum atque idem eſſe 568 & ſeq.
Bene ſcribēdo fit vt cito ſcribamus, non contra 473
Beneuolentia vnde ducatur 164
Beneuolentia & attentio principiis poſtulanda 168
Bibaculus poeta 462
Bibere aut eſſe inter agendum, indecorum 530
Biennio omnia fere loquuntur pueri ibid.
Bipennis quid, & vnde 20
Bis idem ſæpius dicimus 478
Bona facile in peius mutantur 6
Bona nemo improbat, mala multi probant 574 Bonitate ſua fidem orator facit 275
Brachia oratoris in actione qualia ſint 56
Βραχυλογία 365. 420. 426
Breuis ſyllaba vnius temporis 435 in fine pro longa accipitur 441 Breues ſyllabæ celerem ac mobilem orationem reddunt 439 Vide Longa ſyllaba. Breuium verborum multorum contextus vitioſus 435 Breuitas ac copia quo conſtet 445 Breuis narratio qui fiat 180 Breuitas non ſit inornata 24 Breuitatem obſcuritas ſequitur 365 Breuitas Salluſtiana vitanda 181
Bruges pro Phryges olim 21
Brutus philoſophus 465 Bruti in dicendo grauitas 566 Eius epiſtolæ 438 oratio pro Milone 137
Buſyris ac Clytemneſtræ laudes 99

C.

C, litera ad omnes vocales vim ſuam perfert 41
C, Caius notat, Ɔ inuerſa Caia 42
C, litera ſcripta, nonnunquam G pronuntiatur ibid.
C, & T, in g, ac d, molliuntur 55
Cæcilius rhetor 113
Cæcilius poeta comicus 462
Cacophaton, orationis vitium 360
Cacozeliæ vicina hyperbole 362. 387. & ſeq.

Cædi an dec at pueros 17
Cælibes vnde dicti 38
Cælius orator 464 Cæl j aſperitas 470 Eius de vi rei, defenſio 496 indoles docendi 566 Cæſar Auguſtus duodennis auiam pro Roſtris laudauit 554 C. Cæſar Catonem vituperauit 143 C. Cæſar orator quantus 464 C. Cæſaris argute dictum 291 Cæſaris de analogia libri 43 Cæſaris dicendi vis 408. 566
Cæſius Baſſius poeta 462
C. Artorius Proculus rhetor 389
C. Carbo etiam in tabernaculo dicendo exercebatur 487
C. Caſſij dictum 291
C. Gracchus orator concionans tonoria fiſtula vtebatur 52 Eius vis pronuntiandi 513
C. Luſius tribunus à milite cæſus 158
Caius ſcriptum, Gaius pronunciatur 42
C. Sicinius orator 325
C. Valgius rhetor 113
Calamis ſtatuarius 565
Calceos veteres non vendis quidem, ſed emis, Iunij Baſſi dicterium 288
Callidius pro domo Ciceronis dixit 452 Eius in dicendo ſubtilitas 566
Calidum, an caldum 36
Calliditas oratorum 74 Calliditatis vitanda ſuſpicio 191
Callimachus poeta elegus 457
Calon ſtatuarius 565
Calon cogitationis 434
Caluus orator 464 Eius in dicendo ſanctitas 566 Iudicium 40
Canali pleniore fluere 514
Cano, medium verbum 38
Canopitæ pro Canobitæ 33
Canthus quid ſit 25
Cantum vocis, neruorum ſociata concordia iuuat 232
Capſis, vnde compoſitum 31 caput quid ſignificet 159 caput oratoris ac oculi ne ab alia corporis inclinatione diſſideant 56 caput generale ſtatum vocat Theodorus, vt ad quod referantur omnia 128 capita generalia, ſpecialia 156 capitales cauſæ accuratum dicendi genus exigunt 356
Capitis geſtus 521
Cariæ rhetores cantores 520
Carmen prius ortum eſt, quam carminis obſeruatio 442 carmen quomodo legendum 44 carmina etiam oratori ſcribenda 480 carminibus ſcribendis infelix Cicero 495
Carneadis diſputatio 543
Caſnar 25
Caſſ. lionis feſtiuum dictum 290
Caſſius Seuerus 464
Caſſij Seueri agendi formula Quintiliano improbata 497
Caſtorem media longa quidam efferunt 31
Caſu non iure colliduntur leges 336
à Caſu quomodo ducantur argumenta 223
Κατάχρησις, quæ & abuſio, neceſſaria eſt nonnunquam 350. 382
Catius philoſophus 465
Cato eloquens ſenator 494 à Cæſare vituperatus 143 Catones oratores

tores 566 Catones ſapientes 556 Catonis iudicium de adultera 239 Catonem vt tractet Cicero pro Muræna 499
Catullus & Lucullus , Ciceronis quidam libri 461.& ſeq.
Cauendi quam ictum inferendi ratio prior 178
Cauſſa, caſſus, diuiſſiones 42
Cauſa eadem diuerſo ordine tractata 302 Cauſa in ſtatu 119 facti non in omnes controuerſias cadit 157 iniqua dimittenda 556 in agenda quæ ſint Oratori obſeruanda 524 ipſa in re præſente conſilium dat 342 omnis aut ſimplex eſt aut coniuncta 155 Cauſa prius , an perſona tractetur 316 Cauſa tota oratori familiariter cognoſcenda 207 cauſæ cardo ſemper in oculis habendus 296 quomodo inueſtigandus 302 definitio 121 cauſæ totius œconomia 342 cauſæ diſcendæ ratio 404 cauſæ plurimæ lites ſubiacent 129 cauſæ non ab vltimo repetendæ 227 non plures ſuſcipiendæ, quam quibus par eſſe poſſis 562 nullæ inuicem omnino ſimiles 303 optimæ , ſæpe malis ſimiles 544 ſimplices 136 totæ familiariter noſcendæ 295 cauſſas agendi tempus quando incipiat 534 Cauſarum conditio genus dicendi mutat 496 genera quinque 168 paruarum ac priuatarum narrationis ſtylus qualis eſſe debeat 190 tria eſſe genera 151 tyrocinium 572 cauſis à qualibus auſpicandum oratori 555 bonis maliſque communia 544 à cauſis factorum vel futurornm quomodo ducantur argumenta 221 in ſuſcipiendis oratori obſernanda 555 cauſis omnibus quadripertita ineſt ratio 135 cauſas in ætate prima qui egerint 555 cauſas non omnes in omnibus perſonis valere 321 cauſas quibuſdam in criminibus quæri nihil attinet 317
Cauſidicus 542
Celeritatem ſcribendi conſuetudo facit 472
Cenſura veterum grammaticorum 20
Centumuiri capitalia iudicia diſceptant 170
Centumuirales cauſæ in duas haſtas diuiſæ 203
Cepaſiorum fabula apud Ciceronem 270
Cetarinæ ac Crocodilinæ quæſtiones 49
Ceres pro frumento 381
Ceris ſcribendi ratio , pueris incommoda 9. Earum in ſcribendo vſus 477
Cerno, vox ambigua 338
Certaminum ſacrorum cantus 429
Ceruicis in actione geſtus 525
Χαλκευτική 108
Χαλεποὶ verſus pueris pronuntiandi 11
Chaogeniti 140
Χαρακτηρισμός 109
Chironomia, lex geſtus 56 oratori neceſſaria ibi.

Choreus ſeu trochæus 439
Χρειώδης 47
Chriarum genera plura ibid.
Χρόνος 128
Chryſippus philoſophus 6. Chryſippus cædi pueros permittit 17 eius argutum dictum in Cęſarem 287
Cicero à Demoſthene deſciuit 44 à quibuſdam reprehenſus 436 Cicero ac Demoſthenes lecti plus proderunt quam præceptor declamans 75. 454. Cicero circa compoſitionem maxime laborauit 429 Cicero Græcorum eminentiſſimos eſt ſecutus 439 in Aſiam ad diſciplinas parandas nauigauit 555 in rhetoricis Hermagoram ſequitur 158 in riſu immodicus 280 mirus repræſentandarum rerum artifex 363 notatus in oratione pro Cluentio 198 Platonis ac Xenophontis libros aliquot vertit 478 quædam ſua damnauit 122. 133 ſexagenarius Popiliam virginem ducens, irriſus 289 ſibi ipſe pugnat 158 triumuirali proſcriptione conſumptus 566 vir bonus fuit 542 vnde tantum eloquentiæ ſibi pararit 480 eius autographa Quintiliani tempore adhuc extabant 45 Ciceronis Demoſthenisque comparatio 463 Ciceronis diſcipuli 576 eius iactantia 168 Eius defenſio 169 eius induſtria in cauſis agendis 498 iocularis libellus 387 ioci & vrbanitates 284 laus 368. 463. 538. 566. Eiuſque vitia ibid. eius perfectio 579 præſtantia in dicendo 502 proſopopœiæ 390 Ciceronis vrbane dictorum libri tres 279 Ciceroni plus eſt quod adimas, quã quod addas 541
Cinnæ Smyrna nouem annis ſcripta 477
Cinctura oratoris 530
Circunlocutio ſeu circuitus tropus 386
Circunciſa expoſitio 180
Circunſcriptio quid ſit 425
à Circunſtantia argumenta 230
Citharœdorum induſtria multiplex 58
Cito ſcribendo non fit vt bene ſcribamus, ſed contra 472
Ciuilis ſcientia, eadem ſapientia 96
Clamoſi indocti 296
Claritas generis ac turpitudo 149
Claſſis vnde dicta 37
Claſſibus diſtributi pueri certabant Quintiliani tempore 14
Clauſula quid ſit 374
Clauſulæ pendentes 438
Clauſulę verſuum, clauſulis orationis non conueniunt ibid.
Cleon orator primus Athenis femur percuſſit 528
Clientes alij aliter defendendi 495
Clitarchus hiſtoricus 459
Cluentij Habiti cauſa 498
Clypeus Aiacis 370
Clytemneſtra cur Agamemnonem occiderit 157
Cn. Lentulus pronuntiatione plus opinionis conſecutus quam eloquentia 513
Cneus ſcriptum, non ita pronunriatur 42
Coaceruatio 420
Coccus orator 567

Cogi-

Cogitatio ac dictio non eundem habent ordinem 154 cogitatio nec tempore nec loco excluditur 481 ſenſus plus afficit quam fatigatio 59 cogitata ad verbum in agendo referentes 482
Cognomen M. è familia Manliorũ exemptum 142
Cognomen ſolus homo liber habet 323
Collationem ab exemplo ſeparat Cicero 235
Collectio, qui & συλλογισμός 411
Collocationis ambiguitas 339
Color vnde dicatur 186
Color deformibus dandus 150
Colore eodem vtraque pars an vtatur 187
Colorum figuræ 391
Columa veteribus pro columna ſcribebatur 42
Colli in actione geſtus 523
Comatum turbatio 533
Commentarij Ciceronis, & aliorum 487
Comici Latini 462 comicorũ pronuntiatio 83
Comœdia antiqua 457 comœdia quando legenda 45 comœdiæ vmbram vix leuem aſſequimur 462 comœdiarum antiquarum elegantia 45 comœdo tradendus orator pronuntiat.onis formandæ ergo 56 comœdi in oratore formando officium ibid. & 57. comœdiarum perſonæ 522
Communia fere generalia ſunt 305 communia quomodo refutanda 249 communes loci à quibus primum tractati 112 communicatio 389 à Communis ſenſus conſuetudine non abhorrendum 347 communibus exactis, propria tractanda 305
Commotio quid ſit 220
Comparatio cauſarum quibus viis ducatur 314 comparatio criminis 328 comparatio figura non eſt 410 comparatio in controuerſiis 315 comparationis ratio & ſpecies 237.228 comparationis vtilitas 70
Comparatiuorũ figuratus vſus 415 à Comparatiuis quæ ducantur argumẽta 228 comparatiuum cauſæ genus 155
Complexio, quæ & συναίρεσις 26
Complexionis ratio 255
Comploſio manuum, ſcenica 527
Compoſitio Ciceroni maxime elaborata 429 compoſitio nõ delectat ſolum, ſed etiam affectus mouet 430 compoſitio pronuntiationi comparata 446 compoſitio qualis eſſe debeat ibid. compoſitionis conſideratio 436
Compoſitionis & diuiſionis in ediſcendo vtilitas 517 compoſitionis orationis duplex obſeruatio 444 compoſitionis ordo 430 compoſitioni omni tria neceſſaria 431 compoſitiones nominum 32
Conandi meliora ratio 468
Concertatiua, quæ & ἀντικατηγορία 313
Conceſſio 404
Conciliatoria lenitatem requirunt 572
Concionalis, quæ & deliberatiuæ 119
Conciliatio quibus conſtet 532

Concitatius dicendi genus in ſuaſoriis exigit populus 356
Concluſionis ſeu perorationis conſideratio 264
à Conditione vt ducantur argumenta 220
Confeſſio 398. 403. 417 confeſſio ipſa quoque lacrymas nonnunquam mouet 265 confeſſionis ſimulatio 288 confeſſum ius 336
Confirmatio vnde ſit 212 confirmatio narrationem ſequitur 192
Confutatio, vide Refutatio
Congiarium quid ſit 286
Coniectores 129
Coniecturæ conſideratio 311 Eius diuiſio ibid. coniectura duplex 315 coniectura ex maiore confirmatur, & minore & pari 228 coniectura inueſtigantur & quantitas & qualitas 312 vnde dicta 129. 316
Coniectura probationes extrinſecus adductas frequenter habet 329 coniecturæ ordo, voluit, potuit, fecit 316 coniecturales cauſę 187
Coniſcare 357
à Coniugatis argumenta 227
Coniunctorum ambiguitas 338
Coniunctis in verbis quid conſiderandum 348
Connexionis ratio 256 cõnexorum & conſentientium ratio ſemper habenda 319
Conſecratis vtendum 38
Conſenſio 404
Conſequens, quæ & ἐπακολούθησις 226 conſequentia, ἀκόλουθα ibid. à conſequentibus quomodo argumenta ducantur ibid.
Conſcientia mille teſtes 239
Conſilium cum neceſſitate non eſt 147 conſilium in oratore præcipuum 86 conſilium quid ſit 301 Eo in vita nihil prius 298 conſilium ſcelera non habent 317 conſilij momentum ibidem. conſilia in criminibus ſpectanda ibid.
Conſonantium commiſſura 433 diſſimulatio 521
Conſtitutio in quo eſt 517
Conſuetudo celeritatem dat 472 conſuetudo, certiſsima loquendi magiſtra 34 conſuetudo deinde natura 12 conſuetudo dicendi ac ſcribendi 484 & exercendi, vires in literis facit 578
Conſuetudo in reprehenſibilibus non dicitur 39
Conſuetudinis vis ac ratio ib.
Conſuetudine lex aboletur 42 difficultas omnis leuatur 515
Conſulere 37 conſul vnde dictus ib. conſules olim Coſſ. ſcribebatur 42
Conſummatio, quæ & διαλλαγή 418
Contemnenda aduerſariorum quędam 248
Contextus orationis obſcuritas 351
Continens pro contento 380
Contentum pro continente 380
Continens quid dicatur 134
Contradictiones aduerſariorum refellendæ 247. 251 & quomodo ponendæ 252
Contrarium efficere quod aduerſarius obiecerit, artis eſt 247

contrarij exemplum 234 ex contrario argumenta 325 contraria & communia vitanda 298 quomodo tractanda 296 contrariarum legum quæſtio 335 contrariorum modi 248 à contrarijs quomodo argumenta ducantur 225
Controuerſia vbi incipiat, conſiderandum 295 controuerſiæ fictæ exemplum 325 figuratæ 406
Contumeliam facere Cicero damnat 414 contumeliis etiam nōnunquam locus eſt 292
Conuentus ſcholarum, ſolitudini ac tenebris præferendus 12
Conuerſio ex Latinis in Græcum commoda 478
Conuinctiones, quas alij coniunctiones dicunt 21
Conuitiandum aliquando 251 & maxime accuſatoribus 274
Conuitiis abſtinere debent aduocati 242
Copia cum iudicio paranda 450 vnde petatur 478 copiæ rerum conſideratio 450
Corax & Tiſias, artium ſcriptores antiquiſsimi 112
Cornelia Gracchorum mater eloquens 6
Cornelius Celſus philoſophus 461 eius de ſtatus conſtitutione opinio 127 eiuſdem finis rhetorices 93
Cornelius Seuerus poeta 461
Corneliorum nomen ac imperium 220
Cornicum oculos configere 357
Cornificius rhetor 113
Corpus vulſum, inceſſus fractus, muliebris veſtis parum viri ſigna 215 corporis totius geſtus ibid.
Cratinus poeta comicus 458
Credibilis qui fiat narratio 182 credibilia etiam veris miſcenda 190
Credibilium tria genera 219
Creticus pes 441
Criminis in alium translatio, ſeu remotio 328
Critici grammatici 42
Critolaus contra rhetoricen ſcripſit 100 Critolai definitio rhetorices 93
Cubito pronuntiantes 524
Culpæ imminutio 328 culpam deprehenſam pertinaciter tueri, culpa altera eſt 256
Cultus effœminatus turpis 346
Cultus magnificus autoritatem addit ibid.
Cultus oratoris, ſplendidus ſit & virilis 530
Cultus proprie quid dicatur 362
Cultu & ſententiis carentes, Attici num ſint 469
Cum, quomodo ſcribendum 40
Cunctator dictus Fabius 350
Cura odioſa eſt 358 cura ſæpius deeſt quam natura 6. cura nimia orationem nonnunquam fieri peiorem 346
Curio pater, orator 544
Curioſus à diligente differt. 361
Curioſe non loquendum, ſed Latine 350
Cyclopis Virgiliani magnitudo quomodo oſtenſa 370. 366
Cyri memoria 510

D.

D,& T, literarum cognitio 21 D, Latinis veteribus multis in verbis vltima 41 Eiuſdem aſperitas 569
Dactylus 435
Debili memoriæ conſilium 508
Decet fere, quod prodeſt, & contra 490
Decimi Lelij orationes 452
Decipiendi ratio iocoſa 288
Declamandi ratio & vtilitas 82 apud Græcos quando primum extiterit 72 Declamantes quomodo affectibus vtantur 497 Declamatio quid ſit 179 qualis eſſe debeat 83 Declamationes quomodo tractandæ, earumque vtilitas 486. 400 Declamationum materiæ ſint veriſimiles 82 Declamatorum libertas 179
Declamatorium præceptum 251
Declamatoribus maxime conſiderandum quid cuique conueniat 151
Decor artem ſemper comitetur 490 492
Decorum ac expediens vbique ſpectandum 87
Decor verborum affectatus ne ſit 331 Decori habenda ratio 534
Decreſcere non debet oratio in aſyndetis 431
Dedocēdi labor grauior quam docendi 65
Defendenda quæ ſint 246 Defendendi rationes optimæ 136 Defendere difficilius quam accuſare 245 Defendere quam accuſare honeſtius 555
Defenſio coniuncta quæ dicatur 304 ex cauſis facti 326 ipſa facti in pœnæ iudicio potentiſſima 327 in mutua accuſatione prima eſſe debet 314 defenſionis facti ratio 327
Defenſoris partes in interrogando 210
Deficere malle quam deſinere 576
Definitio, vide Finitio.
Deformibus color dandus 88
Δείνωσις 276. 411
Delectationis ergo figuræ fere orationi interſeruntur 427 Delectationi nonnihil etiam dandum in dicendo 570 Delectatione capimur, admiratione auferimur 355
Delectus rerum ac verborum habendus 472
Deliberantium animi diuerſi 230
Deliberatio quibus conſtet 227
Deliberatiuus ſermo ab affectatione longiſſime abſit 164
Delicati aduocati 165
Demades nihil ſcriptum reliquit 559 orator an idem fuerit 100
Demetrius comœdiarum actor 536
Demetrius ſtatuarius 565
Demetrius Phalereus orator 459
Demonſtratiua ad ſcribendum maxime idonea 70 demonſtratiuum dicendi genus ornatum omnem exponit 356 eius numeri 444
Demoſthenes ad clamoſiſſimi littoris fremitus quare meditaretur 475 ad ſpeculum magnum actiones ſuas componebat 521
Demoſthenes & Æſchines in eadem cauſa diuerſum ordinem ſecuti 302 Demoſthenes in primis

primis legendus, ac ediſcendus potius 463 Demoſthenes oratorum princeps 459 Platonis auditor 548 Vir bonus fuit 540 Vrbanus, non dicax 282 Ciceroni dormitare videtur 452 Laus eius 568 Fulmina 436 Solitudo in meditando 475 Philippicæ eiuſdem 152 Riſus facultas ei defuit 279 Δείνωσις eiuſdem 276 Iuuenis admodum cauſſas egit 554 Eloquentia eiuſdem 394 Demoſthenis conſilium laudatum 299 eiuſdem contra Æſchinem locus 171 contra Midiam 267 Demoſthenis de pronuntiatione iudicium 513 Demoſthenis & Æſchinis inter ſe contrariæ actiones 534
Denuntiati teſtis interrogandi forma 208
Deorum autoritas 239 eorundem laus 140 honor ludis prætexitur 148
Deponenda quædam apud iudicis memoriam 405
Depoſiti quæſtio quomodo tractanda 318
Deprecatio in iudiciis rara, & quomodo tractanda 246 Eius conſideratio 328
Deſidiæ cauſſis non indulgendum 475
Deſperandum non eſt, quod fieri poteſt 49
Deſueſcendis non immorandum 153
Deſperatum ſibi ac inimitabile, vulgus admiratur 574
Deſtructio κατασκευὴ quomodo exercenda eiuſque vtilitas 469
Deteriora facilius eſt imitari 452
pertinacius hærent 6
Detractionis figuræ 421
Deuorari dicitur homo cuius patrimonium conſumitur 381
Deus quid ſit 321
Διαίρεσις 26
Dialectica cauillatrix, ac ſeruilis, iudiciis inutilis 322 dialectices materia 109 dialecticæ oratio conciſa 110 partes 547 Vis 322
Διάλεκτοι Græcorum 27 431
Διαλλαγὴ 41. 419
Dialogi qui dicantur 401
Διανοίας σχήματα 391
Δικαιολογία 426
Διασκευὴ ſchemanon eſt 411
Δικαιολογικὸς ſtatus qui & inficialis 129. & ſeq.
Dicacitas vnde dicatur 282
Dicam faciam, dicem faciem ſcribebat Cato Cenſorius 419
Dicenda oratori maxime ſunt, quibus ipſe ſi iudex eſſet, potiſſimum moueretur 265 dicendi ac ſcribendi an eadem ſit ratio 571 dicendi color nimiis ſententiis velut maculis conſpergitur 375 dicendi facilitas vt paretur 439 dicendi facultas ſi in malos incidit, ipſa etiam malum iudicanda eſt 543 dicendi facultatem ad perniciem hominum abuſi nonnulli 106 dicendi facultate maxime homo à cæteris animalibus ſeparatur 97 dicendi genus triplex 570 dicendi genus in homine commune quale eſſe debet 275 dicendi genera varia 359 dicendi horrorem veterem quam nouam iſtam licentiam mallet Quintilianus 376 dicendi media

 via

via optima 323 dicendi peritus quæ noſſe debeat 545 dicendi petulantia noxia 283 dicendi primordia quæ 49 ſagina 480 varietas 479 vires 48 vis apud auditorem vnum torpeſcit 16 dicendum quotidie aliquid, & coram doctis 487 dicentis ac orantis habitus 57 dicere ipſum, ante omnia eſt in oratoris officio 450 dicere ac facere docere debet præceptor 66 dicere quid ſit 393
Dichoreus 442
Dictandæ pueris materiæ 68
Dicta quæ dicantur 281
Dictantium ſtudium 474
Dictio ac cogitatio non eundem habent ordinem 154
Dicti pœnitentia 405 dictorum vrbanorum diuiſio 292. & ſeq.
Dictu & factu ſimiliaque 23
Dictum quam amicum perdere, aut autoritatem minuere, malimus 282
Dicturus cauſſam, quæ conſiderare debeat 170
Dicturi cura, auditorum iudicem delectat 533
Dicuntur male ſalſe, quæ in plures competunt 282
Didymi hiſtorici obliuio 46
Διέξοδος 405
Diff reos quid dicatur 224
Difficilia pronuntiatu pueris proponenda, vt ſermonem melius forment 10
à Difficiliore argumentum 228
Difficultas exercitationi vtiliſſima 478 pulcherrimo cuique operi propoſita 418
Digamma Æolicum 20
Digeſtio voci confert 515
Digitorum geſtus & vſus 524 ictus in numerorum interuallis notandis 435
Dignitas rei quo proſit 316 dignitatis magnæ homines quomodo litibus laceſſendi 499
Digreſſio 405
Dilatio & repetitio 406
Diligentia nimia omnibus reſpondendi vitioſa 251 orationem corrumpit 347
Dilucida ſit pronuntiatio 516
Diluendum quid quo loco 303
Diogenes Babylonius 7
Dion dux aſtronomiæ peritus 54
Dion rhetor 116
Dionyſius Corinthi 385
Dionyſius Halicarnaſſeus 113
Dis, minime diues 38
Diſcendum quod ſit, ſero non diſcendum 8
Diſcendane ſint omnia vno tempore 57 diſcendi ſtudium voluntate conſtat 17 diſcentis animus quomodo tractandus 17
Diſciplinæ ſeueritas 63
Diſcipulorum inſtituendorum ratio 344 diſcipulorum officium erga præceptores 81
Diſcurſare & ſatagere, ineptum 325
Diſiunctio ſeu μετοχή [illegible] 419
Diſertiſſimus vir non continuo etiam bonus orator 541 diſertus alieno labore nemo 342
Diſponendi præcepta 341
Diſpoſitio ac inuentio, prudentis hominis 345 in oratione neceſſaria 342 modicæ doctrinæ videri poteſt 338 partium 342 diſpoſitionis laus ac conſideratio 300

Diſpu-

Diſputatione omni tria quæruntur 135
Diſſimile exemplum quomodo fiat 234
Diſſimilitudo ad probationis ornatum nonnunquam aſſumitur 234 vrbanitatis cauſſam nonnunquam præſtat 288 à Diſſimilibus argumenta 229 diſſimilibus inesse ſimile 238
Diſſimulatio 398
Diſſipata 418
Diſſolutio 420
Diſtincta ſit oratio 517
Diſtinctio quæ & παραδιαστολή ib.
Diſtinctionum orationis conſideratio ib.
Diſtinguendi virtus ib.
Diuerſæ partes tuendæ declamatoribus exercitationis gratia 297
Diuerſarum legum conflictatio 336
Diu na teſtimonia 211.239
Diuinatio, lis de accuſatore conſtituendo 155
Diuiſio & compoſitio ediſcendi ſtudio vtiles 508 diuiſio quid ſit 302 reſpiratione ac mora conſtat 341 diuiſionis ad probandum & refellendum vtilitas 225 diuiſionis in ſcribendo ratio 40 Diuiſionem feſtinatio perdit 305 diuiſione finitionem adiuuari 224
Dochimus pes 497 clauſulis aptus 441
Docilitas quomodo paretur 167
Doctrina ſine prudẽtia parum prodeſt 299 ſine natura inanis 105
Δογματικοὶ ſermones 93
Dolor litigatorum interdum ipſis patronis aſſumendus 277
Domi an in ſcholis melius puer erudiatur 11
Domitiani nepotibus præfectus Quintilianus 160
Dubium tutius fatearis aliquando quam neges 239 dubia de re non ſemper dicit orator 140 dubiis cauſſis vtile 252 dubiis dubia non probantur 241
Dubitatio 399 cui parti aſſignanda 425
Dum dictionis varia ſignificatio 415
Duo interim aduerſario proponenda, quorum vtrumlibet male eligat 136
Duplices leges 337
Dura, vſu molliuntur 358
Duriorum conſonantium congreſſus vitandus 517

E

E & I ſonus confuſus 20
E plenior, i anguſtior 433
Ediſcendi ratio 508 varietas 507 vtilitas 515
Educatio mollis 12. ab educatione vt ducantur argumenta 218
ab Efficientibus & affectis argumenta 226
Egreſſio, quæ & exceſſus 154 egreſſionis conſideratio 192 per totum. Eius pronuntiatio 533 egreſſiones quales eſſe decet 534
Ei diphthongus græca quibus caſibus ac numeris adderetur 42
ἦθος quid 275
ἠίθεοι vnde dicti 38
ἐκβάσεις, id eſt exitus 228
ἐγκυκλοπαιδεία 48
ἔκλειψις 380
ἔλλειψις [illegible]

Eleganter & lepide dicta, vrbana 292. & ſeq.
Elegiaci poetæ 461
Elegia poſt grauia alia etiam legenda 457 pueris amouenda 44
ἐλεγκτικοὶ ſermones 93
Eleuandi loci ratio 289
Eliminare gradus, an ſatis latinum 358
Elocutio difficillima 498
Elocutio vbi ſpectetur 348
Eloquendi obſeruatio 352
Eloquens nemo, diſerti multi 112
Eloquentia à Demoſthene ac Cicerone faſtigium ſuum accepit 579 latos fines habet 573 laudis & pudoris ſtimulis agitur 485 eloquentia naturalis 570
Eloquentia, oratoris propria 345
Eloquentiæ iactatio, odioſa 492 e, ius laus 96 eius theſaurus memoria 503
Eloqui quid ſit 346
ἥμερον, manſuetum 148
Emendare loquendi ac ſcribendi partes, grammaticorum ſunt 44
Emendate loquendi regula prior grammaticæ pars 24
ἔμφασις 397 emphaſis ad orationis ornatum referenda 351
Emphaſeos duæ ſpecies 365
Emphaſis inter figuras 406
Empedocles poeta philoſophiæ plenus 19 rhetoricen inter primos tractauit 112
ἐναντιότης 420. 425
ἐνάργεια, quæ & euidentia 277 an narrationi neceſſaria 183
Encomiaſticon & epidicticon genus dicendi 119
ἔνδοξον cauſſæ genus 168
ἐνέργεια 366
Enimuero 386
Ennius vetuſtate ſacer 469
Enumeranda per capita, quomodo tractanda 264 Enumeratio, quæ & ἀνακεφαλαίωσις ibid.
Ens, eſſentia 459
ἔντεχνοι probationes 202
Entymema quid ſignificet 255 & eius ſpecies 216. 411
ἐπαγωγή, quæ & inductio 234
ἐπακολούθησις, conſequens 411
ἐπανάληψις 361
ἐπάνοδος, quæ & regreſſio 418
ἐπεξεργασία 366
Ephorus Iſocratis diſcipulus 80 hiſtoricus 459
Epicœnum genus 22
ἐπιδεικτικὸν latius patet quam demonſtratiuum 119
Epicherema 411 223 Epicherema & ſyllogiſmus differunt 257. 217 eius partes 255
ἐπιδιήγησις, id eſt repetita narratio 191
Epilogi maxima pars amplificatio 271 Epilogi ac procemij diſcrimen 167 Epilogi pronuntiandi ratio 446 Epilogorum pericula 194 Epilogis pluribus vbi vtendum 271
Epiphonema 373
Epirhedium quod verbum 32
Epitheton interdum pro nomine ipſo ponitur 381
ἐπίθετον, quod & appoſitum 383. 389
Epitheti in proſa vſus 350
Epithetorum proprietas 351
Equi definitio 321
Equi Troiani magnitudo 366
Eratoſthenes græcus autor 8

Eruditio

Eruditio longæ ætatis ſpatio paratur 45
Erutius Antoniaſter 357
ἐσχηματισμένη oratio 390
Eſſentia, entia 89 quæ & οὐσία 128
ἐπέρασις 414
Ethice, quæ & moralis philoſophia 547
Ethici autores oratoribus euoluendi ibid.
Etymologia quid ſit 37
eius ratio ibid.
Etymologiæ finitio 224
Euathlus magna mercede rhetoricam didicit 112
εὐχωλή 119
Euerſionis vrbis deſcriptio 363
Euidentia an narrationi neceſſaria 183
Euidentia & illuſtratio, quæ & ἐνάργεια 277
εὐφωνότατος 276
εὐφωνία obſeruanda 24
Euphorion 456
Euphranor pictor 565
Euripides poeta tragicus 458
εὐρυθμία 52
Ex præpoſito in compoſitione quomodo ſcribenda 40
Exanimat vetus verbum 358
Exceptores tardi 472
Exceptorum quorundam inane ſtudium 468
Exclamauit quidam in iudiciis 296
Exclamatio 400. 426
Excurſio qualis eſſe debeat 188
Excuſatio facti ſiue purgatio 327
Exemplum Quintiliani in cauſſa occultiore agenda 307 Exemplorum conſideratio 234 Exempla poetica etiam cauſſis vtilia 236 Exempla prçiudiciorum 208 Exemplorum ac rerum cognitio ex hiſtoriis petenda 459 Exemplorum confutatio 249 Exemplorum vſus ſuaſoriæ maxime conuenit 152 Exemplis abundare debet orator 552
Exercitatio ac conſuetudo dicendi ac ſcribendi extemporalem facultatem maxime parat 483 dicendi continua potentiſſimum dicendi genus 100 rationi iungenda 578
Exercitatione maxime alitur memoria 10
ἐξεργασία 366
ἐξεταστικὸν cauſſæ genus 119
ἕξις 457
Exordium, quod & principium & græcis προοίμιον 163
Exordij diuiſio 167 Exordij ratio quomodo tractanda 170
Exordiorum vitia ibid.
Expectorare veteres dicebant 358
Experimenta plus quam præcepta valent 75
Expoſitio circunciſa 181 Expoſitio attenta ſit 193 Expoſitio, probationum præparatio 152
Extemporalis dicendi facultas 483 quomodo paretur 485 memoria maxime conſtat 503 Extemporalis quæ videatur oratio, plus gratiæ habet 170
Extra ad cauſſam pertinent, tempus, locus, habitus, &c. 166

F

F, literæ vſus 43. ſonus 568
Fabrico & fabricor idem 413
Fabula 236. 67 Fabulæ Æſopicæ cauſſis vtiles 236

Facere contumeliam Cicero damnat 414 Faciendi ratio circa quæ verſetur 221
Facetiæ in narrando conſiſtunt, dicacitas in iaciendo 284
Facies dicentis recta ſit 56
à Faciliori argumentum 228
Facilitas dicendi 449 Facilitas ſummi oratoris in dicendo 574
Factitiæ voces 382
Factum per ſe improbabile, qui tueamur 327 ipſum aliquando ſimplicem quæſtionem habet, aliquando duplicem 312 ne ſit, iudicialium cauſſarum prima quæſtio 310 prius negandum, cum reus defendendus 313 Facto ſolo controuerſo vnde petantur argumenta ibid. quale ſit plurimum intereſt 331 Facto quod non defenditur, iure nitetur 330 Factorum ac verborum in ſceleribus conſideratio 318
Facultas paranda ſuum tempus habet 69 à Facultate quomodo ducantur argumenta 223
Facundiæ alimentum 480
Fallendi ars dicta Athenæo rhetorice 93 Fallendi in hoc iudices, ne errent 101
Falſarum narrationum duplex genus 186 Falſum dicere ex bona ratione, turpe non eſt 101 Falſum palam, negare ſat eſt 314 Falſi cauſſa quomodo tractanda 271 Falſa excidere ſolent 268
Falſis non ita aſſueſcendum, vt ad vera caligemus 480
Famæ ac rumoris conſideratio 204
Famæ formam Virgilius finxit 400
Faſciæ curules 536
Fatigati iudices quomodo tractandi 515
Fatigatio ibid. Fatigatio ac ſudor inter agendum 531 ſcribendi diligentiæ obſtat 475
Fauces oratori integræ ſint 515
Fauor, Ciceroni nouum erat vocabulum 358 Fauorem conciliantia 164 167
Feceritne, quæſtio, quomodo tractetur 318
Femur ferire 525
Ferrum pro gladio, etiam in proſa 381 Ferrum veneno armare, elegans metaphora 219
Feruere, media breui an dici poſſit 34
Feſtinatio diuiſionem perdit 305 puero cauenda 10
Fictio etiam argumenta ſuppeditat 229
Fictum aperte ridiculum 288 Ficta cito euaneſcunt 268 Ficta & compoſita fidem amittunt 346 Ficta ſiue nouata verba 302 & deinde, remediis quibuſdam præmunienda 359
Fiduciam præ ſe ferat orator 534. 253
Figura quid ſit, & quot modis accipiatur 389. 390 Figura quædam obtinentur, quæ probari non poſſint 408 Figuram admittere, aliud quam figuram eſſe 382 Figuræ, & ſententiarum, & verborum, & mentis 391 Figuræ & variæ ſint, & raræ 533 Figuræ interdum neceſſario excogitandæ 416 variæ ſecundum diuerſam multorum ſententiam 411 ne

denſæ ſint 413. 427 Figurarum cum tropis conuenientia 389 modus 486 vtilitas 413 Figuris etiam in foro locum eſſe 407 Figuras multas prius ſib probatas, poſtea Cicero damnauit 425 Figuras non eſſe tot, quot affectus 321 Figuras qui ſcriptores tractauerint 425 à Figuris excludenda 410 Figuris reſpondendi modus ibid. Figuris vtendi ratio 442 Figurata oratio 406 Figuratæ controuerſiæ 407

Fingendi & mentiendi cautelæ 188 Fingendi rationes 400 Fingere aliena, & ſua 290 Fingere Græcis magis permiſſum 359 Fingere in ſcholis licet, quæ foro inepta ſint 271 Fingere in hypotheſi 229

Finitæ quæſtiones 123

Finitionis conſideratio 321 Finitio cauſſæ noſtræ conueniat 324 Finitio certa 325 Finitio cui ſtatui ſubiiciatur 322 Finitionem vt rectè conſtituamus 323 Finitio vitioſa, foro cauenda 324 Finitionis confirmatio quam applicatio difficilior 325 Finitionis euerſio ib Finitioni ſubiecta 223 à Finitione quomodo argumenta ducantur 221 in ea voluntas nominis quæritur 340

Filij ſui mortem prematuram Quintilianus deplorat 261

Firma in cauſſis ſæpius iterentur 296

Firmamentum, quod & συνέχον 157

Firmum fideliter, à primis ſtatim actionibus arripiendum 296

Fiſtula τονάριον Gracchi 52

Flauius rhetor 331

Flauius Virginius rhetor 113

Florus in eloquentia Galliarum princeps 473

Fluctuatur, fluctuat, idem 414

Fluctus concionum, allegoricôs 384

Fluctuum tempeſtates, bella ciuilia ibid.

Focalia 531

Fœcunditas in adoleſcente ſe efferat 68

Forum iudiciale ſub dio 434 Fori proprius quidam eſt profectus 554 Fori deſtinati cura ac inſtitutio 79

Forma etiam perſuadet 90 Forma perfectiſſima, ea & capaciſſima 53 Formæ puerorum lenocinium 78 Formæ fictæ 401

Formula cadere 134

Formularij ac legulei 551

Fortuita bona mores noſtros arguunt 300 Fortuita interim ad veniam faciunt, interim ad criminum probationem 221 Fortuitorum laus in quo conſiſtat 141

Fortuna in ſcriptis quoque & cogitatis locum habet 482 Fortunam fruſtra culpamus 261 ab ea vt ducantur argumenta 220

Fratres gemini, ineptum: cum dicendum ſit, gemini fratres 412

Frequentia gaudet optimus quiſque præceptor 414

Frons dicentis multis generibus peccat 56

Fructiferane an amœna pulchriora 355

Frugalitas voci confert 516

Frugi, non frugalis 35
Fugiens ne reſpexeris 293
Fulminibus comparata dicendi quædam facultas 97.573
Funebres laudationes 534
Funis, maſculinum 34
Furti quæſtio quomodo tractanda 319

G

G, veteribus Latinis in multis dictionibus vltima 41
Galbæ ioci 287
Gallio pater orator 113
Gallus poeta 409
Gallus, vox ambigua 338
Geminatio eiuſdem verbi 374.417
Genarum geſtus 523
Generale caput, ſtatum Theodorus vocat 125
Generales quæſtiones infinitæ, ſpeciales, finitæ 121
Γένεσις, coniectura 132
Genus ad probandum ſpeciem inualidum eſt 183 Genus in ſpecies diuiſum, nihil habet proprium 384 Generis dicendi conſideratio 469. 490 Genere etiam in nominibus fiunt figuræ 413 à Genere, vt ducantur argumenta 230 Genera cauſſarum tria 118
Geometria dialecticæ quam rhetoricæ ſimilior 53 Geometria oratori neceſſaria 54
Geometricæ ἀποδείξεις γραμμικαὶ 217
Germanicus Auguſtus poeta 461
Geſtus ac vultus dicentis ab oratione ne diſſideant 521 Geſtus momentum in actione ib.
Geſtus oratoris 57
Geſtuſne vitio ſolœciſmus committatur 82
Gladij cruenti in iudicium prolati metus fictus 270
Gladiatorum manus ſecundæ, tertiæ & quartæ 253
Glyco Spiridion 270
Gloriari aperte tolerabilius, quam peruerſe ſe iactare 492
Gloſſa, lingua ſecretior 10
Gloſſemata, voces minus vſitatæ 46
Γνῶμαι, quæ & ſententiæ 372
Gorgias alius à Leontino 411
Gorgias Leontinus Empedoclis diſcipulus 112 Eius viuacitas ibid. Gorgias platonicus 91 Eius de rhetorice diſertatio digeſta 93
Gracchi oratores 566 Eorum leges inuiſæ ib. mater eloquens 7
Gradatio, quæ & κλίμαξ 420
Gradus eliminat, an ſatis Latinum 358
Græca lingua vt Latinæ nihil officiat 7 Græcus ſermo Latino iucundior 569 à Græco auſpicandum 7 Græca nomina quomodo apud Latinos declinanda 31 Græci, rerum & verborum & linguarum differentium copia abundant 27 Græci nominibus fingendis felices 358 componendis item 32 Græci præceptis, Romani exemplis valent 549
Græcorum fidem Cicero eleuat 502
Græca nos mutuamur cum noſtra deſunt, & illi quoque noſtra 20
Græca in Latinum vertere, vtiliſſimum ad bene ſcribendum 478
Græcas literas Cato ſenex didicit 579
Grammatice, literatura 61

Gram-

Grammaticæ paupertas & vbertas 62 eius amor 46 diuiſio 19. Ea ante omnia imbuendus puer, ib. Grammaticæ exactor aſperrimus in filio Cicero 42 eius iucunditas, vtilitas ac neceſſitas 19 Grammaticorum partes 19. 578. 44 Grammatici iudicium 41 Grammaticorum veterum autoritas 19 Grammatice ac Latine loqui differunt 37
Grande dicendi genus vbi commodum 573
Gratis an ſemper agat orator 558
Grauia quædam per ſe videntur quædam facienda ſunt 275
Grauitas riſui commiſta 282
Gryllus Ariſtotelis 100
Gurdi qui dicantur 31

H

H, aſpirationis vſus 26
Habitus à cæteris diſſentiens, peſſimorum morum prætextus 3
Habitus in argumentum trahitur 220
Hendecaſyllaba pueris amouenda 44
Herculis perſonam aut cothurnos infantibus aptare 269
Here olim quod nunc heri 42
Hermagoras rhetor 92
Herodotus hiſtoricus 459 compoſitionis ſtudioſus 430
Heroici carminis ſublimitas 44
Heſiodus an primus fabularum autor 236 eius ſtylus 456. Idem ſeptennes pueros aptos diſcendo ſtatuit 8
Hexametri finis male orationem claudit 438
Hinnire & balare vetuſtate autoritatem meruit 32
Hippias Eleus omnes artes complexus 578
Hiſtoria ſeu hiſtoricæ 447 carmen ſolutum 452 quomodo oratori legenda ibid. Hiſtoria oratori legenda 46. 67. 70. 153 ex hiſtoriis etiam vrbanitas petitur 292. 551
Hiſtorici Græci licentioſi 70 Latini Græcis non inferiores 537 Hiſtoriei ſcriptores 459
Hiſtrionum affectus ſerij 277
Homerus eloquentiæ culmen & columen 455 Horatio dormitare interim videtur 452 eius autoritas 235 eius laudes, ac operum aliquot delibationes 455 Homeri temporibus extitiſſe rhetorices certamina 99
Homo cæteris animantibus ratione ac oratione præſtat 99 Homo, quia ab humo 37 Hominum laus vnde ducatur 140
Homonyma verba interpretanda 351
Honeſta magis iuuant 59 maxime diſcenda 29 Honeſtorum ac turpium nullum eſſe conſortium 540
Horatius poeta 44. 457
Hortenſij filia eloquens 7 Hortenſius à Cic. ſecundus 513 Hortenſius à Cicerone vrbane irriſus 292 Hortenſij pro Verre patrocinium 452
Humani ingenij natura ac vis 4[illegible]
Humerorum in actione geſtus 523. 528
Humilia & ſordida vitāda 349. 360
Hyperbaton 386. 4[illegible]

Hyperbole 387 quomodo fiat, ibid. an amplificationi adſcribenda 235.371
Hyperides orator 91.459.567 eius pro Phryne meretrice actio 478

I

I & V, literæ affinitas 20
I, litera ſibi aliquando inſidit ib. Eius ſonus 433
Ii geminatum eſt aliquando 20
I, vocalis tam longa quam breuis apud Latinos 441
Iactatio ſui, vitioſa omnis 498. & ſeq.
Iaculari de quibus dicatur 350
Iambus 435.439 Iambi aſperis conueniunt 447 Iambum verſus heroicus non recipit 27
Iambici poetæ 462
ἰδιώτης 83
Idiotis grati ioci 356
Igitur, vbi ponendum 29
Ignaui pro innaui 32
Ignorantiæ excuſatio 328
Illuſtris oratio vt fiat 356
Imagines in iudicio prolatæ 270
Imagines in memorandi arte 506
Imagines rerum aut perſonarum in cauſſa ratio 237
Imbecillitas, nonnunquam probitas vocatur 296
Imitamur libenter quibus fauemus 63
Imitationis conſideratio 467.&c. inde. pronuntiatio 533
Imitandi qui ſint 531
In imitando ſpectanda 470
Imitatio, artis eſt 122
Imitatio quæ paruulis conueniat 15
Imitatio vitioſa [illegible]
Imminutionis ratio 3[illegible]
Immunis quomodo ſcribendum [illegible]
Immutatio quid ſit 29
Imparia exempla ad exhortarionem maxime valent 236
Imperatori exercitus oratoré comparat 342
Imperiri iudicant 1[illegible]1
Impius pro parricida 382
Importuni ac clamoſi in iudiciis coercendi 296
Impoſſibile, non reformidat Quintilianus 219
Improbitas iudici inuiſa 313
Improprij vitium 350
Imprudentibus nobis elapſa, ſi ſimulamus, venuſta creduntur 282
Impudens actio, indecora 493
Impudentiæ fortiter reſiſtendum 296
Inartificiales probationes 20[illegible]
Inceſſus fractus 215
Incipiendum à primis 90
Inciſum quid dicatur 215
Incrementum in amplificatione 367
ab Incrementis argumenta 226
Index digitus 524
Indicium, quod & ſignum 21[illegible]
Indignationi interrogatio conue[illegible]nit 397
Indocti cur vulgo ingenioſiores habeantur 85
Indocti ſæpe iudicant 101
Inductio Socratica 234
Indulgentia parentum 12
Infantes à mutis nutricibus alti 44
Infantia quomodo docenda 6

Infantiæ in dicendo reprehenſio 251
Inficialis ſtatus 129
Inficiari quæ non poſſumus lenienda 169
Infinitæ quæſtiones quæ dicantur 126
Infinitum verbum pro nomine poſitum 414
Infinitiuorum mediæ ſyllabę quantitatis ratio 34
Ingenium cui deeſt, artes ne ſequatur 5 Ingenium indomitum 467 Ingenium humanum falſo accuſatur 6 Ingenium in numerato 293 Ingenij humani vis 59 Ingenio veloci ac mobili altereaturis opus eſt 295 Ingenia tenera alenda 344 Ingenia præcocia 16 Ingeniorum monumenta 140 Ingenioſum puerum in gloriam ſuam præceptor fouet 14
Ingrati actio 327
Inhumanitas quomodo refutanda 248
Iniquorum etiam ratio noſcenda 150
ab initio argumenta 226
Initiis apti pedes 470
Iniuriarum actio 330
Inopia peior in puero quam copia 68
Inopinata delectant 385
ex Inopinato ſententiæ 374
Inornatum id eſt, quod eſt improprium 356
Inſectandi ratio 251
Inſignia orationis 394
Inſinuatio 168
Inſtandi ac vrgendi vis interrogationibus qui fiat 397
Inſtitutionis perplexæ atque numeroſæ in pueris terror 344
Inſtrumentum rhetorices 110
Inſtrumenta in actione quædam bene diſſimulantur 297
Inſtrumenta naturalia 553
Inſulſitatis reprehenſio 251
Intellectu difficilia, vitanda 344
Intelligentia ad rectam lectionem neceſſaria 45
Intentio ſimplex quomodo tractanda 303 ex intentione lis 333
Intercapedo 360
Interfationis diſtinctio 182
Interiectio, quæ & parenthesis 351
Interrogandi ratio vnde optime diſcatur 211 Interrogandi ſæpe diſcipuli 74 Interrogatio qualis eſſe debeat 214 Interrogationes ſtultæ, ſtultiores reſponſionibus quibuſdam fiunt 288 Interrogantium vis 397
Interruptio ib.
Intro, intus 30
Inuentio ac diſpoſitio, prudentis hominis 345 Inuentionis calor 473 Inuentioni iudicium quidam ſubiiciunt 112
Inuerſio tropus 384
Inuitis nihil facile perſuadetur 193
Inuite accuſandum 497
Iocus quis dicatur 283 Iocorum eleuatio 288 Iocorum materia ex nomine ſæpe depromitur 220
Iocoſa quædam non ſatis vrbana 293
ἰωϑισμός 28
Iphigenia Timantis 88
Ipſe dixit 493
Iræ pudor iudici iniiciendus 423
Iracunda actio, indecora 496

Iracundię mala ac incommoda 296
Iracundiæ vitio careat altercator ibid.
Ironia iocigenus 288 Ironia, quæ & illuſio 274.385.409
ἰσχνὸν, id eſt ſubtile dicendi genus 572
ἰσχνότης 28
ἰσόκωλον 424
Iſocrates orator Gorgiæ auditor 459 actionibus ineptus 571 Iſocratis de diſcipulis iudicium, ac ſolicitudo 94 eiuſdem panegyricus decennio ſcriptus 402 eiuſdem præſtantia & viuacitas 112
Iſocraticorum nimia cura 433
Italica omnia pro Romanis habet Quintilianus 30 & ſeq.
Iubæ dictum feſtiuum 291
Iucunda vt ſit oratio 348
Iucunditas an expoſitioni neceſſaria 183
Iucunditas diſcentes allicit 111
Iucunditas præceptores decet 69
Iudex à miſeratione auertendus qua reus ſit vſurus 267 à quo appellaueris quomodo placandus, ſi ad ipſum remittaris 500 Iudex artem reformidat 191 Iudex differendus nonnunquam 200 Iudex ne omnino non poſſit intelligere curandum eſt 352 Iudex ne prorſus lædatur 165 Iudex quomodo conciliandus 154
Iudex attentus ac docilis faciendus 214 Iudicis animus explorandus 572 Iudicis auocandi ratio 297 Iudicis memoriæ firmiſſima quæque inculcanda 134 Iudicis optio aduerſario non permittenda 205 Iudicis præparandi partes 170 Iudicis vultus a... ri diligenter inſpiciendus 4.. Iudici nota, ſint ne narranda 17. Iudici opinio domo allata, excutienda 165. & ſeq. Iudici veri..a e auferre oratori licet 543 Iudicem qualem eſſe volumus, tal.. ſi.. ſi ſimus 276 Iudices alij aliud genus dicendi in patronis exigunt 495 Iudices docendi quid rogantibus reſpondeant 188 Iudices interdum indocti 568 Iudices quidam rerum ſuarum 165 Iudicum animos quæ maxime alienent ib.
Iudicatio, ſeu κρινόμενον 157
Iudicatorum confutatio 232
Iudicium à conſilio quid diſtet 298 an inuentioni ſubiiciendum 299 quomodo nobis auferatur 451
Iudicium virorum doctorum eſt pro ratione 34 Iudicia publica & priuata 155 Iudiciis aliorũ componendæ nobis orationes 259
Iudicialis generis partes quinque 153 Iudicialium controuerſiarum genera 155
Iugerum 54
Iulius Africanus orator 464
Iulius ſecundus Florus, eloquentiæ Galliarum princeps, Quintiliani æqualis 465
Iunctura compoſitionis 432
Iunius Baſſus contumelioſus 282 eius dicterium 286
Iurare graui viro non licet 410
Iuriſconſulti verborum proprietatis ſtudioſiſſimi 259
Iuriſiurandi conſideratio 205
Ius obſcurum & ambiguum diffe-runt 341 Ius triplex, ſacrum, publicum, priuatum 71 Iuris ac facti quæ-

ſti queſtiones eodem ordine tractantur 321 Iuris diuiſio 545 Iuris ciuilis ſcientia oratori neceſſaria 550 & facilis 551 Iuris obſcuritas quæſtiones patit 334 Iuris quæſtiones in quibus conſiſtant 547
Iuridicialis ſtatus 129
Iuſtitiæ coniuncta eſt rhetorice 94
Iuſtum late patet 72 natura continetur, aut conſtitutione 327
Iuuenalis poeta 463
Iuuenis foro deſtinatus, oratori alicui adhæreat 479 Iuuenum dictio qualis eſſe debeat 494

K

K literæ ratio 20. Kappa in numero tantum manet 20.41
Καιρὸς 129
Κακοτεχνία quibuſdam dicta rhetorice 106 aliis ματαιοτεχνία ib.
Κακόζηλον 362
Κακοσύνθετον ibid.
Καταπλήξις, quæ & minæ 411
Καταχώση 69
Κῶλον 128
Καταχρήσις, quæ & abuſio 382
Κατάπλασμάτιον 55
Καθολικὸ 88.373
Κλίμαξ, quæ & gradatio 410
Κοινισμὸς 362
Κῶλα 431
Κόμματα ibid.
Κεινόμενον 157
Κρίσις, id eſt iudicia & iudicationes cauſſis etiam vtilia 239

L

L litera ſuccedit ρ literæ 55 Laborem continuum nulla res feret 17
Labrorum dicentis geſtus 56
Lachrymæ, mentis indices 512
Lachrymarum affectus vehementiſſimus 293
Lælij, oratores 562
Λαμβδακισμὸς 28
Lapidare, de quibus rebus dicatur 350
Latrare quoſdam, non agere 113
Latro declamator 91
Lati claui ius 530
Latina eloquentia, Græcæ diſcipula 568 Latina in Græcum vertenda, & contra ibid. Latina ſtatim Græca ſubſequi debent 7 Latinus ſermo Æolicæ rationi ſimilimus 37 Latinus ſermo Græco inferior 7 Latinus ſermo pluribus in vſu eſt ibid. Latine loqui, aliud quam grammatice loqui 37 Latini aduerſus ſe iniqui iudices in nominum fictionibus 357 Latini dicendi præceptores quando primum cœperint 72 Latini veteres plus ingenio quam arte valuerunt 45 Latinorum inopiæ quomodo medendum 569
Latus clauus 530
Latonæ progenies 140
Laudari iuuenes appetunt 244
Laudatiuum genus, quod & demonſtratiuum 119
Laureati poſtes 382
Laus diſcipulorum quatenus admittatur 64 Laus eadem non vbique decet 134 Laus & vituperatio ad iudiciorum momentum pertinent 140
Laus & vituperatio quomodo puero tractandæ 70 Laus ſtimulos addit 485 Laudis amor cupiditatem literarum acuit 539 cupiditas in ora-

in orationibus 243 ne ab vtilitate cauſſæ patronum abducat 560 Laudis proprium 339 Laudem homini quæ parent ibid.
Lectio pueri ab Homero ac Virgilio incipere debet 44 pueri qualis eſſe debeat 45 eius vſus & ratio 451 Lectione oratorum nihil minus laborioſum 551
Lædi in iudiciis qui non debeant 164
Legale genus νομικὸν 121
Legales quæſtiones 135 earum Legum ſpecies plures 136
Legationis male geſtæ iudicium 331
Lex ad exules nulla pertinet 310
Legis obſcuritas 334 poteſtas 336
Legis verba diligenter perpendenda 334 Leges contrariæ, quæ & ἀμφιβολία 136. 335 Leges duplices 336 pares ib. Legum laus & vituperatio 71
Lenas rhetor 113
Lenas Popilius 536
Lentiora plus affectus habent 487
Leonides Alexandri pædagogus 7
Lepus epicœnum 35 eius etymon 37
Λέξις quid ſit 391
Libellis indoctorum non eſſe vtendum 558
Liber & Ceres pro vino & pane licenter 381
Liberalis facies pro pulchra 283
Libertas in aliis, in aliis licentia 150
Libertinus quis dicatur 224
Licinus Archias poeta 486
Lingua ſecretior, gloſſa 10
Linguæ vitia 27
Lis de quo ſit 326
Literæ quædam aliter enuntiantur quam ſcribantur 42 Literæ vna cum aduerſorum ſolatium 262 Literarum ratio & poteſtas 19 affinitas, & inuicem mutatio 20. 36 earum inuentio Mineruæ tribuitur 140 earum pura voluptas, quando 104 earum traditio qualis eſſe debeat 8. earum vſus quis ſit 43 an memoriæ obſtet 104
Litigantium perſonæ quomodo ponendæ 191
Litigatoris perſona quomodo tractanda 180 Litigatori nō ſemper mos gerendus 409 Litigatores honeſtam rationem, atque adeo neceſſitatem prætexant 164
Litigatores pro ſe olim ipſi agere cogebantur 94
Littus quod dicatur 259
Liuius cum Herodoto componendus 462
Liuius & Salluſtius pares magis quam ſimiles ibid.
Liuij epiſtola 454
Liuij vbertas lactea 453
Loca in arte memorandi qualia eſſe debeant 490
Localis memoria 491
Locus ſecretis ſtudiis aptus 474
Loci intellectus 128 à Loco argumenta quomodo ducantur 119 Loci communes à Q. Hortenſio, & à Cicerone compoſiti 62 à quo primum tractati 112 communes teſtium & argumentorum 71 communes tractandi ei qui copiam affectet 77 communes virtutum & vitiorum 70 coniecturales, an voluerit, potuerit, fecerit 315 Locorum communiū

vſus

vſus quatenus parandus 70 Locorum deſcriptio 402 Laus 102
Locos argumentorum quos vocet Quintilianus 219
Locuples à locorum copia 223
Locutio antiqua immutata 490
Lodices maſcul. exoletum 38
Λογικὸς ſtatus 121
Λωποδύται 112
Λόγοι μυθικοὶ 236
Longa ſyllaba quæ ſit 435 ea optime clauditur oratio 441 geminis vocalib. ſcribebatur 41 Longarum ſyllabarum vſus vbi conueniat 438. 445 Longis ſyllabis longiores, & breuibus breuiores 439 Longorum verborum contextus vitioſus 434
Loquaces ac clamoſi & obſtreperi in iudiciis retundendi 296
Loquendi ratio ac vices 47. 28
Loquentibus ſua eſt obſeruatio 393
Lucanus poeta 461
Lucilius ſatyricus ibid.
Lucilij præceptum de diphthongo ai & æ 41
L. Cotta antiquitatis affectator 513
L. Craſſus orator 441 eius temporibus cœpere Latini dicendi præceptores 72
L. Galbæ ioci 282
Lucretius 460
Lucus, quia non luceat 37
Ludus, quia procul à luſu 37. 285
Ludi Floralia 30
Lupercalia, vnde compoſitum 32
Lupus fœmina 35
Luſu docendi pueri 9
Luxuriatur, luxuriat, idem 414
Lyciæ rhetores cantores 520
Lycurgus legiſlator 63 orator 567
Lyricorum Græcorum licentia 44
Lyricorum nouem Pindarus princeps 457
Lyſias orator 430 compoſitionis ſtudioſus ib. optime hominibus orationes accommodabat 151 rhetoricam obſeruationem eſſe dicebat, non artem 99 eius oratio pro Socrate reo 491
Lyſippus ſtatuarius 565

M

M, mugiens litera 434 ea nullum Græcum verbum finitur ib.
M, literæ ablutio ſeu obſcuratio ibid.
Macer poeta 456 eius tetraſtichon carmen 291
Μακρολογία 361
Magiſter aridus pueris maxime vitandus 66. 68
Magiſtri vox ambigua 287
à Maiore argumentum 20
Mala diſcenda, vt vitentur 545
Malæ tractationis actiones 329
Malefici ſcripti actio 331
Malus idem & ſtultus 539
Manilia lex 72
Manus oratoris ruſticæ ne ſint 56
Manuum geſtus 468
Mappa, pœnum vocabulum 31
Marci cognomen è Manliorum familia exemptum 142
M. Callidius orator 569
M. Antonius orator neminem vidit eloquentem 345
M. Aquilij defenſio 91
M. Cato Cenſorius de rhetorica ſcripſit primus apud Rom. 113
M. Cato & iuris dicendi peritiſſimus fuit 551

Margines librorum 476
Mars pro bello 140
Martis poteſtas Neptuno tribuitur ibid.
Maſtuca 24
Μαζονομία 106
Materia rhetorices quæ 107
Materiæ pueris dictandæ 68.77
Materiæ decorum ſeruandum 470
Medea Ouidij 462
Media quædam verba ſunt in tranſlationibus 382 Media via dicendi tenenda, quantum opus eſt, & quantum ſatis 181 Mediæ in verſibus dictiones quid artis poſtulent 437 Mediæ ſyllabæ apud Latinos accentus 26
Medicinæ inuentio 99 Apollini tribuitur 140
Medidies an meridies 37
Medium dicendi genus vbi requiratur 572
Medium ſerium, quod apophthegmaticum 293
Meditantium ac ſcribentium geſtus 474
Meditantibus commoda ibid.
Meditatæ actiones inuiſæ 509
Meditatio etiam ex tempore dicentibus neceſſaria 486
Meditatis diligenter, omnia tempora parata ſunt 495
Μεγαλοπρέπεια, magnificentia 183
Mehe olim pro me 27
Μείωσις 361
Melanthius pictor 565
Melius quam poſſis ne dicere velis 470
Membranarum in ſcribendo vſus 275
Membrum quid dicatur in oratione 444 Membrorum inciſorumque obſeruatio 12
Memoriæ conſideratio 506 Memoria ingenij ſignum 510 Memoria oratori maxime neceſſaria 503 eius vires 479 virtus duplex 15
Menalcas Virgilium in Eclogis aliquando ſignificat 384
Menander poeta comicus 458 inſtiora poſterorum quam ſuæ ætatis iudicia inuenit 141
Mendax memor ſit 512
Mendacium dicere ſapienti aliquando permiſſum 101
Mendacium mendacio eluditur 289
Mendacia refellenda 295
Menelai ſermo 573
Menenij Agrippæ fabula 236
Mens luxurioſo cultu detegitur 346
Mentis humanæ ſublimitas 499
Mentis vis delectos facit 492
Menti in actione geſtus 521
Mercurij inuentum literæ 140
Meretricis amor 329
Meritorum genera 329
Meſſala orator 566 eius in dicendo dignitas ibid. lib. i 42 procemia 164
Mercedem oratori permittitur accipere 557
Μετάθεσις 416
Μεταβολή 418
Μετάληψις 131.383 411
Metaleptica in ridiculorum ordine 285
Metaphoræ conſideratio 379
Metaphora continua allegoriam facit 403
Μεταπλασμός 45
Μετάστασις 132

Metho-

Methodice 46
Μετωνυμία 380
Μέτρον, id eſt dimenſio 434
Metri conditio ac neceſſitas quædam variat 27
Metrici pedes in oratione 358
Metrodorus in ſignis Zodiaci memorandi locos conſtituebat 506
Metus duplex 275 Metus in peroratione ponendus 266 Metus iudici amouendus 166 adhibendus ibid.
Μῆνις, vnde dictum 26
Miles Marianus C. Luſium tribunum interfecit 158. Militum dictio qualis eſſe debeat 493 & ſeq. Milites inſectandi ratio 504
Milonianæ orationis exordium excuſſum 446
Μίμησις 405
Mimorum ridicula 281
Minæ quæ & κατάπληξις 411
Minerua Athenarum præſtantiſſima 565
Minora minores facilius diſcunt 8
à Minore argumentum 150
Miſceat o duplex 535
Miſeratio rectum etiam iudicem inclinat 165.255 Miſeratio nonnunquam mouenda 146 diſcutienda 269.270 Miſeratione longa ſit 268 Miſerationem accuſator frequenter concitat 266
Miſerationem moturis quid agendum 277
Miſericordiæ laus in iudice 329 Eius numen 318
Mithridatis memoria 510
Moderandi rationes 513
Modus in actione tenendus 554
Modus in omnibus maxime regnat 87 à Modo quomodo argumenta ducantur 223 Modi verborum, qui & ſtatus, & qualitates 28
Modorum muſicorum vis 430
Molliendi formulæ 183
Mollis actio 529
Molon Apollonius Ciceronis præceptor 555
Moloſſus pes 551. clauſulæ conuenit 441
Monoſyllaborum multorum & polyſyllaborum continuitas vitioſa 434
Μονοειδὴς tonus 518
Monotonia vitanda ibid.
Mores iudicis noſcendi 165
Mores qui dicantur, indeque Moralis philoſophia 273
Morum alienorum imitatio 405
Morum diſciplina quibus debeatur 2. Morum diſciplina oratori pernoſcenda 546 Morum prior vbique ratio 6 Moribus apta ætas, ad literas etiam pertinet 7
Moroſitas odioſa 469
Motus excitandi ratio 532
Motus obſeruatio 526
Mouendi affectus ratio 532
Mucro gladius 380.451
Mugitus, ſibilus, murmur, factitiæ voces 382
Mulieres eloquentes 14
Munditię circa proprietatem ſignificationemque 366
Munerarium Auguſtus primus dixit 358
Muſæ Plautino ſermone locuturæ 462 à Muſis ac Gratiis indoctos abeſſe 51 Muſicæ, & eius laudes 49 Muſice grammaticis neceſſaria 19

Muſicorum ſonorum diuerſitas 573
Muræ res quomodo moueant 268
Μυκτηρισμός 386
Myron ſtatuarius 565 eius diſcobolos 88

N.

N, græcum iucundum & in fine quaſi tinniens 568
Nam quis, pro quiſnam 415
Nænia, carmen funebre 350
Narrationis conſideratio 154
Narratio priuatæ deliberationi nō eſt neceſſaria 145 Narratio ſinuoſa 68 Narrationis numeri 445 Narrationis compoſitio 446 pronuntiatio, ibid. & 533 Narrationum confirmatio & deſtructio 69 Narrationum ſpecies duę 177 Tres 66
Narium decorum ac indecorū 523
à Natione vt ducantur argumenta 219. 220 Nationes totæ non inceſſandæ 283 Nationes exteras quomodo eleues 502
Nati recens fletibus excipiuntur, defuncti cum lætitia efferuntur apud quoſdam 238
Natiua verba 359
Natura dux ſequenda 3.79
Natura pueri conſideranda 79
Natura ſi deſit, præceptis atque arte nihil agas 3 Naturæ maximum vbique momentum 423
Naturale maxime quid dicatur 429 Naturalia inſtrumenta 553
Naturalis eloquentia 570
Naucrates Iſocratis diſcipulus 125
Ne, non, quomodo vſurpentur 30
Neceſſarios lite prouocantium dictio qualis eſſe debeat 498
Neceſſitas quæ dicatur 147
Neceſſitas, virtutis laude honorata in poetis 46 Neceſſitatis excuſatio 328 Neceſſitatibus fere repugnamus 16
Neganda quæ ſint 246 Negandi duplex fōrma ibid. Negare, firtiſſima ſe tuendi ratio 136
Negligentes aduocati 558
Negligentiæ an locus eſſe in cauſſis poſsit 247 Eius confeſ i › 404
Negotij definitio 123.139 Negotiorum geſtorum iudicium 331
Neſcienda aliqua 46
Neſtoris dictio 573
Nicander poeta 456
Nigidius de geſtu 531
Nimium, vbiq; vitium eſt 502
Nitor quidam circa reprehenſionē in cultu victuque 376
Niues capitis, dura translatio 380
Nocentes defendere Oratori permiſſum 468
Noctis commoda 475
Νόημα quid ſignificet 373
Nomen & vocabulum differunt 22
Nomen ſolus homo liber habet 324
Νομικὸν & λογικὸν genus 121
Nominis fictio 382 à Nomine quo modo ducantur argumenta 299 Nomina fœminina maribus cōuenientia 30 Nomina. iocorum materiam præuenientia 286 Nominum origines inquirendæ 26 Nominum compoſitiones 31 in Nominibus per genus fiunt figuræ 413
Noſſe ſe quiſque debet 535
Noſtra omnia dum naſcuntur, placent 472
Notæ & ſigna in arte memoriæ 506

Νόθος quis dicatur Græcis 138
Noua verba 32
Nouitas in eloquendo, grata 397
Nouitij difficile ſermonem Latinū diſcunt 58
Numerare digitis 526 Numerorum oratoriorum conſideratio 434
Numerus in fine dominatur & principio 437. Numeri intellectus 129 ex Numero ducta quæſtio ex iure pendet 332 plurali ad vnum an recte vtamur. 28
Numeri duplices 52
Numeri in ſermone etiam ac epiſtolis 431 Latinorum duo 29 Numeri in oratione ſoluta diſſimulandi 431 Numerorum ac modorum vis 430 Numerorum libertas 381 Numeris ratio compoſitionis cedit 434
Numeroſus ſermo qui fiat 386
Nuncupare vetuſtum verbum 358
Nutatio frequens vitioſa 451
Nutrices mutæ mutos etiam infantes reddunt 451
Nutrices quales eſſe debeant 6.7
Nutricibus triennium dat Chryſippus 8 & carmen aſſignat 10
Nutus pro voce ſæpe eſt 521

O.

O, litera apud Græcos interim longa, ac breuis 42
Obiectum quomodo quicque fit in refutatione conſiderandum 246
Obiecta aduerſario crimini cuius reus ſit, conueniant 37
Obiurgatio, verborum loco 17
Obliquæ allocutiones 401
Obliquorum à rectis deflexio 36
Obſcœnitas & à verbis & à rebus abſit oratori 267.349
Obſcuri, ac præciſi 469
Obſcuritas vitanda 258 eius modi ac ſpecies 351
Obſcurum aut corruptum in eloquentia ne ſit 30
Obſcurum ius & ambiguum ac manifeſtum 340
Obſecratio iudicum 269
Obſequium à Terentio primum dictum 359
Obſeruantia, idem quod obſeruatio 189
Obſeruatio, artis initium 114
Obticentia 404
Obtineo, quomodo ſcribēdum 40
Obtinere quæ non poſſis, ijs diu ne inſiſtas 296
Obuios interdum non videmus, cogitatione occupati 475
Occaſio 86.129
Oculorum geſtus 55. 56. ſenſus 508 efficacia 520
Occupando quæ aduerſarius aut dicturus aut facturus ſit 252.267
Occupatio aduerſariorum 246.101. 166
Odij ratio 241.251
Oeconomia quid dicatur 44
Offenſa cauenda 250.408
Οἶμος via 163
ὁμοιόπτωτον 424
ὁμοιοτέλευτον ibid.
ὁμοιολογία 364
ὁμωνυμία 338
ὀνοματοποιΐα, nominis fictio 382 nobis conceſſa non eſt 32
Opes ibi, vbi amici 167
Opus rhetorices 90
Oppido, vetuſtum verbum 357

Opi-

Opiniones diuerſas tueri oratori permiſſum 552
Optima præcipienda 7
Optimi ſemper legendi, atq; etiam ex integro lecti, relegendi 451
Optimos ſubſequendi dignitas 579
Optimum quid ſit 502
Optumus maxumus olim per v, ſcribebatur 42
Orandi origo 114
Oratio euidens, morata cum dignitate 183 ab homine diſſidens, vitioſa 147 naturalis quæ 429 Oratio non ſemper augenda, ſed aliquando ſubmittenda 357 Oratio omnis quibus conſtet 120 Oratio temporibus, locis, perſonis accommodanda 299 Orationis contextus qualis eſſe debeat 351 diſpoſitio ac ordo 242 genera duo 105 lumina 382 motus, in quibus 397 partes tres ſecundum Ariſtot. 100 partium ſingularum pronuntiatio 445 vitia 360 Orationum alia vincta, alia ſoluta 421. 431
Orator ad omnes caſus paratus eſſe debet, vt dicat 484. 563 Orator an naſcatur 513 Orator Cicer. ad Brut. & Partit oratoriæ certiorem Cic. ſententiam continent 116 425 Orator futurus fortem ac virilem eloquentiam lectetur 243 ne publicum formidet 14 Orator in nullius ſectæ leges iurat 549 Orator nemo perfectus 420. 468 Orator non ſcientia ſola cõſtat 576 Orator perfectus Quintiliano inſtituitur 3 Orator qualis eſſe debeat 2. 3. Oratoris cultus 530 Oratoris dicturi habitus 525. & ſeq. Oratoris geſtus 56 Oratoris inſtrumenta 554 Oratoris labor potentiſſimus 275 modeſtia 562 officium 116 200 opes quæ ſint 450 peritia quanta eſſe debeat 108 Oratori cogitanda 532 etiam moralia neceſſaria 3. interdum falſa dicere permiſſum 543 permiſſum etiam verba fingere 358 Oratores decem vna ætate Athenis 459 Oratores Græci recenſentur ibi. Oratores Latini vel cum Græcis conferendi 540 Oratores Quintiliani æquales 566 Oratorum cum poetis collatio 453 Oratorum facta & actiones non ex ſeipſis, ſed ex conſiliis eorum æſtimanda 541
Oratorem commendantia 495
Oratoriæ artis finis 345 Oratoriæ vtilitas 579. 580 ad Oratoriam exhortatio 462
Ordo finem aut affert, aut detrahit 319
Ordinis alicuius inſectandi ratio 501
Ordinis in oratione neceſsitas 433
Organorum ſoni 430
Originis antiquitas laudem addit 300
Ornate dicere, eloquentiſsimi proprium 345
Ornatum, & eius gradus 362
Ornatus conſideratio 359. 490
ὀρθοέπεια quid ſit 27. 36
Orthographiæ ratio 40
Os oratoris 515. 519 Oris inanitas 55 Oris puerilis formatio 10
Oris vitia 27
Ore magis quam labris loquendum 523

Oſci-

Oſcitatione noſtra ne iudex ſoluatur, cauendum 514
Ouidius poeta 461 Medea eiuſdem 37 Liber in malos poetas 299
οὐσία, quæ & eſſentia 128
οὐσίας περὶ καὶ συμβεβηκότων ſtatus 133

P.

P an B, in compoſitis ſcribendum 40
Pacificator habitus 528
Pacuuius poeta 462
Pædagogi quales requiruntur 7
Pæonpes 435 442
παιδομαθεῖς qui dicantur 58
Palæſtri is vacandum 56
Palæſtrita qui eſſe nolit, ne ſit tamen ἀπάλαιστρος 436
Palemedes rhetor 112
Palimbacchius 131
Palpebrarum geſtus 522
Pamphilus pictor 565
Pamphilus rhetor 130
Pancratiaſtes quomodo inſtituendus 80
Panegyrici in quo genere ponantur 119
Pantomimi Auguſti 287
Panyaſis poeta 456
à Pari argumentum 256
παραβολή, quæ & collatio 234 237
Parabolæ vſus 237 & lex 364
παράδειγμα 237
Παραδιήγησις 411
Παραγγελμένα 382
Παράδοξον cauſæ genus 168
Παράδοξον, inopinatum 399
Παραινετικὴ στάσις 131
Παράφρασις 478
Paraphraſi quomodo ludendum ib.
Παρασιώπησις 426
Παρεκύξησις 411
Παρέκβασις, quæ & egreſſio 194
Parentheſis, ſeu interiectio 351
Παῤῥησία 426
Πάρισον 423
Παροιμία 236.385
Παρομολογία 426
Παρῳδή 401
Παρονομασία 420.424
Partium orationis numerus 21
Partibus laborantes, vniuerſitate pugnemus 315
Participium nonnunquam pro verbo ponitur 414
Participialia verba 23
Partitionis conſideratio 154.181
Parua magnificis nominibus non efferenda 358
Paruulorum ingenia vt tractanda 15 eorum memoria 9. indicia 213
Paſſienus orator 271
Paſtor populi 380
Παθητικαὶ probationes 242
Πάθος quid 273
Patiendi modo dicimus quædam quæ facimus 413
Patientia iracundiæ præſtat 294
Patrare bellum 360
à Patria vt ducantur argumenta 219
Patrum aduerſus liberos autoritas 242
Patrocles rhetor 92
Patronus aduerſæ partis qualiter tractandus 165 Patronus affectus quomodo mouebit 266
Patronus incredulus in diſcendo, optimus 559 Is iudicis perſonam in diſcenda cauſſa ſumere debet ib. Patronus qualis eſſe credi debet 193

Patroni acuti officium 282 primum 315 proximum 317 Patroni petulantiam litigator luit 484 Patroni ambitioſi 193 Patroni cauſſas ſibi agendas diligenter à litigatoribus diſcant 558 Patronorum non eſſe iurare, ſed teſtium 411 Patronorum imperitorum redargutio 308
Pectus diſertos facit 485
Pectoris latitudo 531
Pecunioſus à pecorum copia 27
Pedeſtris oratio 304
Pedo poeta 461
Pes, temporum legem ſeruat 57
Pedum ratio in oratione 435. 447
Pedes in oratione ſoluta difficiliores 436 Pedes inſcite ne proferat orator 56
Pedum geſtus, & eorum vitia 528 Pedum ictus in numerorum interuallis notandis 357 Pedum in metris obſeruatio ibid. Pedum proprietates notiſſimæ eſſe debent 45
Pentametri medio latens tempus 441
πενθημιμερὲς 438
Pepigi, quam habeat primam poſitionem 35
Percontari & interrogare indifferenter vtimur 397
Peregrina verba 30
Pericles Anaxagoræ auditor, 548 aſtronomiæ peritus 54 orator 567 nihil ſcriptum reliquit 571 eius votum 562 prior nemo ſcripſit quod ornatum oratorium habeat 112
Periclitantis dictio qualis 496
Periclitantem commendantia 267
περιεργία [illegible]
περίοδος 431 eius plura nomina 4[illegible] eius loci ibid
περίφρασις 38
περισσολογία 426
περίστασις, quæ & circunſtantia 125. 230
Permiſſio 410
Perorationis conſideratio 188. 264 & ſeq.
Perpetua actio & conciſa actio 295
Perſius ſatyricus 25. 445. 474
Perſonæ conſideratio 119 Perſona nonnunquam argumenta ſuppeditat 210. 348 Perſonæ momentum in ſcenicis actoribus 266 Perſonarum coniunctarum inter ſe actiones 274 Perſonarū commixtio ac confuſio 415 decorum 493 magnatum in cauſſis obſtacula 405 Perſonis litigatorum quæ adiunguntur 167 Perſonas miſerabiles inducentes, earum etiam affectus aſſumamus 277
Perſpicuitatis conſideratio 349
Perſpicuitas, eloquentiæ prima virtus 66 Perſpicuitas, ſumma orationis virtus 37 Perſpicuitati euidentia ſubiicitur 183
Perſuadendi vis quo conſtet 532
Perſuaſio aliis etiam rebus quam oratione fit 91
Peſtilentiæ origo 312
Petitoris arbitrio non dicendū 302
Petoritum, gallicū vocabulum 46
Φαντασία 276
Phidias ſtatuarius 565
Philemon, poeta comicus 459
Philætas poeta elegiacus 457
Philippicæ Demoſthenis 459
Philiſtus hiſtoricus ibid.

Philo-

Philoſophia oratori neceſſaria 4.19 eius patres tres 546 ea ſimulari poteſt, eloquentia non poteſt 552 Philoſophi cur nobis conſulendi 4
Philoſophi Græci inſignes 459 Latini 465 Philoſophi quatenus legendi 454 Philoſophorum arrogantia ac vitia 398 Philoſophorum quæ ſecta oratori maxime conducat 547 Philoſophos velut repetundarum agit Quintil. 2
Phœnix Homericus 66
Phonaſcorum vox 514
Φράσις, quæ & elocutio 348
Phyſica etiam oratoris eſt 40
Pictores clari 565
Pictoria ars 104
Pictorum artificium 375
Picturæ vis 520
Pignora quæ dicantur 269
Pilatij ſcenici 485
Pindarus lyricus 457
Piratica an dicatur 356
Piſander poeta 456
πίνς quid ſignificet 218
Placendi cupido vim dicendi extemporalem auget 485
Placidus, acidus 286
Plagoſos præceptores taxat 17
Plancus Philoſophus 465
πλατειασμὸς 28
Plato 458. 50.59
Platonis peregrinatio 59
Platonicæ interrogationes 210
Plaudite, Comicorum ac tragœdorum 271
Plautus, quantus 462
Plenum vini, vino 413
πλεονασμὸς 361.419
Plinius orator 113
πλοκὴ 418
Plotius inſignis orator 72
Ploxenum 25
Plura eodem tempore ſimul diſci an poſſint 57
Plura quomodo ſimul aggrediamur 246
Poema quomodo inuentum 442
Pœnæ iudicium 326
Pœnitentiæ color 500
Pœniturus, pœnitentiã acturus 414
Poëſis vnde faſtigium ſuum acceperit 579
Poeta, Homerus intelligitur 373
Poetæ ad voluptatem omnia referunt 379. 380. Poetæ canunt 42. Poetæ in oratione non imitandi, nec oratores in carmine 469. & ſeq. Poetæ recenſentur 456 Poetæ oratoribus legendi 436 Poetarum autoritas 44 Poetarum etiam figmẽta oratori noſcenda 568 Poetarum ſtudium 45 Poetas metri neceſsitas excuſat 34. 359 Poetas primos puer legere aſſueſcat 34. 44 Poetica exempla etiam proſunt 236
Poetica themata quatenus tractanda 82
ποιητικὴ ars pictura 104
ποιότης & ποσότης 328
Pollice auerſo demonſtrare 518
Pollio & Meſſalla Ciceronis temporibus agere cœperunt 579
Pollio Patauinitatem in Liuio deprehendit 30
Polycletus ſtatuarius 565
πολύπτωτον 418
πολυσύνδετον 420
Pomponius Secundus tragicus 462
Pontifi-

Pontificum commentarij 351
Portius Latro declamator 451
Portus pro pace 384
Poſſibile, quod & δυνατον 147
Poſſidonius grammaticus 130
Poſitio in pedum quantitate 441
Potueritne quis peccaſſe, quomodo tractetur 319
πρακτικὴ ars 104
Præcepta artis dicendi cum probitate & religione non pugnãt 543
Præcepta artis non tanquam myſteria traduntur 87
Præceptor familiariter amicus ſit 13 & iucundus 62
Præceptoris mores & officia 7. 12. vox, ſolis inſtar 13 vultus attendendus 63 Præceptore optimo potioius vtendum ibid.
Præcipiendi ratio 344
Præciſio 405
Prædictio 399
Præexcuſatio in periculoſe fictis 359
Præiudiciorum conſideratio 202
Præiudicium de cauſa ſua aduocatus afferens, iudici ingratus 493
Prælectio autorum 73
Præmiorum conſideratio 329
Præmiolis prouocandi pueri 89
Præmunitio 399
Prænomina liberorum ſunt 324
Præparatio 182
Præpoſitiones in compoſitione quẽ ſonum ſeruent 40
Præpoſitionum immutatio 423
Præpoſtera narratio 188
Præſcriptionis contentio 333
Præſumptio, quæ & πρόληψις 399
Præuaricationum crimina 305
πράγματα, id eſt res 119
πραγματικὸς ſtatus 139
πραγματικοὶ, iuris interpretes [illegible]
à Prauis quomodo ducantur argumenta 2[illegible]
πρᾶξις 12[illegible]
Praxiteles ſtatuarius 1[illegible]
Priapeia videntur Virgilio attribui 312
Primum fere occurrit, quod [illegible]timũ dicendum 154
Principum dictio qualis 49 [illegible]94
Principium facile ſit 544
Principium orationis numerus 456
Priuata iudicia [illegible]
Priuatarum cauſarum affectus 249
Priuatum conſilium purus ſ[illegible]mo decet 357
Probabilia verba 348
Probabilis oratio 359 & ſeq.
Probandum quod propoſueris 230
Probationum conſideratio 202 & deinde per totum
Pronuntiatio 531
Probationis ac refutationis in agẽdo ordo 253
Probationes παθητικαὶ 234
Probationes quæ optimæ 182
Procurationis malegeſtæ iudicium 331
Prodicus Ceius rhetor 112
Proditionis cauſſa quomodo tractanda 319
Productio ac correptio ſyllabę ambiguitatis cauſſa 339
προέκθεσις quid ſit 411
προσπαθήσειν τῇ ὑπερβολῇ 359
Progenies genetiuo ſingulari caret 36
πρόληψις, quæ & præſumptio 416 169
Proles ducenda, tragicum 357
Promiſſa in actione, præſtanda 295

Pronun-

Pronuntiationis conſideratio 512 & deinde vſque ad finem 9. Pronũtiandi ratio in dicendo potiſsima 452 Pronuntiatio & actio, idem 116 eius neceſsitas ibid. Pronuntiatio varietati verborum accommodanda 535 Pronuntiatio, verborum vim variat 533 Pronuntiationis geſtus 521 Pronuntiationis puerilis formandæ ratio 12
Procemij conſideratio 163
Procemij ac epilogi diſcrimen 167 Procemij & narrationis, qui ſit vſus 201 Procemij pronuntiatio 446 Procemio ac epilogo maxime mouendi affectus 270
Propertius poeta 461
Proponendus non vnus, ſed plures, quos imiteris 547
Propoſita quæ & themata 302
Propoſitio & narratio ſe habent vt genus & ſpecies 154 Propoſitio vbi ponenda, ibid. Propoſitionis conſideratio 195 & deinde eius pronuntiatio 533 Propoſitione aduerſarij aliquando vtendum 307
Propria verba dignitatem ex antiquitate accipiunt 357 Propria verba quæ ſint 32
Proprietas quomodo perpendenda 349. 350 rerum non aduerſanda, ſed affectanda potius ibid. 570 Proprietatis ſpecies 568 Proprietatis verborum ſtudioſiſsimi iuriſconſulti 259 Proprietates rerum Ariſtoteles ſecundo rhetoricorum tractat 219
Proprium quid dicatur 224 Propriorum ac differentium vſus in approbanda refellendaq; finitione 324 Propriis confirmatur definitio, differentibus ſoluitur 224
Proſa quæuis in verſiculorum genera redigi poteſt 435
Proſapia, exoletum verbum 38
προσαπόδοσις 426
Proſcripturio 382
προσηγορία vocabulumne an appellatio vocetur 22
προσῳδίαι id eſt accentus 27
προσομιλητικὴ 119
προσωνομασία 422
Proſopopœiæ 400. & ſeq.
Proſtratio miſerationẽ excitat 279
Protagoras Abderites rhetor 112
Protogenes pictor 106
πρωτεπιληκτὴ στάσις 131
Prouidentia an regatur mũdus 218
Proximum eſſe, aliud eſt quam ſecundum eſſe 456
Prudentia quæ vocetur 105
ψευδογραφίαι 53
Publicæ capitaleſque cauſſæ accuratius dicendi genus requirunt 360
P. Varro poeta 26
Pudor ad dicendum ſtimulos addit 486 animum refringit 7.8
Puer quando Rhetori tradendus 61 Pueri adoleſcentibus committi ne ſedeant 63 Pueri cędendi non ſunt 17 Pueri condiſcipuli oratoris futuri, quales eſſe debeant 6. Pueri laborum tolerantiſsimi 61 Puerorum docilitas 170 Pueris in exemplũ propoſita otioſa ne ſint 10 Pueris quæ legenda 44
Pugnantia in actione aduerſarij arguere, artificis eſt 250
Pullata turba 295

Punitus es inimicos, pro puniſti 413
Puppis pro naui in proſa non dicitur 381
Puſio 357
Pyrrichius, pariambus 439
Pyrrhon philoſophus 548
Pythagoras 493
Pythagoreorum in excitando à ſomno & ad ſomnum concedendo ritus 430
Pyxis Cæliana 282

Q.

Q, nominum quorundã nota 40
Q, ſonus durior 568
Quadrantaria Clytemneſtra 385
Quadrupes pro equo in proſa non dicitur 380
Quæſtio omnis aut in re aut in perſona eſt 212 omnis oratoris eſt 547 quid ſit 323 an hoc ſit 324 eius diuiſio 121
Quæſtiones iuris quomodo tractãdæ 304 occultiores quomodo inueniendæ 307 Quæſtionibus quæ ſcripto conſtant, multa nouantur 230
Qualitatis tractatio & conſideratio 326
Quantitas, duplex 128 Quantitas etiam qualitati ſubiacet 331 Quantitatis ſtatus 328 Quantitate ſyllabæ mutata verbi ſignificatio 423
Quianam 357
Quicquid, quomodo ſcribendũ 40
Quid ſit, quæſtionis duplex opus 323
Quiete non fraudanda natura 475
Quincunx hortorum 355
Quintilianus filij ſui mortem deplorat 261 item & vxoris, i[illegible]
Quintiliani exemplum nobis in cauſſa agenda diligenter in ſtatum 307 experientia in cauſſis forenſibus 202 Eius lachrymæ & pallor in agendo ibid. liber de cauſſis corruptæ eloquentiæ 261 388 cura & mos in cauſſis agendis 61.65.270 407. eius pater declamator 423 Quintiliani probitas in exponendis etiam arcanis 277.281 ſcripta 315
Q. Hortenſius orator 200
Quiritate 152
Quotidie, quomodo ſcribendum 40

R.

R, & S. literarum inter ſe commutatio 21
Rabirius poeta 461
Ratio oratione proditur 97 Eam velut participant & bruta ibid.
Ratio quid ſit 157
Rationi maxime obſtat ita 296
Rationales ſtatus tres 136
Ratiocinatio, quæ & ſyllogiſmus 337
Ratiocinatio ab inductione differt 313
Ratiocinatiuus ſtatus 337
Reatum Meſſala primus dixit 358
Recriminatio, ſeu ἀντέγκλημα 327
Redargutio iocoſa 288
Redditio in ſimilitudine 365
Refutare quam obijcere difficilius eſt 247 Refutationis conſideratio 266 Refutatio vrbana 445
Regina rerum oratio 59.97
Relatio 426
Relegendum idem ſæpius 45

Religio

Religio à ſuperſtitione differt 359
Remedia factorum verborum 357
Remedia melius adhibet, qui quæ nocent, nouit 380
Remigium pennarum 37
Reminiſcentiæ vis 504
Remiſſionis neceſſitas & modus 17
Reor, horridum vocabulum 357
Repercuſſio 289
Repetendum ſæpe idem & incul candum puero 10
Repetundarum reus quomodo crimen refellat 177
Reprehenſio 292
Repræſentatio, quæ & ἐνάργεια 362
Reprehenſu facilia vitia 51
Repud j actiones 331
à Repugnantibus quomodo argumenta ducantur 226
Res ipſa, argumenta in cauſſis præſtat 32
Res, cauſſarum nerui 346
Rei coniectura 311
Reipublicæ læſæ actio 331
Reſpublicæ tres 148
Rei obſeruatio quadruplex 382
Res multæ appellationibus carent 569
Rerum ac exemplorum cognitio ex hiſtoriis petenda 465 ac verborum copia 449 delectus 472 imagines & circunſtantiæ animo concipiendæ 485 ordo an ſequendus in narratione 222 vis vocabulis non mutatur 231
Rebus accidentia 221
à Rebus argumenta quomodo ducantur 380
Rebus verba conueniant 356
Reſpirationis in oratione conſideratio 517
non Reſpondere ad propoſita quãdo liceat 282
Reſponſio: ſe figuræ 383
Reſponſionũ difficultas 252 vis 289
Reticentia 404
Reuertor, reuerto, idem 414
Reus in defenſione moderatus ſit 330
Rei capit's dictio qualis ſit 498
Rei in cauſſa quæ primo ponenda 304
Rei non ſemper defenſione, ſed excuſatione quoque ac venia frequenter vtuntur 330
Rheda, gallicum vocabulum 31
Rhetorices definitio 91 etymon & diuiſio 89 finis ib. Materia 107 & dein. Inſtrumentum 110 Scriptores 111 Origo 114 partes 95 An ſit vtilis 96 An ars 98 An virtus 105 quid à Dialectica differat 103
Rhetorici Ciceronis quomodo cõpoſiti 133
Rhetoricorum ſcriptores Græci & Romani 112
Rhodium dicendi genus 567
ῥυθμοὶ, qui & numeri 435 eorum à metris differentia ibid.
Ridendi modus ſeruandus 283
Rideri captans puer, non eſt indolis bonæ 15
Ridiculum 280
Riſus conſideratio ibid. deinde per tot eius mouendi difficultas 281
Riſus non procul à deriſu abeſt 280
Riſus in hyperbole 388
Riſus v s maxima 281
Rixatores 493
Robur corporis laudandum 141
Romana videatur oratio, non ciuitate donata 348

Romanus pudor 359
Romanus ſermo maxima ex parte ex Græco conuerſus 31
Romanus ſermo Venerem Atticam non recipit 462
Romani ſcriptores rhetoricorum 113
Romanorum exempla virtutum 549
Rubor in verecundia 523
Rumoris ac famæ conſideratio 203
Rutilius Lupus rhetor 411

S.

S, literæ conſideratio 21. 41. 42, 55. 433
Sæuitia indoctorum pædagogorum 7
Saleius Baſſus poeta 547
Saliorum carmina 38
Saliorum verſus carmen habent 51
Salis condimentum 281
Salluſtiana breuitas vitanda 181. 434. 472
Salluſtius hiſtoricus 75
Salſe dicendi ratio in quo ſit ſita 288
Salſum quid dicatur 281
Saltatio, ὀρχηστικὴ ars 104 Saltationis vſus quatenus oratori neceſſarius 57
Salutatio ſine voce ſæpe intelligitur 521
Sanctitas ac vtilitas ab antiquis petenda 45
Santra orator 566
Sapientia oratoris propria 545
Sapiens perfectus nemo dum repertus 4
Sapientiæ præcepta verſibus tradita 19
Sapientum ſeptem Græciæ elogia 239
Sata, cælo terraque mutatis degenerant 56
Satagere, non agere, dictus quidam 286
Satis nihil eſt quibuſdam 473
Satyrici poetæ 461
Σαρκασμός 462
Scæuola iuris peritus facundus 551 idem luſor memoriæ tenacis 509
Scelera conſilium non habent 318
Scenica & ſcurrilis dicacitas oratorem non decet 317
Scenicorum vis in agendo 513
Schema quid 30 Schema orationis 391 Schema quomodo damnetur 30 Schemata quæ & figuræ 30 31. 389
Σχήματα διανοίας 388
Schemata λέξεως 413 Schemata omnia diſcenda 46 Schematum vtilitas 389. 413
Σχηματισμός 46. 405
Schematiſmi vſus ibid.
Scholæ eligendæ 14
Scholarum publicarum inſtitutum & vtilitas 11
In Scholis an domi pueri melius erudiantur ibid.
Scio, quam varie exprimatur 453
Sciolorum arrogantia 223
Scipio Serapion dictus 286
Scipionis Africani putantur ex comediæ quæ Terentij nomine inſcribuntur 462
Scopas 505
Scribenda quæ ſint præcipue 477
Scribenda quædam quæ non dicenda, & contra 572
Scribendi ac dicendi an eadem ſit ratio

ratio 571 maxima cura ſit pueris 78 ratio ac vtilitas 447 & de n. & 473 initium vt inueniatur ibi. ſtudium 9
Scribendum ita quicque, quomodo pronuntiatur 42
Scripti & voluntatis quæſtio 426 & dein. 341. Scripti malefici iiſdicium 331 Scripta quædam aliter, aliter enuntiantur 42 Scripta noſtra pluribus modis tractanda 479 Scripto an ſemper ſtandum 341 & ſeq.
Scriptorum ambitio praua 95
Scripturo puero quæ proponenda 10
Scriptorum duodecim luſus 508
Sculptura & cælatura 126
Scurrilitas oratori indecora 493
Se nemo ſatis veretur 574
Seceſſus ſtudiis aptus 473
Secreta ſtudia 13.554
Secretus locus & ſilentium ſcribentibus commoda 473
Securitas litigantis odioſa iudici 170
Σημεῖον, tempus eſt vnum 435
Σημεῖα 213
Semiuocalium geminatio 41
Senatus vnde dictus 37
Senariorum [illegible] deuitatio 203
Seneca philoſophus 465 eius copia 585 declamationes 402
Senes etiam artes diſcere poſſe 580
Senum authoritas 152
Senum dictio qualis eſſe debeat 493
Senſa & ſenſus 371 & ſeq.
Senſiculi minuti ac corrupti 374
Senſus communis 14 Senſus & ſententiæ differunt 371 Senſus iacent, vbi verba laudantur 347
Senſu etiam Cacophaton fieri 360
Senſus auditus iudicium 357
Sententia quid ſit 372 Sententia eadem variis modis efferenda 479
Sententiæ ambiguitate eludere 378
Sententiæ & tropi differentia 390 Sententiæ ne crebræ ſint, &c. 374.375 Sententiæ quos deceant 373 Sententiæ orationum quales eſſe debeant 376 Sententiarum denſitas inuicem obſtat ibidem. Sententiarum figuras quas tractet Quintilianus 473 Sententiarum genera 374 Sententiarum lumina 41 noua genera 374 ornamenta 571 vtilitas 394 Sententias omnino damnantes 375
Septennibus minores an literis inſtituendi 7
Septentriones 382
Septimus caſus an apud nos 22
Serio iocus contrarius 282
Seriorum tria genera 293
Sermo incompoſitus an magis naturalis 429 Sermo nullus ſit negligens 487 Sermo puerilis 9. Sermo quibus conſtet 33 Sermonis coniuncti ornatus ratio 359 Sermonis ſuſpenſio 360 Sermonis vis verbis ineſt 432 Sermoni dediſcendo ne puer aſſueſcat 5 Sermonem à natura accipimus 114
Sermo nimis longus, hyperbaton 351
Sermocinatrix 119
Sermocinatio 401
Serpente genitus Scipio 59
Seruus vt definiatur 224.324
Seruum eſſe & ſeruire differunt 224
Serui an honeſte armentur 148

Seruius Sulpitius orator 464
Seruilius Nonianus 540
Seueritas dictis commiſta gratiam magnam habet 282 Seueritas emendationis nimia ne ſit 68
Sextus caſus an apud Græcos 22
à Sexu vt ducantur argumenta 215
Si cantas, male cantas, &c. Cæſaris dictum 44
Sibe & quaſe antiquitus 42
Sibilus factitium nomen 382
Sicarij qui dicantur 451
Siciliæ tyranni 387
Siciliæ laus 143
Significanter ornateq; dicendi partes, rhetoris ſunt 43
Significatio ambigua apicis appoſitione diſtinguenda 40
Signorum conſideratio 213 & dein.
Signum aut indicium quanquam per ſe non conuincit, aliis tamen adiutum, fidem facit 96 Signa neceſſaria & non neceſſaria 213 Signa ſunt etiam parua magnorum, & contra 215 Signorum bellicorum concentus 429
Silentio an locus ſit in cauſſis 247
Silentio malam cauſſam confitemur 184
Simile difficilius facias, quam idem 468 Simile, plus & minus recipit 238. 338 Simili ex iure argumenta ducuntur 238 Similium confutatio 317 quadruplex ratio 423 Similium legum & contrariarum conflictatio 336 à Similibus argumenta 226 Similibus ineſſe diſſimile 317
Similiter cadentia, deſinentia & declinata, ſi multa iungantur, vitioſum 434
Similitudo amphiboliæ iungitur 287 Similitudo proximas exempli vires habet 236 Similitudo, quæ & exemplum 234 Similitudinis ac metaphoræ diſcrimen 378 Similitudinis, allegoriæ & translationis commiſtio 380 Similitudinis omnimodæ inuentu difficultas 466 Similitudinum conſideratio 364 & dein. earum vſus 365
Simonides poeta 457 artem memoriæ primus oſtendit 55
Simplex intentio quomodo tractanda 312 Simplices cauſſæ vnicum ſtatũ habent 152 Simplicium verborum optima quæ dicantur 356
Simulandi neſcia ætas puerilis 16
Simulatio 47 Simulatio contra ſimulationem 294 Simulatio locum præſtat 287
Simulationis & diſsimulationis diſcrimen 290
Singula à ſingulis vinci, optimũ 315
Socrates εἴρων dictus 403 eius grauitas 94. 491 laus 370 Socrates ſenex lyra inſtitui non erubuit 50 Socratis vita ironia quædam 403 Socrati obiecta 96
Socratica inductio 234
Socraticæ interrogationes 128. 237
Solea quid ſit 350
Solis puluinar 41
Solicitudo ac tarditas initiorum ſit 434 nimia mala ibid. Solicitudo oratori ſimulanda 532
Solitariæ vitæ pallor 14
Solitaurilia vnde compoſitum 32
Solœciſmi conſideratio 30. 415
Somni & mortis laudes 143 Somno quod ſupererit, ſtudiis impartiendum

tiendum 475
Soni definitio 126 Sonis homines vt æra tinnitu dignoſcuntur 524
Sonos, aures iudicant 27
Sophocles poeta tragicus 458
Sophron mimorum ſcriptor 50
Sordes & ſqualores reorũ ad quid proſint 268
Sorades pueris amouenda 44
Species inde accipitur, vnde & vires 346
Speciem Cic. formam vocat 124
Speciosiora quæ honeſtiora 571
Speculi vſus oratoribus 521
Sperare dolorem, improprium 349 & ſeq.
Spes voluntatē facit 223 Spem plurimo ſucceſſu in pueris elucere 516
Sphingem domi habes 292
Spiritus vocis qualis eſſe debeat 517
Spiritus quo plus habet ſyllaba, eo auditu pulchrior 518
Spiculum prælij ſignum 504
Spondeus 440 eo plurimum vſus Demoſthenes 441
Sputatio crebra oratori fœda 519 &
Sputum Medij ignominia 142
Statuæ j inſignes 565
Status ex ſcripto & voluntate 334
Status oratoris indecorus ne fit 57 qualis eſſe debeat 533 Status quid ſit 126 eius conſideratio ibid. in Status tres omnia recidunt 136
Stella, luminis ſtilla 38
Steſichorus poeta lyricus 457
Stertinius orator 113
Stoici philoſophi 469 eorum argutiæ 548
Stomachus Ciceronis 294
Stratocles cœmœdiarum actor 536
Studendum ſemper, & vbique 487
Studentibus commoda, & incommoda 479
Studiũ omnia ſuperat 6 Studia cõtenta eſſe non poſſunt 13. 14 oratoris poſt finem quę ſint 577 Studiorũ fatigatio 13. 14 fructus maximus ſui contemplatio 119 infantia 8 vtilitas 552 à Studiis vt ducantur argumenta 220
Stulta per ſe ridicula 288
Stultitia contra vrbanitatem 280
Stupratoris pœna 332
Styli conſideratio 10. 11
Sua omnia quibuſdam placent, aliis ſuum nihil 550
Suadæ medulla, dura declinatio 91
Suadendi partes 147
Suadentis perſona 150
Suaſoriarum ſeu deliberatiuarum conſideratio 144 Suaſoriarum ornatus 356 numeri 444
Subcœnant alij, Galbæ dictum 290
Subdititij libri 22
Subiectio 398
Subiectio ſub oculos, ſeu hypotypoſis 402
Sublime dicendi genus 573
Sublimitas vnde oriatur 379
Subſequendi optimos, dignitas 97
Subtile dicendi genus 572
Suggeſtio ſeu ſub ectio 398
Sullaturio, verbum 358
Sulpitius Gallus orator 54
Sulpitius Longus fœdiſſimus 283
Summa rei conſideranda 253
Summa ſi deſperes, quid agas 579
Summiſſa quales pedes exigãt 446
Summum quomodo quid fiat 368
Superbia quomodo refutanda 248
Superciliorum habitus 49

Superciliorum motus 522
Supinitas omnis odioſa 529
Suſpicio, ioci materia 291 Suſpicionem iudicis vt vitemus 403 Suſpicione quoque carendum 64
Suſtentatio, quod & inexpectatum 400
Sybaritis frugalitas odioſa 142
Συγκεῖσθαι, ſeu κεῖσθαι 128
Syderum ratio grammaticis noſcenda 43
Syllaba correpta interdum producitur, & contra 27 Syllabæ extremæ ne intercidant 56 Syllabæ omnes puero perdiſcendæ 10 Syllabarum aliæ clariores, aliæ obſcuriores 356 contextus 434 non eadem quæ literarum ratio 10 plurium verba in fine periodi indecora 437 ſimilium incidentia 361 Syllabas tres quod excidit, id ex pluribus eſt pedibus 440
Συλλογισμὸς 131 infirmior finitio 322
Syllogiſmus oratorius, enthymema 258 Syllogiſmi & ratiocinationis conſideratio 337
Sylua ſcriptorum quæ vocetur 474
Syluæ ac nemora an ſcribentibus apta ibid.
Σύμβολον, etymologia 37
Συναίρεσις 26
Συναλοιφὴ ibid.
Συναθροισμὸς 371
Συνδέσμῳ 21
Synecdoches conſideratio, eiuſque vſus 380. 421
Συνεζευγμένον ibid.
Συνέχον 156
Συνοικείωσις 422
Synonyma ediſcentium puerilis cura 450
Συνωνυμία 3[illegible]
Συντελικὴ στάσις 1[illegible]

T.

T, & d, cognatio 21
Tabularum conſideratio 204
Tam magis, Quam magis 91
Ταπείνωσις 360
Tarditas ac ſolicitudo in oratorum initiis ſit 550 Tarditas vocis nimia, vitioſa 520 Tarditatis ac temeritatis vitandæ notæ 562
Taurus, homonymum 351
Ταυτολογία 361
Tautologiam non vbique vitauit Cicero ibid.
Ταυτολογίαι καὶ περισσολογίαι 181
Τεκμήρια 213
Tectum pro domo, etiam in proſa 380
Tempus aliud, aliud dicendi genus poſtulat 496 Tempus dolores mitigat 268 Tempus nullum otioſum ſit, aut certa vacuum 7. Tempus ſuſcipiendarum cauſſarum quod ſit 553 Temporis in ſcribendo modus eſſe debet 484 Temporis intellectus 218 Tempus ſecretum ſtudia poſtulant 13 Tempore eodem an plura ſimul dici poſſint 57 à Tempore quomodo ducantur argumenta 226 Tempora, tria ibid. Temporum iactura multiformis 5[illegible]8
Temporum tranſlatio, quæ & μετάστασις 402
à Teneris aſſueſcendum 41
Tenorum, qui accentus ratio 50
Tentanda non ſunt, quæ effici non poſſunt 199
Terentius comicus 462
Terent. Varro, doctiſſimus 461

Terra

Terra vt cultu, ſic animus diſciplinis melior fit 364
Terra otti 142
Teſtamentariæ actiones 331
Teſtium conſideratio 207
Teſtium perſonis quædam mutantur 571
de Teſtibus & argumentis loci communes 71
Teſtimonia diuina 288
Theatri vtilitas, & religio 148
in Theatris ſibi locum inueniunt quædam, quibus nullus eſt in bibliothecis 509
Θέματα, quæ & propoſita 302
Themata ſcholarum 181
Themiſtocles lyræ imperitus, indoctior habitus 51
Theocritus poeta 456
Theodectis Ariſtotelici memoria 510
Theodoti de pœna conſultatio 151
Theopompus hiſtoricus 459 Iſocratis diſcipulus 80
Theopompi Lacedæmonij aſtus 100
Theophraſtus Philoſophus 152 Ariſtotelis diſcipulus 113.167
Θεολογικὴ 104
Theſaurus eloquentiæ, memoria 504
Θέσις quid dicatur Græcis 122
Theſis à cauſſa quomodo diſtinguatur 126. & ſeq.
Theſes quæ dicantur ibid.
Θέσεις quibus Cicero exercebatur 479
Traſybulus tyrannicida 129
Thraſimachus Chalcedonius rhetor 112
Thucydides hiſtoricus compoſitionis ſtudioſus 459
Thucydides & Xenophon Ciceroni non videntur oratori vtiles 453
Thyeſtes Varij poetæ 462
Tibicen reus, quod ſacrificantem in inſaniam cantu ſuo adegiſſet 52
Tibullus poeta 461
Timagenes hiſtoricus 50
Timanthes Cithnius pictor 88
Timotheus muſicus 65
Tiſias & Corax rhetoricæ artis præceptores antiquiſſimi 99
T. Liuij iucunditas 462
Tityus maximus 288
Tityus, ſaltationis genus quoddam 529
Toga delapſa, reponenda 532
Toga, ne etaſſa ſit, non ſerica ibid.
Togæ forma 537
Togati poetæ 385
Τόνοι, qui & accentus 27
Tonores, qui & tenores ſeu accentus ibid.
Τονάριον fiſtula 52
Τοπογραφία 402
Tormentorum ratio 204
Totum minus eſt dicere quam omnia 361
Tractandi vt ſint quos offendere veremur 502
Traductio 422
Tragici poetæ 217
Tragœdia pueris legenda 45
Tragœdia Thyeſtes, ſolœciſmus non eſt 31 Tragœdiarum antiquarum grauitas 45 Tragœdias paruis litibus mouere, indecorum 269
Transferenda quæ ſint 247

Tranſgreſſiones longæ nimis 355
Tranſlata quomodo probentur 359
Tranſlata verba quæ dicantur 34
Tranſlatorum proprietas 351
Tranſlatio & abuſio quo differant 382
Tranſlationis lex 385
Tranſlatio quando locum habeat 247
Tranſlationis, quæ & metaphora, conſideratio 378
Tranſlationis vis quadruplex ib.
Tranſlationis vſus in verbis aptandis 350
Tranſlationis vtilitas 378 Tranſlationem primus Hermagoras tradidit 133
Tranſlationum humilitas & deformitas vitanda 379
Tranſſumptio, quæ & μετάληψις 383
Trebatius, iuriſconſultus 158
Trepidationis vitia 528
Tres ſyllabas quod excedit, id ex pluribus eſt pedibus 459
Τρεῖς quid ſit 93
Τρεῖς ἄλογοι 485
Tribrachys 439
Tribum ſolus libet habet 416
Τρικωλα 423
intra Triennium inſtituendi infantes 7
Triquedra, an triquetra 37
Triſtis ſemper ac demiſſus puer ſpe de ſe non dat 16
Trochæus 439
Τρόπος, qui & modus 378
Tropus quid ſit ibid. Tropus & figura ſæpe in eaſdem ſententias conueniunt 389 Tropus quare dicitur fieri 386 Τρόπος intellectus 129 Tropi omnes puero diſcendi 46 Troporum conſideratio 378 per totum Troporum cum figuris conuenientia 390
Tropos quidam motus vocant 378
Tuberonis in Ligarium actio 452
Tuendi ſe, rationes 156
Tullius, Tollius 286
Tullius, vide Cicero.
Tumultuoſa actio, indecora 493
Tumultus quid ſit 324
Turba inanium verborum 351
Turdi piſces 350
Turpia laudandi ratio 422
Turpia vt decora fiant 497
Turpitudo ac deformitas, riſus ſedes 279
Tuſcanicæ ſtatuæ 565
Tuſſis crebra oratori fœda 519
Tutelæ iudicia 331
Tyberius Cæſ. Theodoti Gadarei rhetoris auditor 113
Tydeus paruus, ſed bellator 141
Tyrannicidæ conſideratio 329
Tyrannidis affectatæ cauſſa quo modo tractanda 319
Tyro Ciceronis libertus 382
Tyrtæus poeta 457

V

V, & I, literæ medius quidam eſt ſonus 20
Vs finita nominatiuo, quomodo genitiuos faciant 35
Vu geminatum Græci non habent 568
Vacillatio in dextrum ac ſiniſtrum latus, indecora 325
Valerius Flaccus poeta 461

Valerij coruus 69. & ſeq.
Valeſij quondam, nunc Valerij 21
Varenus poeta vt quidam legunt 461
Variandæ artis bona 450
Varietas in pronuntiando 534
Varices Ciceronis 532
Varietate res gaudent 406
Varius poeta 462
Vario marte pugnare, eruditus ſermo 381
Varro ac Lucretius poetæ philoſophi 19 Diſciplinæ eius 580 Etymologiæ 37
Vatinius à Cicerone irriſus 289
Vatinij rei dictum 287
Vbertatis facile remedium 68
Vbi amici, ibi opes 238
Vbi dicas, plurimum refert 495
Vbi quibus vtendum 281
Vehementer 26
Vel, in principio orationis 444
Venales noui ij intelliguntur 350
Veneno ferrum armare, elegans translatio 380
Veneficus 410
Ventilatores ſcenici 485
Ventris geſtus 528
Venus cur apud Lacedæmonios armata 70. & ſeq.
Venus pro coitu 382
Veneris abſtinentia voci confert 514
Venuſtum quid dicatur 282
Verbum inſolens vitandum 170
Verbum pro nomine, item & pro participio poſitum 414 Verbi eiuſdem geminatio 418 Verbi vnius lapſu, tota cauſſa cecidiſſe videmur 323 Verbo claudenda oratio 416 Verbo integro & diuiſo alia atque alia ſignificatio ineſt 338 Verbo populum offendere Pericles verebatur 562 Verba, ab aere verberato 38 Verba ab autoribus ius ſumunt 20 Verba alia alios decent 494 Verba alia pro aliis in tropis ponuntur 389 Verba cur ſint inuenta 347 Verba maxime probabilia ibid. Verba omnia ſuis locis aptata, optima 451 Verba parum verecunda, ab oratione ſint aliena, 452 Verba peregrina 31 Verba propria quæ dicantur 32 rebus conueniant 356
Verba ſenſu tincta 190 reperta 351
Verbalia 22
Verborum ac factorum in ſceleribus conſideratio 318
Verborum ac ſententiarum idem ſignificantium congeries etiam amplificat 369
Verborum cura cum rebus iungenda 346
Verborum cura, rerum ſolicitudo ibid.
Verborum delectus 354
Verborum diuiſio 28 poetis aliquando permiſſa, non item proſæ 346
Verborum duntaxat cauſſa nihil nouandum 347 duplex intellectus 24
Verborum & appellationum conſideratio 22
Verborum figuræ 413 geminatio 394 humilitas nonnunquam vim rebus affert 357 eorum magnificentia an ſuaſorias deceat 152 miſtura indecora 351 modi, qui & ſtatus, & qualitas 31

Verborum ne ſis ſolicitus in arduis rebus 354
Verborum pondus & autoritas 359 proprietas ac differentia omnibus communis 2 ſignificatio, forma ac menſura ex multa lectione conſequenda 464 varietas ac vis in pronuntiando 450 Verbis cuiuſmodi vtendum 38 Verbis an turpitudo etiam inſit 359 Verbis eleuanda quædam 185 Verbis etiam figuræ fiunt 259 Verbis in ſingulis quid conſiderandum 348 Verbis non periclitandum 322 Verbis omnibus in oratione locus eſt 451
Verecundia nihil ad conciliandum gratius 533
Verecundia vitium amabile 553
Verecundiæ optima emendatio, fiducia ibid.
Verecundiæ rubor 513
Verres, quod omnia verreret 286
Verris irriſio ibid.
Veriloquium dicta etymologia 37
Veritas in narratione obſcuranda 183
Vero nemo contentus eſt 387
Verruca ſaxea 379
Verſicolor Demetrij Phalerei veſtis in dicendo 454
Verſicolor elocutio vitioſa 346
Verſificatio in poemate, compoſitio in oratione 443. & ſeq.
Verſus ab oratione abſit 438
Verſus ad imitationem ſcribendi propoſiti, otioſi ne ſunto 10
Verſus etiam imprudentibus excidunt 443
Verſus ſinis orationi ineptus 438
Verſus non bene finitur pentaſyllabis aut tetraſyllabis dictionibus ibid.
Verſus poetarum ſoluendi pueris & paraphraſi vertendi 47
Verſuum initia, orationis initiis non conueniunt, ſed vltima 438
Vertenda Græca in Latinum, & contra 478
Vertex quid ſit 310
Veſperug 41
Vetera, maieſtate ac religione commendantur 33
Veteres qui legendi, & qui fugiendi 96 quid oratori proſint 454
Veterum poemata cui vſui oratoribus fuerint 45
Vetuſtas quæ cenſenda 313
Vetuſtatis autoritas 141 commendatio 38
Vetuſtorum præſtantia 454
Vibius Criſpus, orator 465
Vibius Curius à Cicerone dicteriis exceptus 291
Victoriæ aureæ 142
à Victu vt ducantur argumenta 220
Video, verbum 519
Vigintiuiratum Cicero repudiauit 540
Vinci vbi neceſſe eſt, vbi cedendum eſt 297
Vinctæ orationis partes 317
Vini inuentio Libero tribuitur 220
Vio, pro eo, infelix fictio 382
Violentia, non vis dicatur, quam facit indoctus 84
Vir, ac fœmina, non contra 427
Vir bonus eſſe debet orator 538
Vir fortis optet quod volet 334
Vir quiuis ſpadone formoſior 243

Vir vere ciuilis reip. vtiliſſimus orator 2
parum Viri ſigna 214
Virum bonum decentia 494
Virorum clarorum dicta in exemplum pueris ſcribenda proponenda 10
Vires ſuæ metiendæ 270
Viri'iſne magis ſit oratio incompoſita quam compoſita 429
Virilitatem etiam in oratione optaret Quintilianus 243
Virgilius primo à pueris legendus 44
Virgilius vetuſtatis amator 357
Virgilij in ſcribendo tarditas 456
Virgilij manus, id eſt, autographum Quintiliani tempore extabat 41
Virginius rhetor 113 eius lapſus 166
Virtus doctrina perficitur 469
Virtus eſt vitium fugere 414
Virtus etiam ipſa diſciplina indiget 469
Virtutis oratoriæ indicium 479
Virtutes dicendi diuerſæ 502
Virtutes in quibuſdam gratiam nō habent 536
Virtutes oratori neceſſariæ 106
Virtutum ac vitiorum vicinia 85
Virtutum ac vitiorum loci communes 70
Virtutum ſemina nobis innata 106
Vis δύναμις 90
Vis oratoria mentes audientium alienat 355
Viſellius rhetor 411
Viſiones, quæ & φαντασίαι 276
Viſurus, ad videndum miſſus 414
Vitę anteactę crimina primum purganda 305
Vitæ honeſtæ facilis inſtitutio 576
Vitam ad diſcendum ſatis eſſe longam 577
Vitio carere, prima orationis virtus 357
Vitia in bonum vix verteris 7
Vitia ipſa in quibuſdam delectant 536
Vitia orationis 357
Vitia pueritiæ in virilem vſque ætatem perdurant 7
Vitia quędam puerorum ferenda 68
Vitia quædam in quantitatibus carminie excuſantur 27
Vitia reprehenſu facilia 250
Vitia virtutibus vicina 355
Vitiorum deriuatio ibid.
Vitiorum in oratione excuſatio 24
Vitiis carere, prius ac antiquius ſit 375
Vitioſum in oratione verbum quod dicatur 361
Viua vox 63
Viuendi cōſuetudo, conſenſus bonorum 39
Viuentes inuidia ſequitur, defunctos gloria 113
Vt viuit quiſque, ita dicit 493
Vltima ſyllaba indifferens 441
Vlyſſi, Achilli, & ſimilia in genitiuo terminabant veteres Grammatici 31
Vlyſſis dicturi habitus 380
Vmbra corpus arguit 227
Vmbratilis vita 13
Vnus quilibet è populo, populum totum repræſentat 231
Vocabulum quid ſit 20
Vocabulum & nomen differunt ibid.
Vocalitas obſeruanda 24
Vocales an in conſonantium vim tranſ-

Henr. Stephanus Schediasm. Lib 3. Sched. 12. dubitat an sit Auctor verus Fabius.

M. FABII QVINTILIANI ORATORIS ELOQVENTISSIMI DECLAMATIONES VNDEVIGINTI,

His acceſſerunt fragmenta alia, hoc eſt, quæ ex CCCLXXXVIII. ſuperſunt CXLV. Declamationes.

Ex vetere exemplari reſtitutæ.

Item,

CALPVRNII FLACCI excerptæ X. Rhetorum minorum LI.

vna cum

Dialogo de Oratoribus ſiue de Cauſis corruptæ eloquentiæ. Omnia hæc ex P. PITHOEI, I C. clariſſ. & aliorum illuſtrium virorum bibliothecis prolata.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

FRANCOFVRTI

Sumptibus H. Robynſon & Gulielmi Fitzeri.

ANNO M. DC. XXIX.

DECLAMATIONVM XIX. INDEX.

I	*Paries palmatus.*	*Pro caco contra nouercam.*
II	*Cæcus in limine.*	*Pro caco contra nouercam.*
III	*Miles Marianus.*	*Pro milite contra tribunum.*
IV	*Mathematicus.*	*Pro filio contra patrem.*
V	*Æger redemptus.*	*Pro patre contra filium.*
VI	*Corporis proiecti ſeu Anus*	*Pro patre contra matrem.*
VII	*Tormenta pauperis (caca.*	*Pro paupere contra diuitem.*
VIII	*Gemini languentes.*	*Pro matre contra patrem.*
IX	*Gladiator.*	*Pro filio contra patrem.*
X	*Sepulcrum incantatum.*	*Pro vxore contra maritum.*
XI	*Diues accuſatus proditio-*	*Pro diuite contra pauperem.*
XII	*Paſti cadaueris. (nis.*	*Pro ciuibus contra legatum.*
XIII	*Apes pauperis.*	*Pro paupere contra diuitem.*
XIV	*Odii potio I.*	*Pro iuuene contra meretricem.*
XV	*Odii potio II.*	*Pro meretrice contra iuuenem.*
XVI	*Amici vades.*	*Pro iuuene contra matrem.*
XVII	*Venenum effuſum.*	*Pro filio contra patrem.*
XVIII	*Infamis in matrem I.*	*Pro vxore contra maritum.*
XIX	*Infamis in matrem II.*	*Pro viro contra vxorem.*

M. FAB. QVINTILIANI ORATORIS ELOQVENTISS. DECLAMATIONVM LIBER.

PARIES PALMATVS. DECLAMATIO I.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

ARGVMENTVM.

Quidam cui erat filius cæcus, quem hæredem inſtituerat, induxit illi nouercam, iuuenemque in ſecreta domus parte ſepoſuit. Is noctu dum in cubiculo cum vxore iaceret, occiſus eſt: inuentuſque poſtero die habens gladium filii defixum in vulnere, pariete ab ipſius ad filii cubiculum veſtigiis palmæ cruentato. Accuſant ſe inuicem cæcus & nouerca.

Pro cæco contra nouercam.

SI iuuenis innocentiſſimus, iudices, vti vellet ambitu triſtiſſimæ calamitatis, poterat allegare vobis amiſſam cum oculis cogitationum omnium temeritatem: ſed cum oſtendere innocentiam ſuam moribus malit, quam aduerſis: neque pietatis neque conſcientiæ ſuæ grauem ferre contumeliam poteſt, vt patricidium non feciſſe videatur beneficio cæcitatis. Quare non petit vt miſerum putetis, niſi & innocens fuerit, non petit vt afflictum alleuetis, niſi & probauerit ſeſe infeliciorem, quod patrem amiſit, quam quod oculos. Æſtimate iuuenem iis moribus, quibus videntem æſtimaretis, vita, pudore, pietate. Quæ ſi omnia ſibi, vt erant promiſſa, conſtiterint, nullo terrebitur crimine. Nec quod ſceleratiſſima fœminarum calamitatem noſtram cruentato pariete imitata eſt, expaueſcimus. Quo diligenter, quo ſolicitior fuit ne deprehenderetur, hoc magis indicauit ſibi ocu-

los non defuiſſe. Gratias agimus, quod nimium auidæ ſuſpicionis argumenta in noſtram tranſtulit partem. non eſſe cæcus ſcelus difficilius probaretur, niſi omnia ſic acta eſſent, vt fecisse cæcus videretur. Quare, iudices, non improbe ſperauerim futurum, vt ſuſpecta ſint vobis, quæ tam inconſiderate ficta ſunt contra miſeram cæcitatem primum, quod ſpatium illud ingens domus, quod in medio fuit, ita digeſto cruore ſatiatum eſt vſque ad cubiculum miſerrimi iuuenis, tanquam plane timuerit parricida, ne non deprehenderetur. Deinde ſceleri nox potiſſimum electa, quo tempore inueniri maritus ſine vxore non poſſet. Tum in cæde, in qua nemo vtitur ferro, niſi alieno, gladius adoleſcentis, ne argumentum deeſſet nouercæ, relictus eſt. Poſtremo peractum vulnere vno ſcelus, quod obiicitur manibus errantis. Et tamen contra tam multa incredibilia ſolum aduocat nouerca teſtamentum, vultque illud eſſe pretium parricidii: vt rerum intellectu in diuerſum coacto, occiſum eo probet patrem, quod non meruerit occidi. Nos vero iſtud (ſi crimen putatis) agnoſcimus. Iuuenis hic patris ſui hæres ſolus eſt. Hoc teſtamentum, ſi viuente adhuc miſerrimo ſene notum eſſe in domo potuit, ſcitis quis illi debuerit iraſci. Nam quod inuiſum fuiſſe filium patri iactat, crimen nouercæ erat, ſi confiteremur. Idq; probari ex hoc putat, quod ſecretū non filius accipit à patre, ſed cæcitas. Quo loco diſſimulare ſatis callide conatur inuidiam ſuam. Pater qui filium cæcum in ſemota penatium partis ſepoſuit, eripuit nouercæ oculis voluptatem. Namque iſta cum inuaſiſſe vacuos penates videretur, cum patri filium cæcum hoc eſſe crederet, quod orbitatem, excogitauit indulgentiſſimus ſenex, quemadmodum hic miſer patri ſuo in eadem domo eſſet, nouercæ in alia, accepit ſecretum quod erat petiturus. Quod quo ſit animo ſenis factum, poteſtis interrogare teſtamentum. Neque ego grauiſſimum patrem ſuprema ſua iuueni iactaſſe crediderim, vt hæredem filium ſcriberet. Non eſt res quæ imputetur: iſtam magis oportet vel aliquando indicio, vel ſuſpicione muliebri arcana mariti deprehendiſſe, & ſtatim omnibus nuptiarum renunciaſſe pignoribus. Nam cum propter pecuniam ames, idem amoris & ſpei finis eſt. Habuerat adoleſcens gladium in cubiculo ſuo ſemper, ſiue antequam in hanc fortunam incideret paratum, ſiue quia cæcitatis miſeræ ſolatium eſt habere rem videntium. Certe nunquam illum pater timuerat, nunquam

nouerca

nouerca obiecerat. Palam poſitum eſt ſub oculis omnium tota domo notiſſimum ferrum. Scitis quanto negligentius cuſtodiat ferrum bona conſcientia, quam etiam extra ſuſpicionem ſit res ſine vſu. Innocentia facit vt ferrum ſubtrahi poſſit etiam videnti. Siue igitur aliquis ex ſeruulis corruptus eſt, præſertim in tam facili occaſione, ſiue ipſi nouercæ non defuit audacia ad ferendum, quod facere poterat & præſente priuigno, vtique (quod dubitari non poteſt) quod facit certum ſceleris autorem; mauult in cæde alieno vti quam ſuo gladio quiſquis illum relicturus eſt. Reliqua, iudices, ſi fieri poſſunt, facta æſtimate. Dicitur cæcus ſine rectore, ſine duce, ex illa penarium parte ſecreta, & pene ex alia domo, per inane longum per tot offenſa limina, per excubantes ſeruulos erraſſe cum ferro: cubiculum deinde patris ingreſſus in neutram deflexiſſe partem, ſed recto gradu ſicut ducere oculi ſolent, ad lectulum acceſſiſſe leuiter, non in totum incidiſſe, non ante perueniſſe quam crederet. Vos, iudices, criminum tumultum ex rerum fide ducite. Dormiens ſenex, quem cæcus percuſſor quæreret, excitatus ante eſſet quam inueniretur. Iungunt his multo incredibiliora vt occiderit patrem, pepercerit nouercæ: parricidium autem vno ictu explicuerit: quod fere vix etiam iis contingere ſolet, qui oculos manu ſequuntur. Nulla ergo luminum virtus, ſed homo ferrum miſſurus in caſum, ſatis felix ſi percuſſiſſet, quamcunque corporis partem, in ipſam protinus animam incidit & ad morti ſatisfeciſſet, intellexit. Officium, iudices, oculorum eſt renunciare manibus quid actum ſit. Cæci percuſſoris vna ſecuritas fuerat, ſæpius ferire. Negat præterea quicquam ſe ex his nouerca ſenſiſſe, cum iuxta iaceret: nec explicat vnde illud acciderit, maximæ ſignum trepidationis. Si & pater vno ictu perierat, neque iſta vigilabat, nunquam gladium reliquit percuſſor ſecurus. Reliqua, iudices, nimium ſuſpecta, improbe aſſimulata Spatioſiſſimus paries, & longiſſimum domus latus habuit notas ſanguinis, quas reliquiſſe videretur manus reuertentis. O quam bene quicquid volunt imitantur oculi! Stupeo, ſi qua eſt fides, omnia priuignum illa nocte feciſſe. Dicitur ad votum nouercæ gladium in vulnere reliquiſſe quem ſuum negare non poſſet. Deinde per totum parietem quid aliud inſcripſiſſe, quam ſe parricidam ſanguinem patris vſque ad cubiculum ſuum perduxiſſe, & viam ſequentibus reliquiſſe? Hoc fecit aliquis negaturus?

gaturus? Gratulor tibi adoleſcens, ſi non potuiſti paruī-dum illud admittere, niſi vt tibi nqueres argumentorum cæcitatis, habuiſti innocentiæ neceſſitatem. Cauſſam igitur miſerrimi adoleſcentis ſic apud vos agere propoſui, vt primum ipſum defendam, quaſi reus tantum ſit, deinde cum eſſe ſecurus de huius innocentia cœpero, tunc ingrediar nouercæ accuſationem. Spectabitis vtrunque ſuis moribus, ſuis cauſſis: eritque facilior via veſtræ religionis. Quanquam duos iudicia complexa ſunt, vos tamen tanquam de ſingulis cognoueritis. Et primum ſic agam, tanquam iuuenis habeat oculos, tanquam impetus eius nulla corporis debilitate frangantur. Interrogabo quid ante perdite, quid flagitioſe, quid impie fecerit, per quæ ſe parricidam ſcelera promiſerit. Innocentia per gradus certos ab homine diſcedit, & ne in maximis trepidet audacia, diu vires in minoribus colligit. Nemo inde cœpit, quo incredibile eſt peruenire. Dicas neceſſe eſt quæ huic cum patre odia fuerint, quam violenta diſſenſio inter ſacrorum infinita nominum pignora. Crede mulier etiam tua cauſſa. Nam ſi facile eſt filio occidere patrem, facilius eſt vxori maritum. Loquor nunc de infirmitate miſeræ cæcitatis. Temeritas omnis animorum, calamitate corporum frangitur: & frigeſcunt impetus mentium, quos non explicant miniſteria membrorum. Ad ſolem ſe alligat deſtituta mœrorem. Vultus ille perpetua nocte coopertus ac timidus non concipit nefas, ad quod ducibus oculis peruenitur. Cogitat ſemper errare & offendere, cogitat eundi undique difficultatem. Magna innocentiæ neceſſitas eſt, neminem facilius poſſe deprehendi. Semper ſe cuſtodiunt miſeri, ne eſſe miſerabiles deſinant: & quiſquis amiſit oculos, laborat ne merito perdiderit. Quid aliud cæcitas diſcit, quam rogare, blandiri? Odium omne adiuuant oculi, & hunc in pectoribus humanis furorem lumina accendunt: nec leuis animis accedit inſania, quoties quem execreris, aſpicias. Cæcus miſerior eſt, quam vt inuiſus ſit, timidior eſt, quam vt oderit. Præterea nocentibus liberis frequentiſſimas ad parricidium cauſſas ſuggeſſit illud quod videbant. Vitiis enim noſtris in animum per oculos via eſt. Aliis tradidit in parentum ſanguinem luxuria ferrum, luxuria videntium crimen: Aliis meretriculæ amor immodica poſcentis: amor cui renunciant oculi. Cæcus infelix patrem occidit? deinde cui manum porriget ſecurior? cuius humeris leuior incubet? Quis contumelias ſeruo-

ſeruorum caſtigabit ſeuerius? quis calamitatem tam obnoxia maiore reuerentia proteget? Inter infelices alius eſt ordo votorum: Cæcus filius optat ſuperſtitem parentem. Volo nunc ſcire quemadmodum dicat explicitum tam difficile facinus. Cæcus patricidium cogitauit. cum quo? cuius ſe cōmiſit oculis? iturus per totam domum, quem ducem elegit? Ille qui erat in cubiculo ſuo ſolus, ſecum (opinor) ſecum deliberat. Sufficit ſibi cum homine expeditiſſimo loquitur. Cum enim ſocium conſcientiæ quærat? omnia poteſt ſcire. Primum, nox quando ſit. Deinde proſpicere ſolicite, an omnis familia dormiat. Gradu ſuſpenſo ponere certa veſtigia, & in omnem timoris ſui partem ſolicitum circumagere vultum. O quam parum eſt in metu ipſos etiam oculos habere? ita non iſte ſibi dixit, Occidere quidem patrem volo, ſed quem ſequentur hæ manus? Nocte ſolus egrediar, ſed quando perueniam? Putas nos iunctis habitare liminibus? domus inter patrem filiumque media. Quantum erroris, quantum moræ? ſpatium ingens & vix metiendum. Cæcitas inconſulta quid agis? nox ante deficiet. Quid ſi deinde vterque vigilauerit? quid ſi nouerca? Age, limen inueniam, cardine ſine ſtrepitu mouebo, dormientis cubiculum intrabo, quieſcentem feriam patrem. ſemel ſatis erit, nec nouerca vigilabit. Securus egrediar, ſciente nullo reuertar. Vota ſunt iſta, ſed oculorum. Cæcus deſperaret, etiamſi tam multa nox polliceretur. Hoc loco quærã neceſſe eſt, quæ ratio fuerit vt iuuenis ad parricidium ſuo potiſſimum gladio vteretur. Nimirum illud in mentem venit, quia erat relicturus. Nam ſi alienum & ignotum in vulnere patris gladium reliquiſſet, potuerat de percuſſore dubitari. Hic attulit ſuum, vt etiam ſi euaſiſſet, tamen ferro ſuo teneretur. Cur ergo, inquis, gladium in cubiculo tuo habebas? quia habuerã ſemper, quia vſurus illo non eram. Ferrum ergo patricidio meo tot ante annos præparaui, & ſecundum illum quem minabar patri, tandiu innocens fui? Ego eram ferro ac mente paratus, & tot abiere noctes? Ante gladium illum familiarem oculis tuis feci, ante omnibus ſeruulis notum. pependit in cubiculo tanquam teſtis conſcientiæ meæ palam in medio negligenter, ſic vt ſubtrahi poſſet. Non illum conſcientia trepida velauit: tam notus in cubiculo fuit, quam cæcitas domini. Quiſquis ferrum præparas ſceleri, ſic illud habet, vt poſſit ſuum negare. Ponite nunc ante oculos actum patricidii, deprehendetis difficultatem. Dono illud, dum à ſuo limine egreditur, dum

illos quos accepit è patre ſeruulos, fallit, ecce cubiculum ſe[illegible] inuenit aliquando, ecce paries ille deficit, & percuſſoris manus ſubito deſtitit, ceſſere fores ſine ſtrepitu: quid poſtea agit? Vtrum ipſum cubiculi parietem circuit, an ſe committit in medium, & per ſpatia tenebrarum armatam manum iactat? Ecce patris lectulum tenet, etiam dormientium anhelitus imminens audit, vnde ſciet quo dirigat ferrum? quem potius feriat ex duobus? Tentauit ergo vultus, & pectus obiectum? breuiſſimam perituræ animæ viam quærit? & quantus erit ſopor, qui iſta non ſentiat? Dices, neque ego ſenſi. Ideo intelligis quam malam cauſſam habeas, cuius & vna & incredibilis defenſio eſt. Ita feritur in ſinu tuo maritus, & tu nihil ſentis? Ad latus tuum fata hominis peraguntur, iutaces tanquam te priuignus occiderit priorem? Ita non ille percuſſus eſt homo, quem cæcus occidit? Te vero (ſi nihil aliud) calens ille cruor denique ſuſcitaſſet. Sed quam manifeſta eſt conſcientia quæ te ad hanc compellit neceſſitatem, vt cum occiſum à priuigno tuo patrem videri velis, cogaris dicere nihil ſenſiſſe? Sufficit, vicimus, innocentes ſumus. Cum in eodem lectulo fueris, cum amplexa ſis forſitan illum qui occiſus eſt, tam incredibilem profiteris ſoporem? Cur ergo tu incolumis es? quæ tam iratis manibus ſanguinem tuum fortuna ſubtraxit? Certe dormiebas, certe nihil ſenſeras. Ita priuignus te reliquit, qui deprehendi non timebat? Occidit ergo aliquis patrem & nouercæ pepercit? Maximum omnium nefas fortiter fecit, minori ſceleri ſtatim par non fuit? Omnia humana ſacra confudit, violare non eſt auſus pectus odiorum? Incredibile eſt, ſine fide eſt, non occidere nouercam, cui imputes quod patrem occidat. Quid ais adoleſcens? tunc circa illum ſanguinem defeciſti? Illa te blandius rogauit anima? perdidiſti ergo illud, quod nihil ſenſerat, quod nox, quod ſilentium, quod tempus ſuperetat ſceleris alterius? Tu ſi facere parricidium poſſes, ideo patrem tantum occidiſſes, vt tibi & nouercam liceret occidere. Non video cur, niſi videri velit relictam mulierem ideo tantum, vt videretur illud nefas illa feciſſe. callide ſatis. Sed hoc alio protinus argumento ſubuerteretur. Non eſt eiuſdem conſilii, nouercæ parcere vt ſubſtituat ream, & gladium relinquere quo ipſe deprehendatur. Sæpius vti neceſſe habeo argumento cæcitatis, & hoc etiam loco, quo de illo vulnere diſputandum eſt. Mehercule ſi percuſſor intraſſet, qui videret, qui lumen præ ſe tuliſſet non

tamen

tamen tam feliciter libraſſet ictum, quem etiam ſi nullæ fallerẽt tenebræ, metus & conſcientia magni ſceleris teſtes incertum feciſſent. Raro contingit ſemel ferire carnifici, quanuis componat ipſe ceruicem, & exercitata manus homicidium nouiſſime velut quoddam genus artis exerceat. Sic ergo librauit manum cæcus, vt ipſam protinus feriret animam? Ego mehercule etiam illud admiror, quod cum patrem vellet, non nouercam percuſſit. Præter animum nihil vitium habet parricidiæ primus ictus: ille trepidat, ille cogitat, ille erubeſcit, ille eſt ab innocentia proximus, ille præſtat hoc ſolum, vt ſequens fortius feriat. Interrogare nunc volo quæ iuueni cauſſa fuerit vt reliquerit gladiũ. Scilicet noluit nouercam ſuã infamari. Abſtulit ſibi omnem defenſionem, & ſe parricidam cõfeſſus eſt. Ferrum in vulnere reliquit. Si nondum occiſum putabat, iterum feriret. Si iam perfectum nefas intelligebat, auferret indicium. Sed quid ego rem manifeſtiſſimam colligo? Si vultis, iudices, ſcire à quo ſit gladius relictus, cogitate cui expedierit vt inueniretur. Sed paries vſque ad cubiculum priuigni veſtigio manus cruẽtatus eſt. Cogitate, iudices, ante omnia, non eſſe incalidum hominem, neque conſilii iacentis: qui cæcus explicare conetur facinus etiam oculis difficile. Ille ergo non exiſtimat, cum manum cruentam parieti applicat, veſtigium à ſe patricidii ſui relinqui? cum dexteram, qua duce vtebatur, veſte tergere, atque ita abire ſine veſtigio poſſet, totum parietem cruentabat, & vbique aliquid de patre miſero relinquebat? Quid futurum eſſet poſtero die, quantam expectaret inuidiam ad lucem, non cogitabat: ſed diſponebat iudicium certum, indubitatum, ſiue errore, quod nouerca ſequeretur vſque ad cubiculum ſuum, vſque ad limen ipſum? O admirabilem caſum, nec cruor ante defecit? Vtar hoc loco natura ipſius rei. Palmatus ſanguine paries inuentus ſic eſt, totã manum explicuit, omnes digitos diligenter expreſſit. Totũ ergo ſanguinem conſumeret intra prima veſtigia. Pone enim manum cruentatam, atq; adeo (vt iſtis etiam blandiar) madentem: pone menſuram itineris, ſpatium parietis: diu enim in ſecretam domus partem reuertendum eſt: debet proxima pars à cubiculo patris habere plurimum ſanguinis, ſequens minus, tertia minimum, vltima nihil. Nam cruor quoties admotus eſt, tranſit, aut in manu tarde reptantis areſcit. Hoc quid eſſe dicamus, quod circa cubiculum vtrunque ſanguinis

illius veſtigium quaſi incipit? hinc eſt paries palmatus, & illinc? Quomodo pertulit manus quod relinquebat? Nouerca iſtu! nouerca ſecuris compoſuit oculis; illa miſerum dextera ſanguinem tulit, & manum ſubinde renouauit. Palmatus paries habet diſtantiam, vacat aliquid loci, integrum vbique veſtigium eſt, cæcus manus traxiſſet. Quæro nunc, vnde tantum ſanguinis in manu? Tunc enim ex omni vulnere cruor profluit & effunditur, cum ferri recentem viam ſequitur. At quoties eodem quo factum eſt cluditur telo, latet tota mortis inuidia. Præterea cum manus ex parte qua palmare veſtigium poteſt, plicetur in capulo, & ſe, dum telū occupat, claudat, neceſſe eſt exteriore vt parte reſperſa ſit. Tuus autem qui palmatus eſt paries, veſtigium eius partis oſtendit, ad quam cruor peruenire non potuit. Veſtrum eſt nunc omnia iſta comparare, perpendere. Cur prudentior ſit iudex in deprehendendo ſcelere, quam reus in admittendo, hoc eſſe in cauſa puto, quod alter tantum pro ſe cogitat, alter pro parte vtraque. Tuitus ſum adoleſcentis miſerrimi cauſſam, nunc inſpicere volo quanto certioribus argumentis nouerca teneatur. Tranſeo illum vulgarem & omnibus notum de comparatione perſonarum locum. Alius diceret, maritum & vxorem, niſi liberis initiarentur, non fortiſſimis corporum vinculis inhærere. Ego illud potius dicam, Decepta eſt mulier expectatio tua. Veneras quaſi in vacuam domum, & ſine hærede. Expectaueras vt infelix iſte iuuenis ab ipſis protinus nuptiarum tuarum expelleretur auſpiciis, extorrem, & inopem ſummoueret pater blando corruptus amplexu, & omnino ſummam calamitatē corporis occurrere delicatis vxoris oculis vetaret. Inueniſti pium & deuotum vnico ſenem, & de omnibus coniugis tui deſperaſti ob id affectibus. Miſerrimus eſt maritus quiſquis inducit filio nouercam, quod vxori non videtur poſſe vtrunque amare. Quæro igitur ante omnia, vbi occiſus eſt maritus? In cubiculo ſuo. hoc paulo ante priuigno defendendum non fuit. Occiſus eſt in cubiculo ſenex. Ita ille percuſſor non timuit vxorem? Audeo ſecretum nuptiarum, & matrimonialis lectuli ſolitudinem occiſurus intrare. Quem quæram? vbi relinquitur maritus ab vxore innocens? Noctem autem ad ſcelus quis elegit? Nox tuum tempus eſt, quid ſi accedit huic etiā ſceleris occaſio? Non venire debes ad ſecretā domus partem, nec tota tibi penatium ſacra peragenda ſunt. Tu non cogitas quem-

quemadmodũ ſuſpenſa manu ſonantem blande cardinem flectas. Iaces ſecundum occaſionem, & expeditũ tibi in proximo facinus eſt. Nõ times, ne quis deprehendat. Ipſi quoq; ſeruuli lõg usquieſcunt: & præſtatur grande ſecretũ genio loci. Tibiq; ſcire cum velis, ſcire an dormiat licet. Nox, & ferrũ, & ſecurus maritus, quid pñã iſto delicatius ſcelere? Occiſum eſſe miſerum ſenẽ, cum tu volueris, ſcimus. Quomodo tamẽ, inquit, gladius peruenit in meam poteſtatem, qui priuigni fuit? Hæremus: hic difficilis expugnandus eſt locus. Quis credet mihi, ſi dixero, Gladium cæcus ille perdidit per perpetua nocte clauſæ genæ non cuſtodierunt? Fingere nimirum ad tempus videbor, & rem nimium manifeſtam impudenter complorare. Scilicet ſemper iſti oppoſita capulo manus, & diebus ac noctibus curæ. Nolo tanquam callido glorieris ingenio, non decepiſti trucem horridumque latronem: noſtri tibi occaſionem præbuere mores. Nam quod vno ictu occiſus eſt ſenex, ad te ſuſpicio magis reſpicit. Tu præparare corpus illud ad ictus potes, dum videris amplecti. Tu blanda manu prætentare pectus, vbi aſſiduo viſceris pulſu non quieſcat anima, vbi ſtatim mors ſit, vbi de ſpiritu ſanguinis ictum explorare ante & cognoſcere licet, poteſt & vno ictu mulier occidere. Venio nunc ad veſtigia parietis cruentati, quibus te ſatis abundeque preſſimus, dum adoleſcentẽ defendimus. Hæc ſunt tamen quæ contra te reſeruata ſunt. Cum maritus tuus in cubiculo occideretur, ſciebas nullũ tibi relictum patrocinium, niſi aliquid cæcitati ſimile feciſſes: ideoque ſanguinem in illam partem induxiſti, in quam quæri volebas, vt poſtero die omnis inuidia ſanguinis notas & veſtigia præparata ſequeretur. Infamas cæcum, conſilium ex calamitate ſumpſiſti. Sciebas illum non aliter, ſi dux defeciſſet, ingredi poſſe, quam ſi veſtigia parietis perpetuitate dirigeret. Simulaſti itaque cæcitatem, & ne quid ſceleri impio deeſſet, mariti tui cruore luſiſti. Omnia tibi compoſita atque ſimulata ſunt per ocium, & ſecuritatem, tanquam ſcelus transferretur ingenio. Nunc enim tu innocens, quia priuigni gladius in vulnere, quia paries cruentatus hoc ſufficere vtrunque iudicio putabas? Quam facili momento cauſſæ fata vertuntur! quod feciſſe etiam is ſcelus frequenter inuentus eſt, qui obiiciebat. Sed cauſſas, inquit, parricidii iſte habuit, quem iratus pater in ſecretam domus partem relegauerat. Mulier illa forſitan ignominia feli-

cioris

cioris videretur eſſe priuigni. Cæcitatis beneficium eſt: cum illi ſecretum datur. O præclarum ſenis optimi ſingularemq; pietatem! quam blande ille ſepoſuit miſerum ſuum? quam diligenter vxoris gaudentis excluſit oculos? quam multo cæcum pudore donauit? Si felicior, inquit, eſſem, pater, ego tibi potius cederem domo tota. Nunc miſer illam occupa partem, in qua nemo te videat, in quam ſolus ego veniam, ſint circa te ſeruuli fideles, non gemitus tuos audiat quiſquam, non flebili mœrore paſcatur. Nihil eſt quod te ſollicitet conuerſatione noſtri. Secretum quod cæcitati præſtatur, ideo præſtatur, vt minus oculi deſiderentur. Aliquis odit filium cæcum, & hac tantum vltione contentus eſt, vt illi aſſignet quietem & ſepoſitam, & meliorem domus partem? Ita ais, ego ſic intelligebam, quaſi abdicaret, quaſi expelleret. Iratus igitur ſenex tenet iuuenem ſuum velut interiore complexu, & à limine obſtat? Rogo, quod duos ſeparat media domo, re integrâ: ſanam, illum infelicem, cæcum, contumeliæ opportunũ, iniuriæ facilem: vtrum filio iraſcitur, an vxor? Nolo, inquit, iuuenis vtaris amœna domus parte, ne hæc quæ nitidioribus tectis elaborata ſunt, pertineant ad oculos tuos. Quis tã ſtulte iraſcitur cæco, vt putet illius intereſſe vbi habitare iubeatur? Te potius ille ſubmouet, tuis inuidiã facit oculis, tibi dicit. Sufficiat, ſatis eſt, habes maiorẽ domus partem. abſentem puta: miſero in paternis ædibus aliquem angulum relinque. Pater qui filio ſub nouerca aſſignat ſecretam domus partem, confitetur vxori ſe abdicare non poſſe. Tranſit ad aliud genus defenſionis, Sibi cauſam cædis non fuiſſe, cum hic hæres inuentus ſit omnium bonorum. Quis enim alius eſſe debeat, vt huic properandum fuerit ad hæreditatem? Filius ſcriptus non timet pœnitentiam teſtamenti. Omnium bonorum hæres relictus eſt. Non ergo iraſcebatur pater, cum daret ſecretam domus partem. Non poſſunt tibi diuerſa prodeſſe. eadem obiiceres reo, ſi exhæredatus eſſet. Elige vtrum voles. Si ſciuit ſe eſſe hæredem, amare magis patrem debuit: ſi ignorauit, non habuit quod ſperaret ex morte patris. Reliquum eſt vt intueamur, ille qui periit, ab vtro magis veſtrum deſideretur. Te opinor hic grauius afficit dolor, impatientius hic luctus exanimat, tuque obſoletam protinus nubem, tempori accommodata lugubria flammeo reuertente mutabis: hic vero iuuenis, qui ſi fortunæ ſuæ mala cum præteritis compa-

ret,

ret, cæcus cœpit eſſe nunc primum: quidnon miſer in hoc ſene perdidit? viuebat illi magna pietas aderant quocunque iuſſerat de facie patris oculi, non illudere infelicibus tenebris contumaces ſerui poterant, nec (quod extremum contumeliarum genus eſt) vt dominum ageret rogabant. Nunc quanta dii boni ludibria ſunt incunda! Iunxere ſe pariter cæcitas & ſolitudo. Quid tibi nunc miſerrime adoleſcens hæreditas prodeſt, quam tantum audis? quid enim circa te pecunia poteſt? quæ fruendi voluptates? quid aliud quam ſpoliorum facilis occaſio? Quam bene iſta omnia paterni oculi cuſtodiebant? quam facile decipi, quam facile denudari, quam ſine labore falli potes? quam cito inops fieri? Morte patris exhæredatus es. Quid nunc tibi niſi perpetuus imminet mœror, & execratio vitæ? Miſer poſt omnia & lacrymas perdidit, nec dolentem adiuuant oculi. Incipit apud te gladius habere quod agat. Quærit, ecce quærit miſer ferrum. Nunc, inquit, huc reddite illud, innocens donec habuit meas manus tantum. ſi mori neceſſe eſt, illi potiſſimum incumbam. Hoc illa iam olim grauis & infelix anima querebatur. Vbi nunc meæ vires? vbi impetus? vbi dextra tam fortis? vno ictu, puto, ne me quidem ipſum mihi continget occidere.

CAECVS IN LIMINE.

DECLAM. II.

ARGVMENTVM.

Ex incendio domus adoleſcens patrem extulit. Dum matrem repetiit, & ipſam & oculos amiſit. Induxit illi pater nouercam. Quæ acceſſit quodam tempore ad maritum; dixitque parari illi venenum; quod iuuenis in ſinu haberet, & ſibi promiſſam dimidiam partem bonorum, ſi illud marito porrexiſſet. Intrauit ad cæcum pater, interrogauitq; an hæc vera eſſent: ille negauit, exquiſiuit, & inuenit in ſinu venenum. Interrogauit cui paraſſet, ille tacuit. Receſſit pater, & mutato teſtamento, nouercam fecit heredem. Eadem nocte ſtrepitus in domo fuit. Intrauit familia in cubiculũ domini, inuenitque ipſum occiſum, & nouercam iuxta cadauer dormienti ſimilem, cæcum in limine cubiculi ſui ſtantem, gladium eius ſub puluino cruentatum. Accuſant ſe inuicem cæcus & nouerca.

Pro

Pro cœco contra nouercam.

SENTIO, iudices, pudori iuuenis, pro quo minimum eſt, quod parricida non eſt grauiſſimum videri quod abſoluendus eſt contra nouercam; & plurimum cæco de reuerentia deperire virtutum, cum in patrocinio ſummæ pietatis auferatur quicquid alium defenderet innocentem. Hoc primum itaque publicis allegamus affectibus, quod pro ſe re* indignatur vti corporis probatione. Solus omnium non remittit ſibi, vt incredibilior ſit in parricidio cæcus, quam fuit cum videret. Homo omnium quos vnquam miſeros fecere virtutes, innocentiſſimus, parricidium negauit antequam pater occideretur: & ne quid hodiernæ ſolicitudini præſtari poteris, fecit, quod eſt ſummum in rebus humanis nefas, ne vel in alio crederetur. Ignoſcite per fidem, quod indignatur ſe iuuenis in honorem tantum calamitatis abſolui. Filium qui patrem ex incendio ſua cæcitate ſeruauit, facinus eſt hoc tantum innocentem videri, quod illum non potuerit occidere. Nam quod ad mulierem, iudices, pertinet, quæ defendi non poteſt niſi patrem cæcus occidit, tam impudentem delationis neceſſitatem malo, quàm ſi tantum negaret. Videtur qui fiduciam veritatis putat, quod cæco facinus obiectum eſt. Deprehenſa mulieris audacia eſt, quæ nō poteſt niſi incredibiliū comparatione defendi; & quiſquis cæcum inuicem accuſat, ſolus eſt reus. Aliæ, iudices eſſe debuerunt aduerſus hanc debilitatem probationes. Cæcus in parricidio non debet ſuſpectus fieri, ſed deprehendi. Quæro itaque, iudices, vt hæc prima propter cauſſam iuuenis putetis, quæ contra illum nimia ſunt. Nihil magis debet eſſe pro cæco, quam quod aduerſus illum fuerunt multa fingenda. Et conſtat de pietate, de innocentia hominis, qui expugnandus fuit parricidii ſimilitudine. Congeſta ſunt aduerſus miſeram debilitatem, ferrum, cruor, venenū, & quicquid non poteſt eſſe negligentiæ, niſi neſcientis. Nemo, iudices, nemo diligentior debet eſſe ad facinus, quam qui parricidiū potuit facere cæcus. Iuuenis iſte, de quo ſumma in rebus humanis monſtra finguntur, eius fuit erga parentes ſemper affectus, quem nefas eſt optare de liberis. Cum domus ignium ſepta violentia rapuiſſet miſeris ſenibus omne præſidium, illa feſtinatione qua fugimus, erumpimus,

in

in medium cucurrit incendium. In quanto tunc periculo fuit rerum naturæ pietas? Dum diu multumque attonitus hæret, dum ad vtrunque reſpicit ad vtrunque diſcurrit, pene infeliciſſimos parentes perdidit pietatis æqualitas. Vt demum miſerrimos ſenes cluſerat iam proprior ignis (audiat licet inuita pietas) patrem iuuenis elegit, & de pariter ardentibus vices diſpoſuit affectus. Vixdum poſito ſene, cum illum quoque mitaremur explicitum, iterum flammas aperuit, & vndique coeuntis incendii redditus globis arſerat iuuenis, ſi tardius perdidiſſet oculos. Facinus eſt exiſtimate, iudices, non hoc quoque maximis contigiſſe conatibus, vt ſeruaretur & mater. Minus tamen in vtroque fecerat, niſi perdidiſſet oculos. Viderint qui filium in eo magis parente mirantur, in cuius ſalutem faciem vultuſque conſumpſit. Patri præſtitit cæcitatem, qui amiſit oculos, dum repetit quam reliquerat matrem. Non expectatis, certum habeo, iudices, vt excuſem quod pater induxit cæco nouercam. Factum eſt eo tempore, quo conſtabat patrem filiq; ſenem ſoluendo non eſſe. Contenderim quinimmo iuuenis fuiſſe conſilium, vt pater cui matrimonium filiumq; abſtulerat incendium, reſidua ſenectutis alia ſolaretur vxore: & vt domus quæ cæcum tantum habebat, & ſenem, acciperet ex coniugio miniſteria cuſtodita. Facinus eſt, iudices, quod bonos priuignos nouercæ facilius decipiũt, nec leuius oderunt. Quam multis inſidiis, quam multis artibus patet cæcitas innocentis! Mulier cui ſpem inuadendæ hæreditatis præſtabat debilitas priuigni, ſenectus mariti, intellexit hoc ſolum deeſſe ſceleris occaſioni, vt prius infamaretur parricidii cæcus. Viſo igitur hoc, quod ſibi iuuenis non videbatur eſſe priuignus, venenum quod in miſeri ſinu abdiderat, deprehenſura, nunciauit patri, tanquam parricidium pararetur. Et quia mendacium poterat facile nudari, ſi quem conſcium nominaſſet, totam delationem ſic ordinauit, vt ſibi crederetur promiſſam dimidiam partem bonorum, ſi venenum ſeni voluiſſet ipſa porrigere. Videtis, iudices, qua præparatione nouerca ad teſtamentum patris acceſſerit. Mulierem quam credit maritus noluiſſe partem bonorum accipere pro ſcelere, neceſſe eſt ſic remuneret, vt faciat hæredem. O quanto aliter probaretur parricidium, quod iam poteſt deprehendi! Mulier quæ ſe dicebat in conſcientiam ſceleris admiſſam, non hoc primum exigit à patre vt quæreret quis paraſſet cæco venenum, quis dediſſet: vnde maximum ſciebat

poſſe

poſſe fieri quæſtionis errorem, inſtituit vt innocentiſſimus iuuenis interrogaretur repente, ſubito infamatura velut deprehenſi trepidationem, ſeu tacuiſſet cæcus, ſeu negaſſet. Adductus ad filium ſenex dixit iuueni, quicquid audierat. Nunquam, iudices, tam ſimplicis innocentiæ fuit facinus negare. Non eſſet auſus iuuenis coram ea muliere mentiri, quæ prodidit, & ſciuit vbi eſſet venenum. Vt vero ſenſit infelix inſtantem nouercam, poſtulantemque vt ſinus iuuenis exquireretur, tunc vero attonitus, hærens & tota malorum ſuorum cogitatione confuſus, intellexit hoc argumentum eius eſſe quæ paraſſet, vt poſſet deprehendi. Igitur propere, feſtinanter omnia membra pertractans, & merſis in ſinum manibus, dum cuncta ſuſpicionibus, dum tactu iuuenis explorat venenum primus inuenit. Laudo, iudices, innocentiam ſilentii, laudo fiduciam, quod interrogatus cui paraſſet, non putauit ſibi defendendum venenum. Rem quinimmo fecit eius qui ſciret patrem non crediturum, & (quæ maxima eſt innocentiæ contumacia) perſuaſionem ſenis nulla voluit excuſatione corrumpere. Non fuit illud trepidatio, non tacita confeſſio. Quiſquis habet venenum, habet & quod reſpondeat deprehẽſus. Fecit poſt hæc ſenex rem hominis quem non monuiſſet quicquid inuenerat. Non torſit miniſteria cæci, & de ſcelere in quo ſolus nocens eſſe parricida non poterat, non explicuit ordinem quæſtionis, ſed quod plus eſt quam abſoluere, remiſit iuueni defenſionem. Vtrum deinde intellectis deterrimæ mulieris inſidiis filium pauliſper voluerit exhæredatione protegere, & diligẽtius de patrimonio ſuo deliberaturus, interim captauerit, vt videretur mulieris cupiditati iam non obſtare priuignus, an facillimum fuerit vt exhæredationem quoque impetraret nouerca cæci ab homine cui tam multa perſuaſerat, cogitationibus veſtris relinquo. Hoc tantum dixiſſe cõtentus ſum. Teſtamentum continuo mutauit. Et ne quis miretur hanc feſtinationem, ſtatim ſubſecutum eſt vt periret. An interfuerit, iudices, iuuenis huius, vt viueret pater, qui iam alio moriebatur hærede, vos æſtimabitis. Certe non interfuit vt occideretur. Facinus, iudices, quod illa nocte in cubiculo nouercæ, quod in lectulo factum eſt, domus tota perſenſit. Nemo non ſibi viſus eſt iuxta fuiſſe. Excitari ſola Nouerca non potuit illo in loco vnde venerat fragor. Concurrit familia quo ſolicitos atque trepidantes ducebat ſtrepitus, quem ſequebantur. Inuenerunt ſenem occiſum, nouercam

iuxta

iuxta cadauer ſic iacentem, ne ſtatim poſſent interrogare quis occidiſſet Nuntiatum eſt deinde facinus & cæco. Iuuentus eſt (quod innocentiæ ſufficit) non a ſcelere rediens, ſtans in limine cubiculi ſui animo quo diſcurrebant videntes. Vt deinde ferrum iuuenis inquireretur, exegit eadem vtique quæ poſtulauerat de veneno. Quod in lectulo gladius cruentatus inuentus eſt, non deprecor, iudices, quin contra cæcitatem non minus argumentum putetis, quam quod inueniri potuit venenum in parricid i ſuſpicione. Gladius cruentatus nouiſſima probatio debet eſſe, non ſola. Ignoſcite malorum periculorum metus, ignoſcite humana diſcrimina. Defenſionem iuuenis primum lacrymis gemituque proſequimur. Perdidit infelix iuuenis patrem, perdidit & cæcitas illum ſenem; cuius oſcula; cuius amplexum imponebat vulneribus oculorum; cui præſtabat cæcus vt viueret, Miſera ignorantia, miſera debilitas, quod te nouerca non ſic potius decipere maluit, vt biberes venenum Facinus eſt, iudices, comparationem fieri, vt incredibile ſit parricidium. Idem vos putatis efficere noctium merita, & affectus oſculis blanditiiſque quæſitos, quod natalium pignorumque reuerentias? Nullas ego facilius perire crediderim quam corporum charitates. Et licet matrimoniis paulatim reuerentia grauitatis accedat, poſſunt tamen diſtrahi facilitate qua coeunt. Vxor eſt, quam iungit, quam diducit vtilitas: cuius hæc ſola reuerentia eſt, quod videtur inuenta cauſſa liberorum. Aſpicimus matr moniorum ſingula momenta rixantia: mutant quotidie domos; & per amplexus lectuloſque diſcurrunt. Placet etiam poſt liberos alius maritus: & vnde deprehendas omnium ſcelerum facilitatem, poſſunt non amare viuentes. Quid ſi huic vxoriæ vtilitati nouercale nomen adiungas? Mulieri quæ poſt liberos inducitur, matrimonii non contingit tota reuerentia. Quanto alios præſtat affectus, diligere vitæ luciſque authorem? Liberi ac parentis non alius mihi videtur affectus, quam quo rerum natura, quo mundus ipſe conſtrictus eſt. Quiſquamne mortalium confodiet illud ſacrum venerandumque corpus, quod poteſt ex ignibus rapi? pro quo bene conſumuntur oculi? Non inuenio, iudices, quemadmodum poſſit eſſe contra liberos ſalua reuerentia. Non eſt, d fficile vt maritum vxor occidat, ſi non eſt difficilius vt filius patrem. Non eſt, iudices, quod putetis inter mulierem & virum de ſcelere quæri: neque eſt quod ſe nouerca ſexus occaſione tueatur. Maior

B eſt

eſt cæcitatis infirmitas. Sunt & fœminis ad ſcelera vires, cum habent cauſſas vitorum. Quinimo ſi interroges, facilius hæc pectora metus, odium, ira corrumpunt: & quoniam non habent roboris tantum, vnde vitia mentium vincant, plerunque facinus infirmitate fecerunt. Sane tamen illis ſceleribus ſufficere non poſſint, quæ diſcurſum, quæ exigunt laborem, quod vero tam muliebre poſſis inuenire facinus, quam occidere hominem iuxta te iacentem? aggredi ſenem, qui ſe tuis crediderit amplexibus, cuius ſomnos ipſa diſponas? ipſa cuſtodias? Omnis alius percuſſor deprehendi poteſt antequam feriat, vxor non ſentitur niſi dum occidit. Non eſt, iudices, incredibile vt occiderit mulier hominem, quem dicitur potuiſſe cæcus occidere. Facinus eſt, iudices, ſi cæcos habere non credimus niſi neceſſitatis innocentiam. Prima eſt infirmitas cæcitatis, vt nolit. Fallitur quiſquis hanc calamitatem non animorum putat eſſe, ſed corporum. Totius hominis debilitas eſt oculos perdidiſſe. Et ſi diligenter actus intuearis humanos, miniſteria luminum ſumus. Cæcus non iraſcitur, non odit, non concupiſcit. Et cum corpora noſtra vigorem de luminibus accipiat, pereunt cum ſuis vitia cauſſis. En ad quod erumpant manus, quæ proxima quæque tandiu quærunt, manus, quæ ſua quoque miniſteria non explicant? Audebit quicquam corpus illud quod ad ſingulos ſibi videtur decidere metus? cui quicquid ante ſe eſt, donec exploretur, abruptum eſt? Facinus admittet, in quo nihil ipſe facturus eſt? Facinus quod totum credat alii? Quid ſi cæcitas ſit quam fecerint ignes? Nemo in incendio ſolos ex homine perdit oculos. Tunc facies ſentit incendium, cum ambuſti defecere greſſus, cum opponi non poſſunt pro oculis manus, & ad lumina noſtra flammas omniũ membrorũ vulnerib. admittimus. Cæcum vel hoc faciet innocentẽ, ꝙ licet viribus, licet ſufficiat audacia, nõ habet per ſuaſionem hominis, quæ poſſit imponere. Nefas eſt, iudices, hunc iuuenem reliquarum debilitatum ratione defendi. Quam incredibile eſt vt occiderit patrem, qui pati non potuit vt perderet? Rogo quid opus eſt gladio, quid veneno parricidæ? quantulum fuit potius ſeruare matrem? Rapiatur ex parentibus illa infirmior, illa peritura. Patricidium ſic facere potuiſti, vt optimus filius videreris. Quantum deinde putatis impatientiſſimis affectibus acceſſiſſet poſt cæcitatem? charior eſt pater cum in locum ſucceſſit oculorum: & tunc eſt infinita pietas, cum in illa debeas amare quod feceris. Quid dicitis iudices?

dices? Transferet in facinus hunc cæcitatis ſuæ iuuenis fauorem, ad quem quotidie laudatura ciuitas coit, cui aſſident omnes liber, omnes parentes? faciet ſe pietatis pariter & ſceleris exemplum? Facilius eſt vt occidas patrem a quo ipſe ſis ſeruatus. Nullius vnquam iu lices parricidii magis debuiſtis excutere cauſſas. Cupiditas, inquit, iuuenem egit in facinus. Hoc ſi credibile, ſi verum eſt, debet videri, mulier hæres maritum, an patrem cæcus exhæredatus occiderit. Habeant ſane, iudices, hanc nefariæ cupiditatis feſtinationem, quos viriorum ardor, quos quotidie luxuria præcipitat. Quo cæco hæreditatem vel innocentem? Oculi ſunt, oculi per quos paupertatem ferre nō poſſumus: oculi tota noſtra luxuria. Hi nos in omnia quotidie vitia præcipitant, mirantur, adamant, concupiſcunt. Facilius impleas animi ſatietatem. Quo per fidem diuitias iuueni, apud quem omnium rerum diuerſitas periit? Circundes licet hanc debilitatem fulgore diuitiis: cæco tamen tunc magis cuncta deſunt, cum contigerunt: nec inuenias debilitatem cui magis cum paupertate conueniat. Homo in honore parentum excæcatus, patrimonio ſub patre melius vtetur. Et quod per fidem parricidii genus iuuenis elegit? Venenum, inquit, parauit. Cur per fidem, ſi ſufficit, ferro facinus aggreditur, cui adhibere conſcium, cui præſtare debeat miniſtrum, cum maius habere poſſit in gladio parricida ſecretum? An poſtea iuueni ſuccurrit quid poſſent facere manus, & ſe circa venenum deprehenſa debilitas collegit in vires? Nemo, iudices nemo neſcit quemadmodum poſſit occidere. Intellexit, iudices, nouerca quam incredibile eſſet vt videretur cæcus paraſſe venenum. Igitur, adiecit tentatam ſe vt illud ipſa porrigeret. Date per fidem, iudices, operam, inuenire verba, ſecreto priuignus & Nouerca de parricidio loquuntur. Ita ſe non putat vterque tentari? Quid cogitatis, quid dicitis iudices? Nullumne in tota domo quod corrumperet aliud parricida pectus inuenit? Difficilius hoc credas nouercæ, ſi te nullo alio putes impetraturum. Non ergo iuuenis credit hoc omnes loqui cum patre? omnium blanditiarum primum eſſe ſermonem? Nouercam timeas negantem. Non habet fidem ei credere parricidium, quem ſcias proditurum niſi impetraueris. Per fidem iudices, diligenter attendite criminis diuerſitatem. Tentatam ſe in parricidii conſcientia mulier affirmat. Qui vero dubitet, nunquam hoc priuilegium fuiſſe facturum, ut habere conſcium potuiſſet alium? Atqui

qui venenum iam parauit emit. Et cum hoc ipſum facere non
potuerit cæcus, quis eſt iſte, cui parricidii tantum inſtrumen-
ta creduntur? Cur non idem porrigit ſeni: vel ſi non poteſt de-
cipi maritus, niſi manibus vxoris, cur ante parricidium ſtrui-
tur, quam ſciat an nouerca promittat? Nam quod vult videri
promiſſam ſibi partem bonorum, non eſt argumentum niſi &
ipſum probetur. Mulier quæ ſolicitatur ad facinus, quemad-
modum ſibi conſulit, ne illam parricida decipiat? Et probatio-
nes proſpicere debuit, ſeu factura quod rogabatur, ſeu prodi-
tura. Adde quod neque odit nouercam cęcus, cui pariici ium
credit: neq; hæreditate corrumpitur, cuius contentus eſt par-
te dimidia. Nemo iudices, parricidium faciet, quo alius vta-
tur. Exigo igitur vt iſtud parricidium cæci, tu ſocia, tu conſcia
manifeſtius probes. Quid opus eſt, vt iam venenum iuuenis
habeat? potius ſermonibus veſtris interpone teſtes, fac coram
ſeruis loquatur, fac interſint amici, fac audiat pater. Facillimũ
eſt cæci decipere ſecretum. Vtere mulier, homine qui ſe com-
miſit oculis tuis. Vtere verbis quæ regis manibus, quę moues.
Volo venenum ipſe proferat, ipſe porrigat. volo te rurſus in
facinus hortetur, volo plura promittat. Parricidium cæci de-
prehendi poteſt, dum tibi fatetur. Sed, inquit, inuentus eſt
tenens venenum. Exiguum argumentum, nouerca, de ma-
gna facilitate feciſti. Non accuſas cæcum, ſed oſtendis. Ho-
mo expoſitus ad omnem occaſionem ad omne ludibrium,
quem tactus, quem proxima quæque decipiunt, quid referet
quid in ſinu habeat? ille quem deprehendere poſſis, qualem
relinquas? A quo modo nouerca digreſſa eſt, cuius ordinauit
veſtes, tetigit ſinus, membra compoſuit, venenum poteſt ha-
bere ſic vt neſciat, poteſt ſic, vt aliud putet. Si mehercule
volueris, tenebit palam: ſi iuſſeris, …cipiet coram ſeruulis,
coram amicis, & ſi venenum nun dices, hauriet, bibet. Nullo
magis, iudices, argumento poteſt innocentia cæcitatis in-
telligi, quam quod videtur iuuenis deprehenſus. Si parricida
eſt, & exquiritur, hanc ſaltem ſibi præſtabit diſſimulationem,
ne teneat venenum. Neminem iudices, credo mirari, quod
iuuenis interrogatus cui paraſſet, verba non habuit. Non
fuit illud patris indignatio, non fuit dolor, venenum iuue-
nis expauit. Auferunt nobis vocem, quæ fieri poſſe non
credimus, & ſilentium eſt admiratio ſubita miſerorum.
Neſcit tacere deprehenſorum ſcelerum trepidatio: & ſtatim
reſpondet illa cum ſuo ſibi ſcelere parata defenſio. Tacere
facilius

facilius eſt deceptis, quam deprehenſis. Quid per fidem facere vultis iuuenem, quem de parricidio conſulit pater ille ſeruatus? Miror hercule non dixiſſe, Voluiſſum veneficus, ſum parricida, & inuidiam putarem, ſi confeſſus eſſet. Bene quidem quod neſcit iuuenis quemadmodum parricidium neget, neque habet illa deprehenſorum multa verba. Venenũ, quod tenet ſecus, ipſius eſt, ſi illud excuſet. Sed inquit, exhæredatus eſt à patre. Poteram, iudices, ſecretum hoc ſenis profundumque, vocare conſilium, contra iuuenem tamen eſſe non debet, etiam vt de parricidio crediderit nouercæ. Notum hoc, iudices, ac vulgare facinus eſt, quod plerumque contra liberos amantur vxores, & ſequentium matrimoniorum non aliunde quam de damno pietatis affectus eſt. Genus infirmiſſimæ ſeruituris eſt ſenex maritus, & vxoriæ charitatis ardorem flagrantius frigidis concipimus affectibus. Quid quod neceſſe eſt impatientius amet maritus vxorem, qui ſibi videtur filium iam perdidiſſe? Facillimum eſt de cæco parricidium credere, cum hucuſque erraueris, vt inquireres. Volo ſcire, iudices, quid fecerit homo ſenex qui parricidam filium ſciat. Non culeum parat, non illud porrigit venenum, non ſaltem abdicatione dimittit: teſtamentum tantummodo mutat, & parricida ſola paupertate punitur. Rogo, quis præcipitat? viget? adeone non poteſt fieri idem poſtero die? grauius hoc facit pater, ſi non præſtiterit vxori Quid quod hoc ipſum tam placide, tam quiete facit, quaſi capreæ imponere? Quid dicitis miſerorum parentum affectus? Exhæredaturus ſuum pater, non aduocat propinquos, non contrahit amicos, nullis lachrymis tabulæ, nulla vociferatione complentur? Neſcis ſenex, quanta tibi opus ſit ratione tabularum: exhæredas miſerabilem parricidam. Non eſt, iudices, quod puteris ideo nullum adiectum ad exhæredationem iuuenis elogium, quia de ſcelere conſtaret. Nemo vnquam ideo non obiecit filio parricidium, quia crederetur. Per fidem, iudices, duorum inter quos de ſcelere quæritur, æſtimemus mutato teſtamento proximam noctem. Iuuenis, ſeu innocens, ſeu parricida eſt, adhuc in ſuo ſilentio ſtupet: nec facile dixerim, vnde maior trepidatio, ſi alienum tenuit, an ſuum venenum. Nouerca rem inter manus habet anxiam, trepidam. Nihil eſt difficilius quam differre gaudium, quod ſcias te non mereri: & filio te eſſe

prælatam,non eſt longa perſuaſio. Expectat nunc vt iuuenis agat cauſſam poſtero die, vt credulum ſenem propinqui, vt ciuitas vniuerſa caſtiget, & ſe nouerca ſenſit vnius tantum noctis hæredem. Non creditur teſtamento hominis,qui eadem nocte qua filium exhæredauit, occiditur. Tractemus nunc iudices,ipſius ſceleris comparationem. Cæcus ignorat vbi iaceat ſenex,an iam quieſcat. Et quam difficile eſt vt credat illum, qui modo de parricidio ſuſpicatus eſt, dormire patrem? Tu ſentis quando ſenem vicerit laſſitudo curarum. Cæco quis renuntiat quod diei noctiſve ſecretum? Scis pariter an vna quieſcentium fores vallauerit cura ſeruorum. Tu facere potes occaſionem, vxor & domina. Cæco fortaſſis ad aliud limen errandum eſt:tibi hoc ſolum reſtat, vt ſe ias. Cæcus neceſſe eſt quietem patris ipſa corporum electione confundat:tu iugulum,tu potes pertractare pectus,dum amplecteris. Nobis iterum caſus redit,rurſus incerta tentanda ſunt: tibi reſtat vt ſtatim membra componas, vt quieſcas. Non ſufficiunt facinus facturo ſolæ cogitationes, & vix tam multa pariter ſciretis oculi.Per fidẽ,iudices,ab vtro credibilius eſt occiſum ſenem?à nouerca, quæ proſpexit vt alius poſſet eſſe ſuſpectus: an à iuuene,cuius inuidia periturus erat, etiam vt illum alius occidat? Intuemini per fidem, iudices, procedentem parricidam. Quos non iſta veſtigia frangant rumpantque ſomnos? Veſtigia plura ſemper errantium, quæ non valent ſuſpenſis prætentatiſque greſſibus librare corpus. & quia diu ſunt incerta,nutantia,neceſſe eſt grauius premant ſolum cui crediderint. Quanto ex hoc turbæ plus accipiat neceſſe eſt illa nocturni ſilentii quies, quod ambulantis cæci nec manus ceſſant,præmittuntur,explorant,& adeſſe ſe nunciant?Illa per quæ complexus veniunt, non ſunt in poteſtate cæci, quibus toto ſe fateatur ſtrepitu. Quicquid occurrit, nequaquam poteſt euitare cæcitas niſi oſtenſa. Vt ambulare,vt ingredi nocte poſſimus,dies facit. Quam multa deinde ſuperſunt,poſtquam ad patrem peruentum eſt? Exploretur neceſſe eſt pariter iacentium prima diuerſitas, vultus, ora tractentur,detrahentur velamenta corporibus, quæratur vulneri locus. Ita ex duobus neutrum excitat?Grauior ſemper dexteræ tractatus errantis.Paulatim deinde admouendus eſt pectori mucro,& ne qua confundatur ignorantia nimium liber ictus,præcedat oportet gladium manus. Vnde tantum

virium

virium caeco, vt in vno ſtatim ictu mors tota peragatur? Incertum vulnus ſit neceſſe eſt, cuius impetum non regitis oculi: nec poſſis cuſtodite deſtinatum ferro locum, dum ad colligendum vulneris pondus, dextra redire permittitur. Vtrum deinde iuuenis poſt vulnus vnum continuo fugit? Et quemadmodum ſcit an facinus expleuerit? an potius expectat vt de parricidio eadaueri credat? Ecce iterum per eadem incerta redeundum eſt, omnia ruſus perieuloſe tentanda venienti. Fidem veſtram, iudices, vt nobis proſit argumentum criminis noſtri, caecus ſi nec venire, nec reuerti ſine ſtrepitu poteſt: neque ſic occidere potuit, vt deciperet nouercam. Te, te hoc loco mulier interrogo quae tam grauis quies, vt te mors tam vicina non excitet? Paruulis noctium turbamur offenſis. Excitant nos exigui plerumque motus, vox incerta, longinqua, & aliquando ipſum ſilentium. Illorum ſane iuxta te ſuprema non ſentias, quos ſenectus languoreſque diſſoluunt? Hominis qui ferro occiditur, tumultuatur exitus, & ſimilis eſt repugnanti. Quid quod neceſſe eſt, nulla mors inquietior ſit, quàm quae ſtatim tota eſt? Nam quod dormiens occiſus eſt, non eſt quod ſic aeſtimetis, tanquam per illam quietem tranſierit in mortem, ſit aliquid neceſſe eſt inter ſoporem mortemque medium, nec poteſt iungi tanta diuerſitas, cum ſit ſomnus ipſe pars vitae. Non multum intereſt, quietem noſtram ratio vitae rumpat, an mortis. Hominem qui dormiens, occiditur, ipſa mors excitat. Sane non habuerit ſupremam vocem, habet vtique palpitationes, habet motus, & quicquid totus lectulus ſciat. Et quando mulier ſeni tuo blandius implicita iacuiſti? Siccine dormis, quae modo turbaſti totam domum? cuius priuignus parricida, miſer eſt maritus? Ecce vitalibus ruptis in amplexus tuos effunditur cruor, & fugiens per vulnus anima agit ante ſe anhelitus, agit crebra ſuſpiria. En iterum largus ille ſanguis circa tuos duratur artus, ſtringeris deficientem rigore membrorum: non moueris, non expaueſcis, ſed dormis per tot diuerſitates? Non relinquitur quid aliud ſimulare poſſit mulier, cui neceſſe eſt iuxta eum inueniri quem occidit. Non eſt, iudices, quod incredibile puteris, vt quis perferat dormientis ſimulationem: nihil eſt quod facilius humana calliditas poſcit imitari. Sic quidam cadauerum expreſſere pallorem, & contra verbera & experimenta telorum, mortium pertulere patientiam.

 Quanto

Quanto facilius eſt ſimulare rem, cuius imitationi ſufficit, cluſiſſe lumina, laxaſſe membra, dediſſe ſuſpiriis modum, & anhelitus negligenter egiſſe? Inter dormientem ſimulantemque non eſt niſi conſcientia. Nam quod ad tot veſtigia, tot manus, tot proclamationes in eodem tenore durauit, nolite mirari: facilius excites dormientem. Et hæc eſt omnium natura rerum, ne quid diutius perferas, quam quod imitaris. Simulare ſomnum habet & hanc facilitatem, quod videtur ſimilis excitato, qui deprehenſus eſt. Quid hoc eſſe vis mulier, quod te non excitat res qua domus tota turbatur? Illam ſeruilis negligentiæ quietem, illos ſine curis, ſine affectibus ſomnos, illos qui non ſtatim primo timore proſiliunt, fragor noctis agitauit. Quantus deinde fremitus diſcurrentium tota domo? Prima ſunt euigilantium præſidia clamores. nec poteſt quieta res eſſe noctis auxilium. Minore ſtrepitu commota es cum excitareris. Ecce cubiculi veſtri fores trepidæ feſtinationis effringuntur impulſu, en lumen ſuper lectulum ingerunt multæ manus, & ad proſtratorum corporum ſimilitudinem cubiculum gemitu, vociferatione completur. Tu iaces, & in cadaueris ſimilitudinem vſque reſoluta es. Hoc tu quietem putas eſſe? Patientia eſt. Veſtræ, iudices, æſtimandum relinquo prudentiæ, ſtrepitum quem in cubiculo ſenis fuiſſe confeſſi ſunt qui illo potiſſimum concurrerunt, vtrum puteris factum colluctatione morientis, an peracta cæde referentis gladium mulieris fuiſſe diſcurſum? An hoc quoque inter artes nouercæ, vt omnibus ſceleris ſui partibus ſenſim quieteque diſpoſitis, ipſa ad excitandam familiam fecerit ſtrepitum, cui hoc ſolum ſupererat, vt ſic inueniretur? Fragor quo familia excitata eſt, ſi redeuntis cæci fuit, deprehenſus iuuenis eſſet antequam gladium referret. Vt ſciatis, iudices, neminem fuiſſe in domo, quem non fragor ille confuderit: cæcus quoque inuentus in limine eſt, ſicut ſolet vltro citroque commeare. Iuuenis ſi inter ſuum patriſque cubiculum facile diſcurrit, quid adhuc in limine facit? Euaſit, effugit, gladium iam repoſuit. Et quanto facilius eſt cæco ſimulare ſomnos, vultum quietis imitari? Quod per fidem maius ſubitæ confuſionis argumentum eſt, quam quod cæcus exiliuit, & ſtetit? Grauius neceſſe eſt expaueſcant, quibus de ſolitudine ſua non renunciant oculi: & quorum concluſus animus non exit in viſus, non habet vnde timori ſuo par ſit. Deprehenſus eſt iuuenis vbi illum deſtituerat impetus timoris. Poteſt negligere

gligere cæcitas in cubiculo ſuo ducem, in quo dies omnes cunctaſque noctes agit iter, quod iam multis offenſis, multis edidicit erroribus. Extra limen cæcitas eſt, inde error, inde tenebræ. Nihil eſt innocentius cæco, qui nec in ſcelere deprehenſus eſt, nec in diſſimulatione. Proclamat hoc loco iuuenis: Vt primum, inquit, mi pater, fragor me domus, & velut tui confudere gemitus, iterum tanquam te rapturus exilui. Tunc primum miſer ſenſi facinus cæcitatis: ſteri, donec mihi renunciaretis occiſus, & in illa diſcurrentium trepidatione tenui miſer otium timoris. O ſi numen aliquod pauliſper accommodaſſet oculos, primus in cubiculum intraſſem patris, inueniſſem fortaſſis adhuc aliqua verba morientis, loqui & interrogare potuiſſem. Tarda & trepida ſunt officia ſeruorum. Ego te deprehendiſſem nouerca vigilantem. Sed, inquit, gladius cæci cruentatus inuentus eſt. Non eſt, iudices, cæcitatis audacia, de parricido referre gladium: & homo cuius paulo ante exquiſiti ſunt ſinus, non referret in cubiculum ſuum ferrum, quod non tegere poſſet, non abſcondere, & tamen cruentatum ſciat. Quis hanc, iudices, impudentiam ferat? Negat cæco ſurripi potuiſſe gladium mulier, quæ ſe quiete defendit. Et quanto facilius eſt ſomnos excipere miſerorum? Grauior eſt quies, quibus ex laſſitudine calamitatum venit. Cæco vero facile eſt, etiam vigilanti ſurripere gladium. Quemadmodum autem paratur argumentum: Quædam facere non poteſt negligentia, & facilius eſt vt cæcitatem imitentur oculi gladium cruentatum reponentes. Has tantum cauſſas habet qui occidit alieno. Sentio, iudices, iandudum indignari miſerrimum iuuenem, quod argumentis, quod probatione defenditur. reddenda ſunt maximo virorum patrocinia tam piæ cæcitatis, & agenda reliqua pars cauſæ adm ratione. Intueri mihi, iudices, videor expeditionis illius incredibilem no uamq; faciem. Vadit rapto patre iuuenis per ardentes creſcenteſq; flammas. Dicturum me putatis, vt euadat, vt fugiat? Properat miſer, vt reuertatur. En membra contactu ſtringuntur ignium: Pater tamen toto cooperitur amplexu, & ardentibus tunc quoque pene liminibus, texerunt manus alterius oculos. Hoc me nunc putatis ſtupere, mirari, quod huic iuuenis oneri per medios ignium globos & ruentia tecta ſuffecit? illud eſt cui vix habere poſſit mortalitas

fidem. Viſus eſt ſibi feciſſe rem facilem. Quanta dii deæque pietatis audacia eſt, ire rurſus in flammas, illo vbi patrem pene perdideris? Iam non erat illud penetrale, iam non erat domus, vbique tamen iuueni videbatur ardere mater. Iam miſer vndique flagrantibus membris, cum diſcurrentem cluſiſſet ignis (quod ſolum ſupererat virium genus) matrē quærebat oculis. Non fuit illud primum ignium, perire lumina candentia, non protexerunt flagrantem ſua membra faciem, & oculi quærentibus matrem manibus arſerunt. Rurſus infelix totum tactu perluſtrat incendium, & vnde maximus eſt collabentium culminum fragor, illo debilitas tanquam inuentura reuocatur. Solus omnium ſeruatus eſt beneficio cæcitatis. Protrahatur, iudices, ſi videtur, in medium reus, plurimum probationibus abiicere debent truces vultus, terribilis minaxque facies. Hic eſt, iudices, qui dicitur tota nocte diſcurriſſe. Hic ille circunſpectus, hic ille felix parricida. Receſſerunt cuncta debilitatis officia, & hominis qui circum genua veſtra ducendus eſt, non eſt qui dirigat greſſus, non ſeruuli ſuperſunt, non penates. Reſpondete per fidem, reſpondete mortales, vtrum hic patrem occidit, an perdidit? Quid agis infeliciſſime iuuenis? Rogandum eſt neque habes totas preces. perit ille veſter ambitus, veſtra miſeratio: ſed nefas eſt vt reatus iſte ſentiat debilitatis aduerſa. Nos agedum iuuenis duc, immo noſtris humeris, noſtris manibus innitere: nos tibi preces, nos accommodamus oculos. Quid aduerſaris infelix? Quid repugnas? Scimus te non rogare pro vita, ſed dura miſer, dura ſaltem viue dum vincas. decet te hic quoque virtutum tuarum cumulus, decet vt digneris moriturus abſolui.

MILES MARIANVS.

DECLAM. III.

ARGVMENTVM.

Bello Cimbrico miles Marianus tribunum ſtuprum ſibi inferre conantem, propinquum Marii occidit. Reus eſt cædis apud imperatorem.

Pro

Pro milite contra tribunum.

Satis dedecoris atque flagitii caſtra ceperunt, cum hæc furenti tribuno mens ſubiecta eſt, vt in medio belli Cimbrici ſtrepitu, ante ſigna (ſuis honor ſit habitus ſanctiſſimis auribus) iuberet proſtare gladio cinctum, & vim turpiſſimam ac nefariam tentaret inferre (ne quid aliud dicam) fortiori. Habet æternam labes illa memoriam, & in exemplũ, in quod facillime vitia proficiunt, noua culpa pernotuit. Et licet impunita ſit reo virtus, ſua tamen in hoc ruentis in deteriora ſeculi curſu, affirmo plures erunt qui tribunum imitentur, quam qui militem. Et ſi nihil minus conuenire videtur partibus aduocati, ſumme imperator, quam reo capite periclitanti ſubſidium miſerationis auferre: memor tamen pro quo, & apud quem loquar, audacter, atque vt ſpero, tuto profiteor, militem tuum quicquid afferat caſus hodie, ſub ipſo fortunæ minantis ictu ſtare ſecurum. Aut enim abſolues tanquam innocentem, aut punies tanquam virum. Fas eſt vita periclitari, qui natum ſe meminit lege pereundi. Neque in militiam grauiſſimo aſperrimoque bello ita venit, vt neſciret ſibi mortem in procinctu habendam: neque eſt tam imbellis, vt non forti pectore aduerſa, dum non inhoneſta, toleret. Affirmo tibi C. Mari, non ſic nuper repugnaſſet, ſi illum tribunus voluiſſet occidere. Neque ignorauit quæ manerent eum pericula, cum obſcœnos furioſi corruptoris amplexus gladio diuelleret. Nec habeo ſane quid in milite præſertim tuo laudem, ſi pudicus eſt tantum, quia expedit: nec ſi ſit vitæ cupidiſſimus, pœnitere eum facti ſui poteſt. De interfectore corruptoris fortaſſe dubites: illud vtique ſcio, de impudico milite non deliberaſſes. Hunc vero C. Mari (defendatur enim tam fortiter miles tuus, quam vindicatus eſt) nec ſi damnaueris, pœnitebit. Si fors ita tulerit, ibit ad pœnam pleno gradu tam paratus mori pro pudicitia, quam occidere: laudemque perpetuam fortiſſimi pudoris ſecum feret. Omnis licet delatorum vis ingruat, nunquam tamen effici poterit, vt miles tuus magis doleat quod accuſatus, quam quod appellatus eſt. Sed neque hoc Roma parens, nec ſigna militaria, aquilæque victrices, nec tua, ſumme imperator, diuina virtus ſinat, vt tua quoque ſententia quiſquam vir & Romanus & miles nimium pudicus ſit, apud quem ante principia agendum eſt. Ecce cum maxime hoc

agi-

agitur, vt inter Romanorum legionum manipulos ſcortũ deligere, & ad ſtuprum trahere ſacramento rogatos poſthac liceat ex decreto tuo: nec pudet accuſatorem apud C Marium (quod exemplum diuinitus nobis datum videtur, quid in homine virtus poſſit) aſſidentibus legatis præfectiſque, & iſtis illi prodigio diſſimilis tribunis, toto armatorum iudicio obiicere militi quod vir ſit: tantumque non durum ac ruſticum, ſed parum meretriciis artibus queritur educatum. At ego, ſi qua eſt fides, pudicitiam in milite etiam laudare erubeſco. Fœminatum eſt iſta virtus. Aliter laudandus eſt vir fortis, idoneus bello, promptus ad pericula, præſtantis animi, libere dicam, dignior qui tribunus eſſet. Hoc enim propinquo Mari, non erubeſceres. Peret huic emeritis bello ſtipendiis tum, cum tota ſubnixum Numidia fregimus Iugurtham, exauctoratas armis manus agreſti labore ſubegit. Prædura priſcis moribus mater, frigoribus ac ſolibus peruſta, & in pleriſque ruris operibus marito particeps, affirmo, quam nemo appellaſſet impune. His ortus ipſe, procul ab omni contactu receſſerat, pueriles quoque annos aliquo ſemper opere durando, ſequi pecora primo, arcere grtegibus feras, aliquid ſemper audere maius annis. Ludus fuit rotare ſaxa, vibrare iactu ſudes, ſaltus agitare venatu, mox vigentibus lacertis humum ſcindere, ſegnem futuris noualibus eruere ſyluam. Sic effectum eſt, vt (quemadmodum aliqui putant) poſſet cito militare. Interim ex vltimo littore oceani, & dirempta frigoribus plaga, gens à rerum natura bene relegata, ſtolida viribus, indomita feritate, inſolens ſucceſſu, nec minus animorum immanitate, quam corporum, beluis ſuis proxima, *Italiam inundauit*. Nec tamen tantum vi ſua, quantum luxuria ſocordiaque noſtrorum ducum elata, dum nos in bello quoque vitia pacis ſequuntur, & delicati ſumus etiam miſeri, vaſtitatem agris, ſolitudinem iuuentuti, periculum imperio ac prope exitium attulit: apparuitque nunquam populo Rom. ad propulſandam perniciem magis viris opus fuiſſe. Itaque cum appareret ſoluta militiæ diſciplina, & non minor nobis pugna cum moribus eſſet, quam cum hoſtibus: ad vnicum C. Mari cum virtutis tuæ, tum ſanctitatis ſeueritatiſque præſidium confugimus. Et mehercule feſtinarunt parentes ad nomen liberos mittere, quamuis aſperrimo bello, velut occaſionem complexi, vt ſub te ponere rudimenta militiæ

con-

contingeret, cernere quotidie diuinæ virtutis exemplum, te hortatorem operum habere, te teſtem. Et cum hæc communis totius exercitus eſſet felicitas, dux Marius, tamen (ô facinus indignum) plus reliquis conſecuti videbantur, quibus tribunus contigerat propinquus tuus. Quanta cura robora militum legeris imperator, vt hoſtibus prope humanas vires excedentibus opponeres parem delectum, vel ex eo manifeſtum eſt, quod cum ſcires non ex cenſu eſſe virtutem, præterita facultatum contemplatione, vires tantum animoſque ſpectaſti. Quid prodeſt? en quanta delectui tuo ſit inuidia? diceris aduerſus Cimbros puerum probaſſe. Sed neque te militaris ætas feſellit: cuius certiſſima menſura eſt, poſſe fortiter facere. Neque illa libido fuit ſaltem vitiis vſitata, quæ ad obſcœnos Veneris impetus formæ cupidine incenditur, ſed quidam perditus contumeliæ amor ac ſumma flagitiorum voluptas, inquinare honeſta: hoc ipſum quod primus ante ſigna procurrit, quod veteranos tyro præcedit, quod redit puluere & cruore concretus, iſtud, iſtud quod iam vir eſt. Vulgaria ſunt irritamenta cupiditatis, forma, ætas: ſingularis res eſt fortis concubinus. Illas cicatrices, illa vulnera, illa tot eximiæ decora militiæ, quid exequar vltra? Imperator, pudet me quod intelligis. Tranſeo oblatam nolenti munerum vacationem, & blandius quam militiæ diſciplina poſtulat, adulatum militi tribunum, imperatas aſperrimas expeditiones vt remitterentur, ſæpe ordinis, ſæpe affinitatis tuæ iactatam gratiam. Confitemur C. Mari, diutius vixit obſcœnus corruptor, dum iſta miles non intelligit. Non audeo dicere, imperator, concipe animo temporis illius habitum, reforma cogitationes tuas: in aliis forſitan cauſis permittatur indignitatem rei oratione exaggerare, de iniuria noſtra latine queri non poſſumus. parcendum verbis eſt. inhibenda magna ex parte veritas. præuaricandum mihi eſt, ſi pudorem habeo. Collatis cum hoſte grauiſſimo comminus caſtris, cum totum bellum quodam genere ad pedem veniſſet, & omnium mentes imminentis pugnæ cogitatio impleſſet, circumfremente vndique barbarico vlulatu, Romano militi pro vallo excubanti, meretriciam obſcœnæ libidinis patientiam aliquis imperat? Suum quiſque habeat fortaſſe iudicium: mea ſententia non ſatis pudicus eſt miles, qui armatus tantum negat. Hoc expoſitionis loco impeta-

perator, malo accuſatoribus credas. Illi narrarunt rem tuo & Romano milite tuo dignam, tantumque non ardorem luminum, horrorem capillorum, fremitum indignationis ante oculos dicendo poſuerunt. Ad primum ſtatim obſcœnæ libidinis ſermonem, non aliter quam ſi in hoſtem claſſicum cecinisset, gladium illum quem à te pro pudicitia noſtrarum coniugum acceperat, per pectus infandi corruptoris exegit, & in latus vltra pedem. Si omnes milites tales habemus Mari vicimus Verebar equidem ne fugandi corruptoris cauſſa ferrum ſtrinxiſſet, & (quod accidere interim ſolet) dum alter receſſurum putat, alter percuſſurum non putat, tam honeſtum opus caſus feciſſet. Neque enim (vt opinor) hoc quoque exigendum fuit, vt cum cæcus amentia corruptor per vulnera ipſa rueret ad prendendos amplexus, miles etiam gladium reduceret. Ego vero parum viriliter iſtum indignatum puto, ſi in tanto dolore tribunum potuit agnoſcere. ipſe nihil excuſat. Percuſſi, inquit. Gratia Mari, ſignisque. Occidi, hauſi noxium vltrice dextera ſanguinem, ſiue licuit, ſiue non licuit. Atque vtinam plures mortes cepiſſet, vt impurum ſpiritum renaſcens pœna torqueret. Parum ſeuere militarem redeuntibus ſuppliciis diſciplinam continemus ſi tribuno poſt hoc factum bene ceſſit quod occiſus eſt. Reum ergo cædis non inficatione defendam. Viro forti præſertim & innocenti nihil facere conuenit quod negandum ſit. Non abnuo crimen : immo ſi accuſatores tacerent, ipſe narraſſem. Obiicite igitur, ſed, vt delatores decet, totum. Verecundiſſimum enim Militem apud ſanctiſſimas imperatoris aures minus pudet confiteri quam queri. Parumne dedecoris ſubimus, quod non de honoribus fortiſſimi viri quæritur? &, vt longiſſime vota procedant, rem honeſtiſſimam militi feciſſe impune erit? Damnetur etiam, & pudicitiam ſupplicio pendat. Conuenite legiones, intendite animo ſancto contracta vndique auxilia. Lex dicitur caſtris, nec pauci ſunt qui hoc nolint licere, illud velint. Non mehercule poſſunt tenere, quo minus in accuſatorem dolor meus erumpat. Quid dicis? tu ſi tribunus fuiſſes, hoc feciſſes? Similis eſſes, hoc tuliſſes? Date præcepta, componite diſciplinam. Miles hac contumelia percuſſus eſt. indignis vero vocibus contaminatus, nihil amplius aget, quam renuet? Et quis non illum inter proſtitu-

tos

tos habet, ſi commiſerit vt poſſit iterum appellari? Neget tamen, & vltionem iniuriæ ſuæ differat. Ita puto, cum illuſent tribunus, quereretur. Iniicitur manus & ab aſſignata ſtatione miles abducitur, vt ſtuprum patiatur. Vos interrogo accuſatores, quid faciet? feret libidinoſas manus vulnera ſua tractantes? deponet arma, an reponet? Vir eſt enim, autorem habet, hoc primi ordines iubent. Æquum eſt, tribuno militem parere: in diem ſpectare etiam proceſſus poteſt, pro hoc merito accipiet fortaſſe vicem, ordines ducet, & ſub illo alii militabunt. Si hæc conditio cauſæ eſt, ſi defenſio ſui non permittitur, indicate, prædicite, ſi corruptorem non licet feriri, feret. non enim poteſt nuda manu repelli. Mementote, corruptor armatus eſt. Implicitus tamen infando nexu, cogitate quid ſibi feciſſet, verum id, ſi plura diſpiciat, immo, ſi videtur, quo iuſtius queri poſſit, patiatur. Iſtud vero flagitium in conatu pereat. Nam ſi libido ad votum obſcœni corruptoris proceſſerit, duo occidendi erunt. Libere itaque dixerim C. Mari, quam de fortiſſimo milite ſententiam feras, magis tua intereſt. Huius quidem gloriæ nihil plus adiici poteſt, quam ſi pro re tam honeſta moriatur: hunc mirabitur ſola virtutum incorrupta teſtis vetuſtas. hoc factum patres liberis vel poſt pœnam præcipient. Tu cogita quid te ſenſiſſe homines ſciant. Hoc exemplum in neutram partem poteſt taceri. Cogitate certum eſt id quenque cum iudicat, probare quid in re ſimili ipſe feciſſet. Omnibus enim ad virile robur per pueritiam intereſt, & iam contra libidinem maturuiſſe non prodeſt. Recognoſce incrementa tua, & honeſtam tantæ magnitudini memoriam priſtinæ tenuitatis. ſine dubio te ad tot conſulatus, & actos aut deſtinatos triumphos diuina virtus tua ſuſtulit. Memento tamen, & tu ſub tribuno militaſti, nec ad hoc faſtigium dignitatis tam breui tibi venire contigiſſet, ſi ſero cœpiſſes. Dicam nunc ego præcipuam ſemper curam Romanis moribus pudicitiæ fuiſſe? Referam Lucretiam, quæ condito in viſcera ſua ferro pœnam à ſe neceſſitatis exegit, &, vt quam primum pudicus animus à polluto corpore ſepararetur, ſe ipſa percuſſit, quia corruptorem non potuit occidere? Si nunc placet tibi miles, quid ego Virginium narrem, qui filiæ virginitatem, qua ſola poterat, morte defendit, raptumque de proximo ferrum

non

non recuſanti puellæ immerſit? Diuiſit illi ſolum Appium, quem tamen populus Romanus ſeceſſione à patribus & prope ciuili bello perſequutus, in vincula duci coegit: neque vlla res tam magis indignationem plebis commouit, quam quod pudicitiam auferre tentauerat filiæ militis. Hæc ſunt honeſta, hæc narranda fœminarum exempla. Nam virorum quæ pudicitia eſt, niſi non corrumpere? Non ſit mihi forſitan quærendum auerſis auribus, ſeculi in tantum vitia regnare, vt obſcœnis cupiditatibus natura ceſſerit, vt pollutis in fœmineam vſque patientiam maribus, incurrat iam libido in ſexum ſuum. Finem tamen aliquem ſibi vitia ipſa exceperunt, vltimumque ad hoc huius flagitii crimen fuit, corripuiſſe futurum virum. Hoc vero cuius dementiæ eſt? In concubinatum iuniores leguntur, & in muliebrem patientiam vocatur fortaſſe iam maritus. Ego vero gratulor militari diſciplinæ, gratulor opinioni caſtrorum; ſi huius mentis tribunus in hunc primum incidit. Itane tandem (iuuat enim velut præſentis inſequi furorem) ſcorta tua ſtipendium merentur, & ſub ſignis exoletos trahis? Ideo meretrices ab exercitu ſummouentur, intrare caſtra fœminis non licet? Ita puto, non opus eſt militem, hoc eſt pluſquam virum, iamiamque in acie ſtatutum, cui pro virili portione ſalutem ſuam patria commiſit, appellas. Fortaſſe claſſico ſonante ideo ſtationes circuis, ideo vigilias ambis. En quem tribunum faceres, cùm prætextati militabunt? Non hic prorſus eſt furor? non manifeſta dementia eſt? Vides munitum gladio latus, loricam ferro aſperam, clauſam galea faciem, & ad terrorem belli criſtas minantes, inſcriptum in ſcuto C. Marii nomen, totum denique virum Martio habitu horrentem. *Hic tibi cultus proſtituti videtur?* Appellabis de ſtupro? vim afferes? Quid deinde expectas? vt ille te tribunum putet, cum tu illum non putes militem? Vacat enim vitiis noſtris, & ad omne votum fluente fortuna laſciuit ocium: aut in eo ſaltem ſtatu reſpub. eſt, vt ad reſtituendam eam ſatis ſit milites impudicos non eſſe. Non de prolatando tibi imperio res eſt, nec tranſmarinas (vt nuper) prouincias petimus: de Italiæ poſſeſſione certatur, pro aris fociſque conſtitimus: an hæc omni igni ferroque vaſtentur, an nobis caput barbarus hoſtis excidar, an Cimbrice loquendum ſit. Vita omnium noſtrum & ſalus (pati namque aliud ne ſub hoſte quidem viri timemus)

bus) in vltimum diſcrimen adducitur. Influxit Italiæ in-
dita multitudo, quam ne ea quidem potuit ſuſtinere terra,
uæ genuit: inuſitata corporum magnitudo, mores etiam
et manifeſti. Strage noſtrorum campi latent. Iam fugato-
m Carbonis atque Syllani ſub comparatione felix militia
. Iacet poſt amiſſum Scaurus exercitum. Seruilii Manlii-
e bina cum tot legionibus caſtra perdidimus. Gens maio-
n terrarum partem victoriis peruagata, tantum in Mario
tit. Libenter te imperator interrogo, in hoc rerum ſtatu
es milites habere malis, an tales tribunos? in tanto belli
curſu, ne conceſſæ quidem veneri dares veniam. Nam
o ad altiorem quiſque honorum gradum extenditur, ma-
in exemplum ſpectantibus patet. Cum alii excubent ar-
ti, alii clauſtra portarum tueantur, alii vallum foſſaſque
tis innixi cingant cibum ipſum ſtantes capiant, tribunus
et ſcorta volutabitur? & has ſolas vigilias aget? ac ne id-
quidem breuem ſaltem frugalitatis perferet ſimulatio-
n, ne hæc illum facere milites ſciant? age porro ſi viue-
trib. & hoc adte factum imperator, deferremus, cir-
ſtaret vniuerſus exercitus, nec hāc militis contumeliam,
militiæ putaret, quid ageres? quid conſtitueres? Be-
icium accepiſti Mari, beneficium: non habes neceſſe
pinquum tuum occidere. Nam ſi vere æſtimemus, im-
ium populi Romani ad hanc diem militari diſciplina ſte-
Non enim nobis aut multitudo maior eſt, quam cæ-
s gentibus aut vehementiora corpora, quam vel his ec-
Cimbris, aut maiores opes quam locupletiſſimis regnis,
mortis contemptus facilior quam pleriſque barbaris
ſſam vitæ non habentibus. Principes nos facit ſeueri-
inſtitutorum, ordo militiæ, amor quidam laboris, &
tidiana exercitatione aſſidua belli meditatio. Itaque
a pene moribus quam viribus vicimus, cum captiuæ quo
ſancte habebātur & contumelia etiam hoſti aberat. Quæ
nia longa ſuperbæ nobilitatis intermiſſa luxuria, tui
is mores retulerunt. Dii profecto magnitudinem tuam
int imperator, ac dirigunt, qui tibi ſuper cæteras lau-
obtulerunt tam honeſtæ ſententiæ occaſionem. quod
es fortiter fecit, ſi abſoluis, tuum exemplum eſt. Niſi
e hoc me perturbari putatis, quod tribunus fuit. Ideo
le turpior, ideo morte omni dignior. Hæc enim con-
ditio

C

ditio ſuperiorum eſt. vt quicquid faciunt, præcipere videatur: & perniciofiſſimus eſt malæ rei maximus quiſque autor. Quis continebit militiam? Quis caſtrenſis diſciplinæ præcipiet ſeueritatem? Quis te imperator maioribus curis diſtricto, delicta militum coercebit? Tribuni corpus & peccatum corriget? ad quem confugiam? cui querar? Sic fit vt neceſſe habeamus ipſi nos vindicare. Tribunus fuit, & hic miles fuit. Tribunus, Hoc dicis, cui parere caligarum lex iubet, qui non ſolum militibus, ſed centurionibus præpoſitus, partem quandam imperatoriæ poteſtatis obtinet. Ita, opinor, contra iura caſtrorum fecerat miles, etiam ſi tantum negaſſet. Neſcit quod iſtius honoris faſtigium, quæ poteſtas ordinis: tyro eſt. Age ſi ad te C. Mari aliquis impudicum militem detuliſſet, ferres dicentem, tribunus me iuſſit? Quod ſi par in vtraque parte delictum eſt, hoc tamen crimen militem ſaltem decet. Tribunus fuit. Videor mehercule imperator, oblitus mediocritatis meæ, cum vix vnius defenſioni ſufficiam, quædam pro vniuerſo dicturus exercitu. Omnes has quæ circumſtetere legiones, florem Italiæ, ciuium, ſociorumque robora, vna voce proclamare apud tribunal exiſtima, Non ignominiæ tribuni parere poſſumus, nemo noſtrum recuſat itinerum laborem, nec inuiſum ſuperatma faſcem, non æſtiui ſolis ardorem, nec ſub pellibus actam hyemem, fodienda ſit fatigato foſſa, pro vallo portiſque vigilandum, fortiter ancipites inibimus pugnas, vulnera laude penſabimus, mors erit ignominia potior. Quidquid in pugna patimur, virorum eſt. Imperet aſperas trib. expeditione, ſi quo vertice montis hoſtis pellendus eſt, ſi inter infeſtos armatis ſaltus ſpeculandum: ſæuiat denique in terga verberibus exigat ſeruilem plagarum patientiam, leno etiam ſeruis excipitur, fortaſſe hac lege captiuos vendens. Si meretricia imperatur neceſſitas, ſi aduerſis obſcœnam vim corruptoris arma tantum contumeliæ cauſſa habemus, potius caſtra capiantur, & vim tribuni interpellet Cimber. Nihil tale nouere Germani, & ſanctius viuitur ad Oceanum. Quid futurum eſt imperator, ſi ad pudicitiam militum pertinet vinci? An ignoramus imperator quanta quondam populi Romani exarſerit ſeditio, cum ex domo fœneratoris addictus lacero verberibus tergo prorupiſſet in publicum, & illas ſuppliciorum notas tuliſſe ſe quereretur, quod vim corrupto

uptoris pati noluiſſet? Et ille tamen quanquam hoc flagi-ium conatus in addicto ac pene ſeruo, & vix libero videba-ur, aliquatenus memor fuiſſe Romanæ ſanctitatis, qui vim obſcœniſſimam non tentauerat niſi aduerſus alligatas nanus: eo tamen vſque populi Romani vindicta proceſſit, tardentibus bello finibus, ad delectum nemo reſponderet, niſi & pœna corruptoris, & abrogatione legis ſatisfactum iſſet. Nolebant militare, quanuis hanc iniuriam non mi-s acceperat. Quid de Fabio Eburno loquar, qui filium npudicum cognita domi cauſſa necauit? Iamiam com-nilito quicunque caſus manet, etiam ſi te imperator dam-aturus eſt, habes ſolatium, ſatius eſt quam à patre occidi. t propinquus C. Marii fuit. Corrumpitis iudicem & ani-o alioqui leui gratiæ pondus imponitis. Propinquus tuus iit. O rem omnibus narrandam, cum abſolueris. Nam quid tibi iudicandi fides tua cauſſa facere permittit, cogi-s profecto quantum tibi hoc ipſum apud æmulos, quos ırtutibus offendis, allaturum ſit inuidiæ cum videberis aut orruptorem militis iudicare innocentem, aut propinquum ıum etiam vindicare nocentem. Olim iam Imperator ıter fulgentes virtutes tuas liuor locum quærit, & natura ıidem omnibus nouitatis incrementis aduerſa nobilitas, is tamen laudibus preſſa & obruta rimatur occaſionem cri-inum. Quod ſi bene inuidiam noui, hoc quoque tibi ›iicietur, quod ſaltem propinquus tuus peccauit. Quare ›dicandus & eiurandus eſt non tuus ſanguis. Certe nihil inus committendum, quam vt vlciſcatis hoc flagitium in præſertim, qui apud malignos poterit videri te permitten-feciſſe. An ille ſi vnquam cogitaſſet ſe eſſe propinquum tu-n, non has virtutes tuas, inter quas fortuna tua minima t, cum ei velut propius contemplari licuiſſet, toto pectore iurire debuerat? Non huic affinitatis ſuæ felicitati referre atiam? Milites te melius imitantur. Quod ſi poſthanc entem viueret tribunus, neceſſarium forſitan erat hac toque eum premi inuidia, quod iſta feciſſet Marii pro-nquus, quod ex ipſa ſtirpe virtutum ſuſtuliſſet ſe flagi-ſoboles. Nam cum bene ſit liberata probro familia, id attinet illud ſubinde Mario obiicere? Optimum erat non habuiſſet talem proximum, aut libenter perdi-ſſe.

Perorata imperator, vt mediocritas ingenii mei tulit cauſſa, ſcio commendationis partes eſſe reliquas: ſed has ſuperuacuas facit ſanctitas tua. Quid enim verear ne noceat reo humilitas apud te, cui vel gratior poteſt eſſe nuda virtus, apud quem maximum eſt ex ſe cœpiſſe? Commendem tibi ordinem caligati militis, quem vel ut incrementorum tuorum natalem libenter ab alto reſpicis? Adhuc fortaſſe patricium valuerit genus, ſed ductum eius longa ſerie dignitatis ordinem ipſa virtutum conditione meliorem feciſti. Nondum potuit altius procedere vir adhuc huius ætatis. Tamen cum virum fortem, cum dignum tuis caſtris, tuis auſpiciis probarim, commendo tibi quicquid melius miles fieri poteſt. Hoc quidem profecto non expectas, vt in extrema actione miſerabili fletu & humili obteſtatione vitam genu nixus petat: nec tu rogari ab innocente exigis, nec viro forti opus eſt precari abſolutionem: Vnum rogat, vt ſi quid de cauſſa illius dubitas, des dilationem vſque ad proximum prælium. Pone in prima acie: pone ante ſigna (fortiter dixerim) non inter tyrones, vbi plus periculi, quo maximus hoſtium globus ingruet: ſpecta pugnantem, affirmo, tunc minus ignoſces tribuno. Liceat ire in aciem, congredi cum hoſtibus. Si perire debet, rogat te, imperator, miles tuus, opera mortis ſuæ vtaris feliciter.

MATHEMATICVS.

DECLAM. IIII.

Argvmentvm.

Vir fortis optet præmium quod volet. Qui cauſſas voluntariæ mortis in ſenatu non reddiderit, inſepultus abijciatur. Quidam de partu vxoris mathematicum conſuluit. Is reſpondit virum fortem futurum qui naſceretur, deinde parricidam. Cum adoleuiſſet qui erat natus, bello patriæ fortiter fecit. Reddit cauſſas voluntariæ mortis. Pater contradicit.

Pro filio contra patrem.

Poſt-

POSITVS, P.C. in ea conditione triſtiſſimæ ſortis, vt nec morte dignus ſim, niſi me parricidam puteris: nec præmio, niſi innocentem adeoque ludibriis miſeræ diuerſitatis vel neceſſitatis implicitus, vt impetrandum à vo-is habeam odii mei fauorem: quæſo præter omnia, quia ire hoc tempus circa nos ordo prædictæ veritatis explicuit, attuliſſe me credatis vrgentium malorum probatio-em. De parricidio venit, quod occidere me poſſum: de fa-, quod mihi non licet mori. Non ſolus mathematicus ſe-ilo temporibuſque prædixit has manus, ſed & ego me par-cidium credo facturum: plus quam reſponſum, quam ſacræ tis præſagium, triſte eſt, quod mihi ſic minatur animus eus. Non habeo infelix in cogitationibus meis, vnde non meam, & facinus, quod ſibi pro me pietas patris, quodque ngulorum innocentia rogat, ſentio, patior, agnoſco. Ne ais me tamen laborare putet miſeræ perſuaſionis errore, ::ipite cur non poſſim dubitare de fato. Parricidium cre-ir qui facturus eſt: non timet qui periturus eſt. Ante omnia ;itur à grauitate publica peto, ne pro tota innocentia mea ntenti ſitis hoc, quod volo mori. Nec quia videor conten-re cum mathematico, vincere neceſſitates, expugnare fa-m, ideo mihi bene credi puretis & vitam. Aliud eſt, facinus n eſſe facturum, aliud mori velle ne facias. Quinimo (ſi a eſt fides) hoc quod vos conſtantiam putatis, infirmitas t: quod ad ſuprema confugio, animum meum noui. Nouiſ-na victæ mentis integritas eſt in mea poteſtate, breui n habebo nec mortem. Fidem veſtram P.C. ne quid am-us de miſera pietate ſperetis. Qui mori volo ne parrici-um admittam, non inuenio quemadmodum illud poſ-n non facere victurus. Nam quod ad patrem pertinet, ii me retinet viuere nolentem, non minor quod adhuc re-nti gloriæ noſtræ gaudio ſtupet, & in opera mea totus o-lis animoque conuerſus parricidam non videt per virum rtem. Hic eſt animus, quo me quamuis denuntiatum prædi-mq; ſeruauit: & cum incertis adhuc dubiiſque virtutibus eſtiterit vt viuerem, præſtat meritis actiſq; ne moriar. Nūc :, quod pietate, quod videor ipſius perire reuerentia, vocat rricidium ſuum: & in orbitate, quam facere ſibi videtur nō nedium meum, ſed ſuum ſpectat a● ctum. Filius qui vult ori ne parricida ſit, aliter ſibi videtur remunerari non poſ-

 ſe,

ſe, quam vt ipſe moriatur. Merito prorſus, merito miſerū ſenē triſtes ſolicitudines & præſcii metus ad mathematicum & reſponſa miſerunt. Debui vir fortis nunciari, parricida prædici. Siue enim miſeræ coniugis prodigioſa fœcunditas tumultuoſis pulſibus martiales inquietauit amplexus, ſiue per anxias noctes diroſq; ſomnos feralibus ſenex imaginibus agitatus dicitur ad notiſſimum ſacræ artis antiſtitem, non ſpes, non auida vota, ſed ſuſpiria, metus, & præſagium magni neſcio cuius incerti detuliſſe pallorē: quid aliud hoc eſſe vultis P. C. quam primam fatalis inſtinctus neceſſitatem? De partu vxoris non potuit non interrogare, deinde non credidit. Referam nunc P. C. cuius artis, cuius fuiſſe dicatur autoritatis, quē putauit adeundum, qui ſic timebat. Homo qui, quod certum habeo, plurimis meruerat experimentis, vt ad illum velut ad oracula deorum, plenumque ſacro ſpiritu pectus, hominum ſolicitudines metuſque confugerent: dicitur inſpecta totius ratione cæli, digeſtis ſideribus in numeros, ad publici priuatique fati ſtupuiſſe conſpectum: & tanta proſperorum triſtiumque congeria magis ipſo conſultore perterritus, diu non commiſiſſe verbis, quod videbat. Sed, ô virum grauitatis antiquæ, dignumque cui ſe fatorum arcana nudarent. Cum partus de quo quærebatur, multa præſtaret propria proſpera, lætos incipientes annos, non fuit contentus meliora prædicere, ſed (quæ certiſſima eſt vera proferentium fides) quicquid deprehenderat, protulit in medium, & proclamauit futurum virum fortem, deinde parricidam. Quis vnquam P. C. fiducia maiore reſpondit? Cum ſummum facinus denuntiaret, ante ſe dixit probaturum. Fecerat profecto P. C. interrogando mathematicum pater rem non educaturi ſi quid triſtius competiſſet, niſi hoc primum de fato fuiſſet, vt viuerem. Sed nec mathematici fides circa momentum aliquemue ceſſauit ordinem? non numerus fefellit, non ſexus in partu, non iuuenta, non robur. Illa quoque quæ velut extrinſecus conſentiebant, affuere reſponſo, bellum, hoſtis, acies, ad illam ipſam qua fortiter facere poteramus, ætatem. Pater vero periculi ſui denunciatione non territus, arma mihi, pro triſtis neceſſitas, arma ipſe circundedit, & ſuis ad pugnam manibus aptauit, tanquam mathematico iam credidiſſet. Quis miretur quod reſponſum non contempſerit, dum ſperabat vt fortiter facerem? Mori me non vult, & iam non ſupereſt niſi parricidium. O mors laudanda

danda

ſanda fortibus, expetenda miſeris, non recuſanda felici-
bus, quantum te quæſiuimus in bello? Tuli enim (deos te-
tor) in aciem, tuli non virium iactationem, non gloriæ cu-
piditatem, ſed vt patriæ præſtaret aliquid vtilitas mei: vt
tunc mihi deploratum ſpiritum, hoc deſtinatum damna-
umque corpus, publicarum vtilitatum vſus abſumeret. Ibi
primum miſer dici quam multa neſcientes, quam mul-
a facere mus inuiti. In medios hoſtium globos perditus pu-
gnator exilii, ceſſit acies. Denſiſſima quæque certamina
olus inuaſi, reſiſtere nemo ſuſtinuit. Obuiis ictibus mem-
bra nudaui, & ad incurrens vbique ferrum vitalia prata cir-
umtuli: vacua circa me tela ceciderunt. Miſerum me dece-
ptæ cogitationis euentu, fortiter feci, dum mereor occidi.
Recedite gratulantes, abite laudantes, non circumeo tem-
pla, non reddo vota numinibus: ad patricidium veni. Quem
ego paulo ante paſſus ſum miſeræ conſcientiæ pudorem?
Ad patrem arma non retuli. Timui quinimo ne mihi dum
reuertor, occurreret, ne in oſcula mea plenaſque adhuc vi-
ctricibus telis manus incauto rueret amplexu. Quam tunc
inter cæteras exclamationes deducentis exercitus vocem,
quod circunſtantis populi murmur excepi? Magnum fe-
licemque iuuenem, ſi ſubito moreretur. Adiuuate dii pa-
iter atque homines, dum perire concupiſco, dum volo:
miſeremini, ne hunc ardorem fugientis animæ dilatione
axetis. Proclamo, teſtor, in nouiſſimo fati ſtamus abru-
pto, prope eſt vt occidat patrem parricida prædictus, cum
eſt mori paratus. Quid me pater adhuc detines? Quid mo-
raris abeuntem? Melius quidem fuerat hunc ſpiritum aut
in ipſa maternorum viſcerum ſede, comprimere, aut vt
primum contractu ſuo cœlum terraſque polluerat, feſtina-
ta morte dimittere. Sane tamen charitas patriæ priuatos
vicerit metus, & in honorem virtutum ſcelera nutrita ſint:
quicquid eſt, propter quod educari me tanti fuit, explici-
tum peractumque eſt. Reſtat vna pars fati, vltimum ſolumq;
ſaninus. Fruſtra me conſolatis æquanimitate patientiaque
tua. Non idem vtriuſque noſtrum diſcrimen agitur. Tu
mori periclitaris, ego patrem inuitus occidere. Hoc pri-
mum itaque exeuſo vobis P. C quod præmium peto, ſatis
ſit hactenus viri fortis nomen agnoſcere, hucuſque au-
thoritatem ſacræ legis attingere, vt illam in aduocatio-
nem ſacræ mortis adducam. Relaturum me putatis illa

optionum verba ſolennia, non capere magnorum precia meritorum ſolas æquitates: tanta remunerandum benignitate quod fortiter fecit aliquis, quanta ſolicitaretis vt faceret? Nemini vnquam minus ſoluendo ciuitas fuit. præſtiti poſt quod mori continuo deberem. Sed ſecuri eſtote de auiditate ſummæ poteſtatis: illud infinitum, illud immodicum, quod nobis voluerunt licere leges, intra ſe conſumit ille qui meruit. Titulos, imagines, honores, ſeruate victuris: mihi præſtate ſalutem patris, innocentiam meam, temporum pudorem. Quæſo ne mihi ideo præmium negetis, quia fortaſſis & hoc debeatis odiſſe, quod fortiter feci. Extra inuidiam eſt optio, cum id exigam, quod impetrare potuiſſem etiam antequam fortiter facerem. Nam quod obiter optionis reddo rationem, quæſo nequis ideo me parum aut præmio fidere credat, aut cauſſis, quia vtriuſque iuris miſcui preces. Ignoſcite ardori perire cupientis, quod pariter imploro quæ ſingula ſufficere potuiſſent. Fidem quinimmo veſtram, ſi qua adhuc lex eſt quæ adiuuare poſſit mori volentem, commodate, conferte. Eſt vtriuſque iuris & autoritas, quod in mea morte tribuatis. Præſtate cauſis vt moriar, præmio vt ſepeliar. Sentio P. C. hoc primum ab affectibus publicis petendum, ne quis ideo mori me velle non credat, qui potius ad cauſſas ac verba confugi, quia à vobis malui petere quicquid ab his potui manibus accipere. Metui fateor malignas interpretationes, vir fortis vt moreter, à bello reuerſus arma poſui, populi fauorem, gaudia ciuitatis intraui. Sed ſiue hoc eſt ſepulturæ ſuæ magna reuerentia, peſſimæque additæ pectoribus humanis infirmitates, vt eſſet quod timeret, qui non timet mortem: ſiue decuit innocentiæ amore pereuntem tranquillitas magna pereundi: ignoſcite quæſo cunctationi, patientiæ, moræ. Si me continuo occidiſſem, tanquam parricida moriebar. Neque eſt P. C. quod excludi præmium putetis contradictione patris. Eximus per magnorum operum reuerentiam de neceſſitate parendi, & aut interim nobis magna venit contra nominis huius potentiam de virtutum fauore libertas, aut obſequia peracta demum optione repetemus. Non eſt quod vos reſiſtentis moueat autoritas. Neminem inuenias mori volentem, qui non habeat aliquem vetantem. Ille cui præſto non ſunt pignora charitatis, lacrymis tamen audientium, & conſolatio-

tionibus, & promptiſſima ſemper exhortatione retinetur. arentibus vero circa liberos vnus affectus eſt, fauere vitæ, nere mortem. Non habent patientiam nec iuſtæ orbitatis, inter ſupplicia licet pœnaſque, omnes tamen illis innoentes, omnes miſeri ſumus. Ego P. C. communem hanc ipatientiam ſenis accendio pietate, reuerentia. Fieri on poteſt vt ſe mori debere perſuadeat patri filius, propter em ſe videtur occidere. Hactenus leges, hactenus mea virtutum: veniamus ad neceſſitates. Mori volo, mori lo. ita vt reddidi cauſſas. Ita non ex hac deſtinatione ſens quicquid dici non poteſt? Videritis, quid nos hucuſque otulerit, hinc incipit ratio. Quod volo, fingite vnum ex pulo turbaque petere ius præmiorum. Non debet hoc ari, quoties habet cauſſas: non poteſt, quoties non habet. licet enim verendum eſt, ne ad hoc inconſulte, ne temere itas humana proſiliat: & credibile eſt, vt quicquid apud minem pro vita dici poteſt, ipſa ſibi vita non dixerit. Abgratulationes, ſilete blanditiæ, quoties iam putatis nolle me mori? Primum, hoc maximum, quod pro incogniiate hominis natura commenta eſt, vt periremus inuiti: ontra tot aduerſos caſus, patientiæ nobis æquanimitate curreret. Inde eſt quod inter luctus & deſperationes la viuacitate duramus. An vos me moueri non creditis ɔd iuuenis ſum? quod modo vitæ voluptates, modo gaulucis ingreſſus ſum? Quantopere mihi blanditur, quod licis ex acie reportatus humeris lætitiam ciuitatis imple-Quoties mehercule hæc vulnera, & tot antia hoſtili cruotina complexus, animum ſupra neceſſitates erigo, ſupra ım pono. Sed omnia mihi iam diſcuſſa, conſumpta t, & honeſta pereundi ratione victa ceſſerunt. Quid i amplius cum corpor., quod oderunt oculi ſui? cum quo otidie properans anima rixatur? Non ſunt mea membra, poſſim velut hoſtis alicuius lacerare, confodere. Hoı qui ſemel renunciauit rebus humanis, non redditur vid tempus: & ipſa cupiditas ratioque pereundi, hoc ipſo vetamur, accreſcit. Felicior mehercle qui moritur antam debeat, antequam velit. Pene ſero renuntiat vitæ, quis ſic ad exitum peruenit, vt hoc illum facere nemo tur. Ei tantum debet mors negari, de quo non ſuffioc pœnæ genus, vt ipſe ſe potius occidat. Nam quod uffit vt moriturus redderet cauſſas, quod inſepultum

voluit abiici, ſi ſic properaſſet erumpere, vt non nunciaret hoc prius, non fateretur: fallitur quiſquis ideo factum putat, vt teneremur inuiti. Illa vero non timet pereundi temeritatem, nec ſecretum doloris alieni libenter inquirit. Sciebat illos non aliter auſuros proferre cauſſas, quos ſceleris conſcientia, quos maioris cruciatus metus in ſuprema compelleret. Igitur ne ſupplicia properato lucrarentur obitu, rurſus in pœnam nocentis inſepulti corporis reuocauit iniuria. Lex placida, mitis, cauſſas mortis reddi voluit, non æſtimari. Poſſum igitur P. C. publica quadam voce generis humani reſpondere quærentibus cauſſas mortis interrogatus. At ego difficilius redderem vitæ. Quid iuuat ô miſera mortalitas animam per tot annos, etiam ſi natura patiatur, per infinita temporum ſpatia triſtiſſimo corporis retinere complexu? Si cuncta gaudia noſtra, ſi voluptates, & quæcunque ex hac vniuerſitate mundi vel ſolicitant aſpectu, vel blandiuntur vſu, diligenter excurias, tota vita hominis vnus eſt dies. Humiles prorſus abiectæque mentes, quas non implent hæc eadem ſemperque redeuntia: vt qui honeſtis operatus artibus ſciat quis finis bonorum, quæ vera felicitas, nunquam ſibi videbitur præmatura morte periturus: & lucis cauſſas ad animum mentemque referentium neminem quotidie vita non ſatiat. Relaturum me nunc putatis, quando plura ſint in hac æui breuitate fugienda: comparaturum gaudiis, proſperis, metus, calamitates? Illa æſtimemus propter quæ fatigamus votis deos, propter quæ breuem querimur ætatem. Nempe ſunt vanitas, cupido, luxuria, libido. Non pudet propter hæc ferre debilitates, luctus, ſpatia morborum? & cum liceat euadere, malle pati? Finge tibi velut ipſam proclamare naturam. Receptus es in hoc pulcherrimum mundi rerumque conſortium, & per ſuccedentium vices in ordinem mortalitatis natus bona noſtra vidiſti: admitte poſteros, cede venientibus. Neſcis te quanto diutius vixeris, tanto magis impatientiam patere? Quantumlibet prorogentur tempora, iungantur ætates, quandoque tamen non poteſt non exitu perire miſeri, qui moritur inuitus. Miraris quod ſuprema mea ipſe præcipitem? Nunquid enim non hoc agunt ſinguli dies? Omnis nos hora per tacitos fallenteſque curſus applicat fato, & in hac turpiſſima perpetuitatis cogitatione diſtricti, per exi-

gua

tæ feſtinantis æui momenta præmorimur. Faciamus po-
us de fine remedium, de neceſſitate ſolatium: exeamus
onte, conſilio, pleni ſecuritatis gratias agentes. Solus vi-
t quoad voluit, qui mori mauult. Indulgete quæſo ſæuæ
ſteſve cauſſæ, indulgete virtutes, vt mori tanquam magno
imo velim. Ita non ſuffic'tad maturandos exitus, quod for-
ter feci? Infirmæ prorſus terrenæque mentis eſt, vt nume-
tis annos: ego (quæ feliciſſima vel laſſitudo vel ſatietas eſt)
tute conſenui. Quid adhuc inter accidentia fragileſque
ſus ago? Homo receptus in publicas gratulationes præ-
riæ humilitate decreſco. Minores fiant neceſſe diutur-
tate, quorum initia confirmauere ſucceſſus: cum iam nec
ribus, nec felicitati poſſit accedere. Cum fortuna ruere
mentia eſt, & ætatem trahere pereuntem. Nullos ego
aes degere turpius puto, quam qui fortiſſimi fue-
nt. Vultis expectem vt putres artus fœdet pudenda ca-
ies? vt ſanguine membra vacuata vix nitantur ad greſſus?
hæ laudatæ manus, nec ad quotidianæ vitæ miniſteria ſuf-
iant? Quam miſerum, quam deforme eſt meminiſſe
od fueris, referre cicatricum tuarum redundationes, &
gidam præter tuam memoriam? cum iam fidem mem-
a non habeant, ſupra ſua facta rideri? Feſtinato exire de
ulo debeo, dum alacre corpus, dum ſpiritus viget, dum
neor, dum deſideror: & hoc volo deberi manibus meis,
imo meo. Fauete dii pariter atque homines: mortem
fortis inueni. Eſt hæc communis mihi cum multis for-
ſe cauſſa, ſed veniamus ad meam. Si mihi mathemati-
s denunciaſſet damna membrorum, grauem corporis per-
tuumque languorem, ignoſceres tanta mala vel incerta
gienti. Plus eſt quod expaueſco, quod timeo. Minatus
mihi manus meas, meos animos: nullumque voluit eſſe
omentum, quo ſecurus intrepiduſque requieſcerem. Iuſſus
m vitam per anhelitus metuſque conſumere. Quis inter
c ſpei, quis conſolationis eſt locus? Mori debeo tanquam
cens, ſi mathematicus verum dixit: tanquam miſer, ſi
entitus eſt. Quid, quod me futurum dixit parricidam?
quem mittamus in experimentum, cui credamus? Placet
ſt futurorum incertam tractare rationem, quid ad diuerſas
ſiones, & ad loquaciſſima humanorum pectorum inge-
i variaris? Parricidium dictus ſum facturus: ſi poſſum poſt-
c viuere, non ſum innocens, etiam ſi non fecero. Inter-
rogare

rogate mehercle hic libet vos omnes liberi, omnes parentes, quem mihi poſt hanc denuntiationem aſſignet is animum. Homo ſum, cuius corpus iratum fortaſſe ſeculo numen, velut aptiſſimam facinori videtur elegiſſe materiam, cui in primis continuo natalibus aſſignata eſt virtus pariter & facinus, omnium incredibilium diuerſorumque pariter capax, omnibus difficultatibus nouitatibuſque ſufficiens, ſceleribus miſer, & ſine morte ſua nocens, in quo debeatis ipſas quoque odiſſe virtutes. Neſcio quæ me prodigioſa fetitas in partem velut telum aliquod caſurumque pondus librat, impingit. Facinus me manet, quod contra fidem eſt, quod profuturum mihi negatur: & nolim: cuius non tempus, non locus, non cauſſa prædicitur. An mori debeam, vos æſtimabitis: non debui naſci. Sentit pater quanta ſit prædicti ſceleris immanitas: & ideo tentat efficere, vt mathematicam artem non putetis: ac modo contendit non eſſe fatum, & cuncta caſu fortuitoque decurrere: modo etiam vt prouidentia regantur, non poſſe tamen humana ſcientia deprehendi. Dum vtrumque colligo, interim apud grauitatem veſtram depono ſenſiſſe aliquid patrem, etiam cum metuit. Ego mathematicum probaui dixiſſe verum: ille credit eſſe quod dixit venturum. Caſu ne tibi pater hæc diuerſitas videtur in corpus vnum diſſentientibus ſolidata primordiis, vt ſummo vertice locatus igneus vigor cuncta leuia calidi ſpiritus ardore ſuſpenderet: profundus humor ad ima diuerſus, vnde quotidie ſuperpoſiti caloris alimenta traherentur, terrenum pondus in medio quanto ſuperne ſpiritu, tanta penitus inaniiate ſubnixum librata mole conſideret, vt ſeculorum infinita ſeries, per aſſiduas temporum vices ſua lege feſtinet? Quid hæc fulgentium ſiderum veneranda facies? quod quædam velut infixa ac cohærentia perpetua ſemelque capta ſeſe collucent, alia toto ſparſa cœlo vagos curſus certis emetiuntur erroribus? Iſta credis paſſim fortuitoque diſpoſita? Rogo, quid melius ratio feciſſet? Deus hæc, deus fabricator operis vniuerſi, ex illa rudi primaque caligine protractum poſuit in vultum, digeſſit in partes. Poſtquam dederat vniuerſitati parem dignamque faciem, ſpiritum deſuper quo pariter animarentur, immiſit. Inde eſt quod quicquid naſcitur, conſociata numini proprietate ſignatur, & in totam æui ſui breuitatem compoſitum firmatumque ſic accipit futura, quaſi vitam. Hæc credo pater

r terrori primis fuiſſe mortalibus, mox admirationem conmpta nouitate meruiſſe. Paulatim deinde hoc quod ſtumus, animus auſus d:l genter attendere, in arcana naturæ erum miſit ingenium, & ex aſſiduis obſeruationibus noſque redeuntibus latentium ratione collecta, peruenit ad uſſas. Miraris fatum hominis poſſe prædici? Defectios ſiderum laboreſque narrantur, nunciatur origo tempeſtum, laſſitudo ventorum, quod ſidus immodicos ſolis artes, quod ſeueras mineturhyemes, quid ſignificent ſparſi ngius crines, quid ardentius ſolito iubar, quid excuſſa mma ſideribus. Non inuenio quid poſſit eſſe certius veartis ingenio, quam dicere quid futurum ſit, fieri deinde od dixerit. Quod ſi eſſe artem mathematicam probant ura, ratio, experimenta, pater quoque qui credidit conſuidum, ſupereſt, vt oſtendamus verum dixiſſe de futuris, em de præteritis non poſſumus probare mentitum. Acite primam certiſſimæ ſcientiæ probationem. Homo i de partu conſulebatur, non confudit turbauitque reſponn, nec per varias ambages indeprehenſibilem ſparſi erron, nihil ita locutus eſt, vt nihil audientium interpretatio heret dirigeretque quo mallet. Atqui in eo tota ratio endi eſt, non dare conſulentibus quod depoſcant, ſed calie magnaque promiſſorum varietate ſuſpenſos ſic dimitte. vt quicquid caſus attulerit putent eſſe prædictum. An icet hæc fuerit ratio fingendi, quod dicebat vſitata, comnia, quæ futura pater facile crederet, libenter audiret? titer, inquit, faciet filius tuus. Rogo, vbi magis deſinit, mentitur? Sed quibus ille, dii deæque ſignis, quibus imus eſt notus, qui de parricida diſſimulare non potuit, cum ſceret pater? Artem tantum mirari me pater putas? Ego oram animum, ſtupeo conſtantiam. Erit, inquit, vir for& parricida. Rogo, quæ ratio fallendi eſt, ea dicere proquæ nec prioribus debeat credi? In parricidio quod pròſebas mathematicus hæc ſola ratio fuit mendacii, ne præretur. Fero tamen, vt quis in aliis conſultationibus depoſſit aut errare: de futuro parricida non magis matheicus poteſt, quam pater interrogare. Omnes, ſicuti, l ſacræ artis antiſtites satis conſtat, animæ proprietates, turas mentium corporumque formas, ex illorum ſidequalitate quibus in ortu ſuo cuncta gignuntur, accit. Aliquis vagi numinis errore perſtrictus eſt, vitam

tranſ-

tranſiget ille diſcurſibus. Placida conceptum ſtella ſignauit, erit modeſtia lenitate conſpicuus: ardens naſcentis horam ſidus accendit, viribus pariter moribuſque flagrabit. Languidi & iam vergentis in procliue mundi, hebeſcentibus tardior membris, ſimilis ſenectæ iuuenta pigreſcit. Iam ſi cui principalium deorum fulgor illuxerit, in populi conſurget imperium. Credo mehercule in illum natalem meum monſtri diem, iratorum numinum conſpiraſſe violentiam, ſedemque prodigioſi ſpiritus collato pariter igne preſſiſſe. Si verum eſt, poſt vetuſta ſecula, & innumerabiles annos reddi rurſus aliis corporibus animas: fortaſſis in me renatus ſit aliquis ex illis, quorum ſcelere violatus dies mundum ſubito mutauit, quos per maria terraſque fugientes, furiales faces, & vltricum dearum terror agitauit. Neceſſe eſt vt maiores notas ventura promittant, quæ non temere naſcuntur. Sic futuras tempeſtates, pelagi fragor, & conſcium nemorum murmur enunciat: ſic periturorum fata populorum ardentes cœlo faces, & crinita ſiderum flamma præcurrit. Prædicebar bello, monſtrabar armis, agebat ante ſe ventura feritas publicas calamitates, & omnium malorum conſummatione parricida ponebar. At nunc iſta putet aliquis fortuito, non arte ſentiri, poſſit fortaſſe caſu euenire quod futurum ſit; non poteſt caſu fieri quod prædictum eſt. Ecquando vnquam pater explicuit manifeſtius vllius fati neceſſitatem totus ordo reſponſi? Vir, inquit, naſcetur: euenit. Educabitur quamuis parricidium prædictum ſit: accidit. Perueniet ad iuuentæ robur: adoleui. Viribus erit conſpicuus, & nimis: ... Aderunt bella: venerunt. Ibit in aciem te volente, miſſuſque fortiter faciet: feci. Erit parricida: ſi vixero. Si pater, tam ſecretæ profundæque artis ratio reddenda eſt, nonne habere tibi grande conſortium prædicti videtur ipſa diuerſitas? Virum fortem dixit, & parricidam. Vicina ſunt hæc etiam vt diſſimilia: paria viribus, etiam vt mente diſſentiant. Quid enim me aliud notabilem fecit in bello, quam quod non parco ſedibus, & cruore non ſatior exultans ſuper ſtratorum corporum ſtrages, palpitantibus adhuc cadaueribus alacer inſiſto? Virtutis ſunt iſta cum hoſtis contigit. Pax eſt quæ nos deprehendit: & cum iuſta graſſandi materia conſumpta eſt, in facinus neceſſe eſt ocioſus ardor erumpat. Ecce iam reipublicæ præbita eſt quies, mihi tamen plurimum eſt cum gladio meo: totis diebus tracto ferrum, ad arma reſpicio, tela mea laudo, admiror, alloquor.

ıor. Credo pater, & parricidium tam facile eſt, quam forerſacere, cum vtrunque de fato eſt. ſed quouſque ratione ılligam, quod exitu iam probatum eſt? quod nullis matheaticus dixit ambagibus? nullis diſſimulari artibus poteſt? ıtem reſponſi futuram in alio opere iam vidiſti, & quod æcipue torquet animum, fides ſceleris virtus fuit. Explicaeſt autoritas reſponſi, cum de duobus prædictis vnum faım eſt. Nec poſſis de veritate dubitare, quoties cum in:tis experimenta conſentiunt. In reſponſo cui cuncta ferunt, fieri non poteſt, vt hoc ſolum factum ſit, quod noſimum eſt. Non poteſt, inquit, fieri parricidium. Vis rer pater, ſi non creditur futurum, quod etiam cum factum , vix creditur? Falleris ſi aduerſus prædictas neceſſitates ficere credis quod ego bonus filius ſum, quod tu optimus :er. Tu non mereris ſcire, credo ego vtique nolle meſci-

Quid eſt ergo fatum niſi quod fit, & non habet cauſſas? uemadmodum ergo inquit, iſtud vitari poteſt, ſi fieri neceſ:it? Scilicet ha: ſola ratione vt mors inter facinus homimque ponatur. Vincitur pater, fatum, ſi reſiſtas: vincit, conpleris. Ago quinimmo gratias hoc ſolo nomine crudeımis fatis, quod maximum facinus non in prima æui mei te poſuerunt: quod præmiſſæ ſuntante virtutes, magnonque operum prior ordo defluxit. Poteſt puto caueri pardium, quod & prædicitur, & nouiſſimum eſt. Fingamus er, mathematicum de hac ſola vitæ meæ parte mentitum: id tanti eſt vt credam iſta, & viuam? Occidi pater non pot. Sed quid refert ſi difficultas iſta non eſt ſalua animo meo? cedit omnem calamitatem innocentiæ ſuæ non credere, bus ac noctibus timere, ſuſpectum habere animum ſuum, umbiari manus, incurſare viſus, & parricidalem agere ;itationem. Maior mihi ratio moriendi eſt, ſi parricim fieri non poteſt, & ego me credo facturum. Quem tu ıi pater impoœas laborem? quam aſperam exigis patienn? Horreo oſcula tua, ne ſeniles artus nimium grauis amcus elidat. Non ſuſtineo eoſdem expetere conuictus, ne ›s porrexerim cibos, venena fiant. Timeo eiuſdem pereıationis adire comitatum. Omne fugio ſecretum, ne quid una, ne quid afferat caſus. Quouſque timebitur animus? ›rs mihi præſtare poteſt ne parricidium faciam, mors vt ear nec fuiſſe facturus Sed me infelicem, quam multa ſunt : timere debeam, etiam contra animum meum? Vnde

ſcio

ſcio an expulſum me repente ſenſibus meis, aliqua magis diſcriminis imago raptura ſit? Proſilibo fortaſſe tanquam ſequar claſſici vocantis inſtinctum, tanquam me ruentis patriæ fragor, & vociferatio captæ ciuitatis exiuerint. Me ſane interdiu cuſtodire poſſum, ſed vnde ſcio quid afferat nox, caſus, error? Mathematicus hoc non futurum dixit vt vellem, ſed vt occiderem. Tu quoque pater, quanto grauiores paſſurus es ex ipſa diſſimulatione cruciatus? Felicius prorſus eſt, palam occidiſſe quem timeas. Cum bene in oculis meis amplexibuſque requieſcas, ſubeat neceſſe eſt tacitas cogitationes prædicti periculi metus: & licet componatur ad fortem ſuperbamque conſtantiam, naturalis tamen hominis infirmitas poteſt tam percuſſorem timere, quam mortem. Explica nos pater, tam miſero triſtique complexu, & longiſſimas ſolicitudines breui recide patientia. Minus indignum eſt vt moriar, ſi innocens futurus ſum, quam vt viuam ſi parricida. Denuncio tibi pater, & de ſuprema neceſſitate confiteor. Iam non ſunt meæ poteſtatis hæ manus: non regere dexteram: non retinere ſufficio. Venit ille neſcio quis ardor, non ſentio, non intuentur oculi, Tunc omnia incipio ſcire, cum geſta ſunt. Quid? tu me lacertorum, viriumque beneficio ſtrauiſſe nuper hoſtes putas? Quantum dicuntur narraſſe captiui? neſcio quem in me monſtroſi vultus horruere conſpectum. non tela iaciebam, non iaculabar ictus. furialibus miſer facibus ardebam, & pectus iſtud non lorica, non ferrum, ſed diri ſerpentum clauſerant nexus. Non fuit illud pugna, non acies, in bello parricida vincebam: exceſſerunt opera mea humanarum virium mediocritatem. Quicquid factum eſt, rabies, inſania fuit. Prædico, proteſtor, non ego patricidium faciam, non ego fortiter feci. Quod ſi vlla ratione caſuve effici poteſt, vt prædicta non fiant fidem veſtram P. C. vt mihi potius innocentia: quam fato debeatur: ego dicar expugnaſſe conſtitutionem, fregiſſe vincula neceſſitatis: mea pietas, mea laudetur integritas. Dii non ſinant, vt inter me reſponſumque decernat exitus. Mathematicum vincere malo quam reprehendere. Quid nunc agam P. C. quemadmodum me vir fortis ad preces, quemadmodum parricida componam? Dicam, miſeremini? dicam, ſuccurrite? Sic rogari contra mortem ſolet. Nouo mihi inauditoque opus eſt ambitu malorum. Niſi morior, periclitor. Ideo videor cauſſas reddidiſſe, vt contradiceret pater: & ſi bene noui malignas interpre-

pretationes. non exitum captaſſe dicat, ſed excuſationem.
plicate per fidem miſeri pudoris æſtum, nunquam vide-
ur mori voluiſſe parricida, ſi vixerit. Ad tua nunc genua
rigo, optime pater, has ad ſcelus tantum fortes manus.
ego, ſi fas eſt, quicquid feci, per hanc ipſam mei charitá-
i, qua me nondum timere cœpiſti, miſerere, filium pereu-
ereuntem ne velis exitum facere parricidæ. Præſta mihi
entiam, qua me modo bello credidiſti. Finge nos in i-
proſperi Martis cecidiſſe complexu: confectumque ma-
vulneribus cadauer efferr. Relinquo tibi pro me omnes
ntes: hunc quo nos retinere voluiſſes, in ſuprema mea
ſfer, affectum: tuis manibus compone corpus, extrue
os, funeri iuſta perſolue. Deinde cum iam nouiſſimis o-
is, ſupremoque diſcedens ſatiatus fueris amplexu, tunc
s eſt ſublatis ad cælum manibus proclamare, Mathema-
, mentitus es. Reddimus cauſſas, peregimus preces. reli-
vos manus, vos adiuuate ciues, non vt liceat mihi mori,
illud etiam vt negetis. Vir fortis commendo vobis exi-
meum, ſi non continuo lætale vulnus impreſſero: ſi non
ſanguine totam animam properans ictus egeſſerit, ad-
te dextram, deprimite telum, & ante omnia detinete pa-
. Neſcio quam longe manum ſparſurus ſit fugientis ani-
dolor, quo cadat extractus mucro viſceribus, in quem ſe
beuntis corporis ruina præcipitet. Vultis ſcire quantum
am timere victurus? Metuo ne patrem, dum morior,
dam.

ÆGER REDEMPTVS.

DECLAM. V.

ARGVMENTVM.

beri parentes in egeſtate aut alant, aut vinciantur. Quidam filios habebat, frugi, & luxurioſum. Peregre profecti ſunt, à piratis. luxurioſus languere cœpit. Ambo de redemptione erunt. Pater vniuerſis bonis in vnum redactis profectus eſt. runt illi pradones, non attuliſſe illum niſi vnius pretium, & et vtrū vellet. Ægrum redemit. Qui dum reuertitur, mor-iſt. Alter ruptis vinculis fugit. Alimenta poſcit pater, con-cit filius.

Pro patre contra filium.

QVAMVIS, iudices, in tanta malorum continuatione iam poteram nihil ex accidentium meorum nouitate mirari, nullumque mihi reliquerint impatientiæ genus aduerſa, quæ de ſolatiis remediiſque creuerunt: confiteor tamen hoc ſolum me proſpicere nullo metu, nulla triſtium recordatione potuiſſe, vt poſt piratas, orbitatem, famem, hinc quoque calamitatibus noſtris pondus accederet quod reuerſus eſt filius meus. Viuebam miſer, vt hunc viderem ſolaque ſuperſtitis expectatione ſuſpenſus, auidiſſimam moriendi cupiditatem contentioſa mendicitate fallebam. Pudet perſuaſionis, tediſſe ſe iuuenis affirmat vt vindicaretur morte fratris, vt patris orbitate gauderet: nec intelligit maiorem ſe factis meis autoritatem hac indignatione conferre. Nunc magis ſentio, quantum facinus fuerit ægrum non redimere. Queritur ſe relictum, qui potuit euadere. Vtcunque igitur, iudices, poteram redemptionis illius reddere de præſenti iuuenis impietate rationem, & mihi crudelitas iſta præſtabat, vt filium viderer elegiſſe meliorem. Non vtor tamen occaſionis huius inuidia, nec quicquid miſeræ pietatis impatientia feci, querela malo defendere. Ego vero tunc non mores liberorum, menteſque tractaui, nec mihi in illa triſtiſſima conditione ſuccurrit de comparatione conſilium. Sola, quid facerem, neceſſitas, ſola iuuenum meorum aduerſa ſuaſerunt. Ex duobus liberis neutrum magis amat, qui redimit ægrum. Illud plane, iudices, vltra omnem malorum meorum fateor eſſe triſtitiam, quod hac aſperitate iuuenis, hoc inopiæ ſqualoriſque deſpectu famam optimi fratris inceſſit. Hominem qui piraticum carcerem, qui prædonum vincula diſcuſſerat, decuerat, ne voluiſſet aliter reuerti. Ex quo ſe nobis tanto virium labore reſtituit, poterat eius quoque admirationem mereri, qui pretio paulo ante ceſſiſſet. *D*ii immortales quam laudem quem gloriæ fauorem impleuerat! ſi paſceret patrem, redemerat fratrem. Relaturus vobis, iudices, ordine malorum meorum euentum, quem nemo tam crudelis, nemo tam ſæuus audiet, vt me non paſcat, hunc ante omnia, qui ſe queritur in fratris comparatione damnatū ſecreti doloris indignatione conuenio. Quid

ego

ris impotens ſuperbe? Tu neſcis vtrum fuerim redemptu-
is ex duobus ſanis, ex duobus ægris. Habui enim iudices,
lios diuerſiſſima mentium corporumque qualitate compo-
tos: & ſicut mox probauit ſæua captiuitas, in totam diſſimi-
tudinem vitæ quoque genere diductos. Hic namque robu-
us ac patiens, non molliri proſperis facile, non accidenti-
is frangi: & quem de voluptatum gaudiorumque contem-
u ſcires parem quandoque fortunis, traxerat ex firmitate
entis magnam protinus & in membra conſtantiam. Ille
ro pariter in lætitiam metuſque reſolutus, alienus à curis,
citudinibus impar, delicatus, impatiens, & iam ſimilis æ-
o. Sed apud patris affectus hæc ipſa liberos diſſimilitudo
geba, & erat quædam in inæqualitate charitatis æquali-
, quod hunc ſerio laudatumque ſemper, illum iam qua-
m miſeratione diligerem. Quid profuit indiuidua pietas?
at etiam me nolente manifeſtum vtrius magis colloquiis,
igis lætarer aſpectu. Velit nolit, iudices, ipſa quoque que-
a, iuuenis quid de patris fateatur animo, probat. Iraſci
od non ſit fratri prælatus ægro, impatientia eſt hominis
i magis ametur. Accipite, iudices, maiorem pietatis æ-
æ probationem: filium nec peregre dimiſſurus elegi, iunxi
trem, aptaui comitem, & vtroque patris latere nudato, vi-
ſum mihi magis habiturus vtrunque mecum, ſi pariter eſ-
t. Hanc apud me iuuenum æqualitatem, etiam in calami-
ibus fortuna ſeruauit. Vterque captus eſt, ambo de redem-
one ſcripſerunt. Diſſimules licet, iterum tamen & inter ad-
ſa perſuaſionem charioris inuenio. In captiuitate com-
ni puto minus ſperauit ille de patre, qui languere cœpit.
mihi nunc impotentiſſime iuuenis, tu quæſo reſponde.
id aliud facere debuerit pater duos redempturus? Cun-
s facultates in precia collegi: rus, ſeruulos, penates, &
nia vtiliora properanti feſtinatione parentis addixi, & vl-
quam non poteſt excogitare ſummus affectus, nihil ſe-
ruti meæ, nihil dubiis caſibus (pro inconſulta pietas) ni-
neq; illi reſeruari, quem redemiſſem. Quantum, iudices,
itatas tulerim, ſcire poteſtis ex hac fame. Fuerit precium
t exiguum, paruumq;, dum totum: fingite quamlibet diui-
, quamlibet pauperem patrem, nemo vnquam plus pro li-
s dedit, quā qui ſibi nihil reliquit. Vtrumne igitur, iudices,
o mortalium habet preciū plurium liberorū? An piraticæ

D 2 ferita-

feritatis ingenium eſt, in captiuorum taxatione ſolos æſtimare redimentes? Dii immortales, quam arrogans me pirata, quam ſuperbus excepit? Parum, inquit, attuliſti ſenex, langueat alter. Quid ego à diis hominibuſque merui, quod mihi non redditurus vtrumque, non ipſe potius elegit? Sæuus, & humani doloris artifex, negauit à me duos poſſe redimi. Deinde vt hoc triſtius, vt difficilius eſſet, redditurum ſe dixit vtrum maluiſſem. Vides iuuenis, quam tum pietati meæ teſtimonium reddiderit ipſa crudelitas. Conditio non ponitur niſi duos redempturo. Expectatis, certum habeo, iudices, vt in triſtiſſimæ neceſſitatis poſitus abrupto, ad ægrum continuo properauerim. Quis non putet audita conditione, vincula me ſtatim detraxiſſe languenti? Odeuus licet confeſſionem meam, deliberaui. Tenuit inter illos inexplicabiles doloris æſtus, perquam longum pietas miſera conſilium: & quod nunquam ſatis manibus filii, nunquam ſatis excuſabo conſcientiæ meæ, non ſtatim mihi ille deficiens vnicus fuit. Diſſimules licet orbitas, ego mihi plurimum videor adieciſſe languori cunctationis mora, & ſenſit infelix quid in electionis huius neceſſitate fuerim neutro languente facturus. Tandem, quod ſolum habebat ambitus genus, deſperatione præualuit. Accepi, fateor, illum qui ſolutus quoque non ſequebatur, quem non gaudium redemptionis, non lætitia prælati, non hortantis erexit patris amplexus. Si eſſet in rebus humanis vlla clementia, metueram etiam de piratis vt mihi duo redderentur. Vtinam, iudices, iuuenis illius vita præſtaret, vt videretur non periculi miſeratione, ſed charitate prælatus. Me infelicem, quod bonam habeo cauſſam. Explicuit iuſtitiam comparationis, qui deceſſit etiam redemptus, & in perituro filio nihil aliud electum eſt. In quo fui miſer famæ periculo? Filius meus languore defunctus eſt. Tamen pater occiderat ægrum, ſi reliquiſſet. Videram continuo, iudices, in carcere illo quantum promitteret conſtantia hominis, quem non captiuitas, non expectatio patris, nō fratris fregiſſet infirmitas. Nec immerito de fortiſſimo iuuene cuncta ſperaui, ſi fuiſſet ad omnes conatus explicato languente liberior. Tandem miſeros fortuna reſpexit, & puto contra prædonum commenta, feritatem, ipſa conſenſit, vt nobis quem negauerant, non abſtuliſſent. Non quidem mihi, iudices, arrogo temporis illius prouidentiam, nihil me fateor feciſſe conſilio: poteſt tamen vtriuſque iuuenis exitus neceſ-

ſitati-

tibus meis aſſignare rationem. Periit quem redemi, re-
ſus eſt quem reliqui. Inueniſſe te putas iuuenis, patrem
ɔs & alimenta poſcentem? Quærebam precium tuum, te-
clementiam mitiſſimæ ciuitatis, hæ preces, hic rogantis
ɔitus fuit. Miſeremini, date ſtipes, indulgete, conferte,
tendus eſt ille qui red mi maluit fratrem. Sed & hac te
bat reuerſum proclamare voce, Erige vultus pater, at-
triſtiſſimam faciem. vindicanti de ſæuiſſimis prædoni-
ſumus, duos redemiſti. alimenta poſco, poteram non
cere, filium pater, ſed mendicus hominem, ſed iuuenem
x. Quis enim magis ex ipſis rerum naturæ ſacris vene-
iſque primordiis deſcendit affectus? Quid etiam inter li-
ɔs ac parentes tam commune, tam publicum, quam vt a-
us famem proximus quiſque depellat? Voluit nos ille
talitatis artifex Deus in commune ſuccurrere, & per
uas auxiliorum vices in altero quenque quod pro ſe ti-
et aſſerere. Nondum hæc charitas eſt, nec perſonis ima-
a reuerentia, ſed ſimilium accidentium prouidi metus,
ɔmmunium fortuitorum religioſus horror. In aliena fa-
ui quiſque miſeretur. Sic cibos obſidio partitur, ſic ino-
ı pariter nauigantium frequenter vnius alimenta para-
nt. Hinc & ille venit affectus quod ignotis cadau ri-
iumum congerimus, & in ſepultum quodlibet corpus
feſtinatio tam rapida tranſcurrit, vt non quantulocun-
veneretur aggeſtu. Parentibus vero liberi non præſtatis
enta, ſed redditis: quanto, dii deæque, breuiora, quanto
ɔra pro tot infantiæ, tot pueritiæ ſumptibus, tam variis
bſtinentiſſimæ iuuentutis impendiis? Si mehercule hoc
ue officii genus natura permitteret, bene pro deficien-
aliquid & vita veſtra perderet, iretumque ex illa quã
ſtis anima portio breuis in ſuum rediret autorem. Vultis
quantus nomini noſtro debeatur affectus? quanta ve-
io? Non eſt beneficium quod poſcitis: ſed eſt facinus
t negatis. Liberi parentes alant. Pudet ſactorum nomi-
, pudet religionis humanæ. Hæc ergo lex erit? Quid im-
r homini, qui primus fecit vt pietate iuuaremur? Liberi
ites alant. O crudele factum. O nunquam triſtior fa-
ita paſcit ille qui cogitur? Non me ruiſti, inquit, acci-
Diſcede pietas, quieſce paulisper: infirmitas remune-
ı ſit. Primum lex ſeueriſſima eſt, vt fortius alimenta
ıntur. Perdiderunt pulchritudinem ſanctitatemque na-

turæ, qui putant illis parentibus iura ſuccurrere, quibus apud liberos ſalua eſt de mutua charitate reuerentia. cui iſis proſpexere pignoribus. & inter tam venerabiles affectus hoc quoque dignum prouidentia fuit, vt aliquid & odia præſtarent. Quereris, iraſceris, & ideo iuberis. Expectandum eſt videlicet vt liberorum parentumque concordiam præferant totius merita vitæ, & vt pietas, natura, ſanguis accipiant quotidie tanquam amicitiæ nexum: & niſi nos promeruerimus obſequiis, adulatione, patientia, natales ortus & pignora prima perierũt? Si vultis, iudices, vt huic nomini ſalua ſit in omni perſonarum diuerſitate veneratio: bonorum patrem filius alat, lex malum. Non faciam hanc contumeliam rerum naturæ, non faciam legi, vt excuſem vel peſſimum patrem, vt ſacro nomini tétem gratiam petere de venia. Sim licet crudelis ac ſæuus, filium tamen diutius amaui. Clauſerim paternos penates, de teſtamento, de ſpe ſucceſſionis expulerim, onerauerim vinculis manus, fœdauerim membra verberibus? perſolui gratia non poteſt nec malo patri. Arrogans, impotens ſum, nolo quotidie mereri quicquid mihi deberi cœpit primo die. Facilis, mitis, indulgens, vocabula ſunt iſta minoris affectus, propter hæc aleretur amicus, paſceretur extraneus. Veſtrum quinimmo crimen eſt, quod interdum aliud ſumus: & (vnde manifeſtum eſt diuerſitatem noſtram venire de moribus liberorum) non inuenias aſperum patrem, niſi iam peccantis ætatis. Quid ais? rigidus, immitis ſum: ideo paſce, tantum paſce, non vltra malo pro reuerentia nominis noſtri. Quicquid præſtatis inuiti, & cum alitur pater quem quereris indignum, accipere mihi videntur omnes parentes. Si vis, affectum debes: ſin minus, neceſſitate ſeruitutem, patientiam. Non tanquam pater alitur, qui tanquam bonus amatur. Sepone iuuenis, differ querelas, tunc iraſceris, tunc obiicies mihi, cum proſperitatum, cum ſecundorum officia depoſcam. Non talis ad genua tua prouoluor, vt extimendus ſim. Nulli malus eſt pater, cum eſſe cœpit infelix. Aſpicis collapſum, & ex omni calamitatum genere miſerum, & vltra quod accidentium menſura non exit, in orbitate mendicum. Riget ſqualidi capitis concreta canicies, vigor priſtini vultus vacuis luminibus intabuit, & per obſtantium crinium illuuiem tenuis arentium iactus oculorum. Hæret aſtricta nudatis oſſibus cutis, & in fame ſua homine conſumpto, iam

mem-

embra ſine corpore. Iterum bonus ſum, in priſtinam ionem de calamitatum horrore reſtituor. Ad eone bent hæc ipſa ſupplicia pœnas, quod poſco, quod ro od mendicus ſum filii mei? Et quam multa, dii dea poſſunt pro nobis impetrare leges? Quanto plura negantur, cum præſtant inuiti? Non exigo vt tuis bus porrigas cibos, vt conſoleris, vt foueas: proiice q iam, abiice quod colligam. Genus vltionis eſt paſc miſeret. Si tamen, iudices, fas eſt impietatis huius v cipere cauſſas, & filium qui non alit, putatis reddere p ionem, æſtimate per fidem quod ſit facinus illud, cu ionem debeat, exigere aliquis de fame patris. Capt e inquit, non redemiſti. Quis non putet queri de filio m? Quemquamne dicentem feras, nihil tibi debeo, q hi vitæ luciſque beneficium ſemel præſtitiſti, quia h ritum, hoc corpus non ex indulgentia tua rurſus ac iquiſſima magnorum conditio meritorum eſt, ſi quidq n fuerit adiectum de prioribus peri, & peſſimo exemplo atiam præteritis afferunt reliqua ceſſantia. Non redemi, on tamen ideo minus eſt quod in hunc te diuinorum hu anorumque conſpectum de noſtra protulimus anima. aria terraſque, & infatigabiles ſiderum curſus, & cuncta ro fulgore lucentia nos, vt fruereris, oſtendimus. Has as ſubtrahis manus, hæc verba quæ negant, de meo ſpiri, de meis viſceribus hauſiſti. Gaude potius, exulta quod i patris aſperitas præſtat boni filii iactationem. Solus ha t quod imputet patri, qui queritur, & paſcit. Quam multa, dices, huic querelæ reſpondere poteram, propter quæ filiũ ua pietate non redemiſſem? Quis non acciperet excuſatio m, ſi dicerem, Impediit quamuis properantem ſenectus, in ia, languor? Pretium non tam feſtinanter inueni. Explicare n potui nauigationem iuuenibus quoque fortibuſque dif ilem. Solus ac ſenex non illa qua ſperaueram proſperitate exi. Per quos metus, per quæ peregrinationis incerta pro aui? Remoue, iuuenis, indignationem, nihil plus pro filio tum eſt quem recepi. Non fortunam tibi debeo, ſed affe m, non exitum ſed voluntatem. Pro duobus preca ce n xi, pro duobus maria conſcendi, pro duobus genua tenui. go vt et magis amaretur, ſi mihi piratæ duos reddidiſſent? et tu nunc iuuenis ad faciendam inopiæ patris inuidiam

 (ſi vi-

(ſi videtur) exclama, Famem obtendis, ad quam luxuriis, prodigarumque voluptatum continuatione veniſti: exhauſiſti ſenex cenſus in precia meretricum, quanquam & huic iubetur neceſſitati pietas veſtra ſuccurrere, & lex quæ inopem, quæ patrem nominare contenta eſt, filium non remiſit ad cauſſas. Quid vero ſi in educationem in diſcurſus, in precia vacuatus ſum? Excedit omnem ſcelerum comparationẽ, patrem mendicum facere, nec paſcere. Tentat iudices hoc, quod non eſt redemptus, ampliare alia iuuenis inuidia. Fratrem, inquit, mihi prætuliſti. Fateamur pauliſper hoc crimen, agnoſcamus hoc nefas. Impudentiſſime generis humani, tu non feres vt frater tuus vel magis ametur? Vides enim, prælatus eſt tibi neſcio quis affectus, poſſident charitatis tuæ locum pignora de minoribus ſumpta nominibus. Illum nempe, cuius æque ſpiritus de viſceribus his trahebat ortum: qui patrem vel ſolus impleret. Peſſimus eſt mortalium, qui amari fratrem ſuum ſine ſui charitate putat. Tu cuſtodies vtrum frequentius oſculer, vtrum ſtringam magis arctiore complexu? Non eſt hoc impatientia, nec circa patris affectus ſacra de pietatis contentione rixa. Eum tantum fratrem putas amari magis quem non ames? Falleris iuuenis, longeque te ab intellectu rerum naturæ ſepoſuit praua perſuaſio, qui putas ex paternis affectibus filio perire, quicquid in altero de neceſſitate præponderat. Par eſt in omnes liberos, eademque pietas, ſed habet in aliquo plerumque proprias indulgentiæ cauſſas & ſalua charitatis æqualitate, eſt quiddam per quod tacito mentis inſtinctu ſingulos rurſus tanquam vnicos amemus. Hunc primus naſcendi locus, illum gratiorem prior fecit infantia. alium lætior vultus, & blandior oſculis amplexibuſque facies, quoſdam magis ſeueritas probitaſque commendat, in quibuſdam diliguntur impatientius calamitates. Et damna corporum, debilitateſque membrorum notabilius miſeratione complectimur. Salua eſt tamen vniuerſitas, cum quicquid in alio ceſſare creditur, in altero reſtituit alter affectus. Securus ſis, non intercidunt iſta, non pereunt, ſed inuicem vincunt, præualent, cedunt. Filio non poteſt præferri niſi filius. Blandiar, iudices, pauliſper calamitatibus meis, & ſic agam tanquam apud piratas inuenerim vtrunque ſanum. Attuli ſine dubio precium duorum ſed vtrunque prædo non reddit. offert electionem, ſuadete quid faciam. Quid dicitis? Iſta pietas eſt, abire, diſcedere, iraſci ſcilicet, queri, & inui-

diam

im facere piratis? Vos interrogo liberi, vos parentes. Non
;o facinus eſt, ideo neutrum redimere, quia vtrunque
n poſſis? Egregia pietas, æquare liberos, iuſtitia deſpera-
ınis, & ex hoc quod ſuccurrere non contingit duobus, or-
atem facere totam. Tu vero ſenectus accipe quicquid da-
,accipe quicquid offertur, dũ hoc ſalţē feritati libet, ante.
ĩ in patientiã tã ſæua decreſcat immanitas. Interim multa
ſſunt afferre caſus. ſperare licet, repetere, ſperare pater. for-
is euadat Quæ, ũq; explicari coaceruatione non poſſunt,
partes vireſque ſeruantur: & facilius eſt diuiſa ſubtrahere,
ɔrum magnitudo laborat in ſolido. Quantum intelligo,
ices, filius, cui profuturum non erat vt eligerem, hoc ſo-
ı ferre non poteſt, quod redemptus eſt frater. Quas hanc,
ices, impudentiam ferat? Obiicit mihi quod vllum de li-
is meis potuerim facere diſcrimen. Deinde queritur non
otius electum, & cum fratri præter eiuſdem nominis par
imile conſortium reuerentia quoq; languoris acceſſerit,
gnatur apud affectus patris non eam præualuiſſe partem,
ua tantum filius erat. Non inuenio, iudices, quemadmo-
n effugere potuerim criminis huius inuidiam, ſi hunc po-
recep ſſem. Patri, cui vtrunque pirata reddere nolebat,
mendus fuit aut æger aut neuter. Quid, quod, inquit, er-
luxurioſum prætuliſti? Parce, iuuenis, maledictis, parce
ııtiis R liquiſtis hæc nomina, domi erunt iſta vitia, do-
runt iſtæ virtutes, ſed cum fueritis reuerſi. Interim nihil
d eſtis quam fratres, qui liberi mei, duo captiui, ambo
ri, & diuerſitas veſtra de calamitatum ſocietate cõſum-
ſt. Vides quam nefas ſit alterum ex vobis mihi eſſe vilio-
Piratarum non intereſt vter eligatur. Dignum hunc ae-
uiſti, luxurioſum redemiſti. Comparatione veſtri iuue-
irca patrimonium honoreſue contenderes, & ego pro-
abo, viciſſes. Sed ventum eſt illuc vbi non probitas, non
es æſtimantur. & de corporibus ſola taxatio eſt. Vnde
s toleraret caſus, ferret ſordes vinculorum, piraticam fa-
iuuenis, quem torquere ſolebat noſtra frugalitas? vnde
ı ſolitudine carceris duret animus conuictibus ſemper
tatibuſque lætatus? Expecta tu, quem decet honeſta
aria, laudabilis labor, qui tibi difficultatum reddis ipſe
rem. Tu differris, luxurioſus redimitur. Quis vis? Præ.
lum de quo ſoli tibi querebar: quem cum vellem caſti-
reprehendere, te ſolebam laudare, mirari. Exaggera

D 5 quan-

quantum voles vitia fratris: luxurioſum, perditum voca, dum ſcias te ſic magis probare non animum fuiſſe patris, ſed de calamitate rationem. Ille eligit, qui recipit ante meliorē. Sed parce quæſo iuuenis, aduerſorum interpretationi. Non eſt electio, alterum recipere, cum precium attuleris duorum: diſcrimen illud non ego, ſed pirata commentus eſt. Quicquid inter vos in alterutro fecero, affectus eſt, quo duos amo. Et homo apud quem filius ſola præualuit gratia calamitatis, non fratrem tibi prætuli, ſed quod in te fratri prætuliſſem. Conſilium hoc putas fuiſſe patris? Fortunæ eſt qua capti pariter eſtis, qua decubuit alter, qua non conualuit redemptus. Cum propter duos venerim, quod in altero mihi pirata conceſſit, idem eſt ac ſi mihi neutrum reddidiſſet. Sed quouſque facti mei diſſimulabo rationem? Æger electus eſt, reſpondete nunc, ſi videtur. Luxurioſus perditus fuit. Parcamus quæſo memoriæ, reuereamur ſuprema cineris, pœniteret me fortaſſe ſi viueret. Iterum ac ſæpius (quod neceſſe eſt) ipſa criminis mei voce defendat, Ægrum redemi. Non habent profecto non habent diſcrimen liberi, niſi de calamitate: & inter homines quos natura pietatis æquauit, differentiam niſi de dolore non explices. Non cum vſu nunc veſtro, non cum moribus loquor. Ille anhelat, illius ſunt laſſa ſuſpiria, ad illum ſerius veni. Excogitaſti rurſus, fortuna quod ſupercreſceret charitati: quod poſſet ſacris nominibus accedere. His ſolus maior affectus eſt quam filios amare, filii miſereri. Me quidem iudices, ſi quis interroget, conditio illa non fuit vera, non ſimplex, habuitque piraticæ feritatis ingenium. Ægrum mihi non licuit relinquere licuit eligere. An fas fuiſſe credis, vt iuxta moriturum tu reddereris? & homines eius immanitatis, vt poſſent liberos cum patre partiri, paterentur eum ſibi relinqui, quem periturum ex hoc probabant, quod illum pater non eligebat? Tentata eſt miſera pietas, & placuit hoc quoque addi calamitatibus noſtris, vt oneraret pudore conditionis partes non habentis. Cum in comparatione ſani æger offertur, ideo ponitur, vt eligatur. Supereſt, niſi fallor, iudices, vt cum ſibi prælatum fratrem queratur, æſtimetis vtri tunc magis debuerit pietas noſtra ſuccurrere. Eſt quidem, iudices humanæ infirmitatis iſta natura, vt ex omnibus accidentibus grauiſſimum putet quiſque quod patitur: & cum aliena cogitationibus, noſtra dolore tractentur, neceſſe eſt apud impatientiam ſuam vel minora præualeant. Languor eſt tamen,

men,languor cui merito ceſſerint cũctæ calamitates, in cu-
s comparatione cõſolari ſe poteſt genus omne miſerorum.
ringat licet manus ſæua captiuitas, profunda carceris nocte
embra claudantur, datur tamen colludere catenis, artus ex-
ihere nexibus: & habet aliquid æquanimitatis, cũ pœna ſua
ſſe tixari. Sæuiunt regna tormentis, bella vulneribus, ſed
aius afficit quicquid viribus feras: & cũ in plenum adhuc
nguine aduerſa ceciderunt, repugnantis roboris colluctatione
vincuntur. Quos cruciatus cõpares, quem dolorẽ, cum
itus visceribus immiſſa rabes quotidie aliquid ex homine
emittit in mortẽ? cum cibos hauſtus, & omnia blandimen-
vitæ fames faſtidit, & poſcit? deſiderare aſſidentium officia,
hinc ferre non poſſe? grauari quos appetieris attact s? per
ũ cubile corpus velut ſuper ardẽtes exagitare flãmas? Lux
igatis luminibus grauis, vox ſola de gemitu. Cũ ex duobus
oriis languet alter, vna eſt inæqualitas patris, eligere ſanũ.
tuli, iudices, vſq; adhuc in penatibus ſuis iuxta parẽtes pro-
quoſq; languentem. O carcer, ô morbi, quem vos non fa-
is ægrũ? Et non ille carcer, quem ſeueritas legum, quẽ pote-
tum iuſtitia commenta eſt. Non poſſunt humani metus,
manarũ cogitationum ingenia ſatis abundeque concipere
æ vidi. Iacet ſub immenſæ rupis abrupto triſtis, & vltra na-
alẽ profundæ caliginis noctẽ merſus piraticis artibus ſpe-
. quem tota circunfuſi vaſtitas maris, & vndiq; minantib.
pulis illiſa tempeſtas terrore ruituræ molis euerberat. Hor-
t cuncta crucibus, ſquallent circuniecta naufragiis, nullus
in ſupplicia mortelque proſpectus & ad infelicium capti-
um metum præmiſſus de ſimili exitu dolor. Spiritus ſolus
as viuit, quem vinctorum trahunt redduntque gemitus,
em tot contulere languentes. Hoc erat vbi iacebat æger: il-
tot annorum ex quo cœpit pirata graſſari, idem cubile.
rpus quod grauaretur aſſidentium ſedulas manus, iacet in-
vincula, quibus inſtringat adhuc recentem pirata captiuũ:
uamuis tenuata de nexibus mẽbra labantur, ruſus in mo-
tringentiũ tenent, quæ nullo ſuſpẽſa nixu velut victo ho-
e ſederunt. Qualis erat ille ſub ferro, cuius exangues ma-
vix leuia velamenta transferrent? Quis inter complora-
es gemituſq; ſomnus, quẽ vix ſilentia ſolicita præſtarent?
uæ colloquia triſtitia reſpiraret? Vndique pares ſimileſ-
miſeri, & veteribus captiuis adiectus quotidie nouus ali-
impatiens. Compara, ſi videtur, huic ægro captiuitatem
tantum

tantum tuam. Tu quereris quod cibos pirata non præſtet, ille remittit oblatos. Te nuda humus, nudum cubile frangit, ille ad ſingulos ardentis corporis motus in ſua vincula verſatur: & quocunque membra laſſata dolore tranſtulerit, in ſupplicium reddit renouata patientia. Breuiter ſæuiſſimi languoris definienda menſura eſt. Non poteſt ex illo ſanari, nec quem redemerit pater. Inſta nunc, ſi videtur, ac ſubinde iuuenis interroga, cur ægrum potius elegerim. Reddi à me poſſe rationem cur hoc fecerim, putas? Ego vero non poſſem, nec ſi te redemiſſem. Quid enim ſi reſpondere iubeas orbitatem, cur in exequias totos egerat cenſus? Quid ſibi velit ille funebrium longus ordo pomparum? Cur ſuper flagrantes iaceant rogos? Cur ardenti non diuellantur amplexu? Et ego dico, proclamo, fateor, erroris aut dementiæ furor eſt, cum feceris. Hoc eſt ergo, inquit, quod de te præcipue queror, moriturum mihi prætuliſti. Quæſo iuuenis, ne nobis putes tantum ineſſe feritatis, vt illum potuerimus exiſtimare moriturum. Vis non ſperem victurum filium, quem nunc primũ aſpicio, complector ægrum, quem pirata non recuſat ſibi relinqui? Si perſuaſionem patris interroges, quicquid eſt quo miſer torquetur, afficitur: non languorem credo, ſed impatientiam, deſiderium, dolorem. Hominis qui apud piratas languet, vnum remedium putes, vt redimatur. Sed non eſt, quæſo iuuenis, quod hoc patrocinium de tam calamitoſa pietate concipiam, vt dicam, victurum putaui. Exaggero quinimo inuidiam criminis mei. Redemi fateor illum, qui dilationes, qui moras ferre non poterat, in quo mihi pirata vendebat breuia oſcula, paucos dies. Si mehercle vterque fuiſſet æger, illum redemiſſem, qui prior languere cœpiſſet. Si duos pariter naufragia raperent, illi porrigerem manum, quem iam membrorum contentione laſſatum fluctus hauriret. Si vulneribus confectos remiſiſſet acies, properantius ei clauderem plagas, per quem animam largior ſanguis egereret. Ignoſcite dii pariter atque homines, non poſſum de liberis, poſſum eligere de miſeris. Gratias quinimo fortunæ gratias ago, quod adhuc æger ſentit, intelligit. Alioqui cadauer acceperam, & precia duorum pro funere tantum ſupremiſque perſolueram. Neſcis quantum pudori, quantum adiiciat af fectibus meis inter tam impares æquata conditio. Æger qu tantundem eſt piratis, plus eſt patri. Velis tamen nolis infe lix ſenectus, fatendum eſt quod merito, quod ſumma pieta

te ſa

factum eſt, quam difficile fecerimus. Quæ tunc mihi cogitiones, quis temporis illius animus fuit, cum inter duos litos incerta miſer electione diſcurrerem? Hunc diutius oilabar, illum putabam deſperatione moriturum. Lacrymas languentem gemituſque transtuleram, & tu mihi videbafuturus æger. Quoties catenas tuas ſoluturus inuaſi: ſed hi commendabat relictum, quod re prætuliſſem. Quam quenteriam laxata miſero vincula rurſus impoſui, dum u tua potius ſanitas placet? Diſſimulare non poſſum conionis illius ſecretas difficultates. Redimi debebat æger, ete volebam. Ponere vos, iudices, velut in illa neceſſitatis æ præſentia volo. Ecce, infelix ad primum aſpectum paconatus aſſurgere, illas pallentes ſordibus manus paulu tanquam amplexus daturus erexit: nec vſque in ceruices as ſpiritu iam deficiente perlatas, in ſuum miſer iterum ile deiecit. Totus ille circa nos carceris populus obticuit: e colloquiis noſtris terribilis catenarum ſtridor obſtrepelaſſatos artus in ſua tenuere patientia. Ego ſerius grauis, c, ſi videtur, incipiam. Luxurioſe, meruiſti. Ignorat proo paterni doloris æſtus, quiſquis ſolatium putat, vt de guente filio queratur, vt moribus mentique maledicat. te virtutes, ignoſce probitas, charior eſt ex liberis ille qui itur. Mihi vero fateor hinc aliqua languente filio veniſlaria, quod vixit infelix quemadmodum voluit, quod hilaris ac læta breuis ætas. Crede iuuenis, & pro te iam uiſſem vt luxurioſus eſſes. Cui tu tempori, cui dolori rim vlgionis, frontem caſtigantis iniungis? Impatientiſſies eſt perdere filium cui videaris iraſci. Corruptum me ibus putatis, ambituque lachrymarum? Hoc vicit æger, non rogabat. Aſſidebam miſero, demittebat oculos, inganti reſponſum de lacrymis tantum gemituque reddeagebat, me deliberante iam victum, cum repente miſeianus velut recidentis amplexus poſuit in ſinu meo. Et laſſa ſuſpiria per ardentes anhelitus egeſſit ſæpe viſcerium diu collatis vterque ſingultibus miſcuiſſemus laſſas oce lacrymas, tandem ſpiritu vix in pauciſſima verba cto „ Tibi quidem, inquit, gratias ago pater, quod reurus vtrumque veniſti: non adeo tamen ſenſus meos ior, hebera vt vt exitum conditionis huius ignorem, ecurioſus, ego perditus, nunc vero ſuper infamiam nohuius immotior. Vtinam hoc ſaltem mihi ſero fata præſta-

præſtarent, vt reſiduum laborantis animæ in tuo ponerem amplexu. Sed ſi mora eſt longior properantibus expectar pereuntem, ite ſuperſtites, ite f. lices: has tantum reliquia commendate piratis, ne meiſus profundo & proiectus in fluctus, exitum faciam hominis ad quem non venerit pater. Vnde enim ſperare poſſum, vt reuertaris, vt facias? Tum ſuper abrupta verba tota defectione conticuit, ſtrictiſque vitalibus circa dolorem ſuum me obra riguerunt. Exclamaui fateor, Quid agis infelix? cur deſperatione collaberis? Attolle pauliſper oculos, confirma, dura, te frater elegit. Vix eſt poſt hanc vocem meam peracta conditio, continuo pirata detraxit catenas, vincula laxauit. Vultis elegiſſe me ægrum? Vultis in lucem diemque productus, carceri ſuo reddatur æger? Ego vero non habui verba, quibus me deliberare, quibus nolle contenderem. Vultis ſcire quid pater, quid pirata præſtiterit? Ego duos redemi, ſed alterum accepi. Vt ſcias, inquit, ægrum redimi non debuiſſe, defunctus eſt. Crudeliſſime generis humani, qui nos putas precium tuum perdidiſſe: audi quam multa nobis in morituro filio pirata reddiderit. Frater ille tuus inter vincula catenaſque deficiens, reſpirauit aliquid in toro, tandemque libertas vinculis manus per totius lectuli ſpatia iactauit, poſt impias carceris ſordes illuc cum ferali veſte ſquallorem exuit, pauliſper æger vidit propinquos, allocutus eſt amicos, mandauit, exegit: & quamuis ſuprema ſorte collabens, prius tamen luce cœli libera ſatiatus eſt. Contulit mihi grande velit nolit fortuna in orbitate ſolatium: filium, qui relictus mea fuit moriturus inuidia, non occidi, ſed perdidi. Quid ais iuuenis? Ita ſi moriturum filium redimere non debui, non ſufficit hæc tibi de me pœna, quod ille deceſſit? Iraſci patri tantum fortaſſe fas eſſet, ſi viueret frater: tunc alimenta quærenti reſpondere poſſis, Poſce piratum. Quantum intelligo, qui de mendicitate patris vindicaris, ægri es redempti iuuenis inimicus. Neſcis quid ſit inuidiam facere patri. Melior erat tua cauſſa ſi mei miſereris. At quanto, dii deæque, alius fuit ille infeliciſſimi iuuenis affectus? Nuncio enim, & audiente tota ciuitate teſte proclamo, Tibi gratias agebat ille dum moreretur. Credo me hercle hoc miſerum dolore conſumptum, quod ſibi videbatur precium ſuum mihi perdidiſſe. Non aliter igitur quam te præſente deficeret, Per illud, inquit, frater optime, natalium noſtrorum ſacrum venerandumque conſortium, per ſi-

ci

is peregrinationes, per aduerſa communia, per hoc quod tu languere potuiſti, ſi te vel tua quandoque virtus vel fa-:tas, ſecu a prædonum piratico carcere emiſerit, commen-) tibi ſenem quem facimus vterque mendicum. Teſtor im-ortalia numina. & infernarum ſedium deos? paſcerem pa-·m, ſi te redemiſſet. Ego tamen, inquit, mihi debeo, quod uerſus ſum. Non quidem quicquam velim iuuenis, de vir-tum tuarum admiratione detractum, audias tamen neceſ-eſt in hac pietate verum. Euaſiſſe te putas ingrate? Dimiſ-s es. Mea pietas iſtud, mea fecit electio. Vnde enim euenit .icquid ante captiuitas tua præſtare non potuit? Iacta quā-m voles effractum carcerem, ruptas catenas: vis ſcire quid gligentes fecerit ſecuroſque piratas? Acceperant precium iorum. Intelligit, iudices, & ipſe iuuenis, non eſſe calamita-m noſtrarum iuſtitiæ parem, & ſic agit, tanquam alere non :beat. Itaque transfert in hoc defenſionem, vt poſſe ſe ne-:t. Quid dicitis, iudices? Feretis hoc dicentem iuuenem ›tpore atque ætate robuſtum? Non habes opes, ſed mem-a, ſed vires. Nam neque ego laborem, nec difficiles poſco ›natus, contentus ſum iuuenis, vt velis. Cibos me poſcere itas? Humeros poſco quibus incumbam, manus quas eliſo :ctori apponam, ſinus in quos egeram exhauſtarum reli-uas lachrymarum: vt ſepelias, vt hæc cum miſeri illius embris oſſa componas. Non alimenta quæro, ſed filium. uid, quod nec graue longumque ſupremæ pietatis exigi-us officium? Non diu viuetem etiam ſi me duo paſceretis. :curus ſis, breui te gemitus mei liberabunt, aſſiduis plan-ibus euerberata vitalia. Quid me remittis ad turbam? uid facis rurſus omnibus grauem? Conſumpſi fletus, cle-entiam ciuitatis exhauſi Non alit populus hominem quem .ſcere filius debet. Quid ſibi vult hæc aliena calamitatibus ›ſtris, aliena virtutibus tuis, iuuenis, aſperitas? Abſtuliſti :hi malorum quoque meorum verecundiam. Quicquid fa-ebam, mendicitas eſt, ex quo reuerſus es. Durat in ſuſcepto gore iuuenis, & ad miſericordiam non memoria fratris, ›n patris contemplatione deflectitur. Exclamaret alius hoc co, Ex tua fide dignus quidem eras impotentiſſime gene-. humani, quem in tormenta mea doloremque redeuntem, ıcula rurſus ac pœna carceris exciperet. Et inſultes huic nfeſſioni licet, allegare non poſſum.

Quid mihi miſeras vltiones, quid triſte monſtratis auxiliū?

Faceret

Faceret hoc pater qui redimere noluiſſet. Age nunc viuác
ſima ſenectus, redeamus ad preces, quod ſolum vis patern
pietatis agnoſcit, hic quoque rogemus. Per ego te iuuen
illos meos de quibus nunc quereris, annos, per expertos ti
notoſque humanorum accidentium caſus, per infelicis illi
manes, cui nec hoc ſaltem contigit, vt te reuerſo, te præſent
moreretur: paſce nunc quod te redimere volui, paſce quo
fratrem tuum redemi. Non ego laſſitudinem tuam poſco
nunquam ocium meum: nec vt ipſe ſecurus quietuſque tráſi
gam diem, tuas operibus manus, túum laboribus aſſigno ſu
dorem. Iungamus mutuæ pietatis officia, par flebile, par om-
nibus ætatibus nominibuſque reuerendum eſt nobis nego-
cium cum ciuitate mitiſſima. Quanto libentius dabunt, cum
viderint pariter, vnaque miſeros mutua ſuſtentatione con-
nexos? Et ego quidem rogabo, qui ſoleo, ſed in tuos ſinus
populus congerat ſtipes. Quicquid preces, quicquid impe-
trauerint lacrimæ meæ, accipe, tuere, diſpenſa pro tua fama
pro tua ſum pietate ſolicitus. Ego mendicabo, tu paſces.

CORPORIS PROIECTI,

Ipſa eſt anus cæcæ.

DECLAM. VI.

ARGVMENTVM.

Qui in calamitate parentes deſeruerit, inſepultus abiiciatur.
Qui habebat vxorem & filium, captus à piratis inſcripſit do
mum de redemptione, vxor flendo oculos amiſit, filius retinent
matre profectus vicariis manibus redemit patrem. Idem in vin-
culis deceſſit. Abiectus in mare, & appulſus ad littus patrium, eſt
eiectus. vult illum ſepelire pater, mater prohibet.

Pro patre contra matrem.

ETIAMSI, iudices, in hac aſperrima condi-
tione fragilitatis humanæ, in qua nemo pro-
pe mortalium impune viuit hæc omnibus na-
tura eſt, vt ſua cuique calamitas præcipue mi-
ſera atque intoleranda videatur; inter omnes
tamen hoc conſtet neceſſe eſt, infelicitatem
meam tantum cæteras ſupergreſſam, vt prorſus hæc ſit qua
fieri debeat vſque ad cæcitatem. Quid enim paſſus ſum tam

leue

e, vt non comparatio mei felices aliorum etiam miſerias
iat? Graue eſt à piratis alligari, magis dicat hoc qui ſciat
ım cito capti moriantur. Alligatus ſum, ſed tamen miſer
gis queror quod ſolutus ſum. Indigna eſt impietas in ſuos,
quanta verſetur in hoc iudicio, videtis. Sed mihi hoc
oque querendum eſt, quod me & vxor nimium dilexit &
ıs. Quid ego putarem in rerum natura poſſe reperiri quod
itate acerbius videretur? Non contingit mihi quod cæte-
miſerrimum eſt, filium efferre. Parum eſt, quod iuueni ſin-
aris exempli cauſſa mortis fui, & tam precioſa redemptus
na, ſenex odioſus morte filii mei viuo. Parum eſt quod
i luctum meum fluctus nunciarunt, & aliud agenti patri
to ad littus orbitas appulſa eſt, quod miſerrimum iuue-
toto iactatum mari, etiam ſi nemo interpellaſſet, ſero ſe-
rem: adhuc ſupremo prohibeor officio, & ne quid ſolatii
tingat, perdo etiam matris miſericordiam. Iniicit erranti
ori manum mulier, & piratis & tempeſtate crudelior: at-
vt accedat dolori meo cumulus quæ hoc facit, vxor mea
Ne quis tamen erret ignotus, non eſt filii mei nouerca,
mater. O facinus, ô cladibus noſtris mutata natura. Mater
em vltimum filio negat, & mulier quæ maritum quoque
n debilitata deſiderat. Quis hoc de iſta credat? Filium non
undıtus euerſa, fulmen hoc gladiumque non ſentit. Com
t dolorem, quanto minore cauſſa excæcata eſt? Huius,
ces, pœnæ ab ipſa morte repetite crimen. Ego ſum, ego
ligaui filium meum & infamaui, & ne non accedat grauiſ-
doloris comes pœnitentia, in illum mortiferum carce-
merſi. Quo fato parentes miſer ſortitus eſt, vt illi vitam
r, ſepulturam mater auferret? Nam, vt pietatem filii mei
l indicem, patrem redemit. Si quod ego redierim? vxor
itur, reddat rationem cur acceptis literis meis fleuerit.
ıi miſerrimus iuuenis quomodo magis temperare potuit
ia? Lex parentibus in calamitate ferre opem iubebat, v-
e parens erat calamitate deuinctus, vnus autem ſuccur-
vtrique non poterat, inuenit tamen ingenioſa pietas, &
ue ſubuenit diſpendio ſui. Ipſe venit ad patrem, me re-
ad matrem. Hoc ſi defendendum eſt, agnoſco partes
, cauſſam planctibus agam. flere enim certe per legem
Alioque diu laudare non expedit. Diligenter defendere
arium eſt actioni noſtræ vt impetremus funus, mora-
dum eo ſlitigamus, dum circa cadauer noſtrum, ob

rixamur, dum agitur cauſſa defuncti, dum ſepulchro lege præſcribitur, dum dantur legitima dicentibus tempora, putreſcit interim corpus, nec totum in ſicco iacet. Cadauer ab incurſu auium ferarumque tantum miſerantium corona cuſtodit. Conuenerunt etiam alieni parentes, totus in ſpectaculum populus effuſus eſt; & ignoto quoque corpori publica humanitas quaſi quaſdam fecit exequias. Deflent omnes homines, dolent: plurimorum tamen illa vox eſt, Iuuenis inſepultus iacet. Miſer nec patrem habet fortaſſe, nec matrem. Iam hominis figuram vetuſtas pene conſumpſit. Iam lenta tabes in terram defluxit. Iam ſoluta cute oſſa nudantur. Quamlibet duraueris animo, non ferres tamen iſta, ſi videres. Sed audire certe potes. Ille eſt filius noſter, cuius ſpes ipſas amauimus, quem apud omnia templa & ſurdos votis deos ſuperſtitem precati ſumus, à quo ſepeliri optauimus. Ille amabilis infans, ille blandus puer, ille iuuenis etiam ante hoc crimen piiſſimus. Ille dum par fortuna parentum fuit, propenſus in amorem tui. Mentior, niſi cum peregrinatio mea nos diduceret, maluit eſſe cum matre. Me per omnia maria volitantem, vt plus filio relinquerem, circumuenit ſæuius ipſo mari latrocinium. Deſcribam nunc ego pendentem fluctibus carcerem, & catenas macie mea laxatas, & detritam lateribus meis conſciam malorum carinam, & obrutam perennibus tenebris feralis loci cruentam cæcitatem? Iſta vero ſi quid pudoris habeo, tacenda ſunt. Alioqui quis mihi ignoſcet quod vicarium accepi? Etiam ſcripſiſſe pœnitet. O literæ fletibus tremulæ! O parum alligatæ manus! O delenda vxoris oculis epiſtola. Cur indicaui, cur ſcripſi quod vxor ac filius vltimum legerent? Vt incertum ſit vtrum me caſus redimant, an lugeant. Cognita clade, cariſſimi vxor exempli, & prorſus talis filii mater totos effleuit oculos; fontemque illum perennium lacrymarum tantum cæcitas cluſit. Si non tenuiſſet, filium vicerat. Continuus inde planctus, incredibilis mœſtitia, aſſidua lamentatio fuit. Iuuenem neſcio in me magis an in te futurum impium, ſi non redemiſſet quem tu ſic deſiderabas. Ergo profectionem apparat, vt quoniam reddere matri non poterat oculos, redderet virum oculis chariorem. Sed videlicet eſt quædam vltima calamitatum rabies, & nouiſſime in furorem vota ipſa vertuntur. Retinuit iuuenem, & epiſtolis meis legem oppoſuit. O vanæ figurationes, & pectora hominum alto errore confuſa. Nemo illam non

putabat

tabat timere de filio. Itaque iuuenis quod ad ſolatium pertere credidit, commendauit amicis cuſtodiam matris, ſubſtituit vicis curæ ſuæ propinquos. Neque enim aliter vſque ad ditum meum cæca vixiſſet. Quicquid humana ratio valet, ntulit Si potuiſſet redimere oculos matris qua pietate fuit, carios ſuos dediſſet. Ipſe profectus eſt ſolo comitatus anio, nec ſe putauit ire ſine precio, quamuis ad piratas ferret ines manus. Dicat aliquis, adeo domi nihil reliquetas? adlonga ætate ſic vixeras, vt ne precium quidem tu paraue- ? Si hoc ita eſſet, teſtor deos, de redemptione literas non iſiſſem. Fuit vnde redimi poſſem, iudices, fuit: ſed illud tom filius matri reliquit. Nauigat ergo per horridos fluctus, gementia littora, & ſpumantes ſcopulos, & quacunque ſer relatus eſt, inauſpicatum metiens iter, prorſus ominoſereatus, peruerſis etiam votis, qui optaret alligari à piratis, ios viſare quoque miſerum eſt. Quæ iit hæc omnia impius e filius propter parentes, quod non præſtitiſſet frater fratri, n vxor viro. Quid diſſe, imus vltra? Non pater filio. Dii mortales, cæli, maris, inferorum præſides, qui mihi adhuc nnes male experti, vos tamen ſolos habeo teſtes, quam uitus redemptus ſim. Miſerum me, periit qui ſciebat. am vt primum peruenit iuuenis ad piratas afferens redemonis meæ ſe precium, à ferali nauicula auidus exilit, vias oblaturus manus: ſtrauit ſe ad genua ſingulorum, & cupiditas fecerat blandum, obſecrauit omnibus precibus, iſerabili planctu, & lacrymis pene marcenis: nemo vnquam vt ſolueret or, rogauit. Nec ſane difficile fuit impetrare iratis captiuitatem, maior illi pugna mecum fuit. Non dium illud ſpectaculum latronibus erat, cum pater filiuſque vinculis contenderent, & ſibi quiſque carcerem vindica-. Ego iam vſu defendebam meum, & in his annis iam maam morte aſſerebā. At ille contra? Ego te in calamitate deam? ego alligatū relinquā? Et quomodo ad matrem redibo, æ miſera deſiderio tui dies noctesque fletibus iungit? quæ tere ſine te non poteſt? Non dicebat tamen omnia: & cum duos planctus & irrequietas diceret lacrymas adiiciebat, n pene cæca e, fortaſſe ſi redieris, videbit. In ſumma recede. Fas eſt mihi etiam inuitis parentibus, pie face- Non recedo, ſi perſeueras, demus piratis lucrum. Aut viius ero, aut comes. Quantum inter hæc fleuit? quamdiu idit oculos ſuos? Si perſeueraſſem, duo excæcauerant.

Obſtupuerunt pietate tanta etiam latrones, & per immobilis ante vultus fletus cucurrit. Non tenuiſſent fortaſſe iuuenem, niſi redempturos parentes talem filium credidiſſent. Ipſe in ſe tranſtulit ferreos nexus, & hilarior alligatus eſt filius, quam ſolus eſt pater. Supremum tamen, & nefas in æternum, me iam catenatis manib. amplexus, poſtquam mei cura diſceſſerat. Matrem, inquit, tibi per hæc merita commendo. Tu illam tuere, defende, ama, ne relinque: ſic paria faciemus. Illic tu eris vicarius meus, ſi hæc feceris? non iraſcetur mihi fortaſſe mater quo ab illa receſſi. Sic in nauem filii mei male permutatus vector imponor, & qua viſum oculi dederant, ad piratas è puppe proſpecto: curua littora, & immenſum ſideribus fretum, & turritos vrbium ſcopulos retrolego. Miſerum me, quandiu à piratis etiam nauigatur? Mandata tamen tua fili perago, aſſideo, ſuſtento. Immo me hercle tu aſſides fili, tu ſuſtines, propter quem mihi etiam huius propenſior cura eſt. Dum recedere ab vxore nolo, filium non redemi. At illum interim cotidie ſitus carceris ſtrangulat, inſident oſſibus catenæ, exemplum ſeculi in myoparone moritur. Mater, iam ſatis eſt, habes pœnas ſuper legem. ſæpe inſepultum talem virum etiam ipſi piratæ niſi eos conſcientia ſcelerum, metuſque pœnarum ab omni littore arceret. Quod vnum poterant, ſecundis proiecere ventis. Excepit mitior matre tempeſtas, (ſi qua dici poteſt calamitatum felicitas) proſpero curſu cadauer tantum non ad ipſa maiorum ſepulchra depoſitum eſt. Narretur res ſeculo noſtro diuerſa, & neſcio vtra parte mirabilior. Filii corpus matri maria retulerunt, mater mari. Magnam quidem partem agnoſco culpæ meæ. Ego vxorem adduxi, & ne miſeram dolore fraudarem, ipſe meis humeris aduerſariam meam vſque ad littora tuli. Et ſane aduerſus eam prima verba orbitatis animo æſtimantem fefellerunt. Quis autem non dolentis affectum putaſſet, cum diceret defuncto filio mater, Quid enim nauigaſti? Quid maria ingreſſus es? Quid piratas petiſti? Nam illa quidem vulgatiſſima orbitatis vox eſt, Fili, cui me reliquiſti? etiam cum tota ſuper corpus incubuit, amplexam putaui. Etiam cum iniecit tollentibus manum. Et hoc, inquam, ſolent facere matres ut funus morentur. At iſta legem recitat, & in cadauer filii perorat. Tace, tace miſera, ita tu iſtud optaſti? Sola ſcilicet calamitatibus noſtris adhuc defuit culpa, vt cum ſæuitia nimiæ quoque felicitatis turpis ſit, procedat inauditum antea monſtrum, miſera, crudelis,

is, ſi quid irati dii reliquerunt, ſi quid infelicitas oblita, man bus perdere cupiat. Detracta eſt fortunæ inuidia, ndo ſuo quoque iudicio poſt amiſſum filium parum mi- eſt. Lacrymas ipſas nouiſſime perdo, inanis domi libi- plangitur, deriſus deſignator redit, refertur rogus. Inter omnia non gemitus vllus matris, non lacrymæ, non ſtus Putes appulſum ad littus aliquem eſſe piratam. Vn- unc illi animum? Si mala ſua ideo non ſentit, quia non :t, & hæc boni cæcitas habet, eruat aliquis oculos meos. tenebræ corporis affectibus non obſtant. Eſt ne hæc r mea? eſt ne ille filius noſter? Liceat dubitare, ſi fieri eſt, & ſane vix iam dignoſcendam ſpeciem vetuſtas reli- :ſed attritæ manus, & tumida veſtigia vinculorum, & is longæ captiuitatis macies, infelicia argumenta, con- iunt. Miſerum me, certus luctus eſt. Filium agnoſco, rem non agnoſco. Ergo quoniam de iure longior pu- eſt, & nobis feſtinandum: ſint primæ precum partes. ſte vniuerſi vtriuſque ſexus parentes, dum matrem in quias filii rogo. Per matrimonium vetus, & per mutuam ritatem quæ vtrique noſtrum magno conſtat, adiicio, commune pignus, per annos pariter actos, & beneficio plures, per meum in te obſequium, iam mei miſerere, cu- ſoles. Crede mihi, hoc quod patior, carcere peius eſt, tiuitate crudelius. Mea iſta pœna eſt. Quod tibi tan- mali feci? Quid offendi? Certe ego te non reliqui. Iam tum affectum in hunc conſumpſiſti virum, & omnis per los miſericordia effluxit, tulerit, ſane filius noſter merito ias, dederit ſpiritum ſupplicio, nihil de præteritis loqua- , quod poſtulauit Cicero etiam ab illo crudeliſſimo Si- tyranno, mors ſit extrema malorum. Quod quidem permiſſum non eſſet, pernoctabant ante oſtium carce- recio redimentes ſepeliendi poteſtatem. Quid? tan- hoc Marcus Tullius, patres matreſque, promeruit: tu de ſaltem, quod ſub Verre crudeliſſimum fuit. Certe filium redimam, nec mihi precium diu quærendum eſt, eo manus. Nihil moueris nunc, & debilitatem tuam ia- Singulare fœminis exemplum oſtendi narrarique deſi- s, ſepulturam filii maritus à te impetrare non potuit. Va- ercule, ſi libet, & corpus in fluctus repelle. Aut ſi parum bri loco videtur abiectum, iniice manum, & ne minus tiet alienum miniſterium, ipſa potiſſimum trahe, alteram

manum cadaueri impone, alterâ duc qua frequentiſſimum rotis iter eſt, & nigra limo via. Poterat miſerum onuſtum vehiculum, & ſanctiſſimum pectus vngulæ rumpant. Ipſa quoniam defeceris oculis, eliſum caput & oppreſſa ponderibus præcordia manibus tuis pertracta: ſi quidem audeas, ſtis etiam lacera dentibus. Litigamus, conſiſtimus, in diuerſum abimus. Nempe cum viceris, omnia paria habebimus præter animum. Non ſepelies? vide quæſo, vide ne dum litigas, arenam fluctus aggeret, iniiciat humum miſericors populus. Obſtas? ſi cuius clementia tumulum fecerit, effode: & cum talis ſis mater, laude indignari, & exclama, Magis amauit patrem. Cruces ſucciduntur, percuſſos ſepeliri carnifex non vetat. Ipſi piratæ nihil amplius quam proiiciunt. Mater (quanquam hoc nomen profanari nefas eſt) ſi perſeuerat eſſe filii ſui nouerca, vt hac crudelitate videatur digna, quæ orbitatem ſuam non intelligit, ſi vltra hoſtium affectum, quæ cæſos acie ſæpe tumularunt, vltra tyrannos, vltra latrones, parum habet non ſepelire, niſi aliorum quoque officia præciderit, & tantum non petita ex fluctibus aqua reſtinguit ignem, ſi adeo non genuit filium, ſed effudit, & illo infelici partu ingratum vteri pondus expoſuit: licet imputet nobis, vt volet, quod tueri non poteſt, ſingulare mariti deſiderium, dicam tamen quod ſentio excuſatius odiſſet virum quam filium. Quanquam in hoc mutuæ charitatis affectu paria fecimus: illa oculos propter matrimonium neglexit, ego filium vicem cæcitatis orbitate perſolui: tamen, quod inter hæc quoque mala priuatim doleam, neceſſe eſt, omnem illam quam contraxerat, perdit opinionem. Iam inimici mei triumphant, iam paſſim loquuntur, *Illa exempli mulier, illa ſeculi decus* virum redimi noluit, nec filium ſepeliri. Equidem, iudices, vt ſentio neminem non mortalium fauere hominis ſepulturæ conuenit, quia hæc vna res eſt, cuius exemplum ad omnes pertineat. Ideoque non niſi ab vltimo parricidio exigitur pœna trans hominem. Etiam ſi qua ſunt iura quæ obſtent, ſi tamen anguſtus ſaltem detur acceſſus, per quem intrare humanitas poſſit, vera clementia occaſione contenta eſt. Siue omnis in defunctis ſenſus perit; & ad operiendam fœditatem ſubtrahendamque doloris materiam, mortui viuentium cauſſa ſepeliuntur: ſeu cum ad inferNas ſedes anima migrauit, vnus hic luce viduis honos, & à ſuprema face (vt vates ferunt) petitam vlterioris ripæ ſtationem

nem contingunt, quæ vera eſſe & credo miſer, & opto, ci-
turus ad filium. Certe rerum natura vt in generandis alen-
que hominibus quæ neceſſaria erant, ex ſe ipſa proſpexit,
cum rurſus opus ſuum reſoluit, corpora noſtra quampri-
am reducere ad principia feſtinat, vt deſertis etiam locis
ca cadauer tracta imbribus terra conteſcit, aggerant pul-
rem venti, & liquefacta multa die membra paulatim hu-
is b bit, etiam ſi nullus operit. At ipſa longo tempore in
ram oſſa deſidunt. Nobis vero aduerſus exanimes genuit
n ſolum miſerationem, quæ cogitationi noſtræ ſubit, ſed
am religionem. Inde ignotis quoque corporibus tranſeun-
m viatorum collatitia ſepultura, in le iniecta ab alienis hu-
is. Facinus ind gnum, cum hæc ita ſint, ſepultus eſſet filius
:us, niſi incidiſſet in matrem. Et hæc, iudices, non ideo ego
o, vt affectu iura corrumpam, neque vobis præcipio, ſed
uerſariæ exprobro. Legem quidem iſtam quidni horream,
m id vnum miſertimo iuueni ſit obiectum, quod in calami-
e non deſeruerit patrem? Sed quatenus luctus noſtri in ius
cantur, & flenti diſputandum eſt, & oibitari ſuæ mater
ſcitur ſupremus quam exorare non poſſumus. Ecquando
orum hominum miſeriora vota vidiſtis, vt de his pater ſi
e it, filium ſi non efferat: mater ſi vicerit, abiiciat? Quæ ta-
n lex eſt? Qui parentes in calamitate deſeruerit, inſepul-
abiiciatur. Omnis nobis in hac prius cauſſa, iudices, de
pto & intellectu legis contentio eſt, vtrum verborum am-
uitate, an voluntatis fide ſtandum ſit. Pars enim aduerſa id
tur, par. ntem fuiſſe in calamitate, eam quæ deſerta ſit, eu-
re: pœna, eſt abiici inſepultum. Quid tum fuerit in cauſſa,
d ſit poſtea conſecutum, quomodo legem intelligere con-
iat, ſuperſ gît dicere, neque à veſtigio ſcripti recedit,
nuda recitatione contenta eſt. Nos neque omnibus per-
is, neque omnibus cæcis ſcriptam eſſe legem, & iuueni iu-
ac neceſſitas recedendi cauſſas: & cui rei ſemper ius ſatis
tum eſt, bonum animum fuiſſe, poſtremo non hoc eſſe de-
re contendimus, atque eo cauſſam dimittimus, vt non ſit
oleudus adoleſcens, niſi etiã laudandus. Qui autem dubi-
it ſcripti voluntatem ſequi conueniat, is mihi videtur
ſtionem tentare incertus qua de re. Ideo pauciora adii-
n, quod nobis quoq; (ſi ita pergitis) afferet quandã cauil-
onem iſta ſermonis ambiguitas: ac videri poterit omnem

actionem patris aduerſæ prima ſtatim recitatione ſubuertere. Nam lex cum dicit, Qui parentes in calamitate deſeruerit: rurſuſque cum dicit, inſepultus abiiciatur: non vtique id ſignificat, vt non liceat eum ſepeliri, poſtquam proiectus eſt. Quare aut mihi quoque permittite ſic agere quomodo volo, aut (quod magis veſtram religionem decet) indignam ſanctiſſimis auribus verborum captionem ex vtraque parte præcidite: & cum filium ſingularis exempli probauero, fortiter ſentite nullam vnquam à maioribus noſtris pœnam ſcriptam eſſe pietati. Atque in eo quod primum poſueram, non ad hanc rem pertinere legem, non diu verſabor, neque dubitatione, quam non habet, afferam moram. Neque enim puto ſi ætas impediet infantem, valetudo ægrum, reſpub. legatum, dux militem, nihilominus obſtricta crudelitas non accipiet rationem neceſſitatis: & cum ſemel apparuerit patere in eiuſmodi cauſſis defenſionem, potero plane eſſe ſecurus: nec timebo ne teneri videatur filius meus, ſi non potuit omnibus ſuccurrere, dum in ipſa lege occupatus eſt. Pater alligatus eſt, mater cæca eſt, vnus vtrique filius, magna locorum diſtantia, habet lex in medio debitorem. Duc ad vtrum mauis, id vtrunque non potes, niſi hanc conditionem miſero imponimus, vt quicquid fecerit, proiiciendus ſit. Si exierit, mater ſepeliri vetabit: ſi remanſerit, pater. Non dubito fore dubium, quin ius in hac lege fuerit & mihi, niſi forte (vt omnia inique iniuſteque conquiritis) hic quoque vnius occaſione verbi aliud putatis iuuare parentes, aliud non deſerere. Id eſt, de hoc dubitare vultis, vtrum parentibus vbique ferri oporteat auxilia, vt ego exiſtimo: an vero non mereatur adiutorium, niſi qui præſente filio miſer eſt. Nam ſi deſerere in calamitate, nihil aliud putamus eſſe, quam à miſero diſcedere, duo ſimul ſcelera permittimus. Primum illud, vt etiam qui aderit, poſſit impune nihil præſtare, ſiquidem abſolutus eſt hac lege qui ſecundum miſerum ſtetit. Quo quidem modo non adiutores calamitoſis parentibus filios damus, ſed ſpectatores. Dehinc accidit illud vel grauius, quod cum rerum neceſſitas quotidie nos diuidat, ſi quædam fortuna parentes nos deprehenderit, quamuis exiguo diuiſus ſpatio impune opem non feret, non ſuccurret, vt hac ſaltem ſe calumnia defendat. Non reliqui, non abſceſſi: neque pede, quod aiunt, vno à parente diſceſſi. ſolutus erit omni auxiliandi neceſſitate, quando veſtra interpretatione, abſentia, impietatis

occaſio

caſio eſt Hoc voluiſſe legumlatorem putamus, vt natus ex
biſmetipſis in rebus aduerſis præſidium parenti labore ar-
te præſtantia ſolueret, lucis vſuram vbicunque, niſi forte
nſumus parentes niſi palam. Quid eſt ergo non deſerere?
pem ferre, non deeſſe. Omnia hæc enim eo ſpectant, vt au-
to liberorum tuti ſint parentes Quod cum ita ſit, tam ad
lex iſta pertinuit quam ad matrem. Duo vnum vocaba-
is, videamus quo ire debuerit. Poteram quidem fortiter di-
e. Pater iuſſi. Hoc nomen omni lege maius eſt. Tribunos
lucimus, candidatos fecimus. Ius nobis vitæ necíſque con-
ſum eſt. Si non fecerit quod iubeo, non deſeram illum ad
ulturam. Neceſſe habuit parere. Non deſeruit, ſed abdu-
is eſt. Crede, non contemptu tui venit in carcerem. Sint ſa-
iura paria, ſedeatque medius inter duos iudex: non com-
abo perſonas: quamuis apud omnes gentes plus iuris ha-
it pater: ſit ſane natura communis, non imputabo quod no-
n dedi, quod familiam, quod impenſas, quod dum illi ac-
ro, captus ſum. Non indulgentiæ diſcrimen excutiam, de
a iam lite conceſſum eſt. Fuerint quidem iſta facienda, ſed
ius meum reprimo. inter duos parētes cæcus affectus eſt.
orabit qui prior rogauerit. Tempore certe vinco: ante mi-
ſſe cœpi. Tu adhuc integra es: ego iam alligatus ſum. Tu
in domo, ego iam pene defunctus in carcere. Tibi adhuc
opus eſt filio, ego iam rogo. Nempe calamitas tua nata eſt
epiſtolam meam. niſi te fluentem conſolari filius voluiſ-
ante cæcitatem tuam exiſſet. Noli mirari ſi te gratia vinco,
exoraui filium, quam tu rogares. Si quiſquā figuratione
dam in hac malorum conditione iudicem ponat, fortuna
ſo abſit, cuius tanta calamitas fuit. Abſtulerat quidem ti-
culos nimius affectus, & de quinq; rerum ſenſib. pars vna
abat, & tenebras etiam ſaluis luminib. alternans continua
duxerat. Maius eſt tamen malum ꝙ ſic fletur. Nam vt me-
queri poſſit ablatas videndi voluptates, impeditos rerum
is: tamen ſi non iniqui iudices ſumus; nec ambitione miſeri
qui mederi poſſint, referā non ſolum quā vincenda mihi,
magis etiam qua conſolanda eſt. Nam quando omne tor-
atum corporis abeſt, dolorq; membrorū, qui totam cogi-
onem in ſe rapit, feliciter ceſſat: ſupereſt vt cruciet ni-
m ocium, & aſſidua quies, res ſi non ſint neceſſitate iucun-

Nam viſus damnum ſarciunt reliquæ voluptates, odor,
us, tactus, auditus: quibus tametſi deeſſe ſummā fatendū

E 5 eſt,

eſt, non eſt tamen maximæ calamitatis loco numeranda parum plena felicitas. Domus certe propria, lectuſque genialis, conuentus propinquorum, ſermo amicorum, ipſa (quod raro contingit) honeſta calamitas, & in quacunque fortuna beata libertas, tot voluptates obruere poſſunt vnum dolorem. Nam lucis deſiderium ſi malis meis compares, etiam delicatum eſt. Non enim aliquid rerum natura genitura eſt ſpectaculo noſtro nouum, ac non quicquid ſpecioſiſſimum pulcherrimumque viſuri ſumus, vidimus. Nempe quotidie nox oritur, & æquam temporum portionem inuoluit obſcuritas, & ex parte ſui ipſa quodammodo cæca natura eſt. Cui alienis oculis vti licet audire, imperare, cuius miniſteriis officia non deſunt (non enim defuerunt) niſi ſe erigit, & fortunæ ſuæ rationem reddit, miſer nō eſt, præſertim in tam bona cæcitatis conſcientia, animi vitio miſer eſt. Non debet dolere quipiā qui poteſt gloriari, quanquam cuiuſlibet & quacunq; cauſſa hunc incurſum paſſe, leuius eſt tamen malum fœminæ. Non enim nauigatis, non legationem obitis, non frequenti peregrinatione variatis aſpectus, non militaris vos, non fore iſis ratio deducit. Alioqui ſemper eſtis intra domum, vno plurimum in loco, in quibus officiis affixæ. Tuum quidem affectum ſi bene noui, nulla magis cauſſa cæcitatem doluiſti, quam quod ad redimendum maritum ire non poſſes. Hæc tua calamitas erat, æſtimemus meam. Nulli quidem grauior viſa eſt quam tibi. audi tamen quam multa in illis epiſtolis non ſcripſerim. O fili, in quibus te malis reliqui? Iam illa principalis ac maxima dono deûm conceſſa libertas, non hominum ſolum, ſed ferarum volucrumque ſenſibus fixa & ingenita, primum ſpolium fuit. Me ipſe perdidi. teneor venale mancipium, & ciuis Romanus merces fio, & libertatē ſenex dediſco, & natus ingenuus vænire opto. minimum eſt, habitamus in fluctibus. hyberni nos feriunt venti, non ſtatio, non ſedes, nō quies, ſed quod malorum meorum maxima portio eſt, tam miſeri ſunt etiā domini mei. Sed cito prætereunda eſt memoria, propter me vxori grauis, mihi propter filium. Tranſeo hirſutos hoſtium vultus, & immanium barbarorum feros fremitus, tantumq; mihi quotidie eſſe mutandum. quantum pati captus, audere pirata potuiſſet. Nihil eſt deſiderio ſuorum grauius: timui ne quem ex meis viderem. Nihil tempeſtate minacius, quotidie naufragium optaui. nam mortē confire-

bor,

ri, ſenili inertia vna cauſſa minus cupiebam, ne defunctum
mo ſepeliret. Quam veſtem relictā captiuo putas, niſi quæ
æda non erat? quales epulas ciboſque præſtent, qui ipſi ia-
o viuunt? Nam illa quidem ſatis digna quis d xerit, vdum
terem, inundatam ſentina nauiculam, & impoſitum nu-
trabe irrequietum latus, reuinctas poſt tergum manus, al-
atos tanquam eſſet qua fugeremus, pedes? Solæ in carcere
nebræ iuuabant. Sæpe de auribus queſtus ſum, quæ ſonum
gellorum gemitumque cæſorum, quamuis impex s obrutæ
misaccìperent, dura metus ſui exempla. Miſerum me fi-
iempe in orbo periſti. Compara terram mari, domum na-
lectum carceri libertatem ſeruituti, deſiderium oculo-
n totius corporis damno. Quid nos longius ducit calami-
um noſtrarum miſera contentio? Cæci etiam litigare
ſunt, captiui nec viuere. Verum hæc etiam ſi in æquo po-
entur, multum tamen in alteram partem debuiſſent ha-
e momenti, quod plus mihi poterant prodeſſe quam
i. Et labori incumbere oportet, vbi affectus promit-
tt. Stulta cura eſt, quæ ſpem non habet. Ego redimi
eram, tu ſanari non poteras. Quiſcunque iſta cala-
as, inemendabilis cæcitas? non remedium accipere, non
trium poteſt. Aſſediſſet ſcilicet lectulo inefficax ſeduli-
& acceptis epiſtolis meis iuuenis filius nihil aliud quam
matre fleuiſſet. Quia profectus eſt, alterius tantū pa-
tis calamitas emendata eſt. Si remanſiſſet, & matrem cæ-
habėres, & patrem captiuum. Adiicio quod tibi non
eſſaria filii præſentia fuit. Aſſidere enim, cibos mini-
re, manum porrigere quilibet poterat. Mentior, niſi
um eſt: me ab illis captum, tam dura conditione vena-
, quod vtrique in confeſſo eſt, nemo alius redemiſſet,
m filius meus. Et ego ſic ago, tanquam hæc tantum filius
pter me fecerit, quanquam in hoc litigatu quodammodo
ipſa excidiſti; & quanquam id agas, vt merita tua iniu-
ioſas, & quanquam nouum induiſti rigorē, non prohibeo
ē teſtimonium. Ad redemptionem meam filium ipſa mi-
, cum ſic plangeres, cum mortem precareris, cum te omni
tatam voluptate clamares, cum ſæpius gemeres captiui-
m meam, quam cæcitatem tuam. Non erat illi ferreum
us, neo cor ſilice concretum, vt hæc pati poſſet æquo a-
o. Tu filium prima docuiſti ſibi non parcere potius quā
flere, potius quam ipſam reſcindere cæcitatem. Profe-
ctus

ctus eſt, maritum tibi reddidit. O crimen graue. Si hoc ante feciſſet, videres. At retineri non potuiſti. Non dicam tibi, habet pietas impetum ſuum, nec vllũ dominum nouit affectus: nec ille te potuit retinere ne fleres. Audi quod eſt verius, aliud putauit. Non erat credibile obſtare te redemptioni meæ: interpretatus eſt maternum metum, & maris domui noſtræ male experti periculum credidit, timens ne ſi tibi paruiſſet, nemo non vos putaſſet colludere. Cæterum me poterat non redimere, cum tu clamares, Cæca ſum, oculos deſiderio viri perdidi, ſolitudinem ferre non poſſum. Ita ille ad redemptionem meam excuſatius profectus eſſet, ſi me minus deſideraſſes? Dubitatur an tua cauſſa fecerit? & filium & virum habere non poteras reddidit tibi quem magis amabas. Siſte iam lacrymas, maritum reducem & incolumem accipe. Quid iraſceris? Quæ tanta mutatio eſt? quis hoc crederet? Quereris diſceſſiſſe quem odiſti, cum eum rediiſſe nolis quem diligis. Atqui ſi (vt ſupra probauimus) is parentes in calamitate deſerit, qui opem non fert, & (vt nunc oſtendemus) optimus filius corpore ſuo adiutoria matri redemit, profecto opem tulit, id eſt, non deſeruit. Nam ſi, vt ante dixi, ne veſtigio quidem abiiſſe à miſeris licet, ne ipſorum quidem cauſſa qui adiuuantur, diſcedere fas erit, nec cibos ſaltem petere, aut alia víſibus neceſſaria parare continget. Si vero dum adiuuatur parens, nihil refert vbi ſit ille qui adiuuat, quia præſens cura exhibetur: quicquid tibi ego præſtiti, ad autorem muneris, id eſt, ad redemptorem meum transferendum eſt. Non aſſedi, non conſolatus ſum, non miniſtraui, non tuli, non denique totus tibi redivi. Verum fatendum eſt, ſi deſeram te putas, mea culpa eſt. Sed iam tempus eſt iſta quæ non excuſata debent videri, verum pulchra atque magnifica, animo maiore defendere, & cum iudicium agatur exempli, tandem cauſſam ſuam intelligere. Hoc ſaltem habebis miſerrime fili, quod honoratis contingere funeribus ſolet, defunctus laudaberis. Omnia licet huc reuocemus præteritas, & ad canendas vnius laudes vniuerſorum vatum ſcriptorumque ora conſentiant, vincet tamen res iſta mille linguas, ipſamque, ſi ſit aliqua corpore vno, facundiam materia ſuperabit, etiam ſi nihil dixero niſi quod obiectum eſt. Lucem libertatemq; patri filius reddidit, & (quod ante inauditum eſt) magis me amauit quam vellem Ingreſſus eſt maria, in quibus iam minimum periculi tempeſtas habet: & quod inter iſta difficillimum

mum eſt, amore mei vicit etiam matrem ſuam. Tace nefa-
a lingua, ergo tua iſta laudas? Obtulit ſe captiuitati, quia
iebat graue eſſe alligari, malis patris ſucceſſit. Subit libens
mam, pietas etiam ſceleribus grauem. Tu melius vxor, quæ
ſturū retinebas. Comparate nunc, ſi quis patrem per ho-
es ſolus tulit, qui cum venientia in patrem tela excepiſſet,
nplicitamen morte defunctus eſt. Vnum legimus, qui vica-
is pro patre non quidem piratis aut mari manus obtulerit,
l vbi redimi poſſet. Me miſerum, dicendum eſt quod hoc
o admoneor exemplo, in honorem pietatis etiam damna-
epeliuntur. Hæc alii laudant, ego queror. Te quidem iu-
nis, omnia ſecula loquentur, & admirabile exemplum te-
ci memoriæ traditum, in ipſa aſtra ſublimem pennata vir-
ferer. Sed mihi iſta laus tua care conſtat. Non erat ſatius
lulo matris incumbere, & in huius miniſteriis deditum ſe-
a ocia impendere? Soli tibi contigerat vt poſſes patrem
cuſare, non redimere. Me interim, vt cœperat, tabes len-
onſumeret. Me, quæ debebat ſola, ſenē mors redemiſſet:
um exanimecorpus in fluctum eſſet abiectum, ſi conti-
et ſimilis tempeſtas, quod æquius erat, tu me fili ſepeliſ-
Feſellit te ingenitus honeſtis animis gloriæ amor: ſpes
perpetuæ laudis impoſuit. Vbi virtus? vbi pietas? Periſti,
er, & male audis. Non morienti pater aſſedi, non ægri ca-
mollior i ſede compoſui, non fatigatum latus mutaui,
ſpiritum excepi. Abſens, extinctus, euerſus, mortem tuam
enk Nemo ægro vincula laxauit, nemo manus ferro ſol-
as ad accipiendos remiſit cibos. Tantum catenarum
ſta ſolutus es; neglectus, deſpectus Quidni vilis ſenis vi-
us? Inter tot arduiſſima febrium deliueria, non habuiſti
m poſceres. quomodo te vincula compoſuerant, iacuiſti:
rem, patrem, propinquos tantum cogitaſti. Nunquid in-
geo mihi, quod te puto expiraſſe in carcere meo? Nondum
ri ſatiſfactum eſt. Quoniam pœnas à cadaueribus exigis,
ſequentia tempora. Mors ipſa fili tui naufragium fecit,
ot fluctus volutatum corpus timuit, rot illitum ſcopu-
am ſpatioſis tractum arenis, nunquam tamen infelicius,
n eum venit in terram. O quam graue eſt mori! quanto
ius. quod ego viuo ſuperſtes filii mei! Viuo omnibus diis
inibuſque, ſed ante omnes mihi & inuiſus, & infe-
& vxoris quoque pietatem perdo. In funere filii di-
um fecit. Video hæc rerum naturæ bona, quæ filio
abſtuli.

abſtuli. Omnis me ætas mei admonet luctus: ſenectus, ad quam non peruenit: miſera pueritia, quam nunc tranſiuit, adoleſcentia, in qua periit. Superſum, vt ſi feliciſſime ceſſerit, rogum meum videam, & edaces circa corpus filii mei flammas. Si hoc non contigerit nigrum cadauer, & deforme etiam ignotis ſpectaculum. Inter hæc mala, credetis puto? ſi dixero, Vellem oculos non habere. Quid nunc amplius? Ad te vxor preces conuertam irritas, male tentatas? Tu vero perge, & bono tuo vtere: felicem te, quod in hac fortuna ma iraſceris. Ad hos confugiendum eſt. Per communes caſus, per calamitatem meam, humanæ calamitatis exemplar, ita vos coniuges veſtræ ament, non ſic deſiderent, ita hoc orbitatis meæ vltimum exemplum ſit, ita vobis habere tam pios filios non neceſſe ſit, miſeremini. Si vicarium accipitis me proiicite. Non inuidioſæ preces ſunt, nihilominus impero. Non læta ſententiam veſtram ſequetur gratulatio, non ad templa deducar, ſed ad ſepulcra. Etiam cum vicero flendum eſt. Si vero vincimur, ibo in littus miſer: planctibus aues abigam, aut me corpori filii mei velut tumulum imponam. Iacebimus duo inſepulta cadauera, me feris obiiciam, aut circa ſingulorum domus ad genua prætereuntium ibo: & recepto iam miſeris more ſupplex, non cibos petam, non ſtipem: mendicabo terram, & collatas miſerantium manu glebas: aut (quod certe licet) filium in mare proiiciam. Iam crudeles aquæ, & venti male ſecundi, reddo vobis veſtrum beneficium. Ferte quo libet, licet ad barbaros, licet ad hoſtes, licet ad piratas. Fortaſſe aliquis iubebit ſepeliri, certe (quod ſciam) nemo prohibebit.

TORMENTA PAVPERIS.

DECLAM. VII.

ARGVMENTVM.

Liberum hominem torqueri ne liceat. Pauper & diues inimici. Pauperi erat filius. Nocte quadam pauper cum filio reuertebatur. Interfectus eſt adoleſcens. Offert ſe pauper in tormenta, dicens à diuite eum interemptum. Diues contradicit ex lege.

Pro paupere contra diuitem.

SENTIO, iudices, plurimum detrahi calamitatibus meis miſerationis, quod ad vos detuliſſe videor nimium fortem dolorem: & triſtiſſimæ orbitatis inde quoque acceſſiſſe nouitatem, quod quum aduerſus me tam grauia & crudelia depoſcam, patior inuidiam ho inis exigentis aliena tormenta. Non poſſum tamen vel in obis approbare quid patiar, quod mihi non eſt relicta miſeri tris infirmitas. Percuſſorem filii mei vidi, & miſerior ſum ã ſi neſcirẽ quis occidiſſet. Fateor igitur, iudices, ipſe miror ide ad hoc probationis genus repente confugerim. Venerã nquam nunciaturus indubia, manifeſta: nec alium expectaram publicarum ſuſpicionũ de filii mei morte conſenſum, am ſi percuſſorem videretis omnes. Hic, hic vt torqueret eni. Poſtquam ſatis non videbantur explicare verba quod deram, confugi ad fidem doloris. Quid faciam, ſi temerita. ; quoque noſtras conſcientia reorum non poteſt pati? Inlexi miſeratione factum, qui vt torqueret exegeram, ex quo diues non putat aliud in quæſtione dicturum. N q;ego, lices: quenquam veſtrum dubitare crediderim, ex qua cõentia, qua trepidatione deſcendat, vt quis torqueri nolit micum. Quos nunc putatis cruciatus diuitem pati, quem lorem, quod hoc mihi negat? quam vellet ideo tantum fim meum non occidiſſe, vt mihi poſſet indulgere tormen. An hoc creditis, iudices, diuitem facere legum libertatiſ. reſpectu, & reum pro exemplo eſſe ſolicitum? Ille ve nunc laceratur, & ſic magis noſtro dolore fruitur. Operecium eſt inimico negare tormenta, cum feceris vt vepſe torqueri. Illud igitur à vobis, iudices, feliciſſimus nium mortal um peto, ne cum inaudita, incredibilia us ſim, mifereri velitis corporis mei: crudelius & inius eſt quam torqueri, non impetrare tormenta. Eſt erſorum meorum & iſta nouitas, quod neceſſe habeea mihi ratione ſuccurrere, qua odiſſetis alium, nec quam eſt homine infelicius, pro quo tormenta ſunt. uſſorem à me filii mei viſum eſſe contendo. Facinus hoc vos non deprehendere, ſi mendacium eſt. Facinus me non probare, ſi verum eſt. Quod ad me quidem, ces, pertinet, orbitatis meæ repeto præſentiam, & no illam rurſus ante oculos meos cogitationes reponunt.

nunt: Iam mihi videor & in tormentis eſſe confeſſus Filium iudices, habui ſicut erecti ac ſublimis animi, ita qui nondum ſuos haberet inimicos & quem nemo adhuc niſi cauſſa tantum mei doloris occideret. O parentum miſera cõditio, quam nouis inuſitatiſque patemus inſidiis! Nos exaſperamus, nos offendimus, inimici tamen liberos noſtros oderunt. Quis hoc vnquam, iudices, ſimulatum timuiſſet ingenium, vt eodem aliquis excogitaret animo & quod parcit, & quod occidit? Reliqua, iudices, non debeo niſi in quæſtione narrare. Felices illos in mei comparatione patres, qui periiſſe liberos ſuos nunciis credunt. Ego ſum inaudita malorum nouitate perculſus, cuius vnicus ideo tantum occiſus eſt, vt viderem. Reuertebamur nocte pariter, ſicut omnia nos vitæ miniſteria iungebant: & homines quibus non ſeruos præſtabat fortuna cuſtodes, tuebamur pauperem mutua pietate comitatum, inuicem ſuſtinentes, inuicem innixi, nec niſi magna percuſſoris diligentia ſeparandi: cum diues medio noctis horrore ſtricto mucrone proſilit, & ſtupentibus attonitiſque miſeris confodit illum fortiorem: illum, qui fortaſſis aliquid in mea morte feciſſet. Confiteor, iudices, nihil tunc oculorum meorum diligentia, nihil egit cura miſeri patris. Percuſſor voluit agnoſci. Vos nunc ciues, vos omnes humani generis affectus, miſerrimus interrogo pater. Suadete quid faciam. Hunc quem videtis circa me ſanguinem de filii mei vulneribus accepi. His manibus labentis vnici membra ſuſtinui. In oculis meis adhuc vultus illius morientis hærent, auribus verba ſuper cadauer habita inimici exultantis. Fidem tormentorum, quouſque percuſſoris filii mei conſcius ero? Aperite pectus iſtud, & totum de viſceribus meis lationis egerite ſecretum. Vidi, & mihi non creditur. Vidi, ita poſſim & in tormentis idem dicere. Aut ſi compono, ſi fingo, vtar, lacerer, & non probem. Si videtur, torquendus ſum, iudices, vt hoc deſinã dicere. Nec me, iudices, fallit quantam molem accuſationis etiam in manifeſta veritate ſuſceperim. Diuitem detuli reum pauper inimicus, occiſi pater: & poſtulo vt mihi credatur teſtimonium in mea orbitate dicenti. Itaque non deprecor quo minus mihi velitis iraſci donec probem, torquete tanquam mentientem. Lex, inquit liberum hominem torqueri vetat. Per fidem, iudices, quis non hoc eum reſpondere credat, cuius tormenta poſcantur? Nemini, iudices, credo dubium, legem quæ torqueri liberum hominem vetat, & hoc pro-

ſpexiſſe tantum ne quis torqueretur inuitus: & iura, quæ
a ſeruilium corporum conditione ſecernunt, impatientiæ
tum ſuccurriſſe, nolentium. Omnium beneficiorum iſta
ura eſt, vt non ſit neceſſitas, ſed poteſtas. Quicquid in ho-
ſe alicuius inuentum eſt, deſinet priuilegium vocari poſſe,
gas. Cuncta, ſi videtur, iura percurrite: nuſquam adeo pro
is ſolicita lex eſt, vt quod præſtat, extorqueat. Dedit cæ-
alionis actionem, non manus recuſantis impellit. Iniuriã
is agere permiſit: ſed non cogit inuitos. Adeo pene leuius
ltionem perire, quam poteſtatem. Genus ſeruitutis eſt
ſta libertas, & eadem iniquitas, quicquid de inuito homi-
icias. Vis ſcire quid lex iſta proſpexerit? Non exigo vt
queris. Quam multa dii deæque non minus ſunt iuſta
m lex exigit, quarundam inuidia rerum, vt vinci ſe ma-
tudo patiatur? & quicquid accidiſſe mireris, tantundem
it in vltione nouitatis. Filius in conſpectu patris occiſus
torquere ſecuri. nihil iniquius fieri poteſt. Ignoſcant per-
iones, ſi facinus iſtud omnium illicitarum rerum conſum
inuidiam. Et vnde tormentis ſalua iuſtitia eſt, plus eſt de
quæritur, quam quomodo quærendum eſt. Nullum de-
inimicum videri genus probationis eſſe quod ſolum eſt.
uicquid potuit prodeſſe ſeueritati, nunquam nocuit ex-
lo. Sufficit libertatis reuerentiæ, quod torquetis inuiti,
d contra me non alius inuenit. Liberum torqueri non
. Hoc eſt, iudices, propter quod filium meum diues
m me non timuit occidere. Filium igitur meum in con-
tu meo occiſum eſſe contendo. Quid dicis? Ita non e-
ontra proclamationis huius fidem, ſi nunc agere poſſem
tum modeſtumque miſerum? Vultis, cum hoc viderim,
m teſtimonium dicam? Mirum hercle, ſi ſcindo veſtes,
corpus, ignes, flagella depoſco? Inſaniat neceſſe eſt pa.
um ſolus hoc ſciat. Fallitur, iudices, quiſquis hoc quod
ilo, contemptum, quiſquis audaciam vocat. Filius v-
xagitat, & inter tormenta fugio dolorem. Si menti-
eſt velle torqueri, inuenire quid facere debeat qui ve.
dicit, & non probat. Mentiris, inquit. Bene quod & tu
non eſſe mihi ſine quæſtione credendum. Et quas per
mendacio meo cauſſas diues aſſignas? Ignoro percuſſo-
Deinde te potiſſimum de quo quererer elegi. An ſcio, &
tatibus noſtris occaſionem orbitatis indulgeo? Deci-
non potuiſſe, manifeſtum eſt. Filius meus, cum pari-

ter rediremus, occiſus eſt. An dignoſcere percuſſorem noctu non potui, cum percuſſor potuerit eligere, fugere? Quid ais? Iuuenem meum alius occidit, & tu mihi ſolatium vltionis imples? Te accuſo ſcilicet, vt interim neſcio quis ille effugiat, euadat. Quod tu mihi genus furoris aſſignas; vt maximi ſceleris vltio pereat falſę accuſationis incerto? Homo qui me vidiſſe contendo cum occideres filium meum, niſi de te vindicor, non reliqui mei vt hoc de aliis probarem. O te extra omnes humanorum pectorum affectus inimice ſepoſitum, nunc qui me putas poſſe mentiri? Perdidi infelix illum chariorem pauperibus affectum. Succurrere mihi putas quod aliquando diſſedimus? Falleris, deciperis. Hominis cuius occiſus eſt filius, vnus inimicus eſt. Sane poſſit aliquis hanc doloris diſſimulationem mendacio perferre verborum, torqueri volo. Nihil eſt tanti niſi verum. Videlicet in re ignes ac flagella ſufficit mihi, ſi dixero, hic eſt inimicus animæ, qui nobis ſubinde maledixit: hic ille contumelioſus, ille impotens. Ego neſcio an mihi poſſit in quæſtione ſufficere quod vidi, & quod inimicus me contendit ideo velle torqueri. Tormenta poſtulo. En ad quod confugiat homo qui ſe ſciat poſſe mentiri. Nulla eſt ratio quæſtionum relicta mortalibus, ſi adiuuant contra veritatem; & ſublata eſt de rebus humanis neceſſitatis huius vtilitas, ſi iam tuetur vitio, explicatque fingentibus. Hucuſque durant artis ingenia mortalium: & licet ſit aliquis ſecreti firmitate compoſitus; hominem tamen vltra non ſequitur animus. Non vacat aſſerere quæ finxeris, tunc cum vix prodeſt & verum fateri. Et nemo non contra id torquetur, quod dixit ante tormenta. Non refert, cuius ad equuleum nominis perſuaſionem, quas ſilentii afferas cauſſas. In quæſtionibus tantum corpora ſumus, & nemo non contra aliquem torquetur affectum. Exigam quæſtionem, an recuſem? Quid intereſt tormentis breui futurus ſimilis homini qui fateatur inuitus? Nouum iudices, inauditumque rebus humanis aperitur exemplum? Nemo vnquam ideo torqueri non debuit, quia mentiretur. Sed ſi fas eſt, iudices dubitare de fide quæſtionum, alius debet eſſe ſuſpectus, ille ſcilicet in quo ſeruilium pectorum receſſus, in quo vernilles excutiuntur artus. Quoties terrori eſt rixa cum membris, tum cruciatus agnoſcit aſſiduis ſuppliciis durata patientia, & homini non eſt noua res dolor corporis appliciti, quod ſciſſa laceraque veſte primum ferre non poteſt pudorem, quod

neſcit

ſcit ad flagellorum vices membra componere, nec vllo
rbera frangit occurſu. Non (inquam) ſumus quos leges ſu-
tuacuum putauere torqueri. Vnde nobis inter iſta certum?
tormentis libero homini opus eſt patientia, vt verum di-
t. Sed, inquit, deo torqueri non debes, quia exigis vt tor-
earis. Aliud ſunt inimice tormenta; aliud velle torqueri.
lices illos qui recuſare voluerunt. Meretur clementiam &
iorem quiſquis ad illa tremens exanimiſque perducitur,
em vix a genibus tortor abducit, cui iam ſciſſas quoque
ficile poſſis eripere veſtes. Ego quem admodum vultis
precer, qui videor prouocaſſe tortorem? Ille, ille ſine vlla
ſeratione laceratur, cui ad ſingulos ictus dicitur, Ipſe vo-
ſti, quem non decet rogare; qui creditur fingere pro-
mationes, ſimulare gemitus: de quo primum videntur
idicanda tormenta. Non inuenio, iudices, quid ſperare
ſſit qui mentitur, & exigit quæſtionem. Homini qui vult
queri, diu non creditur, nec verum dicenti. Nec eſt, iu-
es, quod putetis adeo triſtiſſimam orbitatem omnes hu-
norum pectorum rapuiſſe ſenſus, vt non intelligam petere
:, quod diues poſſit euadere, & pene magis pro percuſſore
queri. Sed quid me facere vultis? Non debeo videri poſſe
ntiri, homo, qui cum filius meus occideretur interfui. Ve-
ti tantum præſto patientiam, exigo quæſtionem, in qua
d dicturus ſim neſcio: quid debeam dicere vidi, ſcio. Vel
poſt hoc argumentis, ſuſpicionibus agam? Breuiora tor-
nta ſunt. Non inuenio, iudices, cur renuat tantopere di-
quæſtionem, poſtquam ſuperſunt adhuc incerta ac du-
. Facinus eſt tamen me non torqueri, ſi mihi torto vtique
iendum eſt. Quouſque me crudeliſſime mortalium metus
u'atione deludis? Ego magis qui poſtulo tormenta, timeo
qui nihil facere potui cum viderim. Suſpecta tibi eſt no-
patientia. Vides enim, hortatur nos contra dolorem pri-
robur ætatis, ſolidum plerumque corpus. Quam facilis,
m expedita res eſt torqueri miſerum! Affero ad quæſtionē
planctibus membra liuentia. Quantum animæ, quan-
i ſanguinis orbitas traxit? Quanto imbecilliora ſunt hæc
tidianis lamentationibus euerberata vitalia? Quicquam
fingere poteſt hic pallor, hæc macies, & iam torto ſimi-
infirmitas? Adiice quod nihil minus in quæſtione diu poſ-
icere ſi mentiaris, quam quod oculis ſcias: & breuiſſi-
n confeſſionis eſt genus dixiſſe, quod videris. Felices,

F 2 diues,

diues, quos tortor interrogat, qui non habent in ſua poteſtate credentes. Impatientiſſima res eſt, poſſe cum velis deſinere torqueri. Quin potius, inquit, probas? Fiduciam hominis, qui ſcias hoc me vidiſſe ſolum. Sine dubio diues multa te poterant argumenta conuincere, ſi deferret alius: & eras manifeſtiſſimus reus, ſi mihi percuſſor quærendus eſſet. Quis enim credibilior in cæde pauperis, quam diues inimicus? Aut de quo facilius conſtare poſſet ſcelere, quod cauſſam non habet niſi de ſola vltione? Non inuenit multa verba, vidiſſe. Nec mihi debet perire probatio iſta, quia poteras & accuſari. Exigit probationes, cum facinus ſic diſpoſuerit, *ne poſſit* probari. Quem mihi nox teſtem, quos præſtare potuit oculos nuda ſemper & incomitata paupertas? Tibi ſeruus à conſcientia ſceleris ſummouendus fuit, & iſta ratione quis intereſſet: quem putares poſſe torqueri? Et totum facinus in has anguſtias redegiſti, vt illum ſoli ſcirent, qui faciebant: & cui non crederetur. Nunquid dubitaretis quærere ſi *alius* ſciret hoc ſcelus? Facinus eſt ideo filii mei perire vindictam, quia pater vidi. Ego vero, iudices, & ex hoc quod recuſat diues quæſtionem, partem probationis impleuit. Accuſatoris tormenta nunquam timebit reus, niſi de quo credi poteſt & ante tormenta. Cur, inquit, ſi mihi cauſſæ ſceleris ſimultates noſtræ erant, non te potius occidiſſem? Vere crudelis, ego te hoc maxime argumento percuſſorem probo, quod mihi pepercisti. Tuum fuit hoc inimice commentum, occiſo filio ſeruare patrem. Parcendi tamen mihi vel hæc fuit ratio, quod defendi non poteras, ſi duo periſſemus. Audire mehercle mihi videor illas cogitationes, illa ſcelerum ſecreta conſilia: Quid mihi cum vulneribus, quid cum cruore *conſumptæ* & iam pene abeuntis animæ? Occidatur potius ille iam *iuuenis*, iam inimicus, de ſene vindicabitis me patri oculi. Vis mirer quod me noluetis occidere? Queri mehercule te puto, quod in ſenectute magni doloris vita breuis eſt. Pepercisti mihi, quomodo excogitant artes detinere ſupplicia, & de pereuntibus magis ſæuitia eruitur dolore ſuſpenſo. Agnoſco noctis illius clementiam inimice, quod me torqueri non vis, ex hoc euenit, quod neque occidiſti. Tentat, iudices, efficere diues, vt incredibile videatur quod occiſum ab eo contendo filium. Dicturum nunc putaris magis intereſſe ſecuritatis, vt quis facinus ſibi tantummodo credat, & id tutius eſſe inimico patre quam conſcio. Plus eſt quod affirmo, Filium in con-

nſpectu patris occidere, ſic operæ precium eſt, ſi illud ipſe :ias. Perdit plurimam de ſceleribus voluptatem, qui man- r, & minus gratiæ rebus ex nuncio venit. Occidet alius iubente, ſed vulneribus illis non fruentur oculi: ſed plus vt ſingultibus abeuntis animæ, vt eruore ſatieris, vt colla- ım palpitantemque videas, vt me vidente. Conuenit, iu- :es, quod ipſe diues hoc fecit, & quod ego vidi: ratio ſæ- iæ eſt, vt aliquis coram me occidatur, propter quem oc- litur. Fidem veſtram, iudices, ne me ideo non putetis liſſe, qu a nihil feci. Seruulorum iſte libertorumque do- eſt, occiſo homine ſtatim ſcire quid facias, exclamare, ›currere, fidem deorum hominumque teſtari, poſtea cum tymis venire. Vultis percuſſorem inuadam? Vultis fu- ntem ſequar? Interim deficientem quis excipiet? cui ſe ›rientis imponet infirmitas? Scis profecto percuſſor faci- s ordinare, diſponere. filium occidere coram patre ſecre- n eſt. Miſeremini, iudices, igitur, vt hinc quoque velitis æ- nare diuitis conſcientiam, quod contentus eſt, ne de ſce- : quæratur. non habet fiduciam hominis, qui me ſciat mē- ? & quod non minus debetis attendere, quam ſi fateretur, n putat ſibi ſaluum, vt iterum neget. Diſſimules licet, non innocentiæ metus, cum timentur aliena tormenta. Quid diues? Orbitatem meam in tale genus vſumque conuer- , ſi paterni doloris autoritas facinus impingit alienum? inde non ipſe affers equuleos, non ipſe diſponis ignes. Di. es mehercle te velle torqueri: ego ſcindo veſtes, tu intre- ;cis. ego ad flagella nudo corpus, te facit pallor exanimem. › equuleos ego poſco flammas, tu non habes in meo do- : patientiam. Rogo quid aliud faceret qui occidiſſet? Quid ıc agam miſer? Gratiam confeſſionis ante tormenta con- ıpſi. Scio quanto credibilius fuiſſet, ſi hoc ſtatim inter fla- a dixiſſem & multum de autoritate primæ proclamatio- amiſi. Non eſt tamen quod ſuperuacua putetis eſſe tor- ıta, quanquam dixerim quicquid ſciebam. Habeo adhuc llo multa referre ſecreto, quæ argumenta faciet dolor. a refert an me vidiſſe dixerim, tormentis hoc probaturus , debuiſſe mihi credi ante tormenta. O quantopere nunc nice torqueris, quod te coram iudicibus interrogo, quod non potes mihi fateri. Sed ſi bene gaudii tui perſpi- ſecretum, non putas te negare quia vidi. Arrogantiſ- e percuſſorum euaſiſſe te putabas, quod illuc duo tan-

tum ſciebamus? Meis, meis hoc ignibus nega, & dum me per ſingulos artus tortor interrogat, perfer ſaltem non credendi patientiam, cum ego me vidiſſe proclamem, tu nullá afferas innocentiæ probationem. Non poteſt aliter abſolui, quam vt illud ego negem. Nec tamen, iudices, putetis ſolo me calamitatum ambitu petere quæſtionem, dabo propter quod torqueatis irati. Filium meum illum ſingulis vobis vniuerſiſque laudandum, iuxta quem felix, iuxta quem arrogans eram, occidit. Mea nimia libertas. ita ego te non equuleo efferam, non ſuper ardentes eximam flammas? Nunc me vindicas, nunc tueris. Modo, modo coram me filium meum diues occidit fiducia tui. Concurrite omnes liberi, omnes parentes, vrite, lacerate hos primum patris oculos, diſtrahite has manus quæ nihil pro pereunte fecerunt: hoc corpus, hæc membra, quæ de complexu latronis vulnera nulla retulerunt. Siue hoc pœnam, ſiue vultis eſſe clementiam, debeo tam miſer eſſe dum probo, quam cum viderem. Miſerum me, ſi fas eſt in quæſtione mentiri. Sine dubio diues hoc captauit recuſando quęſtionem, ne crederetur. Sed dura parumper anime, vidiſti. Nunc infelix ad nos miſeros pietas redi: quod fieri in ipſa orbitate non potuit, & vires quas improuiſus abſtulit dolor, probatio reſtituet. Cum flammis vrentur nuda vitalia, nox illa occurrat: cum membra fidiculæ flagella laxauerint, ruſſus ante oculos ſit morientis vinci vultus, hæreant verba percuſſoris, mandata pereuntis. Filium ſpectaſſe morientem, longa præſentia eſt. Neſcis infelix ſenectus quanta tibi opus ſit veritatis contentione, vt pæniteat diuitem quod non duos occidit. Iam nunc tamen vobis, iudices, infirmitatem meam allego, commendo. Si me fortè fidiculæ flagella mutauerint, ego tamen vidi. Si vocem equuleis ignibuſque perdidero, ego tamen vidi. Si totus vndique dolor pariter admotus occiderit, ego tamẽ vidi. Alioquin iſi hoc animo meo, niſi licuerit oculis, morerer hoc dolore, quo puto me poſſe torqueri.

GEMINI LANGVENTES.

DECLAM. VIII.

ARGVMENTVM.

Gemini

Gemini quibus erant pater & mater, ægrotare cœperunt, Conſulti medici dixerunt eundem eſſe languorem. Deſperantibus reliquis promiſit vnus ſe alterum ſanaturum, ſi alterius vitalia inſpexiſſet. Permittēte patre execuit infantem, & vitalia inſpexit. nato vno, accuſatur pater ab vxore malæ tractationis.

Pro matre contra patrem.

QVANVIS, iudices, plurimum infeliciſſimæ matris aduerſis miſerationis abſtulerit, quod ex duobus liberis pari deſperatione languētibus alter euaſit, & pleriſque maximum dolorem prima fronte tractantibus videatur auditas gaudiorum, vt modo ad totius orbitatis
iacta patientiam, iam non ſit vnius ſalute contenta: non
ſſumus tamen affectibus veſtris non hanc primam triſtiſ-
næ calamitatis allegare menſuram, quæ ex ipſa quoque ſo-
:ii ſui conditione deſcendit. Minus miſera quereretur de
arito, ſi ſanari nec ille potuiſſet, pro quo eſt frater occiſus.
unc infelix par non eſt dolori, nunc non inuenit vlla ſola-
, ex quo ſibi videtur filium perdidiſſe victurum. Superim-
rientiam triſtiſſimæ orbitatis increſcit; quod intelligit illū
n ſine ſanitate fuiſſe languorem: nec perſuaderi miſeræ po-
t perituro laboraſſe fato, in quo inuentum eſt quod ſanaret
um. Captet licet crudeliſſimus ſenex parricidii immanitatē
tu maiore protegere, non inuenio vnde colligi poſſit vtrū-
e fuiſſe moriturum. Ex duobus ægris non periit, niſi qui
ciſus eſt. Ante omnia igitur illud à vobis infeliciſſima ma-
r petit, ne maximi ſceleris ideo decreſcat inuidia, quia pati
detur & reus ex orbitate tantundem. Non perdidit filium
iſquis occidit. Explicat à dolore patrem, quod ſibi videtur
iſſe rem maximam, & in locum iuuenis amiſſi ſubſtituit de
nitate ſolatiū. Alia eſt, alia conditio matris, quæ medico nō
edidit, apud quam ſæuiſſimæ conditionis immanitas fidem
n potuit impetrare tentandi. Pro vtroque timuit, pro vtro-
e ſperauit. Facinus eſt eum maioris pietatis videri, qui de
orte filii putauit alterius vel certa ſalute tranſigere. Sic debe
odiſſe patrem, tanquā duos occiderit, cuius non interfuit
r occideretur. Eſt tamen, ſanctiſſimi iudices, quod de cru-
liſſimo parricida queri poſſit non ſola mater. Adiecit huma-
s calamitatibus ipſam ſanitatem, & morborum languoriſq;

 violen-

violentiam medicinæ conceſſit. Filium occidit (ſi ipſi creditis) fortaſſe moriturum: & hominem cuius charitas debuerat ipſa deſperatione creuiſſe, in hoc ſolum impendit, vt tantundem ſupereſſet incerti. Non exonerat, iudices, immanitatem ſæuiſſimi patris, quod hac ratione credidit de languente filio rem inauditam, rem facere crudelem. Vnam rationem habet, ſi ipſe ſanetur. O triſtior indigniorque ſemper menſura calamitatum magna felicitas. Hunccine fecit exitum illa modo ciuitate tota conſpicua mater? ille indiſcretus ab vtroque latere comitatus? ille gaudentium dulcis error oculorum? Quid mihi mortem nunciatis vnius? Perdidit miſera geminos. Paſſi ſunt enim languorem miſerrimi iuuenes, ſine dubio pariter vnaque, non fraternitate, non animæ corporumque conſortio, ſed conditione fragilitatis humanæ, qua ſic extranei quoque duo languere potuiſſent. Non negauerim morbum terribilem: grauem, & parentibus vtrique metuendum: de cuius tamen adhuc, vt parciſſime dixerim, remedio quereretur. Quid refert an medici conſenſerint vtrunque periturum, cum eundem dixerint eſſe languorem? Manifeſtum eſt de duobus non dixiſſe verum, quos de altero conſtare eſſe mentitos. Iam tamen, iudices, de tam perdita pronuntiatione nõ querimur, quod ægros quos ſibi videbantur explicare non poſſe, parentibus crediderunt. Innocentior eſt ſimplicitas, deſperare, ſi remedia non noueris: & hanc ignorantiæ malo probitatem, vt languorem quem neſcias, tantum neges poſſe ſanari. Maximi tamen virorum, & quibus artis ſuæ ſoluendo non ſit humanitas, ſi ſciebant hoc genus curationis, & illud non indicare voluerunt. Vultis & illos mentitos breuiter probem? Deſperauerunt de languore, cuius remedium (ſi patri creditis) alius inuenit. Siue enim, iudices, vaniſſimus neſcientium vidit hanc patris in periculo liberorum rigidam nimiamque patientiam, & hominem in filiorum languore ſolicitum de remedio generis humani: ſiue captauit ex hoc vultu quandam artis mutationem imitatari, quando ſanare non poterat, & ignorantiæ pudorem tegere magno tentauit incerto: ſiue ad aliud videretur dixiſſe quam reliqui: verba deſperationis incredibili vanitate variauit, magnaque miſeros parentes ambage ſuſpendens, tutiſſimum putauit promittere, quod deberet nemo experiri. Cauſſas quidem ſe dixit ignorare morborum, ſed ſalutem ſpopondit vnius, ſi licuiſſet alterum occidere, lacerare, perſpicere.

icere. En cui pietas patris, cui credere ſolicitudo debuerit: xit ſe ſcire remedium, quod neſciebat. Vultis intelligere, dices, nihil impatientia charitatis feciſſe patrem? Non re- lit ad matrem, a dacta eſt à morte filii vel ſanitate diſcede- . Non propinquos conſuluit, non amicos, ſed ſua tantum rſuaſione medicique contentus, quod nocentius eſt quam pſe occidiſſet, alterutrum potuit eligere. Dicat nunc par- ida, quid fecerit illud, quod etiam de ſimilibus tam pari- s ægris in alterum deſperatio illa præualuit? Si medici n interfuit vtrum occideret, conſtabit viuere vtrunque tuiſſe: ſi interfuit, conſtabit non eundem fuiſſe languo- n. Qualis fuerit illa curatio, quid paſſus ſit iuuenis in orte qua medicus parabatur, omnium cogitationibus li- ere crediderim. Ideoque parcimus auribus matris. Breu- er tamen longæ crudelitatis explicanda ſæuitia eſt. Ex nibus quæ pertulit; leuiſſimum fuit quod occiſus eſt. Non quod veniam triſtiſſimæ curationis paret, quod videtur lio fratre explicata promiſſio. An alterum medicus ſa- uerit, fortuna viderit: quod negari non poteſt alterum dicus occidit. Erumpit hoc loco mulier infelix, & tota ertato proclamat. Redde mihi, inquit, marite filium, m tibi pariter medicoque commiſi. Hic eſt ille veſter nabilis, recipe quem mihi crediſti. hic ille moriturus, quem permiſeras medico, ſi maluiſſet occidere. Vides d profecerint anxia vota pietatis, ſolicitæ preces. Dum frigidi pectoris calorem ſuperpoſitis reuocamus vberi- , dum frigentia membra continuis oſculis, & ſpiritu tre- æ matris animamus, dum labentes oculi ad noſtras excla- tiones noſtroſque planctus admiſſa paulatim luce laxan- dum reſpexit ad vitam, conualuit, euaſit. Non tamen ia- pietatem, non arrogo mihi proſperæ curationis euentum. id hanc ſanauerit, vis ſcire breuiter? quod potuit vtrunque are. Pudeat vos ô iura legeſque, quod miſerrimi ſexus do- m his cluſiſtis anguſtiis. Ita maritum quod occiſus eſt s, malæ tractationis vxor accuſat? Perdiderunt legis hu- authoritatem, quæ ad illas vxorias querelas matrimoniũ nt deferre delicias. Ego illam datam miſeris tantum ma- us puto poteſtatem, ab iniquo coniuge explicare diuor- : & contra maritales tuetur iniurias vbi nolis præſtare entiam. Illis ſuccurris quas nefas eſt ab viro diſcedere, quas ſſimi coniugii durum perpetuumque complexum, com-

munium pignorum nexus arctauit, quæ malos maritos pariter & patr s nec relinquere nec ferre ſufficiunt. Facinus eſt ideo euadere maritum, quia damnaretur, ſi de illo minore dolore quereretur. Itaque impudenter facit, quod pro detracto matronæ cultu, negatoque comitatu, faſtiditis noctibus, pulſataque facie, filium complorat occiſum. Sileo adhuc illa per quæ parricidii creuit immanitas. Occiſum filium obiicio, putate luxurioſum, perditum, nocentem: fingite hoc patrem ira, indignatione feciſſe: quantum facinus ſit filium occidere, nemo magis fatetur, quam qui vult videri ſe illud feciſſe pro filio. Ecquid iudices: vel ex hoc totus animus mariti, tota triſtiſſimæ coniugis calamitas perſpici poteſt. quod ſi negat matri communium liberorum debere rationem? Placet ergo mortales, vt de hominibus in quos plus ex harum ſanguine ex harum tranſit anima, non habeant partem, niſi tantum doloris? Solos ergo communicabit miſera planctus, & ab omnibus conſiliis quibus ordinatur iuuenta, vita diſponitur, extranea vtilitate ſepoſita, circa mœrores tantum lacrymarumque conſortium orbitate iungetur? Si mehercle fas eſt æſtimare vtri plus parenti debeatur ex liberis, non improbe totam poteſtatem ſibi vindicabit affectus, qui decem menſibus ante veſtram incipit diligere notitiam: & cum vos patres gaudium primum faciat oculorum, ante ſunt conſcientia matres. Facinus eſt ideo tantum illis minus licere, quia minus facere ſufficiunt. Vos eſtis qui creſcentes adhuc in peregrinationes, qui iam adultos in caſtra magnorum parentum vanitate dimittitis. Erubeſcitis deſideriis tanquã infirmitate, & vnde velociſſimus tranſitus eſt in rigorem, liberos vultis amare patientia. Quam multa ideo tantum de filiis facitis, *quia licet*: & frequentibus poteſtatis veſtræ iactatione, tanquam *aliquo* grauitatis genere delinquitis. Non habet orbitas veſtra lacrymas, ſuper ardentes rogos tenetis inconcuſſam rigidamque faciem, itis obuiam conſolationibus, & quod omnem modum feritatis excedit, captatis in magna calamitate laudari. Quicquam ergo erit quod de communibus pignoribus, non pari mente, pari impatientia, vel, ſi neceſſitas poſtulet, pari rigore faciatis? Mali tantum patris intereſt, vt matri minus liceat. Sane cedat vobis circa regendas communium pignorum mentes ſexus infirmior: vos mores, vos vitæ genus, vos matrimonia, cæteroſque actus veſtra perſuaſione firmetis: nunquid arrogans conſortium, nunquid impotens

ſocie-

ıcietas eſt,liberos communes eſſe languentes? Si quis immo
ıdor eſt, cede nunc tota poteſtate matri, illius ſit in ægri
ıro proximus locus, hæc adhibeat fomenta, porrigat cibos:
quid impatientia, ſi quid flagrantium viſcerum póſcit in-
:mitas,mater neget,mater indulgeat. Illas quas immodi-
ıs ardor diſcutit veſtes, hæc ſuper fatigatos repónat artus:
'a iactatas toto lectulo manus ſedulo contineat affectu.Fru-
ta captas videri vltionem magnæ charitatis, ab omni curæ
rione ſepoſitus. Cum circa curationes liberorum non con-
ıtiunt parentes, curationis eſt culpa, non matris. Quid
ıod filium occidit innocentem, cui nihil obiicere, nihil po-
tıt iraſci? Filium (ſi ipſi creditis) pro fratre mori paratum,
ius ſuprema ferre non poterat. Nouum iudicium, & inco-
ıitum rebus humanis audite facinus. Iam parricidium
etas, charitas, & impatientia orbitatis admittit. Ma-
odium, querelas, execrationes, quam vt quis liberos af-
ctu quo ſeruantur occidat. Quid refert an per hoc alte-
us filii anima redimatur? Si parricidium fas eſt vllas acci-
:re cauſſas, filius propter ſe tantum debet occidi. Adiicite,
dices, immanitati, quod occidit ægrum. Omnibus equi-
'm mortalibus maiorem crediderim de languore veni e
ıerentiam: & illorum quoque quos inter ſupplicia pereun-
s auido ſpectamus aſſenſu, iuxta valetudines tamen mor-
ırumque violentiam quodam innocentiæ fauore miſe-
mur. In carceribus, & in illa profunda nocte pœnarum,
:eligioſus ille anheli pectoris pallor inſpicitur, non ſic con-
ndunt obuios grauibus catenis colla ſtridentia, & diuti-
ı ſqualtore concreta facies, vt ille quem ad ſingulos cona-
s greſſuſque labentem vix trahit impellitque longus ordo
nctorum, & inter tot deſtinatos, totque perituros, omnium
men in ſe retorquet oculos vnus æger. Quid ais? tu illum
tem nunc nefas eſt caſtigare, reprehendere, cuius auribus
ırcere debuerunt ſæuiora verba, ſi quid negares, videreris
cidere, ferro, vulneribus aggrederis? Non poteſt hinc tibi
nire defenſio, vt hoc ſis pro alterius ſalute commentus. In-
duos liberos pari deſperatione languentes, da bonum pa-
m, non præponderabit, alterutrum non eliget, ſed vt in-
:tum orbitatis euadat, ipſe morietur. Tentat hoc loco, iu-
:es, crudeliſſimus ſenex excuſationem temeritatis ſuæ de
:dicorum trahere conſenſu Deſperauerant, inquit, de duo-
s. Sed vt incertum orbitatis euadat, ſepono paulisper
imma-

immanitatem patris, qui credidit:& de arrogantiſſimæ perſuaſionis hominibus queri, de totius generis humani nomine volo. Quam multas attes miſera mortalium ſolicitudo feciſti! Fato viuimus, languemus, conualeſcimus, morimur: medicina quid præſtas, niſi vt iuxta te nemo deſperet? Dicturum me putas, non credo renunciantibus, non accedo cum deſerunt relinquuntque languentes. Ego vero medicis non credo ſperantibus. Aſpicite maiorem partem generis humani, & ſi me interroges, illam robuſtiorem, illam adhuc in prima rerum naturæ veritate viuentem, nullos artis huius nouit antiſtites; nec minus tamen bellorum vulneribus, morborumque medetur incurſibus, non diſputationum vanitate ſolerti, ſed experimentis & inuicem per ſimiles diſſimileſque caſus obſeruatione ducente, tradita ratione ſuccurrit. Non medicina ſanat, ſed quicquid videtur ſanaſſe, medicina eſt. Quo vultis animo feram, quod ars (quantum dicitis) inuenta pro vita, ſi diis placet, autoritatem formamque captat vt longe ventura ſuprema proſpiciat? vt adeſſe fata denunciet, quæ nec timentur? & maxima ſcientiæ pars eſſe cœpit ſanare non poſſe. Quiſquamne ab homine qui adhuc loquitur, ſpirat, intelligit, ſic recedet, quemadmodum relinquitur examine corpus? & ibi finem vitæ putabit, vbicunque ſcientiæ ſubſtiterit infirmitas? Si fragilitatem mortalitatis, incertoſque velimus æſtimare caſus, tantundem periculi habet omnis æger. Iniquiſſimum eſt deſperationes vocari, quoties remedium medicina non inuenit: & anguſtias ſiue artis, ſiue mentis humanæ, ad inuidiam referre fatorum. Nihil magis intereſſe omnium puto, quam vt ſpes pro homine tam longa quam vita ſit. Vnde putatis inuentos tardos funerum apparatus? Vnde quod exequias planctibus, ploratu, magnoque ſemper inquietamus vlulatu? quam quod facinus videtur credere tam facile vel morti? Vidimus igitur frequenter ad vitam poſt conclamata ſuprema redeuntes. Plerique conualuerunt negligentiæ bono, quoſdam explicuit quicquid alios fortaſſis occideret. Hos indulgentiæ temeritas, illos adiuuit deſperationis audacia. Datur fortaſſis huic arti perſpicere morbos, profutura meditari, ſed vnde ſciet quantum inter viſcera, latenteſque pectoris ſinus, vnicuique animæ natura conceſſerit? quam proprietatem ſpiritus, quam corpus acceperit? Non tam variæ mortalibus

libus formæ, nec in vultibus noſtris ſedet tanta diuerſitas, tanta latet in ipſis diſſimilitudo vitalibus. Inenarrabile, inprehenſibile eſt quicquid nos elementorum varia compa-) formauit. Et prout in nos plura ſeu rariora de terrenis minibus cœleſtibuſque coierunt, ita vel duramur tacita tione, vel ſoluimur. An deſperantibus credi debuerit, vos timabitis. qui negauerunt ægros poſſe ſanari, nec in hoc obauerunt qui euaſit, nec in illo quem non languor occi-:. Iuſtas mehercle haberet mulier cauſas quetelarum, ſi ua incognitaque ratione vel vtrunque ſeruaſſes. Nunquam magno venit affectu incredibilia vel profutura tentaſſe, & re quæ plus de incerto habet, temeritas experimenti ſolam)bat deſperationis audaciam. Quid refert cuius ſit conionis æger, quantum adhuc ſpeciei, quantum videatur bere de vita? Sacroſancti ſint parentum metus. Dii non ant vt ex liberis vilior incipiat eſſe periturus. Medici de-:rauerunt. Quid iſtud ad patrem? Spera tu, iube ſperare itrem, tuis potius affectibus, tuis crede votis. Et hoc de ricidii facilitate eſt, circa filiorũ languorem ad deſperan-potius accedere. Fidem habes hominibus, quos menalius affirmat, contra quos iterum credis vni præſertim? ſime hercle de tua feritate ſentirem, ſi in quacunque filii atione non adhiberes propinquos, non interrogares ami-, non reſpiceres ad matris animum, non hanc primam imientiam, non hunc conſulis timorem. De nullo filio midebet ſoli ſibi permittere pater, quam qui videtur vtique ituros. Fratres, inquit, & gemini erant ideoque credi-eſt illis eundem fuiſſe languorem. Rogo, quis in vlla :talium ferat ignorantiam pariter & affirmationem? quiſ-neſcit quod genus languoris ſit, non poteſt ſcire an idem

Nihil iudices, in rebus humanis voluit eſſe rerum natam ſimile, quod non aliqua proprietate ſecerneret. d refert an ex iiſdem prima illa duorum corporum aniumque compago ſeminibus oriatur? Sibi quiſque firmaibi quiſque componitur, & duo pluresve fratres naſcunato ſingulorum. Hanc ipſam indifferentiam quam mi-ir occurſu ſtupent ciuitatis oculi, parentum tamen agni-:gnoſcit, ſeparat notitia nutricum, & fallentibus notis, :rſus quod faciat ipſa ſimilitudo diſſimile. In pleriſque auis ſit indiſcreta facies, inuenitur tamen alius oris ſo-

nus,

nus,habitus,inceſſus: & vt ipſa conſentiant, diuerſa mens contrarii mores,& vitæ genera rixantia. Quid quod non eandem eſſe naturam geminorum probat etiam fortuna diſſimilis? Hunc preſſit paupertate perpetua, illum inſperatis opibus excoluit. Illius periculos & honores, huius per ignobiles obſcuraſque ſordes totam duxit ætatem. Simile eſt quicquid accipiunt ex homine gemini, diſſimile quicquid ex fato. Nec enim tam pariter in lucem de maternis exiluere viſceribus, vt illos eadem origo ſignauerit. Quantum putas interfuiſſe temporis, dum primum vteri pondus egeritur? dum parumper exonerata vitalia, altero rurſus homine laxantur? Breue fortaſſe exiguumque videatur mortalibus oculis: ſed ſi terrena mente perſpicere velis orbis huius vaſtitatem, ſcies multum eſſe quod inter duas tranſcurrat animas. Voluitur ſuper nos hæc cœli ſiderumque compago,& præcipiti per proclive decurſu,totius diei noctiſque breuitate emenſus orientis occidentiſque curſus, diuerſorum ſiderum primo ſtatim ortu, rotato ſe rurſus axe conſequitur. Hoc tu parum credis eſſe ſpatium,quod diuerſis pariter rebus impletur? Quantum inter illa tranſcurrentis horæ momenta naſcitur, perit? Igitur quando vnquam peregrinati ſunt vna, militauere pariter? quid non diducti ſeparatique fecerunt? quando illos languor, quando ſuprema iunxerunt? Et quandoque ſi neceſſe eſt alter,ex geminis quod pariter languerunt,non ſic accidit quomodo fratribus,ſed quomodo duobus. Non eodem fato languere geminos, quemadmodum vultis breuius probem, quam quod nec vterque occiſus eſt,nec vterque ſanatus? Sed fingamus hoc eſſe verum,quod deſperauerunt medici, relicque nobis pater innocentiam calamitatis, ſalua ſolatia ſint de liberis,quos tibi videris non perdidiſſe niſi fato. Quis ex parentibus neſcit hac ſe mortalitatis procreare lege? Sed indigni exitus ſupra orbitatem ſunt.Ideo magis flemus illos quos bella rapuerunt, hauſit incendium, naufragia merſerunt. Fortius ferat inter aſſidentium manus, inter ſuorum officia labentes,cum ſe inuicem oſcula,cum ſe ſatiauere, ſermones, cum data ſuprema mandata ſunt, & ſe ſcit pietas omnia feciſſe pro vita. Igitur verum dixerim; illos mori credimus, hos perire. Non inuenio quemadmodum excuſationem pater de conſenſu poſſit accipere medicorum. Hoc eſt quod omnem comparationem feritatis excedit. Filium pater pro-

pter

:er hominem quem non putauit poſſe ſanari, occidit quod ı monſtri portentique genus es? Habes parricidii patien-am, non habes orbitatis. Ita demum potes ferre filii mor-m, ſi facinus adieceris: Tu occidis, quia deſperauere medi-?Quererer mehercle ſi reliquiſſes, ſi quid de continuatione uæ ſolicitudo laxaſſet. Nihil ergo plus facies, quam illi ıi nunc plures fortaſſis circumeunt ægros, quos detrahit, ıos auocat alia curatio. Filios ſaltem committe vel matri, fortuna queratur, diis faciat inuidiam. Mulieri quæ ferre n poteſt, quod videris deſperaſſe, nunquam ex hoc ratio-m reddas, quod occideris. Quis hanc, iudices, impuden-m feratꝰ tentat pater vt & huic rei credatis, quod deſpera-runt omnes, & quod ſperauit vnus. Noſtræ quidem quere-ſufficit non conueniſſe medicis: & cum inuentus ſit qui ntra ſenſum deſperantium gentis aliquod ſanitatis affer-:ſas erat, iudices; vt adhuc inueniretur alius qui lætiora vtiliora promitteret. Hoc nunc me queri putatis, quod te de qua credere nec omnibus debuiſſet, acceſſit vni. Non ereſt an ſuperſit remedium quod tentare non debeas, & i tantundem periculi ſpes quantum deſperatio habet, :lior exitus eſt qui facit miſeros innocentes. Quid inui-m prioribus medicis paramus? Nemo magis deſperat, am qui ſe negat noſſe languorē. Quid ais pater? Ita tecum icquam ſic audet agere de duobus aliis, tanquam de duo-s ægris? Tu ex geminis alterum occidendum dabis? Non em, ſi ſeparare expoſiturus auderes, ſi contentus eſſes edu-urus alterutrum: non ferrem à piratis captum filium al-us vicaria ſeruitute redimentem. Tu de orbitate facies es: & caſum ſingulorum per vtrumque diffundes? Parri-um vocarem, ſi promittente medico, quod ſanaret v-a, poſſes eligere periturum. Pene crudelius eſt geminos idere quam perdere. In ſcientia cui debeat credi negat ire cauſas languoris, deinde promittit quicquid licere deberet nec intelligentibus. Occidam, inquit, deinde bo. Memineris pater in hac conditione prius eſſe vt das. Non eſt tanta pietas ſeruare filium, quantum fa-s occidere. Tu nunc hoc putas profundæ artis eſſe ſe-um? Verba tantum deſperationis inuoluit: & homo iſſimæ vanitatis captat illam nouiſſimam circumire itatem. Vides quanta promiſſum ſuum experimen-

tumque

rumque caligine medicus inuoluerit? nunquam conſtabit ſi fuerit languore moriturus æger, qui aliter occiditur. Non noui, inquit, languoris genus. Poſt hanc vocem mehercule non deberes committere ægros, etiam ſi vellet experiri potionis hauſtus, ciborum fomentorumque nouitates. Neſcio, inquit, ſed mihi permiſeris alterius aperire vitalia, pectus effringere, remedium fortaſſis inueniam. Iam excuſatus ex medico matri, ſperaſti ne tibi crederetur. Differo paulisper quod de fratribus, quod de geminis, quod pater hoc facit non conſentiente matre: publico potius mortalitatis contendo nomine, non debere genus iſtud curationis admitti. Actum eſt velut de genere humano, ſi nobis pro ſalute ægri opus eſt morte hominis alterius & pene ratio ſanitatis intercidit, ſi conſumit medicina tantundem. Ego quenquam dicentem feram, Vt inueniam valetudinis cauſas, date mihi aliud corpus, alia vitalia occidam: deinde ſalutaria quæram, profutura meditabor? Ita non facilius eſt noſſe languorem? Quæ hæc eſt impudentia crudeliſſimæ vtilitatis? Ægrum placuit occidere, vt inueniretur cur non debuiſſet occidi. Nullum, ſanctiſſimi iudices, natura morborum genus ſolis viſceribus abſcondit: & quicquid cauſſas valetudinis de vitalibus trahit, in corpus emanat. Inde macies, quod ad interiorem dolorem ſuperpoſita conſentiunt. Non inuenio cur hominem vulneribus exquiras, cur remedia quoque vitalibus per corpus immittas, & in latentes meatus per hæc e quibus regimur, medicina deſcendat. Cur ergo non eadem ratione languor admittit intellectum ſui, qua ſanitatem prodit? Abditos profundoſque morbos, aut citatior clauſi ſanguinis curſus, aut crebrior anhelitus laborantis animæ indicat. Crede de his ante omnia ſenſibus oculis tuis: & ipſos de quibus agitur, modo ſingulos, modo pariter interroga, cui potiſſimum parti graue tacitæ peſtis pondus inſederit, vnde prorumpat ingemitus conſcius dolor. Medicus qui per hæc non poteſt inuenire languorem, non inuenit nec remedium. Quid ſi aliquid ſanato medicina poteſt præſtare rationis? Sufficit quod aliquando iam facta ex vnius hominis inſpectione, ad totius intellectum naturæ medicina profecit. Quid allaturus huic ægroto es, quod non tot ſeculorum, tot languentium experimenta deprehenderint? Vis tu potius hac audacia, qua ſecreta languoris exquiris, remedia tentare? Breuior

via

ia ſanitatis humanæ. propior noſtræ ſalutis vtilitas eſt. Si
iſcerum nimius ardor ſtricta circa ſe membra durauit, adhi-
eremedia laxantia. Si fluitat nimis æger humoribus, præſto
et per quæ preſſis cluſiſque venis in nouas vires corpus are-
at. Si parum prodeſt abſtinentia, rurſus ciborum qualitate
ueatur. Si ſpiritus receptis premitur alimentis, ad puriores
eatus ieiunio fameque tenuetur. Contigit tibi magna ex-
rimentorum materia medice, ægri duo, & languor idem.
on eſt opus vt expectes quando ſe per vnius hominis pati-
tiam explicet profuturorum magna diuerſitas. potes expe-
i pariter eadem conſentanea, diuerſa, pugnantia. Nulla ra-
eſt vulnerum, ſanguinis, ſupremorum. Quemadmodum
ari debeat alſus æger, ſcire non poſſis niſi ex altero ſanato.
uid, quod etiam vt idem ſit valetudinis genus, neceſſe eſt
nen duorum corporum diuerſitate varietur? Nunquam in
nis viſceribus inuenias totum quod de altero quæras, & a-
languor eſt alius æger. Cur maximum nefas alterius filii
te defendis? Homo in quo ſola quæritur cauſſa languo-
propter medicum occiditur. Adiice quod nec deprehen-
ex non ſanato poteſt vllius cauſſa languoris. Quicquid nos
vitia morborum à naturali ſanitate commutat, facit aut ni-
ſanguinis pondus exæſtuans, aut ſuperfluus calor, aut vl-
naturalem modum humor exundans, aut ſpiritus per ta-
s meatus non ſolita laxitate diſcurrens. Quid horum, ſi
lſa ferro vulneribuſque reſecentur, ſaluum poteſt eſſe lā-
ntibus, cum compreſſi ſpiritus laborem protinus ille re-
ti pectoris meatus emittat, ſanguis iiſdem paritur, depre-
datur, egrediaturque vulneribus? An fas putatis vt ſuam
nt viſcera nudata faciem? vt nihil perdat ex priore na-
illud pectoris vitæque ſecretum, cum admiſit oculos?
imum in nobis etiam timore mutatur. Quantum affert
itudo, gaudium, dolor, & aliquis ſubitus affectus? Quo-
dum ad curationem præparatur æger, dum componitur
a remedia corpus, medentium manus anima deſtituit?
vero ad ſingulos ictus, & longiſſimas vulnerum moras,
tum ex toto homine conuertitur clamore, gemitu? Ne-
eſt omneis perire, quibus continetur vita, cauſſas, quo-
pſa conſumitur: & cum homine qui propter intellectum
oris occiditur, ipſe quoq; paulatim languore moritur.
r ſaltem pater, hanc crudelitatem: quicquid ex filio fa-
cies ex cadauere. Si poteſt deprehendi languor dum oc-

G cidit,

cidit, facilius cum occiderit. Interrogare mehercle hoc loco libet, vtrumne periturum pater, an medicus elegerit? Negauit ſua intereſſe quem occideret, hoc ſi & alter periiſſet, probauerat vtrumque fuiſſe periturum, cum conualuit, probat vtrunque victurum. Ad ſæuiſſimam curationem potuit ægrũ facilius mehercle explicare, ſi eſſet vnici pater. Sufficit ergo comparare, decernere, num iterũ ille tibi precioſior, ille melior incipiet eſſe victuro? Vbi eſt impatientia patris, qua vix dimittitur cadauer in rogos? qua corpus exanime detinetur amplexu? Dii immortales, quam ſæua, quam crudelis eſt iſta cunctatio! dum deliberas, dum vnumquenque detrectas, parricidium in vtroque conſumis. Duorum vtilitate fit, vt ex fratribus poſſit alteruter occidi. Nunquã, iudices, res tam horribilis inauditæque feritatis admiſſa eſt. Filium pater propter eum occidit, quem etiam ipſum poterat occidere. Tranſfert, iudices, reus in medicum electionis inuidiam. Ille, inquit, æſtimauit, ille decreuit. Ergo manifeſtum eſt non parem fuiſſe languorem. Ex duobus ægris plus habuit ſpei, propter quem debuit alter occidi. Recede pauliſper mulier infelix, filii tui nobis referenda curatio eſt. Felices ægri, qui languore moriuntur, qui ſupremos anhelitus inter ſuorum amplexus, inter ſuorum alloquia poſuerunt. Vt erat iuuenis *primo ipſo* comparationis incerto, mox electione cruciatus, abacta eſt à perituro prima mater, & modo ſedula miniſteria ſeruorum, repente mutata ſunt in mortis officia. Detrahuntur trementibus velamenta membris, & vt graſſaturas manus totũ corpus admitteret, nudatur mirabilis ac deflẽda macies. Toto deinde tenditur toro, & ad immobilem rigidamq; patientiã per omnia lectuli ſpatia duraturus exponitur. Accipit carnifex ille telum, non quo dextra ſtatim totum vulnus imprimeret, *ſed* quod leuiter paulatimq; deſcendens animã in confinio mortis ac vitæ librato dolore ſuſpenderet. Hæc exhortatio, hoc fuit perituri iuuenis alloquiũ. Fortiter dura, patienter admitte, ſanabitur frater. Nõ eſt quod exanimeris metu, dolore deficias. Caue viſcera exclamatione ne laſſes, anhelitu gemituque concutias, ne remedium pereat alienum. Paſſus eſt miſer diſcurrentem per omnia reſerati pectoris improbum vagantis errorem. Contentum fuiſſe medicũ toto homine diſcutientem primo putatis aſpectu? Egeſta ſæpe vitalia, pertractata, diducta ſunt: fecerũt manus plura quam ferrum. Stat iuxta medicum pater apertis viſceribus inhians, ſtillantem animã

ſedem

ſdem cruentis manibus agitantem: nec feſtinet, hortatur: iu-
eraltius diligentiuſq; ſcrutari: interrogat, dubitat, conten-
it, affirmat, & accipit de filii morte rationem. At mulier in-
lix clauſis aduoluta foribus, cruentumque ſecretum toto
rpore effringẽs, velut ſuper buſta tumuloſq; clamabat. Au-
miſerrime iuuenis, ſi quis adhuc tibi ſuperet ſenſus, exau-
non permiſit hoc mater; crede orbitati meæ, crede lacry-
is, nec frater hac vellet ratione ſanari. Inter hæc reficieba-
t miſer hauſtibus, detinebatur alloquiis, comprimebatur
ſiduus cruor, claudebantur aperta vitalia. Nemo vnquam
m noua pertulit commenta ſæuitiæ: tanquam ſanaretur, oc-
ſus eſt. Ite nunc & quærite an potuerit medico ſanante vi-
re, qui tandiu vixit dum occiditur. Vos tunc putatis illius
tum languoris medicum quæſiſſe cauſas? quæſiuit quic-
id neſciebat: & vſus occaſione rariſſima in, omnem voluit
oficere nouitatem Dii immortales, quantum infelix iuue-
s animæ, quantum ſanguinis, quantum habuit ex vita, qui
rtulit ordinem longiſſimæ curationis? Vix ægre miſero li-
it mori, vix a cruciatibus ſuis anima dimiſſa eſt. Inuentum
itaris eſſe languorem? Inuentum eſt illum potuiſſe ſanari.
gedum commento tuo ſenex ſuperbus exulta, habes quod
etis, quod parentibus, quod imputare ſæculo poſſis, feciſti
edicũ parricida meliorem. Liber mehercle intueri par illud,
grum vidiſſes hominem qualem non ſalutares medentium
anus, non ars inuenta pro vita, ſed diri ferarum, rabidique
orſus, & auium fames ſatiata deſtituit, hinc alium in nouas
tes receniq; robur reddito vigore ſurgentẽ. Vultis ſcire, iu-
ces, vnde venerit tanta diuerſitas? Illum pater curauit, hunc
ater. Quitum, inquit, miſera pertuli laborem, dum tam ma-
am foueo triſtitiam? Non fuit mihi rixa cum morbis, nec
m repugnantis valetudinis rigore contentio. Totus in la-
ymas mœrorémque reſolutus oderat lucem, reſpuebat ci-
s, faſtidiebat hauſtus & vitam parricidij pudore fugiebat.
omni proclamatione gemituq; frater ille diebus ac noct-
s cogitationes, ille torquebat oculos. De quibus te ægris
potentiſſima medicina mentita es? Non fuit, non fuit ſolo
guore periturus, quem non potuit nec mors fratris occi-
re. Quid igitur, inquit, miſerrima fœminarum, ſæuiſſime
ex ex hac recordatione triſtiſſimæ orbitatis ad hos vultus,
iéq; cõuerteris? Sine dubio filius eſt, & poſt grauiſſimas de-
nciationes redditus vitę. Sed ignoſcat natura, pietas, nõ eſt

ſolatium matri vnus ex geminis. Fœlicior ille dolor eſt, qui tranſigi ſaltem cum oculis poteſt, renouatur, accenditur, & in his vultibus illum quotidie putat videre pereuntem. Sed & ipſe gaudio redditæ vitæ lætitiaque non fruitur, nec ſe credere poteſt charitate prælatum, quem medicus elegit. Sentit infelix cuius orbitatis vnicus ſit quibus lacrymis perfundantur oſcula, quam magnis profundiſque ſuſpiriis concutiantur amplexus. Miſera verecundia ſanitatis ingratæ, precium ſibi videtur fratris occiſi. Conuertitur hoc loco, iudices, mulier infelix, & velut ad quandam præſentiam amiſſi iuuenis, Siue, inquit, tandem ſecuritate mortis explicitus in aliquo ſedis æternæ pudore requieſcis, ſiue excluſus ac vagus, & inter fabuloſa ſupplicia metuendus adhuc laceratione, per ſtupentes horrenteſque manes vmbra diſcurris, audi miſerrimæ matris iniquiſſimam complorationem. Non quidem licuit mihi in illud cubiculum conditorium tuæ mortis irrumpere, nec ſuper chariſſima membra proſtratæ meis vulnera tua tegere viſceribus: quod ſolum tamen potui, corpus quod medicus, quod reliquerat pater, hoc ſinu miſera collegi, ac vacuum pectus frigidis abiectiſque viſceribus rurſus impleui, ſparſos artus amplexibus iunxi, membra diducta compoſui, & de triſti terribilique facie tandem ægri cadauer imitata ſum. Hoc eſt tamen quod de triſtiſſima orbitate præcipue ferre nõ poſſum: propter fratrem videris occiſus, nec tamen vnquam conſtare poterit an tu ſanaueris fratrem.

GLADIATOR.

DECLAM. IX.

ARGVMENTVM.

Abdicare & recuſare liceat. Pauperis & diuitis inimicorum filii iuuenes amici erant. Filius diuitis cum in piratas incidiſſet, ſcripſit patri de redemptione. Illo morante profectus pauperis filius cum amicum apud piratas non inueniſſet, quia laniſtæ venierat, peruenit in ciuitatẽ in qua munus parabatur, ſub tempus ipſum quo pugnaturus erat diuitis filius. Pactus eſt cum munerario pauper adoleſcens, vt vicarius operis redimeret amicum, petiitque vt ſi egeret pauper pater, alimenta ei præſtaret. Ipſe in pugna occiſus eſt. Diuitis filius reuerſus egentem inuenit pauperem, palam cœpit alere. abdicatur.

Pro filio contra patrem.

NEMINEM vnquam, iudices, intra tam breue ætatis ſuæ ſpatium plura terra marique perpeſſum, quā quæ proxima peregrinatione vel tuli, vel timui, vel vidi, facilis, vt opinor, fides eſt, cum ex omnibus quos nouimus mortalib. vnus nominari me miſeros poſſit, quem infe- em ego feci. Tamen in hac quoque omnia excogitantis in e fortunæ violentia, confiteor nunquam hunc me conce- ſe animo metum, ne poſt redemptum per alienas manus fi- m, diſplicere patri meo miſericordia. Illas verebar magis iā n tacitas vulgi opiniones, quibus crudelitatis atque ſæui- e reus peragor apud pleroſque ſanctos & graues homines. ondum excuſare potui quod redemptus ſum. Obiicitur hi orbatus ſenex, & ille qui modo ſaluo filio etiam con- diuitem ſterat, amiſſis in vno iuuene omnibus bonis i- nicæ domus ſupplex. Licet enim totas aduocemus in o- a fortunæ vires, & egentem vnum ſenem vniuerſa gratiæ ole calcemus, confitendum eſt tamen, plus amici nocui- is quam inimici. Quin ipſa prorogatæ quotidiana ſtipe elicis animæ videtur quodammodo maligna clementia. od enim beneficium eſt, efficere vt viuat orbus? Vnum ta- n vel grauius crimen infelix hæc abdicationis meæ fortu- defendit, quod vix ad ſuſtinendum ſpiritum ſufficientes os, prorſus tantum mortis impedimenta auara manu de- tim. Puto iam ignoſcetis omnes, ſi plus præſtare non po- , inuito patre. Quanquam, iudices, oboritur animo meo nunquam, & illa ſuſpicio, quod patrem non alimenta v- ſeni parce viuere aſſueto, nec liberaliter data, nec diu dan- in offenſam meam compulerint. Quantulum eſt enim fa- tatibus diuitis, quod ſub patre ſane tenaci filio familiæ ſu- eſt? Ac ſi foret maius forte momentum, quis tamen parens i durus eſt, vt propter aliquam impenſam carere filio ve- quod ipſe celatus ſit, quod non ſuæ miſericordiæ paupe- a commiſerim, non rogauerim, præſertim quicquid vn- m petii à patre, exoraui? Sed neque hæc vltimo fulmine tigari meruit in differendis precibus verecunda cuncta- . Qui dum tempus opportunum, faciles aditus: hilario- animum capto, interim volui ſupereſſe cui ignoſceret. que inficior tamen fuiſſe me lentiorē quam oportuit: tam-

 etſi

etſi hoc præcipue habere videor patris ſimile. Sed ſi vlla emendatio pœnitentia eſt, hic in publico vobis adhibitis rogabo. Non ego æs alienum luxuria contraxi, nec profuſus in vitia fortuna noſtra male vſus ſum. Redemptionis meę preciũ debeo. Si impetro, intelligam verum eſſe quod quidam opinantur, ambitioſum patrẽ publicare voluiſſe domus ſuæ miſericordiam, ne viderentur pauperes tantum vitam inimicis ſuis dediſſe. Si perſeuerat, vt porrectos egenti cibos me[illegible] me rependat, & expulſum omnibus bonis filium ſimilem faciat inimico, vereor ne iniquis æſtimatoribus inexpiabilis illius & ſæpe reprehenſi odii culpa videatur penes partem, qui tam facile iraſcitur. Verum enim ſic placet, fortunæ magis moribus diffidere, quam ſuis: nam & paupertatis eſt proprium, quando alia deficiunt, exercere libertatem: & dum contemptus fama vitiatur, potentiores vel ambitioſe offendere: & nacta bonam conſcientiam magna fortuna, indignius imparem aduerſariũ patitur. Ergo conſeruit, vt ſolet, caſus duratura longius à paruis initiis odia, dum contumeliam humilitas facilius intelligit, dignitas grauius. Neq; vlla fuit ęmulatio (quę enim eſſe inter impares poteſt?) ſed fato quodam ſimilis ex diuerſis cauſis contentio. Hic iraſcendo pertinax erat, ille in cædendo contumax. Quanquam niſi vltima exprimere confeſſione victi vtriq; placuiſſet, multa iampridem ſigna dederant veniæ, finemq; pugnæ petentis. Nam quo pertinuiſſe credimus, quod pauper adoleſcens relictis omnibus ſolum me qui coleret, quẽ amaret elegerat? Sine dubio à primis ętatis annis iunxerat nos potentiſſimus amor ille puerilis: dum aut nulla erant inter parentes odia, aut à nobis non intelligebantur. Poſt diductas tamen domos perſeuerauit, imo impenſius laborauit. Et ſi quid mihi in eo ſatis perſpectum eſt, nihil horum fecit inuito patre. Quantum intelligere potui, pauper ſine dubio pudore cedendi, ne damnaſſe cauſam ſuam videretur, ſimul quod nulla ipſi dabatur gratiæ via, ſtare viſus in ſuſcepto circuitu, tamen quoſdam molliores tentauit aditus, & dum firma tandem pax impetraretur, filium nobis obſidem dedit. Ac ne meus quidem offendi viſus eſt pater, certe nunquam reprehendit, nũquam prohibuit: nec clam feci, nec cõtumacem aduerſus patris imperia vnquam fuiſſe me vel ipſe rerum declarat ordo. Nam quamuis infeſtum latronibus mare iuſſus intraui. Neque diſſimulauerim magnas fuiſſe cauſſas patri cur hoc mihi imperaret, quod ipſe facere non poterat:

ego etſi neſciebam, non interrogaui: ſatis plena ratio fuit patrem velle. Fœlix nauigantium conditio, qui procella modo, & ſæuos tempeſtatis incurſus, & albentes fluctibus ſcopulos aliaque pericula tantum maris pertulerunt: ego miſer naufragis inuideo, captus barbaris manibus: nec tam nexu catenatū vinctus, quam pondere, inundatum carcerem tuli, & vincula macie laxaui. Quis non ignoſceret omnibus qui poſt hoc exemplum nauigare timuiſſent? Ergo qua vna ſpe miſera trahebatur anima, literas de redemptione ſcripſi patri (teſtor deos) ſoli. Quid enim ſentire viderer de parentis affectu, ſi hoc incolumi redemptionem ab alio petiiſſem? Nam quod vnum mihi ſecundum partem fortuna videbatur paraſſe præſidium, hoc ſperare in illa ſorte non poteram. Quid attinebat amico ſcribere, quem ſciebam nō habere vnde redimeret? Nunquāne mihi dabitur liberum tempus conquerendi apud patrem de amicis ſuis, qui proficiſci volentem retinere tentarunt? qui piæ feſtinationi attulerunt moras? Profectus eſſet tamen vel inuitis omnibus (quis enim non hoc præſtaret filio pater?) niſi quod interim amicus anteceſſit. Illum non pericula maris, non infeſti latronibus ſinus, non vicinum meæ fortunæ documentum prohibuit. Minus hæc miror de amico. Illud eſt quod penſari nullis beneficiis poſſit, proficiſcentem non retinuit pater: immo ſi quid in ſubſidia vitæ ſepoſuerat parca frugalitas, id omne in impenſas itineris contraxit, & contulit. Infœliciſſime ſenex, ſic egere cœpiſti. Dicam nunc ego per quos iuuenis præſtantiſſimus nauigauerit fluctus, quos accellerit ſcopulos, quantos luſtrauerit ſinus? Faciliora iſta putant qui nunquam nauigauerunt. In omnia præceps, ſine reſpectu ſui, quem iam tum apparebat vitæ non parcere, adiit, explorauit, & tamen ille quoque qui tanto opere feſtinabat, ſero peruenit. Audite, audite iudices, nouam captiui querelam: tum miſer apud piratas non eram. Alebat deuotū corpus granior omni fame ſagina, & inter debita noxæ mancipia contēptiſſimus tyro gladiator, vt nouiſſime perderem calamitatis meæ innocentiam, diſcebam quotidie ſcelus. Hæc tamen omnia ſuſtinui, tuli: adeo difficile eſt & ſua cauſa mori. Etiam dies aderat, iamque ad ſpectaculum ſupplicii noſtri populus conuenerat: iam oſtentata per arenam periturorum corpora mortis ſuæ pompam duxerant. ſedebat ſanguine noſtro fauorabilis dominus, cum me, cuius, vt interiecto mari, nō fortunam quiſquam noſſe, non natales, non patrem poterat, vna

tamen res faceret apud quoſdam miſerabilem, quod videbat iniq; comparatus. Certa enim arenæ deſtinabat victima, nemo munerario vilius ſteterat. Fremebant vbique omnia apparatu mortis: hic ferrum acuebat, ille accendebat ignibus laminas: hinc virgæ, inde flagella afferebantur, omnes piratas putares. Sonabant clangore ferali tubæ: illatiſq; libitinæ toris ducebatur funus ante mortem. Vbique vulnera, gemitus, cruor, totum in oculis periculum. Si quid eſt in me abdicatione dignum iudices vnum crimen agnoſco, quod in hæc amicum meum miſi. Eſt quidem felicibus difficilis miſeriarũ vera æſtimatio, figurare tamen poteſtis qui tunc animus mihi, quæ cogitatio fuerit. Nanque & natura redit in extremis triſtis præteritæ voluptatis recordatio, & mihi cum generis conſcientia, cum fortunæ conſcius aliquando fulgor, cum liberales artes, cum omnia quondam honeſtiora munerario meo, domus, familia amici, cæteraque nunquam videnda in vltima mortis expectatione ſuccurrerent tenenti ſeruilia arma, & ignominioſa morte perituro, tum (ſi vlla miſeris eſt fides) quod horum omnium ignari agerent propinqui, nihil peius de fortuna mea ſuſpicantes, quam quod ſcripſeram: illud tamen grauiſſimum, quod patrem qui tandiu non veniret, captum putabam. Ergo tota cogitatione intentus in mortem, expectabam cruentum illum confectorem. Quis enim dubitet quid futurum fuerit, ſi ego pugnaſſem? Hic quoque occiſus eſt, qui inter nos, vt apparet, fortior fuit. His cogitationibus attonito, & in mortem iam pene demerſo, inopinata ſubito amici mei ſpecies effulſit. Obſtupui, totumque corpus percutit frigidus pauor, neque aliter quam ſi vana obiiceretur oculis imago, mente captus ſteti. Vbi primum *lux* rediit, laxatumque eſt iter voci, Quid tu, inquam, quonam peruenisti huc miſer? Nunquid & te vendidere piratæ? At ille complexus ceruices meas, effuſis in pectus meum lacrymis, ſolutus, intercepto prope iam ſpiritu, ſero, iam trepidante me, primam vocem & diu ſolam edidit. *Satis vixi.* Vt vero cauſas itineris reddidit, & veniſſe ſe ad redimendum indicauit: Et vnde, inquam, tibi pecunia? niſi rediſtis in gratiam, & te pater meus miſit. Audite gentes, audite populi, non ſolum iudicium noſtrum corona circunſtet: ſed ſi patitur natura rerum, totus ad cognitionem talis exempli orbis circuaſtuat. Tacete priora ſecula, in quibus tamen à primordio generis humani pauciſſima amicitiæ paria admirabiliora fecerat longa tem-

gatem-

ga temporibus noſtris fides intercepta: quicquid hiſtoriæ tradiderunt, carmina finxerunt, fabulæ adiecerunt, ſub hac comparatione taceant. Quis crederet (ſi dubitari poſſet) inter duos amicos, quorum alterum immunem malorum omnium fortuna fecerat, alterum piratis ac laniſtæ tradiderat, meliorem conditionem fuiſſe captiui? Si diues eſſem, inquit, pecuniam pro te attuliſſem, quod vnum pauperibus præſidium eſt, manus habeo, has piratis daturus fui, has pro te in pugnam vicarias dabo. Ignoſce pater, quod nimia contentione affectus pene tibi orbitatis vulnus impreſſerim. Teſtor deos, non per me ſtetiſſe, quod viuo. Neque enim ita me efferarat ludus, aut in tantum durauerat animum cædis longa meditatio, vt eum amicum vellem occidi, qui pro me mori poterat. Vindicabam mihi fortunam meam, & adhuc neceſſitatis gladiator depugnare etiam volebam, neque vllis precibus poteram euinci, quanquam ſe non ſuperfuturum alioqui minabatur, idque vnum affirmabat intereſſe, vtrum vicariũ mallem habere mortis, an comitem. Non vici. Quid igitur actum ſit quæritis? Duxit me ad munerarium, iudices. Quas ego illius preces, quam pertinaces lachrymas, quam miſerabilem obteſtationem vidi! Nemo vnquam ſic rogauit miſſionem. Transferuntur in illum detracta corpori meo arma, & male aptatis inſignibus feſtinatum par producitur. Quid me admonetis ſupremarum amici mei precum, quibus hæc alimenta caro empta, inopi patris ſenectuti petita? adiutorium hoc ad cauſſam putatis? Me pudet quod rogatus ſum. Per hanc, inquit, mihi lucem vltimam, per notiſſimam amoris noſtri fidem, non ſinas mendicare parentem meum. Suſtineas, adiuues, præſtes affectum ſi mereor: tu ſis illi vicarius meus. Nec plura dicendi tempus fuit: iamque ſuprema per galeam dederam oſcula, digreſſiſque in diuerſum miniſtris exmiſſos Mars erat. O quam ſolicitus ſpectaui! quam attonita mente! quam ſimili corporis motu! Quoties ad infeſtũ mucronem, quaſi ipſe peterer, me ſummiſi! Quoties ad conatus erectus ſum! O miſera cogitatio, ô crudelis natura mentis, merito tu amice pugnare maluiſti. Facinus indignum, illum animum, illum ardorem non contigiſſe caſtris, non bellicis certaminibus, vbi vera virtus, nulla pugnandi lege præmium ſcribitur. Qua vi prælium inuaſerat, iratus etiam nunquam aduerſario meo, ad omnes impetus excipiebatur. Illi de veterani gladiatoris æſtu, omnes conatus cõtra ſe erãt.

Nec difficilem tamen ſub illo præſertim autoramento habuiſſet miſſionem, ſed noluit gladiator viuere. Igitur iam nudũ corpus vulneribus offerens, vt totam propè mercedem ſemel ſolueret, ſtans periit. Cui licuit in patria, in domo, inter propinquos, ſecuro conſeneſcere æuo, tranquillam ſine reprehenſione agere vitam, iacet confectus vulneribus, & primo iuuentæ flore fraudatus, periit miſer fato meo. At ego qui debebar illi fortunæ, quem mors ſibi deſtinauerat, emiſſus ludo nocentior, quam venditus, etiam viatico illius infelicis reuertor. Placeamus licet nobis fortuna noſtra pater, pauperi ſoluendo non ſumus. Si qua eſt fides, iudices, pudet me cõtra iudicare mea beneficia, nec videor vobis rationem poſſe reddere, quod mihi tam parum obiiciatur. Redemptoris a patri in precium meum orbo, egenti, quid præſtiti? Quod pirata capto, quod laniſta gladiatori, exiguam ſtipem, & cibos ſemper petendos. Quantulum enim dari poterat, quod non ſentiret dominus tam curioſus? De hac re conſediſtis, hoc concitauit iſtam iudicii ſcenam, panis datus mendico: & dilata hac impotentiæ noſtræ opinione, videbamur amicos ferro occidere, inimicos fame. Computemus totam iſtam meæ luxuriæ impenſam, audite ſummam, & miramini, ſi hos ſumptus ne diuitiæ quidem ſuſtinent. Tanti conſtat patri captiuitas mea, cum tam care redemptus ſim. Quo tandem paterer animo, ſi delicatus adoleſcens, præſertim in ſplendidis opibus, vel ex ætate mores, vel ex fortuna traxiſſem, & tempeſtiua conuiuia, & peruigiles ludos aduocata ſodalium turba, ſolutus atque affluens agerem, tantumque impenderem quantum non poſſet te ignorante conſumi, quæ tamen ipſa boni patres libenter annis remiſerunt: cum abdicatione dignum putes, & vltimo patriæ poteſtatis fulmine feriendum, quod mendico ſeni porrexerim, vt parciſſime dicam, quod illi filius miſit? Non redempta meretrix, non egeſtum conuiuiis fœnus, non lenonum paraſitorumque cara adulatio in crimen venit: cibaria ſenis nempe vnius ætate ac malis confecti. Hoc diuitias tuas concutit? hoc fundatam paternis auitiſque opibus domum exhauſit? Si tam auarus es, cõputa, adhuc de alieno vixi. Ad hæc fortaſſe quæ circunſtat iudicium corona, & omnis ignara cauſſæ turba, magnum neſcio quod & portento ſimile crimen expectat. Abdicas me pater tã cito? Modo tibi ex illa funeſta peregrinatione inſperatus reuertor, vnde vt venirem, vix optare potuiſti. Nulla adhuc pro redi-

editu meo ſoluta ſunt vota, non percuſſæ diis immortalibus
oſtiæ, redemptori certe gratiam non retulimus. At ego ex-
ectabam vt deſiderio incenſus affectus vix poſſet expleri, vt
oſt infauſtam profectionem velut obiurgatus tanto pericu-
o, nunquam me poſthac ſaltem peregre dimitteres Vix ſalu-
aris laribus expellor, & apud pleroſq; dubitari poteſt an ad-
miſſus ſim. An hoc agis, ne quid tibi præſtitiſſe videatur qui
ne redemit? Sæuus enim credo & impius, & (quod maximũ
mnium vitiorũ ſignum eſt) ingratus beneficia patris non æ-
timo. Fortaſſe cui vitam debeam neſcio, nulla eſt apud ani-
mum meum memoria meritorum. Miſerum me, quod non
oſſum tantum ſoluere, quantum accepi. Quanquam cauſſas
bdicationis pater altius repetit, & vltra peregrinationẽ meã
nquiſiit, idque ratione duplici. Primum, vt reum quem pre-
mere atrocitas criminum non poteſt, turba confundat: dein-
de vt grauius videatur iudicium patris, cùm is damnet qui
oleat ignoſcere. Cur, inquit, cum ego inimicum haberẽ pau-
perem, tu amicum filium eius habuiſti? Volo, iudices, omiſſa
mi contentione ſcilicet ſic agere, Peccaui, veniam peto: &
rrare hominis eſt, & ignoſcere patris. Duxit me ſimilis æ-
as, eduxerunt officia, cœpit fides, amantem odiſſe nõ potui.
Nihilominus ſatis abundeque pœnarum eſt: & ſi pietatem
uam bene noui, plus quam velles, datum eſt. Quantumli-
et peccauerim, quid amplius iratiſſimus dominus exigeret?
udo tibi ſatis feci. Nullumne cladibus meis finem dari pla-
et? Parum eſt quod infeſtos pertuli fluctus, & ſæuis tempe-
tatibus commiſſus, arbitrio ventorum pependi? Parum eſt
uod in nefarias latronum manus præda perueni, & (quæ vl-
ma malorum etiam ſeruorum conditio eſt) ſine exceptione
enalis? Inde me ſi voluiſſet, emere potuit inimicus. Parum
ſt quod me diu piratæ in carcere retentum, quia redem-
torem illis diuitem promiſeram patrem, in ludum vendi-
erunt tanquam decepti? Quod quotidianæ pugnæ me-
itatione tandiu mori didici? Quod compoſitus, armatus, in-
uctus perieram, ſi melior amicus fuiſſem, niſi me noua vel-
t in portu optata tempeſtas, paternis laribus extorrem,
t neceſſarii quoque victus inopem, circum ad alienas mit-
res domos? Pudet enumerare calamitatum mearum gra-
uſ, piratam, laniſtam, patrem. Atqui pars iſta criminis,
idices, mei non defendi meruit, ſed laudari. Neque enim,
reperio

reperio quid in rebus humanis excogitarit natura præſtantius amicitia, quid concordia contra fortunam maius auxilium. Nam primum præter cætera animalia induit noſtris pectoribus quandam ſocietatem, quæ mutuo gaudere congreſſu, contrahere populos, condere vrbes edocuit, & cum mentibus noſtris varios impoſuerit motus, nullum profecto meliorem beneuolentia tribuit affectum. Quid enim foret humano genere felicius, ſi omnes eſſe poſſent amici? Non bella, ſeditiones, latrocinia, lites, cæteraque mala quæ hominibus ex ſeipſis nata ſunt, fortunæ acceſſiſſent. Id quia nimium deo viſum eſt, at certe honeſtis conuenire mentibus, fidem colere, amoris gratiam referre, omnibus temporibus, omnibus gentibus præcipuum & quodammodo ſacrum fuit (neque enim niſi optimis mentibus cõtingit, vt aut ſic amare ſciant, aut ſic amari mereantur) hoc ego crimen expaueſcam? Scires quantopere gloriarer pater, ſi cum amico meo ego rediſſem. Niſi forte ſimilitudine flagitiorum ductus, turpi me coniunxeram iuueni, quæ vita ſine dubio nomen amicitiæ non accipit: tametſi ad paria ducente natura, vitia amborum conuenerunt. Obiice mihi amicum, & habes maledicendi materiã. Gladiator fuit, quare amicus illius fuiſti? Ita, opinor, pœnitet. Effert te longius dolor, & nimia concitatus ira, quo progrediare non reſpicis. Nõ ſentit pater hoc te mihi obiicere, quod viuam? Quiſquam de illa amicitia queri poteſt præter pauperem? At ego inimicum habebam illius patrem. Decuerat quidem ſimultates quas maxime omnium mortales eſſe voluere ſapientes, in his deſinere, in quibus naſcerentur. Nam ſi quoque immodicas ſerit diſcordiarum fortuna cauſſas, etiam ſi non hæreditaria ſubeamus odia, ac diutius inimicitiæ maneant, quam inimici. Tamen ſi quid aduerſus te ipſe c[illegible] miſit adoleſcens, ſit hoſtis & meus. Si innoxius & omni vacans culpa charitatem mereri cupit, ſi nullius me amici filius validius amat, qui tandem vis pater reſpuam, & iratas obiiciam manus? Tu quoque non odiſſes pauperem, ſi te amaret. Inſerit ſe, & beneficiis certat. Notas adoleſcentem omnia vltro præſtantem, & ſi or me amabat, quamuis tu eſſes inimicus patri. Adiice, ſi tanta in adoleſcente indoles fuit, quantam nulla vnquam cognouere ſecula: ſi fides antiquiſſima, & cum deorum cœtu permixtis inaudita tẽporibus: ſi me ſemper habuit chariorem ſpiritu ſuo, etiamue deſpicienda mihi rariſſimi boni occaſio fuit. At ego perpetuam quandam mihi gloriam

reor.

teor, quod ille cæleſtis animus me potiſſimum quem amaret
elegerit, quodque ego ſim probatus tanto iudice. Me quo-
que igitur feret fama per gentes, & amici laudibus illuſtrior
viuam. Credet aliquis idem me pro illo fuiſſe facturum. Cur
cum inimici nos eſſemus, vos amici fuiſtis? Aliud hoc loco
crimẽ agnoſco. Peccauimus enim, fateor, peccauimus, quod
cum amici eſſemus, vos inimici fuiſtis. Hæc, iudices, diutius
exequerer, niſi abſoluta eſſent ipſo iudice patre. Longum iã
ſtius criminis tempus eſt, nunquam obiecit, nunquam ex-
audu it. Et quid hoc inter nos pater conuenit, niſi longiores
epetis offenſas? Apud malignos videaris me iratus non rede-
miſſe. Sed ſi quid ante commiſiſſem odio tuo dignum, potu-
ſti me redemptum non recipere. Manifeſtum eſt ergo te pa-
iente, id eſt, te volente amicum mihi fuiſſe iuuenem. Et ſane
on ſolus in hac fuiſti ſententia, idem filio permiſit & pau-
er. Atqui ſi pars hæc cauſſæ, quæ confeſſione longi ſilentii
bſoluta hodie in acceſſionem criminis alterius deducitur,
oteſt apud vos impetrare veniam, facilior certe ſequentium
atio eſt, ille enim ſane fuerit inimici filius, hic iam eſt amici
ater. Nec ignoro, iudices, quam male iſta defenſio de huma-
o genere mereatur, ſi adeo nihil eſt per ſe miſericordia, vt
iſi vlterior aliqua neceſſitas pudori vim fecerit, pro ſummo
rimine damnanda ſit minus neceſſaria humanitas. Ergo ſi a-
enum & ignotum, tamen (quæ publica omnium mortaliũ,
uippe ſub vno parente naturæ, cognatio eſt) hominem cibo
rte iuuiſſem, pœna dignum videretur ſeruaſſe perituram a-
imam, & ignouiſſe rebus humanis, & reſpectu communis
mnium ſortis, velut odorato numini in ſtipem potuiſſe For-
unæ? Si hoc crimen eſt, laudetur ergo crudelitas, nihil habea-
r piratis laniſtiſque prudentius. Ferantur ſane profutura hu-
ano generi duo exempla, intra tam breue tempus propter
iſericordiam alter abdicatus, alter occiſus. Quod crimen ſi
endum ſit, non animum mihi ipſe finxi, aut mea poteſtate
gitur affectus in arbitrio formantis mores omnium naturæ
mpoſitus, cum crimine meo natus ſum. Nam ſiue cæleſtis
ouidentia, ſiue irrationabilis caſus, ſiue aſſignata ſiderum
rſu naſcentibus nobis neceſſitas, multa varietate pectora
ſtra diſtinxit, nec minus numeroſas animorum quam cor-
rum dedit formas. Sunt quorum mentes etiam nocentium
pplicia confundant, qui ad omnium ſanguinem palleſcant,
ſororum quoque miſeriis illacryment. Sunt contra qui ne
ſuorum

ſuorum quidem miſereantur. Mihi mite pectus, & mollis affectus ad omnem calamitatum conſpectum tremit. Noli me æſtimare mea fortuna pater, non habeo gladiatoris animum. Vtinam quidem mihi cauſſa permitteret ſic gloriari. Iuuenis conceptus ſplendidis parentibus, cum ſolum tam ſpecioſæ fortunæ crederem fructum poſſe prodeſſe, & contra varios mortalium caſus quaſi portum benignitatis aperire concupiui quandam humanitatis ciuicam gloriam, periturum hominem, ſiue ille naufragio eiectus, ſiue ſpoliatus incendio, ſiue exutus latrocinio erat, naturæ patriæque reſtitui. Paria tecum facio reſpublica, quæ propter me vnum ciuem credideras. Hæc me magis decet impenſa, quam veſtis, quam argentum, quam vbi laus emitur. Vbi enim pecunia melius poni poteſt quam vbi fœnus bonitatis extenditur? Magna inſcientia eſt, felicitatem metuiſſe. Ignotus ſane ſit & alienus: quid fuerit ante, non quæro, poſt hæc erit amicus. Et hercle quo quiſque plus poteſt, quoque latius patet ad fortunæ incurſus, hoc magis cogitare debet atque reſpicere quantum in nos fortunæ regnum ſit, quam inſtabili ſede humana conſiſtant. Non me aurata laquearia, nec radiantes marmore columnæ, nec graues cruſtæ fecerint immemorem fragilitatis. Multa ſæpe & locupletibus accidunt, ſæpe in imum ſumma decidunt. Ego vidi pauperem auxilia diuiti ferentem. Sed ſane ſuperbius æſtimet miſerias longa felicitas; & alienum caſum facile deſpiciat ſecurus ſui. Ego quoties auxilia calamitatis petere aliquem video, non poſſum non moueri fortuna mea. Succurrit mihi continuo tempus illud, quo ipſe clementiam optabam. Ignoſce pater, ſi penitus animo meo hic inſedit affectus: amare miſericordiam miſer cœpi. Sed inimicus, inquit, meus eſt. Nam quis nos tantopere laudaret, pater, ſi hoc amico præſtaremus? Hæc eſt celebranda virtus, hæc animi ſuſpicienda moderatio, vincere [illegible]m, & inter ſimultates quoque meminiſſe hominis. Vt Fabio Maximo immortalem attulit laudem ereptus ex hoſtium manibus inimicus: vt Tiberium Gracchum admirata ciuitas eſt Scipionem in carcerem duci prohibentem: forte quoque ſimilis animi magni te memoriæ dabit. Tuis enim opibus viuit inimicus. Quicquid eſt iſtud quod ſenex inops ex noſtra domo accipit, ſi non iraſceris, tu præſtitiſti, tibi hoc pulchrum atque magnificum eſt. Nam ego ſi quid in patrem ſeruatoris mei confero, non ſum laudandus. Neque expectaueris hoc loco pater, vt illa dicam

ſcam. Semper odiorum honeſtus occaſus eſt: & dum ſimultates nihil aliud habent quam nocen i cupiditatem, ſpecio- in melius animi mutatio eſt cum exempli honore, iunctæ-ue ex hoſtili pene concurſu in affinitatem manus. Vnde tan- im miſero boni, vt inimicus ſit? Aſpice ſolum, eg ntem ſe- em, omnibus præſidiis deſtitutum: nonne contumeliam ortunæ tuæ facis, ſi hunc odiſti, & adhuc tua putas intereſſe viuat? Nulla tibi contingere maior vltio poteſt, quam ſi lis eſt, vt illius etiam nos miſereamur. Magna mehercle iam vetere æmulo pœna ſupereſt, panem eripere mendico, & rauiſſimæ per ſe fortunæ manu pondus imponere. Age ſi riſſet, cadauer calcaſſes? Feræ mehercle generoſiores, ia- entes tranſeunt: & reſeruati hoſtes, reſtitutæque vrbes ra cauſſæ exempla ſint: quod ſcio, victis etiam gladiatores rcunt. Poſt orbitatem, poſt egeſtatem, quid amplius po- ſt pati, niſi quod optat? Vlteriorne tibi aliqua vltio quæren- a eſt, aut aliquid rerum natura peius capit? Quis non te o- inium mortalium inhumaniſſimum putet, ſi hoc aduerſus imicum tuum ſaltem optaſti? Si me hercle inexpiabiles o- iorum cauſſæ, & compoſitis quoque fabulis vlteriores ini- icitiæ fuiſſent, auſim dicere, ſi propter illum liberos perdi- ſſes, accipienda tamen erat à fortuna talis ſatisfactio, certe l vitandam inſolentiæ opinionē, quæ fere immeritam quo- ue potentiam carpit, ne vagaretur per vrbem inuidioſus endicus, & calamitatis autori cauſſas vulgus regereret o- iorum. Neſcio quomodo omnis pro laborante fauor eſt, ec vlla perpetuam gratiam ſerua, niſi modeſta victoria. No- ra potiſſimum clementia ſuſtineatur, ne illius alii miſereā- r. Facilis, vt animaduertere vos ſpero, iudices, defenſionis ex curſus eſt. Antequam incipiam habere cauſſam nimium onam, hic iam conſcientia trepidat, & ratio velut inter bi- os deprehenſa ſcopulos, cum aliud obiiciatur, aliud defen- endū ſit, hæret in dubio: cum beneficiis meis computare nō deo. Cognouiſtis expoſitionem cauſſæ: quanta quamq; ex- dentia fidem adoleſcentis optimi merita narrauerim, hæc ihi omnia ſine dubio ille præſtitit. Sed quid intereſt? debitor licatus ſum. Quid in hac parte defenſionis? agam iudices? icā, referre gratiā beneficiis volui? Itane tandē aliquis mē- care amici patrē æquo animo viſurus fuit? At ille me rede- it, cui nihil retuli. Dicā moueri me ſupremis amici mei pre- us? Egregia vero comparatio. At ille mihi præſtitit, quod

non

non rogaui. Vtro me vertam? Tanquam honeſtum defendam factum, an tanquam neceſſarium? Alterum abſolui facilius poteſt, alterum laudari rectiſſimum, opinor, veritatis intereſt. Audi pater, alimenta iſta quæ donara egenti putas, quanti illi conſtent. Si accepto captiuitatis meæ nuncio nullis precibus adductus, nullis epiſtolis vocatus adoleſcens ad liberandum me vinculis piratarum profectus eſſet, quibus tamen meritis penſarem, cum id mihi præſtitiſſet, quod ego tátum à patre ſperaui? Intrare maria præſertim tam recenti documento timenda, & latrones vltro quærere, & cum præter vicarias manus nihil eſſet, nauigare voto captiuitatis, quis poſſet alius quam qui paratus eſſet pro amico mori? Magnum hoc per ſe, ac ſeculo noſtro vix credibile, iudices. Illud vero omni prædicatione maius, ad redimendum me profectus eſt, cum mendicaturum patrem ſuum ſciret. Atqui ſperare poterat futurum, vt ſine periculo ſuo redimerer nihilominus amicus, cum haberem diuitem patrem. Sed noluit ipſum itineris apparatū, & ne qua periret redemptionis hora, præceps cucurrit. Pro fidem deum hominumque, quemadmodum ad redemptionem amici feſtinat etiam cuius pater lentus eſt? Terentium, quem inter cæteros captiuos ſecundo Punico bello Scipio Africanus vinculis exoluerat, memoriæ tradidere maiores, inſigne receptæ libertatis pileo teſtantem, in triumpho ducis eſſe conſpectum. Et ille quidem maioris momenti acceſſione publicam ſenſerat felicitatem, priuatim tamen debere ſe putauit victoriæ beneficium. Quid me facere conuenit, qui per maria latrociniis infeſta ſolus petitus ſum? qui lucem, libertatem, denique quicquid patri debeo, non ignarus, vt primo natalis horæ tempore, ſed videns ſentienſque acceperim? nec ſolum donatus his bonis, ſed ſummis periculis liberatus ſum? Nonne me ex amici fide natum, & tenacioribus beneficiorum vinculis fatear eſſe conſtrictum? Miſerrime amice fideliſſime, ingratum me moriendo feciſti. Et quantulum eſt quod adhuc loquor de mea infelicitate, de piratis? Leuis eſt iſta fortuna, hæc etiam nunc recepit moram. Solent expectare latrones redemptorem. In ludo fui: qua pœna nullam vlteriorem ſcelera nouerunt, cuius ad comparationem ergaſtulum leue eſt. Hoc ſi ſciſſes, pater, affirmo, promitto, cuius pietatis es, nemo te antreceſſiſſet. Illa, certum habeo, expectas vt dicam. morabar inter ſacrilegos, incēdiarios, &, quæ gladiatoribus vnalaus eſt, homicidas incluſos turpio-

ırpiore cuſtodia, & ſordido cellarum ſitu Iamque in eam ve- :ram fortunam, vt me victum recipere non poſſes, victorem olles. Aderat hora ſupplicii mei, qua nuſquam morandū, m præbendus erat iugulus, & fundenda vita cum ſangui- :. Neque enim dubitare du euentu licet, exemplar fati mei dı. Si me ab his imminentibus malis pecunia redemiſſet, be- :ficium tamen potius dicerem magis æſtimandum eſſe quā ecium. Sed apud malignos interpretes poſſet videri vel em ſecutus aliquam venturi temporis, vel præſent s vo- ptatem. Hoc admirabile, & vni tantum pietati referendum t: dedit beneficium quod nunquam reciperet: & cum ami- m quem redimebat, habiturus non eſſet, nihil aliud emit iam honeſtam mortis conſcientiam. Tranſtulit ergo in ſe rtunam meam ſubitque non ſolum fortiter, ſed etiam li- nter id quod mihi miſerum putabat. Res dictu incredibilis, adiator dimiſſus, redemptor occiſus eſt. Recepit pectore luetſo ferrum, vt quaſi quam emittebat animam, in meum :ctus transfunderet: & hoc vno triſtis occiditur, quod am- ius amicum viſurus non erat. Eant nunc antiquarum condi res fabularum poetæ, & ſe ad exhortandam amicitiæ fidem agna quædam compoſuiſſe carminibus putēt, ſi dixerint a- uos per maria terraſque aſperiorem fortunam amicorum ı earum ſeculos, aut principem Græciæ virum in vltionem :erfecti amici inauſpicata bella geſſiſſe. Nam inter fratres o quoque illa maxime admirabilis, tamē alterna mors eſt. Vna gitur coniunx, quæ iam perituri vitam mariti vicaria mor- tua redemit: t adiiciturque miraculo fabulæ: feciſſe hoc m quod non præſtitiſſet pater. En indubitabile ſeculi de- s, & fictis maius: vt moreretur pro me amicus, ſuum reli- it patrem, meum vicit. Et ſane quod profuiſſet feſtinatio :riā, etiam ſi ad redimendum me prior forte veniſſet? Hoc ; præcium nemo alius redemiſſet. Neque vero plurimum fuit eſtimaſſe mortem: namque interim ſpecioſo titulo bene vita ı ſatur. Illud vero exiſtimo grauius, nomen gladiatoris :ipere, ſubire dominum laniſtam. Minus te, amice, lau- em, ſi viciſſes. An ille animus rediret in cellulam, ferret i nam, magiſtrum, perſonam denique ſceleris? Mea depu- ſti cauſſa, tua periſti. Hæc tamen omnia vltimæ fortunæ mina vt mihi detraheret, induit ſibi. Venit in arenam ho- nec ſceleratus, nec infelix. Ecquando, iudices, hoc au- :is? Bonitate ſua gladiator factus eſt. Vtinam, iudices, hæc

quæ illi ſpecioſa ſunt, tam honeſta eſſent & mihi. Quoties ad infeliciſſimum reſpexi ſenem, cuius orbitate viuo, cum confectum cladibus, & tantum pœnæ ſuæ reſiduum conſidero, verum fatendum eſt, pudet me pretii mei. Video ſenem meliore ſui parte præſepultum, omnis etiam ſpei ſuperſtitem, orbum, deſtitutum. Illud tamen ſolatium eſt, quod niſi talem amicum habuiſſem, hæc de te dicerentur. Huic patri inuidioſa quædam opinor, & quæ beneficio mortis penſetur, criminoſa liberalitas contigerit egenti. Alioqui duo egentes, & circa omnium vel ignotorum domos ſtipem rogabimus pariter. Si quis grandis natu parens eſt. miſerebitur ſenis. ſi quis iuuenis filius, miſerebitur adoleſcentis. Fortaſſe proderit mendicaturo mihi, quod ipſe aliquando egentem pauperem alui Accipe ſatisfactionem, in quacunque parte rerum naturæ es, amice chariſſime, non excidere mihi tua mandata. fortuna defecit, opes auferuntur. Quod vnum mihi relictum eſt, an pollliceor patri tuo vicarias manus. Quid vis porro faciam? Agreſtia opera delicatior aggrediar? hoc a fortuna non didicit & quotidiani quæſtus operis duobus egentibus non ſufficit. Miſerum me ſi exſoluere fidem voluero, fortaſſe mihi in ludū reuertendum eſt.

SEPVLCRVM INCANTATVM.

DECLAM. X.

ARGVMENTVM.

Malæ tractationis ſit actio. Quæ amiſſum filium nocte videbat in ſomnis, indicauit marito. Ille adhibito mago incantauit ſepulcrum. Mater deſiit videre filium. Accuſat maritum malæ tractationis.

Pro vxore contra maritum.

QVAMVIS, iudices, inter eos qui liberorum mortibus deſtituti, cuncta vota & præparatas ſpes in ſenectutem ante ſe egerunt, id fere acerbiſſimum certamen conflictationis oriatur, vt vnuſquiſque luctibus ac lacrymis ſuis creda-

ꝫdat accedere quandam dignitatem, ſi miſerrimus eſſe vi-
atur: hæc tamen fœmina neque noto neque publico gene-
miſerabilis, non impudenter inter cæteras matres quæ aut
reos aut iuu. nes pios filios perdiderunt, eminere & oc-
pare quandam mœrentium principatum differentia nouæ
lamitatis affectat, quæ ſola omnium ſupra fidem infelix in
o filio iam alteram patitur orbitatem. Priorem quidem
im, vt communem cæteris, & fato accidentem, fortius vt-
nque tolerabat. Nam & de filio nihil aliud perdiderat ni-
a niſi dies, nec iam timebat ne ille quo fruebatur, mori
ſſet. Planctibus lacrymiſque, pene improbe dixerim, par-
is vtebatur, nec ſibi permittebat dolo lugere venientem.
unc deſtituta ſolatio, perſuaſione fraudata, dum non puta-
t periſſe quem poterat videre, eripuit ingrata filio alterum
ulum. Miſer ille niſi teneretur, iam ad patrem veniret. Tan-
m miſera petit, ne minus perdidiſſe videatur, quam ipſa de-
lerat. Non inani perſuaſione, ne cogitationibus ficta ſu-
nt s vmbra veniebat, nec agitabat incertos leuis imago
modos, ac ne confuſi quidem triſti cinere vultus, & infernum
illa caput noctib. ſuis obibat, ſed filius erat qualis aliquan-
& iuuenis, & pulcher habitu, nec aſpici tantum viderique
ntentus: verum ſi quid deſiderio crediti miſeræ, quæ ſola
dit, amplexus & oſcula dabat, & tota nocte viuebat. Mul-
m perdidit mater, ſi contingebat hoc illi: non minus, ſi vi-
batur. Nunc tenebras inanes, & longas oculis flentibus no-
es, iuxta ſomnum mariti peruigil. & tantũ deſerta meritur.
on deſiderio fictus, aut fucatus habitu, nec vt ſomniorum
nitate conſpicitur, ſed experta non totum mori hominem,
ud quod nec flammis v itur, nec cineribus extinguitur, nec
nis ſepulcriſque ſatis premitur, expectat. Nunc iſta carcere
deratam animam, & repugnantem magico iuuenem cogi-
ferro. Infeliciſſima omnium mater plus aliquid eſſe quam
mbram filium putat, poſtquam potuit includi: nec ſua tan-
mmodo pœna, proprioque ſupplicio deſerta conſumitur
ſciſſa orbitate: vel magis cruciatur, quod non licet filio ve-
te cupienti. Nunc barbaro carmine grauem terram totis
ctibus pulſat, & impoſitum ſibi ſepulcrum quod non poſ-
euoluere, quæ ſolebat ipſos diſcutere inferos, vmbra mi-
tur. Miſer quem non tantum verba clauſerunt (nam forſitã
r illa tranſiſſet) ſed vincula ferrea, ſolidique nexus ad mor-
m reduxerunt. Quomodo tenetur infelix, qui ne propter

hoc quidem venit, vt queratur? Miſereor fœminæ, cuius inuidiæ totum facinus adſcribitur. Maritus ſic filium incluſit tanquam ſe inquietari mater iſta quereretur. Igitur iudices nemo miretur, ſi ad tam crudelem, ad tam immitem patrem vmbra non venit. Sciebat vbi lacrymas, vbi poſſet inuenire ſingultus, à quo magis deſideraretur. Namq; iſti ferreum pectus, & dura præcordia, nec ſunt de orbitate ſenſus. Quid enim inhumanius patre, quid inueniri truculentius poteſt? Inuidit matri ne filio frueretur: nec hoc ideo fecit, quia videre ipſe malebat: ne viuentem quidem adhuc & incolumem tam blanda, tamque debita pietate proſequebatur, vt defuncto ſeruaturus affectum etiam ſepulti pater videretur. Tanto magis effuſa mater, & ſuis ac paternis vicibus occurrēs. Hæc pallidior ad metus, ad vota pronior, non diebus ſecura non noctibus. Et ille miſer intelligebat vtri promptior ex parentibus & facilior eſſet affectus. Itaque ab huius oſculis, ab huius fœminæ ceruice pendebat. Et quia longum eſt officia præterita debitæ pietatis agitare, illo ipſo languore quo filius caducum illud & fragile corpus amiſit, quam perdite mulier, & vſque in exemplum, modo ſuper ora pallentis infelices lacerabat oculos, nunc ſiccata fruſtra vbera querebatur, nunc ſuperſtitem cædebat vterum! Notabat hæc ille deficiens, mandabatque morti ſuæ cui periret? Vbi ſunt qui cito iubent ſtare lacrymas? quibus non placet longum agere mœrorem? Retulit vmbra gratiam matri. Scio, & intelligo, cum inter gementes cadauer iacet medium, & cum omnes videtur remiſiſſe curas, tunc ſentit & intelligit, & inter ſuos iudicat. Moneo te orbitas, moneo effuſius fleas, effuſius efferas, nunquam petiſſe credas. Filii ſui vmbra cui non apparet, iraſcitur. *Iā gelidi* piger corporis ſanguis omnes in mortem ſtrinxerat venas, & nutantium fulgor extremus vaneſcebat oculorum, & iam deſperantibus medicis crediderat pater, adhuc tamen ſperare mater videbatur, & quamcunque corporis partem oſculis miſera tepefecerat, illi vitæ calorem rediſſe clamabat. Oderat ignes, oderat rogos: reponi corpus, & ſeruari membra cupiebat Et nunc infelicem mag s matrem pœnitet, quod ſepultus eſt, qui poterat reuerti. Scitis ipſi quo exequiarum die labore extracta ſit, quandiu filium tenuerit allambentibus flammis. Vnde enim ſperaret vt poſtea videre contingeret? vt extra orbitatem haberet oculos? Iam magnum miſera quærebat, vt vmbra euocaretur. Reliqua, mater infelix, tu ad iudi-

ices referre debebas, & niſi orbitate, niſi lacrymis vox taretur in gemitus, noctes tuas quanto melius tuo ore lues? Ego vtcunque potero perferam. Satiare miſera, ſatia altem memoria diei illius, quo exequias vnici duximus. planctus, inquit, lacrymaſque conſumpſeram, & tenes veluti perpetuas venire gaudebam. Iam fatigata proquorum officia defecerant, iam plangorem familiæ altus or vicerat. Rogo ne quis tam contumelioſus ſit in man, vt per quietem contigiſſe filium dicat. Vnde miſeræ c, vnde ſomnus? Nihil de te mar te, nihil queror. Satis mas dediſſ pœnas, ſi totis noctibus mecum flere voluiſſes. liſſes vtique non quemadmodum tenues rerum imagines nt cogitationibus accipere corpus, cum vanæ abſenti ao cogitationes finguntur, ſed ipſum filium, qualis blanimus erat: & ſi dimittatur, videbo. Subito ante me didu conſtitit tenebris non ille pallens, nec acerbo languore ſumptus, nec qualis ſuper rogos videbatur & flammas, viridis & ſane pulcher habitu. Neſcio vbi totam reliquemortem, non igni torridæ comæ, nec fauilla funebri nii facies, nec vix, cinere compoſito vmbræ recentis igneus a lor. Proclamaret mater infelix, etiam ſi talem videre iſſet. Primo tantum ſtetit ſe permiſit agnoſci. Ego tunc rimum ſtupui, non auſa oſcula dare, non iungere amples, infelix primam perdidi noctem, dum timeo ne fugeret. ncta mari te perſuaſionem putas, & vanum animi mei luntis errorem? Quicquid eſt in filio, plus apud matrem fit, m deſinit. Vis denique ſcire quid vxori tuæ detraxeris? ex dedicto filio non habet aliud quod ſperet. Iam nox altera adit, & primis ſtatim tenebris præſto filius erat, non ille vt die procul & tantum videndus, ſed audacius & propius, ad matris manus tanquam corpus accedens. Nec iam niſi m luce certa, fugatiſque ſideribus, inuitus ille vaneſcebat oculis, multum reſiſtens, ſæpe reſpiciens, & qui ſe protteret etiam proxima nocte venturum. Iam mœrori locus n erat, mulier filium nocte videbat, die ſperabat. Quid inter ſingula referre? Nullis, inquit, deſtituta ſum tenebris nec ſcelerata tacui. Satiabar oſculis, ſatiabar amplexibus, colloquebar, & audiebam. Miſera plus perdidi, ſi nemo dit. Iam cœperam tuam quoque, marite crudelis, agere uſſam, rogabamque iuuenem vt paternis quoque oculis læs occurreret, & tibi ingrate dimidia nocte cedebã. Iam miſer

ſer & ille pollicebatur hæc me fiducia perdidit, vt confiterer. Rogo, quid tam muliebre, quid tam maternum fieri poteſt? Gaude, inquit, marite, gaude, filium fortaſſe nocte proxima videbis illum quem crudelibus flammis exuſſiſti, ex quo cineres & oſſa ſuperſunt, iuuenem videbis, & forte etiam die ſperes. Ego certe totis noctibus mater ſum, video, fruor iam & narro. Exitium paterni affectus quæritis? Filium videre timuit. Sic magum protinus neſcia matre, cuius horrido murmure imperioſiſque verbis dii ſuperi maneſque torquentur, excogitator iſte mortis alterius aduocat, non vt exorati manes diducerentur, nec vt euocata nocturnis vlulatibus vndecunque vmbra properaret, ſed tanquam parum ſepulcra premerent, & tumulorum leue pondus eſſet, filius, inquit meus non ſatis periit, adhuc fulgore ſiderum fruitur, & nocte noſtra. Nam cum dies occidit, imponit morti ſuæ finem, domum repetit, & maternos territat ſomnos. Inueni aliqua, inueni vincula verborum, ſed arte tota, ſed labore toto. Magna tua gloria eſt, ſi retines filium, qui redit etiam à morte ad matrem. Noxium ſepulchro circundatur carmen. Tunc horrentibus verbis vrna præcluditur, tunc primum miſer filius mors & vmbra fit. Ite nunc, & putate vana fuiſſe matris ſolatia. Filium iſta ſi cogitationibus & inani perſuaſione vidiſſet, adhuc videret. At quæ ſupplicia ſuſtinuit infelix illa ſtatim nocte? Iam totam domum ac familiam quies prima ſopiuerat, & tacentibus tenebris venerat tempus dulciſſimum matri. Iacebat hæc inſomnis, inquieta, cum diceret, iam ſtatim apparebit, iam ſtatim veniet. nunquam tamen tardius venit. Miſeram me, filii, proxima nocte iam veneras. Ecce iam medios ſidera tenent curſus, indignor, iraſcor, ita demum mihi ſatiſfacies, ſi apud patrem fuiſti. Miſeram me, iam maligna mundus luce clareſcit. Quando venies? iam redire debebas. At poſtquam alteram tertiamque noctē deſerta vanis queſtubus duxit, tum triſtiora lugubria, tum ſqualidæ magis placuere veſtes tum repetitis ſanguinauere planctibus iam conualeſcentes lacerti. Nihil eſt infelicius matre, quæ perdidit aliquid in filio poſtquam extulit. Cum vero comperit noctes ſuas iuuenis neceſſitatibus magicis excantato periſſe feretro, quantum illa præfixum clauſumque tumulum nudis cecidit vberibus? quo fletu ſepulcra perfudit? quo gemitu audientem forſitan & exire cupientem fruſtra vocauit animam? O natura crudelis, plus magum poſſe quam matrem! Vbi ſunt qui acerbas mor-

ortium neceſſitates, & ferrea iura fatorum, & inuictas nec o mœrore mutabiles inanium leges quærebantur vmbram? Filium tuum mulier infelix non impoſitæ inferis cluſe terræ, nec ſpiſſa perpetuæ noctis caligo compeſcuit, nō fa-loſa vatibus palus, multumq; celebrari curuato igne tor-ites; hæc permeabat, hæc omnia nocte tranſibat, leuiorem-e mortem ſuam fecerat, quam ſi peregrinaretur & abeſſet. nunc minus mali pateretur, ſi non ſentiret. Ille qui non ve-in quendam carcerem translatus à tumulo patitur venefi-i vitæ. Magnæ ſunt ergo vmbrarum catenæ, & quanquam olatilem vagamque imaginem morti ſtringunt atque alli-nt tanquam reum corpus animam. Ferro vero ac lapidib. ſtare, & vt ſolent bellicæ robur accipere portæ, ipſam vm-am iam catenis alligare, iam clauſtris, non dico crudele eſt rrento um, nefarium, vtrique ſi hæc faciat quæ ſenſurum ſi-im credat. Et nunc illos miſerrima mater in corpus putat in membra deſcendiſſe mucrones. O mage ſæue, crudelis, in lacrymas artifex noſtras, vellem non dediſſes tam ma-ium experimentum. Iraſcimur tibi, & blandiri neceſſe eſt, um cludis vmbram, intelligimus ſolum te eſſe qui poſſis e-ocare. Videtur itaque mulier infelix à dignitatis dolore ſe-dere, quod tam vxorias in forum querelas, & tanquam de-cata matronæ deſideria pertulerit. Non enim veſtes, nec au-um, nec ambitioſos quærit ornatus, contenta eſt orbitas for-ibus ſuis. Ac ne pellicis quidem dolore compellitur, nec ta-ta gaudia mariti, impatientia & muliebri vanitate complorat, ed nec relictum torum deſertumque genialem velut con-ēpta vtilitas vxoris vlciſcitur: al a longe, alia de noctibus cu-a eſt. Ne timueris quæcunq; eſt dignitas eſt magni doloris: ihil queritur miſera, niſi par o birati, niſi matre dignum, ꝙ ublicos conſumat oculos, quod ignotas quoq; exigat lacry-nas. Quantam enim à marito acceperit iniuriam, ſcire vultis? ola mater filium perdidit, nec poteſt inuidiam facere morti. nte itaque quam ſciatis, iudices, qui dolor, quiſue mœror, uæ tanta impatientia erupERIT, vt mulier aliquando dulcium oblita tenebrarum, clarum nitorem publicæ lucis: & diem tiam domi inuiſum, in foro, interque leges notabilis & ſepul-ris abſtracta pateretur, certum profecto habetis, neque auda-iam, neque impudentiam, nec vanitatem vnquam querelas abuiſſe miſerorum. Quam verum eſt quicquid exclamat ca-amitas, nec ab infelicibus ficti temere exeunt gemitus! Mu-

liet quæ ſanguinantes ad iudices porrigit lacertos, quæ ſciſſo laniatoque vultu, quæ liuidis profe tur vberibus, magno dolore cogitur vt hoc potius agat, quam cineres oſculetur, quam complectatur vrnam. Grauis reſtis querelæ ſuæ orbitas eſt. Et antequam ad genus illatæ iniquæ iniuriæ venio, cur matire, quæ ex te filium perdidit, quicquã poteſt queri? Crudelis orbitatem feris adhuc alio dolore, tanquam parum deſideria conficiant, quæ de vnico getit: non pateris animam vacare lacrymis ſuis tu, qui ſinum debes, qui colloquia & amplexus. Quam miſera eſt quæ queritur, & de ſolatio ſuo non coniugis deſideriis large indulget, nihil aſpere, nihil contra voluntatem! Habet priuilegium ſuum mater infelix, molles manus, & mitia fomenta magnis vulneribus admoueas. Quæ ſe adhæc ſecari plaga permittit, in ſummo eſt. Viri forſitan quo modo fortior ſexus ſit, & contra dolorem quam imbecillis animus magis pugnat. Itaque totum iſtud lugere, fœm neum eſt: & ſimul orbitas imbelle pectus inuadit, animus ille qui luctus ſuos ſequitur, incipit indulgẽtiam ſentire lacrymarum. Fidem tuam marite, coniugi flere liceat, ſatiari gemitu, orbitati permitte quandiu velit flere. Odi patrem, qui cum filium & ipſe perdiderit, putat nimis lugere matrem. Quid ergo queritur, inquis? Hoc primum, filium non quomodo debes ſcelerate deſideras. Magno animo orbus es, loqueris fuiſſe mortalem, & interpretaris nihil ſupereſſe poſt flammas. Flet iuxta latus & plangit vxor, tu ſiccos oculos habes. Illa totis noctibus funebres exercet vlulatus, tu graues ſomnos, ac placidam quietem. Pater crudelis, pater immemor, quod vis tibi amplius obiiciamus? Ex quo perdidiſti filium, nunquam ſic deſideraſti vt videres. Quid quod eripuiſti matri ſolatium, puta vanum & ſuperuacuum? Nolo iudices, nolo corripias, ſcires quantum eſſet hoc, ſi tantundem doleres. Res indignior non eſt, quam quod tibi de eo poſtulas credi, quod non vidiſti. Indulge ſane vanæ rei, ignoſce. libenter ſe orbitas decipit. Magnas calamitates, vana ratio ſuſtentat, quod indulgeat mala perſuaſionibus ſuis. Quicquid ad miſeros pertinet, crudelius eripitur, quo minus eſt. Clamat itaque, clamat mater infelix, ſi mihi aliquam imaginem filii mihi vel paruuli, vel iam adulti, vel nouiſſimam iuuenis auferres, iniicerem tamen miſera tanquam corpori manũ, illam ſimilitudinem flens tenerem, illos oculos, illam gratiſſimam faciem, & ritus oris expreſſos, & adũbratos artificis manu vultus. Sed illum perdi-

vnde imago, vnde ſimilitudo, vnde ſolatium. Fili plus hodie
uiſi, quam cum elatus es. Poſt mortem te tuam vidi. Si me
rcle notas in corpore vnici veſtes ſubtrahere tentares, dicen
n, ſuccurre ſolatio meo. Hæc omnia apud me filii mei
embra ſunt, ego oſculabor, amplectar, flebo ſupra. Non eſt
io fortaſſe. Ideo quicquid rationem vicit, affectus eſt. Nihil
ſceleratius prudenti orbitate. Leuia, inquir, leuia loquor.
go filium meum videbam. Quænam iſtum fortuna, quæ in-
ſerat conditio naturæ? Non excludebat orbitas oculos
os. Eras iam conſecuta mater, vt iuuenem die abſentem
tares. Maximam perdidit mors acerbitatem, ſi poſſis vide-
quem amiſeris. Videre ergo tibi contingebat, ô mulier,
ltum, habitum, corpus, inceſſum. Non crederem niſi te per-
diſſe ſentires. Tempora ergo cum morte diuiſeras, & ſu-
rſtite filio fruebaris omnibus tenebris. Quantum perdide-
s, hinc æſtima, hoc tibi ſi non contigiſſet, non eras tam im-
oba vt optares. Aliquis (ô pietas) ſepultus & conditus, cæte-
corporis cinis & fauilla, tamen corpus ſumebat in nocte, &
ſolita viuentis membra reuocatus præbebat ſe matris o-
lis, qualem non crederes receſſurum. Nec queri de luce
teramus: quantum licebat, aderat. Videbas ergo mulier, ac
æſentia fruebaris. Videbam, inquit, & fruebar. Et ad quem
rtinebat rogo, etiam ſi decipiebat? Sed quid ego vtor teſti-
onio tuo? Mago credo & tunc vidiſſe te filium, & nunc non
dere. At tu miſera nihil crudelius ex marito timebas, quam
e tibi non crederet. Nemo, inquit, oculis meis fidem detra-
it. Fili indulgentiſſime adoleſcens vidi te, nec ſemel vidi.
ertum eſt, fixum eſt, eripi non poteſt. Quatenus impius pa-
r & hoc tibi auferre conatur, vt te veniſſe non credam? Nec
ud garrula, nec vana voce vulgaui, venire te nulli indicaui,
ſi qui deberet optare vt hoc poſſes. Patri tantum tuo, pa-
i (ignoſce deceptæ) confeſſa ſum, dum interrogo an te &
e vidiſſet. Itaque das mulier infelix graues nimiaſque pœ-
is: effecit magus ne filium videres, & ſolum apud te reli-
ſit, vt meminiſſes quod videras. Totum tamen illud ſola-
am tuum refer miſera, ſi potes, & primum confitere ſim-
iciter, an ſoporis pondus illud, & neſciæ quietis vanitas
erit. Apud me quidem ſatis miſera, ſatis eras mater infelix,
iam ſi tale ſomnium perdidiſſes. Miſerere, inquit, melius
affectibus meis ſentias. Non ego fatigata planctibus ſenſi
niſſe noctem: videre filium peruigiles metuiſtis oculi, ſed

primum dum metuo, vmbra proceſſit ſubito, dii boni, quod ego gaudium, quam vid. felicitatem? Conſtitit ante me filius meus diſcuſſis tenebris, ita dimittatur aliquando. Proſilui protinus, & acceſſi, vultus, comas, ora perſpexi, meus erat. Quam lætum ſe, quam hilarem offerebat, quomodo perſuadebat mihi, ne crederem morti? Scelerate neſcis pater, quam ſimilem viuenti filium clauſeris. Circumibant totum corpus oculi, non inueniebam quid ignis egiſſet. Subinde dicebam, hunc ego extuli? hunc rogo impoſui? ex hoc ego cineres & oſſa collegi? Si talis eſt, quid habeo quod lugeam? Periſſe filium meum hoc vno intelligebam, quod illum non poteram patri oſtendere. Confitebor, primæ tamen nec ego credidi nocti, & tanquam victis iraſcebar oculis, & erubeſcebam miſera, ſi quies fuiſſet. Ecce iterum iuuenis, ecce iam quotidie venit. Quid habeo quod interpreter? Verum eſt vtique, quod ſemper eſt. Nouiſſime non tanquam vmbra veniebat, ſed aſſidebat, ſed amplexus dabat. Ego ſentiebam & recipiebam. Quotieſcunque domus fuerat grato ſopore proſtrata, aderat, ille, quales humanis ſe offerunt oculis propitii dii, quale læti ſſimum numen eſt, cum ſe patitur videri. Sicut omnis religio templorum, omnis religio lucorum, cum tacuere mortalia, & profani procul erraueie ſedibus totis, ſolitudine frui, & de ſuis dicitur exire ſimulacris: ita iuuenis meus noctibus totis agebat filium & paterna domo ac penatibus ſuis fruebatur placidus & mitis & matri propitius, vt numen & deus delabi ſideribus, & venire de liquido puroque aëre videbatur. Quid imprecer ſceleratiſſimo patri? vmbram probare voluit. Miſeremini iudices, vt hoc facinus quib. debetis accipiatis animis, maius parricidio, maius quam ſi filii ſepulcrum funditus eruiſſet, & ſaciatos morte lapides, etiam cineres & oſſa religioſe quieſcentia fracta ſparſiſſet vrna. Aduocatur homo, cuius ars eſt ire contra naturam: qui ſimul ac ore ſqualido barbarum murmur intonuit, fideréque coëgit ſuperos, audire inferos, tremere terras, vt experimentis loquentium fama eſt: conſtitit iuxta tumulum miſerrimi iuuenis mors certior. Nunc operte, inquit, arcana mea tenebræ adiuuate me digna, nunc omne per vnum numen, & religio, quam iſti irrogo, propius adeſte, ſuccurrite. Magis mihi laborandum eſt, quam cum ſidera mundo reuelluntur, cum iubentur hyberni fluuiorum ſtare decurſus: cum potentiore carminis veneno victi rumpuntur in mea inſtrumenta ſerpentes.

es, Cuſtodiendus eſt iuuenis, aſſignandus eſt inferis, & denoribus transfuga cludendus eſt tenebris. Quanto facilius o-us erat, ſi reuocaretur? Mox in ipſam dicitur incubuiſſe pro-ius vinam, & inter oſſa, & inter cineres verba cluſiſſe. Hoc amen ſubinde reſpiciens confitebatur, repugnabat vmbra, taque carminibus non ſatis credo, præfigamus omne tumulatus, & multo vinciamus ſaxa ferro. Iam bene habet, expiauit aliquando: non videri, non progredi poteſt. An mentiar, ci: s proxima nocte. Omnes mehercle parentes, vtrique qui iberos prodiderunt, ire in iſtos oculos, in iſta ora debebant. Tu ſic filium tuum cluſiſti, tanquam nocentes ad inferos euocari ſoleant animæ, quæ inter languentium familiam, & triſtes penatium morbos vagæ errantesque magica vanitate captantur? Laqueo ne vitam damnatus eliſerat? Noxium per ſua viſcera exegerat ferrum? An ex conſcientia venena præſumpſerat? nec recipiebat ſe, niſi carmine incluſus. Quando domum tuam funereus & ſqualidus, quando te terruit? Crudeliſſime omnium pater, de filio tua malam vmbram feciſti. Quas nunc putas vxoris miſerrimæ eſſe cogitationes? qua materna viſcera perſuaſione torqueri? Nunc filius meus illic vnde venire conſueuerat, iacet ſtrictus, alligatus, impatiens. Queritur ſolito terram grauiorem, vtiq; cum ſentit veniſſe noctem, quando vmbræ feliciores dimittuntur ad matres. At vero ſi qua inter manes colloquia ſunt, & eſſe credo, non deeſt qui iuueni meo dicat; quam vilis tuis fuiſti? quam libenter te perdiderunt? Quid illa mater, ad quam ire conſueueras? has tibi catenas, hæc vincula pro merito reddidit? ita infeliciſſima omnium mulier, & ſi magus etiam recedat, hoc periclitatur, ne filius ſe putet veniſſe ad inuitam. Agit iam hoc loco nobiſcum maritus grauius, altius, ſapientius, vt homo ſine dolore. Negat vllos eſſe manes, contendit omnia perire cum corpore, nec remeare viuentes à cinere ſenſus, nec tam videri imagines hominum, quam cogitari & oculos luctibus credere. Quod ſi ita eſt, magum ad quid aduocauit? Peſſimus parentum, qui dum liberos ſuos ſepeliunt, flere contenti, vt obiter ab rogo ſiccis oculis reuertantur: negat ad manes, negat ad vmbras peruenire quod plangas: affirmat perire lacrymas, affirmat perire ſingultus. O ſceleratum hominem, quiſquis luget, & timet ne hoc perdat. Vana ergo ſapientes p[illegible]ſuaſione fruſtrati, qui conſtare homines & perfici corporis alimentis animæque dixerunt, corpus caducum, fragile,

fragile, terrenum, vt ſicca humidis, calida frigidis, reſolutis aſtricta pugnarent, partim aut doloribus affici, aut nouiſſimis annis, aut ſenectute diſſolui. Animam vero flammei vigoris impetum, perennitatemque non ex noſtro igne ſumentem: ſed quo ſidera volant, & quo ſacri torquentur axes, inde venire, vnde rerum omnium autorem parentemque ſpiritum ducimus, nec interire, nec ſolui, nec vllo mortalitatis affici fato, ſed quoties humani pectoris carcerem effregerit, & exonerata membris mortalibus leui ſe igne luſtrauerit, petere ſedes in aſtra, donec in alia fata ſeculo pugnante tranſmigret: deinde prioris corporis meminiſſe. Inde euocatos prodire manes, inde corpus & vultus, & quicquid videmus accipere, occurrere ſuis imagines charas, aliquando & oracula fieri, & nocturnis admonere præceptis, ſentire quas mittamus inferias. & honorem percipere tumulorum. Rogo, cum filius perit, nonne ſatius eſt hoc credere? Tuæ tamen, inquit, hoc quieti præſtiti, ne attonitis agitata terroribus, *ſolicitas ſemper* ageres, ſuſpenſaſq; duceres noctes. Ita parricida commune facinus feciſti? & imputas quod filium videre deſiimus? Somnum enim ante petebamus, & placidum ſoporem. Crudelis, nunc inquieta, nunc attonita mater eſt, nūc perdidimus noctes. Vmbramne tu filii rem formidoloſam, rem plenam putaſti eſſe terroris? Quid illa lætius facie? quid illo blandius vultu? quid magis adulatur oculis? quid poſſunt videre libentius lacrymæ? Non magis metuenda eſt vmbra filii quam cadauer. Neceſſe eſt vt mors horrida fiat aliena. Sed aliæ forſitan animum imagines territant, & tunc inferi vocantur, cum ignoti ſunt. Itaque prudenter, ſi tantum ad ſuos veniunt. Sceleratus ille, ille impius, quicunque defunctum filium vidit, & meminit quod elatus eſt Terrebaris, inquit, & ſolicitis noctibus laborabas? Itane es marite crudelis? Tu cluſiſſes filium, etiam ſi ad te veniret? Nec magus, inquit, incluſit vmbram, ſed perſuaſioni tuæ ſuccurrit: ideoque putas non venire illum, quia nec ante veniebat, quia nec factum eſt aliquid in quo auocateris. Hoc ipſo incipit mater ſibi gratulari. Ita non tenetur, inquit ille, non premitur, nullo carmine, nullo incluſus eſt ferro Remouete ergo omnia, & interrogabo. Ego autem ſcelerata tam cito credidi, ita non ille ad me veniret ſolutus & liber? non ad hos oculos, non ad hos properaret amplexus? Quando enim me iuuenis ipſe niſi flentem, quando non liuidum pectus, & ſanguinantes vidit lacertos? quando non erubuit

uit matri feciſſe terrorem? Arte cluditur miſer, arte retineur. Quid vis carmina tibi amplius præſtent? effecerunt quod e promiſerant. Deſinis erubeſcere iam quod filium non vies? Ar tu cuius in leges dii ſuperi maneſque torquentur, qui octurno terribilis vlulatu profundum ſpecus & ima terraım moues, modo ſeruentium reuocator animarum, nunc lem crudelis & inexorabilis cuſtos, aliquando preces & mais admitte Paciſcere quanti libet, totos lugentis poſce cens, non vt labores, nec vt horridum carmen exerceas, ſed vt rrum tuum refigas, vt verba tua reſoluas vt nihil feceris, diitte tantum & euocaſti. Nihil ipſe crudeliter, patri ſcio, ruiſti, ſed & huius etiam lactymis, planctibus huius indul-, conſule famæ tuæ. Execrabilem te mage facies & inuiſum, acilius de filio exoraris vt includas. Nec tu marite, nec tu nueris ne vltricis vmbræ vanis exagitare terroribus, vlliſe imaginibus: hinc ſecura dabitur quies, ſcit ad quam deat venire dimiſſus. Iuuenis piiſſime, iuuenis indulgentiſſie, nunquam matri tuæ vmbra nec manes, ſi modo veneſim pondus, & te roribus omnibus ve. ba grauiora mago pante diſcuſſeris, ad me, inquit mater infelix ad meas noctes, meas lacrymas, ad illos viuentes mihi ſemper amplexus ſeræ propera. Scio quid mihi nocuerit, ſcio quid me terit. Fruar, & tacebo.

DIVES ACCVSATVS PRODITIONIS.

Declam. XI.

Argumentum.

auper & diues inimici, vtrique terni liberi. Bellum indicit tati. Diues dux creatus profectus eſt in caſtra. Rumor ortus eſt prodi rempublicam. Proceſſit pauper in concionem & accut diuitem proditionis. Abſente eo populus lapidibus liberos occidit. Reuerſus eſt diues victor à bello. Petit ad ſupplicium pauperis. Pater ſe offert. Contradicit diues. Erant enim leges, oditor morte puniretur, & calumniator idem pateretur reus, ſi conuictus eſſet.

Pro diuite contra pauperem.

EXpectaueram quidem vt de inimici mei ſupplicio non quæreretur, nec me decipi poſſe credideram in vl.ione quam mihi debeat ciuitas tã liberi doloris, ſed quatenus eo malorum nouitate perueni, vt in vindicta primũ mea conſulere leges ac iura velletis, quæſo ne quis prodeſſe pauperi velit, quod nec defendi poteſt ſine genere pœnæ. Plus meretur pati homo, qui (ſi ipſe creditis) debet occidi. Hoc eſt quinimo, iudices, q̃ ſuper omnes calamitates meas ferre non poſſum: videtur ſibi ſatis vixiſſe pauper, poſtquam occidit liberos meos. Operæprecium putat coram impatientia mea felicem conſummare patrem, & gaudiorum ſuorum ſatietati hoc quoque adiicit, vt orbitatem meam liberis ſuis relinquat. Fidem veſtram iudices, ne pereat quod vltioni meæ contingit bonus pater. Actum erat de ſolatiis meis, ſi liberos ſuos pauper mallet occidi. Illud plane, iudices, etiam in hac pauperis impudentia miror, liberos meos pudore deceptæ ciuitatis occidit, deinde me crudelem vocat. Paruulos ſuos oſtendit, allegat, tanquam non ego potius querar hoc de quoquam patre fieri? nec intelligit quantum debeat ad impatientiam noſtri doloris accedere, ſi paſſus ſum quod & in vltione miſerum eſt Facinus eſt, iudices quenquam calamitatum ſuarum inuidiam pati. Sic vltionem meam debetis aſpicere, tanquam & liberos ſuos pauper occiderit. Nec me fallit, iudices, pleroſque credere, calliđiſſimum pauperem nec mori velle, & hoc quod nudat iugulum, pectus opponit, artes eſſe pro vita. Sed ego illum non credo mentiri, ego qui ſcio quid maluiſſem Nunquam hoc aduerſus nos excogitaſſet, niſi impatientiſſimus pater? & hanc pœnæ meæ ſuppliciorumque nouitatem de ſua pietate commentus eſt. Nihil magis de inimico efficere velis, quam quod ipſe ferre non poſſis. Habet hoc mali, iudices, principiũ innocentia, quod inimicos eſſe nobis, niſi poſtquam nocuerint, neſcimus? & tunc omnibus patemus inſidiis, quoties nos odit inferior. Homo qui omnem aduerſus ſuperiora rabiem de ſui vtilitate ſumebat, qui genus libertatis putabat odiſſe maiores, nulli charitati, nullis implicitus affectibus, quod humilis, quod eſſet abiectus, in furorem ſe magnæ colluctationis exercuit. Primus ſe meum dixit inimicum. O dii deæque, cuius ego monſtri artes pertuli? In cuius

feritatis

feritatis colluctatione duraui? Inimicum habui, neque occidere contentum, & mori paratum. Gratias ago ciuitati quod in illis neceſſitatibus, in quibus nihil adulationi, nihil præſtabatis obſequiis, laudatus ſum teſtimonio periculorum. Bellum nihil fatumq; publicæ ſolicitudinis credidiſtis. Sed neq; ego rem melioris ducis facere potui, quam quod ſine liberis mei profectus ſum: non reliquiſſet illos dux proditurus. Non puto, iudices, adhuc quæri vnde illæ falſarum ſolicitudinum fabulæ repente proruperint, quis primus trepidæ ciuitatis aures tumore compleuerit, cum videatis quis ſic egerit vt crederetis. Vidit hanc inter metus veſtros occaſionem; & quia ſemper apud ſolicitos in deterius prona perſuaſio eſt, abuſus eſt hoc, quod poterat videri timere vobiſcum. Igitur homo qui nullum conſcium meum, nullum mihi crimen obiecit, de mendacii magnitudine fidem veritatis captauit. Ciuitas deinde cui accuſator proditam ſe eſſe perſuaſerat, fecit quicquid hic de me facere potuit. Liberos meos quos inimicus tota ſua concione monſtrauerat, occidit genere quo pereunt innocentes. Feretis me, iudices, liberius aliqua dicentem? Rem peſſimi exempli paſſus eram, etiam ſi prodidiſſem. Scio vos iudices, hoc loco mirari innocentiam meam. Vt primum enim mihi calamitates meas nuncius in caſtra pertulit, non arma proieci, non ſtationes vallumque deſerui: totam orbitatem meam in bella conuerti, tanquam liberos meos ibi perdidiſſem. Si vnquam, iudices, in me habuiſſent profanæ cogitationes locum, ſi patriam odiſſe vel pro liberis meis poſſem proditorem me feceratis. Neceſſe eſt, iudices, hoc primum reuerſos exclamem, ita pauper etiam nunc liberos habet? Adhuc inimici mei plena domus eſt? O miſeræ cogitationes, ô decepta ſolatia! Sic ego reuertebar quaſi vindicatus? Quis ego legionum veſtrarũ indignationes, quem fortiſſimi exercitus compeſcui dolorem, dum omnibus promitto liberos ſuos, dum minus pro vindicta mea puto, quicquid ipſe feciſſem? Congerantur iam licet aduerſus omnium mortalium nocentiſſimum cuncta ſupplicia, ego tamen maximum vltionis meæ ſolatium perdidi; quod pauperi vos potius debueratis iraſci. Quoniam igitur adhuc cum paupere legibus ac iure conſiſto, liberos eius in ſupplicium patris peto. Quid ſatis imprecer homini qui fecit, vt quiſquam deberet ſic vindicari? Calumniator, inquit, idem patiatur. Permittunt mihi, iudices, calamitates meæ queri de hac lege, tanquam parum

nobis

nobis in vltione proſpexerit, contra nos inuentus eſt vindictæ modus, quo non debeamus eſſe contenti. Quiſquamne mortalium idem vocat facinus & pœnam? Tantumne doloris venire de ſuppliciis quantum de calamitatibus, putat? Neſcit profecto, neſcit quantam patientiam paret mœrori, quam tum animo membriſque rigoris inducat, quod patiaris agnoſcere. Innocentia opus eſt, vt miſerum faciat dolor. Conſtet licet vtrinque mortium numerus, totidem nobis vltio cadauera aſſignet, plus tamen eſt de innocentibus. Et quicquid patiuntur deprehenſi, licet ſolatio idem ſit, æquitate minus eſt. Vt idem ſit ſupplicium nocentis & facinus, vna ratione efficias vt illud ferre non poſſit. Fruſtra æſtimatis quam crudele, quam ſæuum ſit quod petimus, in quantum exceſſerit vſitata genera pœnarum. Explicata eſt, iudices, explicata legis inuidia cum quis quod patitur, & fecit. Quid quod hoc ſolum eſt pœnæ genus, in quo non debeat nocens niſi de ſe queri, & tanto minus debeat eſſe miſerabilis quanto maior eſt quod patitur inuidia? Quid æquius excogitari, quid iuſtius poteſt? Graſſatus aliquis eſt ferro, præbeat & ipſe ceruices. Miſcuit noxium virus, refundatur in ſuum facinus autorem. Oculos rapuit, effodit, reddat de ſua cæcitate ſolarium. In nullo mortalium perferre poſſum ſceleris ſui impatientiam. Breuiſſima eſt iuſtitia vindictæ, cum facinus menſura pœnæ eſt. Et ſi naturam vltionis inſpicias, optime vindicatur quiſque quomodo miſer. Fidem veſtram, iudices, ne ideo tantum putetis iſtud quod exigit reus, quia ego recuſo. Non ferretis me pauperis mortem petentem, ſi liberos ſuos abſtuliſſet. Ex omnibus tamen quicunque incognita, inaudita paſſi ſunt, nullos hac lege magis vindicandos puto quam quorum liberos aliquis occidit. Quid mihi pro hoc redditis leges? vbi reſpiro? vbi claudo gemitus? vnde ſumo ſolatium? Bene, bene admones dolor: illos, illos liceat inuadere, qui nunc magis amantur, quos orbitas noſtra commendat. Sic quoque circumſcribimur, niſi totidem ſunt, niſi illis par eſt ac ſimilis ætas, & ante omnia optimus pater. Deceperas me fortuna, deceperas, ſi mihi tam grande feciſſet facinus homo, qui liberos non haberet. Quid quod ex omnium ſcelerum comparatione nihil eſt deteſtabilius hominibus qui leges ipſas faciunt nocentes? veſtro mehercle nomine calumniantibus debetis iraſci, quorum nefas non poteſt niſi per iudicum facinus imponere. Actum eſt de rebus humanis, ſi de crimini-

bus

bus noſtris tantundem mēdaciis licet: nec vllus innocens huc vſque felix eſt, vt diligentiæ fingentium par ſit. Quenquam ne mortalium in re quam finxerit, quam compoſuerit, inuenire aliquid quod poteſt probationem vocare, & facinus explicare facilitate verborum? Magis oderis mendacium, cum ſimile vero eſt. Quoties manifeſtum eſt aliquem periſſe ſine cauſſa, calumniantibus iraſci debeas, vt poſſis illis ignoſcere qui crediderunt. Adiicite huic execrationi, quod calumniatus eſt in bello, quod de proditione, quod de duce, quod hæc omnia fecit inimicus. Non eſt quod ſe publico tueatur errore, nec in excuſationem afferat tanquam crediderit & ipſe fingentibus. Nemo ſic decipitur, vt inimico ſuo mentiatur. Rumor, inquit, fuit te prodidiſſe. Bene admones. Hunc primum calumniæ tuæ obiicio rumorem. Quis enim, iudices, neſciat hanc famæ eſſe naturam, vt ſi primo vnius hominis audacia? De nulla re locutus eſt continuo populus, nec quicquam adeo ſubito ſtatimque notum eſt, vt in illo pariter, omnium ſermo conſentiat. Quam non poſſit mouere ciuitatem, quem non replere populum, ſi quid omnibus nobis narres, in nullo non cœtu loquaris, & de re quam tum maxime fingas, iam dicas eſſe rumorem? Quanta tibi deinde mentiendi materia de periculorum noſtrorum occaſione ſuccurrit? Nihil eſt tam capax malignitatum ſermonumque quam bellum. Quid intereſt vnde ſumpſerit rumor ortum? Quod negari non poteſt, tu concionaris, accuſas, tu crimen de tabula facis. In rumore, cuius probationes, cuius argumenta non habes, calumniæ genus eſt primum credere. Sed, inquit, mori debeo, quia lex qua te accuſaui, hoc proditorem pati iubet. Poteram quidem breuiter reſpondere, legem quæ calumniatorem idem pati iubet, eius pœnam exigere quod feciſſet, non quod facere voluiſſet. Fingamus tamen non hoc pauperem captaſſe quod accidit, cui debet imputari exitus qui de calumniæ tuæ fluxit errore? Vultis ſcire, iudices, aliud quæſitum, quam quod lex quæ mori iubet? Accuſauit me eo tempore quo non poteram damnatus occidi. Dic nunc, non ego effeci vt occiderentur liberi tui, & aude ciuitatis illud vocare facinus: non tamen vilis efficies artibus, vt non potius miſereat reipublicæ meæ: non minus & illa facinus eſt paſſa, quam pater. Coacta eſt liberos Imperatoris vincentis occidere. Fallitur, iudices, quiſquis vllum facinus in rebus humanis publicum putat. Perſuadentium vires ſunt, quicquid ciuitas facit: &

cit:& quodcunq; facit populus, ſecundum quod exaſperatur, iraſcitur. Sic corpora noſtra motū niſi de mente nō ſumunt, & ocioſa ſunt membra, donec illis animus vtatur. Nihil eſt facilius, quam in quemlibet affectū mouere populum. Nulli, cum coimus, ſua cogitatio, ſua mens, aut vlla ratio præſto eſt, nec habet vlla turba prudētiam ſingulorum, ſiue quod minus publicos capimus effectus, ſiue negligentior eſt, qui ſe non putat ſolum debere rationem, & multi fiducia facimus omniū. Quam non poſſit rempublicam turbare, confundere, ſi quis repente proclamet, Prodidit vos imperator veſter, addixit, & nunc ille liberos habet? Si mehercle poſt hanc inimice vocem templa monſtraſſes, ſacrilegum continuo flagraſſet incendium, ſi conuelli ſimulacra voluiſſes, feciſſet omne de numinibus ſuis facinus audacia. Vis ſcire tuum eſſe quicquid ciuitas fecit? Gloriateris illo, ſi prodidiſſem. Non eſt, iudices, quod vos à grauitate iuſtitiæ dolor vltionis abducat, quod mortem ſuam inimicus offert. Non petit illud, niſi quiſquis ipſe non debet occidi. Sepoſita igitur paulisper lege mei doloris, hoc tantum ab affectibus veſtris omnium mortalium nomine peto, ne cui nocenti pœnæ præſtetur arbitrium. Infinitam iudices, ſceleribus aperitis audaciam, ſi pœnam licet eligere condemnato: nec iam vllam mortaliū innocentiam trepidatione contineas, ſi patitur deprehenſus quiſque quod ipſe maluit. Leuat omnes cruciatus, omnē dolorem, præparata mentem compoſuiſſe patientia. Fallitur quiſquis humana tormenta ſola nominū atrocitate metitur: nulla pœna eſt, niſi inuito. Non habemus vllum niſi ab impatientia dolorem: & vt aliquid crudele, ſæuum ſit, metus facit. Suppliciū quiſquam vocat, ad quod proſilitur? quod expoſcitur? quod circa ſe non habet moras? Illo per fidem, illo trahite damnatos, quo non ſequantur. Tunc eſt pœna cum periturus trepidat, hæret, cum reſtringit ſupremo vincula conatu. Volo perituri prius videre pallorem, audire gemitus: volo circumſpiciat, volo queratur. Fidem veſtram, iudices, ne nocentibus ſupplicii ſui contingat electio. Minus iniquum eſt vt euadat nocens pœnam, quam vt contemnat. Mortem vero damnatis quiſquis præſtat, indulget, nec ſunt alia beneficia pœnarum. Fallitur quiſquis illam velut omnium ſuppliciorum ſummam putat. Occidi non eſt pœna, ſed exitus. Neque enim habet impatientiam aut dolorem, quod poſſis accipere quaſi fatum. Quod ſi liberos relinquas, imo ſi ſerues, quam felix

exitus

:ritus eſt, plenuſque lætitiæ? Lucrifacit mortis atrocitatem ...riſquis laudatus occiditur. Me, inquit, occidite. Non habet bero..., inimice, non habet quiſquis hoc te velle miratur. Sæ... e, crudelis, ego tibi permittam mori? At quid iam mihi me... ıs optem? Vides quantum feceris nefas? Idem pro liberis ...eis offerre non potui. Tu vero paruulos tuos tene, vt in...to potius moriantur amplexu. Tu nunc quoque non euades, ...on effugies. Quocunque te duxerit orbitas, ſequar: effun...am, ſi quod parueris venenum, ſubtraham omne ferrum, ...icidam quoſcunque ſtrinxeris nexus, ab omni reuocabo ...æcipitio. Etiam occiſis liberis tuis non idem pateris ini...ice, niſi vixeris. Nec vereor, iudices, ne putetis vtriuſque ...oſtram orbitatem ſimili eſſe ratione tractandam. Admo...ebuntur ecce contra lacrymas meas liberi, quos non no...cet. Patris innocentis occiſi ſunt paruuli, quos nunc circa ...empla ferretis, circa quos ſe celebraret veſtra lætitia. Facinus ...ſt, iudices, minorem eſſe transactarum mortium miseratio...nem. Non inuenio quemadmodum liberis prodeſſe debeat ...odium patris. Perierunt etiam illi quorum nec paret debe...bat occidi. Me miſerum, quod ſic quoque multa habiturus ...es, quibus ego qui vindicabor inuideam. Oſculaberis ante ...perituros, alloqueris, accipies ſuprema mandata, & moritu...rum te continuo promittes. Exonerabis gemitus tuos cum ...eorum ſepulchra numerabis. Siccabit oculos, quod meam nunc quoque reſpicies vacuam domum. Me miſerum, paupe...ris tantum ſolarium futurum eſt quod pares ſumus. Quid quod in ipſa comparatione mortis non idem patientur liberi tui? Occidentur vno fortaſſis ictu, & erit vltio manibus con...tenta carnificis. Paruulos meos occidit quicquid fuit tota ci...uitate telorum, omnis ſexus, omnis ætas, omnis infirmitas. Nihil eſt crudelius morte hominum quos populus occidit, & ſolus hic exitus eſt, à quo non eſt nec cadaueribus ſalua reue...rentia. Hoc me nunc complorare tantum putatis, quod non ſum liberis meis ante ſatiatus? Miſer ego nec ad cadauera ac...ceſſi, non in ſepulcra maiorum meis manibus intuli, nec licuit ſuper ipſa corpora proclamare, non feci. Qualem ego illum patria perdidi diem, cum duces ab explicito bello reuertun...tur? Non me lætæ cinxere legiones, non effuſi obuiam ciues triumphali circa currus meos exultauere lætitia: ſequebat captiuos meos triſtior victor, mœſtus vndique claudebat ex...ercitus, occurrentium lacrymæ propinquorum, & erubeſcen-

tis circa me populi timida ſolatia. O ſucceſſuum quoque noſtrorum miſera conditio! Ergo ego victoriam meam non narrabo ſine fletu, nemo amicorum propinquorumque coram me de bello meo loquetur. Nihil eſt crudelius calamitate, quam gaudia reducunt. Quoties redierit ille lætus vobis in ſupplicia mea dies, lugubres mihi ferre veſtes, renouate ſeruuli planctus, parate ſolatia propinqui. Nulli liberi impatientius deſiderantur, quam qui propter patrem videntur occiſi. Sed verum, iudices, fatendum eſt, timeo mehercle ne par ſolatiis meis non ſim, ne me iſte quo pro liberis iraſcor affectus, in media vltione deſtituar. Sed adiuuate, miſeremini propinqui, adiuuate amici: & ſi forte defecero, tu vltionem meam popule conſumma. Timeo mehercle ne cum carnifex propius acceſſerit, ſubito proclamem, iam malo patrem. Sed ſi quis eſt pudor, oculi differte lacrymas, abite gemitus, horridum, trucem debeo præparare, & miſerum. Deprehendam igitur omnium mortalium callidiſſime hunc quem ſimulas, quem nunc imitaris. ectum: tunc ſciemus quo animo rogaueris vt potius ipſe morereris. Sed ſi bene noui capax omnium malorum ſcelerumque pectus, inimice viues & libenter, & fortiter, & quaſi vindicatus.

PASTI CADAVERIBVS.

DECLAM. XII.

ARGVMENTVM.

Cum ciuitas fame laboraret, miſit ad frumenta legatum præſtituta die intra quam rediret. Profectus ille emit, & ad aliam ciuitatem tempeſtate delatus duplo vendidit, & duplum frumenti modum comparauit. Illo ceſſante corporibus ſuorum paſti ſunt. Reuerſus ad præſtitutam diem reipublicæ læſæ accuſatur.

Pro Ciuibus contra legatum.

QVAMVIS, indices, innumerabiles me indignandi cauſſæ initio ſtatim actionis ſtrangulent, quia nec dicere vniuerſas ſemel poſſum, nec gregatim erumpentes differre gemitus (leuior eſt enim dolor qui diſponitur) primum

mum tamen ille ſibi aſſerit locum, qui eſt ex hoc iudicii tempore & tam lentæ vindictæ dilatione ortus, animi mei prope dixerim furor, quæ hominem tam ſceleratum, vt nos quoque fecerit nocentes, legibus accerſimus, quod defendi patimur, quod vt puniatur precamur, quod damnantes quoque vel morte defungetur, quam nos in illa funeſtiſſima fame dum ſepeliri licuit, optauimus: vel exilio, quod hic quantopere contemnat, apparet qui tam lente in patriam reuertitur. Quanquam de quo exilio loquar? Quantalibet ignominia dimittere domo noratum, habet quo eat. Non publicis manibus exeuntem diſcerpſimus? non (quoniam ſemel conſueueramus, & bona fide ferarum eſſe ciuitas cœperat) hic primus nobis ex tam tardo commeatu placuit cibus? Sic enim iſtum laniari, ſic cõfici, ſic conſumi oportuerit iure noſtro. Quis credat? ego me ab hoc abſtinere potui, cum & eſurirem & iraſcerer? Sed frumento occupati ſumus, nec quicquam aliud videmus. O quanta es fames, quæ tam grandem iram viciſti! At ego etiam ſi talis vltio contigiſſet, ſi me à nefario graſſatore reipublicæ non lingua, ſed dentibus vindicaſſem, nihil tamen iræ, nihil vindictæ prætiteram: hoc & meis feci. Æſtuant adhuc intra pectus ſepulra ventribus noſtris cognata viſcera, & tumeſcere intus atque indignari videntur, & ſera pœnitentia redundant. Iam enim vacat nobis lugere, iam cibos noſtros efferimus, viſcera cremamus: nam cætera nobiſcum ſepelientur. O fames inaudita, in qua leuius eſt quod eſurimus? Ignoſcite tamen violati manes meorum, hic vos alloquor, ignoſcite quod ora temerauimus, quod ab homine deſciuimus. Non vt infelicem animam ſuſtineremus, non vt inuiſum ſpiritum produceremus, fecimus: vna cauſſa mortem diſtulimus, quod ſi expiraſſemus, idem timebamus. Et ego quidem me conſumptis excuſo, qui mihi ipſe iraſci non poſſum, at iſte interim ſtat vt videtis, longa via ſaginatus & ſatur, atque abundans publico commeatu, ad mentionem ciborum noſtrorum plenum faſtidio vultum trahit, & exangues ac pallidos ad calculum vocat: quaſi ego non confitear illum etiam nimium multum attuliſſe. Tam pauci, rari per vias interlucent, & quamuis odio euerſoris noſtri euocatus à latebris ſuis populus, ſubſellia non implet. Pauci ſceleribus paſti, alienis mortibus ſalui, quod viuunt, ipſi ſibi rei, graues, ægri & rabida membra in publicum protulerunt. Hæ ſunt ciuitatis reliquiæ, quas videtis. Sic tabuimus, vt miſeri nec

viuos habeamus, nec mortuos. Hic eſt populus, hæ vires, hæ ſpes, hæ opes. Niſi tandem ad vadimonium legate veniſſes, non multorum dierum commeatum habebamus. Quo nunc tantum frumenti? quo claſſem commeatu grauem? Multum hercle negotiatione tua actum eſt. Frumentum habeo, populum non habeo. Nuſquam prodeſt, nuſquam opus eſt, iam licet vendas. Dum tu ſalutis publicæ nundinator proximum quenque emptorem dimittis, dum aut funera noſtra vendis, aut ſcelera: dum populo tuo fame moriente, alienæ ciuitati legatus es factus, nos interim cibos ex malis inuenimus, & fames ſe ipſa pauit, & miſeriæ noſtræ crudeles factæ ſunt. Patiamur te defendi, ſi abſolui ſaltem nos poſſumus. Hæc nunc iudices, ego ſolus queror? ad me magis pertinent? aliquid proprie paſſus ſum? non communem dolorem accuſator habeo cum iudicibus? Quiſquam in hac vindicta alteri cedit? non publica inopia, non totius populi mendicitas vna fuit? Niſi quia funeſtas epulas & nefarios inuenimus cibos, non putamus famem fuiſſe. In omnes gentes, in omnia ventura ſecula proſcripti ſumus. omnes hæc prodigia narrabunt, omnes execrabunt, niſi qui non credent. Famem ipſam infamauimus, & (quod miſeris vltimum eſt) miſerationem quoque perdidimus. Adhuc tamen vna defenſio fuit, quod videbamur in hæc omnia iſtius opera impulſi. Si hic innocens eſt, noſtra culpa eſt. Etiamne publica mala narrabo, & miſeriis noſtris conuitium faciam? Exibunt verba? ſubſequetur ſermo? non alligabitur lingua? Plane nihil non poſſumus. Exploramus ordinem cladis noſtræ, & ſimpliciter omnia indicantur. Decet iſta noſtro ore narrari. Sed nouimus, & nimium meminimus, iudex doceri non debet, opinor, teo indicanda ſunt qui à malis publicis abfuit, qui hoc certe maximum debet patriæ ſuæ beneficium, quod à fame ſolus dimiſſus eſt. Audi itaque, audi frumentum iſtud quod lucrifeciſti, quanti nobis conſter. Aliquis fortaſſe, iudices, miratur, etiam ſi huius feralis anni fructus ceſſauit, quod tamen illa ſuperior longi temporis beata fœcunditas tabuerit: & ſecum iſte dubitat, quid ſit in cauſſa cur ciuitas opulenta quondam, nihil frumenti niſi in ſpe habuerit. Sic fit: vbi vicinis ciuitatibus vendimus, & vndecunque affulſit lucrum, ſine reſpectu ſalus publica adducitur, in vacuam poſſeſſionem fames venit. Etiam ſi quid reſidui erat, vt carius quidam venderent, ad annonæ incendium ſuppreſſum eſt. Teſtor tamen conſcientiam veſtram, non ſumus

queſti-

quæſti quandiu duplo emebamus. Non enim vulgaris illa labes frumenti fuit, nec qualis aliis ab agricolis accuſari ſolet perfidia te rarum, & ingratæ meſſis irritus labo. Noua & inaudita & abominanda lues, quæ nihil homini reliquit, præter hominem. Aut aſtricta circa conatum ſata ſub ipſis tabuere ſulcis, aut leui rore euocata radix in puluerem incurrit, aut peruſtis torrido ſole herbis moribunda ſeges impalluit. Nullus imber ſitientis ſoli puluerem terſit, nulla ſuper arentes campos ſaltem vmbra nubium pependit. Calidi ſpirauere venti, maturitatem præcepit æſtus; etiam ſicubi forte ieiunæ herbæ ſolum vicerant, vanis tantum ariſtis ſpem fefellerunt, & inanes culmos triſtis agricola iactauit ventis nihil relicturis. Leuia queror, prata exaruerunt, perierunt frondes, germina non exierunt: nuda terra, & rudes glebæ, & aridi fontes erant. Non ſi hæc omnia inter ſcientes dicerem, poteram videri falſo queſtus de hoc anno, quo tantum frumēti vendidimus. Vtinam ſaltem nobis rudem victum ſyluæ miniſtraſſent, & carpere arbuſta, concurrere quercum, legere fraga licuiſſet: & quæcunque primi mortales ante traditos diuinitus mitiores cibos contra famem obiecerunt, peſtifer annus reliquiſſet. Non eram delicatus Sed, ô triſtis recordatio, funeſta neceſſitas, nihil habuimus quo viueremus, præter famem. Nec tamen in totum queri de numinibus poſſumus, maria certe ſecunda experti Si voluiſſet ſeruare legatus diem quem illi felicitas temporis dederat, potuit nobis frumentum bis afferre. Vt primum tanti mali ſenſus in ciuitatem percrebuit, cum iam vigente inopia quotidie malum arctius premeret, & præſente fortuna peior tamen eſſet futuri metus, apparuit nullum ex propinquo eſſe præſidium, cum finitimas quoque ciuitates incendium noſtrum adusſiſſet. Erat quidem aliquid in vicino adhuc frumenti, ſed iam nemo vendebat. Ergo vt vidimus ſalutem publicam trans mare petendam, ſe in curiam quiſque cogunt. Vt arma bello, vt aqua incendio inclammari publice ſolent, ita vno quodam conſenſu, non ætatibus ſpectatis, non honoribus, pariter retulimus, probauimus, decreuimus, pedibus manibus iuimus in ſententiam neceſſitatis, nec ordo nos officiorum moratus eſt. Legationem multi pollicebantur, nec innocentiæ iſte beneficio, vel autoritatis merito rúmque reſpectu electus eſt: vna cauſſa nos mouit, quod ſe cito rediturum pollicebatur. Pecuniam ſine numero infudimus, frumentum ſine modo mandauimus,

quantum potuiſſet, afferret, feſtinaret modo. Hoc vna voce ſupplices acclamabamus, ac ne moraretur, ne hoc quidem diu rogauimus: vna tantum vox fuit, quam iſte pro quodam præiudicio amplexus eſt. Nihil agis afferendo frumentum, ſi poſt illum diem veneris. Noſtris manibus legatum in nauem tulimus, ac, ne quid moræ eſſet, pro ſua quiſque portione etiam commeatum dedimus, retinacula incidimus, & littus ingreſſi claſſem publicis manibus impulimus. Inde fugientia vela longo viſu proſecuti, facilem emptionem, ſecundos ventos, placidum mare, non ſecus ac ſi ipſi nauigaremus, precati ſumus. Quis credat hoc de tam miſeris? Omnia à diis impetrauimus, ſcilicet vnum ſupereſt, vt pro aliena ciuitate vota ſoluenda ſint. Cito peruenit, cito emit, cito rediit quo voluit. Quid prodeſt expectare? Alia ciuitas prior eſt, & ſane religioſus legatus diem expectat. Nos interim coacta primo ex agris pecora diripuimus, & ne venturo ſaltem anno proſpici poſſet, non reliquimus qui ararent boues. Iam ſeruis fugas imperauimus, iam procumbentes ante limina principum pauperes in ipſis precibus expirant. Plorantibus liberis legatum promittimus. Iam tantum ſibi quiſque cura eſt. Nihil tamen horum etiam nunc in inuidiam legati queror, adhuc prior curſus eſt. Hactenus noſtra mala tulimus, in reliqua legatus nos vicarios dedit. Si quicquam tibi humani ſanguinis ſupereſt, niſi nimia ſaturitate alienæ fortunæ cogitatio excidit, reſpice patriæ caſum, reſpice neceſſitatem grauiſſimam. Miſeri te miſimus, expectant pallidi exangueſque ciues tui, & quicquid extremi ſpiritus adhuc ſupereſt, ſpe tui trahitur. Figura tibi exeſos vultus, decreſcentem populum, iam præmortuas vires. nec quicquam horum potes ignorare, ſi quid tibi credimus, fame laborantem ciuitatem vidiſti. Feſtina, dum ſuperſunt quibus legationem renuncies Feſtina dum mori vltimum eſt, frumento digni ſumus. Quid in nos conuertis etiam alienæ ciuitatis famem? Quatenus nobis computandum eſt, propter te duplum mali tulimus: tu ſuper frumentum publicum ſtertis, & omnes maris circunuectus oras, littora portuſque cognoſcis. Tu inter duas ciuitates fatorum arbiter, alienæ conditor, tuæ euerſor, ſalutem noſtram peregrinis admetiris, & ſecunda tempeſtate in patriam ferentes habens, contrarios ventos exoptas Nos petarentes effuſi campos, morientium herbarum radices vellimus, eo quidem fortius, vt ſi fieri poſſit, in venenum incidamus, ſubeuntes inſolitos cibos. Et ſicubi forte

forte vberius paulo pabulum contigit, de paſcuis rixa eſt. Amaros fruticum cortices, & ramorum male arentium pallidos frondes decerpimus, morbida quicquid fames coëgit, corpus admiſit. Iam paſſim moriuntur: & peſtilentium more pecudum ſubinde aliquis ex populo in ipſis paſcuis procumbit. Crebrior cotidie interitus, & larior ſtrages: & me miſerum, iam fames deſinit. Quos teſter deos? Superoſne, quos per tantum nefas fugauimus? An inferos, quos nobis permiſcuimus? An noſtram malam conſcientiam, omnia nos ante feciſſe, quę nemo præter nos fecit? Pecora cecidimus, campos euulſimus, ſyluas deſtruximus, nouiſſime nihil relictum eſt pręter eſurientes & mortuos. Si qua eſt fides, libenter hanc partē accuſationis ſubinde differo: adeo vbi tantum nefas narrandū eſt, et a exigua temporum lucra ſectari libet, & neceſſe reo indicare, qui à malis publicis abfuit, quam multis non ad diem venerit. Ignoſcite dii homineſque ſceleri quidem vltimo, ſed tamen quod feciſſe miſerrimum eſt. Non habitant vna pudor & fames: & cum ſemel intrarit impotens domina, feras etiam & ingentes beluas ſubigit. Terram morientes momorderunt. Memetipſum, ſi nihil fuiſſet aliud, comediſſem. Sed confitendum eſt, legati beneficio non defuit. Poſtquam omnem patientiam vicerat ignea fames, poſtquā ſpes quoque, quæ miſeris vltima eſt, omnis abierat, & frumentum toties ſibi fruſtra promiſſum animus iam ne cupere quidem audebat, ſubiit furor, & alienatio mentis, & tota ſui arbitrii fames facta eſt. Animus malis diriguerat, os inſolitis cibis ſtupebat, feris inuidere cœpimus. Primo tamen furtim, & intra ſuas quiſque latebras admiſit hoc monſtrum: & ſi paulo citius veniſſes, potuiſſet hoc negari. Si quis ex ſtrage corporum defuerat ſepultum putabamus: nec tamen indicauit quiſquam, nec deprehendit aliquis. Nemo vt hoc faceret, exemplo impulſus eſt, ſe quiſque docuit, omnes ſcire cœpimus, poſtquam omnes fecimus. Quoties tamen antequam inciperem, in portum cucurri? quandiu in altum intentus, ſi quæ eſſent in conſpectu naues, oculos fatigaui? Tibi legare tempus differre facile eſt, qui tuam tantum partem non vendidiſti. Tu quem habeas diem videris, ego ſeptimum expectare non poſſum. Ergo tabidi ſuper cadauera incubuimus, & clauſis oculis, quaſi viſus conſcientia acerbior eſſet, tota corpora morſibus conſumpſimus. Subit interim horror ex facto, & tædium ac deteſtatio ſui, & planctus. Sed cum ab infauſtis fu-

gimus cibis, vrit iterum fames, & quod modo ex ore proiecimus, colligendum eſt. Nunc mihi, illa fœda videntur, nunc abominanda, laceri artus, & nudata oſſa, & abrepta cute intus cauum pectus. Nunc occurrunt effuſa præcordia, & liuidæ carnes, & expreſſum dentibus tabum, & exhauſtæ oſſibus medullæ. Quantulum enim corporis fames relinquebat? Nunc illud horreo tempus, ſi quando aut manus incidit, aut facies, aut aliquid denique quod hominem propria nota ſignat. Nunc cibi ſuccurrunt quos imponere in menſam non auſus ſum. Confitendum eſt enim, deuorauimus homines, & quidem auide, qui diu nihil ederamus: & tamen cœpiſſe difficillimum fuit. Poſtquam ius factum eſt, poſtquam nemo erat in ciuitate quem confiteri puderet, tum vero iam in poſterum proſpicimus, & funera horreis condimus. Rerro aguntur exequiæ, aut citra aut ad rogos pugna eſt. Hæres cadauer cernit. Nouum & incredibile, niſi noſſemus, monſtrum habuimus, ſine rogis peſtilentiam. Mortui ratio non conſtitit. Periſſe ciues ſcio tantum, quia inter viuentes non video. Ægri aſſidentes timebant, & labentem animam ſupremis domeſticorum oculis reducebant. Primo tamen nihil rogabant ſuos, niſi totam ſepulturam. Vt maior vrgere neceſſitas cœpit, beneficium factum eſt expectare dum moritur. Nemo adeo affinis fuit, nemo tam coniunctus, quo pietas abſtineret. noſtros comedimus, noſtros. Nam ſi alienos vellemus, nemo audebat, nemo cedebat. Nihil eſt tamen quod indignari velitis, narraui vobis lucrum veſtrum. Frumentum duplo vendidimus, & calidiſſimus legatus vicinæ ciuitati impoſuit. Plena nunc horrea, bonæ rationes, onuſtæ naues ſunt, & quo magis gaudeamus tanto bono, pauci ſumus. Nam quod ad temporis excuſationem pertinet, nihil eſt opinor quod æſtuet. In deſertum non incidit populum, nec ſane fuit cur feſtinaret, etiam nunc expectare poteramus. Sola eſt noſtra ciuitas quæ fame perire non poſſit. Diſſimulaturum me putatis iſtius patrocinia? Confiteor, venit ad vltimum diem, attulit frumentum, gratulemur quod iam nulla ciuitas fame laborat. O ſi vires ſufficerent, latera durarent, aliquid ex aridis diu faucibus reſiduæ vocis exiret: quanta indignatione opus erat, vbi pro omnibus dolendum eſt? Quod cum ita ſit, vniuerſi qui aſſumus pro .lamemus, hæc tota cōcio in vnam vocem conſentiat, non eſſet tamen futura par crimini inuidia, vt omnes accuſemus, quota pars queritur?
Secum

Secum quiſque reputet quæ tulerit, quid admiſerit. Plane immanis belua eſt, & non tantum neceſſitatis cauſſa per nefas paſtus, qui quod comederit hominem nō iraſcitur. Succurrito dolor & ſeri vomitus, & vltrix pœnitentia. Ades longi ieiunii imperioſa neceſſitas, & vos intus implicitæ, ſi quid poteſtis, admouete animæ, & à ferali ventre prorumpite, dum commiſſum nefas deuoto capite expiamus, & quaſi luſtrata vrbe, feralem victimam violatis manibus mittimus. Decent nos tales hoſtiæ. In iudicium perduxi publicum ſcelus, & infamatæ ciuitati quæro velamentum. Nemo non commiſit aliquid, habetis tamen, ſi vultis, vnum, & pro omnibus nocentem: reipublicæ læſæ accuſo. Mirari vos certum habeo hanc verbi ſegnitiem, cum ciuitas tota conſumpta ſit, cum populus in ſe tabuerit, quo perſtricta tantummodo patria, & leuiter (quod aiunt) manu offenſa intelligi poſſit. Sed ferenda eſt, vt in cæteris, hæc quoque rerum naturæ iniuria, quod non tam immanibus factis paria verba accommodauit: & fames noſtra, fames dicitur: & cibi noſtri, cibi vocantur, & reſpublica nunc læſa. Nec ſcilicet niſi peracto legitimo ordine reus punietur. Omnia rogo ſcrupuloſe agantur. Videte vt iure iraſcamur, qui contra ius viximus. Imo etiam, ſi libet, defenſionem audiamus, & iam nunc nos moretur. Neget læſam rempublicam: quia plus quam læſa eſt. Non enim diſcuſſos alicuius operis angulos, nec receſſas lucorum frondes, nec publicarum ædium diſperſos parietes obiicimus. Ac ſi videbitur, adiiciet forſitan non eſſe rempublicam quæ perierit. Id enim ſupereſt, vt iā hoc nomen extinctum audiamus. Procedet eouſque fortaſſe, vt eſuriſſe non neges. Non infictor autem parū proprie hoc legis verbo nefas iſtius ſignari nō poſſe. Maiores n. ne lædi quidem rempublicam impune voluerunt, ideoque exiſtimo etiam hoc eſſe comprehenſum. Nemo autem verebatur ne abſolui poſſet crimen lege maius. Quid quod actionem reipublicæ læſæ tentat in legem malæ geſtæ legationis deflectere? Eligit reus crimen, hoc eſt, noxius crucem optat. Non ſuſtineo, iudices, in tanto animi motu argumenta cōquirere, nec impetus iræ meæ in digitos deſcēdit: hoc tamē ſcio, non cadit in formulam publicus dolor. Nec ſi adeo iudicib. quid paſſi ſunt exciderit, vt has ferant cauillationes non diluentes crimen, ſed differentes, populus quoque impunitum nefas ſine lapidibus præteribit. Non præſcribes. Te accuſare malæ geſtæ legationis poſſum. Age porro, ſi occiſos obiecero

ro homines, non tu es cauſſa mortium? Si violata ſepulcra, non propter te rogos fraudauimus? Sed legatus fuiſti, quod tamen ipſum quid eſt aliud quam rempublicam tractare? Rem autem qui male agit, vt arbitror, lædit. An exiſtimas hanc legatis dari peccandi licentiam, vt quæcunq; ſcelera in eo officio commiſerunt, cum his omnibus hac vna lege decidat? O nimium inuidendam huius legationis conditionem, ſi tibi & famem remiſit, & legem Sed errauerim ſane & quia nullum in foro noſtro iudicium fuit, deſuetudine ipſa iura exciderint, quomodo legem meam effugis? Nam niſi malis ſtupeo, duo ſunt omnino quæ in eiuſmodi crimine quæri ſoleant, An læſa ſit reſp. an ab eo, qui arguitur, læſa. In quibus ſiquid tibi fiduciæ fuiſſet, non à criminibus crimina appellares, nec ad alteram pœnam transfugeres ſed re ab hac quæ intenditur, tueretis D. co læſam eſſe rempub. Oratione hic opus eſt, aut reliquiorum more accuſatorum hoc nunc mihi quærendum, quomodo res verbis aggrauetur. Adeo infirmata eſt calamitatum memoria, quæ ſi poſſet excidere, non tamen narranda nobis, ſed oſtendenda erat ruina publica. Agedum, ſi videtur, extra portas proſpicite ſquallida arua, & ſpinis obſitas ſegetes, & ſemeſos arborum truncos. Viduis cultore agris, errant à fame noſtra innocentes feræ, inanes villæ ſunt, & deſerta horrea in ruinam procumbunt. Nullus inaeſis aratro glebis campus nitet, nullum ſolum opere renouatur. Iam & in ſequentem annum famem timeo. Redite in domos veſtras, videbitis noxios focos, & ignes tabo cadauerũ extinctos, & tecta mortibus grauia. Cum maxime inferimus in tumulos oſſa inſepulta, ducimus opertas exequias, & ad ſepulturam reſidua conferuntur, & tandem cadauera igni permittimus. Vbi vero vniuerſas familias fames extinxit (quæ pars maxima eſt) inanes domus ſitum ducunt, iacent relictæ ſine hærede ſarcinæ. Inuenitur interim clauſa domo conditus domin⁹, ſi cuius mors famem euaſit, quem rimantes non inuenere proximi, qui inter ſuos vltimus deceſſit. Quo vos mitto? Ipſam intuemini concionem, vnius deficientis ſpeciem tota ciuitas habet, cauũ maciε caput, & conditos penitus oculos, & laxam curem, nudos labris trementibus dentes, rigentem vultum, & deſtitutas genas, & inanes ſaucium ſinus. Prona eſt ceruix, tergum oſſibus inæquale, infernis imaginibus ſimiles, fœda etiam cadauera. Aut ſi quis talis non eſt, confiteatur ſe vſque ad ſaturitatem comediſſe. Sua quiſque conſulat miſera præcordia,

ſuum ventrem conſcientia grauem. Dic nunc legate, innocens ſum, quod ad illam diem veni. At ego propter te nocens ſum, quod ad illum diem vixi. Quæ comparata nobis mala, non delicatas lacrymas habent? An quem populum hoſtilis exercitus intra portas cogit, ſolet venire vltima obſeſſis inopia, ſed euerti certe licet. Victor captiuum aut occidet, aut paſcet. Tormenta quidam piratarum tulerunt felices, quibus contigit innocentia. Mors certe finis eſt, nec ſæuitia vltra fata procedit. Aut etiam ſi quis adeo hominem exuit, vt ibi pœnam quærat, vbi ſenſus doloris non inueniat, nempe tamen cadauera feris obiiciet. Circundati ſunt quidam flammis, ipſa tamen pœna habuit ſepulturam. Nos incendii cinerem perdidimus, noſtra etiam ruina tabuit. Noſtra mala non latent, non ignis defunctos cremauit, non feræ lacerauerunt, non aues attigerunt, & tamen cadauera mortibus annumerare poſſumus. Citra ſpem conualeſcendi afflicti ſumus, imo etiam citra votum. Grauior in dies facti pœnitentia eſt, pudet vitæ, lucem ac ſidera intueri non audeo, cotidie felices mortuos clamo, & malæ conſcientiæ facibus agitatus, nihil fortunatius in æterna ſede vtcunque compoſitis puto, adeo mors placet. iam etiam cibis noſtris inuideo. præterita differo, ipſa ex nimia cupiditate nocet abundantia, deſideratos diu cibos auide haurimus, & laſſam famem ſaturitate ſtrangulamus. Morimur adhuc etiam frumento tuo. Atqui cæteræ reipublicæ partes, quæ ſunt ad vſum populi comparatæ, & leuiore cum damni ſenſu pereunt, & facile remedium accipiunt, cum reparari poſſit amiſſum. Opera reſtituã, ærarium replebo, naues, arma reficiam: hic vulnus altiſſime penetrat, hic ipſa vitalia feriuntur, vbi populus ruit, vbi continuis funeribus, omnis ſexus atque ætas ſemel ſternitur. Exhauſta eſt ciuitas, & deſolatæ domus. triſte florentis quondã fortunæ indicium, laxi muri. Quam multi in ciuitate noſtra perierint quæritis? Minima quidem portio ſupereſt, ſed etiam ex hoc intelligi poteſt, eſurienti populo ſatis fuerunt. Plurimum tamen intereſt quomodo perierint. Felix peſtilentia, felix prælioum ſtrages, denique omnis mors facilis, fames aſpera, vitalia haurit, præcordia carpit, animi tormentum corporis tabes, magiſtra peccandi duriſſima neceſſitatum, deformiſſima malorum. Hæc ad humile opus nobiles manus mittit, hæc alienis pedibus mendicantes proſternit, hæc ſæpe ſociorum fidem fregit, hæc venena populus publice dedit, hæc in

in parricidium pios egit. Adhuc tamen vnum videbatur remedium non expectare mortis diem, & tabeſcentem cotidie ſpiritum ſuperuenientibus malis ſubducere: nam in fame nemo quidem mortis immunis eſt. At non tua culpa fames cœpit, ſed vulneratum iugulaſti, titubantem ſtrauiſti, fumantem incendiſti. Neque quid inique faciam, diuiſa ſunt mala. Primam famem fortunæ imputo, vltimam tibi. Moram tuam itineribus ſepato. Denique ex eo inopiam tibi obiicio, ex quo propter te tuli. Itaque caritas annonæ, rarum frumentum, cædes ac direptio pecorum, fuerint fortunæ, fuerint anni, fuerint temporum. Aliam conditionem habent ciuium mortes, & cadauerum dira laceratio, & peiores inopia cibi. Hæc fames iam tua eſt. Puta me in præſenti nihil adiicere niſi hoc vnum, tardius quam potueras veniſti. Nondum tibi obiicio duplicata tempora, nec remenſum toties mare, nec graues ancoras: nondum tantam moram, quanta legationi ſatis eſſet. Si innocentes eſſemus, populum ſeptem diebus perdidiſſes. Anguſtos humani ſpiritus terminos fames fecet morimur, deficimus. feſtina miſericors, omnes excipe auras: etiam ſi tota ſecundis flatibus tetenderint vela venti, tamen remis adiuua. Salutem publicam vehis, ſpiritum populi tui reportas, omnium noſtrum in iſta claſſe nauigant animæ. Iuramus per tuum redirum, effuſi per gradus templorum vota ſuſcipimus, tendimus manus: nam quas feriamus hoſtias, non habemus. Quid ſpem publicam ad ancoras alligas; non ſtat interim dies, & plenis velis mors venit. Feſtina, merita tua non conditores æquauerint, non ipſi dii plus præſtiterint. Tibi nos, tibi liberos noſtros, tibi quicquid homini iucundum eſt, tibi debemus quicquid vicinæ ciuitati præſtitiſti. Non dico illa quæ poteram, puta cærulæus imbet in naues ruit, claſſis inter fluctus latet, nec inter canentes colliſarum aquarum ſpumas vela dignoſcimus, egerit ex fundo arenas mare, micant ignes, intonat cœlum, ſciſſis rudentibus tempeſtas ſibilat, deniq; ſydus hybernum conditur: tu tamen perſeuera: frumentum vehis: nihil horum neceſſe eſt felicitet nauiganti, feſtina. Quererer, ſi naues commeatu tardaſſes, dum velocitatis ratio haberetur: mallem accipere dimidium. Non delicati ſumus, non luxuriæ quæritur abundantia, ſed vnde ſpiritum ſuſtineamus, vnde mortem differamus in præſentia quantulumcunque. Si plus opus fuerit redibis. Siccæ fauces ſunt, æger anhelitus os tendit, Iam fruſtra in ſinu parentum liberi plorant, &

non-

nondum editi conceptus intra vterum famem ſentiunt. Iam nemo diues eſt. Auras captamus, & rore veſcimur & iam ſperare tormentum eſt, cotidie vires deficiunt. Iam non imus in littus, ſed ſedimus. In editis ſcopulis ſedet, populus dum naues expectat, in paſcua non redit. Aquas ingredimur, & vnus ad te ſpectantium tictus eſt, & cum defecerunt omnia exspirant. Te te expectantes intentis oculis morimur, in mare mortui cadunt. Quoties ſole percuſſa nubes refulſit, nauem putamus: quoties afflatus vento fluctus incanuit, vela interpretamur. O mobiles miſerorum ſpes, ad vnaquæque ſolatia, ab vnoquoq; quomodo nutant? Hæc certe nauis eſt, ecce vela panduntur, propius appellitur, & accedēdo creſcit, noſtra eſt, ſuos in vtranque partem ventos habuit. noſtris votis gubernati flatus ſunt. Hæc dicimus, at illa interim tranſuolat. Fletus inde & deſperatio, & lucis odium. Nihil enim grauius quā deſtitutæ ſpes torquent. Ne interrogare quidem licuit, aut quærere. nemo applicabat. Ergo incerti omnium rerum pependimus, nihil quiſquam cognouit. Saltem ſi ſcire licuiſſet vbi frumentum vendidiſſes, ipſi petiſſemus. Iam quomodo ad ſingula momenta temporum mutabantur animi? Bene eſt, ſerenus ſol occidit, purus ſe dies tollit, ad nos venti ferunt, iam veniet. Pendet interim fames, & illud quod iamdiu cogitat differt ita tamen, vt ſubinde computet quot dies ad mortem ſuperſint: nam quid profecit. Meminiſtis, cum contrarii venti flare cœpiſſent, & in altum fluctus à terra volarent quanta comploratio, quanti planctus fuerint, retinebitur, ſtabit, laborabit. At, ſi diis placet, legatus noſter tum maxime bene nauigabat. Nos in hac fortuna, in tam graui caſu in eiuſmodi cogitationibus ſumus, tu ſinus maris circuis, & per omneis curuatorum littorum ambitus terram legis. Sic fit vt te iuuet diu nauigare. Nullus amœnus præterimittitur portus, nulla celebris ciuitas inuſitatà tranſitur. Mentior, etiam ad eſurientes applicas. Dein ſi quam timoris iniuriāquæreris, non feram te morantem, quomodo ſatis accuſabo vendentem? Spiritus noſtros tranſcribis, ſalutem noſtram exponis. Quæ diu inæſtimabilis fuit, innocentiam publicam vendis. Frumentum non naufragio perdidimus, non latrocinio lucro perimus. Tempeſtas quoq; aliquam nauem in medium litus impingeret, & ex claſſe numeroſa omnes fluctus exhauſiſſet. Periit frumentum, quia claſſis venit in portum. Ita nos

alienæ ciuitati legatum miſimus, & vilia ac deuota capita vicinorum deliciis morimur. Nobis nihil iam reſidui ſpiritus ſupereſt, nos in conſpectu mortis ſtamus, nos legatum frumentumque noſtrum ore aperto expectamus, claſſis noſtra vecturam facit, & vicinarum ciuitatem copias reconducit. Pene à conſpectu noſtro vela conuerſa ſunt, quantulo minus quam congeſti frumenti puluerem vidimus tantum iam temporis tranſiuit ex quo pecuniam contulimus, legatum creauimus Iam dinumeratis temporibus quæ ſecundi venti breuiora fecerunt, cotidie ſpero, & ſane prope eſt. At legatus meus ad emendum modo proficiſcitur. Tibi ergo tot ciuium mortes imputo, tibi ſtragem populi, tibi liberorum parentumque miſerrimas pœnas, tibi quicquid paſſi ſumus, tibi quod grauius eſt quicquid fecimus. Et ſcilicet ſperas vt tantam ſceleris inuidiā ab animis noſtris duplæ pecuniæ ſtrepitus auertat. Neſcis, quam multa vendideris. Duplo vendidi. Itane infelicitas mea negocianti tibi lenocinata eſt? Quod fame perire ciues meos patior, quod vt veſtram ciuitatem ſeruem, meam euerto: quod ad tam vicinis littoribus claſſem torqueo, quod ad diem redire non poſſum, quod precium conſtituitis, quod occultum datis duplū, patrocinio meo quantulum lucror? At nos inepti ac veſani de fame querebamur, grauis nobis inopia, intolerabilis & miſera accerſita mors videbatur. Non agimus gratias induſtriæ legati? Reſp. noſtra locupletior petit. Sacroſanctus mercator opportunum opinor, inuenit mercis exactum. Miror hercle, ſi tā bene negotium geſſeris, quomodo nobis pecuniam non retuleris. Duplo vendidi. Cepiſti vicinam ciuitatem circumſcripſiſti, itaque queritur. Duplo vendidi. Hoc enim ſuum ſupererat, vt defectum tantidem venderes. Habita eſt itineris ratio, habita vſurarum. Ego vero malo quod tam magno vendidiſti. Apparet enim te nihil coactum. Sed ſi ſemel ponis haſtam ſalutis, ſi redemptores vitæ admittis, & nos admone: melius vendes. Nos quicquid in domibus habemus, quicquid in templis, quicquid ciuitas ſuū vocat, congetere parati ſumus. Frumentum pecuniā remetiamur, libertatem noſtrā addicimus, fines publicos tradimus: omnia licet eadem vicina ciuitas polliceatur, plus non poteſt. Profit mihi quod apud negociatores ſoleo, in antecesſus dedi. Triplum, quadruplum, quantum popoſceris accipe, illa pecunia frumentum licet vicinis afferas. Si nobis nihil de commeatu noſtro partiris nos vicinæ ciuitati vendemus. Liceat ſer-

ſeruire vbi frumentum eſt. Non exigua res eſt pro vita, pro ſepultura, pro innocentia licemur. Non poteſt hic commeatus tam care emi, quam expectari. Sed niſi vendidiſſem, inquit, fame laboranti ciuitati, timui ne raperet. Et ita vtrique occupare voluiſti, vt nobis iniuriam tu potiſſimum faceres. Multum mehercle vos fallit opinio iudices, ſi vllam cauſſam ita euidentem deferri poſſe in forum putatis, cui nulla ne mendacii quidem velamenta contingant. Opinione ſua defenditur: & quæ res minime coargui poteſt, vtitur ſe teſte. Ne nos periremus non timuiſti: ne reperiri commeatus poſt diem noſtræ mortis applicarentur, non timuiſti. Noſtris certe malis quanquam nihil poterat accidere inopinatum, tamen inter metus tempeſtatum, & ancipites incerti maris caſus, cõfiteor, ne frumentum ſalua claſſe perderemus, non timuimus. Non dico vt maxima vis parata ſit, vt more immanis latrocinii turba raptorum littus premat, vel repugna, vel fuge, vel roga, cenſurum naues depreſſurumque minitare potius, quam totum frumentum vtrique populo pereat. Partire vel gratis, dum nobis aliquid quo reſpiremes afferas. Illud quo certe nihil aſperius accideret, rapi patere. Faciat fortuna quod voluerit, legatus à præcepto non recedat. Refer nobis ſaltem iniuriam noſtram, mitte nuncios: ita famem differemus, rapiemus furentes arma, & ſe in obſidionem ciuitatis inimicæ ſine delectu populus effundet. vaſtabo interim fines, hoc eſt per aliena prata paſcar. Si qua in villis deprehendero pecora, diripiam, bellum me alet. Citius ad frumentum perueniemus, quam tu cum frumento redibis, adiuuabunt pugnantem iuſta ſacramenta. Si contigerit æquum fortunæ iudicium, non meos tantum commeatus recipiam. Si minus, certe dabitur bene mori. Liceat & manum conſerere, in acie confligere. condant ſe poſtea licet muris, longius obſidio eat, interim certe hoſtium potius cadaueribus viuemus. Sed nulla vis fuit, nulla exterior iniuria, tuum certe commeatum nemo rapuit. iure miſeri ſumus, ex ſtipulatu legati noſtri perimus. Vendidit quantum voluit, quanti voluit: & vt hoc ad noſtras accederet moras, fortaſſe diu concionatus eſt. Omnis cum fide perſoluta pecunia eſt. Hoc qui colligo? Qui quanti vult vendit, iudices, poteſt non vendere. Nam per fidem, ſi rapere alienum frumentum & poſſunt, & volunt, quid ita duplam pecuniam ſoluũt? Nam quomodo in magna inopia quicquid emi poteſt, vile eſt: ita cum poſſis

habere gratuitum, duplo carum eſt. Sed mihi credite, color iſte patrocinii eſt, & diu in ſaturo ocio cogitata defenſio. Non poteſt ſimilis vſquam fames feciſſe. Nos graue huius anni ſidus afflauit, noſtrum hoc fatum fuit, quos non tantum fata, ſed etiam empta fallunt: qui noſtra pecunia, noſtra claſſe, noſtro legato, noſtro vento, feliciſſimo curſu, commeatum tamen perdidimus. Nos à frumento longius ſumus; ad illam ciuitatem potuit frequenter accedere negociator, ſæpius applicari onuſta claſſis. itaque non miſere legatos, nullus illis commeatus longius petendus fuit. quod feliciſſima annona, affluentibus copiis, fortunatis opibus contingit, nihil emerunt niſi deuectum. Quare nulla cauſſa iſtius quem fingis metus fuit, nulla vtique vis. Forum legiſti, & quia adhuc ſupererat tempus, obiter negotiatus es. Rapturos putaui. Quid dicis ſcelerate? Et cum hoc timeres, applicabas? Onuſtus viator apud latrones hoſpitatis? Commeatum publicum in annonæ ſcopulos impingis? & plenæ frumento claſſis antoras ad famem ducis? Non præcides medium mare? non velut inhoſpitales Syrtes, aut voracem Charibdim præteruecheris? non tota in fugam vela torquebis? Nuſquam eſt periculoſius legationis tuæ naufragium. Tu vt rogari poſſes, tu vt auferri frumentum poſſet, effeciſti. Tantum habituri ſumus, quantum reliquerit pudor eſurientium. Quid te duplo frumentum iactas vendidiſſe? Potuei unt nihil ſoluere. Quod refers, alienum beneficium eſt. Alterum confingitur hoc loco mendacium. Tempeſtate, inquit, appulſus ſum. Ita plane infelix nauigator es, & cuius votis auræ non reſpondeant? Neſcimus te duplo melius nauigaſſe, quam ſperaueramus? Neſcimus ſingulis commeatibus bina itinera confecta? Neſcimus in vna legatione ventos quater ſecundos? Sat erat verbo negare, quod verbo ponitur. Remoue hanc ſpem eludendæ mendacio ciuitatis. Quo damno probas tempeſtatem? Quid amiſiſti? Frumentum certè totum venit in portum, nec laboraſti, quanquã nimium onuſtas naues ſimulaueris, duplum afferre poterant. Non vexata armamenta, turbatoſque funes, aut ſciſſos velorum ſinus quereris: claſſis ſtatim exiit, & quod magnum integræ ſignum eſt, cito rediit. Porro tempeſtas in vnum agebat angulum, nihil potuerunt obliquata vela deflectere. Non potes vltra procedere, citra applica. Effuge raptores, effuge non dimiſſuros. Si aliud fieri non poteſt, tum tẽpeſtate decide, naufragio in deſertum littus impinge.

pinge. Quid euitata procella prodeſt? quid ſubducta nubibus Iouis claſſis? in portu naufragium fecimus, & frumentum ad ancora perdidimus. Ego vero, inquit, attuli, & quidem duplum. O nos felices, rumpamus ſaturitate præcordia paſcamur in præteritum, & famem cruditate penſemus. Frumentum attuliſti. Quid quod medicina mortuorum ſera eſt? Quid quod nemo aquas infundet in cinerem? Quid quod extincto populo etiam nouendialis tarde venit? Quid quod iam ego frumentum non deſidero? Naufrago tabulam abſtuliſti, mortuo applicas nauem. Duplum eſt, infunde in ſepulcra, & admetire tumulis ibi ſunt qui mandauerunt. Quid aliud effeciſti afferendo frumentum, quam vt nos quod adhuc fecimus pœniteret? Nunc me magis pudet, nunc cibos meos obiurgo, potui heri non comediſſe. O nefas, in quo me ſcelere commeatus deprehendit? Siccine paria fecimus? Adhuc nihil habuimus, ſed nunc licet reponamus. Quis autem vnquam penſabit neceſſaria ſuperuacuis? Duplum attuliſti, ſed illis qui perierunt, nihil. Sed non poſſumus iam non feciſſe quod fecimus? plerunque ſera pro nullis ſunt. Sed & temporum iſta momentis aut precioſa fiunt aut vilia. Vis ſcire quantum inter hoc tempus & illud interſit? Tenta igitur forum tuum, totum hoc non potes dimidio vendere. Supereſt adhuc vnum patrocinium, in quo ſpes omnis profligatæ cauſſæ conſiſtat. Ad diem veni. State hic certe iudices, nam ferri non poteſt, exundat altius dolor. Pudorem publicum quamuis proiectum, & iam olim ſepultum, hucuſque protrahis? Cur non expectauimus? Cur famem non ad conſtitutum diem tulimus? Cur ad tantum nefas acceſſimus? In hac lance publica cauſſa, iudices, pendet, aut iſte tarde fecit, aut nos cito. Hoc videlicet expectaſti, & ne captioſum eſſet officio tuo maturius rediiſſe, ex induſtria tempus triuiſti. Non tempeſtas in cauſſa fuit, non vis vlla vicinæ ciuitatis. Vna ratione moratus es, nondum erat tempus. Adeone nobis miſeriæ publicæ exciderunt? Adeo inſperato frumento obſtupuimus, vt hæc audienda ſint? Vltimum omnis memoriæ reum vna vox innocentem facit? Populatorē euerſoremque ciuitatis niſi ad ſupremum damnabo, abſoluatur. Publicus reus rediit. Illum reſpondet, diem dedimus. Tu tamen ſi interpellatus tempeſtatibus ſerius veniſſes, excuſares mare: & ambiguos flatus, & tibi bonam cauſſam habere videreris, cum diceres, ante non potui. Et nos hęc cogitauimus, his caſibus ampliauimus tempus. Nos illum tibi diem dedimus,

mus ſed quia illud citius emiſti quam ſperauimus, ſupra votum noſtrum nauigaſti, ad proximum litus mature claſſis applicata eſt. Ego tibi poſſum ſatis iraſci? Felicitatem noſtram perdidiſti. Ergo quantum in te tempus conſumptum eſt, dies exceſſit, peius pati nihil poſſumus, ſed peſſima diu patimur. Imputa nobis propitios ventos, & ſecundum mare, & ciuitatis opulentæ liberalitatem, quæ tantum frumenti vendidit, quantum duobus populis eſſet. Quantumlibet velocitate tua glorieris, computa ſi placet, quando primum conſerminos portus onuſta claſſe comprehenderis, quam tarde à vicina ciuitate veniſti. At etiam, ſi diis placet, animo defenditur, & quam cauſſam vexandæ ciuitatis habuerit, quæritur. Iſtud ego interrogare debueram, non vbique, iudices, morandum eſt: alioqui ſi quid requirere vellem, multa occurriſſent. Solent hi negotiatores præter hæc aperta pretia, priuatum aliquid ac proprium ſtipulari, vtique cum alienam rem vendunt. Poteſt fieri vt primo lucrari voluerit pretium, ſecutus deinde ſubuenerit reddendæ rationis dicendæque cauſſæ cogitatio. Væniit fortaſſe frumentum lucro, redemptum eſt patrocinio. Poteſt fieri vt aliquam gratiam ſperauerit a ciuitate ſeruata: occulta quædam in ciuitate ſua odia, quæ plerunque ex inanibus cauſis oboriuntur, habuerit. Multa ſuccurrunt, ſed ſi qua eſt, iudices dicenti fides, ego nihil inuidioſius reputo, quam quod ciuitatem ſuam ſine cauſa perdidit. Quæcunque ratio, quodcunque propoſitum fuit, audi quæ paſſi ſumus, poſtquam redire potuiſti. Tranſeo tormenta noſtræ inopiæ, maciem corporis, vulſos terra deſtructoſque armis cibos, quod aris altaria non impoſuimus, quod populos corporibus ſuis vias ſtrauit, quod mendicus quem rogaret non habuit. Non obiiciam tibi famem. O triſtis recordatio, ô tormentis omnibus conſcientia grauior? rumpe ferreum pectus, & ardentia ſcelera viuenteſque intus epulas excute. Luctantur intra viſcera animæ & vterum funeribus grauidum mortes agunt. Credibiles fabulas fecimus, felices miſerias, ſcelera innocentia. Omnes quaſcunq; clades fama vulgauit, ſolatia hinc petant: hic audient occiſos ſine ſanguine, ſepultos ſine ignibus cibos. Si quis mentitus eſt Cyclopas, Leſtrygonas, Sphingas, auri inguinibus virginis latratum Siciliæ littus, & quæcunque miſer didici domi, comites quæro, hinc argumentum, hinc fidem accipiant. Quædam plane falſa ſunt: Sol in ortu ſuo non occidit, nec ad humanorum viſcerum epulas diem vertit. Vdit

nos

nos vulneribus paſtos,& ad euiſcerata corpora illuxit. Publice monſtra commiſſa ſunt, & inexpiabile nefas vno ore ciuitas fecit. Pœnis noſtris iam ne fames quidem ſatis eſt. Hoc non omnes feræ faciunt, & quamuis ſenſu careant muta animalia, pleraque tamen innocentibus cibis veſcuntur, vti quæque conſueuerunt. Inter homines etiam ſi qua alienis mébris imprimunt dentem, mutuo tamen laniatu abſtinent: nec eſt vlla ſuper terras adeo rabioſa belua, cui non imago ſua ſancta ſit. Nos quibus diuina prouidentia mitiores cibos conceſſit, quibus ſociare populos, mutuo gaudere comitatu, ſidera oculis animiſque cernere datum eſt: viſa non ante nos fecimus, nigros fame dentes pallidis cadaueribus impreſſimus, & inter horrorem ac famem teſtrictis labris morſus abrupimus. Cadauera rogis ſeuoluta ſunt, & ad funera tanquam ad naues concurrimus. Deficit aliquis extremo iam ſpiritu pendens, tamen durat, quia prius moriturum alterum putat, inuicem expectant: & ſi ſpei ſignatione tardius cadit, morſibus pugnat. Nam in omnibus mortes expectantur pater liberos eſurit, & oppreſſa decimo menſe mater ſibi parit, redit in vterum laceratus infans. Cludunt domos ne quis fumus eripiat. Solæ ſunt diuitiæ mortium, velut infauſtæ aues ſupra exſpirantes ſtamus. Secreta miſeri petunt in ſolitudine fugiũt: & vbi nulla ſpes vitæ ſupereſt, mortes ſuas abſcondunt: iam morituri ad feras confugiunt. Deh ſcelera, & hanc noxiam ciui at mi(ſi hoc ſalt m fas eſt) hauſtu aliquo ad inferos condi. Cœleſtes auras contaminato ſpiritu polluimus, & ſideribus ac diei graues, & inuidiam ſeculo facimus. Nullas iam ſpero fruges, propitios deos non mereor. Quomodo me à ſcelere meo duelle em? in quas vltimas terras, quæ inhoſpitalia maria conderem? Meum ſane conſcientia vrunt animum intus ſcelerum faces: & quoties facta reputaui, flagella mentis ſonant, vltrices video furias, & in quamcunq; me partem conuerti, occurrunt vmbræ meorum. Habitant neſcio quæ in pectore meo pœnæ: & ne morte ſaltem hos metus effugiam, occupant grauia apud inferos ſupplicia, volucris rota, & fugacibus cibis eluſus ſenex. Adeone apud inferos quidẽ vlla pœna eſt fame maior? & ille hæc patitur, qui hominem appoſuit epulandum. Nobis imminet ſaxum, nobis ſtridunt ferreæ turres, noſtris cauſſis vrna iam ſtetit, nobis viuax ipſum creſcit iecur, quia illic quoque viſcera tantum aues laniant. Excipiunt nos in proximo littore inhumatæ noſtrorum animæ;

Miſerum me, verane hæc ſunt, an meus aſpicit? Laceros video manes, & truncas partibus ſuis vmbras, Quid hoc eſt? Non de ſepulcris inſurgunt, non aliquo terrarum hiatu procedunt vmbræ noſtrorum: de populo exeunt. Illuc ite, illi tædas intendite, illum anguibus petite, & tam longæ moræ exigite rationem. Vobis dicat, Duplum attuli. Vobis dicat, Ad diem veni. Ego ſi huius pœnam videro, poſſum reddere rationem, quod vixi.

APES PAVPERIS.

DECLAM. XIII.

ARGVMENTVM.

Damni per iniuriam dati ſit actio. Pauper & diues in agro vicini erant iunctis hortulis. Habebat diues in horto flores, pauper apes. Queſtus eſt diues flores ſuos decerpi ab apibus pauperis. Denunciauit vt transferret. Illo non transferente, flores ſuos veneno ſparſit. Apes pauperis omnes perierunt. Reus eſt diues damni iniuria dati.

Pro paupere contra diuitem.

CRedo ego, iudices, pleroſq; mirari, quod homo tenuis, etiam antequam quod habebam, perdidi, pauper auſus ſim iudicio laceſſere diuitem vtique vicinum, cumque notæ impotentiæ, expertæ crudelitatis, in tantis fortunæ virib. perniciosum inimicũ, etiam ſi venena non habeat. Neq; ipſe hoc periculũ ignoro, expertus non leui documẽto, quanti ſteterit mihi quod ſemel imperata non feci. Sed neque illud, iudices, damnum tolerabile eſt pauperi, cum tam paruis etiam diuites moueantur. Et mihi quanquam prope nihil iam relictum eſt quod perderem, ſi tamen iſta impune ſuſtinenda ſint, ſolatium erit iram potius quam contemptum pati. Nec ſane vitæ cauſa iam ſupereſt, ſi ad cæteras humilitatis noſtræ contumelias hoc quoque accedat, vt ſi habemus aliquid, migrandum ſit: ſi perdidimus, tacendum. Vnum oro, ne cui minor dignitate veſtra videatur cauſſa litis meæ. Ante omnia enim non debetis expectare vbi pauper magna perdiderim.

diderim, ſed quantulum eſt quod abſtulerit mihi diues, minus eſt quod reliquit. Et tamen quis indignatur apes formula vindicari, cum venenis etiam floſculi vindicentur? Quod tamen iudices (quanquam euerſus, & ab omni ſpe tuendæ paupertatis exclutus) æquiore animo, tolerarem ſi cuiuis culpæ, etiam ſi iniuſtam pœnam, meritam tamen iram tuliſſem. Sed circunſpicienti omnia nihil mihi obiici poteſt à diuite, niſi q̃ vicinus ſum. Eſt mihi paternus, iudices, agellus, ſane anguſtus & pauper, non vitibus conſitus, non frumentis ferax, non paſcuis lætus, ieiunæ modo glebæ, atque humiles thymi & non late pateti caſæ circuniecta poſſeſſio. Verum mihi vel hoc fuit gratiſſima, quod non fuit digna quam diues concupiſceret. In hoc ego vitæ meæ ſecreto remotus à tumultu ciuitatis, ignobile æuum agere procul ab ambitu, & omni maioris fortunæ cupiditate conſtitui: & dum moleſta lege naturæ tranſiret ætas, vitam fallere. Hoc mihi paruulum terræ & humilis tugurii ruſticum culmen æquitas animi regna fecerat, ſatiſque diuitiarum erat, nihil amplius velle. Quid profeſt? Sic quoque me latentem inuenit inuidia. Nec ab initio iudices, vicinus diuitis fui, pares circa me habitauere domini, & frequentibus villis concors vicinia paruos limites coluit. Quod ciues paſcebat, nunc diuitis vnius hortus eſt. Poſtquam proximos quoſq; reuellendo terminos ager locupletis latius inundauit: æquatæ ſolo villæ, & exciſa patria ſacra, & cum coniugib. paruiſq; libris reſpectantes patrium larem migrauerunt veteres coloni: & latæ ſolitudinis indiſcreta vnitas facta eſt, poſtquam ad apes meas diuitis fundus acceſſit. Nanque ego iudices, dum fortius opus permiſit ætas, terram manibus ſubegi, & difficultatem labore perdomui, & inuito ſolo nonnihil tamen fœcunditatis expreſſi. Cito labitur dies, & procliuis in pronum fertur ætas: abiere vires, ſenſus meus defectaque labore ſenectus, magna pars mortis nihil mihi reliquit niſi diligentiam. Circunſpicienti quod conueniret opus inualidæ ſenectutis curæ, ſuccurrebat ſequi pecora, fœtuque placidi gregis paupertate tueri: ſed ex omni parte circumiectus diuitis ager vix tenuem ad greſſus meos ſemitam dabat. Quid agimus? inquam. Vndique vallo diuitiarum cluſi ſumus. Hinc hortuli locupletis, hinc arua, inde vineta, hinc ſaltus, nullus terræ datur exitus. Quæramus animal quod volet: Nam quid apibus inuenit natura præſtantius? Parcæ, fideles, laborioſæ. O animal ſimile pauperibus.

Et ſane dabat occaſionem mihi opportunitas hortuli mei. Eſt
namque poſitus ad ortus ſolis hyberni, apricus, omnibus ven-
tis medius. Fuſus ex proximo fonte riuus, crepitantibus inter
radiantes calculos aquis, vtrinq; ripa virente præter fluit. Sa-
tis conſiti flores, & viridis quamuis paucarum arborum co-
ma, naſcentibus populis prima ſedes, vnde ego frequenter
conſortium nouæ iuuentutis agmen ramo grauelcente ſuſce-
pi. Nec me tanta capiebat voluptas, quod fluentia ceris mella
conderem quod ad ſuſtinendas paupertatis impenſas defer-
rem in vrbem quod diuites emerent, quam quod aduerſus
omnia laſſæ tædia ætatis habebam ſenex quod agerem. Iu-
uabat aut lenta vimina vernis fœtibus texere, & ne æſtiuus
ardor aut hyberna vis grauidam penetraret aluum, hiantes
rimas tenaci linire fimo, aut feſſis apibus vltro præbere mel-
la, aut fugiens examen ære terrere, aut bella ſedare pulueris
iactu: tum ne quid periculi ſaltem ſingulis eſſet, auidas longe
fugare volucres, & arcere parua dictu animalia: recluſas in-
terim ſcrutari apium domos, ne per vacuas aluos fœda pe-
ſtis inſidioſas texeret plagas. Dederam laboribus meis iuſta
ſenex miſſionem, habebam quæ pro me opus facerent. Quo
non penetras liuor improbe? Quidve ſcabræ malignitati
clauſum? Inuidit pauperi diues. Cum euocaſſet me ſubito
trepidum, totoque fortunæ ſuæ ſtrepitu circumſtetiſſet. Quid
tu, inquit, non potes imperare apibus tuis, intra priuatum vo-
lent? ne hortorum meorum floribus inſideant? ne in meo ro-
rem legant? Remoue, transfer. Impotentiſſime tyranne, quo?
Nunquid tam latum poſſideo agellum, vt illum apes tranſ-
uolare non poſſint? Neque tamen tantum inerat pectori
meo robur, vt non perturbarer denuntiatione notæ impo-
tentiæ. Volui relinquere auitos lares, & conſcios natalium
parietes, & ipſam nutriculam caſam, iamque pauperem fo-
cum, & fumoſa tecta, & conſitas meis manibus arbuſculas
transferre deſtinatus exul decreueram. Volui, iudices, dece-
dere, volui, ſed nullum potui inuenire agellum, in quo non
mihi vicinus diues eſſet. Nec tamen licuit diu quærere. For-
te ſerenus pura luce fulſerat dies, & hilaris matutini ſolis
tepor ad cotidiana opera lætius ſolito agmen effuderat.
Quin ipſe ſpectator operis (præcipua namque hæc mihi vo-
luptas erat) proceſſeram, ſperans fore vt viderem quemad-
modum aliæ libratæ pennis onera conferrent, aliæ depoſita
ſarcina in nouas prorumperent prædas, & quanquam angu-
ſto fe-

ſto feſtinaretur aditu, turba tamen exeuntium non obſtaret intrantibus, aliæ militantibus caſtris pallerent vulgus ignauũ, aliæ longum permenſæ iter fatigatæ anhelitum traherent, hæc ad æſtiuum ſolem porrectas panderet pennas. Miſerum me, ignoſcite modo gemitibus meis. Non floſculos perdidi, nec caduca folia proximo lapſura vento. Apes cum volarent, ſuffugium tenuitatis meæ, ſolatium ſenectutis amiſi. Nunquam me alias pauperem putauit. triſte me excepit expectatque ſilentium, & inanis aluei inchoata tantum opera, & rudes ceræ. Vos, iudices, æſtimate quatenus recipiatis hunc affectum meum. Libenter bibiſſem, ſi inueniſſem, venenum. Hoc mihi damnum non brumæ glacialis penetrabilis rigor, non ſuppreſſi longa ſiti flores induxerunt: ieiunam miſeris famem, non auiditas iniuſta domini nihil mellis reſeruantis, non æqualis feſſas morbus inuaſit: non damnatis ſedibus ſuis alias fuga petiere ſyluas. Apes pauper miſer in opere perdidi. Parauit homo nefarius ante omnia tantum veneni, quod poſſet & diuitis horris ſatis eſſe, & liniuit flores maleficis ſuccis, & in venenum mella conuertit. Sparſit omnibus floribus mortem: & quanto plura interim corrupit, quam quæ apes abſtuliſſent? Illæ ſtudio quotidiani operis excitatæ vt primũ aurora lucem vocauit, in aſſueta miſeræ paſcua volant, vt antequam noctis humorem radii ſolis ebiberent matutinos legerent rores, & cæleſtes aquas ad horreum ferre poſſent, nec ſibi, ſed operi biberent. Hic triſte ſpectaculum, & tantum non ipſi qui fecerat, miſerandum. Illa ad primum feralis ſucci hauſtum inſolito conſternata guſtu fugit, ſed fugiſſe nihil prodeſt. Illa longiores expetitura paſtus, in altum tollitur, vitāq; in aura relinquit. Hæc primo ſtatim floſculo immoritur. Illa rigeſcentibus morte pedibus exanimis, ſicut hæſerat, pendet. Alia defecta niſi volandi, adhuc per terram languide repit. Si quas tamen vſque ad ſedem ſuam diſtulit mors lentior ſicut ægræ, ſolent ſub ipſis pendere portis, in globum nexas, & mutuo amplexas mors ſola diuiſit. Quis figurare poſſit, quis dicere, quam multas mali formas, quam varia lethi genera fecerint tot mortes? ſemel, vt ipſe triſtem finiam expoſitionem, dicendum eſt, omnes perdidi. Celebre illud aluearium, & domino ſuo notius, ad nihilum recidit. Audete nũc laceſſere diuitem, quibus vitæ cauſſa ſupereſt: exerite libertatē fortibus verbis, ſi quid offenderit, &, quod difficillimum fuit, iā expertus eſt venenum. Quod ſi mihi fortuna vel ingenii vires, vel

ſuas dediſſet, crimen iſtud non priuatam taxationem formulę merebatur. Venenum leges habere, emere, noſſe denique vetant, ineuitabilem peſtem occulta fraude graſſantem. Male hæret ibi innocētia, vbi in poteſtate eſt ſecretum ſcelus, vel ut venenum, & quidem præſentaneum, inuentum, compoſitū datum eſt. Quantulum intereſt quis biberit? Homo dedit, & homini dari poteſt. Non adeo deſunt odiorum cauſſæ, vt iam rara ſimultas ſit: & vt videatur aliquis nihil magis quam malos odiſſe, libebit aliquando longius manum porrigere & indulgere animis. Credite mihi, iudices, difficilius eſt venenum inuenire, quam inimicum. Sed me conſcia mediocritatis infirmitas intra meas tantummodo continet querelas. nam damnum id eſt, iudices, grauiſſimū. Pauper vulnus accepi, quod mihi diutius deflendum apud vos, quam probandum eſt. Nā coarguendis quidem criminibus quis labor eſt aduerſus cōfitentem? Habent diuites hoc quoque contra nos contumelioſum, quod non tanti videmur vt negemus. Porro qui confeſſum defendit, nō abſolutionem ſceleris petit, ſed licentiā. Longius iſta quam timui quæſtio peruenit: nō de præterito tantum litigamus. hoc agitur, vt etiam ſi quid forte reparauero, iterū diuiti liceat occidere. In duas n. quantum animaduertere potui, quæſtiones diuidit cauſſam, an damnum ſit, & in iniuria datū. Negat eſſe damnum, quod animal liberum, & volucrē, & vagū & extra imperia poſitum perdiderit. Negat iniuriā datum ꝙ in priuato ſuo, quod ea quæ ſibi nocerēt, extinxerit, poſtremo quod ſparſo tantum per flores veneno, ipſę res vltro ad mortem venerint. Vt nihil eſſet quod his poſſem reſpondere, æquum erat inter vicinos ſic agi? Sed excutiam ſingula, nec prius meis argumentis nitar, quam diuerſa repulero. Quoniam quidem quæritur an damnum ſit perdere, quod lucrum eſt habere. Liberum eſt animal puta: non dico fœtus meis manibus exceptos, & in tutam conditos ſedem & reſeruatis ad ſupplementa generis fauis examen vernaculum, quoniam quidem tyrannorum iura defendis: natos in priuato meo: puta me vel inanis arboris trunco, vel cauis inuentos petris domum fauos retuliſſe: multa nihilominus quæ libera fuerant, tranſeunt in ius occupantium, ſicut venatio, & occupatio. Nam vt cætera animalia hominum, cauſa finxerit prouidētia, quod omnibus naſcitur, induſtriæ præmium eſt. Quid autem non liberum natura genuit? Taceo de ſeruis, quos bellorum iniquitas in prædam victoribus dedit, iiſdem legibus,

eadem fortuna, eadem neceſſitate natos. Ex eodem cœlo ſpiritum trahunt: nec natura vllis, ſed fortuna dominum dedit. Cur infrenatis equis victor inſidet? Cur, iniuſto cotidie iugo boum colla deterimus? Cur in vſum veſtium ſæpe pecori lanæ detrahuntur? (Taceo de ſanguine & epulis per mortem paratis) Si omnia quæ libera generantur, naturæ demus, deſinitis diuites eſſe. Si vero hæc conditio eſt, vt quicquid ex his animalibus in vſum homini ceſſit, proprium ſit habentis: profecto quicquid iure poſſidetur, iniuria aufertur, vt volucres mites, & aliæ quæ per ruſticas villas, quæque diribus cellis ſaginantur, in quibus tamen domini ambigua poſſeſſio eſt, & vaccæ, & argumenta, & omne pecudum genus. Sed illa impoſitus cohibet magiſter. Peiuſne domino in iis ius eſt, quibus cuſtode non opus eſt? Nam ſi hoc dicitis, nihil eſſe noſtrum quod perire poſſit, ex nullius animalis damno hæc edi formula poteſt. Nam & errare pecudes ſolent, & fugere mancipia. Si hoc in cæteris non obſtat, vagari tu nolles apes, in opus exire, & ad cotidianum cenſum laboris aſſidui non detrectare militiam. An non ipſæ domum ſua ſponte reuolant, finemque laboris ſui ſole metiuntur, & omnis intra ſolitas domos turba conditur, noctemque modeſto ſilentio trahunt? Age porro, vt non ſit earum certa poſſeſſio, dum volant: nempe quia cum remearunt, concludi, transferri, donari, venire poſſunt, in poteſtate ſunt. Quomodo autem poteſt ſine damno meo perire quod cotidie meum eſt? At extra imperia poſitum eſt. Mirum hercle, ſi negato commercio ſermonis humani, ſunt in cæterorum animalium forma. Tamen quam dominus dedit, incolunt ſedem laſciuientem luxuria fugam tinnitu compeſcimus. Etiam ſi diuerſis regibus coorta ſeditio ad bellum inflammauit iras, exiguo puluere, vel vnius pœna ducis reſedit omnis tumor. Illa vero admiranda ſedulitas, quod operi totus inſumitur dies, in dominorum reditus ablata ſupplentur. Age, ſi obſequi poſſent, quid amplius imperares? Intelligo his vanis vltra neceſſitatem eſſe reſponſum. Si non ſunt apes meæ, ne id quidem quod his efficitur, meum eſt. Atqui nulla vnquam inueniri potuit impudentia, quæ fructus mellis in dubium vocaret. Hoc ergo fieri poteſt, vt quod naſcitur, meum ſit, quod generat, alienum? Age, ſi mihi aluei furto abeſſent, vtrum nulla daretur actio? An viminis modo vilisque texti precium formula taxaſſem, & perinde agerem quaſi

quaſi inanes perdidiſſem? Niſi fallor, eſſet æſtimatio & apum. An tandem quas ſurripere non liceret liceat occidere? Non eſt damnum quod exutus ſum? quod reditus perdidi? quod annuos fructus præſidia paupertatis amiſi? Non eſt damnum id perdidiſſe, quod (vt proximo vtar argumento) ſi habere voluero emendum eſt? Quid ergo tibi opus eſt maleficis ſuccis, cum liceret palam trucidare, & plenos vel cremare igni, vel aquis immergere alueos? An eſt aliquod animal, quod nõ liceat niſi venenis occidere? Vt damnum ſit, inquit, iure tamen feci, in priuato meo. Per fidem veſtram, iudices, ſuccurrite exemplo. non ſufficit his partibus vnus ruſticus pauper. obuiam publice eundum eſt, & obiiciendæ aduerſus naſcentem licentiam conſenſu manus. Credite mihi, maior lite quæſtio eſt. Hoc vobis hodie iudicandum eſt, vbi ſe ius facere non liceat. Nam cur non hoc idem de homicidio reſpondeat? cur non de latrocinio? Non enim iure iſta, ſed modo differunt. Aperitur ingens funeri via, & obluctantia diu legum velut clauſtris ſcelera libera porta prorumpunt, ſi in priuatum iure non veniunt, & in manifeſtiſſima quaque noxa non de facto quæritur, ſed de loco, non æqua portione cum ſceleratis terras diuiſimus. Vbi enim non iam diuitum priuatum eſt? Parum eſt proximos æquare terminos, & poſſeſſiones ſuas velut quaſdam gentes fluminibus montibuſque diſtinguere. Iam etiam deuios ſaltus, & ſyluas vaſta ſolitudine horridas occupant, totaque intra paucorum vmbram latent, è finibus ſuis populus excluditur, nec vllus procedentis finis eſt, niſi cum & in alterum diuitem inciderit. Adhuc tamen ſpolia tranſeuntium, & abacti pecorum greges ſub hoc titulo defendebantur, iam priuati veneni tranſcriptio eſt. Iterum ac ſæpius, iudices, admoneo, conſiderate, diſcite, aut nihil vſquam contra ius licet, aut in priuato omnia. At enim aduerſus inferentem damnum iuſta vltio fuit. Dicam nunc quam iniqua ſit inuicem iniuriæ compenſatio, quamq; non ſolum legi aduerſa, ſed etiam paci. Barbarorum mos eſt populorum, quos procul omnis iuris humani ſocietate ſummotos proxima belluis natura efferauit. Nos ideo magiſtratus legeſque à maioribus noſtris accepimus, ne ſui quiſque doloris vindex ſit: & aſſiduæ ſcelerum cauſſæ ſe refellant, ſi vltio crimen imitabitur. Damnum accepiſti. Erat lex, forum, iudex: niſi ſi vos iure vindicari pudet. At mehercle iam ad arma mittitur, & inſtituitur pernicioſa nocendi contentio, & in

vicem legis ira ſuccedit. Premetur quidem obnoxia infirmitas, & paucorum dominio ſubiecta plebs triſte ſeruitium perferet. Eſt tamen & pauperibus interim dolor: & vt facilius nobis noceri poteſt, ita vobis latius. Poſtremo placeas licet tibi opum tuarum fiducia diues, ſi mihi viuere expedit, pares ſumus. Quid ergo? Si quid tibi damni attuliſſent apes meæ non mihi auferretur ratio, ſed forſitan aliqua daretur & tibi. Nunc vero quid quereris? Credo depopulatos agros, euerſoſque reditus. Non enim debet leue eſſe damnum, quod diues ferre non poſſit. Decerpebant, inquit, flores meos. Ecquid intelligitis, iudices, quanto dolore dignum ſit quod ego perdidi ſi etiam hoc damnum eſt, flores auferre? Ita plane. Alioqui tu illos in vetuſtatem reſeruabas & durarent adhuc, niſi ad hortum tuum apes veniſſent. Cuius rei inueniri poteſt breuior ætas? Namque dum immaturos exterior alligat cortex, nondum dixeris florem. Paulatim deinde viuidiore ſucco tumeſcit vterus, & albentes accipit rimas, necdum tamen flos eſt. At cum ſe ruptis iã tunicis in patulum capita fuderunt, & velut fiſſa in orbem, iamque eorum videtur maturitas, & ignotus occaſus eſt, & iam ſine veris quoq; ſoluta natura, labitur gratia, nec quiſquam eſt flos niſi nouus. Quare ſi dicerem, abſtulere peritura, & quæ protinus humi iacuiſſent, in vſus hominum conuerſa: inauditus tamen liuor videretur etiam apibus inuidere. Nunc vero diſſerendum mihi eſt, quam momentoſa ſit huius animalis rapina. Neſcimus qua pernicitate plerunque vix contactis floribus reuolet, diſcurratque per ſingulos velox experimento, quam etiam vbi immorabantur, libratis pendeant alis. Quis vnquam quod ferentem apẽ viderat, vbi deeſſet inuenit? Quantulum vero eſt quod ex his manu confitis florib. legant? Prata, ſyluæque vel maturæ fructibus vites, & fragrantes thymo colles (quantum coniectura ſuſpicari poteſt) pabulum miniſtrant. Non ex omnibus floribus carpunt vtilia operi ſuo, ſed in omnibus quærunt. Præſens & quidem protinus illa redditur merces, quod omnibus quibus inſedere, odorem mellis inſpirant, & breui contactu vim ſui relinquunt. Hoc tu damnum intelligis? hoc veneno vindicas, quod me hercle inhumane etiam fumo prohibuiſſes? An non te ſolus vicinus colui? Non frugum mearum primitias omni verẽ miſi? Non ſi quis ceris nouis candidior incidit fauus, tuis reſeruatus eſt menſis, cum paruis mediocritate munuſculis illa ſemper adiiceretur commendatio?

Hoc

Hoc tibi mittunt apes meæ: Puto relata eſt mihi gratia. Admonui, inquit & vt transferres denunciaui. Idcirco contumacem merito puniſti. Non enim video quid aliud patrocinio tuo conferat hæc denuntiatio ſuperuacua, ſi non licuit tibi facere quod queror, iniuſta, ſi licuit: aut ſine iſta, aut ne cum iſta quidem valeat. Pudoris vero quod velamentum eſt, male audere culpam defendi ſuperbia? An tandem tuas pecudes quamuis diffuſa ſtabula non capient, tibi omne armentis mugiet nemus, tu gregibus arua ſulcabis, & ad excolendos agros procedet ignota etiam villicis familia, tuis horreis populi annona pendebit, nec tamen inuidebimus, nec quiſquam tam graue putabit ſibi iſtud fortunæ tuæ pondus. nos ſi paucas apes intra anguſtias pauperis horti compoſuimus, quæ tamen vobis mella faciunt; id prorſus indigne ferendum eſt? & quod nunquam fando cognitum eſt, vicinus diuiti pauper moleſtus eſt? Adeo parum eſt, plurimum poſſidere, vt cum ſeruis quoque veſtris habere peculium liceat, inuidioſum nobis putetis quicquid egeſtatis nomen exceſſerit? Tantone his, in hac, vt putamus, æquiſſima libertate, legimus viuimus, vt nobis habere medelam non liceat; vobis liceat habere venena? Poſtremo quidem diuitis patrocinio non putaui, iudices, reſpondendum, niſi rideri veſtram maieſtatem contumelioſa defenſione non ferrem. Vltro enim, inquit, ad mortem venerunt apes tuæ. Ita plane. Alioqui tu venenum floribus dederas. Impudentiæne, iudices, eius aſſignem, ſi hoc mihi apud vos obtinuerit, an ſtultitiæ. Si ſperauit? Si venenum homini dediſſet, diceret ipſum labiis admouiſſe pocula. Si percuſſorem poſuiſſet in ſaltu, ipſum in inſidias vltro veniſſe clamaret. Si telum obiectaſſet in tenebris, non illatum ſua culpa contenderet. Ego, iudices, quid dico? Duo eſſe ſola quæ omni in crimine ſpectanda ſint, animum, & euentum. Quis animus diuitis fuit, cum venenum ſparſit? Vt apes perirent. Quis euentus? Perierunt. In ſumma, iudices, quis dubitet quin damnum ei ſit imputandum, ſine quo non accidiſſet? Intelligo neque prudentiam veſtram deſiderare plura de cauſſa, neque veſtram fidem ac religionem egere exhortatione vere iudicandi. Quid moror igitur? Tenet me dolor, & aſſuetæ voluptatis deſiderium. Sunt quædam in hac cauſſa, quæ ſarcire pœna non poſſit. Maior forſitan materia videatur affectus. Si pauperes amare niſi paria non poſſumus, & neceſſario nobis precioſa, quæ ſola ſunt, animum meũ extinctæ

tinctæ vnius horæ momento, tot animæ mouent, quot perierunt de me bene meritæ. Quin ipſum lethi genus addit indignationem: veneno perierunt. Quis hoc vlla ſatis perſequi poſſit inuidia? Apes veneno? Hæc illis gratia refertur quod fructibus noſtris inuigilant? quod quotidiana ſtatione laboris aſſidui ne damno quidem ſummouentur? Nam & cætera animalia videtur mihi natura vſibus noſtris genuiſſe. hæc etiam deliciis cum eo quod in illis quæ vel ſcindendo ſolo, vel maturando itineri comparamus, multus ante redditus aſſumitur labor: & cum perdomanda, cum alenda ſint, nihil tamen poſſunt ſine homine, & tantum coacta proſunt. Apes faciunt iniuſſæ fauos: ſine vllo rationis humanæ miniſterio totus fructus vltro venit. Adiice quod cætera animalia aut ſatis incurrunt, aut viribus nocent: primaque, vt fama eſt, hoſtiæ cauſa pecuoi fuit læſa fruges. Harum ita innoxius per prata ſyluaſque diſcurrit labor, vt tantum factum opus appareat. Qua ſatis digna proſequar laude? Dicam animal quodammodo paruum hominis, exemplar? Hoc humana excogitare non potuit ſolertia. Etiam ratio noſtra, quæ ſub terris lucrum inuenit, quæ maria inquiſitione ſua ſideribus immiſcuit, hoc tamen efficere, conſequi imitari non potuit. Venena potius inuenimus. Iam primum futuræ laudabilis vitæ digna principia non illas libido progenerat, domitrixq; omnium animalium Venus Vtque homines in excuſationem ſui fabulis tradiderunt, etiam deorum poſteritas has regnis ſuis excepit. Abeſt inimica virtutum voluptas caſtis ſine labe corporibus. Solæ omnium non edunt fœtus, ſed faciunt. Ipſæ paulatim, ſicut ſtipatæ ſunt per mella viuiſcunt: &, vt oportet animal laborioſum, ex opere naſcuntur. Inde vt adoleuit iuuentus, & ad ſimiles labores ætas laborata conualuit, relinquitur liber parentibus locus Et ne coacta in anguſtum multitudo noua turba laboret, quaſi habita verecundiæ ratione, cedit populus minor: ſuſpenſumque proximis ramis examen, humanas manus expectat. Acceptas cum fide colit ſedes. Et cum ingenia noſtra (quæ nos ſcilicet ambitioſi noſtri æſtimatores, proxima diuinis credimus) ad percipiendas diſciplinas multo labore deſudent, nulla apis niſi artifex naſcitur. Quid credas aliud quam diuinæ partem mentis his animis ineſſe? Quid præcipuum referas? Non vt cætera animalia per paſtus vaga, incertum quieti capiunt cubile, noctis arbitrio ſemper habitatura, ſed tutas ſedes continent, vrbes

tectis,

tectis, turba populos imitantur. Non vt feræ, volucres, non præſentis modo cibi memores, in diem viuunt: durat vt hiemi reponitur victus, & repletis vere cellis tuus annus eſt. Etiam cum ad humanos vſus opera ſubducta ſunt, reparare amiſſa contendunt, & labor damno incenditur, & nunquam deficit animus antequam locus. Quid quod inter animalia quæ non verba coniungunt, non vllam rationis inuicem negant, tantus operis conſenſus eſt, tanta difficillimæ rei laboris concordia? Non humano vitio in proprios quæque vſus lucrum ducit: in publicum viuitur, & communes opes congeruntur in medium. nec fas eſt delibare guſtu, prius quam plena horrea ſecuros ſpondeant menſes. Quis porro tantus ardor operis, quæ tot officiorum partitio, vel vt aliæ congerant onera, aliæ accipiant, aliæ liniant? quæ ſeueritas in caſtiganda inertia? Multa dictu viſuque miranda, præuidere tempeſtates, nec dubio ſe cælo tradere, nec vltra viciniam nubilo tendere. Iam ſi leues iniquior aura rapuit, ad dirigendos indeſtinata curſus modico lapilli pondere librare pennas. Illas maiorum pectorum totis pro rege caſtris procurrere, & inire bella, mortemque honeſtam pro duce opperire. Adice, quod ſi quas aut ætas longior, aut morbus oppreſſit, efferuntur prius corpora, poſteriorque operum quam funerum cura eſt. Quid illigare cruribus flores? quid ore ſuccos in publicum ferre? Me tamen ipſius operis præcipua admiratio ſubit. Non eſt temere, nec fortuitam figuram, & ſedes modo reponendis cibis quæſiſſe credas: rudis cera componitur, accedit vſibus inenarrabilis decor. Nam primum tenacibus vinculis fundamenta ſuſpendunt, tum ab exordio in omnem partem opus æqualiter creſcit, nec quicquam ex inchoatis paruum eſt, quod non ſua portione perfectum ſit iam, nec alia parte opus eſſet. Gemina frons ceris imponitur: & cum foraminibus tantum ſpatium detur, quantum ad generanda examina puram ſpem capiat (ipſi enim ſibi inuicem anguli hærent, & ita mutuo vinciuntur atque alligantur, vt quod voles id medium ſit) his textis ne vniuerſi mellis effluat pondus inter ſepta onera cluduntur. Quid non ſtupeat hoc fieri poſſe ſine manibus? nulla interueniente doctrina hanc artem naſci? Quid non diuinum habent, niſi quod moriuntur? An vero autorem vini Liberum colimus primitiæ frugum. Cereri referuntur, inuentrix oleæ Minerua narratur: mella genuiſſe minus eſt, & interponenda guſtus voluptate tantum effeciſſe, quantum ne ipſa quidem

rerum

ferum natura per ſe potuit? Ad plurimarum incurſus valetudinum remedium eſt, & præſentiſſima medicina. Nam quod ad cibos quidem pertinet, diuites viderint. His animalibus aliquis inſidiari potuit, & inſidiari quare mella facerent? Hæc peſtiferis ſuccis exquiſita per fraudem morte confecit? &, quod ſit indigniſſimum, quo facilius deciperet, fortaſſe venenum melle permiſcuit? Quæ tam inhumana crudelitas? Quis tam inauditus liuor? Nihil enim eſt, quod vtaris patrocinio tuo diues paucorum damno foliorum doluiſſe te ſimulas. Dum meas apes occidere vis, flores tuos inutiles feciſti.

ODII POTIO I.

DECLAM. XIV.

ARGVMENTVM.

Meretrix amatori ſuo pauperi dedit odii potionem. Adoleſcens deſiit amare. Accuſat illam veneficii.

Pro iuuene contra meretricem.

SEntio, iudices, hanc quoq; calamitatibus meis acceſſiſſe nouitatem, vt vobis nondum videar adiſſe. Nec me præterit plurimum perire de nocentiſſimæ potionis inuidia, dum me putatis adhuc impatientia priore miſerum. Quæſo tamen vel hinc totam delati ſceleris probationem grauitas veſtra proſpiciat, quod dolori meo querelæque non creditur; nec amo, qui accuſare poſſum: nec odi qui amare mallem. Quid eſt aliud quod bibi, quam venenum? Licet igitur nocentiſſima fœminarum rideat quod accuſo, & in manifeſtiſſimi ſceleris confeſſione per ludibrium malorum euadere tentet meorum, non hoc eſt quod hodie me torquet ac lacerat, quod à deterrimæ mulieris charitate diſceſſi, ſed quod remedii mei patior dolorem. Fidem iuſtitiæ, fidem ſeueritatis humanæ, ne meretrici proſit, vel quod prævaricatione videor explicatus. Pro me forſitan fuerit, vt amare deſinerem: contra me inuentum eſt, vt inuitus odiſſem. Hoc primum itaque, iudices, à clementia publica peto, ne quod videris triſtē habitu, dirumq; conſpectu, verbis aſperum, contentione terribilem:

mores putetis: Hæc eſt illa ſanitas mea, ſic omniũ in hac corporis mentiſq; dierum noctiumq; feritate, ille modo lætus? ille (ſi creditis) nimium remiſſus amator excandui. Miſeremini, iudices, ne vobis venefica ſic imponat, tanquam hoc mei charitate commenta ſit. Suum animum, ſuum tantum ſecuta faſtidiũ eſt. Odii potionem contra ſe nemo dabit homini, niſi quem oderit. Quæſo itaq; obteſtorque vos ſanctiſsimi viri, vt calamitatis meæ penitus velitis æſtimare menſuram. Perdidit infelix quod quandoq; potui amare deſinere: patior neceſsitatem rei quam breuiter vtiq; noluiſſem: excogitatur contra animum futuramq; rationem, ne quod relinqueretur, meus eſſet affectus. Iterum cum meretrice compoſitus ſum, turſus in ſe cogitationes meas, rurſus retorſit oculos: & hominem quē ab incommoda charitate vel ſatietas, vel ætas, vel fortunæ ſuæ fuit dimiſſura conditio, ad perpetuam impatientiam viribus nimiæ diuerſitatis implicuit Hoc ſolũ inſanabile genus mortis eſt, vt odiſſe cogaris Feſtina ad comploratione m præſentis doloris, anime, feſtina: ſed te à prioribus malis recens abducit indignitas altius gemitus, altius querela repetenda eſt Cum meretricis ſit quod amator odi, cuius putatis eſſe quod pauper adamaui. Non quidem ego, iudices ex illis vnquã fui, quibus nobiles opes, affluentes indulſit fortuna diuitias, quorum felicitas capere poſſet in amore luxuriam. Habui tamen vnde ad vitæ neceſsitates, conceſſa gaudia parca mediocritate ſufficerent. Ideoque meretrice tantum, & quæ teterrima eſt in voluptate frugalitas, vna fui ſemper eademq; contentus Atiſta ſeria, grauis, quæ nunc amari recuſat, ô quam voluit amari: quibus artibus, qua calliditate miſeram ſimplicitatem meam ſolicitauit primum, deinde tenuit, donec quantulamcunque ſubſtantiam in huius ſinus credulus, iam, iamque ſerus amator egererem? Iam fruſtra captauit videri miſeram conditionem, in quam nos ipſa detraxit Breuiter totum nocentiſsimæ mulieris accipite facinus? Pauperem me fecit, deinde ferre non potuit. Siue enim, iudices, communium quæ ad corrumpendas expugnandaſq; mentes excogitant ingenia meretricum, placuit experimentum, & in me tentatum eſt quantum quis amare, quãtum quis poſſet odiſſe: ſeu mulier omnib. expoſita mortalibus, vanitatem faſtidio mei deſpectuque captauit ei fama inde quæſita eſt, vt à ſolis videretur amari debere diuitibus. Non erat profecto quod paulo ante patiebar, iam tũc noſter affectus, quod ſcortorum foribus hærebam, quod (ſi

iſtis

[illegible] exeditis) paupertatem in lupanarium obſequia tranſtu-lerant: pallor & deformis macies inde veniebant, vnde nunc quod excandeſco, quod fremo. Nunquam hoc tantum meretrix ſcit, quemadmodum non ametur. Quod negari igitur iudices, non poteſt, virus homine firmius, mente conſtantius, quod immodico ardoris æſtu, & exundante impatientia poſſit etiam recuſantis animi dolorem compeſcere, diris vtiq; carminibus, & feralium præcantationum terrore permiſtum, lenitate vultus, & blanda porrigentis diſſimulatione protectũ, iam peruſtis, iam laborantibus viſceribus infudit, & hominem ſolatiis potius ac mollium remediorum ratione tractandum, exaſperauit ira, dolore concluſit, magnaque miſerum commutatione renouauit. An fecerit, iudices, vt amare deſinerem, vos æſtimabitis: fecit vt amare mallem. Explicitum me putatis, & ab incommodo hilariorem dimiſſum? Nunc, nunc me fateor debere ſanari. Habet aliquod ſolatium quiſquis in amore miſer eſt. Leuior eſt calamitas cui blanditur aliquid de voluptate lætitia. Nunc infelix vror ac lacetor, nunc me retinere, nunc regere non poſſum. Crudelius eſt odiſſe meretricem, Veneficia ago. Sepoſita paulisper, iudices, noxiæ potionis inuidia, nonne vobis videtur implere ſceleris fidem, quod abſtulit fidem conditio perſonæ? Veneficium, iudices, tota vita meretricis eſt. Parum ſe lenociniis, parum putat agere mendaciis. Et cum omnis ad expugnandas mentes cura collata ſit, non ſufficit tamen vt de ſui charitate corpori credant. In hoc noctium dierumq; ſolicitudo cõſumitur, quemadmodum de libidinibus fiat affectus, qua ratione tranſcurrentia cotidie deſideria teneantur: ne cui profit offenſa, ne quem explicet pudor, ne quem ſatietas aliquando dimittat. En quam puteris ignorare quibus vincatur oculis: quæ per incommoda deſideria flagrantes mentes corrumpat primum, deinde conſumat, cum ſciat quibus oſcula, quibus arctiſſimi rumpantur amplexus? quæ pro lætitia dolorem, pro blanditiis gaudiiſque triſtitiam præcipiti velocitate ſubſtituant. Infinitum eſt quantum ex hoc medicamento deprehendi poſſit notitia peiorum, nemo ſcit tantum remedium. Tentat, iudices, mulier impudentiſſima ſceleris inuidiam nomine potionis effugere, & venenum negat eſſe tantum, niſi quod occidit. Facinus eſt, iudices, euadere nocentes, quia iam facinus plura deuitat. Quid refert, animo noceat aliquis, an membris? Eodem ſcelere porrigitur omne quod non licet. Vnumquod-

que ex his quod datur, venenum eſt. Excuſatio mehercle adhuc pro ſexu tuo, pro conditione mulieris: ſed vt illa noſſes gratia tui deſideriumque poſſes ingerere nolentibus, excogitaſti per quod maritos à coniugum charitate diducas, per quod iuuenum mentes abiungas ab aliis fortaſſe meretricibus. Odii medicamentum nunquam ideo tantum meretrix habuit, vt illo contra ſe vteretur. Me quidem, iudices, ſi quis interroget, in comparatione veneficii de quo queror, minus odiſſe debeat, quod occidit. Et ſicut ex ipſis quoque mortiferis mitiora ſunt, quæ ſtatim tota velocitate graſſantur, & dolorem inter exitum vitamque non detinent, ita crudelius quod ſic ordinatur, vt corporis parcat inuidiæ, & ſit tantum animi venenum. Quid ais? nō eſt noxium virus, niſi quod occidit? Quid ergo vocaremus illud quo lumina ſola raperentur? quo pars aliqua membrorum debilitate langueſceret? Tu te veneficam negas, quæ potes potione facere quantum offenſæ, quantum ira, quantum dolor? Amabit cui permiſeris, execrabitur ille quem iuſſeris: accipient à te deſideria noſtra ortum, finem, modum. Sane & amor & odium naturales videantur affectus, veneficium ſunt cum iubentur. Quid quod non poteſt non habere vim veneni, quod contra voluntatem homini datur? Video cur ſibi medicina permittat corporum vitia membrorumque morbos infuſis medicaminibus expellere: & ſine animæ ſpiritusque contagione, quæcunque extrinſecus accidunt potione vincuntur. Non poteſt vllus affectus ſedibus ſuis per virus expelli, niſi toto ſtatim concuſſione vitalium: & cum anima conſtet ex ſenſibus, quemcunque auferre tentaueris, illa ſtatim prima noſtri parte corporis retenta, confectoque quod petebatur, reliqua quoque viribus vicinæ tabis expirant. Quædam forte medicamina poſſunt aliud vocari quam venenum, dare quod non licet, non eſt aliud quam veneficium. Quantum nefanda de pœnis humanis excogitare potuiſti? Innocentius mehercle fuerat, vt amaret aliquis inuitus. Potionem excogitaſti, qua bella committere, qua ſe totum humanum genus poſſet odiſſe, potes efficere vt non ament liberos parētes, vt propinquitas, vt fraternitas, vt amicitia ſe collidat. Odii potionem nemo accepit, niſi contra hominem quem non debet odiſſe. Tentat hoc loco nocentiſſima fœminarum de ſcelere ſuo facere beneficium. Meretricem, inquit, amaueras. Differo paulisper, iudices, affectus huius excuſationem. Dii deæque, quantum in hoc con-

tumeliæ

quæ meliæ eſt, quod ſibi meretrix videtur adamata? Tu tibi cuiuſquam affectus cenſoria grauitate præſtabis? Tu tibi æſtimare permittes, quam frequenter aliquis lupanar intret? Tu cui non licet excludere debilitates, faſtidire ſordes, expoſita ebrietatibus, addicta petulantię, &, quæ nouiſſima vtilitas eſt, noctibus populoque conceſſa, mores iuuentutis emendas? Æquiore animo feras vt meretrix velit adamari. Eras, inquit, amator, & pauper. Volo, iudices, ſic apud vos pauliſper agere, tanquam in hoc me affectu propinqui amicique caſtigent. Non ego alicuius matrimonii corruptor inuigilo, nec efferas cupiditates per illicitos du[...]o complexus. Inuentas credo meretrices, vt eſſet aliquid quod liceret amare pauperibus. Nullam ego circa corpora iſta conſiſtere impatientiam puto. Diliguntur immodice ſola quæ non licent. Vt in furorem charitas aliqua conualeſcat, opus eſt difficultatibus. Breuis de conceſſis, ſed ſtatim ſatietati vicinus affectus eſt. Non fouet, non nutrit ardorem concupiſcendi, vbi frui licet. Et quæcunque in mentibus circa permiſſa coaleſcunt, non ſunt deſiderii ſed voluntatis. Hoc ipſum tibi mulier obiicio, quod nos in fabulas ſermoneſque miſiſti. Solus debet amare meretricē, quem meretrix oderit. Pauperi dedit odii potionem. Quid illam putatis dediſſe diuitibus? Si mehercle repente nobis contigerint opes, iterum nos in ſui charitatem alia potione reuocaret, & iſta nunc ſeria, grauis vellet impatientia priore retinere. Meretrix pauperem amatorem propter ſe tantum non poteſt pati. Amanti inquit, dedi. Hoc ſi remedium eſt, detur ſcienti. Prima pars ſanitatis eſt, vt libenter accipiat. Quinimmo cur non potius datur amaturo? Quanto melius, quanto prouidentius, & minore bibentis dolore conſtabit, vt adhuc labentem aggrediaris animum, vt tum adoleſcentis ardoris impetus in paruis extinguatur elementis? Eo tempore das potionem, quo pariter duos pariatis affectus. Aliam impatientiam paras, & accipio odium, quia iam amorem ferre non poſſum. Non deſino, ſed eſſe aliud incipio: nec emendor in amore, ſed transferor. Illa vera ſunt remedia quæ fugatis morbis, cauſiſque languoris, poſtea non ſentiuntur, & ea tantum innocenter dabuntur, quæ potentiæ ſuæ qualitate conſumpta deſinunt, cum profuerunt, tu mihi dediſti quod ſemper exaſperaret. Perpetua res eſt odiſſe ſine cauſa. Ducam licet vxorem, te tamen odero: in peregrinas expeditiones patria dimittat, te tamen cogitationes ſermoneſque reſpicient.

Quid intereſt quemadmodum poſſederis animum meum?
quemadmodum mihi à te non liceat abire, diſcedere? Feciſti
vt te vbique perſequar, vt meis fortaſſis manibus inuadam, ve-
lim dare venenum. Qui meretricem odiſſe non deſinit, ama-
tor eſt. Sed infelix, misereris mei. Quid ergo ſanitate tam ri-
gida? Paulatim potius ratione compeſce, miſceantur conſilia,
blanditiis veritas temperetur. Alioqui non eſt quod abigas,
quod expellas. Exaſperant neceſſitates, & in amore contentio
Ter. And. 3.3. 23 ſemper accendit. Adiuuabit te interim libertas ipſa qua fruar,
tempus, ſatietas, & fortaſſe amator alius admonens conditio-
nis. Sed inter oſcula, inter amplexus, paupertatem non tan-
quam exploraris, ſed tanquam miſerearis allega, quanquam
quid opus fide? ſine curer vt deſinam, ſi quantum affirmas, in-
uitum miſerearis ac diligis. Amatoris vnum remedium eſt,
amari. Si tamen neceſſariam putas emendationem, quam
multa ſunt amantium remedia citra venenum? exclude, dimit-
te, faſtidium poſſet quantum non poſſet præſtare paupertas.
Fac vt me potius ipſe caſtigem, vt erubeſcam, vt aliquando
deſperem. Is tantum in amore ſanatur, qui quod deſinit, ſibi
debet. Homo igitur qui merito indignarer, ſi hoc tantum fe-
ciſſet aliquis vt diligi deſinerem, quanto iuſtius queror, factus
cum iam ſum alius, infelix, alia patiens? Decipiunt nos rerum
falluntque nomina: & ille qui odit, de amore miſer eſt. Non
refert animi, quid nimium velis, & inter ſanitatem languo-
remque nihil intereſt, ſi vtrunque ferre non poſſis. Fruſtra
mihi quiſquam blanditur remedio, cuius patior tormenta,
cruciatus. Aliud eſt vt amare deſinas, aliud vt oderis. Receſ-
ſiſſe nunc me tantum putatis ab amore meretricis? Ablatus
eſt mihi ille hominis melior affectus, perdidi miſer quicquid
eſt, vnde gaudium, vnde venit vitæ tota lætitia. Amor ille per
quem rerum naturæ ſacra primordia, totiuſque mundi ele-
menta creuerunt, qui tenet nunc figitque rixantia, & de con-
trariis depugnantibuſque ſeminibus molem perpetuæ ſocie-
tatis animauit, fugatus eiectuſque eſt. Non habeo infelix affe-
ctum, quo quandoque poſſim ducere vxorem, amare liberos,
appetere amicitias, ſperare conuictus. Quiſquis odii medica-
mentum biberit, vnum fortaſſis oderit, ſed amare neminem
poteſt. Dii immortales, quid ego hauſi? quale viſceribus virus
ingeſtum eſt? Non fuit illud vnum venenum: bibi miſer exe-
crationis quicquid totius mortalitatis ira contulerat, quod
erat omnium animalium furor, omnium ſerpentium congeſta
rabies.

rabies. Odii medicamentum quid aliud eſt, quam aſſiduus animi labor, perpetua triſtitia, & homo ab omnibus gaudiis in contubernium doloris adductus? Fieri non poteſt, vt virus tam impotens ſemel in viſcera receptum ſit, & in vnum tantummodo ſenſum, mandeturque quouſque dominetur. Ecce iam mulier odi, quid tamen adhuc facere illud in vitalibus putas? Paulatim ſe neceſſe eſt per totum diffundat animum, & quamuis primo ſtatim hauſtu illud expugnet in quod datur, breui tempore in nominis ſui potentiā omnes reliquos ſtringit affectus. Medicamenti cui tantum contra animum primum licet, prima fortaſſis vis erit odium, exitus iſte, vt venenum ſit. Reſpondete, iudices, illis libet, qui me paulo ante dicunt in amore fuiſſe miſerabilem. Quanto crudeliora, quanto grauiora patior, qui dicor explicitus? Modeſtior cùm amarem, & quietior fuerat ſane pallor in facie, ſed ipſa quoque comis, optanda triſtitia. Inueniebam colloquia, merebarque ſermones: nunc me omnes fugiunt, auerſantur, oderunt. Tum frequenter à lupanari deducebat pudor, abiiciebat occurſus: nunc publica detinent: conqueror, aſsiſto, conuicior. Pro miſeranda conditio, rideor vbique, narror, oſtendor. Ego ſum tota ciuitate meretricis inimicus. Sic patior miſer illas lupanarium inſultationes, illa corriualium maledicta, conuicia: non poſſum ſatis tormentorum exprimere menſuram. Odi, nec vnquam viſus ſum magis amaſſe. Intelligitis puto, iudices, hominem, qui tantum ad vos detulit animi mentiſque cruciatus, & pro vita queri. Sed potio infelix, quicquid eſt per quod paulatim proficiſcitur ad mortem, aſsidue mecum rixatur affectus, & breui neceſſe eſt conſumar. Quotidie vincor. Quæ putatis eſſe tormenta, quem dolorem, cum mens vetatur oculos ſequi, cum à luminibus ſuis animus abducitur? Quod non proficit, hoc ſupereſt vt occidat. Me infelicem, ſi venenum iſtud non habet mortem, ſi mihi inter hos dolores longior vita ducenda eſt. Cur ergo poſt hoc animi vices commentaque proſpicio? Si meretricis impotentiæ omnia licent, hoc erit remedium, vt amare rurſus incipiam.

ODII POSITIO II.

Ex ſuperiore argumento.

DECLAM. XV.

Pro meretrice contra iuuenem.

ETſi, iudices, ita à natura comparatum eſt, ne ſit vllus iuſtior dolor, quam beneficii ſui perdidiſſe rationem, nihilq; grauius afficiat conſcientiam bonorum, quam quotieſcunq; nulla merita ceciderunt: non efficiet tamen nefandum præſentis reatus indignũq; diſcrimen, vt miſera puella non gratuletur ſibi quod illam pauper accuſare iam poteſt. Timuerat infelix, ne remedio ſuo ſic repugnaret pauper, vt magis amaret: ne iuuenis in omni genere animi contentioſus ac pertinax, potionem illam dolore coactæ ſanitatis expelleret. Bene quod & terribilis & minax eſt pauper, ꝙ pœnam noſtrã, quod ſanguinẽ petit. Non expectes vt ſtatim gratias agat, qui ſanatur inuitus. Nobis tamen, iudices, hodiernã pauperis mentẽ non prima fronte tractantib. miſerrimus iuuenis nondum videtur explicitus: & ſi bene prioris ardoris impatientiam noui, quod maxime facit, ira, nõ odium eſt. Alioqui ſi profeciſſet remedium & à priſtino furore iam liber, animo intellectum ſanitatis admitteret, omnem adhuc puellæ vitaret occurſum, non ſibi crederet vltionem, & ipſum quoque iudicii timeret adire complexum. Deprehenſa eſt puto nouiſſime potionis ſuperuacua perſuaſio. Amat iudices, amat qui queritur quod non ametur. Quid agam, iudices, hoc loco? ſub quo temperamento defenſionem periclitantis aggrediar? timeo ne ſi cœpero ſimpliciſſimæ puellæ laudare mores, referre probitatem, amare ruſus pauper incipiat. Siue enim, iudices, malignitas eſt perſuaſionis humanæ, formam vacantem vocare meretricem, ſeu miſeræ nomen id impoſuit aliquis amator, cui cum corporis bonis fortuna non dederat, vnde ſeueri matrimonii caſtitati ſufficeret, laborauit neceſſitatum ſuarum cuſtodire probitatem. Nullius vnquã per hanc matrimonii turbata concordia eſt. Nemo queſtus eſt pro filio pater. Nemo exhauſtas facultates in auidiſſimos ſinus pœnitentiæ dolore defleuit. Tentet licet ingratiſſimus iuuenis inuidiam miſeræ facere prioris affectus, non poterit obiicere meretrici

& quod

& quod amarit, & quod amare deſierit. Ne quem igitur accuſator hac prima fortunæ ſuæ comploratione decipiat, tanquam meretricis charitate conſumptus ſit: ſecuri eſtote pro innocentia noſtra, talis incidit, talis adamauit, nec habuit quod perderet in tam immodico ardore, niſi mentem. Vidiſtis enim notiſſimum tota ciuitate miſerum, cum lupanari noctibus diebuſque deſeruiens, quanuis indulgentiſſimæ puellæ ſimplicitate frueretur, modo tamen maledictis opprobriiſque vulgi, modo crebra riualium contentione pulſatus, abigi tamen compeſcique non poſſet. mouit mitiſſimam puellam hic infelicis affectus. laboranti primo ſui voluit facultate ſuccurrere: ſed quicquid indulſerat, fouebat ardorem: quæque in hac impatientia prona perſuaſio eſt: quia nihil præſtanti meretrix tam ſæpe contingeret, amari ſibi videbatur. Poſtquam nihil miſeratio, nihil proficiebat humanitas: tentauit aſperitate diſcutere. Popoſcit, excluſit, Non defuerunt miſero preces, adhibita ſunt ex ipſa iuuenis conditione conſilia. Sed iſta vincebat, & vires amoris impedimenta perdebant, donec intelligeret hominem qui explicari ratione non poterat, neceſſitate ſeruandum. Puto, iudices, fruſtra male audit in immodico pauper ardore. Meretrix magis amauit hominem, à quo noluit amari. Conſumptis igitur optimę fœminarum cunctis indulgentiis, ſeueritatiſque conſiliis, dū apud omnes de pauperis ſui amore conqueritur, incidit remedium, quoiam dicebatur alius amator explicitus. Quæ prima igitur medicamenti pariter ac dantis integritas eſt, non negatura porrexit: adiuuit deinde quod dederat, imperauit ſibi, ne quas admitteret amplius preces ne querelis aſſiſtentis, ne lacrymis moueretur, exclusit. Vultis ſcire, iudices, vbi ſit medicamenti quod obiicitur, totus affectus? Quiſquis odium dedit, omnia poſt hoc facit vt debeat amari. Quanto iuuenis hoc melius in forum aliquando venit? Incipis agere ſerium, grauem: iam leges, iam iura loqueris. conuiciaris, maledicisque meretricibus. Hunc tu animum modo inter libidines ac ſcorta perdebas, macie notabilis pallore deformis, ſolaq; impatientiæ tuæ fabula notus. Perieras infelix, niſi bibiſſes venenum. Veneficii agit. Credam mehercle, Iudices, ad ſubſcriptionem huius immanitatis expectaſſe publicæ ſeueritatis aures. Quodnam ſeculo nefas nunciaret hic gemitus? quæ proſiliret orbitas de nouercalibus quæſitura commiſſis? Quæ peſtiferis hæredem medicaminibus enectum triſtis cōploraret affinitas? Nō pudet

ergo quod vacatis lupanarium querelis, & ad vos deferuntur amantium rixæ? Videtis hunc accuſatoria fronte terribilem? oſcula poſcit, deſtitutos queritur amplexus. Vultis vos abire potius in veſtra ſecreta, ibique gaudia querelaſque mutata conuerſatione conſumere? Non agnoſcunt leges ac iura miſeros. Hic audiuntur ſeriæ calamitates. Non eſt vltione dignus, de quo poteſt efficere meretrix vt queratur. Ecquando vnquam, iudices, audiſtis de veneficio viuum querentem? facinus hoc ſemper ex mortibus accepit inuidiam. Si latrocinium, probes cruore, vulneribus: ſi ſacrilegium, ſpoliis numinum, prædaque templorum. Ita veneficium ſi arguas, oportet oſtendas putre liuoribus cadauer, inter efferentium manus fluens tabe corpus. Vt iam iſtud obiicere poſſit, & vita debet aliquid eſſe paſſa, quod inuidiam mortis imitetur. Veneficium voca quod cæcitate graſſatur, quod in aliqua deprehenditur debilitate membrorum. Profer, agedum corporis notas, in quas ſe noxiæ potionis vagus feruor effuderit, vbi depaſta ſenectus viſceribus ſæuitura conſederit. Aſpicio par laboribus corpus, retinere ſua miniſteria, ſufficientem animum ſeriis actibus, accuſatoria firmitate robuſtum. Crede, iuuenis, omnibus qui te modo noueramus, nunc acrior erectiorque reſedit in ſenſus vigor, in membra ſanguis, viribus velut nouæ iuuentutis exultans. Bibiſſe te medicamentum probare non poſſes, niſi meretrix fateretur. Quod ſi permittitis, iudices, vt quicquid extra conſuetudinem datur, ad huius vulgi referatur infamiam; beneficium male audiendo vitetur ſanitatis, ſtatimque merebitur ſceleris inuidiam, quicquid profuerit inuito. Illud tantum noxium virus vocare leges, quod non admitteret interpretationis incertum. Iniquiſſimum eſt venenum videri, quod in poteſtate bibentis eſt, an ſit remedium. Sentit, iudices, iuuenis crimen quod detulit, nec nomine nec affectu ſcriptionem legis implere. Itaque ex vocabulo mulieris quærit inuidiam. Meretricem, inquit, accuſo. Neſcis, mihi crede iuuenis, ſceleris quod detuliſti, qualem mihi debeas probationem. Rem expecto mehercule, vt ſi ante omnia minax vultus, feralis habitus, horreant ſqualore crines, rigeat ſuper nefandas cogitationes efferata triſtitia. Facinus quod dicitur inquietare ſuperos, ſidera diris agitare carminibus, tumulos, buſta ſcrutari, & amputatis cadaueribus ipſas in ſcelus armare manus, fieri non poteſt vt autorem ſuum non ſtatim primo prodat aſpectu. Vides veneficæ non

hor-

horridos vultus, placidamque faciem. Si cogitationes, ſi cōſilia pertractes, ſola cura de forma eſt. omnis in hoc collata meditatio, vt ſolicitet aſpectu, ſermone detineat. Audio ſubinde exactas mero noctes, tua mulier cōuiuia, perditas amantiū rixas. Meretricis vnum veneficiū eſt, ne deſinat amari. Nūquid inique, iudices, in tanti ſceleris ſubſcriptione depoſco, ne nominibus reos velitis æſtimare, ſed moribus? Venefica tua quid prius vnquam, quid ſimile commiſit? Cuius per hanc expugnatus animus eſt? Quis queritur iuuenis? quis ſenex? quis diues? quis pauper alius? In te ergo ſolo venefica, in te tantum aliud iſta quam meretrix. Vultis integritatem puellæ breuiter probem? Hanc quam nunc deteſtatur, accuſat, amare mallet. Omnia, iudices, facinora (niſi fallor) cauſſas vel de cupiditate vel de ſimultatibus trahunt. Quod odium de amatore meretrici? Quæ præda de paupere? Odium, inquit, accepi. Et quid, iudices? Satis me contra infamiam veneni vel ſolum medicamenti nomen abſolueret. Nec inuenio cur debeat idem videri, quod non poteſt idem vocari. Agedum iuuenis, potionis imple huius immanitatem: dic, Odium accepi contra coniugem, contra liberos meos, vt à ſacris auocarer affectibus, vt pignora ſancta deſpicerem. Illud odium in meretrice facinus eſt, quo vritur in ſui charitatem. Ita vel hoc ſolum ſufficit excuſationi, quod ille contra ſe tantum dedit. Odium, inquit, accepi. Nunc te hic repoſco iuuenis inuidiam quam fortunæ noſtræ paulo ante faciebas. Dic, meretrix dedit, proſtituta porrexit. O quam timueram ne diceres, amatorium ſui. Conſurge, agedum iuuenis, & totis corporis animique viribus imple ſuſceptæ accuſationis horrorem. Eſt quod audiente tota ciuitate proclames. Miſeremini mei, adiuuate, ſuccurrite, bibi medicamentum crudele, ſæuum, deſii pauper amare meretricem. Iamiam non inquietis noctibus vagus viliſſimi cuiuſque perditos patior ictus, nec excluſus ante lupanarium fores poſterum diem peruigil amator expecto. Poſſum nauigare, colere terras, ſufficio militiæ, redditus eſt mihi animus quo fierem maritus, quo ſenectuti liberiſque proſpicerem. Quantum dii deæque remedium conditioni bibentis valuit? Fecerat te potio iſta felicem, ſi diuitem puella. Ita vel hoc non ſolum, iudices, innocentiſſimæ puellæ pro defenſione ſufficeret, quod nihil fecit ſua cauſſa? Amatorem dimiſit, explicuit illa quæ captare dicitur vt ametur, quæ ſolicitat, quæ corrumpit affectus. Ingrate, quanta de te potueris

gratia

gratia frui? Non quidem confers precia, non ſtipes, ſed aſſides, ſequeris, hæres, præſtas comitatum, fauorem, laudas vbique, miraris. Hinc ergo iratus meretricibus, quod illas etiam pauperes ament, quod facile contingant, quod laboribus exonerentur adeuntium facies, hinc amator vt diuites ament, in crimen maximum captat transferre beneficium? vt aliqu sama-re deſinat, non niſi ab amante præſtatur. Quid ais iuuenis? Ita bibiſti potionem, quæ fidem cupiditatibus daret, premeret ardo em, deſideria reſtingueret? Abi, recede, dum puellæ publico generis humani nomine gratias agimus, quod hoc fieri poſſe monſtrauit. Furor ille qui (ſi credimus) numina quoque detracta ſideribus miſit in terras, qui de ſacris venerandiſque pignoribus monſtra commentus eſt, ardor qui miſcuit hominum ferarumque concubitus, ferrum, ignes, clauſtra laxabat, per interiecta late maria fugiebat, vetatur, perit. Accipite quod magis debeatis ſtupere quam mirari: remedium amoris mulier inuenit. Definite nunc inceſtum timere mortales, nulla pietas horreat nefandæ cupiditatis inſtinctũ. quicquid non parentum minæ, caſtigationes, non ſerii propinqui, non paupertas, non neceſſitas poterat efficere, hauſtus breuis, facilis vnus, extorquet. O ſi quis odium poſſet omnium bibere vitiorum! Felix profecto mortalitas, ſi reliquos lapſus incommodoſque mentis errores fas eſſet infuſa porione compeſcere. Facinus eſt, quod maximum remedium, gratiam ſui, autoris vocabulo perdit. Miraremur hominem, qui illud contra meretricem dediſſet. Tibi tamen vltra omnes immodica cupiditate flagitanti, tibi præcipue ſuccurrendum, iuuenis. Cuius homo conditionis adamaueras? Diuitiis opus eſt, ne ſimus in amore miſeri: & impotentiſſimi mali difficultates illi fortaſſe non ſentiant, quos contra faſtidia cæteroſq; contemptus explicat felicitas magna pereundi. Felix profecto, qui nõ niſi facultates in lupanari effudit. Tu perdis animum, ille æs: tu bibis vxoria, tu lacrymis rogas, pallore blanditis: & quod ad peſſimum ſpectat euentum, miſerabilis ſis oportet, vt amator eſſe videaris. Finge te nullum huius affectus ſentire cruciatum, id amare te pauper ſaltem non pudet? Homo cui non vacaret agere longa languoris otia, ægrumque non deceret totatum noctium quies, excuſare non poſſis ſi tantum perdideris dies, cuius cenſus ex manibus, ex laboribus ſubſtantia, quem quotidie poſcit vltra rationem in dies demenſus, amentiam pateris, felicium oſcula tantum amplexuſque

ruſque meditatis, & vnde tibi calamitatis huius non poteſt nec venia contingere, de voluptate miſer eſt. Expectandum videlicet quando te fames, inopia caſtiget, ſed inter iſta cœpiſti, quid iam facere poteſt ratio, conſilium? Odio ſanandus eſt, quem non explicat, quod pauper adamauit. Non tamen intelligere poſſumus tecum ſolam fuiſſe paupertatem. Iterum, non opes tantum tibi, non facultates defuerunt: non erant, quantum video propinqui, non amici: alioqui illi tepoti noſtra potione ſanaſſent, vel ſi ignoraſſent huius graminis vires, vinculis nexibuſq; tenuiſſent. Quid blandis affatibus impotentiſſimum eludis affectum? Datum eſt remedium dolori, qui ſæpe egit in laqueos, in præcipitia compulit, qui cruciatus laborantis animæ vulneribus emiſit. Quantum amori in hominem liceat, illi magis ſciunt qui amant. Iunge nunc cū fortuna tua conditionem mulieris adamatæ. Incideras quidem miſer in puellam minime ſuperbam, minimeque difficilem. Quaſdam tamen non poſſumus circumire meretrices. Quam multa pro illis exigit ſexus, ætas poſcit! ſemper neceſſitas petit corporum, cultus poſcit, ſtationis triſtiſſimæ impatientia. Totos infelix dies lupanarium foribus impendes, vt quandoque proſtituta pauperi vacet. Contentione numerantium dilatus, excluſus, otium meretricis expectas. Negatur tibi complexus, indignatione perſequeris. Contingit, verum felicitate corrumperis, ſpem gaudia patant, aduerſa contritionem. Ex vtraque fortuna deſideria coaleſcunt. Nobis crede qui vidimus, quis tibi vni fuit corporis habitus? quis pallor? quam miſerabilis, quam pudenda triſtitia? Quoties tu venenum bibere voluiſti? non eſt igitur iuuenis, quod tibi quereris illam mitiſſimam partem humanæ mentis ablatam, non charitatem, ſed impatientiam: non voluptatem, ſed tormenta: non amorem, ſed quod amaueras, perdidiſti. Amoris (ſi ſapientiæ ſequamur autores) antiquiſſimum numen, & cui ſe naturæ debet æternitas. Sed ille mitis & ſerius honeſtis cupiditatibus & viribus ſacræ charitatis exultans, vt qui cuncta priſcæ noctis operta caligine diduxerit primum, deinde miſcuerit. Hic vero quo perditis viſceribus adhæremus inquieti, laſciuientis adhuc ætatis inſtinctu tumultuoſus ac petulās, telis funereis facibuſque armatus. Præſtat igitur ille mortalibus liberos hac vſitata coniugii pietate: hic inceſta, libidines, adulteria, meretrices. Referam nunc fabuloſas immodici furoris prodigioſaſq; nouitates, conceptum neſciētibus oculis ignoti hominis aſpe-

aſpectum, formam ſuis in ſe luminibus ardentem, virgines patrum ſenectute flagrantes, mortalium ferarumque vultus vſque ad monſtroſæ fœcunditatis onera perlatos? Ex omnibus tamen quæ nobis patientibus extorquet aff. ctus, hoc ſæuiſſimum parimur, quòd nemo vult in amore ſanari. Ego tamen, inquit, amare mallem. Hoc eſt ergo propter quod opus odio fuit. Nihil agebant caſtigationes, nec preces: cōſilia perdebantur. Odio debet amator explicari, quem ſanat adamata. Interrogare te hoc loco libet, nunquid accuſare poſſes, ſi quod fecit medicamento puella, feciſſet animo? Licuit te repoſcere quantum numerare non poteras, faſtidire, contemnere. Iam indignaris quod te maluit remedio quam dolore ſanari? Mulier cui ad dimittendum amorem ſufficiebat, vt odiſſet, ipſa pro te commenta eſt vt illam tu potius odiſſes. Finge te tamen aliqua remedii tui ſentire tormenta, arrogantiſſime miſerorum: tu autem ſperabas ardoris immodici felicem ſtatim ſanitatem. Quid ſi queratur æger abſtinentiæ dolore ſanatus? Excuſſa ſunt plerunque languentium verberibus, redemptaque debilitate vitia: ignibus, vulneribus interdum profutura graſſata ſunt, & quæ fuiſſent mala ſanitatis, in gratiam remediorum de maioris periculi comparatione redierunt. Vix meherele contingere poteſt, vt hilares ab hac impatientia lætique diſcedant, quos pudor, quos ſatietas, quos pœnitentiæ ratio dimittit. Nec ſine aliquo morſu reſilitur à malis, quæ voluptate tenuerunt. Iterum materia amoris eſt, deſinere, nec queri. Opus fuit pati diuerſitate, viribus quantis adamaſti, ne reſpiceres, ne frequenter in media ſanitate ſubſiſteres. Quale tibi remedium debuerit adhiberi vel ex hodierno ſentis iuuenis affectu. Pro homine qui poſt odium queritur quod non amet, parum fuit ſi amare deſineret. Audi igitur ingratiſſime, quatenus ad publicas aures ſecreta noſtra proferre voluiſti. Dedi. Quid enim, inquit, facerem, quæ remedia tua multa perdideram? Ferre miſera non poteram quod te iam cœperunt omnes ridere meretrices. Repete, agedum, illarum colloquia noctium, quibus te frequenter alterius, & fortaſſe diuitis amatoris iniuria receptū, inter oſcula amplexuſque monui. Quid miſer cum fortuna, quid cum mea conditione rixaris? Parce neceſſitatibus meis, duo pauperes ſumus. Sed & tu quoties in ſinus meos lacrymis fletuq; reſolutus exclamaſti. Sentio furorem, ſed imperare oculis, ſed animum regere non poſſum? quam libenter te mulier odiſſem? Nō eſt igitur

Igitur ingratiſſime mortalium quod beneficium noſtrum nomine potionis infames. Remedium bibiſti, ſed illud odium tuum eſt. Quid?quod furis,conuiciaris,exclamas,nõ eſt hauſtus illius affectus, amor. Talis fuiſti. Aliud ſunt, aliud illi quos in voluptates ſuperfluentium facultatum mittit ſecura felicitas. Improbius pauperes amant. Sic tumultuabaris admiſſus,ſic moras,ſic impedimenta ferre non poteras. Maledicebas populo, conuiciabaris intrantibus. Cuius vnquam feliciuscommutata fortuna eſt,ſi tuncomnes,oderas,nuncvnam pauper odiſti? quin potius iuuenis admittis conſilii rationẽ? Quid agis infelix? Cur redditam modo ſanitatem rigore nimiæ contentiõis exaſperas. Prædico, teſtor, conſumis odium,nondum totam mentem vis perfuſa poſſedit,adhuc circa te duo maximi rixantur affectus:adiuua potius,adiuua potionem. Contradic,agedum,quicquid eſt aliud quod tumultuatur,exæſtuat:totumq; ſanitas componat hominem. Tunc te ſciemus amare deſiſſe,cum deſieris odiſſe. Et innocentiam quidem puellæ ſatis, vt ſpero,defendimus, magnitudo periculi vocet preces. Conſurge,agedum, miſerrima fœminarum, reliquam defenſionis tuæ partem tuere lacrymis. Accuſator quid ſperas?quid expectas? Ad genua tua nõ mittimus eam. Toto licet infelicem terrore conuenias,non exoſculabitur manus. Mortem,ſuprema denuncies, te non rogabit. Fruſtra tibi aliquid de periculo noſtro metuque promittis. Neſcis, puella non habet odii remedium. Sane tamen viribus potionis effectum ſit, vt accuſaueris innocentem?ſufficit vltione vidiſſe pallentem: ſatis eſt audiſſe gemitus: memineris hanc eſſe quam tu non iuuenis odiſti. Quid agis? etiamne perferes illud pronunciationis anceps, illud humanæ ſalutis incertum? Numerabis ergo ſententias,& ſi damnaueris,exultabis nefande,gaudebis? Puto non adamaſti. An & ſequeris, dum carnifex trahit?Intereris, dum hos oculos occiſura contingit manus? dum hæc amplexibus tuis nota ceruix, ad ſupremos nudatur ictus? Non exilies?non pectus oppones?non fidem hominum deorumque clamabis? Accipies percuſſam ſuper palpitantia membra conſiſtens? potes hoc videre? potes hoc ferre? ſanatus es. Quod ſi quis triſtius iudicii huius attulerit euentus, dii rapide pereuntium beneficiorum ſemper vltores, dii quos iſte crudelis in amplexibus puellæ frequenter mœrore lacrymis, aut finẽ amoris rogauit, aut mortem, date nobis iuſtam de ingrato iuuene vindictam. Non

impro-

imprecamur debilitates, naufragia, morbos. Pauper ſit, & amet quancunque meretricem, & amare non deſinat.

AMICI VADES, DECLAM. XVI.

ARGVMENTVM.

Duo amici ex quibus vni mater erat, peregre profecti, ad tyrannem applicitiſunt. Mater cognito quod filius haberetur à tyranno, flendo oculos amiſit. Oblata eſt à iuuenibus tyranno conditio vt dimitteret alterum ad viſendam matrem ad diem praſtitutã reuerſurum ita vt niſi occurriſſet ad diem, de eo qui reſtiterat, pœna ſumeretur. Et iureiurando adſtrictus eſt. Venit iuuenis in ciuitatem. Mater detinet ex lege, qua parentes in calamitate deſerere non licebat.

Pro iuuene contra matrem.

ETsi, ſanctiſſimi viri, olim omnes videor humanorum pectorum affectus in ſolam amicitiã contuliſſe & patior inuidiam hominis qui ſibi non reliquerit vt amaret & matrẽ: quoties tamen vniuerſam pietatis meæ conſcientiã inrueor, in qua minimũ eſt quod videor bonus amicus, non poſſũ non hanc primam electionis noſtræ complorare fortunam, quod mihi neceſſe eſt aut amicum relinquere, aut matrẽ. Facinus ſeueriſſimi viri, facinus ſit impatient iſſimis affectibus meis, quod ſuccurri non poteſt duobus. Excedit omnẽ querelæ meæ cõplorationem, quod tam diuerſis meorũ conatibus aduerſa conueniunt, vt videar eligere. Quid non darem miſer pro luce matris, qui vt illam viderem, amicum dedi? Fidem veſtram, iudices, ne inter maximas neceſſitates pereat vſus hominis, qui paratus eſt duobus impendi. Iam hic eſt tota ratio clementiæ, ne ibi me detineatis, vbi non proſum. Nec diſſimulo, ſanctiſſimi viri, profetre me cum maximi tum incredibilis exempli fidem, vt non immerito poſſim, videri cum matre colludere. Ego videor excogitaſſe iſtum colorem. & hoc quod detineor amicitiæ vocatur infirmitas, Miſeremini, iudices, tentate me, dimittite. An voluerim reuerti, ſcire non pote-

poteſtis, niſi reuertor? Illud ſanctiſſimi iudices, illud affectus meos torquet ac lacerat, quod ſim ingenti expectatione deceptus Sperauerám futurum, vt hoc loco rem magnam faceret & ma er. P iaueram apud tyrannum hanc iactationem, vt me crederet rem iſſum, & genus oſtentationis adamaueram, vt miraretur hominis fidem etiam in orbitate. Quo vultis hoc animo feram quod etiam vt reuertar, amico meo mater impoſuit? Et quantum ad hanc pertinet, maximum iuuenem decepit, illum qui meos crediderit aff ctus. Non poſſum, iudices, litis huius diſſimulare facinus, innocentius fuerat vt ego nollem reuerti. Videtint ſanctiſſimi viri, qui receptas nominum perſuaſiones velut aliquam ſeruitutem charitatis attendunt. Me ſi quis interroget, nullos affectus tantum naſci puto. Et ſi quis omnia vera ratione reſpiciat, quicquid liberos, fratres, propinquos inuicem tenet, amicitia eſt. Homines igitur, quos cum maxime incredibilium rerum loquitur inuidia, ſumus ſine dubio non eiuſdem pars animæ, non eiuſdem pondus vteri, & quanto minus in cauſſis, tanto plus in affectu eſt. Admirabilior charitas, in quam coimus viribus noſtris. Non pudet, iudices, hanc fateri perſuaſionem, minus debetur homini qui aliquem ideo tantum amat, quia neceſſe eſt. Ita eſt, iudices, ita eſt, à primis ſtatim ætatibus in eandem coire vitam habet aliquem fraternitatis affectum. Sic effectum eſt, vt nos ſtatim fama committeret: & tali certamine coiuimus, vt ſi quid accidiſſet vni, deberet & alteri exemplum. Inde eſt quod & pariter reuerti contempſimus, & quaſi facilius eſſet inter fidos, placuit ſub incerto pelagi cohærere. Nec tamen vanitate, nec diſcurſu pueris extractos: magnos & inexplicabiles nauigandi fuiſſe cauſas, vel hinc poteſtis æſtimare, quod nos non detinuit hic mater. Vtrumne igitur, iudices, ſumere de nobis etiam nunc voluit experimentum ipſa amicitia? & parum fortuna credidit hominibus adhuc tantum feliciter amantibus? An hæc eſt magnæ ſemper opinionis inuidia? nec vlli vnquam tã plena confeſſione laudantur, vt illos non ipſa quoque amicitia tentare velit? Littoribus appulſi ſumus, homines: quorũ omnia caſus, fama cuſtodiebat. Conſumimur terrore, qui parentibus ſtatim cæcitas eſt. Hinc illud euenit, quod ſumus pariter alligati. Sic magis aduerſus ſolutum carcer inuentus eſt. Pudet, iudices, fateri, iam in hoc victus, iam inferior receſſi. ex duobus magis amatur, quem tyrannus paratus eſt alligare. Quantum tibi amico

mice debeo? Non potuit nos diuidere niſi mater. Tibi primum cæcitas nunciata eſt, tuus hic affectus fuit, quod hoc credidit tyrannus. Quid ille non fecit vt rex deſiderauerit vicariũ corpus? amplexus eſt catenas Sponderi ſibi voluit hominem reditutum per maria, per matrem: repromiſit de incertis tanquam de animo ſuo. Quis hominum pro ſe tã multa feciſſet? Præſtitit, inquam amicus, præſtitit rem, quam videbatur ideo tyrannus indulſiſſe ne fieret: & hominem qui in rebus humanis hunc eſſe nolcat affectum, decipimus dum tẽtamur. Ego non inuenio cur horreat mater carcerem, quid ſibi velit quaſi deſtinatas operire ceruices. Non odit me tyrãnus, cuius non intereſt an alium occidat, Miſerere mater, ſi quis eſt magnorum meritorum pudor: querere quod vnum de cæcitate impatientius ex nobis amaris ſemper abſentem. Cui tu fortunas, quibus neceſſitatibus iniicis manum? Me ad amicum meum admitteret alterius catena, & tyrannus nunc mihi portas operiret, ſubſidio nauigium parata præſtaret. Si mehercle ante morerer, ire debeκs mater ad diem. Miſera nõ intelligis quanto te magis plus obligauerit amicus? plus debes homini, qui me tibi remiſit, ex quo pati non potes vt reuertar. Libet mehercle, iudices, libet miſereri hominum qui me laudant reuertentem. Amicus mihi credidit vt redirem. Ita nunc ego facio rem magnam, ego ſum ille bonus amicus, ille mirabilis, ille narrandus. Si qua dicentis fides eſt, facinus mihi videtur, quod ſcio me non eſſe periturum. Sentit, iudices, & ipſa mater rem ſe facere turpiſſimam, ſi neceſſitate detineat. Itaque mulier quæ ad huc de affectu cuncta fecerat, ad legem ſubito conuertitur. Peſſima, iudices, cauſſa matris eſt, in qua plurimum lex poteſt. Liberi parentes in calamitate ne deſerãt. Facinus eſt, iudices, hoc dici homini reuerſo. Ita nunc ego contemno matrem, ego deſpicio cæcitatis obſequia, homo qui omnium calamitatum mearum ambitũ in hoc cõſumpſi, vt redirem? qui inter ſupremas ſolicitudines nõ pro me rogaui? Mihi quiſquam contumacium ſupplicia liberorum, mihi neglectæ pietatis minatur inuidiam? Bone Iupiter, quanti mihi conſtitit ne malus filius viderer? Impurem tibi neceſſe eſt mater, quod meum amicum propter te reliqui, ad quem facinus eſt non reuerti. Nondum, iudices, neceſſitates meas, nondum amici merita refero, interim contendo tunc eſſe tantum legis huius vſum, cum in calamitate ſoli ſunt parentes. Magnam partem mortalium fortuna dimiſit à legibus, nec vlla iura

iura tam triſtia ſunt, vt ea in aduerſis patiantur homines. Ego cùm me neceſſitas rapit, ſic habeo queri, quaſi relinquar. Excuſatæ ſunt parentibus liberorum calamitates, & ſi quem lex iſta deprehenderit, in alterius fatum tranſeat neceſſe eſt tanquam orbitate m. Quid enim ſi me detinente matre alterè latere reuocaret? & ſi bella militem poſcerent, ſi legatum patria dimitteret, veluti ad propriam deſcendam neceſſitatis meæ comploratiouem? Si me damnatum pœna conſtringeret, videlicet effringeres carcerem mater, iniiceres carnifici manũ, & perituri filii iugulum autoritate iuris operires? Dii deæque quam longe eſt lex quæ retinet hominem, qui pœnæ nõ venit! Neſcis quantum intelligo mater, quantam inuidiam debeant facere liberis parentes, à quibus relinquuntur. Mater quæ ſe deſeri queritur, illud exclamet, Filium meum ciuitas peregrina ſolicitat: vt amœnos neſcio cuius receſſus orbis petat, debilitati meæ ſubtrahit humeros. Iuuenis meus abducitur amore meretricis, & ab officiis ciuitatis vitatis abſtrahitur oculórum. E uſmodi gemitu filium neceſſe eſt perſequatis, vt quod detineor, obiter & pœna ſit. Non facit iſta lex ad liberos qui miſericordia detinentur. Vt turpe ſit quod recedo, in eo tantum eſt ad quem reuertor: & vt facinus ſit relicta mater, non faciunt niſi cauſſæ relinquendi. Homo qui ad tyrannum reuertor, ſi malo animo relinquo matrem, dignus ſum qui detinear. Non eſt itaque quod ſubinde nominis veſtri beneficia mater opponas, non eſt quod vtilitati tuæ fieri poteſt; ſi credimus eſſe in rebus humanis & alterum affectum amicitiæ, quam mihi videtur natura excogitaſſe, vt coire inuicem poſſit totum hominum genus, quæ ideo nondum circa ſe tenet omnes admirationes, quia tota non contingit, quę tamen peruenerat ad incredibilium fidem, niſi illam vos impediretis. Amicitia plurimorum corporum, vnus animus, vicariæ manus, fortior quam matris affectus. Rogo quid refert quid vocetur ille qui ſic amat? Quid intereſt ex quibus magna merita deſcendant? Vultis ſcire quid de hoc affectu ſentiat mater? Et amicum meum putat malle ne reuertar. Finge me poſitis paulisper meritis, quibus obligatus ſum, hoc tantum dicere, Amicus alligatus eſt, ire volo mater vt redeat, vt conſoler, vt dominum rogem, vt ſi tyrannus exegerit, vicarium corpus opponam.

Quid detines? quid moraris? Hoc eſt tẽpus propter quod colimus. Neſcias an diligat, cuius nõ habet experimẽta niſi ſola

felicitas: & ſi vitæ præſtes omnia ſecunda, amicus ocioſa res eſt. Dictu jum me putas, hoc expectat alligatus, expectat totum imo genus hominum, & nos in hanc fidem perſuaſionis receperunt, vt ſi hoc faciam, nemo miretur. Vis ſcire mater, quem affectum, quam reuerentiam in calamitatibus amico præſtare debeamus? Nullam legem timuit ne relinqueretur. Differo inter cauſſam amicitiæ, agere pauliſper omnium liber, & tyrannus mihi credidit, volo reuerti. Nulli vnquam mater plus commiſit fides, neminem magis obligauerunt expectationes. Credidit mihi homo, cui res fauorabilis contingit, ſi decipitur, qui ſibi excogitaſſe contra omnes amicos videtur, vt illi imponeremus. Nō eſt quod mihi ſupplicia, quod omnem mortis apparatum mater opponas. Facinus eſt, id tantum hominibus bene credere quod expedit: & actum eſt de rebus humanis ſi ſola ſeruatur vtilitatum fides. Infinitum eſt quantum mihi crediderit tyrannus, ſi me occiderit reuerſum. Intelligit, iudices, & ipſa mater, quantæ reuerentiæ locum amicus obtineat, quæ incipit contendere affectu. Niſi fallor igitur, cum ego ſim materia litis, hoc primum æſtimare debetis, vter in ea calamitate plus fecerit. Ante omnia permitte mihi de hoc affectus tui genere mater queri. Quid tibi iam rabido, tam præcipiti dolore voluiſti? Quid aduerſus tuis præſtare faciem, & in oculos tuos accipere nuncium? Non reliquiſti tibi vt redimeres, ſine dubio adiecisti ad matris affectus, oculos in media orbitate fudiſti, ſed illud non laxat catenas, non explicat corpus. Quid mihi prodeſt iſte qui ſe citra filium conſumpſit affectus? Plus feciſſet mater quæ iſſet ad tyrannum. Alligatus ſum, tu nunc ſic flebis tanquam ſoluar in lectulo, tanquam in tuis manibus expirem. In quibuſdam calamitatibus deſperatio non eſt ſummus affectus: & quiſquis orbitatem ſtatim credit, feſtinat ad impatientiæ ſecuritatem. Inſimules licet mater tantæ pro me impatientiæ, tam incredibilis affectus, amicus rē difficiliorem fecit, quod ſeruauit oculos ſuos, vt alligaretur. Dii deæque quantum ille præſtitit qui mihi inuidit pœnam meam, nec receſſit! Ille, ille terribilem carcerem facit, qui inde procedit. Iam non corporis nexus hærebat, nec aliud quam reſederant pondere catenæ, conſumpti longo ſquallore vultus, concretæ noctibus diebuſque ſuper ora lacrymæ. Miſeremini, iudices ne perdat autoritatem meritum quod vltra expectationem eſt. Ponite ſub oculis alligatos, quorum alterum amicus redemerit, al-

terum

terum mater. Rogo vter plus fecerit? Bone Iupiter, quam auide, quam fortiter vincula noſtra tractauit! Quibus ille precibus exegit vt ſibi crederetur! Accipe, inquit has manus, hæc membra, ſi fieri poteſt, vt amicum matri remittamus. In totum explebo, ſi videatur, vicaria pœna locum recedentis. Vel ſi vis vtique tibi dimiſſa membra reſtitui, ſpondeo quencunque iuſſeris aperto iugulo diem. Fidem deorum hominumq; quid non factum eſt, vt amicum meum pœniteret? Ingeſtum eſt miſero illud carceris tenebrarumque ſecretum, grauioribus vinculis opus eſſe, a... ſex dixit ad bonum amicum. Accedere ad illud cubile iuſſi ſunt homines nocentes: & ſubinde dictum eſt. Vide tamen, amicus ſi tanti eſt. Vna vox, vnus miſeri gemitus. Vrite, lacerate, diſtrahite, ille tamen reuertetur. Miſerere mater, magna res agitur. amicum meum reliqui cõtendentem cum tyranno. Excuſo me vobis humani generis affectus. & tibi ante omnia mater excuſo, quod hoc fieri paſſus ſum. Vlla ergo in rebus humanis neceſſitas tanti fuit, vt illum amicum meum in carcerem ipſe deducerem? vt ſquallorem meum, meas catenas in membra feſtinantis exuerem? vt tam abrupti commeatus diem contra tot incerta promitterẽ? Teſtor te miſera conſcientia, & ſi quod nos in illa neceſſitate numen aſpexit, quantum ſimus rixati circa catenas, quam omnia fecerim, vt ille potius veniret ad matrem. Fateor iudices, vnius cogitationis pudore victus ſum, quod tam magni beneficii difficultatem ab amico non accipere, affectus videbatur hominis qui non crederet. Miſerere mater, neme ſolutum putes, amicum alligaui. Hæ ſunt catenæ, quæ regunt membra, quæ per maria, per infinita terrarum ſpatia reſtringũt. Sic non poteſt carcer effringi. Inuideo tyranno, ſcit alligare amicos, ſcit tenere dim ſſum. Iterum ac ſubinde proclamem neceſſe eſt, Ego amicum meum alligaui, & vt te viderem, pœnam meam altero homine impleui. Scio quo hoc amicus præſtiterit animo, ſed ego rem feci hominis non reuerſuri. Interrogo hoc loco impatientiam tuam mater, interrogo, quid faceres, ſi nos ad te videndam deduxiſſet alligatos aliquis ſatelles, ſi barbarus aliquis? Fruereris oculis, fruereris amplexibus? Non eſt quod te iſta tanquam leuior, tanquam expeditior conditio decipiat. Quid putas eſſe, quod me dimiſit ſolutum ire quo vellem? Crudelis artifex non reliquit nobis, vt imponeremus. Superuacuo igitur hoc vos in matris cauſſa minuet, quod cæca eſt. Huc quod nobis inui-

diã facit vulneribus oculorum, nolite detinendi putare cauſſas: idem videns faceret. Nec plus eſt quod non poteſt cæcitas ferre, quam mater, vt aliqua filio carere non poſſit, nonnunquam calamitas facit. Quod ſi, Iudices, in perſona mea nec affectu, nec meritis inferior eſt amicus, quid aliud iuſtitia veſtra debet attendere, quam vter plus patiatur? Iam ſatiauit dolorem mater, egeſſit æſtus, effudit impetum, iam non deſiderant oculi, cum cadunt. Adiice quod hanc qualemcunque fortunam inter amicos tenet, inter propinquos, habet omnia miniſteria ſua debilitas, ſuas cooperationes. Vis ſcire quanto intolerabilius ſit quod patitur amicus? Excæcauit te quod ego ſic tenebar: ille accipit cibos, quos carnifex, quos tortor apponit.

VENENVM EFFVSVM.

DECLAM. XVII.

ARGVMENTVM.

Filium ter abdicare voluit pater, victuſq; Inuenit quodam tempore in ſecreta domus parte medicamentum terentem. Interrogauit quid eſſet, cui paraſſet. Ille dixit venenum, & ſe mori velle. Iuſſit pater bibere. Ille effudit medicamentum. Accuſatur à patre parricidii.

Pro filio contra patrem.

LASSATVS per diuerſos miſeræ mentis æſtus, & eundem dolorem, dum me ab vtroque animi genere ſemper quod impulerit abducat, & in pertinaciam deſperationémq; neutram mihi liceat perferre patientiam: hoc primum à notiſſima clementia veſtra peto, ne miremini quod inter tam varia triſtiſſimaq; fata conſilio diductus ſum, nec pro malis meis quicquã melius inuenire potui, quam vt morerer: nec pro innocentia, quam vt viuerem. Nouo igitur, iudices, inauditoque genere diſcriminis vtriuſq; animi reus, quæ ſatis calamitates meas comploratione, quo deflebo gemitu? Filiũ mori volentẽ pene occidit, quod interuenerat pater. Videtis adhuc illa ſecreti noſtri cõtentione rixantẽ. Quicquid citra ſuprema, citra exitium eſt, contumaciam vocat: quãtum abſolutionem aſpicit, vitã. Quis poſt hoc quærat ac dubitet

dubitet quo me affectu iuſſerit virus haurire, qui parricidium vocat quod non biberim? Permiſſurus fuit, ſi bibere voluiſſem. Quæſo itaque iudices, delationis hodiernæ penitus velitis perſpicere cauſſas. Obiicere putatis parricidium patrem pro ſe? Necatur, vritur, ſine dubio torquetur vita. hoc enim non poteſt ferre, quod mori filium iuſſit, nec coegit, & ſcit facinus fuiſſe in imperio, ſi innocentia eſt quod recuſaui. Sæ quod crudelitatis eſt, vel ab inuidia ſe criminibus meis defendit, excuſat, & ne vocem illam tanquam peractum facinus odeitis, ſubſtituit pro malo patre miſerum. Hic eſt, iudices, deprehenſæ impietatis æſtus. Nemo vnquam volet innocentem filium videri, quem voluerit occidere. Illud quoque, iudices, à grauitate publica peto, ne quis me mori voluiſſe non credat contumaciter. Adhuc prioris conſtantiæ meæ more defendor: alia eſt mihi ratio cum vici, & fortior ſum reus quam abſolutus. Sed tunc tantum par eſſe non poſſum calamitatibus meis, cum me conſtare cœpit mihi aliud eſſe quam miſerum. Bene quod ruſus vocauit in forum, iuſſit integritatis agere cauſſam, fecit vt mihi videar perdidiſſe mortem. Si pœniteret patrem quod me bibere iuſſit venenum, ego ferre non poſſum quod effudi. Licet igitur immitiſſimus ſenex confundere publicos conetur affectus, querelarum fronte mutata, non ſumus nouum vobis accuſator & reus, nec noſ modo pietatis euerſæ recens aſſeruit immanitas: parricidam me olim vocat. Ita eſt enim, iudices, ita eſt, iam pridem hominum nefandorum ſolis nominibus accuſatur. Sic mihi illa prima patris maledixit aſperitas. Hic eſt ille quem deſinere iã iuſſeratis, qui ſemper ad vos recurrit & vincitur. Fallitur quiſquis illam de moribus ſenis laſſitudinem vel patientiam ſperat. Patri qui abdicare non potuit, minus eſt filius nocens, quam abſolutus. O pertinaciſſimum accuſatorum genus, victi parentes. Dum authoritatem nominis veſtri fortius imperioſis aſſerimus affectibus, & ne pudorem pœnitentiamque fateamini, contumacia vindicatis errorem, calamitatibus meis acceſſit, vt etiam abſoluerer. Nanque vt erat in ſuperuacuo odio meo ſenex prima luce deprehenſus, ferre non potuit, quod reddebar inuito: & quia à iudicibus non impetrauerat vt abdicaret, apud ſe tenuit, ne deſineret hoc velle. Credidit tamen aliquid profecturum querelarum errore repetito, & ſperauit iuxta contentionem ſuam vt laſſeſceret aliquando pro me iuſta miſeratio. Quid facerem igitur? quo verterem iam fati-

gatam innocentiam? Nec exire me decebat ex domo, ne viderer quicquid vos non credideratis agnoſcere nec expectare poteram, cum mihi ruiſus aliam ſeriem malorum minaretur, quod me iam cœperat pater contentione qua vobis iraſcebatur, odiſſe. Tandem infelix miſertus mei, miſertus patris, cum de prætetitis proſpicerem iurgia tam longa quam vitam, captaui fateor, omnem occurſum, quem mihi videbar exaſperare præſentia, exorare dum morior, & tanquam nouiſſimi ambitus genus excogitaui, vt me in honorem ſui reuerentiamque pereuntem, ſic odiſſe deſineret, quomodo parcere ſolet ira cedenti Non habet alium quam mortis exitum filius, qui nec reconciliari poteſt, nec abdicari. Erat in domo noſtra locus, in quo ſedebam ſemper reus, in quem reuertebar abſolutus, querelis meis lacrymiſque iam conſcius, in quem ſe ferant. In hunc non tanquam cuſtodiæ patris imponerem (nã quid poſſit inueniri, quo non me captantis aliquid deprehendere cura ſequeretu?) ſed ſicut ſolent qui immori volunt, pudore, non ira, ab omnibus quæ videbantur auocatura ſeceſſi. Nam nec placuerat exitus genus querulum, tumultuoſum, aut quod faceret inuidiam. Sed quid mihi tecum eſt integritatis nimia ſimpliciras? Non putat ſe poſſe deprehendi, quiſquis venenum parat ipſe poturus. Totus oculis animoque conuerſus hærebam miſer in opere moriendi (nec diſſimulo) cum quadam cunctatione, cum mora, ſicuti bonæ conſcientiæ lenta mors eſt, nec præcipiti per ſuprema trepidatione feſtinant, quos hoc ſolum quod ſui miſerentur occidit. Abiit per tacitas conqueſtiones mẽs in obitus contemplatione poſita: & hauſturus potionem qua renunciarem rebus humanis, totam apud ſe repetebat animus innocentiam ſuam, cum pater ſecretum quod per impatientiam pereuntis impleueram (quantum credo) lacrymis meis gemituque perductus intrauit. Non poteſt videri, iudices, ſuſpicatus aliquid de parricidio: quid tererem, cui pararem, neſciebat, qui interrogauit. Nuncio vobis, ſanctiſſimi viri, nihil à morientibus fingi: nihil vita laborante ſimplicius. Ad ſubitum interuentum patris non tanquam deprehenſus obſtupui facinus me tacente, non pallor, non eſt confeſſa trepidatio: nec, ſicut accidere nocentibus ſolet, illa obuia ſemper errantium patrociniorum verba variaui, cum me repente interrogatione ſubita auocauit, abduxit, quæſiuit quid tererem, cui pararem: ſed ego ſine cunctatione, ſine tarditate reſpondi, & me mori velle, ca-

lo, eadem veritate, & confeſſus ſum venenum eſſe quod terebatur. Date, iudices, patrem qui filium mori nolit & credit. Quis habeat, iudices, dicenti fidem? Venenum filii quod inuenerat pater, non ille potius effudit: ſtetit quinimo intrepidus, arrogans iuxta orbitatem quam videbat, & mihi mortem quam promiſeram, quam minabar, ingeſſit. Bibe, inquit. Quis poſt hoc, iudices, expectat, vt continuo pateam iubenti? Ita demum mihi non eſt aliud relictum, ſi patri patui, Audire nunc dii pariter atque homines: quid poſt tres abdicationes, & querelas toties iudicum grauitate percuſſas, velut attonitus, amens nunciet ſeculo pater parricida ſæuus, parricida crudelis. Non bibi venenum. Hoc eſt totum facinus meum, viuo, reſpondeo, non fugio iudicem, non cedo criminibus. Iam non miror quid ſit circa quod impatientia deceptæ crudelitatis exæſtuet plus quam orbitatis gaudium, quod modo perdidit ſenex: ſperauerat vt occidere me poſſet meo veneno. Sed quatenus inueniſſe ſe putat quod crederetis, vt contentionibus ſubinde damnatis authoritatem de nouo dolore circundaret, inuſitata commentus eſt. Quæ ſola mihi ſupereſt ratio viuendi, facinus ea ſimplicitate, ea fide denego, qua confeſſus ſum de veneno. Parricidii agis. Abſtuliſti quidem mihi patrem, vt exclamarem hoc loco, fieri non poteſt. Scio quantum defenſioni meæ difficultatis adiecerit, quod iampridem in domo noſtra humanorum pignorum ratio nõ conſtat, ſed pronunciatum liquet vtri ex nobis facilior ſit impietas, vter iuxta alterius languorem ſuprema non fecerit. Tu vnicum quotidie proturbare conaris è domo, velles inopiam meam, velles aſpicere ſquallorem. Ego oſculor illas expellentis manus ego abiicientis genua teneo & ad patrem qui me tam notabiliter odit; non habeo cur velim redire, ſi non amor. Præualeret nominis tui fortaſſis autoritas, ſi contentio noſtra cœpiſſet à veneno. Conſumpſiſti quicquid eſt quod parentes ab omnium ſcelerum ſuſpicione defendit. Nõ habet pater vnde parricidium de filio credat, niſi quem poſſet occidere. Me quidem pater infelicis huius perſuaſionis ſimplicitatem ſi quis interroget, nec à te parricidiũ fieri poſſe credo, niſi meo veneno. Facinus tamen in omnibus incredibile pignoribus, nullis difficilius quam liberis puto. Vos adhuc in ſuprema noſtra præcipitat autoritas, qui filium occidere vocatis plerunque grauitatem, ſicut abdicationis emendationem, ſicut reliqua ſupplicia noſtra rationis fronte

protegitis, cunctoſque prærigidæ mentis affectus vocabulo molliore lenitis. Nos nec felices facinus iſtud poſſumus cōcipere, nec miſeri. Non perueniunt ad nefas iſtud nec neceſſitates. Omnis circa deſperationem dolor, ira langueſcit. Et quanto di deæque difficilius ſi patraretur ſine conſcio, ſine miniſtro, totumque facinus & animum filii poſcat, & manus? Memento cuius obiicias immanitatis horrorem, patrem occidere velle. Hinc tantum accipis vires, vt mori poſſis deprehenſus. Vt ſciatis, inquit, verum eſſe quod obiicio, & abdicare volui. Non poteſt pater efficere genus querendi, pertinacia probationis. Tu cum dicis, filius me voluit occidere, videris tibi facere prioribus iudicibus inuidiam, exclamare, vos faciles, vos miſericordes, hunc mihi redditis S. diniquiſſimum eſt vt abdicatio, quæ nec in ſui valuit effectum, fidem maiori crimini præſtet. Non ſum reus inexplorati pudoris, nec anteacta vitæ meæ ſub hodierna primum lite tractantur. Felicior innocentia eſt circa ſuſpiciones, certior poſt reatum. Et quantum infamiæ præſtant obiecta dum nutant, tantundem autoritatis abſoluta reſtituunt. An ſcilicet ſuperatus eſt gratia pater, & apud ſenes, & apud parentes autoritate præualui? Videriut qui calamitatibus ſuis ſic blandiuntur, vt ſibi affuiſſe credant miſericordiam, fauorem: filius à patre delatus, nunquam poterit ſuperior eſſe niſi cauſſa. Sane tamen feramus, vt prima abdicatione non egeſſeris totum dolorem, multa tibi de criminibus meis verecundia querendi, multa paternæ pietatis abſtulerit infirmitas, quid non implet repetita delatio? Reuerſus es in forum iam ad iudices iratos. Quanto terrore cuncta perſulit pudor ille iam victi & redeuntis in damnatam colluctatione m? Acrior ſemper ex verecundia dolor. Sed & iudicum cura quanto malignior circa rediturum reum? Quam multis placet illa de diſſimilitudine pronuntiationis autoritas, & ſeuerior videtur diuerſa ſententia? Tertia vero abdicatio dii immortales quem apparatum, quem mouit ambitum? Ego miror quod mihi licuit audiri, quod me non ſtatim primus querelarum tumultus oppreſſit. Quid poſt iſta noui pater obiicere poteſt? Inter leges, inter iura conſenui, non habeo in moribus meis, quod non melius iudices ſciant. Scilicet capit natura rerum vt futurus parricida non præmiſerit notas, nullis ante fit maximi ſceleris immanitas tumultuata flagitiis: & quandoque culeo, ſerpentibus expianda feritas, ſub placida mente primam perculerit

lerit ætatem? Aliud eſt miſerorum genus quod clementia, quod ſuccurrendi fauore dimittitur. Abſoluerũt me qui ſciebant non profuturum mihi quod non abdicarer. Proclames igitur licet. Subinde detuli, ſæpe queſtus ſum, ter abdicare volui: hoc tamen res iſta debet efficere, vt tibi non oporteat credi, quicquid aliud obieceris. Non enim ſequitur, pater, vt me tuis criminibus accuſes, quod nocentem tuis moribus probes filium. Parricidam non facit ſeueritas veſtra, non ſæuitia, non terror: ad tam grande facinus non ita opus eſt, ſed moribus: non dolore, ſed mente. Omnes iniuriæ leuius exaſperant, leuius oderant: innocentis filii vltio eſt, mori. Quod ſi manifeſtũ eſt nihil tunc in moribus fuiſſe meis, quod poſſet eſſe ſuſpectum, æſtimemus vnde poſtea traxerim parricidii cauſſas. Vos libet interrogare hoc loco, iudices, quis magis debet innocentiam amare? Vici patrem, omni nunc ſolicitudine, omni labore cuſtodiam illam gratiam, illum ambitum meum, quo remuneror aduocatos, quo perſoluo iudicibus illud, propter quod audeo domũ reuerti, propter quod non timeo caſus, non ſubita pro patre, non maligna fata. Fidem non capit, vt me tres abſolutiones, & innocentem probauerint, & effecerint parricidam. Præterea pater quam infirmum me, quam trepidum reddit ipſa victoria? An ſcilicet ignoro quod me reuerſum circũſiſtat totius domus maligna cura? quod viuo inter homines qu bus apud te gratiam parat, ſi de nobis aliqua mentiantur, fingant? Videlicet hoc nos in facinus præcipitat impellit quod aliquid ſperamus de teſtamento tuo. Quid? ego non ſentio quod ſimili ſcelere miſſus in domum à charitate tamen excluſus, abiectus ſum? Rogo, qua fiducia facinus paro toties delatus, & paterna conqueſtione peritus? Quod vis patrocinium ſperem pro parricidio meo? Defendi non poſſem, ſi bibiſſes tu venenum. Finge me parricidii voluntatem, finge habere cauſſas, vnde occaſionẽ, vnde fiduciam? Ego nec mori poſſum, niſi vt deprehendat. Venenum paro, qui non miniſtrum, qui non inuenio conſcium? Deſpicior à liberis, contemnor à ſeruulis, euitant ſermonem meum, colloquia fugiunt, & charitatẽ tui ſimulant odio mei. An videlicet ſpero poſſe fieri vt ipſe porrigam? Eſt enim mihi ad conuictus tuos facilis acceſſus. Venenum mehercle putabis quicquid dederint hæ manus. Et virus præſentaneum paro, quod ſtatim, quod ſubito corripiat? At quemadmodum mihi ſuperſit vlla defenſio? An lentum, & quod tarda peſte

conſu-

conſumat, ſcilicet vt non ſtatim exclames, vt te meum virus bibiſſe non credas? Rogo: cui paraui venenum, quod dare nõ poſſum niſi mihi? Ita, inquit, patricidæ argumentum eſt & hoc ipſum, quod habuiſti venenum. Omnibus iudices, quibus ad ſcelerum conatus adiuuatur deteriorum quotidie fœcunda mortalitas, non hanc ſolam potentiam natura conceſſit, in quam malis mentibus & nocentium ducuntur ingenia: ſed illis vſus ex animo eſt, totumq; quod faciunt, de cõſcientia poſſidentis accipiunt. Quid enim ſi latronem gladio tantum probes? Sic munimus & somnos. Excute peregrinãtium ſinus, hærent tela ſolicitis. Non vetant iſta leges parare, proſpicere: nec inſtrumenta prohibent, ſed æſtimant vſus. Finge me velut in media proſperitate vitæ proclamare. Venenum parani, ad quod incerti caſus, ad quod languor, dolor, ad quod confugeret improuiſa debilitas. Miramini quod hoc fecerim homo qui circa me fortunam, qui diſcrimina humana laſſaui? cui neſcio quid adhuc paret toties victa dilatio? Debuit habere in ſua poteſtate mortem, quem iam pater poterat occidere Non eſt, inquit, credibile vt mori volueris abſolutus, qui reus noluiſti. Poteram quidem dicere, pater. Vixi, dum ſpero fas eſſe, vt incipias aliquando ſervari, vt te ſqualor meus frangat, mitigent lacrymæ, pallor exoret: ſed ignoſce innocentiæ, tunc me decuit pertinax & rigida defenſio. Vixi, ne me videretur expuliſſe de ſeculo profundorum ſcelerum deprehenſa trepidatione: ſuper cadauer meum proclamare poſſes Certe merito timui, merito prædixi venenum, qui viuendi non habebat audaciam. Ne ſupremis meis conuinciareris, nequid poſſes obiicere iam non negaturo. Verum tibi de impatientia mea fatendum eſt, eadem mẽte nolui mori, cum abdicares, qua non bibi, cum iuberes, Sed fruere iterum, fruere ſæpius confeſſione tam miſera, & quia oculos ſpectaculo non licuit implere, ſatientur aures, volui mori. A iudice, ſi videtur, hanc malis noſtris contumeliam, tu interroges, quare abdicare me ſubinde voluiſti? Quid ais rerum naturæ pietas? ita iuſtiores cauſſas habet impatientia, quam corporũ damna, quam facultatum triſtis euerſio? In ſuprema præcipitat me pater. Ita non hæc vna vox complectitur omnes calamitates? Non videmini nunc vobis vniuerſos audire miſeros? Poſſimus fortaſſis aliorum accidentium ſperare finem: non habent proximorum odia regreſſum. Quæcunque nexus accepere naturæ, & quæ ſanguine viſceribuſq. conſtricta ſunt, non

non laxantur diducta, ſed pereunt. Quæ de primo tenore naſcendi vix in contrarium victa deflectunt, diuque prauitatis ſuæ rigore durata, mox in priſtinum curſum remiſſa non redeunt, ſed totum pondus omneſq; vires inclinata traxerunt: vigore quo ſibi permiſſa creuiſſent, in ipſius vitii robur adoleſcunt. In hoc tota eſt difficultas, vt incipiat non amare filium pater, hoc cùm fronte confeſſionis accipit, reliqua præcipiti furore decurrunt: & rediturıs charitatibus obſtat, quicquid obſtiterat odiis. Semel ſibi parentes liberique mutantur, ſemel auferuntur. Felices qui habent in conſcientia ſua quod debeant emendare, corrigere. Illa demum poteſt ita deſinere, quæ coaluit ex vitiis liberorum. Ego quid facio, cui non luxuria, non eſt mutanda petulantia: cuius abdicatio non de meis, ſed de patris moribus venit? Fruſtra mihi exhortationes, fruſtra blandientur vana ſolatia. Hominis quem pater odiſſe non deſinit, vnus exitus eſt, vt ſe oderit. Et quan ulum habet de toto dolore noſtro ille quo venitur ad iudicem dies? Ego cum dico, pater me odit, illud exclamo, omnes ſine me ſunt feſti dies, omnes lætitia ſine filio, non alloquitur mœſtum, non aſſidet ille languenti. Gratiſſimus quiſquis de nobis triſtius aliquid attulerit, quiſquis maledixerit, côuiciatus fuerit abſenti. Ego ſi hoc poſſum ferre, merui. Alia ſunt aduerſa, quæ de continuatione ſui patientiam parant, quæ durant aſſiduitate, firmantque mentem. Quod te pater oderit, quotidie nouum eſt. Minus fortaſſis vrunt inuicem ſimultates, & mutuis deteſtationibus diuiſa reſpirent. Odium is tantum filius perferre poterit, qui & ipſe oderit patrem. Vos nunc iudices, vniuerſos quinimmo mortales infeliciſſimus iuuenis interrogo, quid me facere vultis? Explicuit nos ſine dubio de criminibus exitus, quod abſolutus ſum: tamen non hoc effecit, ne mori velim, ſed vt mihi liceat & viuere. Victus ſum enim mehercle, victus ſum, iudices, abſolutionibus meis, & (quæ certiſſima eſt animæ laborantis infirmitas) miſera felicitate defeci. Quem mihi vultum domum reuerſo, quem ſuadetis animum? Non decet gaudium meum, exaſpero hilaritate: non decet mœror, offendo triſtitia: capto ſermonem, inuiſus ſum tanquam arroganter inſultem. Doloris cauſſa, dicor ſi propius aſpiciat: videor, ſi recedo, contemnere. Quouſque vincemus? Neſciunt prorſus abdicationibus mederi, qui non ſtatim cedunt, qui conſcientiæ ſuæ rigore nituntur. Non vincitur pater, non ſum abſolutus:

cum

cum domum veni, nemo me diligit, nemo reueretur. Iam ad nos de penatibus illis non pertinent niſi ſecreta, niſi latebræ. Non exuo, non depono ſordes, & mihi quotidie ſenex tanquam accuſaturus occurrit. Attendo quid faciam, quid loquar, qualis aſpiciar, & (quod malignissimum eſt ſolicitudinis genus) me ipſe cuſtodio. Satiaſti me vita, ſatiaſti. & cum felicibus quoque veniat ex nimia proſperitatis continuatione faſtidium, quod tædium paras laſſitudine miſerorum? Conſumpta eſt in lacrymis, in precibus ætas, exacti ſordibus dies, anxietate noctes. Quid mihi contra tam indigna, tam grauia promittit integritas? Abdicari debet, quem nocẽtem pater odit: mori, quem innocentem. Sed vt credamus, inquit, voluiſſe te mori, cur potiſſimum veneno? Poſſis quidem pater hanc de omni ſupremorum genere litem facere moriẽtibus: & quia rerum natura varias fatorum vias indulſit animæ, in nullo non exitu ſimili ratione reprehendas quicquid electum eſt. Sic ſuper ſtrictum nudatumque mucronem proclamares, cur non veneno? Sed nihil eſt delicatius exitu, quẽ non ſupplicia, non metus, ſed collecta de calamitatibus commendat infirmitas. Mihi tamen præcipue cum hoc mortis inſtrumento propria concordia eſt: non ſpargit cruorem, non trucem cadaueris relinquit aſpectum: placida eſt, quieta eſt. Ingratiſſime ſenex, ego & hoc ſic moriendo proſpexeram, ne me occidiſſe alius videretur. Te nunc apprehendo, te interrogo pater: ita patricida ſum ego, qui venenum affero in domum tuam imparatum, rude, terendum, cui tam multa reſtant antequam dari poſſit. Ita patricida ſum, qui iuxta te quęro ſecretum, qui de potione tibi incerta, quam nemo detulit, quam ſimpliciter, tam facile reſpondi? Secedo in medios penates, nullos ab introitu præpono cuſtodes, non euito tranſitus, non excludo venturos. Rogo, vtrum hæc omnia ſunt occidere volentis, an mori? Venenum quod tibi pararetur, inueniſſes abſconſum, reconditum, multum circa illud palloris attoniti, concisa verba, trepida ſuſpiria, & me negantem. Patricida deprehenſus effudiſſet venenum, ne fateretur. Cur ergo, inquit, ſi tibi paraueras, non bibiſti? Breuiter, pater, & ſecundum naturam conditionis humanę reſpondeo, nihil aliud eſſe in poteſtate miſerorum, quam vt mori velint. Ego cum dico mori volo: non hoc dico, moriturus ſum: de animo meo reſpondeo, non promitto de fato. Miraris quod quamuis iam teneam venenum, multum tamen adhuc caſibus, incertiſque

ſuper-

ſupereſt accipere? perfoſſis plerunque viſceribus vitam tamẽ ab ipſa deſperatione redeuntem? Strictos circa colla laqueos, aut nexus, aut ipſius corporis ruina decepit, rotatos per abrupta molis iactus explicuit. Tam conſentaneum eſt ne moriatur qui velit, quam quod morimur inuiti. Sed malo, ſicut cœpi, ſimplici tecum ratione conſiſtere. Nihil æque pater impetu conſtat, quam mori velle: nec quicquam res humanæ impatientius habent pereuntis affectu. Hunc ſi retinere velles, ſufficit moreris: & rationem quoque homini mortis eripiet, ſi quis abſtulerit ardorem. Frangit animum quiſquis interuenit, abducit, auocat quiſquis alloquitur. Ambiuntur cuncta moriendi ſpatia prouidi. Ideo nos me hercle crediderim eiuſmodi exitum eligere ſecretum. Minimum eſt quod confundat hominem infirmitate morientem, & exiguis cauſſis opus eſt vt diſpliceat obitus quem miſero ſuaſit integritas. Quid ſi interueniat aliquis qui gaudeat? qui vindicare ſe putet? ſi teſtes adhibeat oculos, quibus inuidendum ſit. Statim mehercle arrogans vita ſimulatur, ſtatim contumax dolor cum deprehenſa morte diſſentiet. Neſcis quantum mihi hæſitationis paraueris cum interrogas dum reſpondere cogis. Sed quem & reddere, iterum litigare, defendi. Me vero tunc pariter omnes tenuiſtis affectus, indignatio, pietas, reuerentia, dolor. Ego propter patrem mori poſſum, coram patre non poſſum. Adiice nunc quod & dixiſti, bibe. Si mehercle ſaucium palpitantemque iuſſiſſes adigere ferrum, premerem cluſis vulneribus animam: ſtringere aptatos ad colla nexus, conarer abrupto deſilire laqueo, ſi vero iniiceres manum ad præcipitia properanti flecterem in plana curſum. Merito prorſus anima ſecretum ſolitudinemq; captaueras. Interuenis pater, actum eſt, perit ille ſuſceptæ mortis ardor, & vtroque nos ſoluit affectu. Mori non debeo, ſi vetuerit: non potero, ſi iuſſerit. Bibe, inquit. Nondum quidem potioni virus aptatum eſt, ſed me ideo deprehendiſti, quia adhuc terebatur. Multa tamen mihi patre ante facienda ſunt. Volo prius conuocare ſeruulos, contrahere libertos, complorare, conqueri, mandare, defendi. Bibe. Mihi vero tunc adieciſſe viſus es, teneris, hæres, eamus ad iudicem. Bibe. Sed hoc iubes tanquam negem venenum. Interrogare vos velut in illa ſecretis noſtri præſentia liber, quem mihi poſt hanc vocem animũ datis. Dicit hoc accuſator, dicit hoc victus, dicit ſecreto, dicit ſic vt poſſit negare, ſi bibero. Bibe. Ego quidẽ volo, & hoc quõ maxime

maxime parco, ſed totum hunc animum ſenex tua auiditate mutaſti. Bibe. Quid reſtat aliud quam vt recuſantis ora diducas? vt infundas per oppoſitas manus? Mihi vero tunc excidit quid velim, quid pararim. Vide truces loquentis oculos, vultus parricidali ardore ſuffuſos: iuberi mihi videbar vt biberem tuum venenum. Neſciſti pater pertinaciam meam ſeruare, neſciſti. Filium propter te mori volentem deprehendiſti. Vis occidere? vera, inuade poculum ne hauriam, bibam. Exclama, temerarie quid facis? Iam deſino iraſci, iam reuertor in gratiam. Properabo, vt hoc ſecum aures ferant, vt impatientia tua fruantur oculi. Tibi imputes quod in me retorſiſti, quod ablata ſunt ſacramenta pereundi. Innocenti facilius eſt mori, ſi rogetur vt viuat. Fidem deorum, in quam me contumaciam pater, in quem tunc impuliſti contentionis ardorem, cum diceres, bibe! Nec viuere mihi libuit, nec mori. Ereptus ſum miſer animo meo, & improuiſa voce perculſus, ſteti ſine affectu, ſine negatione, attonitus amens & me pene aliter occidi. Nihil eſt profecto improuiſorum dolore torrentius, & fractæ malorum contentione mentes ad inexpectata caligant. Non querelas poſt hoc inuenio, non verba, nõ lacrymas. Ad nullius rei conatum ſufficit mori alterius animo, & ſuo veneno. Licet igitur noua me textus mole conueniat, non pœnitet tamen illum finxiſſe, non pœnitet illum ſpiritum rigoremq. pereundi: tanquam parricida moriebat. Patet qui quæritur quod non bibi, iam nunc diceret, deprehenſus erat, negare non poterat. Eſſem nunc ter abdicatus, & me cõtenderet ad iudices meos redire non auſum. Bene quod ſic effudi, tanquam rurſus vita placuiſſet. Venenum quod videretur deprehenſum nemo ideo bibiſſe crederetur, quia ſibi parauerat. Dic nunc, non fui paſſurus ſi bibere voluiſſes. Deinde hoc ſic probas, vt me hodie quoq. coneris occidere. Nõ eras paſſurus. Quando per fidem iniicis manus, potuit eadẽ, potuit peragi breuitate qua iuſſeras. Non eras paſſurus. Deinde non timuiſti ne mihi animum pereundi vel hoc faceret quod putabam me iuberi. Facinus eſt ſi morior, vt poſtea quæratur an volueris occidere. Tu licet inuidiam vocis illius alterius mentis ſimulatione defendas, occiſuri tamẽ fuit ipſum experimentum. Nec intereſt rigoris, quædam patiaris, an tẽtes. Nunquam mouebit patrem filius hoc, quod moritur, quẽ non mouit hoc, quod paratus eſt mori. Quid nunc faciam, iudices, pertinaciſſimo rigori? in quod me componam patientiæ

tiæ genus? Videtis hominem quem nullus animi mei ſtatus mutat, quem conſtantia noſtra, quem oſtendit infirmitas. viuere volo, perturbat, expellit. Mori conor, interpellat, exagitat. Iam fortaſſis aliquid (ſi nobis hodie quoque clementia veſtra ſuccurrerit) parauit, inuenit. Quis finis, quis exitus incredibilium malorum? De filio abſoluto feci vt mori mallet, de moriente vt viueret. Vos vero, ſanctiſſimi viri, quo iam ambitu, quibus poſſem conuenire precibus? Ille veſter infelix, ille veſter abſolutus, flere vetitus eſt. Non habet gratiam ſuam toties genua complecti, & ad fatigatam miſericordiam noui criminis pondus attulimus. O mors ſemper imparata miſeris negata cupientibus, quando ſuccurres? Me infelicem, perdidi venenum. Sed quatenus aliquis pater, expectationi tuæ repromiſi, nolo deſperes. Fruere quinimmo ante ſuprema, ante exitum meum hac voce, viciſti. Neſcio quidem quod rurſus eligam obitus genus: an placeat reparare virus infelix. Sed prædico, teſtor, quæcunque ſederit traditio lethi, miſerere, ne iubeas, miſerere, ne cogas. Facilius me occiderent gemitus tui, lacrymæ tuæ. Et ne mihi putes illam ſecreti noſtri excidiſſe vocem. Venenum quidem te iubente bibere non potui, quandoque tamen hoc occidet, quod bibere iuſſiſti.

INFAMIS IN MATREM.

DECLAM. XVIII.

ARGVMENTVM.

Mala tractationis ſit actio. Specioſum filium infamem tanquam inceſtum cum matre committeret, pater in ſecreta parte domus torſit: & occidit in tormentis. Interrogat illum mater quid ex filio compererit. Nolentem dicere, mala tractationis accuſat.

Pro muliere contra maritum.

ETsi, iudices, callidiſſimus parricida facinus ſuum ſic ordinauit, vt vobis matrem faceret inuiſam, ſiue diſſimularet miſera mortem filii ſui, ſiue quereretur, tantaque monſtrorum nouitate circundatam eo perduxit, vt ſibi videa-

tur infamaturus ipsū vel patientiā noſtram, vel dolorē: matri tamen in cuius calamitatib. ne minimum ſibi vindicat orbitas locū, ideo ad vos fugiendum fuit, vt ſciretis non illi præſtari, quod tacet maritus. Laudo, iudices, laudo miſeram, quę interrogare noluit domi, quod nihil fecit & ipſa ſecreto. Hic coram ciuitate, coram liberis ac parentibus, & (licet diſſimulare parricida videatur) coram rumore mater inquirit, quid tormentis, vnici quæſierit, quid morte comperterit. Reſpondeat ſaltem reus, fateatur iratus, cui in peracta crudelitate modeſtiæ fronte ſubſtitit. Nec vxori poteſt videri parcere, de qua ſcire voluit an eſſet inceſta: nec filio, quem tanquam ſciret occidit. Ante omnia, igitur, iudices, mulier infeliciſſimi pudoris hoc ab affectibus publicis petit, ne vobis accuſare videatur. Ream inceſti, ream parricidii putat. Exhibet populo conſcientiam ſuam, & aduerſus quencunque ſermonem, quodcunque ſecretum, marito famæque præſtat interrogandi poteſtatem, Vellet innocentiam ſuis probare viſceribus, vellet in equuleos, in ignes hanc miſeram præcipitare pietate. Ignoſcite, iudices, impatientiæ, quæ contra callidiſſimam diſſimulationem libertate doloris exæſtuat, Inceſtum probaretur ſilentio patris, ſi taceret & mater. Equidē iudices, tam contrarios affectus ſenis ſatis admirari, ſatis ſtupere non poſſum. In rumore tam ſuſpicax, poſt tormenta patiens, modo ad fabulas vulgareſque ſermones pronus ac facilis, in orbitate, in parricidio, reatus quoque dolore conticuit. Quo repente conuerſus eſt? In quam modeſtiam deſperatione quę defecit? torſit tanquam dicturum: tacet tanquam dixerit. Fidem igitur veſtram iudices, ne cui præſtet magnæ ſeueritatis autoritatem non poſſe defendi: neuę ideo ſuſpicari nefanda, malitis, quia ſe ſilentio parricida miratur. Parcere nunc illum cuiquā tacendo creditis? loqui ſe tum maxime putat. Et ſi bene artes & profundæ mētis conſilia perſpicio, reſpondere ſibi videtur plusquam mater interrogat. Fallitur quiſquis hunc eſſe credit inexplicabilis doloris æſtum, & inter ſilentii confeſſioniſque cauſſas miſerum pudorem. Alium exitum non habet, quam vt reſpondere videatur, quiſquis filium occidit, & probare non poteſt propter quod debuerit occidi. Coniungat quantum violet nocentiſſimus ſenex cum rumore populi ſilentium ſuum, & relatura ordinem triſtiſſimæ ſortis collata malignitate cludat ora, compeſcat aditus: ſecuri tamen eſtote mortales, fas eſt, fas eſt innocentiſſimæ matris velut in templis, velut

apud ipſos proclamare ſuperos. Amaui filiũ meum. Matrona, Iudices, cuius puellares annos, primam rudemque coniugii mentem nulla libidinum reſperſit infamia, cui impudens rumor ſuſpicax maritus nihil vnquam potuit obiicere niſi filium, quæ pudicitiæ prima fiducia eſt, edidit partum quem maritus agnoſceret, non timuit ne ſtupra furtiuoſque concubitus, paruuli vultus, an creſcentis infantiæ ſimilitudo detegeret. Natum de ſe continuo (ſi quid ipſi creditis) impatientius complexa quam reliquæ parentes, non in nutrices, nec in miniſteria ſepoſuit: ſuis aluit vberibus, ſuo fouit amplexu. Nunquid & hos annos parricida, nunquid & pueritiam miſeri iuuenis infamas? Actum eſt de ſacrorum nominum fide, ſi vt videatur innocens mater, ætas tantum filii facit. Accendebat hanc erga vnicam optimæ matris impatientiam rigidus pater, aſper maritus: & ſibi videbatur parum implere quem pro duobus conferebat affectum. Ratus hic namque ad oſcula difficilis amplexibus: & qui vnicum aſpiceret animo quo quandoque poſſet occidere, fecit vt notabilior eſſet charitas matris. Omnis igitur miſeræ ſermo cum filio, omnis in publicum pariter egreſſus. Gaudebat etiam quod laudandus occurſibus, quod omni frequentia cœtuque conſpicuus, populo iam ipſe fateretur quod plus amaretur à matre. Miſeremini, iudices, ne nefandas ſuſpiciones maritum ex vllius traxiſſe credatis indiciis: ſuum rigorem, ſuum tantum ſecutus eſt animum. Filium ſi non ames, videatur tibi mater adamaſſe? Queſturum nunc me, iudices, putatis de licentia ſermonis humani? Ego vero iuxta hunc patrem non accuſo rumorem. Quæ materia fabulæ tam impudentis, qui fuerit autor, iſte probauit, qui credidit. Facillimum fuer t, vt loqueretur populus de inceſto, de quo mirabatur patrem ſuſpicari. Hæc ſunt, iudices, quæ mater fecit ſecure, ſimpliciter, palam coram marito, coram ciuitate. Referat nunc ſuum iſte ſecretum. Iuuenem (quæ integritatis prima ſimplicitas eſt) nihil timentem, in partem domus, qua nulla proclamatio, nullus poterat gemitus audiri, rapuit, abduxit. Ibi verberibus, ignibus, omni crudelitatis arte conſumpſit. Quis vnquã, iudices, peius de innocentia têporum, de ſacris meruit affectibus? torſit filium vt probaretur inceſtum, occidit vt crederetur. Ponite nunc ante oculos, iudices, duorum parentum confeſſionem. Mater exclamat, filium amauit: pater dicit, occidi. Nefas eſt vtrumq; puteris innocentem. Iam quidem nocentiſſime ſenex, grande depre-

henſque feritatis indicium eſt, quod cum filium occideris, vt interrogeris expectas. Non erumpis ab illa ſecreto tuo terribilis in publicum? & homo filii cruore perfuſus, non proclamas? non deos homineſque teſtaris? non occidis & matrem? Scilicet modeſtia te ſcelerum tuorũ quam maxime decet, & ideo tibi relinquis vnde ſis quietæ patiẽtiæ. Miſer parcis vxori, cõiugales deos, & lecluli iura revereris. O quam non habet nec quod mentiatur! Malæ tractationis agimus. Placet ergo, iudices, vt illa voce qua matrimoniorum cõquerimur iniurias, gemitu quo corporum contumelias, damna, cultus, & negatos in publicum deflemus egreſſus, orbitates ac liberorum ſuprema plangantur? Quid tamen facere vultis miſerum dolorem, ſi non habet aliam ſexus hic legem? ſi intra iuris huius anguſtias omnis nuptiarum querela conſtricta eſt? Mater quæ de morte filii maritum malæ tractationis accuſat, non vindicat, ſed probare contenta eſt, quod non debuerit occidi. Omittamus pauliſper, iudices, orbitatis triſtiſſimæ dolorem; & in parricidio malæ tractationis reddamus aliundę cauſſas. Ita non iuſte quereretur vxor, ſi diceret: adulterium de me facile ſuſpicatus es, cito credidiſti? Matronalis pudor tutelam non ex ſuo tantum innocentia habet; infirmitas huius ſexus non poteſt totam improbitatis exiſtimationem debere tantum moribus ſuis: omnis in fœminas venit maritorum prædicatione reuerentia: omnes ſermones originem de veſtris pectorib. accipiunt. Triſtior vultus, querela, faſtidiũ, fatum eſt coniugii. De pudore pronunciat; mittit in ora populi, mittit in fabulas. hoc proxima miniſteria narrant, hoc cæteri putant. Nemo peiore exemplo temere de vxore credit, quam cui omnes crederituri ſunt. Sane faciat vos pronos ad ſuſpiciones nimia charitas; & ex impatientia diligendi plerunque deſcendat, vt credas facile quod timeas. Furtiua ſtupra raptoſque concubitus obiiciat vel falſo maritus, fas eſt, fieri ſolet, parcius tamen, ſi iam ſit & mater, ſi in fidem caſtitatis vxoria fœcunditate profecerit. Quid ſi ſit iam iuuene quoque filio ſeuera? iam nurum nepote que proſpiciat? Miſeremini temporum, ne alienæ innocentiæ interpretationem de ſuis quiſque moribus trahat. Inceſtum poſſe fieri pater hoc ſolo vult probare, quod filium potuit occidere. Rumor, inquit, fuit. Eſt hercules cui contra rerum naturam, contra parentes liberoſque credatur. Rumor fuit. Hoc ergo ſic audiemus, tanquam ſi diceres: conſcius detulit ſeruus, nunciauit

ancilla

ancilla, improuiſus aſtiti, dum non timeor adueni. Rogo, iudices, vtrum credibilius putatis inceſtum de matre, an de rumore mendacium? Rem impudentiſſimam populus loquendo fecerat, niſi pater crediſiſſet. Peſſimum, iudices, humanarum mentium malum eſt, quod ſemper auidius neſanda fingunt: nec vſquam ſe maius operæ precium putant maligni facere ſermones, quam cum incredibilia quaſi deprehenſa narrantur. Neceſſe eſt contentioſius loquaris, quod probare non poſſis: & affirmationem ſumit ex homine, quicquid non habet ex veritate. Eſt tamen hoc iniquiſſimum de loquacitate populi, quod plerunque famam accendit contentio non credentium. Materiam miraris rumoris, de qua nemo nec ſibi credit? quam qui narrat, aſſignat alii? Rumor res ſine teſte, ſine indice, res ex incertis improbiſſima, maligna, fallax, & ſimilis ſilentio tuo. Quid & ipſe de rumore ſenſeris, vis breuiter probem? Tormentis quærendum putaſti an verum diceret. Sane ſit aliqua publici ſermonis autoritas in illis, ad quæ fas eſt populi peruenire notitiam. Video cur adulteria proferantur in fabulas: explicantur per miniſteria, per conſcios, habent inconſulta gaudia. Pars voluptatis videtur eſſe iactatio. Facinus vero, cui ſi fas eſt, vt illud humanæ mentis capit audacia, circundatur vndique nox profunda, denſior caligo tenebrarum, quod nocentes ſuis quoq; oculis vix fatentur, non ſeruo, non creditur ancillæ. Quid internunciis, quid opus eſt miniſteriis? ſufficit animus duorum, explicat omne filius materque ſecretum. Inceſtum tanto incredibilius eſt, quanto & de illo plures loquuntur. O miſera conditio ſexus, cuius ipſæ plerunque virtutes, fabulas parant. Cur iſta nullis in publicum gaudet egreſſibus? Vnde aduerſum omnes tam rigida conuerſatio tam ſeuerus affectus? Nihil concupiſcit, nihil ergo deſiderat? Filius poſſidet cuncta tempora, vniuerſos occupauit affectus, filius matris tota iactatio eſt. Rogo, nunquid adamauit? Mihi credite, non eſt nefandorum iſta ſimplicitas. da vt ſit hæc inter matrem & filium conſcientia, parcent oſculis palam, abſtinebunt coram patre complexibus, omnis familiaritas ſubſtringetur in publico, ſermones occurſus, coram ſeruulis libertiſque vitabunt, & maximi ſceleris ardor captabit affectare grauitatem. Elige parricida quod voles, inceſtum diligens ſuſpectum non erit, negligens deprehenditur. Sed quid ego ſic ago tanquam inauditum, incredibile ſcelus locutus ſit populus? Teneo in hoc ſermone fa-

cinus vnius mali mariti Non intereſt inceſtum de vxore fingat, an credat. Quid, iſte ergo non timuit tam nefandæ rei famam, nec ad aures patris peruenire rumor erubuit? Diſſimules licet, à te malignitas accepit ortum, te ſecutus eſt quiſquis hoc auſus eſt narrare, proferre. Da bonum patrem, bonum maritum, dicturum me putas, non credet? Neſciet eſſe rumorem. Ite nunc, iudices, & adhuc dubitare quis famæ fuerit auctor, cuius pater agit cauſam. Specioſus, inquit, fuit. Non magis hoc facinus in matre eſt, quam crimen in filio. Specioſus fuit. Vt hoc obiici poſſit, vt debeat, adiice, & adulter, & raptor, in illa matrona maritali dolore pene perculſus, in illa virgine publica ſubclamatus inuidia quanquam hæc quoque intra notos diſcurrunt iuuentutis excurſus. Quid ais? ab inceſto libidines cœperunt? hoc primum vnquam iuuenis admiſit? hoc ſolum argumentum ſumis ex forma? Dic potius, deprehendi iuuenem mihi venena miſcentem, in necem meam conſcientia ſceleris eſt armatus. Infinitum eſt quantum debeat ante feciſſe filius, vt de illo inceſtum pater ſibi credat. Specioſus fuit. Quis enim non eſt formoſus filius matri? Amant debilitates, amplectuntur illum morborum ſuppliciorumque pallorem, & in vires charitatis accreſcit ipſa miſeratio. Non impedit ægræ pietatis animum deformitas, pulchritudo non auget. Amare liberos vnus affectus eſt Liberi, marite, liberi non amantur oculis, non complectitur mater ore, non vultu, ſed eſt in filio matri neſcio quid homine formoſius. Poſſit forſitan nouitas ſolicitare viſus, expugnare mentes: in matris aſpectu coaleſcit infantia, pueritia conſurgit, iuuenta ſurrepit, ſpecioſum ſuum quotidie videt, miratur, amplectitur. Quæ tandiu amauit, quando incipiet amare deſinere? Non eſt opus, nocentiſſime ſenex, ad hoc nefas charitate, ſed amentia, ſed furore. Vt in iuuene ſuo mater poſſit concupiſcere quod formoſus eſt, oderit oportet quod filius eſt: & adeo ſacris affectibus non adiuuatur in facinus, vt ad illud niſi per obliuionem ſui tranſire non poſſit. Quid quod & incredibilius eſt, quod parem duorum poſcit inſaniam? & ad inceſtum opus eſt vt adamet & filius, non vt adametur ſolum. Ab vtro deinde vultis incipere preces, venire ſermonem? Audebit hoc rogare filius matrem? mater hoc impetraturam ſe ſperabit à filio? Hunc animum tuum ſenex, quo cum maxime taces (ſi non eſt callida, non maligna ſimulatio) de fide tanti ſceleris interrogo, an poteſt

mater

matet admittere quod loqui non poteſt pater? Specioſus fuit. Liber interrogare hoc loco omnes humani generis affectus. Placet ergo, vt ſi filio obtigerit indulgentior facies, vultus erectior, refugiat mater amplexus? Si virginem vſque ad notabilem ſpeciem natura formauerit timeat oſcula pater, horreatque contactum? Dii deæque male perdant tam impudentes ſolicitudines, tam nefarios metus. Prope eſt ab inceſto timere ne fiat. Malo ſimplicitatem, quæ non vereatur infamiã: malo nudos affectus, inconſultamque pietatem. Nihil de ſe fingi, nihil credat poſſe narrari. Teneat inſatiabiliter, auide: tanti fama non eſt, vt amet filiũ mater ſolicitudine pudicitiæ, Me quidem, marite ſi quis interroget, omnes matres liberos ſuos tanquam adamauerint, amant. Videbis oculos nunquam à facie vultuque deflectere, comere caput, habitumq; componere, ſuſpirare cum receſſerit, exultare cum venerit, conſer. re manus, pendere ceruicibus: non oſculis, non colloquiis, non præſentiæ voluptate ſatiari. Hoc eſt ergo in tam nefanda ſuſpicione ſæuiſſimum, inceſtum non poteſt fingi niſi de optima matre. Execrarer mehercle, iudices, ſi crimen iſtud clarius obieciſſet filio pater, ſi vſque ad verborum proceſſiſſet amentiam. Nemini minus fas eſſe debet credere inceſtum, quam qui propter illud paratus eſt filiũ occidere. Quid quod non credis tantum nefande, ſed quæris? Ita tu non times monſtri huius agitare ſecretum? Populus loquitur inceſtum, ſed tu nega. Ciuitas infamat: tanto magis oſculare vnicum: & coniugem tene: pariter duo circa tuum ſtringe complexum. Pro inaudita feritas: ita patri non ſufficit non credere inceſtum, quod non poteſt probare? Ferrem tamen adhuc ſuſpiciones tuas nefandiſſime ſenex, ſi diſſimulanter indicia tanti ſceleris agitaſſes. Obſerua ſermones, ſecreta cuſtodi, omnium dierum noctiumque momentis ſagax ſcrutator inſiſte. Quid tibi cum abruptis? quid cum ſupremis? Inceſtum iam credas oportet vt torqueas. At tu, pro nefas, verberibus, ignibus, & tota crudelitatis arte ſcitaris rem, de qua non deberes interrogare ſeruos, de qua vernilium quoque corporum patientiam petuante excuteres. Laminas accendis, equuleos moues, & parricidio ſuſpicaris inceſtum. Neſcis quod præceps, quod abruptum tam nefandæ diligentiæ furore commoueas? Pater qui de inceſto filium torquet, non eſt neganti crediturus. Omnium quidem, iudices, incertorũ ſuſpiciones peſſime ſem-

per à corporibus incipiunt, nec bene de cuiuſquam moribus illam partem hominis interroges, quæ non animo, ſed dolore reſpondet. Nondum dico quem torqueas, quis inter equuleos igneſque ponatur, cuius arguta prius indici præcedant: nouiſſimum debet eſſe, quicquid torquet & punit. Fidem hominum deorumque, ne grauitatem putetis à nouiſſimis vltimiſque cœpiſſe. Non habet probationem facinus de quo pater non poteſt alium torquere quam filium. Video qua poſſis ratione defendi, ſi omnia ante feciſti, vt inceſtum aliter erueres. Quid ais? Interrogaſti ſeruulos, non potuit conſcius inueniri. Exquiſiſti ancillas, non apparuit miniſtra flagitii. Non obſcœna literarum commercia, non fatentis deprehendiſti nefande blanditias. Nihil iuuenis maritus, dominus, pater. I nunc & dic ſciſſe tumorem, ſed vt torqueas: ducatur tamen quæſtio per coniugis miniſteria, per filii ſeruulos, in illa potiꝰ vtilitate deſæuiat. Prius eſt vt repudietur vxor, vt diuortio fiat in domo grande ſecretum. Excedit omnem immanitatem filium ideo torquere, vt ſcias an innocens torqueatur. Vnicum pater ignibus verberibuſque interrogas, rogo quid facturus ſi pernegauerit? Videlicet vt laudes, deinde dimittas, vt amplectaris peruſta vitalia, & laceri pectoris vulnera pietati rurſus admoueas. Solus ſupereſt pudor homini qui torſit vnicum, vt torquere debuerit. Faciat te neceſſe eſt res iſta peſſimum patrem, & odoris oportet filium, cui ſatis facere non poſſis. Iamiam malo venena, ferrum, ſubitos ictus, improuiſamq; mortem. Inceſtum qui non credit, torquere non debet: qui credit, ſtatim debet occidere. Quod ſi tormenta etiam filii placent, ſi præſtanda eſt ſatisfactio tam nefandi rumoris, exigo ne perdas quæſtionem in media ciuitate, in ipſa conſtitue fama, aduoca illos malignos, illos loquaces, & ſeculi rẽ exquirere audiente populo. Coram omnib torqueri debet, de quo loquuntur omnes. Interroget quiſque quod volet, ſuis auribus, ſuis credat oculis. Cur in abditam ſemotamq; partem iuuenis abducitur? Secretum quæſtionis nec inceſto filio debetur, nec innocenti. Dabo adhuc inter ſecretum publicationemque temperamentum. Aduoca propinquos, adhibe amicos, circumpone iuueni ſerios ſenes, interſint magiſtratus, aſſiſtant quibꝰ habere poſſit ciuitas fidem. Præſtare debes aut tibi vt probare poſſis, ſi confeſſus fuerit: aut filio, ſi pernegauerit. At tu nefande, crudelis, tollis quæſtionis alteram partem, efficis ne poſſit amplius innocens eſſe qui tortus eſt. Quid agunt contra

in populum tormenta ſecreta? Prædico, teſtor, iterum dantur malignis alimenta ſermonibus, & à quæſtione ſepoſita in maius reditur incertum. Coram omnibus torquere debet filium pater, & qui vult abſoluere, & qui eſt paratus occidere. Non vultis, iudices, ad facinus indigniſſimæ quæſtionis accedat, & quod ipſe torſit filium pater? Adeone non potuit libertis aut ſeruulis neceſſitas iſta mandari? non carnifex potius adhiberi? Pater in tormentis filii non auerſos tenuit oculos, ipſe veſtes ſcidit, velamenta lacerauit, manibus flagella concuſſit, renouauit ignes, & mori filium contentione non ſiuit, diduxit os quod iam ſuprema claudebant, fouit animum, vt longis cruciatibus patientia ſufficeret. O dignum patrem, cui dicat innocens filius, feci. Non mehercle improbe mihi proclameturus hoc loco videor, hominem qui torquetur in matrem, debere coram matre torqueri. Cur excluditur infelix à ſua cauſſa, à ſua quæſtione? Adhibe ſpecioſis cruciatibus hanc nimis amantem: huius gemitus excipe, huius ſuſpiria oculoſque cuſtodi: ſi quod facinus admiſſum eſt, torquebis quidem filium, ſed fatebitur mater. Irrumpere me tum maxime puta in illud tuum parricida ſecretum, iniicio properāti quęſtioni manum, inhibe ictus, ſubtrahe pauliſper ignes. quicquid eſt quod eruiſti, profer in medium, memento te feciſſe de filio propter quod tibi non debeat credi. Quid ſpiritum dolore præcipitas? Quid miſeræ interualla patientiæ pertinaci crudelitate continuas, ſi fruſtra tibi ſufficere credis quod audieris, nunciare, proferre? Inceſtum vt credatur, ipſe debet audiri. Mirabar & ego, iudices, ſi tam nefanda quæſtio alium exitum potuiſſet habere, quam mortem. Hic eſt parricidii pudor, ſic deſinunt quæ incipere non debent. Facinus quæſtionis, operis ſcelere maiore, exire tibi videris per orbitatem. Scimus vnde venerit iſta contentio, nihil extorſit ſæuitia miſero. Vincit torquentem qui occiditur. Iamiam non miror, quod poſt iſta non habes vocem, verba non inuenis. Vnicum ſine reſte laceraſti, vnicum occidiſti, ſoli tibi deinde notum vis videri celare facinus, & in parricidio quæris aliunde triſtitiam. Præpoſtera res eſt filium occidere, deinde erubeſcere. Fas non eſt non eſſe notum, propter quod ſe parricida putat innocentem. Eligas vtrum voles, aut tormenta damnes neceſſe eſt, aut ſilentium. Quod non debet indicari, queri non debet. Poſſis videri fortaſſis crudeliſſime ſenex, ſilentium filio præſtare, ſi viueret. Conſumpta eſt paterni no-

minis religio, omnis pietatis ſublata reuerentia. Si hoc ille metuit, & parum in quæſtione, parum vltionis in morte eſt. Vindicare vis confeſſionem? traduc cadauer, & ſuper illa vulnera omnes pone cauſſas. Non eſt eiuſdem fateri cur torſeris, & tacere cur occideris. Quid ais ſeueriſſime parricida? Filium conſumpſiſti per flagella, per laminas. Potes agere viſcera de tuis concepta vitalibus, ſanguinem qui de tua fluxit anima, non inſania, non furore, ſed (quantum vis videri) conſilio, grauitate laceraſti. Potes tacere ſuper vulnera vnici, ſuper exutos artus metuendus aſſiſtis, & cauſſas quærente matre, quærente populo, hoc ſolum dicis, occidi? contenta eſſe debet incerto? Interrogari nunc te marite credis à matre ſola? Cauſſas mortis illius repoſcit ſolicitudo generis humani. Stant circa liberos attoniti parentes, horret inuicem ſe charitas fraterna complecti, rupta eſt illa oſculorum inter ſoceros generoſque ſimplicitas. Quouſque nos cum ſilentii tui interpretatione cõmittis? Si nihil factum eſt quod debeat erubeſcere temporum pudor, quid ſibi volunt verba media, ſuſpenſa? Si nefas prodigioſis ſimile fabulis deprehendiſti, miſerere, ne ſis vna morte contentus. Inceſtam grauius odiſſe debes, quod & venit in forum, quod audaciam innocentis imitatur, & tacenti videtur iraſci. Cum filium propter tumorem torſeris, propter tormenta occideris, non eſt media res, vt neutrum ſciamus. Mater quidem, iudices, innocentiſſima hoc complorat, hoc ferre non poteſt, quód nihil parricida reſpondet. Sed nobis videtur iam iam eſſe dicturus. Non fallit nos nefan[illegible]e quid captes, hoc quod ſupra ſilentiũ trahis alta ſuſpiria, quod prorumpenti videris exclamatione deficere, mendacio paratur autoritas, & in fidem erupturæ vocis affertur, vt fateri videaris inuitus. Dic tamen, par eſt huic rei matris integritas vt mentiaris? O quanto nunc dolore torqueris, quod inſtantem non potes aliqua truci proclamatione diſcutere. Non verba tibi contra miſeram, ſed argumenta deſunt: non voce, ſed probatione deficeris. Quod ſolum datur relinquis infamiæ, & nos cum perpetua ſermonum malignitate committis. Qui interrogantem nec damnat nec abſoluit, rumore contentus eſt. Modeſtiam mariti pariter & patris accipite. De muliere quæ conuinci non poteſt ſufficere ſibi putat vt inceſta credatur. Quis vnquam tam nefandas artes, tam cruentum deprehendit ingeniũ, quia non poteſt probare quod dixerit, captat vt credatur quod

non

non dixerit. Diſſimulas, taces ſæue, crudeliſſime inueniſti tormenta patris. Audi quid miſera ſimpliciſſimo dolore proclamet. Non efficies, inquit, callidiſſime parricidarum, vt non audeam cadauer amplecti. Ego vero inceſta ſum, ſi poſſum moderari gemitus, comprimere lacrymas! Coite in funus, omnes liberi, omnes parentes, cuſtodite planctus meos, obſeruate ſuſpiria. ſi quid feci, ſi quid amiſi, fatebor. Ecce ſupra lectulum effuſa feralem, laceros artus & peruſtum complexa corpus exclamo. Teneo vnicum meum, velit nolit inuidia, meum miſera formoſum. Hoc erat quod infeliciſſimam matrem vltra ſolitæ charitatis exagitabat affectus, amabam marite periturum, Infames quantumlibet hanc impatientiam, ego mihi videor defuiſſe, ceſſaſſe, multum de lætitia, multum perdidiſſe de gaudiis. Nemo vnquam filium nimis amauit. Excuſo tibi, inquit, iuuenis innocentiſſime, quod ſupremis tuis nondum præſtiti miſera comitatum. Viuere quidem te defuncto continuo non debui, ſed mori marito tacente non potui. Rumpam tædium lucis inuiſæ, ſed prius licuerit coram ciuitate manibus tuis iuſta perſoluere, cum damnato ſupra callidiſſimum ſilentium parricida, nihil te dixiſſe conſtiterit. Ignoſce quod ad iudicium iſtud orbata duraui. Timui ne ſi ad exitum impatientia, ſi præcipiti pietate properaſſem, faceret alium parricida de mea morte rumorem.

EX SVPERIORE ARGVMENTO.

DECLAM. XIX.

Pro viro contra vxorem.

Debebatvr quidē triſtiſſimæ orbitatis miſero pudori, vt iam taceremus omnes, & poſt tam prodigioſas rerum ſermonumque nouitates oportuerat hoc eſſe nouiſſimum de malis infeliciſſimæ domus, quod occidi filium pater. Sed quoniam mulier immodici ſemper affectus, ſuper cuncta quæ vel paſſus ſum paulo ante, vel feci, reatus quoque me dolore cōcuſſit, veni periturus à vobis ne me ſcientem ſilentium contentioni præſtare credatis. Nō quia occidi filiū taceo, ſed occi-

occiſus eſt vt taceret. Vtinam, iudices, negare poſſem quod occidi, vtinã totum miſeræ neceſſitatis ordinem fas eſſet intrare, & oris huius p̃temere ſecretum. Miratur hanc aliquis patientiam meam? Ardor ille qui me modo impegit in filium, ipſa ſui immanitate conſumptus eſt. Quicquid erumpere poſſet in proclamationem, parricidio peractum eſt, in orbitate conticuit Nõ habeo affectum, niſi quo cuncta tantum patiar, audiam, feram. Vtrunque de filio fieri non poteſt, vt & occiderim, & fateat cur metuerit occidi. Quapropter, iudices, ſatis admirari, ſatis ſtupere non poſſum, quod mulier cuius præter optimam ſane conſcientiam, ſexus quoque maiorem malis noſtris pudorem præſtare debebat, tacere non poteſt ſilẽtium meum. Nouo quinimmo fabuloſoque ſecum impatientiæ genere diſſentit. Quæritur de populo quod loquatur, de parte quod taceat. Nec contenta contentione mariti, nihil ſe diſſimulare, nihil ſcire reatus autoritate teſtantis, mauult de ſilentio meo facere ſecretum orbitatis. Iſtud amentia ſit an innocentia, perditus dolor viderit. ipſius animus poteſt ſcire quid filius meus dixerit, quæ me putat habere quod dicam. Fidem igitur veſtram, iudices, ne vos orbitatis miſeratione confundat ſola mater, neue maximæ calamitatis ibi tantum puteris reſediſſe ſenſum, vnde vos lacrymæ gemituſque conueniunt. Mei magis debetis in vxoris comparatione miſereri, qui filium & perdidi, & occidi. Ego ſum infelicior ex parentibus duobus, qui quicquid, iudices, iſta complorat, & patior, & feci. Felicem ignorantiæ conſcientiam matris, qua ſufficit interrogare. Maior me impatientia, maior vtitaffectus: cur filium occiderim, indicare non poſſum, nec pœnitet quod occidi. Infelix ſenectus, miſera patientia, ſic quoque quam multa dicenda ſunt? Fuimus quondam, iudices, fuimus feliciſſimi parentes, cum adhuc rudis vnici nos blandiretur infantia: durauitque domus tota proſperitas, quandiu pariter fruebamur, pariter dileximus, quandiu ciuitas de nobis hoc ſolum poterat loqui, filium nos habere formoſum. Vt vero in eam adoleuit ætatem, in qua corporalibus bonis iuuentus inſolenter exultat, ſuperbus atque arrogans in nullum vitæ genus, non in priuatos, non in publicos actus florentem duxit ætatem. Dii immortales, quantus qualiſque circa iuuenẽ rumor ingemuit? omnium maledictis ſucclamatus, omnium denotatione damnatus eſt, donec & ipſa conſenſum circa

ſe

& publici doloris agnoſceret. Inde rarus in publico, & tanquam patris occurſus, tanquam ciuitatis ora vitaret. Non eſt leue concipere verbis, in quantam ciuitatis execrationem, in quantam culpam iuuenis inciderit. Dictus eſt occidere poſſe patrem, dictus eſt dignus, quem poſſet etiam pater occidere. Quid facerem, iudices, infeliciſſimus ſenex? iam iam non euitabat fama nec patrem, iam meis auribus nemo parcebat. Interrogare non audebam, diſſimulare non poteram. Fallitur quiſquis me putat quicquam feciſſe conſilio: impetus ac temporis ipſius neſcio quis ardor explicuit. Præparari filio tormenta non poſſunt. Eſt in miſeris penatibus pars remota, ſepoſita, profunda tenebris, triſtis acceſſu, omnibus apta flagitiis, & in qua audeat facere facinus & pater. Illo fateor dum me variæ cogitationes per totius domus ſpatia circumagunt: quantum intelligere licuit, improuiſus aduenit. Et ille quidem ad conſpectum meum tanquam deprehenſus obſtupuit, refugitque trepidus, puto ne quærerem cauſſam. Irrumpo feſtinanter auide, ſine liberto, ſine ſeruulo, ſicut me deprehenderat temporis illius fatum, manibus, ictibus, & quæcunque ex obuiis dolor in telorum tranſtulerat vſus; vltra vires ſenectutis aggreſſus: ignes ex proximo raptos, verbera quæ caſus obtulerat; non diuiſo dolore, non per partes, non per interualla ſuſpenſo, ſed ſemel, ſed pariter inuado. Pars ſecreti fuit vt ipſe torquerem. Dii immortales, quæ contumacia, quæ fuit illa impatientia, cum domi torqueretur à patre non inuocare matrem? Non repugnauit iuuenis, non oppoſuit manus, nullum implorauit auxilium. Merſis tantum deleſiſque luminibus, tanquam vnquam flagella ſuſtinuiſſet, tanquam meis torqueretur oculis, omnes ictus excepit in faciem: verberibus, ignibus, laudatos vultus, velut illis iraſceretur, oppoſuit. Reddo teſtimonium nouiſſimum pudori, cum iam mori vellet, occiſus eſt. Laudo, iudices, patientiam matris, cum & ipſa ſemper plurimum eſſet domi, & ab illo ſecreto fortaſſe non longe, interuenire noluit, interpellare non auſa eſt. Sed & manibus meis gratulor, quod non propinquus aliquis, non amicus irrupit, occidiſſem quiſquis me tunc auſus fuiſſet interrogare pro filio. Sepeliui tamen lacera membra, funus indulſi, oſſa collegi. Non iniecit vxor lectulo manum, non inter exequias planctibus eliſiſque vberibus mihi fecit inuidiam. Vnde in hanc impatientiam prorupit exiluit? domi me nihil interrogauit. Poſſum iam mater infe-

infelix coram liberis ac parentibus, poſſum audientibus diis hominibuſque clamare, Et ego amaui filium meum, non oſculis, non infirmitate, non lacrymis ſed viribus, dolore, patientia. Vnicum, quem ſi acie clauſiſſet hoſtis, vicaria morte ſeruaſſem: ſi ſubitum cinxiſſet incendium, extuliſſem relicta meorum parte membrorum: eripui malignitati, abſtul famæ. Habeo quod imputem tibi naturæ pietas? Rem difficillimam feci, quod non me potius occidi. Malæ tractationis accuſat. Adeone vxor tibi parum videor dediſſe pœnarum poſt periculum & labores ne lucrifaciat pater, quod occidit filium ſuum? Non pudet ergo ſi iraſceris parricidæ? Quid tibi cum lege quam vos propter minores accepiſti affectus: Querelas habet iſta non gemitus, & mater ſepoſita ſolam complorat vxorem. Rurſus ad populum vocas miſerum pudorem? materiã noui rumoris accendis? Perdidi ergo rationem ſecreti mei. Sic omnia feceram, ne quid aut quæri poſſet, aut dici. Iam vero quid impudentius, quid indignius, quam cum ſibi de liberis credunt licere tantundem, & æquum ius patris ac matris eſſe contendunt, quaſi neſciant nobis arbitrium vitæ necisque commiſſum? Non eſt priuilegium, filium occidere cum fieri poteſt, nec quiſquam tantum ideo fecit, quia liceret. Viſcera vnici lacerare ſuffeci. Ignoſce ſi non poteſt mihi credere: nemo filium ſuum occidit odio: non erit tanti iuuenis inuiſus. Illud eſt in patribus vſque ad parricidium terribile, quod amant, quod ſuccurrunt, quod ſibi videntur aliter non poſſe miſereri. Non eſt quod vos ab æſtimatione malorum meorum mollior ſexus abducat. Maioris affectus eſt filium occidere quam vindicare. Deſine igitur me mulier fatigare interrogationibus tuis. Ita tibi non videtur omnia reſpondete m pro filio, qui dicit, occidi. Et licet comprimantur exclamationes; ora claudantur, nihil negat qui hoc fatetur. Atqui ſummorum facinorum ipſa immanitas innocentia eſt. Filium pater non demens, non inſanus occidi. Hominem extra ſenſus affectuſque poſitum quiſquis nunc miſeraretur, occidi. Vides ſenem, ſanguine ſuo fluentẽ, laceratis exuſtiſque illis ſanctioribus charioribusque viſceribus ſuper exanimis vnici corpus cruentis manibus iacentem? Horreo cadauer, & velut corpora quæ celeſtis exanimauit ignis, adire propius timeo. Ad quædam facinora ſufficit claudere oculos, vultus auertere, tacere, mirari, & incredibiles calamitates relinquere ſuis cauſſis. Miſerere, ne

quid

quid amplius quæras, ne quid interroges. Dictarum me putas, parce ſeculo, parce marito, parce patri? Tu vero parce illi qui occiſus eſt. Nouum, iudices, vxoris in maritum crimen audite. Silentium eſt de quo quæritur. Solebat indignatio veſtra conuicia noſtra ferre non poſſe, & matronalis indignatio dicere videbatur, non parcis ergà me marite verbis, nullam habet noſter tuus ſermo reuerentiam, facile prorumpis in opprobria, facile quod libet obiicis, exclamas, & dũ nimium libertati vocis indulges, poteſt populus aliquem de me facere rumorem. Tu mulier obiicis mihi rem quæ nulli vnquam crimini fuit, ſolam in noſtris moribus innocentiam voce reprehenſam tuetur taciturnitas. Vide cur manus, cur verba peccare videantur. His infamamus, his torquemus, his occidimus: Vis ſcire quam non poſſis queri de ſiletio meo? Feliciſſima fuerats, ſi idē feciſſemus omnes. Finge me paulisper ſepoſitis ſilentii cauſſis hoc tantum reſpondere, non prodo ſecretum. Ex omnibus, iudices, quibus humana pectora ſeriis grauibusque complectuntur affectibus, nullam difficiliorem quam ſilentii credo virtutem: adeoque promptiſſimo ſermone facile delinquimus, vt conſtantiam tacendi neque in aliis ferre poſſimus. Crimen hoc in me mulier vacat, quod in priſcis illis motum mentiumque rectoribus fuit prima ſapientia, quod quoſdam totius vitæ pertuliſſe patientiam magis illa miſera miratur antiquitas, quam quod temporum vices, ſiderum curſus, profunda naturæ velut conſcia ratione ſanxerunt. Quæ per fidem impotentia eſt effringere rigens ſacra diſſimulatione pectus euoluere animum quem ſuper ſua ſecreta compoſitum non lætitia, non dolor, non neceſſitas, non fortuna laxauerint? Quiſquis de tacente queritur, multo minus ferre poterit loquentem. Nec adeo coniugali ſocietate cuncta miſcentur, vt nihil ſibi aduerſus hanc concordiam proprium relinquat animus. Eſt aliquis etiam à ſanguine ſuo ſecretus affectus, genuſque reuerentiæ, vt tacenda minime velis ſcire chariſſimos: quædam non poſſis verberibus, equuleis eruere: & pleroſque videas fortiter ſuper ſua ſecreta morientes. Agedum (ſi videtur, vtrunque ſexum, omnem conditionem, omnem ſcrutemur ætatem: nullum ſine conſcientia pectus, nulla vita ſine cauſſis tacendi. Si te interrogaret omnia maritus, haberes aliquid, & tu quod non fateteris. Et quanto ſilentium grauius eſt in ſene, verecundius in marito, ſanctius in patre? Pudeat nos mulier infirmitatis.

Vicit

Vicit nos modo iuuenis illa conſtantia, mori voluit vt taceremus. Vides mulier quibus interpretationibus præſtes tuum dolorem? Diceris ideo me interrogare, quia ſcis omnia me potius pati malle quam loqui. Quis enim in hac ciuitate non nouit taciturnitatis meæ rigorem? Quis ignorat, qua cuncta ſoleam ferre patientia? Ne occiſurus quidem ſuſpiria gemituſque præmiſi. Nihil feci vnde erupturum quandoque in orbitatem patris animum aut tu præſcio timore ſentires, aut ipſe periturus. Hanc nunc me iactare conſcientiam putas, quod nihil in publico, nihil in vllo mihi permiſi proclamare conuentu. Ego vero non ſum queſtus de iuuene nec tibi, nec captaui vt illum mecum & mater odiſſet. Fruſtra te putas extorquere accuſatione poſſe, quod mihi non ipſæ calamitates, non dolor, non meditatio orbitaris expreſſit. Vt as licet, durabo, perferam. paſſus ſum iam quod erat difficilius, occidi. Torſit, inquit filium meum. Breuiter, indices, ratio reddatur. Infamem quid refert, an innocentem, ſi illud omnibus liquet? Iuuenem cunctis pignoribus inuiſum, omnibus affectibus grauem maligni fecere ſermones. Quid agimus anime? quemadmodum effugimus, euadimus? In tanta infamia nihil facere credentis eſt. Vis me circumire ſingulos, reclamare populo, cum rumore rixari? Tuæ fortaſſis infirmitati conueniat negare, me tantum fortior aſſertio vnici decet. Eripiendus eſt non contentione verborum, ſed vt ciuitas ſtupeat, vt erubeſcat. Torquere me filium putas? Inuidiam facio populo. Videor mihi illis verberibus lacerare famam, illis ignibus increpare rumorem. Quæſtio de infami filio vnam rationem habet, vt probes innocentem. Dii mala prohibeant, vt noueris illum dolorem, quo poteſt torquere filiũ pater. Nihil eſt infelicius homine, cui de vnico ſuo mors ſola non ſufficit. Iuuenem in cuius animo perdiderant nomina noſtra reſpectum, quem cotidie neceſſe habeamus excuſare rumori, qui inter nos formoſum malebat agere quam filium, verberibus ignibuſque conſumpſi. Vis, vis ſcire quanta tormentorum ratio fuerit? Debuit etiam tortus occidi. Si tamen vtique mater vis ſcire cauſſas, leniter audi. Proſpiciebam miſer in grande quandoque facinus proruptturum, quod ocio vitam, quod deſidem domi perdebat ætatem. Non peregrinationibus excolere mentem, non experiri militiam, non tentare maria, non rura colere, non adminiſtrare rempublicam, non ducere volebat vxorem. Præterea tiare-

rae

rat ex frequentibus caſtigationibus tædium patris, & in execrationem mei, conſcientia qua non emendabatur, exarſerat. Timebat occurſus, non audebat adire colloquia, oſcula conuictuſque fugiebat. Breuiter perditiſſimæ mentis definienda menſura eſt. Oderat me filius & timebat. Filium igitur totius ciuitatis exiſtimatione damnatum, quem adhuc viuere mirabantur homines, torſiſſe me putatis? Ego vero occidi, tarde diu. Quæſtionem illud vocas: Pœna, ſupplicium, & malorum meorum exitus fuit. Nulla ratio eſt interrogandi hominem, cui non eſt fas niſi negare. Quanta tamen mihi fuit & in quæſtione moderatio? Nõ enim præcipiti raptus impulſu exilui repente, ſubito, nec captus dolore cæco impatientiæ meæ velox vulnus induxi. Non poteſt non ratione occidi filius cum ante torquetur. Dedi moras, ſpatium, tempus indulſi. Vides quantã hinc malignitatibus potuerim præſtare materiam? ſi in illo ſecreto, gladio tantum, ſi vulneribus egiſſem, exitum feceratiuuenis deprehenſi. Non eſt igitur mulier, quod mihi facias duplicatæ quæſtionis inuidiam, id eſt quod torſi, & occidi. Sola eſt huius neceſſitatis ratio de morte. Illud eſt parricidium, filium torquere victurum. Putas iuuenem viuere potuiſſe, cui iam non poterat niſi morte ſuccurri? Quem contra malignos ſermones aſſerere cœperam, non reddidi ruſus infamiæ, neque in oculos & ora vulgi de ſecreto patris emiſi: prouidentia mea tibi quoque mater, ne in hunc interrogetur, eripui. Ille vero non fuit poſt tormenta laturus vitæ pudorem, vt interrogaretur à ſingulis, vt negaret. Verum mulier affectibus tuis renunciandum eſt, ad totius domus noſtræ pertinere innocentiam credidi, ne ſe ipſe potius occideret. Sentit, iudices, mulier ad ius querelæ ſuæ nec quod torſerim, nec quod occiderim, pertinere. Itaque quærit, quid mihi dixerit ille, de quo neſcit an dixerit. Quid ais mater impatiens? ita in morte filii tui nihil aliud ad te pertinet quam quid locutus ſit? Ita ſi reſpondero, remittis parricidium, tormenta non obiicis? O inconſultam muliebrem ſemper amentiam! quid iuuenis in tormentis dixerit, tanquam ignoret, interrogat. nihil me comperiſſe non credit, tanquam ſciat quid dixerit. Fidem communis ſanguinis, fidem communium malorum, ne parricidii me velis agitare ſecretum, ne calamitatibus noſtris grauem facias innocentiam tuam. Viderit, quid meruerit iuuenis ille; ego iam poſſum ſuprema reuereri, & poſt exitum

O vni-

vnici reuertor in patrem. Maior defunctis liberis præſtanda reuerentia eſt, nec quicquam minus conuenit affectibus patris, quam inſultare videatur occiſo. In gratiam me cum filio reduxit orbitas, iram noſtram mors ſeuera compoſuit. Quinimo recogitanti mihi totum ſeceteti illius ordinem, ſubit tacita miſeratio, quantam ego debeo reuerentiam filio, quem potui torquere ſolus, quem potui ſolus occidere. Perſeueras, cogis, inſtas? Inuicem, te mulier, interrogo, cur ſi tantopere volebat ſcire quid interrogatem, quid ille loqueretur, non irruperis in quæſtionem, quam nullis miniſtris, nullis cuſtodibus vallàuerat pater? Quanto melius mater ipſum adiſſes? quanto fortius interrogaſſes vna? quãto tibi plura dixiſſet? Quis te, mulier, affectus abegit, tenuit, excluſit? Agnoſco verecundiam tuam: timuiſti, credo, ne ſi in illo ſecreto fuiſſemus omnes, occidiſſe filium diceretur & mater. Inſtas tamen, & miſeri ſenis ora diducis. Puta me hoc ſolum dicere, ex maximi facinoris cunctatione veniens quid audierim, nondum ſcio: totus adhuc ſum in parricidio meo, & poſt mortem vnici omnia quibus laceratus occiſus eſt, in animum meum tormenta redierunt. Eſt quidem difficile, vt aliquem pati pudorem parricida videatur: veruntamen ſtupore, amentia, & ſilentio in orbitate defeci. Ablata eſt mihi omnium verborum fides, omnis ſermonis authoritas: nec habet cauſſam loquendi, cui non poteſt credi. Deſine, mulier, interrogare. Filium quem occidit pater, nec abſoluere nec accuſare iam debet. Quid, inquit, dixit cum occideres? Miſeram parricidii innocentiam, quod hoc me non poteſtas, non magiſtratus, non propinquus aliquis, non amicus, non ille ſemper loquax populus ac malignus interrogat. Quieſcitis, tacetis. Me infelicem, nunquid ſcitis omnes? Puta me, mulier, hoc tibi reſpondere, non habent incredibilia vocem. Quædam maiora ſunt, quam vt illa capiat modus ſermonis humani. Tu vero crede nihil aliud fuiſſe quam furorem. inſaniſſe me puta, videbam quæ non fiebant, audiebam quæ nemo dicebat. Hoc ſolum non inſanientis habui, quod tacebam. Finge me reſpondere, nihil dixit, nihil locutus eſt, non credis? Atqui multo minus creditura quid dixerit. Accipe, mulier, breuem veramque rationem, cur in quæſtione iuuenis occiſus eſt. Torquebam, nec interrogabam. ſi qua ad aures tuas ab illa

a quamuis remota, domus parte perlata vox eſt, meus gemitus fuit, meorum viſcerum dolor. Quæris, cur nihil dixerit? quia non habuit quod ſcire vellem, quod audire deberem. Nihil aliud quæſtio illa captauit quam ſilentium, quod præſtare vita non poterat. Quiſquis in tormentis occiditur, ideo tortus eſt, vt occideretur. An tu quæſtionem illam fuiſſe credis, qualis vernilibus corporibus adhibetur? Ideo enim equuleos mouebam artifex ſenex, tenebam fidiculas ratione ſæuitiæ, vt breuiter ſedibus ſuis emota compago per ſingulos artus membra laxaret. Conſumptus eſt ſpiritus ſilentio ſui, & verbera igneſque animum pater vocemque cluſerunt. Videbatur mihi premere gemitus, tenere ſuſpiria: & ſic nihil dixit, tanquam torqueretur ab homine qui ſciret. Miraris hanc in filio contumaciam, in iuuene patientiam? Patri torquenti non poteſt aliter reſponderi, quam vt mori malit quam confiteri. Quod ſufficit igitur interrogantibus reſpondeo, mulier, occidi. Fallitur quiſquis expectat, vt obiiciamus illa communia, ego vero proclamo, non luxurioſum, non amore meretricis infamem: nihil ille delinquebat, quomodo liberi ſolent, mõſtrum erat inenarrabile, quod nollem deprehendere, quod ferre nõ poſſem. Miratur aliquis quod non abdicauerim, nec notiſſima vltione patrum fuerim tantum expuliſſe contentus? Tuus, mulier, nefarius, tuus inconſultus non permiſit affectus. Filium cui contra ſeueritatem meam ignoſcebas, quem mecum odiſſe non poteras, ſecuta fuiſſes abdicatum. Finge iuuenem dixiſſe neſcio quid, ego audire nihil potui. non enim poteſtatis alicuius more conſederam, nec torquentibus aliis agebam iudicem patrem. Ego tunc cuncta & paſſus ſum pariter, & feci. Non vacabat aures præſtare verbis, excipere gemitus, æſtimare ſingultus: auocauit me contentio, dolor, orbitas, parricidium: omnia facta ſunt feſtinatione præcipiti. Idem patris affectus eſt torquere vt ſcias, occidere vt neſcias. In meam, inquit, infamiam taces. Ita nunc primum laboras miſera de fama, & poſt vnici mortem pertinere ad te cœpit, quid loquantur homines? Scilicet filius impenſus eſt, vt erubeſceres, vt male audires? Adeone hoc captanti non erat ſatis, rem totam commiſiſſe rumori? Ego vero me famæ tuæ, mulier, oppoſui; & inter matrem filiũque medi' parricidium feci: vnicum occidi, ne quid aliud lo-

querentur homines. Alioqui ſi hoc capto quod putas, quouſque taceo? in quod tempus differo, illam quam me putas premere vocem? Ecce reatus iudicium pronuntio, ego tamen ſcire me nego. Egregiam rationem malignitatis: locuturus aduerſus vxorem feci ne mihi crederetur. Fateor igitur, nihil ad certum indubitatumque perduxi, hoc eſt quinimo propter quod ad mortem vſque contendi. Non explicant tormenta quæſtionem, quæ occidunt. Quid, inquit, dixit? Felicem te miſera, ſi neſcis quid dixit. Ita non es contenta conſcientia tua? non ſufficit quod non habuit ille quod negaret, quod fateretur? Poſcis verba quæſtionis, cogis, extorques. Teſtor, tu facis ne poſſis negare quod dixero. Quid dixit? paraſſe ſe parentibus venenum? negas. Proditionis agitaſſe ſermones? negas. Tyrannidis iniſſe conſilium? negas. Et quicquid dixero, negabis. O bonæ conſcientiæ incauta ſimplicitas! Ita non times, ne coactus loqui multa fingam, multa componã? Si potes ſcire, mulier, an mentiar, ſcis quid dixerit. Quid dixit? nihil. Quid dixit? omnia. Maledixit ſeculo, fecit temporibus inuidiam, deteſtatus eſt patrem, conuiciatus eſt matri. Quid dixit? plusquam interrogabam. Viciſti, mulier, obſtinationem meam. Audi breue ſuccinctumque reſponſum quid dixerit: quod quæris, quod putas. O ſi quis in illam vos ſecreti noſtri potuiſſet adhibere præſentiam! vidiſſetis nouum genus quæſtionis, ſtabam ſenex furiis monſtroſæ feritatis accinctus, manibus exertis, hinc ignibus, hinc verberibus armatus: ſuper ora, ſuper oculos iacentis aſſiſtens clamabam, furioſe, demens, tace. Et ille velut exuſtis amputatiſque per quæ dolor exit in verba, fuit attonitus, amens. Quoties admotis ignibus ad aliquam corporis partem, totũ pectus impoſuit? quoties hiatu oris auide flammas aduerſus exeuntia verba collegit? Cum vero iam totus calor verberibus expulſus, viribus nouiſſimi doloris erumperet, pertractis ab ima pectoris parte ſuſpiriis breuiſſime collecti ſpiritus, ille quo redditur anima ſingultus, fuit ſimilis exclamaturo neſcio quid, quod & tu fortaſſis audites. Occupaui, fateor, & aduocatis quas iam conſumpſeram viribus, manibus, telis, totoque corpore pariter adnixus ante quam mentiretur, occidi. Miſera temporis illius recordatio, deficientem in manibus meis filium vidi, aſpexi ora pallentia, frigidos anhelitus, interrupta ſuſpiria, & animam magno ſilentio exeuntem, non tamen tormenta laxaui, non ſubtraxi reſtinxiq; flammas. Miſerere, mulier, ne quæras amplius vocem

rem huius affectus, filium qui moriebatur, occidi. Non perdidi tamen, non perdidi vnici mortem: fortunam non perdidi, iam me, non interrogat niſi ſola mater. Conſiſte, agedum mulier, loco meo, & in habitum paterni furoris accincta admoue equuleos, flagella, laminas: prædico teſtator, aliter non poſſum loqui, aliter mihi non poteſt credi. Quanquã miſerrime iuuenis (fas eſt enim iam tuos alloqui manes) exprimere mihi vocem nullus poterit dolor, quantum volet lacerет, vel occidát: vincere me tormenta docuiſti. Si tamen fas eſt cogitationis memoria tractare verba miſeræ quæſtionis, cur me coram populo magis interrogas? Eamus, vxor, in illam deſolatã domum, in illud iam patris filiique ſecretum ibi me interroga, ibi, vbi torſi, vbi occidi, vbi adhuc forſitan filii tui vaga per mœſtos penates anima diſcurrit. Porrigat aliquis imaginem iuuenis occiſi, ponat in ſinu matris illas veſtes, quibus ipſa iuuenem miſera comebat. Eamus ad tumulum, miſceamus ſuper buſta lacrymas. Ibi aut tacebimus pariter, aut inuicem confitebimur. Iamiam miſer mori poſſum, explicuit te ſolicitudo, pietas. Non ſcribo tabulas, teſtamento ſuprema verba non credo, & ego moriar in tormentis meis. Illud tantum nouiſſimis precibus à te ciuitas, per liberos, per coniuges, per natos, à te vxor, per occiſi iuuenis vmbram peto, à te, mater, ne quid amplius quæras, tu infamiam ne dicas.

FINIS.

M. FAB. QVINTILIANI DECLAMATIONES QVÆ EX CCCLXXXVIII. ſuperſunt CXLV.

Ex vetere exemplari reſtitutæ:

CALPVRNII FLACCI EXCERPTÆ X. RHETORVM MINORVM LI.

Nunc primum editæ.

DIALOGVS DE ORAtoribus, ſiue de cauſsis corruptæ Eloquentiæ.

Ex bibliotheca P. PITHOEI IC.

CLARISSIMO ATQVE AMPLISSIMO VIRO CHRISTOPHORO THVANO *Celio, Equiti, Regni Curiæ Præſidi primario, & ſacri Conſiſtorii Senatori,*

P. PITHOEVS S. P. D.

DECLAMANDI ſtudium, quanquam & Senatus ampliſsimi, & grauiſsimorum Cenſorum præiudiciis notatum, ſero demum apud Romanos receptum eſt, vſu tamen ipſo ſic vtile honeſtumque apparuit, vt principes ciuitatis viros, ſummos etiam Imperatores in eo ſe exercere non puduerit. Nam vt M. Tullium & grandes illos prætextatos omittam, ſane traditum eſt Magnum etiam Pompeium ſub ciuilis tumultus initium, repetiiſſe declamandi conſuetudinem, M. vero Antonium, ipſumque adeo Auguſtum, ne Mutinenſi quidem bello, in tanta rerum mole, omiſiſſe. Et vero qui eloquentiam non in foro modo iudiciiſque, ſed & apud populum tanti fecerunt, vt illam de ſummis virtutibus vnam quandam eſſe dicerent, & eoſdem ... re ſapientes atque eloquentes haberent: nihil profecto ... irum eſt eam potiſſimum rationem tam auide amplexos, ... uam eſſe iudiciorum conſiliorumque imaginem, id eſt, ... orenſium & popularium actionum meditationem, quin ... ſolam ad formandam ipſam eloquentiam ſufficere, cenſuerunt. Mihi quidem eius exercitationis fructus non in ſolis ... eterum poëtarum carminibus, aut iis quæ ſuperſunt ora... orum actionibus, ſed & in hiſtoricorum ſcriptis elucet ... maxime, quorum ego directas obliquaſque conciones cum ... go, non vnius mihi hominis, ſed plurium ſimul ingenio... m ſenſus collectaque acumina agnoſcere videor. Quo

magis doleo hanc & dicendi & ſcribendi, vt ita dixerim, cotem ſic à noſtris hominibus neglectam, vt ſimul et am eloquentiam ipſam amittere neceſſe fuerit? atque eo quidem magis, quod maiores noſtros in eo ſtudii genere non excelluiſſe modo, ſed Romanis ipſis auctores, duces ac magiſtros fuiſſe comperio. Nam L. Plotium qui primus apud Latinos dicendi præceptor extremis L. Craſſi temporibus floruit, Gallum fuiſſe traditum eſt. Et ne ſingulos enumerare neceſſe habeam, Auguſto Reip. clauum tenente, Votienus Montanus Narbonenſis pro ſummo Otarore habitus, demum à Tiberio in inſulas Baleares relegatus legitur. Sub ipſo Tiberio Domitium Afrum præſtantiſſimum oratorem Nemauſus, Clodium Quirinalem Rhetorem Arelas vrbi dedit. Sub Caligula Trogi Pompeii pater è Vocontiis epiſtolarum & legationum, ſimul & Anuli curam habuit. Temporibus Neronis L. Statius ſiue Viſulus, ſiue Surculus, Toloſas Romæ Rhetoricam celeberrime docuit: & eadem fere ætate Iulius Florus patruus Iulii ſecundi miræ facundiæ & infinitæ curæ viri in eloquentia Galliarum, quam & ibi demum exercuit, princeps vt inter paucos diſertus à M Fabio laudatus eſt. Sed nec ego M. Aprum indictum abire patiar Iulii Secundi æqualem, celeberrimum ſui fori ingenium, quamuis plerique maligne opinarentur, nec Secundo promptum eſſe ſermonem, quod non ſatis pro ætate pugnax, ſæpius ad curam rerum ab elocutione reſpicere videretur, & Aprum ingenio potius & vi naturæ, quam inſtitutione & literis famam eloquentiæ conſecutum. Et vt ad poſteriorum Imperatorum tempora tranſeam, vna noſtra Aquitania, quamuis Græca ſe iactet origine, plures vrbi Latinos rhetoras oratoreſque dedit, quam reliquæ ſimul omnes prouinciæ. Teſtes mihi in primis erunt Nazarius, & ipſius filia Eunomia patri eloquentia nihilo inferior. Teſtes Paterius atque Delphidius acerrimus orator Marcellino dictus Hieronymianæ Hedibiæ maiores, & Alcimus Nitiobrix, & Tiberius Victor Alethiuſque Mineruii Burdigalenſes: ſed & Victorinus ille qui etiam in foro Traiani ſtatuam meruit. Teſtes Tiberianus & Titianus viri diſertiſſimi: quorum vterque Præfecturam Prætorii in Galliis adminiſtrauit magna cum laude non eloquentiæ modo, ſed innocentiæ & prudentiæ ſingularis. Teſtis Latinus Pacatus Drepanius, M Theon ille præceptorum & exemplorum huius artis traditione notiſſimus, quem ſub Iuliano illuſtrem

in G. I-

in Gallia famam conſecutum Eunapius auctor eſt. Teſtes & alii plures non Auſonio ſolum Aquitano, ſed & Hieronymo Stridonienſi quaſi ex profeſſo laudati: quibus & eæ quæ ſuperſunt nonnullorum reliquiæ, teſtimonium reddunt artis noq immeriro vel à Romanis ipſis in ſumma admiratione habitæ. Nam quid ego ad Leonis, Cati, Lampridii, Antedii, Conſentii, & Seueriani, id eſt, ad Sidonii Apollinaris tempora deueniam, ipſius ſcriptis melius nota? aut cur ea reperam quæ de Theologorum noſtratium eloquentia alibi dicta ſunt? Illud potius etiam infeliciſſimis temporibus ſuperfuiſſe Galliæ oratores ſuos, cum vrbi ipſi deeſſent. Extat de Aratore Patricio elogium illud apud Senatorem: Romanum eloquium non ſuis regionibus inueniſti, & ibi te Tulliana lectio diſertum reddidit vbi quondam Gallica lingua reſonauit. Vbi ſunt qui literas Latinas Romæ non etiam alibi aſſerunt eſſe diſcendas? Euaſerat Cæcilius pondus verecundiæ ſi hunc prouentum priora ſecula genuiſſent. Soluta quippe eſt vis illa ſententiæ, Mittit & Liguria Tullios ſuos. Quæ quidem o lubentius retuli quod & Statium Cæcilium, & Ligures pſos Galliæ adſerant, quos Italiæ qui tribuunt, ſane non vſue adeo intolerabilem iniuriam faciunt maiorib. noſtris, inter quos tamen eam gentem nec poſtremam fuiſſe vel illa Lucani arguunt,

Et tunc tonſe Ligur, quondam per colla decora
Crinibus effuſis toti prælate Comata.

iretur nunc aliquis & Belenum, & Teutatem, & Ogmium im Herculis Gallici appellatione à Luciano Proslalia deſcriptum, tanta religione à Gallis cultos vt eius non apud Græcos Latinoſque ſcriptores modo, ſed in ipſis etiam lapidibus hodieque ſuperſint reliquiæ. Miretur Lugdunenſem in Kalendis ſuis Iulio Antonio & Fabio Africano Conſulis Auguſto dicaram, & Rhetores Gallos vtriuſque facundiæ ex Caii inſtituto ad eam palleſcentes. Miretur ab ipſo Auguſto Antonium ſororis nepotem multa claritudine generis ſed improſpera, in ciuitatem Maſſilienſem ſpecie ſtudio ſepoſitum, ipſumque Iulium Agricolam generi reſtimonio laudatum, quod eam ſedem ac magiſtram eruditionis habet locum, vt ille ait, Græca comitate & prouinciali parſimonia mixtum ac bene compoſitum, in cuius encomio vix ſibi Strabo ſatisfacit. Miretur ſub Tiberio nobiliſſimam Galliarum ſobolem liberalibus ſtudiis apud Eduos operatam,

& quæ de iiſdem ſcholis longo poſt tempore Eumenius ſacræ memoriæ magiſter ad Conſtantium Imp. immo & Conſtantius ipſe ſuis ad illum literis reſtatus eſt. Miretur & illa Iuuenalis, quæ ſatyrice licet, non fruſtra tamen dicta res ipſa clamat:

Gallia cauſidicos docuit facunda Britannos.

& *- nutricula cauſidicorum*

Gallia.

Miretur & Toloſam iam olim Palladiam appellatam, & Medericum Chonodomari regis Alemannorum fratrem obſidem in Galliis, doctum Græca arcana, Serapionis nomen filio impoſuiſſe. Miretur & illa Claudiani ad Honorium,

—te Gallia doctis

Ciuibus, & toto ſtipauit Roma Senatu.

Certe Catonis ex originibus longe antiquius teſtimonium eſt, Galliam duas res ſemper ſtudioſiſſime perſequutam, rem militarem, & argute loqui: adeoque gentili Gallorum vocabulo facetos pro facundis dictos Fortunatianus notat. Sed illa Hieronymi omni exceptione maiora ſunt, viris ſemper fortiſſimis & eloquentiſſimis abundaſſe Galliam, & Galliarum ſtudia ſuo etiamnum tempore fuiſſe florentiſſima. Quæ ſi quis de proximis tantum Italiæ regionibus dicta putet, legat & quæ de Belgis Moſellæque accolis Auſonius, atque inter cætera, illa:

Te clari proceres, te bello exercita pubes,
Æmula te Latiæ decorat facundia linguæ,
Quin etiam mores & lætum fronte ſerena
Ingenium natura tuis conceſſit alumnis.
Nec ſola antiquos oſtentat Roma Catones.

Sed & hæc,

—Tempus erit quum facta viritim,
Belgarum patriosque canam decora inclyta mores,
Quis mihi tum non dictus erit? memorabo Quietos,
Agricolas, legumque Catos, fandique potentes,
Præſidium ſublime reis, quos Curia ſummos
Municipum vidit proceres, propriumque Senatum,
Quos prætextati celebris facundia ludi
Contulit ad veteris præconia Quintiliani.
Quique ſuas rexere vrbes, purumque tribunal
Sanguine, & innocuas illuſtrauere ſecures.

Aut

Aut Italum populos, Aquilonigenaſque Britannos
Præfecturarum titulo tenuere ſecundo.
Quique caput rerum Romam populumque patreſque
Tantum non primo rexit ſub nomine, quamuis
Par fuerit primis.

intelligatque ad omnes pertinere quod Senator ſcripſit, legiſſe Romam frequenter faſces de mœnibus Gallicanis, ne aut in damno ſuo præcipua contemneret, aut probata virtus inhonora ceſſaret. Sed hæ quidem maiorum virtutes, noſtram arguunt ignauiam, quibus vix ſatis fuit ab hoc tramite deuiaſſe, niſi & ipſa eorum veſtigia deleri pateremur. Ego vero & ſi natura bene ſentiendi iudicandique potius quam dicendi ſtudio teneor, eam tamen exercitationem à noſtris repeti cuperem iiſdem illis legibus quas optimi magiſtri toties ſanxerunt, vt eſſet quantum poteſt ad veritatem accommodata declamatio, non ad ſolam compoſita voluptatem, meminiſſentque iuuenes iis ſe velut præpilatis ad verum diſcrimen aciemque iuſtam inſtrui: ideoque in ea vna ſpecie conſeneſcendum non eſſe, ſed ad id perueniendum cuius potiſſimum gratia reperta eſt. Illud etiam obſeruari vellem ne cruda adhuc ſtudia in forum impellerentur, vtque non eloquentia tantum ipſa, quod ex veteribus plures queſti ſunt, ſed illa illa etiam iuriſprudentia, qua nihil eſſe maius & auguſtius confitemur, pueris induerentur adhuc naſcentibus: quin, paterentur quamlibet properantia parentum vota vt annorum, ſic laborum & honorum gradus fieri, &, quando hæc apud nos ſummarum virtutum ſtudia ſic coniuncta ſunt, vt vtriuſque vna iam fere profeſſio eſſe videatur, nihil duorum dignum putarent quod vel alteri impar eſſet, nec primum nerent eſſe quod maximum eſt. Nunc refractis pudoris & reuerentiæ clauſtris illa iam nobis vetus querela propria eſt, Pueri in ſcholis ludunt, iuuenes ridentur in foro, ἐν παιδείᾳ κεχαρμένων μανθάνοντες, vt eſt apud Theonem: &, quod vtroque turpius eſt, quid quiſque perperam didicit, in ſenectute confiteri non vult.

Inde canina foro latrat facundia toto,

eſt apud Chriſtianum poëtam: & in magno cauſidicorum ac moratorum grege, iuridicorum & oratorum non magnus eſt numerus: quin & declamatorum clamoribus longe impar. Denique res ipſa probat, vt litigioſa eſt potius iuris ignoratio quam ipſa ſcientia, ſic artis dicendi inſcitiam

ſciiam ipſa eloquentia verboſiorem eſſe: vt non immerito à veteribus dictum eſſe videatur, nihil eſſe in ea quod ſpem tantopere fallat, quam quod quilibet cum audierit, ſtatim ſe nullo negotio conſecuturum imitatione confidat. Verum hic ego neque tempora acerbius notare conſtitui, neque mihi Cenſoris partes adſumere in eam maxime culpam, cuius meipſum inter multos conſcium ac participem fateri malo quam conuinci: & cui potius remedio aliquo ſaltem in poſterum ſuccurri cupio. Atque hoc quidem animo M. Fabii Quintiliani, non illius cuius XII. Inſtitutionis oratoriæ libros Hilarius noſter imitatus dicitur, ſed vel patris, vel potius, vt plurium coniectura eſt, aui declamationes nunc à me eduntur & ampliores & meliores ope atque auxilio vetuſtiſſimi exemplaris, quod Cl. Falceti Monetariæ curiæ Præſidis, viri candore, humanitate & rerum noſtrarum cognitione inter paucos numerandi, beneficio lubens merito acceptum refero. Adieci & Calpurnii Flacci nomine excerptas quaſdam vt præferebat titulus vetuſtioris exemplaris quod partem earum habuit, decem Rhetorum minorum: credo ad Senecæ controuerſiarum comparationem, quæ & ipſe in eodem codice x. Rhetorum inſcribebantur, maiorum videlicet: quas & iſtis lubens prætuliſſem niſi me aliunde diſtractum difficultas ipſa terruiſſet, & hanc potiſſimum laudem Fabri noſtri optimi & doctiſſimi viri propriam eſſe voluiſſem: quo profecto nullus eſt cui Annæorum familia plus debere velit aut poſſit. Nam Quintiliani nepotis quæ vulgo leguntur, aut Portii Latronis illam quæ contra Catilinam eſt, adiicere non libuit: ſed nec Salluſtii & Ciceronis nomine ſcholaſticas controuerſias, & quod in omnium manibus extent non adeo corruptæ, & quod iſtis, vt verum fatear, non ſatis mihi reſpondere videantur. Ac erit fortaſſe tempus cum vel mihi vel alii potius non primarum modo ſecundarumque exercitationum præcepta exemplaque, ſed & reliquos omnes veteres artium ſcriptores, quorum pleroſque vel nomine ipſo etiam literatis ignotos video, in vnum corpus colligere ac noſtris hominibus exhibere dabitur. Interea vero, Præſes ampliſſime, quicquid id eſt, quod in Quintiliano & Flacco præſtitimus, etſi dignitate tua longe inferius, tibi tamen dicare viſum eſt, cum quod Fabii magna pars, etſi lacera deformataque, pridem alterius, cuius diligentiæ & hoc beneficium tandiu debuimus, adſignatione tua quodam iure facta eſt, adeo vt nunc reddi potius, quam

donari

donari videatur: tum quod in eo Senatu primas tenes, in quo huiuſce ſtudii fructus percipitur maximus, non ex honorariis, & (vt quidam veterum, ſed paulo acerbius & iracundius dixit) aduocatorum ſtipe, ſed ex animo & contemplatione ac ſcientia, præcipue vero ex illa incredibili voluptate, quæ liberis & ingenuis mentibus inſita eſt, benefaciendi pluribus non amicis modo, ſed quibuslibet, qua nihil eſſe puto quo ad Deum homines propius accedamus. Fuit & illa mihi propria cauſſa, quod ſtudiis noſtris, & literarum nomine & paternæ amicitiæ recordatione pro tua ſumma gratia atque humanitate hactenus fauere viſus es: & vt in poſterum magis ac magis faueas, erit tibi hoc, ſi placet, gratitudinis atque obſequii mei pignus, ſi non dignum amplitudine tua, certe profeſſione noſtra ſaltem pro tempore non indignum. Bene vale Præſes ampliſſime. Lutetiæ Pariſior. Kal. April. rebus prolatis, CIↃ IↃ LXXX.

DE QVINTILIANIS VETERVM SCRIPTORUM teſtimonia.

M. Annaevs Seneca *procemio lib. x. Controuerſ.*

Pertinere ad rem non puto, quomodo L. Magius gener T. Liuii declamauerit, quamuis aliquo tempore ſuum populum habuit, cum illum homines non in ipſius honorem laudarent, ſed in ſoceri ferrent: quomodo P. Aſprenas aut Quintilianus declamauerint, Tranſeo iſtos quorum fama cum ipſis extincta eſt.

Idem controuerſ. IIII. eiuſdem libri, quæ eſt de eo qui expoſitos debilitabat, vt ex mendicitate eorum mercedem acciperet.

Circa hunc ſenſum P. Aſprenatis eſt ille à Quintiliano dictus, Neſcio vtrum vos miſerabiliores dicam quod alimenta accipitis, an quod huic datis. Accipitis enim quia debiles eſtis: ei datis per quem debiles eſtis.

M. Fab. Qvintilianvs *lib. IX. Inſtitut. oratoriar. ad Victorium Marcellum cap. III.*

Et cur me prohibeat pudor vti domeſtico exemplo? Pater meus contra eum qui ſe legationi immoriturum dixerat, deinde vix paucis diebus inſumptis re infecta redierat, Non exigo vti immoriaris legationi, immorare.

Ivnivs. Ivvenalis *lib. II. Satyr.*

—H ſpulla tragœdo
Gaudet. an expectas vt Quintilianus ametur?

Item.

Sed iacet in ſerui complexibus aut equitis, dic,
Dic aliquem ſodes heic Quintiliane colorem.
Hæremus: dic ipſa.

Idem lib. III.

Hos inter ſumptus ſeſtertia Quintiliano
Vt multum, duo ſufficient: res nulla minoris
Conſtabit patri, quam filius vnde igitur tot
Quintilianus habet ſaltus? exempla nouorum
Fatorum tranſi, felix & pulcer & acer,

Felix,

Felix, & ſapiens, & nobilis, & generoſus
Appoſitam nigræ Lunam ſubtexit alutæ.
Felix, orator quoque maximus, & iaculator
Etſi perſtrixit, cantat bene. diſtat enim, quæ
Sidera te excipiant modo primos incipientem
Edere vagitus, & adhuc à matre rubentem.
Si fortuna volet, fies de Rhetore Conſul.
Si volet hæc eadem, fies de Conſule Rhetor.

C. PLINIVS *lib. II. Epiſt.*

Ita certe ex Quintiliano præceptore meo audiſſe memini. Narrabat ille, Aſſectabar Domitium Afrum, &c.

Idem lib VI.

Erat non ſtudioſorum tantum, verumetiam ſtudiorum a-mantiſſimus, ac prope quotidie ad audiendos, quos tum ego frequentabam, Quintilianum, Nicetem Sacerdotem ventitabat.

Eſt & eius ad Quintilianum ſuum in eodem lib. epiſtola qua incipit, Quamuis & ipſe ſis continentiſſimus & filiam tuam a inſtitueris vt decebat filiam tuam, Tutilii neptem.

M. VAL. MARTIALIS *lib. II. Epig.*

uintiliane, vagæ moderator ſumme iuuentæ,
Gloria Romanæ, Quintiliane, togæ.

TREBELLIVS POLLIO *in Poſtum. iuniore.*

Fuit (quod ſolum memoratu dignum eſt) ita in declamationibus diſertus, vt eius controuerſiæ Quintiliano dicantur ertæ. quem declamatorem Romani generis acutiſſimum, us capitis lectio prima ſtatim fronte demonſtrat.

CÆLIVS LACTANTIVS FIRM. *lib. I.*

)ptime Quintilianus in Fanatico, Iſtud, inquit, ſi deus co-iratus eſt.

Idem lib. V.

[deo potentiores eſſe iniuſtos Deus permiſit, vt cogere ad um poſſent: ideo plures, vt virtus eſſet precioſa, quod eſt. Quod quidem ipſum Quintilianus egregie ac bre-: oſtendit in Capite obuoluto. Nam quæ, inquit, virtus innocentiæ, niſi laudem raritas dediſſet? verum quia ra ſic comparatum eſt, vt odium, cupiditas, ira, in idquod ouerint agant cæcos, ſupra hominem videtur culpa va-Alioqui ſi pares omnibus affectus dediſſet, pietas nihil

Idem

Idem lib. VI.

Nulla eſt tam perditi pudoris adultera, quæ non hanc cauſſam vitiis ſuis prætendat, iniuriam ſe peccando non facere, ſed referre. quod optime Quintilianus expreſſit. Homo, inquit, neque alieni matrimonii abſtinens, neque ſui cuſtos, quæ inter ſe natura connexa ſunt.

D. MAGNVS AVSONIVS *in Panegyrico.*

Diues Seneca, tamen Conſul, arguetur rectius quam prædicabitur non erudiiſſe indolem Neronis; ſed armaſſe ſæuitiam. Quintilianus conſularia per Clementem ornamenta ſortitus, honeſtamenta nominis potius videtur quam inſignia poteſtatis habuiſſe: quomodo Titianus magiſter ſed glorioſius ille municipalem ſcholam apud Viſontionem Lugdunumque variando, non ætate quidem, ſed vilitate conſenuit.

Idem in commemoratione Profeſſorum, de Ti. Victore Mineruio.

Primus Burdigalæ columen dicere Mineruí,
Alter Rhetoricæ Quintiliane togæ. *& poſtea.*
Adſerat vſque licet Fabium Calagurrıs alumnum,
Non ſit Burdigalæ dum cathedra inferior. *&*
Seu libeat fictas ludorum euoluere lites,
Ancipitem palmam Quintilianus habet.
Dicendi torrens tibi copia, quæ tamen aurum,
Non etiam luteam volueret inluuiem:
Et Demoſthenicum, quod ter primum ille vocauit,
In te ſic viguit, cedat vt ipſe tibi.

Idem in Moſella.

-memorabo Quietos,
Agricolas, legumque Catos, fandique potentes,
Præſidium ſublime reis, quos curia ſummos
Municipum vidit proceres, propriumque Senatum,
Quos prætextati celebris facundia ludi
Contulit ad veteris præconia Quintiliani.
Quique ſuas rexere vrbes, purumque tribunal
Sanguine, & innocuas illuſtrauere ſecures.

HIERONYMVS *in Chronico.*

Olymp. 211. M. Fabius Quintilianus Romam à Galba perducitur.

Olymp. 217. anno Domitiani 8. Quintilianus ex Hiſpania Calagurritanus, primus Romæ publicam ſcholam aperuit, & ſalarium è fiſco accepit.

Idem

Idem ad Præſidium.

Puto te Quintiliani controuerſiæ recordari in qua pauper cauſatur, dolens ob interitum apum, flores ab impotentiſſimo diuite venenatos.

Idem in Quaſt. Hebraic.

Me vero procul ab vrbibus, foro, litibus, turbis remotum, ſic quoque, vt Quintilianus ait, latentem inuenit inuidia.

Item.

Nec mirum hoc in conceptu fœminarum, vt quales perſpexerint, ſiue mente conceperint, in extremo voluptatis æſtu quo concipiunt, talem ſobolem procreent, cum hoc ipſum etiam in equarum gregibus apud Hiſpanos dicatur fieri, & Quintilianus in ea controuerſia in qua accuſatur matrona quod Æthiopem peperit pro defenſione illius argumentatur hanc conceptus eſſe naturam quam diximus.

Idem aduerſus Vigilantium.

Iſte Caupo Calagurritanus, & in peruerſum propter nomen viculi mutus Quintilianus miſcet aquam vino.

Idem ad Pammachium de obitu Paulinæ.

Felices, inquit Fabius, artes eſſent, ſi de illis ſoli artifices iudicarent.

Idem ad Pammachium, de optimo genere interpret.

Hilarius noſtrorum temporum confeſſor, duodecim Quintiliani libros ſtilo imitatus eſt & numero.

Idem Præfat. in Abdiam.

Dicit & Tullius tuus adoleſcentulo ſibi inchoata quædam & rudia excidiſſe. Si hoc ille tam de libris ad Herennium quam de rhetoricis, quos ego perfectiſſimos puto, ad comparationem ſenilis peritiæ dicere potuit: quanto magis ego libere profiteor & illud fuiſſe puerilis ingenii, & hoc maturæ ſenectutis. In libris quoque contra Marcionem Septimius Tertullianus hoc idem paſſus eſt, & Origenes in Cantica canticorum, & Quintilianus in XII. libris inſtitutionis oratoriæ. ex quibus oſtenditur vnamquanque ætatem in quo eſſe perfectam, & ex annorum debere numero iudicari.

Sid. Apollinaris *lib. v. Epiſt. x. Sabaudo.*

Tua vero tam clara, tam ſpectabilis dictio eſt, vt illi diuiſio Palæmonis, grauitas Gallionis, abundantia Delphidii, Agrœcii diſciplina, fortitudo Alcimi, Adelphii teneritudo, rigor Magni, dulcedo Victorini, non modo non ſuperiora, ſed vix æquiparabilia ſcribantur. Sane ne videar ſub hoc quaſi

P hyper-

hyperbolico Rhetorum catalogo blanditus quippiam gratificatuſque, ſolam tibi acrimoniam Quintiliani, pompamque Palladii comparari non ambigo, ſed potius acquieſco.

Idem in panegyrico ad Anthemium.

Qua Criſpus breuitate placet, quo pondere Varro,
Quo genio Plautus, quo flumine Quintilianus,
Qua pompa Tacitus nunquam ſine laude loquendus.

Idem carmine ad Magnum Felicem cos.

Acrem Lampridium, Catum, Leonem,
Præſtantemque tuba Seuerianum,
Et ſic ſcribere non minus valentem
Marcus Quintilianus vt ſolebat.

RVFINVS *Gramm. Antiochenſ. Coment. in metra Terentiana.* Quintilianus in arte, &c.

AVR. CASSIODORVS *de Rhetorica, ex lib. Diſciplinis.*

Quintilianus etiã doctor egregius, qui poſt flumina Tullianos ſingulariter valuit implere quæ docuit virũ bonũ dicendi peritũ a prima ętate ſuſcipiens, per cunctas artes ac diſciplinas nobilium literarũ erudiendum eſſe monſtrauit quem merito ad defenſionem ſui totius ciuitatis vota requirerent. Libros autem duos Ciceronis de arte Rhetorica, & Quintiliani duodecim Inſtitutionum iudicauimus eſſe iungendos, &c.

Idem in Chronico ex Hieronymo, vt videtur.

Siluano & Priſco Coss. Quintilianus ex Hiſpania primus Romæ ſcholam publicam aperuit, & ſalarium è fiſco accepit.

ISIDORVS *Hiſpalenſis lib. II Etymolog. De Rhetorica.*

Hæc diſciplina à Græcis inuenta eſt, Gorgia, Ariſtotel. Hermagora, & tranſlata in Latinum à Tullio videlicet, & Quintiliano, & Titiano: ſed ita copioſe, ita varie vt ea lectori admirari in promptu ſit, comprehendere impoſſibile. Nam membranis retentis, quaſi adhæreſcit memoriæ ſeries dictionis: at mox repoſitis, recordatio omnis elabitur.

Vetus interpres Lucani, ad eum locum lib. IV.

Vita breuis nulli ſupereſt qui tempus in illa
Quærenda ſibi mortis habet.

Senſus, *inquit*, hic eſt. Non eſt putanda breuis vita quæ habet ſpatium, quo vnuſquiſque ſibi quærat exitium: quod non euenit niſi forti viro qui facile contemnit interitum. Vnde Quintilianus, Faciamus de funere remedium, de neceſſitate virtutem. Solus vixit quoad voluit, qui mori maluit.

M. FA-

M. FABII QVINTILIANI DECLAMATIONES.

* * *

. . . maniſeſtum eſt, & in hac tamen ciuitate extra controuerſiam præcipue . . . poſitum . . . . eos qui à ſe homines occiſos eſſe fateantur teneri lege. qui diſtingues igit . ſa . ere. Occidiſti adulteros Qu s igitur dubitat hoc in ciuitate à leg bus permiſſum? A iulterum, inquit, cum adul era liceat occidere. Quid aliud feci? ſed non licuit occidere tibi. & in hoc omnem cal mniam ſuam contrahit. negat mihi licuiſſe occidere: primum, quod ius ciuis non habuerim eo tempore quo exul eram nec ad me iura pertinuiſſe, quod exulo. Si in perpetuum exilium miſſus eſſem, forſitan poſſet de hoc quæri, an ad leges pertinuerim, cum illud ex lege fieret quod exularem. Quinquennale vero exilium dubium eſt quin . . . .

. . proceſſerit abſente me neque erat cauſa propter quam vis inferretur ei qui imprudens occidiſſet . non damnabatur animo, aut ſceleris ea pœna erat. ſed vt pert nuerit, inquit, ad te lex . . . tamen tibi non licuit, cum ad occidendum venire non licuerit. Lex enim quinquennio te iubet exulare . puta me contra ius rediiſſe ſi . . . in præſentia . . tanquam contra ius rediſſem . Non tamen mihi obiicere debes quod occiderim, ſed quod . . . tingente feciſſe contra leges . . . contra illam tamen legi feci . . . ad iudicium pertinet . . . . ſic etiam tedire mihi licuiſſe . . . . . . hoc rerum . . . . occidere licere . Ergo lex qu . . . . ſignificat omnia . . . . quæ aduerſus adulteros ſcripta eſt, vt contra alias leges . . . . ab exilio, nec homines occidere licuit . ſed quemadmodum homine . . . . . erant ita reuer . .

SERMO.

Locus patens, quomodo, quantũ liceat aduerſus adulteros, ſed in

 hat

hac controuerſia facere oportet quod in communibus fere, vt quoties communem dixerimus locum, ad proprium reuertamur. Communis eſt locus aduerſus adulteros omnes, Proprius, aduerſum hos adulteros.

DECLAMATIO.

Itane mulier impune peccaſſit, quæ calamitatem viri ſui pro occaſione habuit . . . . . bus erat, cui quinquennium breue videbatur. æquale enim illud fuit adult. . . . . . narrabatur cuius opinio . . . . dum frequens, ſed pene continuum ac perpetuum fuit. Ne quis autem exiſtimet cum adult. . . . . vnius tantum vindicandum . . . ad exemplum totius ciuitatis.

CCXLV.

QVI DEPOSITVM INFITIATVS FVERIT, QVADRVPLVM SOLVAT. Qui filium luxurioſum relinquebat, pecuniam apud vnicum depoſuit, & mandauit vt redderet emendato. Petit adoleſcens pecuniam. * ille quadruplum petit.

SERMO.

. . . . *videtur hic adoleſcens* . . . . *tamen aſper exactor* . *quoniam perſona nobis proponitur amici, & amici hoc ipſo de quo agitur probati. Nam ita facilius oſtendemus omnia eum feciſſe adoleſcentis iſtius cauſa, ſi ne reus quidem vſquam ad odium compellitur.*

DECLAMATIO.

DEPOSITVM QVI INFITIATVS FVERIT, QVADRVPLVM SOLVAT. Infitiari, eſt depoſitum nolle ſoluere. Itaque ne actio quidem hæc dari poteſt niſi aduerſus eum qui damnatus fuerit. Eo enim tempore quæratur neceſſe eſt, an habeat pecuniam & an infitietur: neque omnino quadruplum ſoluere debet niſi ſimul conuictus. quare ſi hanc tantum negaſſet aliquando, & poſtea obtuliſſet, non tamen poterat videri quadruplo obligatus, cum hoc ipſum quadruplum cum ea ſumma habuerit quæ negatur. Quid ſi & abſolutus eſt hoc iudicio cum in quadruplum damnari poterat. neque enim ideo debet quadruplum ſoluere, quia potuit ne ſimplum quidem ſoluere, ſi ipſam pecuniam quæ à patre tuo apud amicum . . . . . velles, non liceret tamen tibi rem iudicatam retractare. Hoc ergo fieri poteſt, vt rem non potueris repetere, pœnam rei petas?

SER-

SERMO

Hac circa ius, illa circa æquitatem. Qui quadruplum ab infitiatore petit, illa dicere ſolet: Oportet pœnam eſſe auaritiæ, & affici ſupplicio cupiditates. Neque enim aliter fides conſtare potuerit apud omnes, niſi metu contineatur. Depoſitum hoc eo magis vindicandum, quod fere ſecreta ſunt citra probationem: non poteſt omnino in hoc arguere auaritiam.

DECLAMATIO.

Depoſitum quo tempore petiſti luxurioſus adhuc, ſi noluiſſes confiteri, haberes pecuniam nondum tamen debebatur. Non eſt in depoſitis ſimplex conditio. Deponitur aliquid, quod quandocunq; repetitur, reddendũ eſt. Deponitur aliquid in tempus Hoc quomodo depoſitum erat? vt acciperes cum luxuriari deſiſſes. Quo tempore repetebas, adhuc luxuriabaris. Non debebatur ergo, nec poteſt videri infitiatum quod eo tempore negauit, quo illi extorqueri non poſſet vel confitenti. Quare tamen negare maluit quam hoc iure vti? Quoniam te luxurioſum ſpes adhuc pecuniæ faciebat. An non hoc eſt quod te fecerit frugi? Didiciſti tibi pecuniam . . . . . &labore ſeruandam. At mehercule vereor ne cito obtulerit. Sine dubio tu diſcuſſam luxuriam vis probare auaritia, & hæc ipſa accipiendæ pecuniæ fames alias videtur prodere cupiditates. Satis erat homini frugi quod accepiſti. Itaque & alias quoque conditiones frugalitati tuæ ponit amicus paternus; ſi vixeris quomodo videris feciſſe, ſi tenendi potius patrimonii quam auferendi habueris curam. eſt adhuc quod tibi poſſit tribuere patrimonium paternum, ſed adhuc habet ſuum.

CCXLVI. *Soporatus fortis priuignus.*

Qui fortiter fecerat, bello imminente ſoporem ab nouerca ſubiectum bibit. Cauſam dixit tanquam deſertor. abſolutus accuſat nouercam veneficii.

DECLAMATIO.

Etiam ſi, Iud. euentus proximæ cauſæ ſatis videri poteſt etiam in hanc quoque pronuntiaſſe, primum tamen doloris mei profeſſionem diſſimulare non poſſum, quod nouercam ante accuſare non potui. Debeo quidem ſententiis iudicum omnia: homo tamen grauiſſimum iniuriam paſſus, adhuc tantum abſolutus ſum. Verum me quamuis præcipue in hoc iudicium agat vltio talis, illud quidem periculum fal-

lit. hodie conſtituetis an merito abſolutus ſim. Inter ſumma diſcrimina reip. non fuit venenum . . . . ego deſerui. ſi quis autem ad hanc præteritorum indignationem adiicere etiam formam ipſam iudicii poteſt, illud certe eſt quod nulla poſſit tolerare patientia, quod ſe mihi contendit nouerca beneficium dediſſe. vos æſtimabitis quid de perſona hac ſentiatis. non feciſſet hoc mater. certe quod mihi ſatis eſt, pater non fecit.

SERMO.

Quotiens finiendum erit, primum intueri debebitis, quid vtraque pars velit; deinde, id quod vult, quam breuiſſime complecti. Quare negat venenum eſſe qui pro reo dicit: quia non occiderit, neque ſit mortiferum. Quare dicit venenum eſſe qui accuſat? quoniam medicamentum ſit & efficiat aliquid contra naturam. Ergo non eſt ſatis id modo videri venenum quod occidat. ſed hac omnia venena ſunt ad tuam quidem finitionem etiam mortiferum iſtud erit. Nam cum id ageres vt deſererem, deſertorem pœna ſequatur, etiam id quod deeſſe huic medicamento videbatur, adiiceres.

DECLAMATIO.

Veneficii accuſo. Veneficam dico quæ ſoporem dedit. Vnde tibi in hos vſus venena? notiora ſunt quædam, pernicie & experimento deprehenduntur, adeo vt aliqua publice dentur. Hoc quid eſt quod tu vis vocari in tempus venenum, quo mens auſertur, quo corpus grauatur, quo membra ſoluuntur. Sæpe in ſcelere virtutis eſt noſſe veneni modum eo magis quod videmus copia conſtare, quod temperamento quodam ſiſtetur citra mortem. Si quis accuſare te veneficii voluiſſet illo tempore quo ſane non vacabat, ſi protuliſſet corpus meũ quod non ſolum motu corporis familiæ conclamatione excitari non potuit, ſed belli tumultu & fragore ſignorum & trepidatione totius ciuitatis, victurum promitteres? Veneficium ſcientia docui, veneficium periculo docui, volo dicere & de animo. Potionem iſtam cui dediſti, quo tempore dediſti? Priuigno dediſti. Si alio tempore dediſſes, deceptam te putarem; nunc excogitaſti potionem quæ me lege occiderit. Equidem ſi me interroges. vixiſſe me illo tempore non arbitror. Quid enim, pro dii immortales, aut in qua parte naturæ locauit me nouerca?

nouercæ? Bellum mihi nunciatum eſt, & hominem quem non peregrinatio detinuit, non abſentia vlla à periculo ciuitatis relegauit, quid acti ſit manente me intra muros, commilitones mei narrauerunt: Dicitur ingens fuiſſe prælium, commiſſa vtrinque acies, dubia ſæpe victoria, & huc atque illuc ſpes inclinata, cum interim miles in quo plurimum fiduciæ, in quo maximum momentum videbatur, in nulla parte viſus auditur. Quid plus contingere potuit hoſti ſi periſſem? Non alio modo audiui bella quam auorum proauorumque temporibus: At ſi mihi detur emendatio præteritorum, vtinam nouerca illud ſtatim venenum dediſſet quo vita auferretur, illa potione conſumptum tota ciuitas ad rogum tuliſſet, celebraſſet laudes, etiam temporis diſcrimen multum attuliſſet admirationis: Illa dicerent homines, Non tuliſſemus hæc ſi vixiſſet. Ego, inquit, tantum animo bono feci. Erubeſcite matres, quæ amplexæ armatos iam liberos, impiæ tamen iam eſtis mei exemplo. Inuenta eſt tota ciuitate magis amaret vna quæ pareceret nouerca. Non dico de his adhuc quæ ſecuta ſunt, non illam iudicii contumeliam. Interim tamen, quid mihi potuit grauius accidere? Quam ego, dii deæque, perdidi occaſionem! Obtulerat deus tempus merita geminandi, venerat dies approbandi quod fortiter feceram, id non fortunam fuiſſe. Felices commilitones mei hoſtium terga vidiſtis, calcaſtis cadauera, victoriam publicam clamore læti retuliſtis: at ego quando pugnandum eſt, interrogaui, longamque illam nouercæ noctem tandem emenſus, non mente, non gradu conſtiti, ac mihi vicisse ciues meos accuſator indicauit. Videor ex magna parte etiam approbaſſe cauſam proximo iudicio. Quo enim modo abſolutus ſum, niſi illa accuſatori dicerem, vis tenuit, & deuicta mens.

CCXLVII.

RAPTORIS DIVITIS BONA MARITI VXOR ACCIPIAT.

Adoleſcens locuples rapuit. priuſquam optaret puella, miſit ad eam propinquos rogatum vt nuptias haberet. Auditis illa precibus, tacuit & fleuit. Percuſſit ſe adoleſcens. prius quam expiraret, optauit illa nuptias. petunt bona propinqui & vxor.

SERMO.

Demonſtranda vobis eſt via. Videte quid vtraque pars velit,

quid vtraque pars dicat, & illud quam fieri poteſt breuiſſime & ſignificantiſſime comprehendite. Vt puta dicit hac puella, Vxor ſum. Nuptias enim optaui. Optando ſtatim maritum habere illum cæpi, neceſſe enim erat illi marito eſſe ſi viueret. nec tempore vt patrimonium ſed iure. Hac certo comprehendenda ſunt finitionibus. Dicit pars diuerſa. Non fuiſti vxor. non ſubſiſti cum illo. optione tradita quidem illi, ſed ſtatim diſceſſit poſt vocem. Hoc finitione comprehendendum eſt. Vxor eſt quæ fœmina viro nuptiis collocata in ſocietatem vitæ venit. Tum non eſt tradita. Illa quid dicit? Vxor eſt cuius cum viro matrimonium factum eſt. Pars diuerſa hoc dicit. finitio interim dicitur falſa, interim parum plena. Nos neque falſam poſſumus dicere partis aduerſæ finitionem, neque parum plenam. nec tam in ſubuertenda ea morari debemus, quam in confirmanda noſtra. Sit ergo vt non infirmandum finitionis genus, ita ad conuincendum nimis plenum. Non poſſumus enim dicere, Ea quæ viro per nuptias tradita in ſocietatem vitæ venit, ſed non tantum hæc vxor, ſicut nō negaremus vxorem ſi ita finiremus, Vxor eſt quæ per nuptias à parentibus in matrimonium tradita in ſocietate multis annis fuit. Illud, A parentibus tradita, non neceſſarium in finitione vxoris ſit. Iſta falſa quidem non ſunt, ſed pleriſque detractis, erit adhuc vxor. Fingamus enim factas eſſe nuptias, conſecutam ſtatim alterius mortem: erit profecto vxor, etiam te confitente, tradita, ſi in ſocietate vitæ non fuerit. Quomodo ergo iſta ſocietas vitæ adiecta non quidem mentitur, ſed adiicit neceſſarium: ita illud quoque, nuptiis collocata, efficit vxorem. ſed non hoc ſolum modo erit. Fingamus enim nuptias quidem feciſſe nullas, coiſſe autem liberorum creandorum gratia: non tamen vxor non erit, quamuis nuptiis non ſit collocata. Videamus igitur, ſi iſta ſuperuacua & circumfuſa ſunt, finitio huic nomini ſufficit. neque enim hoc intueri debetis quid deſit, ſed quid ſatis ſit.

DECLAMATIO.

DIxi vxorem eſſe cuius cum viro matrimonium factum eſt. Quid amplius? Nā ſicut coitus atque congreſſus citra ius non efficeret vxorem, ita vxor etiam citra hæc manet. Id ex quotidianis & in frontem incurrentibus approbari poteſt. Nam vt ab ipſis incipiam: comprehendo vxorem duxiſſe dici hoc ante noctem, hoc ante congreſſum, hoc primo ſtatim iure, & fortaſſe in aliis poſſit videri neceſſarium expectare, hæc de nuptiis conuicimus. Eſt quidem ius matrimonii explendum, tamen expecto & circuitum, & id quod peto, matrimonium iungendum. hæc in eiuſmodi conditione non

ſunt expectanda, quia anteceſſerint. Raptor ſi non occiditur, iam maritus eſt. Id ſic quoque accipitur: qui maritus erit, non eſt cælebs: quæ vxor, non vidua aut virgo. De vtraque vos perſona ergo volo interrogare. Putemus ſtatim optione finita quæri de adoleſcente. Diceresne illum eſſe cælibem? at ſi diceres, ille occurret. Dic igitur cælibem: vxorem poteſt aliam ducere: virginem hanc aut viduam non diceres. At de altera quæri ſuperuacuum eſt. ſi viduam, interrogo an eſſet aliquis cuius nuptiarum habituta eſſet ius puella. credere igitur neq; illam virginem eſſe conſtate, & illum non eſſe cælibem, ſi hæc vxor & ille maritus Nunc quæro, cuius ille maritus, cuius hæc vxor. Nuptias tamen in domo. Nuptiæ in aliis ſint ſane neceſſariæ. quanquam ne id quidem vtriq; ius exigit, cauſam tamen in domo hanc habeto oſtendendæ voluntatis, filiam tibi aut eam ipſam coniugi quæ ſui habet poteſtatem. Hoc quod nuptiæ efficiunt, optio fecit. videamus an etiam fortius atque vehementius. quippe illic voluntas, hic etiam neceſſitas quæritur. Auſim dicere vtrique in hoc genere litis, nullas eſſe digniores quæ retineant maritorum hæreditates quam eas quæ vxores ex raptu eſſe cœperunt: quoniam poſt raptum nulla vxor eſt niſi beneficio ſuo. ac forſitan inde etiam lex iſta deſcendit. Ad illa libet peruenire ad quæ pars diuerſa vocat. An hæc digna ſit quæ vxoris nomen accipiat. ſi hoc tantum dicerem, meruit hæreditatem pro iniuria, poſſet tamen videri hæreditas iſta genus quoddam ſatisfactionis. Amata eſt ab adoleſcente, Debet quoque hoc valere in portione litis huiuſce. nihil ille maluit quam iſta bona etiam ſi viueret, eſſe communia. Ille fecit his bonis hanc legem. Sperauit de ea adoleſcens. Ideo rogare auſus eſt. nuptias petiit puella. non dico nunc de iure. cogitate quantum beneficium dare voluerit, imo quod ad ipſam pertinet, dederit. remiſit iniuriam ruptæ virginitatis ea cui lex & mortem vindicare permiſit. Sed ſero hoc dedit. Etiam ſi huius tarditate factum eſſet, non illius feſtinatione, noli tamen mirari pudicam, ſi caſtitas non ſtatim iræ ſuæ imperare potuit. ſatis præſtat rapta quæ non cito optat. At enim iam vulnerato optauit, quoniam moriturum ſciebat, captauit hæreditatem. Num igitur animum puellæ à primis temporibus raptor ignorauit? Magnum clementiæ argumentum. Cur poteſtas adeundi magiſtratus ſtatim, emiſſa continua vox, qua ſe & iniuriam ſuam vlciſceretur, finiret onera pudoris ſui, audit rogantes diu. primũ hoc

præiudicium eius eſt quæ exorari poſſit. Rogari velle, pro rogato eſt hoc tantum non ſatis erat, Iudices, ſi dicerem, Non negauit. Atqui dolor erumpit, & nunquam iraſcere ſilentio continetur. Miſeret me adoleſcentis optimi alioqui & nimis verecundi, quod ſic animum eius interpretamini. ſatius erat dicere, Non negauit. Audeo dicere, Iud. promiſit. neq; vnum promittendi genus eſt. Voluntas hominum non tantum voce ſignata eſt. An vero ſi manu promiſiſſet, an vultu annuiſſet, dediſſe fidem & confirmaſſe ſpem puella videretur, quæ facie affectum, quæ toties oculis miſericordiam prodidit? fleuit: idem fecit quod illi qui rogabant. ad mentionem periculi, ad mentionem carnificis, vberes lacrymas profudit. certe non vides affectum qui occidat. Sed tacuit: alioqui hoc vos exigebatis ab ea modo virgo fuerat, quæ hoc nomen paulo ante perdiderat, vt de nuptiis loqueretur niſi vbi neceſſe erat? Ea poſt vulnus optauit. Ecce maiorem miſericordiam: ſuſcepit raptoris ſui miſera curationem. queritur quippe de fortuna, quod beneficium perdidit. neque enim diu eligere poterat tam altè exactam manum. miſera exiſtimabat hoc eum feciſſe cauſa miſerationis. peruenit tamen aliqua ad illum lætitia datæ ſalutis: etiam ſi breuis, tamen grata eſt voluptas. At voce eius audita certe oculos ſuſtulit. ſi nihil aliud, hoc certe ſolatii tulit, non mori ſe tanquam damnatum. non illum quamuis ſemianimem atque palpitantem inuaſit carnifex, vulneratum cruentumq; per ora populi traxit, non illud caput vel exanime lege ſeciſſum eſt. pro immitis, qui de ſumma clementia tam triſte fecit exemplum.

CCXLVIII. *Octo anni duplicis imprudentia.*

IMPRVDENTIS CÆDIS DAMNATVS QVINQVENNIO EXVLET. EXVLEM INTRA FINES LICEAT OCCIDERE. Qui cædem per imprudentiam commiſerat, abiit in exilium. ibi tertio anno exilii aliam cædem ſimiliter commiſit. expleuit tempus quinquennii ex eo tempore quo iterum occiderat. Redeuntem illum poſt octauum annum occidit quidam intra fines. Reus eſt cædis.

DECLAMATIO.

NON continuo occiſus homo ad crimen & ad damnationem pertinet, cum hoc interim legibus facere liceat.

at. Quotiens autem licet, etiam oportet. Exulem occidere intra fines licet. Id ius dupliciter efficitur Aut enim redit cui omnino licet, aut nõ redit n ſi licet. neſcio an ex iis duobus etiam iuſtius videatur occidi cum redit contra leges, qui aliquãdo iure rediturus ſit. Illum enim ſane cupiditas patriæ & vltima deſperatio cogat aliquando futurum facere iuri. Præterea cum aut ita reuertantur exules tanquam in hoc fallant ; aut ita tanquam his facere liceat , aliquando magis ii occidendi ſunt qui palam contra ius reuertuntur. Illis enim remiſſum furtum non vtique nocet in exemplum, neque is qui ſe agnoſcit contra ius reuerti, diu intra fines manſurus eſt. Is vero qui contra legem ſciens redit, tentat iura vincere, & in impudentia ſua perſeueraturus eſt, Videamus nunc, an ſicut cum deceſſiſſet, occiſus eſt, reuerti tempore illo liceat. IMPRVDENTIS CÆDIS DAMNATVS QVINQVENNIO EXVLET. Vtrum hoc intelligimus ſingulis cædibus quinquennium eſſe conſtitutum ? an intereſt aliquid quotiens quiſque peccauerit? nulla inuenietur ratio qua duæ cædes octo annis exulatum efficiant, Nam ſi imprudentis cædis damnatũ quinquennio exulare oportet, nihil intererit quot quiſque occiderit. Ego igitur hoc dico Quotiens commiſſa ſit cædes, totiens quinquennium eſſe ponendum. & hoc ſatis firme tueri alienarum rerum exemplo poſſumus. Fingamus talem legem , vt qui furtum fecerit, ſoluat quadruplum. Ponamus quamlibet pœnam ei qui iniuriarum fuerit damnatus. Num dubium eſt quin quotiens iniuriam commiſerit, totiens paſſurus ſit & pœnam ? Ergo ſi animaduerſio contra ſingula delicta conſtituta eſt , hic bis deliquit, bis puniri debuit. Decem annis exilium implere debuit. Sed ex eo, inquit, tempore quo ſequentem cædem commiſit, quinquennium expleuit. Nihil mea refert vtrum ſequenti cædi non reddiderit tempus , quod debebat etiam priori Nam ſi quinquennium ex triennio numeras , illud prius non eſt ſatis plenũ: ſi adſignas priori cædi ſuum tempus, nõ cœpit exulare ſequenti cædi niſi poſt quinquenniũ. Explica n. mihi medium illud biennium, an hoc dicis, nihil intereſt? Dic mihi, quo modo magis exulauerit quã ſi vnum occidiſſet. Quod eſt iſtud contra leges compendium, vt idem illud biennium prioris pœnæ vltimum ſit, ſequentis primum? Libet interrogare tanquam præſentem. Illo medio tempore vtri exulaſti? cuius hoc morti lex præſtitit ? Fingamus enim duos ſtatim

occi-

occiſos, vt duos, ita etiam plures, & ad quemcumq; numerũ: nulla differentia eſt, inter eum qui in vno lapſus eſt, & eum qui ſatisfactionem pluribus debet? IMPRVDENTIS CÆDIS DAMNATVS QVINQVENNIO EXVLET. Iſta ratione ſtatim poterat poſt quinquẽnium redire, ſiquidem hoc dicere ſatis eſt. Cædem imprudens commiſit, quinquennium exulauit. Videamus nũc quam rationem ſecuta ſit lex conſtituendæ eiuſmodi pœnæ, quam mehercule videtur mihi priore clementia, quã iuſtitia conſtituiſſe præ morte hominis innocentis, pro vita quinquennio deniq; conſtituit abſentiam. Ego quidẽ impudentiam illius vel in hoc mirari ſatis non poſſum, quod feſtinauit tam cito in patriam reuerti. Eſt enim vt ſibi aliquis vnũ caſum remittat, & ſemel lapſus errore ſe humanæ neceſſitatis excuſet, hic vero, qui commiſit iterum idẽ quo exilium meruit, cõputatis diebus atque horis legem tantummodo inſpexit, nõ etiam crimina ſua numerauit: nihil verecundiæ ſuæ adiecit, nihil pudori. Quis autem indignari poteſt eum interfectum qui occiderit duos? Nam ſi vlla hoc loco miſeratio eſt, debet eſſe pro illis. hæc dicerem tanquam de eo ad quem lex pertineret quæ cædem imprudentem damnaret. ex quomodo conſtituit? IMPRVDENTIS CÆDIS DAMNATVS QVINQVENNIO EXVLET. Nihil mea intereſt, an imprudens occiderit. nõ enim iuſtitia conſtitutum eſt, vt qui imprudens occiderit, quinquennio exulet: ſed qui cædis damnatus imprudentis ſit, quinquennio exulet. Hominem occidit in exilio. fortaſſe imprudens: conſtitui tamẽ oportuit ab imprudente eſſe occiſum. Nã quotiens aliquis interfectus eſt, aut id quæritur, an omnino interfectus ſit ab eo qui arguitur: aut id, an ab imprudente, aut per imprudentem ſit interfectus. hic quidẽ certum erit, interfectum eſſe hominem: ſed ab imprudente ita eſſe, pronuntiari oportuit. non modo alterum quinquennium debuit legi ſed perpetuam pene pœnam. Imprudentis cædis damnati, genus abſolutionis eſt. hoc illi non contigit. Remittamus tamen in præſentia perpetuam pœnam. De illo quis dubitabit, non poſſe eum damnari niſi poſt exactam iam quinquẽnii proprii pœnam? Fingamus illi quinquennio peracto redire licuiſſe. accuſari tum debebat, tum damnari cum in alterum quiquennium abiiſſet. Et, rogo, quid intereſt idem iſtud quo tempore exilij fecerit? Si peracto iam quinquennio, aut in fine certe quinquennii hominem per imprudentiam occidiſſet, num dubium, quin vobis confitentibus, alterum quin-

quen-

quènnium erit debiturus? Ita bene illi ceſſit, quod hominem citius occidit.

SERMO.

Hac fere ſunt qua in themate ſunt poſita. Vt imprudens occidiſſe videatur. ſuperuacuum habeo quarere quicquam de animo illius, quamuis duos occiderit.

CCXLVIIII. *Abolitio adulteri fortis.*

NE LICEAT CVM ADVLTERA MARITO AGERE, NISI PRIVS CVM ADVLTERO EGERIT. Cœpit agere maritus cum eo quem adulterum eſſe dicebat. Bellum incidit. Inter moras iudicii fortiter pugnat is qui accuſabatur. Petit præmii nomine iudicii abolitionem impetrauit. Vult agere cum adultera. CD.

SERMO.

An ſemper cum adultero prius agere neceſſe ſit, an hic egerit, an etiam ſi quid defuit actioni, quoniam tamen publico iudicio interceptum eſt, non debeat huius actionibus nocere, qua mens fuerit pramium dantis Reip. vtrum vni abolitionem iudicii, an per coniecturam vtrique & adultera dederit. Summũ quod in omnibus controuerſiis eſt, vtrum aquius ſit.

DECLAMATIO.

ADulterii ream defero. puto, hoc auribus veſtris non nouum crimen eſt quod ſatis eſt, non ab hac cœpi. qualem cauſam pertulerim ſic æſtimare poteſtis. petitur altera abolitio. ille optauit: hæc præſcribit. neuter negat poſtea videbo an iſti oporteat tantum præſtari quantum viro forti. Interim ſemota perſonarum ratione, ipſam excutere legem volo. NE LICEAT, inquit, CVM ADVLTERA AGERE MARITO, NISI PRIVS CVM ADVLTERO EGERIT. Differo illa quæ fecit. Differo quæ paſſus ſum, hoc in præſentia dico non vtique ſemper exigi vt prius agatur cum adultero. Id vobis, iudices, facillime perſuaderi poterit, ſi non tam iniuſtos, neque tam imprudentes exiſtimatis legum latores fuiſſe, vt neceſſitate præſtringerēt ea quæ præſtari non poſſent. Satis ſine dubio lex ipſa dicendo, Ne prius cum adultera agatur quam cum adultero actum fuerit, oſtendit ſe de his loqui, quorum vterque accuſari poteſt. Admonebo tamen vno aut altero argumento, quantam lex ipſa, ſi ita accipitur, paſſura iniuriam ſit. Fingamus

mus enim adulterum vel ſua voluntate, vel ita interueniente fato ſtatim deceſſiſſe. hoc iuſtum poterit videri, vt quoniam alterũ debito ſupplicio fata ſubtraxerint, altera quoq; impunitatem mereatur? Fingamus alterum conſcientia criminis profugiſſe, nullo modo facere ſui poteſtatẽ, nunquid exigeris vt ideo cum adultera nõ agatur, quoniam adulter crimen verũ eſſe confeſſus ſit? Nullo modo id iuſtum videri poteſt, nam is qui dicit, Cum adultero prius agere debes, illud dicit, Prius cum adultero age. Fingamus enim vel a te ipſa, vel ab alia nobis adulterii rea hanc quoque proponi præſcriptionem. Nonne illa patronorum defenſio ſi miſſima erit, Habes adulterum, lex te ab illo ordiri iubet: quid tranſilis? hoc in hanc non poteſt dici. Quis igitur credat eius conditionis eſſe iura vlla, vt aliquid non liceat & neceſſe iura vlla, vt aliquid non liceat & neceſſe ſit? Nam ſi mihi hoc ab ea dicit, Accuſa prius adulterum: ad te venio, Reſpon. accuſare adulterum volo. hæc dicerem ſi non inchoaſſem, ſi nihil feciſſem. Nunc egi cũ adultero, & ſi contentus eſſem voluntate legis, agere volui, per me non ſtetit. Habet lex animum meum. Cœpi, egi, nec lex vtiq; vllo ſcripto hoc cõprehendit, vt mihi neceſſe ſit agere vſq; ad finem. Nam etſi iudices conſediſſent, & abſoluiſſent, ego tamen egeram. Apparet igitur non exitu iudicii conſtare actionem ſed introitu. Igitur ſi abſolutus eſſet is quẽ tuum adulterum dicebam, agere mihi tecum licebat, & iſta præſcriptio nulla eſſet. Nunc non licebit agere, quia ſe confeſſus eſt abſolui non poſſe. Egi. Puta enim eadem ſtatim die qua teũ detuli interrogari te, quid faciam? an ante cum aliũ deſcripſi, cum iudices reieci. per illas omnes moras iudiciorum longas nimium & pro nocentibus compoſitas, quid aliud feci quam vt agerem? non inficiaberis me agere cœpiſſe. quid qui agere cœpit, quia ſemel contigit nũ cum agere cœpi. neq; enim videri poſſum agere cœpiſſe niſi egiſſẽ. ergo quantocumq; tempore egi, nihil obeſt non conſummaſſe, neque enim eum qui non vicit, negaueris pugnaſſe: neq; eum qui fructus nõ percepit, negaueris poſſediſſe: aut eum qui naufragiũ fecerit, negaueris nauigaſſe. Sed abolitionẽ petit. vel hoc argumento ſatis iuſto probare poſſum egiſſe me. Tum igitur cum abolitio petebatur, quid ego erã? Actor, vt opinor, & accuſator. Quid ille erat? Reus opinor. Atqui hoc nomen nunquam in eum aduerſum quem non agitur, cadit. Tu hodie qđ

pu-

pugnas, ne aduerſus te agere incipiam? Nam euentus vt tu vis videri, dubius eſt. Contra multa accidere poſſunt adhuc propter quæ iudicium ipſum non agatur. Præſcribis tamen ne agam, id eſt, ne nomen tuum deferam, ne te legibus obligem. cum igitur tecum acturus ſim ſi ſtatim cum illo iam egiſſem, putemus non contineri actionem non finito iudicio. Si tamen mea culpa accidit quominus iudicium finiretur, ſatis iniuriæ paſſus ſum in priore iudicio, & poteſt apud æquos iudices pro actione perfecta haberi. quoniam mihi agenti conſummare non licuit. Dixi igitur ea quæ ad cauſam pertinebant, neque ſemper priorem adulterum accuſari poſſe, & à me actum eſſe, etiam ſi non eſſet perfecta actio, tamen quoniam republica interueniente & lege viri fortis perfecta non eſſet, proinde eã haberi oportere ac ſi ego feciſſem quicquid volui: propius accedere ad confeſſionem huiuſce rei volo. Crimen adulterii duos continet. Ex iis neceſſe eſt qui cum adultero prius agit, agat & cum adultera. Num igitur hoc mihi dicere poteſt. Prius me agere tecum non oportet. ſecundo te loco ream detuli, ſecundo loco produxi ad magiſtratus. At quicquid ſecundum eſt habeat aliquid prius neceſſe eſt. hæc natura ita ſunt copulata, vt ſi cum adultero egi prius, tecum agam: ſi non egi, ago tecum prius tanquam cum adultero iam egero. Reliquum eſt intueri, iudices, voluntatẽ quoque reipublicæ quæ fuit tempore illo quo præmium dabat. Petit abolitionem vir fortis, vt opinor, ſibi; nec potuit accipere niſi quam petit. Alioqui ſi hoc tempore & ſuam abolitionem petiſſet & tuam, primum omnium duo præmia petiſſet, vt, quantum libet meritis eius deberemus, nemo tamen paſſus eſſet duplici præmio vnam honorari malitiam. Tuam abolitionem quare ipſi conceſſerimus? Non abolitionis illi concedendæ ratio quædam fuit. Etiam ſi peccauit, etiam ſi grauem vni fecit iniuriam, redemit tamen hoc virtute, redemit ſanguine, redemit vulneribus. In te quid ſpectauit abolitio? quod vitiis tuis & cupiditate illum quoque bonum alioqui, vt apparuit, ciuem adulterum feciſti? Scio, iudices, hactenus pertinere actionem ad hodiernum iudicium, nec quæ ſum obiecturus, cum mihi accuſare permiſeritis, hodie dicẽda ſunt. Quomodo deprehenderim, quos teſtes, relinquo. Illud tantum, qualẽ hanc puretis eſſe fœminã quæ defendi noluit. Quamquã hoc iã prior ille confeſſus eſt, qui cum fortiter feciſſet, cum recenti meritorũ gratia niteretur, plus tamen putauit apud vos valere virtutem,

tutem,&religionem,&fidem veſtram. ſicut vere putauit Ho dierno igitur iudicio apparebit an illi abolitionem petere neceſſe fuerit. Non eſtis exhortandi mihi ad tuendam caſtitatē, ciuitati ante omnia neceſſariam. Matrimoniis, etiam ſi ego tacuerim,ſcitis contineri ciuitatem, his populos, his liberos & ſucceſſionem patrimoniorum,& gradum hæreditatum,his ſecuritatem domeſticam. quomodo enim peregrinabimur, quomodo ad colendos diſcedemus agros, quæ nobis ſecuritas dabitur ſuſcipientibus legationes publicas, euntibus in militiam cum frequenter bella ſint? poteſt vobis contingere vt & præmium viro forti dederitis, & tamen adulterium vindicemus.

CCL. *Sortitio ignominioſorum.*

QVI INIVRIARVM DAMNATVS FVERIT, IGNOMINIOSVS SIT. IGNOMINIOSO NE QVA SIT ACTIO. Duo adoleſcentes inuicem agere cæperunt. Sortiti ſunt vtrius iudiciū prius ageretur. Is qui ſorte vicerat, egit & damnauit iniuriarum.damnato agere volenti præſcribit.

SERMO.

Patronum neceſſario dabimus. N*am etiam vt agere illi liceat, eſt tamen ignominioſus.*

DECLAMATIO.

IGNOMINIOSO NE QVA SIT ACTIO. Si hodie primum deferret, neceſſe habebat pati conditionem fortunæ ſuæ nunc præſcribendi tempus abiit. Tum enim præſcribere debuiſti,ſi poteras cū delatus es. Et in hoc ipſum præſcribere, ne deferret. neq; enim vlla præſcrip tio inchoata iudicia peragi vetat,ſi inchoari aliquādo ꝓhibet. Actio iſti cui præſcribis, data eſt: nec data ſolum,verū etiā inchoata. Inuicē rei fuiſtis. Quid enim?tu initium putas actionis cū iudices conſederint, cum ad dicēdū ſurrexerit orator? Minime.hæc enim tu feciſti felicitate actionis,&lex quæ ignominioſo non dedit actionē, hoc expectauit ne omnino in cauſam educendi poteſtatē haberet,ne reum faciendi, ne in periculum perducendi. Quæ ſi omnia iam facta ſunt,tēpus præſcriptionis tranſiit Accedit & illud quod quærendum eſt, IGNOMINIOSO NE QVA SIT ACTIO iniuriarum earum quæ factæ ſint poſtea quam ignominioſus eſſe cœpit.Fecit iniuriā aliquis ei.fecit fruſtra ignominioſo, videtur minus peccaſſe quā ſi aliquem ciuē,cui integer

ſtatus

ſtatus eſſet, læſiſſet. Hunc contemptum vtique noluit damnationis lex eſſe, niſi poſt damnationem. Hoc autem de quo quæritur, confitearis oportet, actum eſſe ante damnationem. am ignominioſo noluit eſſe actionem, quam ignominiæ indictam: vt ſi ius emendi auferretur damnato, manerent tamen ea quæ emiſſet antequam damnaretur. Ergo non tempore præſcribis, nec perire ei cauſa poteſt, cuius origo ante damnationem eſt. hæc dicerem cuicunque, & in quacunque actione. Tecum agere inuicem cæpit, & agere cæpit iniuriarum. Quantopere autem voluerit huiuſmodi peragi iudicia legum lator, oſtendit, cum iniuriarum damnatum ignominioſum eſſe voluit. Quare ſi apparuerit re malam cauſam habere, incipis rem iniquiſſimam poſtulare, vt tales pœnas quas præſcribis, patiatur. Nam ſi tam grauem rem & tam intolerabilem lex iniuriarum putauit, vt ei qui commiſiſſet tale delictum, omne ius pœnæ auferret: quærendum de eo quoque eſt quod etiam forte factum eſt vt prior ageres, non quia atrocius erat quod querebaris. Quid porro? hac ipſa forte non hoc quæſitum eſt, vter prior ageret. Iam hoc ergo de quo contendimus, conſtitutum eſt. Illa enim forte duo iudicia ordinata ſunt: & tum, cum accuſares, eras reus, & proximo loco reus. Hæc acrius, illa ad æquitatem. quod adeo iuſtum quam te damnari ſi iniuriam tum feciſti? non enim ignominioſo feciſti, & fortaſſe per te ſtetit, vt iniuriam hic quoque faceret. alioqui tu ſi quam fiduciam haberes innocentiæ tuæ, nonne his ipſis quibus excludis illum, confideres? quid times? accuſabis, neminem poſtea accuſaturus. cæcidit te. fecit iniuriam. confitebimur. probabimus tamen iſtud iure accidiſſe. Quanta diffidentia in te cauſæ eſt, qui poſt iſta trepidas? & in nobis tanta fiducia, qui poſt hanc felicitatem, poſt hanc fortunam confidimus dignos nos apud iudices futuros qui vindicentur? Iniquiſſimum alioqui eſt tantum fortunæ ſortis illius fuiſſe, vt hoc videatur quæſitum, vter ignominioſus eſſet.

CCLI. *Rapta ſterilis repudiata.*

INTRA QVINQVENNIVM NON PARIENTEM REPVDIARE LICEAT. INIVSTI REPVDII SIT ACTIO. *Quidam vxorem, quam ex raptu habere cæperat ſecundum optionem, intra quinquennium non parientem dimiſit: agit illa iniuſti repudii.*

DECLAMATIO.

INiuſti repudii accuſo. Neminem adeo fore alienum à bonis moribus credo, qui dubitet parum iſtud iniuſte factum eſſe, quod quæ ſummum dederat beneficium vitæ, ne id quidem obtinuit apud maritum quod præſtitit. Itaque calumnia reſiſtit & impugnat iuſtum eſſe repudium, quod maritus iure aliquo fecerit. Ego porro non hanc interpretationem iſtius verbi video, vt iura ſpectanda ſint, ſed illud aliquando vti iuſtitia ſpectetur. Nam illud iniuſtum repudium eſt, quod iuſtitiæ contrarium eſt, veruntamen ſi ad illa reuocemur iura, nihil tamen ad hanc pertinebit. Iſtam enim legem & hoc beneficium habeant fortaſſe ii qui nuptias ex æquo fecerunt, qui tradentibus parentibus: ad eos vero ad quos neceſſitas pertinet nuptiarum, nihil iſta lex. Non magis enim repudia eliceat, quam non nubere liceret. Duas enim pœnas aduerſus raptores conſtituiſſe lex videtur, alteram mortis, alteram nuptiarum: leuiorem hanc, & beneficio propiorem: & tamen illam non ſine neceſſitate. Quod ſi lege non defenderis, profecto iniuſtum diuortium eſt Sed fingamus te lege defendi: reliqua hæc ſit quæſtio, an facere debueris. Beneficium te accepiſſe ſummum manifeſtum eſt, vitam tibi dedit læta, dedit vitam iuſte irata, dedit vitam perituro per ſupplicia, per dedecus. Pro his nihil non præſtari oporteret vxori? Quid aliud exegit, quam vt vxor eſſet? At enim non pariebat intra quinquennium. Si tibi eam parentes collocaſſent, aut ipſa nubendi tempus elegiſſet, dicerem, non ſemper fœcunditas properat? aliquando dilata veluti pleniores fructus reddit. Hæc vero & rapta eſt antequam deſtinaretur, antequam idonea nuptiis videretur, & habuit maritum in amores præcipitem, in cupiditates pronum: & cum inuiſa fuerit marito, poteſt videri, quod non peperit, pudicitia, non ſterilitate feciſſe. Tu porro quicquid licet, ſtatim putas eſſe faciendum: quidquid aſperrimum leges, quidquid crudeliſſimum habent iura, occupas. voluiſſes animum talem fuiſſe puellæ illo tempore quo ad genua iacebas? Hæc vero non tantum marito, ſed etiam reip. reddere plenam poteſt rationem. Nam etiam ſi non habet filium, adſeruauit tamen iuuenem, tamen hominem, tamen ciuem.

CCLII. *Paraſitus raptor candidatæ.*

INSCRIPTI MALEFICII SIT ACTIO. RAPTOR X. MALLIA SOLVAT. Pauperis & diuitis filiæ ſacerdotium petebant. Rumor erat futurum vt pauperis filia ſacerdos crearetur. Rapuit eam paraſitus diuitis. X millia accepta à diuite ſoluit è lege. accuſat pauper diuitem inſcripti maleficii.

SERMO.

Pleraque controuerſiæ ſub hac lege poſitæ duas quæſtiones habent, ex ipſis earum verbis tractas: an inſcriptum ſit quod obiicitur, & an maleficium ſit. quod frequenter dixi. non ſemper vtranque: quoniam fere vbi de inſcripto conſtat, quæri ſolet de maleficio: ſi de maleficio conuenit, in controuerſiam venit, an inſcriptum ſit. In hac controuerſia tertia quoque adiiciatur quæſtio neceſſe eſt, quæ generalibus conſtat duabus, An huius maleficium ſit ſed pro hac media eximitur. non enim quæri poteſt an ſit maleficium. neque enim in rerum naturam cadit, vt quiſquam mortalium id maleficium neget cuius pœnam ſalutem eſſe contendat. quæremus ergo an inſcriptum ſit, & an huius maleficium ſit.

DECLAMATIO.

INſcripti maleficii agitur, cum maximam partem defenſionis aduerſarius in hoc ducat vt inſcriptum eſſe maleficium neget, poterat, breui conditione decidi, vt diceret qua alia lege cum alio conſiſtere potuerim: nunc, callido & vetere ac diu iam excogitato conſilio, legem non ad reum refert, ſed ad crimen, & tanquam ego nihil aliud quam de amiſſa virginitate filiæ querar, recitat legem quæ contra raptores ſcripta eſt. Ego autem, etiam ſi cum ipſo agerē qui rapuerat, poterā tamē non contentus X. millibus quæ accepi, in argumentū inſcripti maleficii lege agere etiā cum paraſito. Lex n. quæ X. millia ſoluere raptorē pro ablata virginitate voluit, contra eos ſcripta eſt qui nihil aliud egerunt. Differunt aūtē hęc & perſonis, & temporibus, & locis. Nam vt pulſatus ciuis iniuriarum aget, ſi magiſtratus erit, maieſtatis crimen obligabitur: ſi legatus erit, bello vindicabitur & iure gentium: & eadem pecunia ſublata ex priuato, furtum erit: ex ſacrario temploque, ſacrilegium. Sic raptor eius quæ nihil aliud quam virginitatem virum ibit, X millia ſoluet: alia erit conditio eius qui rapuerit in comitiis, qui rapuerit eam quæ ſacerdotium petebat, immo, ne ingratus ſim aduerſus beneficia populi, iam quan-

tum in illo erat, acceperat, longa ratio eſt. quoniam in argumentum tantummodo cauſæ huius de iniuria paraſiti loquor. Tu autem mihi non debes recitare legem quæ contra paraſitum ſcripta eſt, cum quo non ago, ſed contra te qui inſcripti maleficii reus es lege. Neque enim hoc quod dicitur raptorem X. millia è lege ſoluere oportere. ei ſolues qui dicat, Rapuiſti: qui dicat, Raptorem ſummiſiſti: ſed ei qui dicat, Comitia turbaſti: ſed ei qui dicat, Sacerdotium abſtuliſti. Hæc crimina ſi quam aliam legem habent, transfer ſane actionem meam ſi nullam eam habent, cur præſcribis aduerſus maiorum diligentiam & exquiſita ingenia quæ ſcripſerunt? Eſt igitur inſcriptum. An maleficium ſit, ſi modo iſta quæ obieci vera ſunt, neminem dubitaturum arbitror. Illud tamen & iudicio non alienum, & affectibus meis neceſſarium eſt dicere, quantum maleficium ſit. Diligentiſſime maiores hanc videntur excogitaſſe legem, quod cum ſcirent nullam tantam eſſe prudentiam, nullam immotam certam diuinationem, vt omnia quæcunque ingeniis maiorum excogitari vnquam potuiſſent, prouidentia cauentium videret: hac lege omnem malitiam, veluti quadam indagine, cinxerunt, vt quicquam aliarum legum effugiſſet auxilium, quaſi extrinſecus circundaretur. Ego autem, iudices, non de his qui hanc legem conſcripſerunt, ſed de ipſa rerum natura queror, in ipſis inſcripti maleficii reis nullum diſcrimen eſſe ſeruatum. Summiſit aliquis raptorem. Inſcriptum maleficium eſt. quid pœnæ adiicitur, quod aduerſus petitricem, quod aduerſus eam quæ ſacerdotium, vt dixi, iam prope acceperat? tantum etiam in ipſis ſuppliciis habiturus lucri, in compendio numeret quod plus malefecit. Reliqua igitur vna quæſtio eſt, an hoc quod filiam meam rapuit, quod illo tempore, quod poſt illud populi iudicium, credatis non à diuite effectum. Nihil argumenti ex moribus iſtius ducam, etiamſi qualis ſit, quam diſſolutus, quam luxurioſus ac perditus, argumenti ſatis vel vno argumento probari potuit: Paraſitum habuit. Inter hæc vt opinor poſita eſt religionis veſtræ cunctatio, iudices, vt deſpiciatis vtrum paraſitus ſua voluntate, an quoniam id diuiti præſtabat, rapuerit. Paraſitus rapuit. Quid ais? tantum illi vacauit, adeone ſaturitate apud te exundauit, vt vilia ſcorta non quæreret, qui omnibus contentus eſt? an ſolus oculos ad ingenuas & ad virgines, & aliquem etiam petentes honorem attolleret? Nunquam hercule tam felicem iſtam ſerui-

ſeruitutem eſſe crediderim, vt impetus ad illicitas libidines hebetet. Hoc dico, hanc tantum vult rapere paraſitus. age non vultis. adiiciam illud, Vnde manus illa qua expugnati ſumus? vnde tantus ac tam prorſus domus tuæ tumultus? vnde denique ſoluet quod lege debetur? Si credibile eſt quod opponitur, iam certe relictum eſt vt ea parte fecerit. Et hanc tamen partem excutiamus. Summiſit raptorem. habuit enim cauſam: eundem honorem virgines competebant, noſtra filia ſummoueri aliter non poterat. Si incerta populi iudicia, non profeſſæ palam ſententiæ eſſent, dicerem tanti tibi fuiſſe vel ſecuritatem vel indignationem. Nemo eſt tam arrogans ſui æſtimator, vt acceſſurus ad comitia, & periculum ſortiturus humanitatis, non malit ſine aduerſario eſſe. Hæc de incertis iudiciis dicerem. Quid ſi ad ſecuritates & indignationes accedit metus? Manifeſtum erat non futuram ſacerdotem filiam tuam. Forte argumentis hoc colligo: longa & difficili coniectura probandum puto. Loquutus eſt populus. Si alia quæcunque mihi fama defendenda foret, dicerem tamen, iudices, rem eſſe miraculo ſimilem, quod cum pauci ad vos teſtes producuntur, fidei veſtræ iuriſque iurandi ſatis idonei auctores habentur: quotiens vero ciuitatis vniuerſæ conſenſus, & omnes qui intra hanc ſedem ſunt, vnum aliquid certumque dixerint, rumor vocatur. In aliis fortaſſe falli iſta poſſunt: vtique verum dicit fama quæ de ſe loquitur. Quis enim loquebatur? populus, de qua re? quam facturus erat populus. Cum de comitiis conſentiunt rumores, de ſe quiſque dicit, hæc fiet: hoc eſt dicere, hanc faciam. non eſt iſta fama: comitia ſunt. Neque eſt quod mirari, diues, aut indignari velis, in comitiis plus ſæpe pauperes poſſe: non omnia poſſunt opes veſtræ, neque in cunctis quæ humanam continent vitam, domina pecunia eſt. Latius poſſidebitis, & numeroſiores familias veſtras ignorabitis: magnam partem ciuitatis occupabunt domus veſtræ: ingens pondus argenti perſtringet oculos. Sed hæc intra priuatum valent: cum in publicum veneris & in campum, ſpectabitur innocentiæ fides. Forſitan gratiæ quoque non parum nobis affert ipſa tenuitas: ubi tabellam pauperes ferunt, tum ſubit tacita quemque cogitatio ſuperbiæ veſtræ: tum omnium quas ſingulis facitis, iniuriarum. Attamen in cæteris (petentes magiſtratus dico atque prouincias) poſſitis Tribus emere, diſperſa pecunia parare gratiam. Vbi vero de ſacerdotio quæritur, & iudicium re-

ligio agit: illā populus ſpectat, illā intuetur quæ ſemper futura ſit virgo, quæ à cultu templorū, à ſacris nō receſſura. Non vereor ne iſta videar præſentis gratia iudicii dicere. Sacerdotiū filiæ meæ ante rumorē ſperaui. Sed cur ego diutiꝰ circa cauſas maleficii iſtius etiā moror? cōfeſſus eſt. An diutiꝰ quæri poteſt an maleficium ſit, cuius pœnam ſoluat præmium operæ, non clam neque ſecreto, quanquam iſta quoque profecto facta ſunt, ſed palam apud magiſtratus in medio foro numeret? Vidimus decem millia quæ paraſito donaſti: interrogo quare. non eſt iſtud propter longæ ſeruitutis officia, non illarum quibus gratiam meruit contumeliatum: X. millia dediſti, quod rapuiſſet. Niſi deberes, ſumma indignatione etiam vindicare volueras, nam qui candidatam ſacerdotii rapuit, nocuerat exemplo, & tibi. Igitur & inſcriptum maleficium & aduerſus eum cum quo agitur: & maleficium non ſolum confeſſum, ſed etiam graue ex his apparet, & ex perſona paraſiti, qui nunquam ad tantam peccandi audaciam proceſſiſſet ſua ſponte: & ex perſona diuitis, & ex cauſis, & ex numeratione pecuniæ: ex euentu denique, quis impulerit, quis coëgerit. Supereſt vt oſtendam non quid paraſitus acceperit, ſed quid diues ipſe. Quæritis quid iſte X. millibus emerit? videte filiam contra ſacerdotem, videte vittas, videte honores. Fortaſſe ego ſuperbe faciam atque arroganter, qui tanquam priuatam iniuriam, tanquam maleficium aduerſus me commiſſum perſequar, quanta enim ego ſum portio iſtius indignationis? perdidi ſine dubio honorem, precioſiſſimum pauperum cenſum: perdidi virginitatem filiæ meæ, & cui modo ſacerdotium ſperabam, difficile inuenturus ſum etiam maritum. Sed populus perdidit arbitrium dandi honoris: ſed paulo ante ſacerdotem creauit, quam noluit. Ite nunc & excludite campo diuites, & corrumpi ſacra vetate, de ambitu leges conſcribite. Comitia noſtra decem millibus rapta ſunt atque translata. quam ſanctum iſtud ſacerdotium fore putatis, quod ſtupro debetur?

CCLIII. *Tyrannicida volens dedi.*

In duabus ciuitatibus vicinis tyranni erant: in altera cum quidam tyrannum occidiſſet, alter vicinæ ciuitatis tyrannus petiit in deditionem, & bellum minatus eſt niſi darent: fecit ipſe rogationem vt dedatur.

DECLA

DECLAMATIO.

VT meo nomine ſum vobis, Quirites, obligatus, quod quanquam neceſſarium & ad ſalutem pertinens ciuitatis remedium præſentis timoris, reſpectu tamen mei prætermiſiſtis: ita ipſius reipub. nomine iraſcor, neminem extitiſſe priorem, qui pro ſalute communi me offendere auderet. neque id ſatis eſt: ſed inuenio qui adulentur, & ne à me quidem latam hanc rogationem exiſtiment reſpectu mei recipiendam. Cum quibus mihi conſiſtere fortius, atque etiam ſi ita res exigat, acerbius neceſſe eſt: cum in id quoque periculum venire intelligam optionem meam, an hoc velim. Sat. erat mihi dicere, rogationem fero vtilem ciuitati. Iſta enim ſpecioſa dictu, & vna quadam imagine honeſti circumdata, non reſpiciunt præſentes neceſſitates. Si tantas vires haberet ciuitas, vt bella ſuſcipere, vt frangere impetus tyranni poſſet, non tam diu ſeruiſſemus, non illum cruentiſſimum dominum vnus ex inſidiis occidiſſet. Atque ego etiam ſi plurimum eſſe ciuium in hac ciuitate ſpectarem, bene tamen redimi capite vnius ciuis pacem putarem. Facile eſt iſta in concionibus & conſiliis diſpicere dicendo. Iam ſi exercitus hoſtium intra fines noſtros fuerit, ſi ardere villas, ſi frugifera ſuccidi, ſi fugam ruſticorum in vrbem, ſi compulſa intra muros pecora viderimus, ſi mœnia oppugnabuntur, ſi turres quatientur, ſi ad delectum ab amplexu matrum iuuenes rapientur, quam ſero pœnitebit tam caro vni pepercisse? Et ſi quid tamen deforme habitura ciuitas fuit, debito, vt ſubinde dicitis, tyrannicida, id omne mea rogatione detractum eſt: omni pudore liberati eſtis: inuitum non dedidiſſetis: quod ad vos pertinet, bellum ſuſcipere maluiſtis. Sed hoc eſt præcipue, quare ego hanc ferre debeam rogationem. Ego pro ciuitate tam grata, pro populo tali, non ſubibo qualecunque periculum? Sed non ſolum Reipublicæ, verum etiam mea intereſt hanc recipi rogationem. Quem vultis enim ponite euentum: periculum mihi mortis eſt. Quid ego non ſatis vixi? Non enim annorum numero nec ſpatio ætatis terminari certum eſt fortium virorum vitam, ſed laude & fama, & perpetuæ poſteritatis immortalitate. Ita dii faciant, vt magnum exemplum poſteritati etiam pœna dare poſſim. ſatis videbitur mihi omnia facere fortuna, vt tyrannicidium meum maius ſit. Sed illud interim vereor, ne tyrannus ex me petat famam lenitatis. Habet enim apud ma-

los quoque multum auctoritatis virtus: & forſitan hoc ille ambitioſe faciet, vt poteſtate contentus ſit. Quicquid eſt, videat me & illa ciuitas vicina: multum illis ſeruientibus prodero. Videant quo vultu tyrannum feram, quam interritus tribunali eius aſſiſtam, quam me nihil minæ, nihil ſupplicia ipſa moueant. Poteſt fieri vt exhortetur illos hic animus meus, hæc mea mens. Vobis quidem cuſtodire pacem, reddere quietem maius ipſo tyrannicidio puto: nam ſi bellum imminet, ſi periculum vniuerſa ciuitas habet, quod illum, cuius nomine mihi gratias agitis, occidi, maximam vobis iniuriam feci.

CCLIV. *Exul accuſator, & ſententiæ pares.*

EXVL QVI SECRETVM AD REMPVB. PERTINENS INDICARE VOLVERIT, HABEAT IN CIVITATEM REDEVNDI POTESTATEM: ET SI INDICAVERIT, MANEAT IN CIVITATE. Exul dixit ſe habere quod de affectata tyrannide diceret: venit in ciuitatem: poſtulauit reum: is æquis ſententiis abſolutus eſt. fert quidam rogationem, vt maneat. C D.

SERMO.

Poteſt venire in dubium quo genere diuiſionis vti nos in hac controuerſia oporteat. Videatur enim quædam poſſe dicere etiam citra rogationem aduocatus huius exulis, per quæ ius manendi vindicet. Vtrum ergo hæc quæ citra rogationem quoque pro illo futura ſunt, dicemus ante principium: an ſtatim poſt rogationem? Species eo ducit, vt quoniam & præcedant & leuiora videantur, & prima ſint. Sed ratio diuerſum mihi ſuadere videtur: ideo quod neceſſaria nobis quæſtio ſuperabit, an hæc rogatio contra legem feratur: in cuius parte ſint neceſſe eſt illa quæcunque dicturi ſumus, an videatur hic etiam alia lege remanere potuiſſe: an rogationem ferre oportere ad ſingulos pertinentem, an contra legem: an hæc rogatio contra legem, an meruerit ille remanere.

DECLAMATIO.

SI aut minus verecundus eſſet is quem rogatione mea retinere in ciuitate conſtitui, aut iudicia felicius expertus: nihil concione, nihil conſcripto meo, nihil denique ope rogationis opus eſſet. Prima igitur carere hac inuidia vel propter hoc poſſum, Quirites. Nemo enim crediderit me rogatum ab eo ad vos proceſſiſſe, qui ipſe vt remaneat non laborat.

laborat. Verum ille quidem multas atque vtinam minus potentes, huius propoſiti ſui cauſſas habeat: ego præter cætera, propter hoc quoque eum exiſtimo eſſe retinendum, quod manifeſtum fecit, ad indicium tyrannidis affectatæ veniſſe, non remanendi cupiditate. Quod niſi vetuſtiſſimum ius, Quirites, eos qui ſecreta ad rempubl. pertinentia indicaſſent, remanere in ciuitate iuſſiſſet, forſitàn dicendum mihi neceſſario exiſtimarem, qua gratia hic preſſus, quibus inimicitiis in exilium eſſet actus. Sed quid neceſſe eſt repetere hæc quæ videtis? Et quod ad animum quidem illius pertinet, ſatis vobis eſt, vt exiſtimo, probatus: quod quanquam damnatus, quanquam in exilium actus, Reipublicæ tamen non potuit iraſci. Indicium profeſſus eſt: viderimus an verum. Interem tamen nihil eum finxiſſe manifeſtum eſt, quod perſuaderi tam multis vtique potuerit. Cauſam qua conditione dixerit damnatus, exul, contra potentem, contra gratioſum, quid neceſſe eſt diu dicere, quando is exitus iudicii fuit, vt non plures ſententiæ pro aduerſario fuerint? non enim cauſſa victus eſt, ſed legibus, ſed publica humanitate: quæ quidem ipſa me in hoc exhortata eſt, vt rogationem ad vos de retinendo ciue ferrem in ciuitate tam miſericorde. Negant rogationem eſſe recipiendam, quæ ad ſingulos homines pertineat. Ego porro hoc in eo iure quod perpetuum, & in omnia tempora ſcribitur, exiſtimo eſſe ſeruandum. Poteſt enim dici mihi, In honorem hominis vnius obligas tempora futura, & omnes eadem neceſſitate conſtringis. itaq; quotiens ad præſens tantummodo tempus rogatio fertur, ne ferri quidem niſi de ſingulis poteſt. Quod ſi hanc tollimus conſuetudinē, nec duces ad exercitus ducemus, nec prouincias decernemus, nec imperia prorogabimus: omnia enim iſta rogationibus ad ſingulos pertinentibus conſummantur. At enim cōtra legem rogatio eſt. Si confiteret, dicerem tamen non fere rogationibus eſſe cauſam, vbi lex eſt. Quid enim neceſſe eſt cōuocari Tribus, contrahi populum, ſi idem effici iure vetere, & iā lim conſtituto, poteſt? Igitur ſi rogatio ſuperuacua vbi lex non eſt, non fere poterit ferri niſi contra alicuius voluntatē. Et hoc tamen apud quos dicit? video enim præſcriptionem excludi poſſe iudicio. At in rebus paruis ac periculoſis, iſta lex recipiat. Cæterum quidem, quotiens de iure populi agitur apud populum, cui mutare, cui obrogare, cui ferre

quas velit leges, accipere quas velit rogationes liceat, nunquam ſe ipſe diminuet. Quomodo tamen rogatio iſta contra legem & contra commodum ſuum, contraque eam quæ hunc in exilium m ſit: non iure nouo, ſed vetere atque olim conſtituto reuerſus eſt, manere etiam citra hanc rogationem poteſt? De quo priuſquam loquar, neceſſario illud quod ab aduerſariis frequentiſſime obiectum eſt, depellendum videtur. Cur enim (inquiunt) ſi remanere ſuo iure poterat, expectauit rogationem? Vt verecundia ei adeo nihil apud vos proſit, vt etiam in cauſa plurimum noceat: ante omnia non miror hominum iudicia totiens infeliciter expertum, tot in ciuitate inimicos habentem, nihil tentaſſe priuatim. Litigauit innocens reus, damnatus eſt. Detulit affectatæ tyrannidis reum (vt pars iudicum putat) manifeſtum: impedimento publicæ humanitatis victus eſt. Hodie contra rogationem, contra ius veſtrum, contra poteſtatem populi pugnabit? Ille tamen mihi alias, &, vt dixi, grauiores in exilium abeundi cauſas videtur habuiſſe. Abſolutus eſt quidem reus: ſed innocentem ſe eſſe accuſatori nondum perſuaſit. Ego vero non miror quod hic timet adhuc ciuitatem, quod velut impendentem quandam omnibus nobis ruinam ſuffugere, & euitare quod præuidit periculum, cœpit, ſed tanto magis retinendus eſt. Putemus alioqui citra rogationem, talem inſtitutam eſſe legem, qualis eſſet, ſi hic in ciuitate remanere vellet. Lex quid dicit? QVI SECRETVM AD REMPVBLICAM PERTINENS INDICARE VOLVERIT, HABEAT REMANENDI POTESTATEM. Nemo dubitabit an indicauerit. Verba igitur legis pro nobis omnia: ſed ad interpretationem voluntatis vocamur: nec enim ſcriptum putant eſſe, niſi quod certum approbatum ſit. Negant indicari, niſi id de quo non dubitetur. Ego autem exiſtimo, legum latori non defuiſſe eloquendi facultatem, vt approbatis demum his quæ detuliſſet, remanere in ciuitate exulem vellet: id ipſum plane aperteque dicere non contentum puro eſſe legum latorem: voluntatem eius retinuit. Satis eſt igitur vt nihil finxerit, nihil cupiditate reuertendi mentitus ſit. nihil denique ideo fecerit vt remaneret. Vos quid dicitis? mentitum eum vultis? interrogemus partem iudicum. Non accuſo nunc reum: euaſit, abſolutus eſt:

habet

habet beneficium legis. Illud tamen contentus ſum dicere, fuiſſe aliqua quibus iudex moueretur: illa quæ mouerunt iudicum partem, illa quæ tot triſtes ſententias effecerunt. Iam ergo animum dignũ habeo emendatione fortunæ: cum affectari tyrannidem putaret (ſic enim loquamur) non diſſimulauit: non vltionem putauit: non, cum ipſe patriam perdidiſſet, inuidit, ſed venit in ciuitatem, & ſuſcepit grauiſſimum laborem, & nouas inimicitias, & recentem æmulationem: non excepit diuitem ab iudice, fortuna. Hæc ego dicerem, etiam ſi victus iudicio eſſet: nunc fortiter hoc poſſum contendere, quod fuiſſe dicitis eum cauſa inferiorem. Quid eſt igitur? Lex iubet eos abſolui, qui pares ſententias tulerint. Imputabitis iſtud publicæ miſericordiæ, imputabitis humanitati: non ego arguo hanc legem, ſed dico eſſe communem. Eodem enim tempore non id modo quæſitum eſt, an affectatæ tyrannidis reum damnari oporteret: ſed illud etiã, an hunc remanere in ciuitate oporteret. Quod ſi pares ſententiæ periculo proſunt, pro vtroque ſunt. An vero affectatæ tyrannidis reus abſoluatur, quoniam non plures pro accuſatore, quam pro reo ſententiæ fuere: hic qui periculi, qui exilii vel eandem, veluti grauiorem pœnam experiretur, non eandem experiretur legis humanitatem? Hæc de iure, hæc de rogatione: illa iam de æquitate. Dignum eſſe exiſtimo, qui maneat in ciuitate. Pericula noſtra tentauit, ſeruitutem reipub. diſcutere, quantum in ipſo erat, voluit. neſcio an plus debeamus, ſi ad indicium non certis argumentis perductus ſit. Nam ſi manifeſta detuliſſet, ſi ea de quibus dubitare nemo noſtrum poſſet, crederetur cupiditate manendi in ciuitate, feciſſe. Solam in pietatem in cauſa indicii habuit, qui in vrbem detulit litem, & litem iniuſtam conditione: ex altera parte ſolus, & exul, damnatus: ex altera parte homo potens, gratioſus. Omnia iſta diligenter perpendite: intelligetis non eſſe ſententias pares. Quid eſt igitur cur ego etiam pro ipſo qui abſolutus eſt reo, exiſtimo eſſe manere hunc in ciuitate? Illud dicere pro Republica ſatis erat, habemus in ciuitate cuſtodem. Inquiris adhuc. forſitan omnia tam videre non potuit exul, non omnia tam clare perſpicere: hoc viſuri pro opinione eius qui abſolutus eſt, non timebitur quandiu hic fuerit in ciuitate. Immo hercule ſi mentitus eſt, ſi fictum detulit crimen:

men: ſatis alioqui daturus eſt pœnarum inter inimicos potentes, & inimicos gratioſos.

SERMO.

Totam autem exiſtimo commodiorem eſſe partem diuerſam, ſuadeo hu qui dicturi ſunt, in illam potius incumbant.

CCLV. *Transfugæ excludendi.*

Inter duas ciuitates bellum erat. in alterã multi transfugæ veniebant. fert quidam legem, ne recipiantur.

SERMO.

Proxime ad ſuaſorias accedit hoc genus: nam & ſuaſoriarum, & legis ſuaſio & diſſuaſio eſt. Ergo dicet is qui legem feret, non eſſe honeſtum recipere transfugas, nihil prodeſſe: forſitan ad finem belli. Summum illud, propter quod lex fertur, periculoſum eſſe.

DECLAMATIO.

ETiam ſi non eſſet in eo ſtatu bellum, vt honeſta cogitare vacaret, vel cum periculo tamen, optima & ad famam itura feciſſe fortaſſe honeſtius foret, quam vt obſtare vtilitas videretur nunc minus laudis, immo plus tamen ſecuritatis eſt honeſta facere. Nemo igitur dubitauerit turpiſſimos eſſe, qui transfugerint. Spectemus enim rem ipſam, neque eo decipiamur quod vtile videtur. hoſtis eſt qui facit, aliter conſtituamus, quam vt intelligamus potuiſſe hoc & noſtros facere. Nunquam prodeſt malum exemplum: etiam ſi in præſenti occaſione quadam delectat, in futurum tamen altius nocet. Proximos exiſtimo eſſe eos transfugis, à quibus transfugæ recipiantur. Hoc natura ſimile eſt, facere ſcelus, & probare. An ſi quis noſtrum transfugiſſet, non ipſum modo peſſimum ciuem & omnibus ſuppliciis dignum iudicaretis? ſed infamia etiam qui receperunt, & velut auctores ſcelerum, velut magiſtros turpitudinis colligeretis? idem non reflectemus in nos tandem vtilitate ducti, in auxiliis habituri ſumus, quos recipiemus? Fingamus eam ciuitatis eſſe fortunam, vt auxiliis opus ſit; hos in auxiliis ſcilicet qui cum ex altera parte

te intuerentur patriam, & memoriam pueritiæ, & neceſſitudines omnes, ad fortunam tamen inclinauerunt, proniore pro nobis ſacramento, fortiore animo ſtabunt? Transfugas non eſſe recipiendos. Adeo facilius eſt in iſtis ſcelus deprehendere, quam pœnitentiam. Inutile ergo militum genus nobis minime neceſſarium. Quippe etiam hi qui recipiendos eſſe transfugas, hoc dicunt, in ſuperiore eſſe loco noſtrã ciuitatem. Neque enim amore noſtri, ſed metu imminentis fortunæ transfugiunt. At facilius depoſituros propoſitum bellandi hoſtes putamus, ſi plures transfugerint? minime. nam hi qui bellum gerere contra nos non audent, ſi locum in ciuitate noſtra nõ habuerint ſæpe deponendi belli auctores erunt: nunc in priuatum ſibi ſinguli conſulunt. Eſt magnum in ſingulis momentum: ac ſi præcluſa hæc fuerit ſpes, quod ſinguli faciunt, vniuerſi ſuadebunt. Hæc dicerem, etiam ſi nihil ex iſtis metus eſſet. Nunc vero non poſſum non confiteri ſollicitudinem meam, quotiens oculus circumtuli, & ſingulas caſtrorum metior partes: non aliter quam ſi vallum hoſtis inuaſerit, alienos habitus, aliena arma video: verſantur inter domos noſtras, inter templa, inter muros in mediis Reipublicæ viſceribus. An aliquid mali velint facere, poſtea videro: interim poſſunt. Ego iſtud credidi ſcelus cum à ſingulis ſpes eſt, cum à paucis ſpes eſt: cum à plurimis, iam conſenſi. Nouum hercule genus artis: ſuperuacuum eſt cuniculos fodere, & per occultos ſpecus ingenti labore exhauſtis terris, in mediam ſubito emergere ciuitatẽ, ſuperuacuum eſt redimere proditorem, & ſcelus pecunia paciſci. Videntes palam, imo gaudentes etiam accepimus intra viſcera hoſtem: vos æſtimabitis an ſuſpectum debeatis habere, quod ad tantum numerum per ſingulos peruenerunt. Nemo illos recepiſſet, ſi vniuerſi veniſſent. Omneſne hi deſperauerunt? omneſne conſulere ac proſpicere voluerunt? adeone facilius eſt transfugere, quam cadere? Omnes hi reliquerunt in ciuitate coniuges, in ludibrium atque contumeliam eorũ, qui ſe à ſcelere maximo vlciſci velint? manifeſtiore quadam coniectura capere poſſumus: num minus animi ſine his, num minus pertinaciæ deſertis? Age ſane hoc non cogitatis, quod nec cuſtodiunt, nec reprehendunt, nec portas præcludere, nec publica retinere iura tanti putant. Miratur aliquis timere me hoſtes, quod iſti transfugiunt? illi me non timent. Caueamus, obſecro, dum plures ſumus.

CCLVI.

CCLVI. *Furioſus trium filiorum pater.*

Qui tres filios habebat, duos per furorem occidit: à tertio ſanatus, abdicat eum.

DECLAMATIO.

POteram etiam ſi non iraſcerer, abdicare tanquam bonus pater. Omnia de fortuna mea timeo, omnia de tam fragili, ac tam mutabili mente: & propter hoc dimittendus mihi à domo filius erat, ne incideret in meum furorem. Sed quatenus & cauſas quoque abdicationis interrogor, id eſt, quod cogit me frequentius malorum meorum meminiſſe. quanquam inter præcipua propter quæ abdicem, hoc eſt, quod mihi iſta narranda ſunt: dicam tamen. Imputo filio meo orbitatem? Reſpondebit: non ego occidi. Scio: mea manu factum eſt: ipſe ego pater qui genueram, qui educaueram, per viſcera liberorum ferrum exegi. credo enim tibi, & orbitatem tamen tibi imputo, tibi æſtimo illam ex die mei doloris. Quædam ignorare ſimile non paſſi eſt, tunc liberos perdidi, cum perdidiſſe me ſenſi. Eſto, grauem ſine dubio manibus meis iniuriam fortuna fecerat: poſuerat tamen huius rei in ipſo animo remedium. illo tempore quo furere & agi dementia videbar, frequentius in ea cogitatione eram, vt crederem eſſe cum liberis omnibus. Abſtuliſti mihi ignorantiam malorum. Quanto miſerabilior fui ex die tuæ ſanitatis? furioſum me non ſic cæcidi, tum lacerare veſtes, tum verberare vultus meos cœpi. Omnia igitur hæc non in aliam vim accipi debent, quam ſi filios meos ipſe occidiſſes, quam ſi ipſe abſtuliſſes. Vnde tantum boni vt reddere poſſis illam valetudinem, illum furorem? Quod vnum poſſum præſtare infœliciſſimis illis iuuenibus meis, præſtabo: ne quis eorum morte gaudeat, ne cui proſit quod filios meos occidi.

CCLVII. *Nuptiæ inter inimicorum filios.*

Qui habebat filium & diuitem inimicum, captus à piratis, ſcripſit filio de redemptione. Ille cum pecuniam non haberet, offerente diuite filiam ſuam, duxit eam in matrimonium: & pecunia redemit patrem. Reuerſus ille, imperat vt dimittat: nolentem abdicat.

DE-

DECLAMATIO.

Si ab alio redemptus eſſet pater, ſtatim vt rediiſſet à grauiſſima fortuna, & abdicare me inſtituiſſet: dicerem tamen, quid intra tam breue tempus commiſi. Quid tam ſcelerate a me factum eſt, vt ira patris præcederet ipſam gratulationem? Nunc certum habeo indigna quædam expectare vos facinora, cum abdicetur filius qui redemit. Eſt ſine dubio iſtud non meum beneficium, & omne redempti patris munus ad ſocerum redit. Ego tamen nauigaui: ego periculoſa maria ingreſſus ſum, vt redimerem patrem, quemadmodum ipſum dicere audiſtis: quædam etiam non facienda paſſus ſum. Quæ ei ratio abdicationis eſt? Non obſequeris (inquit) mihi. Si hoc ad abdicandum ſatis eſſet, ſuperuacua erant omnino iudicia ipſa. cur enim nobis defenſionis poteſtatem dediſtis, ſi nihil noſtris conſiliis libertatis relictum eſt? Serui mehercule quædam liberius ex bona mente faciunt? & aliquando indicium fidei putant, pretio empta mancipia non paruiſſe. Filios vero quis dubitauit vnquam eſſe plerunque ſuæ poteſtatis? vt ea prætermeam quæ ſub tam bono patre, ne argumenti quidem cauſa referenda ſunt: nec dicam, non coges templa incendere, non coges operibus publicis manus afferre: leuiora certe noſtræ mediocritatis eſſe manifeſtum eſt. vt ſententiam iudices dicere velimus, vt teſtimonium non ad arbitrium parentum reddere, immo ſuadere quod animus dictauerit. Quod ſi licet aliquando etiã contra patris voluntatem, ea quæ alioqui reprehenſionem non merentur, filio facere: nuſquam tamen libertas tam neceſſaria, quam in matrimonio eſt. Et hoc dicerem, ſi quæreretur hoc iudicio, an mihi aliqua ducenda eſſet, Ego eligam cum qua victurus ſum: ego comitem laborum, ſollicitudinem, curarum ipſe perpendam. Quis enim amare alieno animo poteſt? Nunc vero firmius hoc eſſe atque facilius cœpit. vxorem iam duxi (non dico quare) meo impulſu, mea voluntate. Eripuerat enim te mihi fortuna, dederatque mihi illam miſeram libertatem. Repudium igitur imperas, & copulatos iam diu diducis animos? neque enim hoc tu ſpectaueris, quod cum vxore mea non diu vixi: ſine dubio ſecundum nuptias profectus ſum. continuo me peregrinatio excepit: & vel hoc ipſo iniquius eſt repudiari eam, quæ certe non potuit offendere. Deſcendamus ſane ad hanc quoque neceſſitatem, vt imperante patre, etiam repudium filius

filius debeat pati. quid de ipſa quam repudiari vis queratur? ſane pater fuerit inimicus cur hæc nurus eſſe deſinat, quam nihil peccaſſe tu quoque confiteris qui expellis? Negas idoneam eſſe matrimonio meo locupletem. Quam vereor ne cui videatur, pater, ſic inimicus diuiti eſſe cœpiſſe. Non enim fortuna in vtramlibet partem intuenda eſt. An vero apud me noceat puellæ, quod diues eſt: cum apud patrem illius non nocuerit mihi, quod pauper ſum? Diues eſt Nunquid ergo hoc dicere potes, Superbior erit, & faſtidiet? Securus ſis, pater: petiti ſumus, empti ſumus. At inimicus (inquis) fuit. Volo adhuc ſic loqui, tanquam odia vtraque parte durent. Non oportet immortales eſſe inimicitias: & ita demum tutum perpetuumque eſſe humanum genus, ſi amor ac fides nullam habuerint obliuionem: ea rurſus quæ aliquo incommodo commutantur, breui morte deficiant. Sed non eſt diu mihi in hac parte commorandum, quæ certe ſatis potens apud diuitem fuerat. Inimici nomen habuerit aliquando: nec quæro quam immerito, nec quæro quam iniuſte, modo redire in gratiam cum eo potuerim. Sed hoc ſolum reprehendit, quod ſe abſente omiſerim cum diuite inimicitias. Ita, opinor, feci hoc contemptu patris, feci vtilitate. reſtitui nos in integrum putate, iudices. Captus eſt pater meus à piratis, vincla & vltimos metus patitur, & ea quib. grauius id tantum eſt quod imminet. Hoc ſcio, hoc ipſius epiſtolis cognoui: hinc redimi ni poteſt, duram putate conditionem poni, nonne ſubeunda eſt? Si piratæ hoc mihi pollicerentur, vt vicarias pro patre manus acciperent, non recuſarem catenas: ſi obligarer fœnore, æs alienum tamen non timuiſſem, vt redimerem patrem. Duxi puellam honeſtam, locupletem: ego tamen (ſi vlla mihi dicenti fides eſt) non hoc in iſta conditione ſpectaui. Ille me mouit vt beneficiis vinceremur. Sed neque in me ille probauit aliud, quam pietatem. Vidit fletus meos, vidit totius animi atque etiam corporis defectionem: ſic homini inter principes noſtræ ciuitatis numerando, cœpi bona eſſe conditio. Itaque intelligo mihi, iudices, non in hoc tantum laborandum, vt iram patris mitigem, vt leniam: illud eſt partium mearum, illud vobis adhibitis rogo; in gratiam veli redire iam cum propinquo meo, cum redemptore ſuo. Non enim iactabo meam pietatem: illius opus eſt, quod redemi.

CCLVIII

CCLVIII. *Fortis contumax patri forti.*

SI DVO AVT PLVRES FORTITER FECERINT, DE PRÆMIO ARMIS CONTENDANT. VIR FORTIS OPTET QVOD VOLET. Pater & filius fortiter fecerunt: petit pater à filio, vt cederet ſibi præmio: non impetrauit: ceſſit ipſe, & abdicat.

DECLAMATIO.

ETiam ſi diſſimulari poſſet, quæ cauſa patri fuiſſet: ipſum tamen hoc abdicatione dignum erat, aliquid petenti negaſſe. Quantum enim mihi præſtare poterat, vt paria redderet? Non iam imputo illa vulgaria, lucem & ius libertatis, & vſum vitæ. Hoc hoc imputo: quod fortiter feciſti, robor s & corporis mei, meum eſt: animus iſte ad contemnenda pericula paratus, ex meo fluxit. Ego te diu præceptis feci virum fortem: proxime quidem, etiam exemplo. Quantumcunque ſit iſtud quod peto, non indicare ſatis eſt, non deſiderium peruenire in notitiam tuam ſufficit, niſi preces adhibuero: niſi auctoritatem paternam ſummiſero? multum peccaueras etiam ſi præſtitiſſes. Nunc vero quid à te petieram? vt mihi præmio cederes, non dico quid fuerit ſecututum. Sane ira ſit conſtituta lex, vt in iudicio contendamus, vt citra periculum feratur de noſtra virtute ſententia: non erat æquum cedere te, vt non dicam patri ſeni? tibi approbandæ virtutis multa tempora ſuperſunt: tu ſperare id quod hodie ceſſeris, potes: mihi indulſit fortuna hunc ſupremum honorem. Inter extraneos quoque & alienos eſt aliquod priuilegium ætatis. Honores prior peterem: ad ſignandum aduocatus, prior rogarer. In his etiam minimis obſeruationibus, inhumane non cederes honorem lateris. Age vero non præter hoc etiam dignior præmio fuit virtus mea? Non eſt tam admirabile cum fortiter facit iuuenis: hoc ætas poſtulat, hoc robur iuuentæ poſcit. pene turpe eſt non feciſſe. hoc eſt honore dignius, viciſſe annos, & vltra ætatem durantes agere virtutes. Eo tempore fortiter feci, quo cogi non poſſem vt militarem. Vtrum tandem vis magnum eſſe quod ego feci, an minus eſſe quod tu feciſti? Videamus nunc hæc: quis fuerit ſecuturus exitus. Si in iſta contentione præmii, idem animi ego quoque habuiſſem, armis contendendum erat: & lætiſſimo alioqui domus noſtræ prouentu grauiſſimum funus & crimen inurebatur. Iam vides quare non ceſ-

ſeris. hoc tibi præmio maius videbatur, committi cum patre & parricidium facere iure: hoc profecto etiam in acie facere cogitaſti: & cum imitareris virtutem meam; non optandi ius, ſed pugnandi quærere videbaris. Ego, quantum eſt in te, in medio foro, & vniuerſa ſpectante ciuitate, filii manu trucidatus ſum: vel, quod eſt grauius occidi. tu perſeuераſti, cum me cupere ſic videres. Etiamnum interrogo, ſta rurſus contra fueris dicturum? Nam ſi fuiſti perſeueraturus, videas grauius etiam crimen ſit, patri negaſſe quod præſtare poteras. Habe ergo præmium iſtud; quantumcunque in eo honoris eſt: ſed contentus eſto appellaſſe Rempub. diſcede de domo mea. non iam vltionis gratia facio, ſed etiam ſecuritatis: inſomnes noctes ago, & ad omnes terreor ſtrepitus: nulla mihi ſecura nox eſt: habeo in domo filium, qui me potuit occidere. Nam præmii quidem gratia ſtrinxiſſes ferrum contra patrem, & in conſpectu ciuitatis, populique, parricidium feciſſes, vt heres citius fias, vt bona mea occupes: homo tam cupidus non audebis parricidium facere ſecretum? Non ignoro omnium fere qui abdicantur hunc eſſe morem, vt acta iam cauſa ad preces conuertantur, & mitigare patres rogando velint: hoccine tu concipis animo poſſe fieri vt exores?

CCLIX. *Pauper naufragæ liberator, maritus.*

Diues cum amico paupere & filia nauigabat: naufragium fecit: extulit filiam diuitis pauper. Rumor erat eam nupturam cuidam nobili iuueni. Quodam tempore in domo diuitis tumultus fuit: inuenti ſunt vna pauper & puella: ab vtroque dictum eſt vitiatam puellam. Imperauit filiæ diues, vt nuptias optaret: educta ad magiſtratum, optauit: poſtea comperit diues, non eſſe vitiatam puellam; imperat vt relinquat pauperem: nolentem relinquere, abdicat.

SERMO.

In omnibus quidem abdicationis controuerſiis, quatenus pro liberis dicimus, ſummiſſa debebit eſſe actio, & ſatisfactioni ſimilis. In hac tamen controuerſia, iſtud aliquanto magis ſeruandum eſt. Nam & filia eſt quæ abdicatur: & hic pater aliquid etiam boni & clementis viri fecit: & nobis tutiſſimum, vti hac etiam bonitate.

DECLA-

DECLAMATIO.

NOn ignoro, iudices, quantum cauſæ noſtræ oneris accedat ex perſona abdicantis: non propter illud commune quod pater eſt; ſed quod pater indulgentiſſimus, amicus optimus, etiam ſiquando iniuriam accepiſſe videtur, mitiſſimus. Itaque priuſquam defenſionem aggredimur, in hoc ſatisfaciemus animo noſtro, vt gratias agamus ante omnia filiæ nomine: quam ſic amauit, vt eam diduci à ſe ne nauigaturus quidem voluerit: cui ad magiſtratus eductæ præſtandum putauit, ne qua occiſi hominis infamia inquinaretur: quam tradidit amico ſuo, quod iam dici poteſt, optimo marito. Proximum eſt ab hoc vt amici quoque, & (ſi permittis) generi mandata perferamus. Sunt autem ſimilia: nam & plurimum cum eo vixit; & nulla cauſa nullo deductus eſt loco; & vſque in hoc tempus in ea fuit opinione, vt ſe crederet viuere beneficio iſtius. Erat profecto felix domus, ſi in illa prima ſimulatione hi manere voluiſſent. Sed dum hinc quoque beneficiis optimi ſoceri referre gratiam volunt, & ſimpliciter fatentur omnia inciderunt ambo in hanc dicendæ cauſæ neceſſitatem: dum ſcilicet ambitioſus gener vult videri ſocero ſuo innocentior, quam videbatur. Equidem peractis gratiarum agendarum mandatis, hoc primum puto, vt iſti (ſi permittit) gratuler. Filia eius probiſſima puella ac verecundiſſima, nullam accepit iniuriam: amicus & gener nullum ſcelus fecit. Nam ſi quid tale cogitare, & in animum inducere potuiſſet, illo tempore viciandi habuit occaſionem, quo naufragam in littus euexerat. Reliqua pars actionis meæ, non tam ad defenſionem, iudices, ſpectat, quam ad deprecationem. Nam nulla profecto certior ratio eſt, quam vt iſtum priorum temporum admoneam. Hic enim, iudices, adoleſcens (quod in hoc demum iudicio audimus a diuite dici) pauper, vnam ſibi domum quam coleret elegit, vnum hunc cui fidem ſuam impenderet. Ac breui moribus, ſanctitate innocentiæ fecit, vt inter omnes etiam ſuperioris fortunæ cariſſimus videretur. Itaque hercule, cum peregre proficiſci deſtinaſſet, quanquam nauigationum pericula non ignoraret adoleſcens, tamen ſecutus per maria, per tempeſtates. Non nimium de fortuna querimur etiam ſi naufragium illud multos metus, longam vexationem, aliquod attulit detrimentum: tamen rem difficillimam expreſſit, fidei experimentum in illa omnium

trepidatione, in qua pro ſua quiſque ſalute ſollicitus, nihil de proximo cogitabat: cum inter fluctus & turbati maris minas vix euadere, ac ſuæ quiſque conſulere ſaluti videretur: non mehercule miror, quid, quamuis optimus pater, filiam tamen reſpicere non potuit. Quis enim hoc crederet poſſe fieri, vt non modo ſaluti ſuæ conſuleret, verum etiam ſuſcepto onere infirmitatis alienæ, euadere in terram, & vincere eminentis fortunæ metus poſſet? Itaque non ſeruus vllus tam fidelis, non libertus tam beneficio obligatus manumittentis fuit, vt hoc ſubire periculum poſſet. Vnus amicus (nondum enim illud faciebat tanquam gener) accepta humeris ſuis puella, per tot difficultates, per tot pericula, nihil pro ſeipſo ſollicitus, tulit. Quam iſtud non humani tantum operis, ſed diuini cuiuſdam beneficii arbitrandum eſt? Cum hos coniunxiſtis, copulaſtiſque, Fortunæ nihil neceſſe habeo diutius hoc imputare, tanquam non intellectum, non perdidit beneficium: & puella ſe nihil non huic debere credidit: & pater ita interpretatus eſt, maius iſtud vt exiſtimaret amico in ſe, ac ſuos, omnia licere. Rumor itaque in ciuitate, non quibus alias ſolet cauſis, exortus eſt: ſed homines dum indignantur, ne ſcio cui iuueni optimo & nobili dari puellam, conuicium moribus huius tanquam ingrati fecerunt. Intelligo, iudices, quam difficili, ac velut ſcopuloſo loco verſetur oratio mea. Quomodo patrem iſtud quod confeſſi ſumus? Illud puto tutiſſimum eſt: rapere volui: huic enim certe crimini agnoſcitis inde tumultus, inde voces repugnantis, inde fortaſſe etiam nimia puellæ querela, quod audaciam pro iniuria tulit: quod ſe raptam, quoniam ille rapere voluiſſet, proclamauit. Nec is ſane negandum exiſtimauit: &, quanquam nihil acciderat tale animo ſuo, confeſſus eſt. Illud certe manifeſtum eſt: pater filiam putauit iraſci. Itaque ſollicite quoque, nec pro imperio tantum patris, ſed etiam pro auctoritate, pro ſententia deprecatus eſt. Tum admonuit illam: Memento hunc eſſe, cui vitam debeas: hunc eſſe qui te ex periculis ſeruauerit maris. Quanta illa gratulatio? quanta patris laus fuit? quam felix domus? nihil deerat gratulationi noſtræ, ſi raptor fuiſſet. His moribus ſuis, ac tanta bonitate meruiſſe viſus eſt pater, qui non falleretur. Indicauerunt integritatem. Quo ſperauerant futurum, vt magis amarentur, inciderunt in offenſam. Niſi forte inuicem ludimur, & nos pater mutuo mendacio tentat: quare non omnia ſtatim ſimpliciter diximus, minatur. Dii

faciant

faciant vt iſte ſit euentus, qui adhuc in hac domo omniũ periculorum fuit. Noſtra tamen quatenus forma iudicii proponitur, agitur defendentis imitatio. Nam ſi te prorſus iraſci exiſtimarem, optime pater, illa dicerem, filiam abdicas. nondum defendo factum, nihil de iſto crimine loquor: ſatis tutum eſſe poreſt apud iudices. Fulmen iſtud patrum aduerſus ferociam adoleſcentiæ pote datum eſt aduerſus filiós, qui peccare plus poſſunt. Filia vero vix nutricum minas tulerit, vel eorum à quibus educatur, triſtitiam: & vt virgo pertineat ad patrem, tamen nupta pertinet ad maritum. Poſt illum, quo ſpes liberorum inchoata eſt, quo in nepotes vſque cogitationem miſiſti, quid aliud potes exigere à filia tua, quam quod placuit ei cui collocata eſt? Si lætius agendum eſſet, illud dicerem, Abdicari propter matrimonium non poteſt. Paulo fortior recuſaret etiam nubere, niſi cui voluiſſet. Hæc ſubiecit in hoc ſe imperio tuo: ex arbitrio patris nupſit. Paulo fortius vindicate deber matrimonium iam factum, vt etiam nuptias imperare poſſis, repudium imperare non pores eius ad quem puella legibus, & magiſtratibus, & iureiurando perueni. Verum contra hæc, paulo latius repetit abdicationem: & non eſt contentus ea obiicere, propter quæ iudicium eſt. Mentita eſt, inquit, patri: de raptu mentita eſt. Defendam, iudices: abſoluta ſunt. Ego vero malo eſſe crimen, vt patri plus debeamus. Deceptus es. ita malles filiam tuam raptam eſſe. Volo ſic defendere puellam, tanquam factum ſit ipſius culpa. Hæc quid? ignoſcit. non eſt hic amor: gratus animus eſt. An illa ſibi vllum fideliorem fore tota vita exiſtimaret, quam eum cui ſecundum te debeat plurimũ? Cogita quæ fuerint illa pericula, ex quibus euaſit, quæ tem peſtates, qui fluctus & naufragia, & cætera, quæ nihil diuiſione egent, nomina. Sed omnem hanc culpam maritus ad ſe trahit. Nihil tantum puella cogitauit; quicquid eſt iſtud, ego feci: qualecunque iſtud eſt, meum conſilium eſt. Tu ignoſce, qui ſoles. Recedere iubes à marito tali, qua tandem cauſa? pauper eſt. Non ſolebat hoc illi apud te nocere. Relinquam; nec dico pauperem: nam in matrimonio quidem filiæ, quod ſolebat nocere, te auctore nupſit, te hortante nupſit. Redde rationem illius ſententiæ. Quamuis putarem turpe, tamen cogitaſti quid præſtitiſſet filiæ tuæ.

SERMO.

In ſumma parte declamationis vtrunque producemus, & pro vtroque pariter rogabimus, & aliquanto magis pro marito miſero. Decet enim illum amare: dicat ſe moriturum. Totum eſt enim in eodem.

DECLAMATIO.

Periturum ſe affirmat, quod tu illum exemiſti, cum ad magiſtratus eductus eſt, hic animum tuum exigit priorem, hic illam miſericordiam.

CCLX. *Paſtor Abdicatorum.*

Diues adoleſcens Abdicatos recipiebat, & de ſuo alebat: læſæ Reipublicæ reus eſt.

SERMO.

In pleriſque controuerſiis plerunq; hoc quærere ſolemus, vtrum ipſorum perſona vtamur ad dicendum, an Aduocati: vel propter ſexum, ſicut fœminis: vel propter aliquam alioqui vitæ, vel ipſius de quo quæritur facti, deformitatem. Hic adoleſcens & honeſtus eſt, & cum ſit locuples quoque, nihil tam turpe commiſit, vt illi pro ſe loqui fas non ſit. Ego tamen exiſtimo dandum eſſe aduocatum. Primum, quod etiam ſi quid remiſſius ac liberalius fecit, ætate excuſari poteſt. Non conſentiunt autem hæc inter ſe, vt idem, & tantum infirmitatis animo, vt hac excuſandus ſit. Alterum illud eſt, quod ſi defenſionem vltra excuſationis terminum proferimus, laudandus eſt adoleſcens. Arroganter autem faciet & tumide, ſi cœperit ſe ipſe laudare: præſertim iactaturus id quod facere poſſit, à fortuna eſſe. Dabimus ergo illi, his cauſis, Aduocatum.

DECLAMATIO.

NOn neceſſe erat mihi, iudices, de facti huiuſce quod in crimen vocatur, ratione diſſerere. Scio quod aduocato ſatis ſit. Sufficiebat hoc ſolum, ſi eximerem legi reum: & cætera fiant fortaſſe pro dignitate; fiant pro conſcientia, pro laude. Ad vos id vnum pertinet, an lege, qua cognoſcitis, obligatus ſit qui accuſatur: quæ vobis quo atrocior eſt, hoc diligentius intuenda eſt. Sit tolerabile formula errare, & in petitione pecuniæ non vti iure conceſſo, aliquis caput hominis perperam petit, vt terreat, vt occidat? Reipub. læſæ quædam

dam ſunt, iudices, ad quorum pronuntiationem oculi ſuffi-ciant. Satis erat accuſatori oſtendere ſiquid hic læſerit: aliqua publicorum operum incenſa, euerſa, vel corrupta naualia, arma vſibus belli erepta, aliquid denique eorum quæ publice poſſidemus (ea ſunt enim Reipublicæ) deterius huius fraude atque iniuria facta: cætera habent ſuas leges, ſua iura, ſuas actiones. Si hos, quos recepiſſe dicitur, occidiſſet: non tamen Reipub. læſæ iure teneri videretur. Sint igitur iſta grauia quæ obiiciuntur: aliquid fecisse clementer: contra duros & aſperos patres interpoſuiſſe miſericordiam pro ſua ætate. non hoc vidit lex, quæ recitata eſt; non voluntas eius, quicunque conditor iuris iſtius fuit. Hæc ego fortius dixi, quia remiſſurus ſum. Quid enim obiicitur? Abdicatos recipit, & ſua pecunia alit. Vt grauiſſime iudicemus de hoc crimine: ſtultas & ſuperuacuas impenſas facit. Quis eſt iſte qui nobis tanquam pater iraſcitur? Patrimonium conſumis, & alioqui ſplendidas opes quotidie effundis. Quæ tandem iſta inter ſe pugna eſt? Legem recitas læſæ Reipub. & agis quaſi abdices. Sic reſpondebo tanquam abdicanti. Ignoſce: iuuenis eſt; non ſatis roboris, nondum ſatis iudicii confirmare potuit. Et tamen ſi faciendæ ſunt impenſæ, ſi perdendum aliquid: non poteſt honeſtiore via impendere. non meretricibus donat: non in paraſitos profundit; non illi magno cupiditates ſuæ conſtant. ſumptuoſus eſt miſericordia. Libet etiam augere crimen: & ſi qua neſciunt accuſatores, indicare. Vos eum largiri tantum abdicatis putatis. Iſte aliquid & mendicantibus porrigit; iſte & multos fortunæ iniuria lapſos ſuſtentat atque erigit. Quid faciam (inquit) animo meo? quotiens infelicem vidi aliquem & neceſſarii etiam victus egentem, lacrymas tenere non poſſum. Inuidiam mihi facere videtur patrimonium meum. pulſant frontem meam cæduntque etiam ſi taceant, ipſo habitu, ipſa triſtitia, ipſo ſilentio. Sed & rogant, & prouoluuntur ad genua. nec mihi illa ſaltem ſimulata, vt pleriſque, excuſatio ſupereſt, vt dicam, Non poſſum. Tu vero tanto adoleſcens fortior, atque omni laude, non in noſtra modo tempora, ſed etiam in futura omnia ſæcula dignior: ſolus mihi mortalium videris vſum pecuniæ intellexiſſe. Fruſtra tibi aliqua fortuna tanti patrimonium dedit: & in breui humani tempus æui, velut grande pondus impoſuit. Relinquendum erat iſtud, & res tranſiſſet ad alios: quandoque locupletem feciſſet neſcio quem mors liberalis. Li-

ber vobiſcum loqui noſtro nomine. Auari parcique, qui aliquid non feciſſe ſordide, iam etiam ſcelus exiſtimatis. Non ſunt iſta ferenda nobiſcum: neque ad inferos ſeruata per vitam fortuna perſequitur. Tolle vſum quid eſt pecunia? Quis igitur vſus honeſtior? nullus. Nec hic lege poſſit fieri reus, ſi hanc ipſam pecuniam, quam per tot beneficia diuiſit per gulam ventremque tranſmitteret. Nihil obeſſe Reipub. videretur, ſi vitiorum inſtitores, hos eoſdem ſumptus diuiſiſſent. Ego ſvero huic comparare ne illos quidem timeo, qui aliqua in Rempublic. opera poſuerunt. Hæc enim muta, & humanis tamen conſtructa manibus, & ſpeciem modo, & breuem quendam vſum voluptatibus noſtris attulerunt. At hercule referamus ad illam, de qua modo locutus ſum, ſpeciem: quanto pulchrius integrum populi vultum, illibatam dignitatem ciuium ſeruaſſe? Si ad vtilitatem: quanto melius ac maius ſeruaſſe ſuum numerum ciuitati, ſuos ordines? An vero illos qui ingentes noxiorum familias occiſuri, tamen paſcunt, plauſu fouebimus, & in omnibus ſpectaculis adulatione multa proſequemur: hunc, qui partem ciuium leuibus offenſis miſeram, ſuſtentat, ac pœnitentiæ ſuæ ſuorumque, integram ſeruat, lege etiam grauiſſima perſequemur? Quid enim nobis tam naturale, quid ab ipſa prouidentia magis datum conceſſumque videri poteſt, quam alere homines ac ſuſtinere? Muta mehercule animalia, quæ venire ad manum, & manſueſcere queunt, non humanum modo, ſed etiam voluptuoſum eſt, alere ac paſcere. Quid de homine dicam? Quiſquam ne magis negotium publicum, non ciuitatis modo, ſed totius rerum naturæ agit: quam qui animal hoc Deo proximum, & in contemplationem omnium, quæcunque mundo contigerunt, conſtitutum prorogat producitque? opes ſuas in publico poſuit, quo locuplete nemo pauper eſt, nemo eget. O miſera tempora! hoc defendendum eſt? Scilicet illuc honeſtius, liberos ſuſtulatos, iamque in adoleſcentiam prouectos, pellere domo, & prohibere penatibus, & omiſſa emendandi cura ſic punire, vt his ſuccurri non liceat. Abdicatos in domum recipit & paſcit. Sic iſtud, tanquam ſacrilegos, tanquam homicidas, tanquam latrones? Si tam graue crimen eſt, ætate labi: ſi tam inexpiabile, offendiſſe aliquando paternam ſeueritatem, nouas excogitate leges, aſperiora aliqua conſtituite ſupplicia. Hos ſi paſcere non licet, parum eſt

abdica-

abdicare. Audite, audite, Patres, quæ optimum adoleſcentem ad miſericordiam mouerint, quæ ad liberalitatem: aliquid & diſcite. Nulli horum obiectum eſt, quod venenum patri paraſſet: nulli quod percuſſorem in fata parentis ſui conduxiſſet. Creditis, iudices: alioqui puto non tam leuem ſubituros fuiſſe pœnam ſub tam aſperis patribus. Quid eſt igitur? amauit ille meretricem, & intra conceſſos adoleſcentiæ luſus (licet aliud parentibus videatur) natura tamen datos forſitan minus tenuerit cupiditatum frenos? en quod fames emendet. Ille ductus æqualitate, cum ſodalibus iniit paulo tempeſtiuiora conuiuia? en quod mendicitas coerceat. Ille liberalius vixit? & quomodo crimen iſtud hoc tempore eſt? Aliquid fortaſſe donauit? Non vultis in his cauſis, in hac criminum ſumma, miſereatur hominum, qui dicunt, Et cum iuuenis es. At nimium diu, iudices, ſic defendo optimum iuuenem, tanquam victum abdicatis præſtiterit. Nolo iam abdicare: Reipublicæ (fortius libet agere) imputo: & magis imputarem, ſi tales eſſent quales eos accuſator eſſe contenderet. Nihil eſt periculoſius, iudices, in hominibus, mutata ſubito fortuna: nihil ad vtilitatem ſui pronius, miſeris delicatis. Iuuenes in magnis patrimoniis, atque in ſumma nati dignitate, ſubito excuſſi, non dico opibus, ſed neceſſariis etiam ad victum, ſpiritumque vltimum ſuſtinendum, non redibunt ad opus quotidianum, non ſufficient aſſiduo labori: ſupereſt vt audeant aliquid vel propter quod moriantur. tot hos quos abiicitis (nã quoque turbam abdicatorum eſſe dixiſtis) emittite ſubito nudos, omnium egenos: ipſisne aliquis poterit iraſci, ſi quid fecerint? ſi in latrocinia ſe prædaſque miſerint? Quantumlibet animis noſtris remittamus, ac totam innocentiam credamus eſſe perſuaſionis, multum contra iuſtitiam neceſſitas valet: at ſi nihil aduerſus alios, aduerſus ſe certe multa feciſſent. Ornatamne Rempublicam atque adiutam, iudices, crederetis, ſi horum fortiſſimus quiſque veniſſet in ludum atque arenam? ſi paulo mollior frons ad laqueum, ad præcipitia, ad qualemcunque vitæ feſtinaſſet exitum? Tum ciuitas felix, tum numerus iſte minus inuidioſus fuiſſet? Volo, iudices, relicta iam hac, quam ad Rempub. compoſui defenſione, tranſire ad eos qui præcipue iraſci videntur, patres dico ipſos qui abdicauerunt. quibus hoc primum, iudices, dico. Quam accipitis iniuriam? malis vos ſane filiis leuaſtis, & exonerata ſunt veſtra patrimonia. Sinite illos periſſe, & velut

expoſitos in aliqua ſolitudine, aut in maria proiectos, nihil ad animum veſtrum, nihil ad cogitationes pertinere: fortunam ſibi quærant. Quid ad vos, quid ſint poſtquam veſtri eſſe deſierunt? Renati ſunt, nouumq; fatum quodammodo ſortiti. Num inuidiam vobis faciunt? Hoc enim malebatis fortaſſe, vt oculis veſtris ſordidati obuerſarentur; vt impexi ſqualidique incederent verecunde, nomine ſeruituris diſſimulatui veſtra crudelitas. Minus vos malos patres putauimus. Quod quidem animaduerſioni ſat eſt, pendunt pœnas, magnumque ſupplicium miſeri luunt. An vos in hoc demum creditis paternam animaduerſionem, ſi eſuriant, ſi inopia omnium deficiant atque tabeſcant? Illud parum eſt, notari infamia? illud parum eſt, exulem eſſe domus ſuæ, Larium ſuorum? nunc vos putatis eſſe felicem quemquam horum, aut hilarem? Experiatur aliquis; & reuocet. Et hæc quidem, iudices, duris atque aſperis patribus, illa meliora. Speraui, inquit adoleſcens, aliquam impetus veſtri pœnitentiam. Credidi futurum, vt aliquando ſuccurrerent initia infantiæ, blandimenta pueritiæ. Reſeruaui filios iudiciis veſtris: & ſi quando ignoſceretis, in integro habui. Vos æſtimatis cauſis, propter quas expuliſtis: ſi crederetis, ſatis pœnarum dederunt. Ego illud præſto, illud promitto, nihil poſtea turpiter fecerunt. Ne tamen nimium iactare atque imputare videatur, illum quoque miſericordiæ ſuæ ordinem confitebimur. Vnus (inquit) fuit primo, qui ſollicitaret hanc nimiam liberalitatem: æqualis alioqui & in ſtudiis comes, & in luſibus. hic fecit exemplum: auſus eſt rogare proximus: nec adhuc illud oneroſum patrimonium videbatur. Inde factus eſt ordo: etiam legem mihi videor dixiſſe miſericordiæ. Cui negarem? omnes idem rogabant, omnes idem excuſabant, omnes idem pollicebantur. Ego vero (inquit) quandiu fuerit hoc patrimonium, ſic ero, ſic vtar: & ſi defecerint omnia, non tamen pauperem me putabo, neque egentem: ſed pro illis paternis poſſeſſionibus, hos oſtendam ciues: pro illo fœnore, hunc populum. Et quæ tanta patribus ira, quæ tanta infelicitas noſtræ ciuitatis, quod Reipublicæ fatum, vt iſtud diutius aut pluribus neceſſe ſit? Et ne vobis multam videar imputare, non ſunt iſti oneroſi facultatibus meis: non quos ampla, quia ſic a parentibus meis conſtituta eſt, fortuna graues ſentiat: quia viuimus parce. Quantulum eſt enim quod accipiunt? quantulum eſt quod exigunt? vos fortaſſe plus

plus conſumpſeritis, patres, qui ſtudio fouiſtis, qui ad hanc ætatem vſque vexiſtis, mihi ſeruare ciues ſatis eſt. At nihilominus quod in iſtos impendo, ſi creditis, ipſe frugalis viuo. Quicquid in hos confertur atque congeritur, de meceſſis detrahitur adoleſcentiæ voluptatibus, detrahitur concessis; alioqui quamdiu in his annis ſumus cupiditatum, duo ſimul aſſequor, quod & liberalius & frugalius viuo.

CCLXI. *Æquatio patrimoniorum.*

In qua ciuitate frequenter Tyranni erant, fert quidam legem, vt patrimonia æquentur.

SERMO.

Hæc quoque aliquotiens tractata controuerſia eſt, & per ſummas digeri poteſt.

DECLAMATIO.

PRimum incuſamus legem non ſatis ſignificanter ſcriptam, & multa obſcura in ſe habentem. Nam hoc non ſatis diſtinxit, vtrumne patrimonia nunc demum æquari oporteat: an quotiens aliquod eminebit: an ſi vere remedium id ſolum pro Republica eſt, perpetuum eſſe debeat: & ideo lex repudianda, quia hoc non ſatis diſpexit. Si hæc vis eſt legis iſtius, vt ſit de æqualitate patrimoniorum; idem cenſus omnibus detur: omnes pene dies, omnia tempora neceſſe erit in hac partitione conſumi, ſi quis frugalis vixerit, ſi quis luxorioſus vixerit. Eſt præterea contra leges omnes ſcripta hæc lex. Quippe nullum ius non ita compoſitum eſt, vt ſuum quiſque habeat, & alieno abſtineat. Sed ne ſeruari quidem poteſt. Quid enim futurum eſt præterea illud, quod aliqui negotiabuntur, aliqui acquirent, aliqui frugaliter viuent? Quæ ratio relinquendæ hæreditatis erit? quæ ratio teſtamentorum? cum is qui creuerit hæreditatem, continuo non plus ſit habiturus, quam cæteri, & diuiſurus cum his qui non eundem honorem ſupremis defuncti tabulis habuerunt? His adiiciamus quod etiam inutilis eſt duabus præterea cauſis. Nam & frugalitatem eorum, qui ſeruaturi ſunt, imminuet: & luxuriæ eorum qui conſumpturi ſunt, proſpiciet. Cur enim quiſquam ſeruet, tam perditurus aliena luxuria, quam ſua? Cur enim non quiſque abutatur? Hæc de ipſa lege

lege dixiſſe ſatis erat, remota temporum æſtimatione, nunc videamus quid ſit propter quod ponatur. Frequentes tyranni ſunt. Primum, quam iniquum eſt, ideo quod aliquos improbos habeas, exui patrimoniis paternis atque auitis eos etiam quos bonos eſſe eiues conſtabit? Nam ſi tyrannidem timemus: erat aliquanto æquius in perſonas eorum, qui poſſent Reip. eſſe ſuſpecti, dirigi actiones, quam pœnam eſſe publicam metus, vt dicitis, publici. Adiice, quod ne præcipua quidem cauſa eſt affectandæ tyrannidis, magnitudo facultatum. Qui n ex diuerſo facilius aliquando occupauerint tyrannidẽ hi quorum fracta ratio, quorum clauda fortuna, & qui ſtare Republica ſalua non poſſunt. Deinde adeo non inhiberis iſta re tyrannidem, vt ſi qui in ciuitate noſtra dementes ſunt, etiam cauſam habituri ſint affectandæ tyrannidis. Nam ſi quis tyrannidem occupat, vt aliena bona poſſideat, quanto facilius ad tyrannidem perueniet, vt ſua vindicet, ſua recipiat?

CCLXII. *Maritus virginis raptor.*

INIVSTI REPVDII SIT ACTIO. Qui habebat vxorem, rapuit virginem: nuptias rapta optauit: ille repudiauit vxorem: agit illa iniuſti repudii.

DECLAMATIO.

LEX INIVSTI REPVDII, maxime neceſſaria ad continenda matrimonia, & his præcipue moribus (quibus finem tantum neceſſitas fecit) ſuper omnes leges tuenda eſt. Repudiatam ab hoc vxorem eſſe manifeſtum eſt. Reliquum eſt vt aliquid repudiatæ obiiciat. Ita demum enim poteſt eſſe iuſtum repudium, ſi meruit id quæ repudiatur. Ne ipſe quidem tam impudens eſt (quanquam non deſit audacia) vt crimen vllum fingat in vxorem. Neceſſitate defenditur. Poteram dicere, aliud eſſe iuſtum. Nam lex INIVSTI REPVDII ſpectat vtramque perſonam: nec ſatis eſt id modo intueri, quid maritus facere debuerit: verum id quoque intuendum eſt, quid pati debuerit vxor. Quare licet tu neceſſario repudiaueris, hæc iniuſte repudiata eſt. Hæc dicerem ſi non tua culpa accidiſſet, vt repudiares. Sed miror ſi in hac ciuitate diligentiſſima iuris, vlla lex contra alteram ſcripta eſt: aut hoc prudentiſſimi conſtitutores iuris non viderunt. Quomodo neceſ-

neceſſe eſt, quod iuſtum non erat? Rapta, inquit, nuptias meas optauerat. Non eſt hoc tale, quale ſi diceres, Tyrannus coegit: quale ſi diceres, Aliquis cui poteſtatem dederat Reſpublica, hoc iuſſit: Senatus, aut populus pertinere id ad rempublicā exiſtimauit. Vt rapta repudiare coegerit, vt cogi poſſes, tu feciſti. Et ipſum hoc repudii tempus male computas. Tunc repudiatam tu credis vxorem, cum res ſuas ſibi habere iuſſa eſt? cum egredi de domo? Vxorem tunc repudiaſti, cum rapuiſti: cum poteſtatem huic legis aduerſus te dediſti: cum egiſti vt raptæ aduerſus te liceret, quantum aduerſus cœlibem licet. RAPTA RAPTORIS MORTEM, VEL NVPTIAS OPTET. Hanc poteſtatem aduerſus te viriata habuit. Ecquid intelligis iam non eſſe vxorem, quæ non obſtat? Ego te adeo non puto defendi hoc genere patrimonii poſſe: vt quocunque alio modo dimiſiſſes vxorem meliorem tum cauſſam fuiſſes habiturus. Egregia hercule defenſio. Dico, Repudiaſti vxorem pudicam, obſequentem, fidelem. Reſpondes mihi, Sed rapui: ſed alienam domum expugnaui. Peſſimus maritus videreris, ſi amorem in aliquam meretricem deflexiſſes: ſi ancillarum cupiditas à geniali toro auocaret. Iam tum non eras maritus, cum animus tuus ſpectabat vacantes: & hoc ſi tantum libidine & cupiditate feciſſes, repudiatæ tamen cauſa ad te rediret. Quid ſi ne credibile quidem eſt, niſi eo pacto factum hoc eſſe, vt tibi raptori ignoſceretur? An vero tu in tantum periculum veniſſes, vt raperes maritus, vt crimini tuo hanc quoque adiiceres inuidiam? Niſi ſuccurritis, iudices, inuentum eſt iam quomodo vxores optimas repudiare liceat. Proſpicienda tantum virgo eſt, rapienda eſt, cæterum defendemus iſtud, quod nullo genere licet facere, ſpecie neceſſitatis. Præter hæc illud quoque, iudices, intueri oportebit, quo maximorum iſtius criminum, aliqua tamen vindicta contineat. Per ſe indignum erat, raptorem impune feciſſe: indignum erat, iniuſte repudiatam eſſe vxorem, vtrique crimini vna pœna erit, leuis quidem. Et ſane habeat hoc lucrum magna nequitia, quod non fere puniri pro meritis poteſt: ab illa quidem rapta vindicauit nos ipſe.

CCLXIII. *Ignominioſus contra tres rogationes.*

QVI

QVI TRIBVS ROGATIONIBVS CONTRADIXERIT, NEC TENVERIT, IGNOMINIOSVS SIT. Duabus quidam rogationibus contradixit: non tenuit: Tertia rogatio ferebatur, qua ignominia remittebatur notatis: contradixit & huic: non tenuit. dicitur ignominioſus.

DECLAMATIO.

QVI TRIBVS ROGATIONIBVS CONTRADIXERIT, NEC TENVERIT, IGNOMINIOSVS SIT. Lex manifeſta (fortaſſe ſuperuacuum iſta dicere, verumtamen permittit lex & hoc dicere) iuſta. Quis maiore ignominia dignus eſt, quam homo inquietus, qui publicis vtilitatibus ter obſtiterit? qui ne metu quidem ignominiæ ad ſilentium compelli, ſaltem tertio potuerit? Ergo de lege dubitari nihil poteſt. Videamus an hic in legem inciderit. Tribus rogationibus contradixit. Num fallimur numero? num aliquid aduerſus iſtum mentimur? Non, vt opinor, ipſum ſaltem dicere auſurum. Bis iam contradixerat: bis non tenuerat. Proxime dixerat: non tenuiſſe eum ſcimus. Ergo ſi & lex ignominioſum vult eſſe eum, qui ter contradixerit, nec tenuerit: & hic contradixit ter, nec tenuit: quomodo ignominioſus inueniri profecto non poterit? Non negat ſe in hanc legem incidiſſe: ſed eade rogatione, cui contradixit, ſolutum eſſe contendit. Placuiſſe enim publice, vt omnibus ignominioſis nota remitteretur. Non miror iſtum tam frequenter contradicere. Vim legum parum perſpicit: quo pertineant rogationes, aut diſſimulat, aut ignorat. Ferri profecto rogatio quotiens pœna aliqua remittitur, non poteſt, niſi de his qui pœna iam tenentur. Id vel cogitatione eius qui tulit rogationem, vel æſtimatione populi, vel ipſa rei natura perſpiciamus. Is qui ferebat rogationem, num aliquid cogitare de eo potuit, qui non erat ignominioſus? non, vt opinor. Neque enim hic iam ter contradixerat rogationi: nec an tertio contradicturus eſſet, diuinare poterat. Ergo qui ferebat rogationem, nihil de eo cogitauit. Populus cum in conſilium mitteretur, & miſeratione hominum moueretur, de his cogitauit, qui ignominioſi iam erant. Fortaſſe motus eſt numero, fortaſſe motus eſt perſonis, fortaſſe motus eſt cauſis. Hic neque in numero eſſe poterat: nondum enim ignominioſis acceſſerat: neque cauſſa miſerabilis; qui ne damnatus quidem erat. neque perſona.

ſona. Ergo nec qui ferebat rogationem, nec qui accipiebat de hoc cogitauerunt. Nunc ipſam rei naturam intueamur. Quid remitti poteſt, niſi quod creditur? Hæc rogatio nihil aliud fuit, quam ignominioſorum in priſtinum ſtatum reſtitutio. nondum eras in ea fortuna, vt reſtituendus eſſes. Sed eodem, inquis, tempore ego ignominiã merui, quo remiſſa eſt. Poſtea dicam, quam dignus iſta ſis ignominia. Interim iſta temporis computatione excludo. quamuis enim ea rogatio recepta ſit, cui tu tertiò contradixiſti: ante tamen rogatio recepta eſt, quàm tu ignominioſus eſſe cœpiſſes. Lex enim quid dicit? QVI ROGATIONI TER CONTRADIXERIT, NEQVE TENVERIT, IGNOMINIOSVS SIT. De præterito & de perfecto iam tranſactoque tempore loquitur. Cum de rogatione ageretur, contradicebas, nondum eras ignominioſus: nondum enim rogatio erat. At cum recepta eſt rogatio, tum quia non tenueras, ignominioſus eſſe cœpiſti. Illud etiam adiiciendum videtur, neminem vnquam digniorem fuiſſe ignominia, quam te. Videamus enim quales illæ fuerint, rogationes, quibus antea contradixiſti. Vtiles vtique: receptæ ſunt enim, & pro Republica placuerunt. Enimuero huic aliquis rogationi contradicit tam miſericordi, tam leni, quæ ciuium numerum ampliat? Si alius quilibet contradixiſſet, inhumanam rem feciſſet. At tu iſtud contradicis, ne ignominioſi reſtituantur, homo, extra periculum poſitus. Dignus es ergò vt patiaris ea, quæ pati omnes voluiſti, niſi forte ſic intelligimus iſtam receptam rogationem, vt nemo ſit vnquam omnino in ciuitate noſtra ignominioſus. An id vel populus voluiſſet, vel ille qui ferebat? abrogaſſet potius hanc legem, quam nouam conſtituiſſet. rogationem appellaret, de his tantummodo latam qui erant ignominioſi. Illis remiſit iſtam veniam. Fortaſſe iſti placebunt, ſi plures inciderint in eandem ſortem, in eandem conditionem.

PARS ALTERA.

DECLAMATIO.

IDEM tempus eſt ignominiæ meæ & receptæ rogationis. Nam natura prius eſt, vt ego non teneam, quam vt

recepta

recepta lex ſit. Nam ſi ego tenuiſſem, lex recepta non eſſet: quonia non tenui, recepta lex eſt. Igitur ignominia mea præceſſit tempus rogationis. Prius apud animos ſuos conſtituerunt homines, non parere contradictioni meæ, quam rogationem receperunt. Antequam tabella referretur, antequam excuteretur numerus populi, ego iam non tenueram. Rogatio nondum erat recepta, niſi poſteaquam dinumeratæ ſunt populi ſententiæ. Hoc ergo tenuit. Atque etiam ſi hoc tempus mihi non remitteret totam ignominiam: lex tamen quæ ignominioſos vacare omni nota voluerat, remiſerat mihi duas illas contradictiones. Non enim facit ignominiam tertia contradictio, ſed tres. Quod ſi duæ illæ præceſſerant, quæ maiorem partem ignominiæ conficiunt, id quod iam me premebat, remiſerant.

CCLXIV. *Fraus legis Voconiæ.*

NE LICEAT MVLIERI NISI DIMIDIAM PARTEM BONORVM DARE. Quidam duas mulieres dimidiis partibus inſtituit hæredes. Teſtamentum cognati arguunt.

DECLAMATIO.

ANtequam ius excutio, & vim legis, quæ per ſe ſatis manifeſta eſt, intueor, primum illud apud vos dixiſſe contentus ſum. adſum teſtamento. Euentum huic legi dabit religio veſtra, & excuſſa parte vtraque, ſententiam formabit. Intereſt tamen ſupremæ hominis voluntati legem fauere, vt quod de bonis ſuis conſtituit in ſupremis dominus, fecerit iure. Nec me confundit, quod ex diuerſo ſunt propinqui. Iactent vt volent ſanguinis coniunctionem. Ego intelligo quaſdam fuiſſe cauſas, propter quas is qui hos cognatos habebat, aliis moreretur hæredibus. Ac ſi in hac parte haberent fiduciam, arguerunt teſtamentum tanquam impium, tanquam inoffiſioſum. Nunc apparet, neque de perſonis earum quæ hæredes ſunt inſtitutæ dici apud vos poſſe: neque eorum qui ſibi contra teſtamentum vindicant, merita proferri. Solum enim ius excipiunt, & circa legem calumniantur. Quæ lex tamen qualis eſt? Ne liceat mulieri pluſquam dimidiam partem bonorum ſuorum relinquere. Etiam ſi forma iudicii vnius eſt, apparet tamen vobis cum legibus eſſe litem. Quæro igitur ab iſtis, vtram eligant in qua

qua malint conſiſter . Neque enim litigant de bonorum parte,ſed totum arguunt teſtamentum. Incipiamus igitur ab ea quæ prio ſcripta eſt. Qui d in hac parte teſtamenti vitioſum eſt? Vetatur pluſquam dimidiam partem bonorum relinquere,dimidiam partem patrimonii accipi. Excutiemus poſteà qualo ſit illud quod conſequutum eſt.Interim hoc ius firmum eſt, nec euerti ſequentibus poteſt.At enim ius quidem illa habuit capiendi,ſed ea quæ poſtea ſcripta eſt,non habuit. Iterum interrogabo,quare Quoniam pluſquam dimidiam partem patrimonii relinquere fœminæ non potuit. Atqui hæc quoque non pluſquam dimidia parte patrimonii heres inſtituta eſt. Nec video rationem cur id quod illi capere licuit huic non liceat:cum in eodem ſcripta ſit teſtamento. Manifeſtum eſt nihil poſſe calumniæ admittere verba legis ac ſcripti. Nunc peritiſſimi litium homines ad interpretationem nos iuris adducunt. Non enim hanc eſſe legis voluntatem, quæ verbis oſtendatur,videri volunt. Quorum ego prudentiam,iudices,magnopere miror:tantum vicerunt illos maiores noſtros,illos conſtitutores iuris, illos qui rudem ciuitatem,legibus ac iure formarunt : vt hoc approbare conentur, defuiſſe his ſermonem,defuiſſe conſilium. Atqui priusquam rationem ipſius legis excutio, interim hoc dico,iudices: Perniciosiſſimam eſſe ciuitati hanc legum interpretationem. Nam ſi apud iudices id hoc ſemper quæri de legibus oportet, quid in his iuſtum,quid æquum,quid conueniens ſit ciuitati: ſuperuacuum fuiſſet ſibi omnino leges. Et credo fuiſſe tempora aliquando,quæ ſolam & nudam iuſtitiæ haberent æſtimationem. Sed quoniam hæc ingeniis in diuerſum trahebatur,nec vnquam ſatis conſtitui poterat quid oporteret, certa forma ad quam viueremus inſtituta eſt. Hinc illi auctores legum verbis complexi ſunt: quæ ſi imitare, & ad vtilitates ſuas peruertere liceat omnibus , ius eripitur. Nam quid intereſt nullæ ſint,an incertæ leges ? Lex illa complexa eſt, Ne plus liceat quam dimidiam partem mulieri relinquere. Neutri ex his quibus adſumus,plus dimidia parte relictum eſſe manifeſtum eſt: & apparet potuiſſe legum latorem , vt ſi partem demum patrimonii peruenire ad fœminas vellet,partem vtrique vxoris relinquere id ipſum caueret. neque id magno aut difficili circuitu effici potuit : ſed vel ſic ſcripta lege,non pluſquam dimidia pars patrimonii ad fœminas perueniret. Interrogo enim. Si pluribus fœminis , ſed

S minores

minores aliquanto portiones reliquerit: quæ tamen computatæ, & in vnum contractæ pluſquam ſemiſſem patrimonii efficiant: quæro an moueri lis poſſit? Nam ſi mouetur lis, non hac (vt opinor) lege litigabitur, qua pluſquam dimidiam partem patrimonii relinquere fœminæ non liceat, cum ex illis nulla dimidiam partem acceperit. Sue ad totam nos vocas computationem: nihil intereſt quantum cuique fœminæ relinquatur. Quid ſi ne ratio quidem repugnat ſcripto, & verbis legis iſtius? Quid enim putas voluiſſe legiſlatorem, cum hoc ius conſtitueret? Ne fœminæ nimias opes poſſiderent, ne potentia earum ciuitas premeretur. Hoc ergo aduerſus ſingulas conſtituit, & ad cui-andas opes fœminarum, ſatis hoc quæſitum, ne vni pluſquam dimidia pars patrimonii relinqueretur. Cæterum quidem illud non cauerunt leges, ne plures fœminæ eodem teſtamento ſcriberentur: non hercule magis quam illud, ne plures hæreditates iiſdem fœminis relinquerentur.

CCLXV. *Ignominioſi pulſator in templo.*

SI QVIS IN TEMPLO INIVRIAM FECERIT, X. MILLIA DET EI, CVI INIVRIAM FECERIT: DECEM MILLIA CIVITATI. IGNOMINIOSO NE SIT ACTIO INIVRIARVM. Quidam ignominioſum pulſauit in templo: decem millia petit Magiſtratus, nomine ciuitatis.

DECLAMATIO.

SI pudor commendandus eſt (cuius difficillima ratio eſt in lite pecuniaria) non nobis litigamus, ac ne Reipublicæ quidem & ciuitatis nomine auari ſumus: & hæc omnis actio non tam lucri gratia, & acquirendæ huius pecuniæ conſtituta eſt, quam in vltionem Deorum immortalium, & templi (vt proprie dixerim) expiationem. Nec minus manifeſtum ius eſt, quam integer pudor. Lex enim palam ſcripta eſt, vt is qui in templo iniuriam fecerit, decem millia det ciuitati. Mihi hoc ſatis eſt, qui ciuitatis nomine litigo. Sed totam legem à nobis pars diuerſa legi deſiderat. Decem millia, inquit, ipſum qui iniuriam acceperit, decem ciuitati. & hoc excludere tentat ciuitatem, quod ipſe qui iniuriam acceperit non habeat actionem. Sane contumelioſus, &

pro

pro cætera morum ſuorum petulantia, aduerſus magiſtratum veſtium audax qui præſcribere tentet ciuitati tanquam ignominioſæ, Facile, vt opinor, conſtabit, nihil ad noſtram actionem pertinere, quam legem habeat ipſe qui pulſatus ſit. Exiſtimemus enim eſſe aliquem non ignominioſum in templo pulſatum; ſed vel dediſſe huius iniuriæ veniam, vel alio aliquo impedimento agere noluiſſe: num ideone ciuitas quidem ius ſuum tuebitur, vt omnia impune fecerit? Verum ne ipſe quidem aduerſarius tantum in exemplo fiduciæ habet, quantum in ipſa iniuriæ interpretatione. Nos enim iniuriam dicimus eſſe, quod ignominioſum pulſauerit, cui actio non eſt. Ego, iudices, plurimum intereſſe exiſtimo, vtrum quid facere liceat, an vindicare non liceat. Non enim continuo ſi ignominioſo actio non datur, licet aduerſus ignominioſum facere quod quiſque velit. Tale eſt ignominioſum pulſare, quale furtum ſine teſte facere: vt damnari quidem non poſſit, admittere tamen non debuerit. Quin ex ipſo, quod ignominioſo actio non datur, apparet eſſe Reipub. actionem. Quid enim lex eripuit eius demum rei non dedit actionem, quam facere licuit? Non autem ius peccandi aduerſus ignominioſos dari vno & breui & manifeſto videor argumento probaturus: Quem pulſare licet, occidere licet. Atqui ignominioſum ſi quis occiderit, cædis lege tenebitur. Quare? Quoniam actio huius neceſſario ad alium pertinet. Apparet ergo non tibi aliquid aduerſus ignominioſum licuiſſe, ſed ignominioſo nihil pro ſe licere. Itaque ignominioſus non agit tecum iniuriarum: tu tamen iniuriam feceris. & hoc ad pœnam eius vitæ ac turpitudinis pertinebit, quod tu non dabis pœnas peccati. Hæc dicerem ſi vbicumque pulſaſſes ignominioſum: nunc vt iniuria non ſit aliquo loco pulſaſſe ignominioſum: iniuria tamen eſt in templo pulſare. Nam ſi id eſt vtriuſque noſtrum confeſſione iniuria, quod manifeſtum eſt non eſſe iure factum: vt tibi ius fuerit alibi pulſandi ignominioſum, (quod non eſſe iam docui) in templo pulſandi ius non fuit. Hæc ego ita dicerem, etiam ſi omnis iſta actio pertineret ad eum, qui iniuriam accepiſſet. Nunc res duplex eſt: crimina duo ſunt eius, qui in templo pulſauiſſet. Quid enim lex dicit? Qui in templo iniuriam fecerit, decem millia denariorum det ei, cui iniuriam fecerit, decem millia ciuitati. Non ſi hæc iuncta atque contexta ſunt, con-

tinuo vnius legis habent vim & proprietatem. Id ſic cognoſcite duos auctores habent. nec poteſt videri vna lex, cuius pars ad priuatum, pars ad Rempublicam pertinet. Ergo ſi iuncta ſunt iſta (vt dixi) duas cauſas habent. Pars eſt legis eius quæ vindicat templum. Ergo vt remittatur tibi ea quæ pertinet ad templum, reſtat ea quæ pertinet ad ciuitatem. Duæ enim ſunt iniuriæ in hoc tuo facto, & ideo duæ pœnæ. An vero iniquum videri poteſt, eum qui in templo pulſauerit, decem millia ciuitati dare? Quid enim magis in vlla Republica curari obſeruarique oportet, quam religionem? Sane petulantia aliis locis mediocrem habeat reprehenſionem. In templo vero, in quo verbis parcimus, in quo animos componimus; in quo tacitam etiam mentem noſtram cuſtodimus: pulſare velut in ſolitudine, ſecreto quodam, non eſt ferendum. Dic nunc, Ignominioſus erat. Sed in templo captis vrbibus, vis hoſtium ac metus religione templorum defenditur. Qui iam arma ferre non poſſunt, qui ſalutem ſuam tueri fuga nequeunt, circa aras iacent. In templo pulſaſti hominem: rem petulantem feciſti inter ſacra, feciſti religioſiſſimo loco: & vtcunque, temeraria licet, aliqua ratio tamen appareret facti tui, ſi impetu lapſus eſſes, ſi ductus ira. nullam petulantiam magis odi, quam quæ ſe propter hoc exerit, quia putat licere. Eſt ſine dubio & hoc ipſum dignum odio perſequi hominem fortaſſe infelicem, verecundum certe quod confeſſus ſit. Sane mereatur ille pœnam vlteriorem: manibus tuis parce, parce animo tuo: aut certe relinque iſtius impudentiæ locum. Reſpicere ad ictus tuos coegiſti patres fortaſſe qui vota faciebant, tumultuoſa lite aliqua. neſcio an etiam publica ſacra turbaſti. Quomodo enim cecidiſſe te exiſtimemus, qui faciebas hoc tanquam liceret?

CCLVI. *Ex proditore exule, fortis.*

BIS DE EADEM RE AGERE NE LICEAT. In quadam ciuitate proditionis damnatus, miſſus eſt in exilium. Bello eadem ciuitate laborante, reuocati ſunt exules. Is qui proditionis damnatus fuerat, fortiter fecit. Petit vt iterum cauſam ſuam agat. Accuſator præſcribit, quod bis de eadem re agere non licet.

SER-

SERMO.

Initia communia habet controuerſia. Præmium peto lege conceſſam ſine exceptione. Sequuntur & illa, vt iuſtum quoque ſit, virum fortem optare quod velit. Secunda illa quæſtio eſt, an contra legem optare liceat: in qua illud dicere ſolemus. Nullum præmium poſſe inueniri, quod non contra legem aliquam ſit: & ideo magnam eſſe virorum fortium poteſtatem, quia ſupra omnia iura ſit. Deinde comparabimus etiam legem, & diſpiciemus vtram ſeruare magis è Republ ſit. ſi vtique altera tollenda ſit. Poſtea veniemus ad id quoque, an vtique iſta præſcriptio valere deboat ſemper, hoc eſt, an etiam in publicis cauſis, bis de eadem re agere non liceat. In quo illud dicetur: priuatis litibus, quoniam & minus momenti, & plus numeri habeant, ſuccurſum eſſe hac lege: publicas actiones maiores eſſe, quam vt cadant exceptione. Inſequetur denique illud, vt dicamus, Etiamſi in alijs publicis cauſis, bis de eadem re agere ne liceat: non tamen eam conditionem eſſe proditionis: quomodo in cæteris fortaſſe de pœna tantum & periculo quæratur eius qui accuſatur: in cauſa proditionis, de totius ciuitatis diſcrimine litigetur. Illud quæramus, an iſta præſcriptio ad eos tantum pertineat, cum quib. agitur: patiente eo qui accuſatur, liceat bis agere.

DECLAMATIO.

PVtemus te eſſe qui velis accuſare, reum non contradicere: quis tamen prohiberet, quo minus interim accuſares? Ergo quod tibi liceret facere, me patiente: neceſſe erit, me optante.

SERMO.

His excuſſis quæſtionibus, veniemus ad æquitatem. Dicemus hoc eſſe pro nobis, dicemus hoc eſſe pro Republica.

DECLAMATIO.

Opto vt cauſam iterum dicam: nec me fallit, quam multa prætercam quæ mihi lege conceſſa ſint. Sed quis tandem me innocentem, quis dignum conuerſatione veſtra putaret, ſi aliud optarem? eſt pro me. Non enim & tunc ideo in-tum defenſus ſum, vt in ciuitate remanerem, vt eſſem vobiſcum: ſed vt probarem me innocentem, nihil contra p-

triam meam eſſe molitum. Et nunc non eſt ſatis ſi mihi ignouiſtis, ſi me ciuem veſtrum publica neceſſitas fecit. Ego vero ſi merito damnatus ſum, ſi quid tale, quale contra me pronuntiatum eſt, feci: non vtor iſto beneficio. Non eſt pro me, ſed eſt pro ciuitate. Homicidii damnatus, etiam ſi merito exulabat, ſi reuocatus eſt, poteſt de eo dici, Satis dedit pœnarum: alia ſcelera finem ſuppliciorum acceperint. Vos proditorem in ciuitate finetis eſſe? Cum totiens bella interueniant, (non dico de extremo illo diſcrimine) tantine eſt metus quiſquam, toto animo aduerſus hoſtem niſi non reſpicietis? non expaueſcetis? Eſt pro Republica. Sed accuſatoris quid intereſt? aut quid eſt, cur iniquiore conditione dicturus ſum hodie cauſam quam antea dixi? Tum detulerat eum, cui nihil obiici poſſet: hodie defert damnatum. Hoc in primis mihi obiiciet, quod contra me ſententias tulerint ſanctiſſimi iudices, quod proditorem me eſſe pronuntiauerint. Obiiciat, & ſic defendam. Et ne quis me, iudices, ſic audiat, tanquam ego de his querar, qui pronuntiauerunt: ſi iſtud inuidioſum iudicibus eſſet, poterat videri non immerito præmio meo aliquis obſtare. Sed non ſemper iudicum culpa eſt, cum innocens damnatus erit. Aliquando teſtis corrumpitur: aliquando parum diligenter cauſa defenditur: aliquando reo nocet & ipſa fiducia. Vultis ſcire hoc non pertinere ad iudicum pudorem? nemo contradicit niſi accuſator.

CCLXVII. *Flens ad arcem, depoſitor tyrannidis.*

AFFECTATÆ TYRANNIDIS SIT ACTIO. Qui tyrannidem depoſuerat ſub pacto abolitionis, iuxta arcem flens deprehenſus eſt. Affectatæ & tyrannidis reus eſt.

DECLAMATIO.

NOn fui, iudices, dubius eo tempore, quo pœnitentia iuuenilis temeritatis Rempublicam legibus ac poteſtati reddidi: quin mihi multum vexationis, ſiue ab iratis, ſiue ab inuidis immineret. Nec enim iſte accuſator, hodie futuræ tyrannidis in iudicium deſcendit: nec mihi vllum imminere periculum, ex eo crimine quod intentatur, intelligo. Quapropter & initio actionis, & per omnem orationem nihil magis faciendum mihi eſſe intelligo, quam vt inuocem publicam

blicam fidem: vt id quod remiſiſtis, cuius obliuiſci optimum putaſtis, non intra verba modo, primumque promiſſum ſteterit: ſed penitus animis, ac mente impetraſſe videar. Reliqua adeo longe à ſuſpicione affectatæ tyrannidis abeſunt, vt propius ſpectent ad poſteriorem temporum pœnitentiam. Lacrymas quidem meas, ſi hic in iudicio temporibus etiam in hac pace tranquillitate degendum eſt, cum ſint exorandi adhuc animi, multorum ſuſtinenda malignitas. hæc mihi omnia arx fecit. An ego poſſum non flere, quoties cogito quos habuerim parentes, quam domus famam, quas ſpes adoleſcentiæ infelici temeritate, damnandis cupiditatibus, euerterim, vt ſentio, in perpetuum? Nihil eſt enim quod accuſator meus ſimulatione quadam, ad ea quæ præteriere, oblique malignitate obiicere conetur. Ego me feciſſe quod nollem, & ſcio, iudices, & confiteor: & quamdiu vixero, ſemper hoc animo tota mente inhærebit, neque enim illas quæ me tetigerant ſuſpiciones, pertinere ad præſentem defenſionem puto: ſecuriſſima reipub. nec quid illud fuerit, an alienis cupiditatibus obſtiterim, dum meas ſimul omnia iſta abſoluta eſſe credo, eo tempore quo inter me Remque pub. conuenit, vt hæc omnia memoriæ exciderint, vt non ad leges, non ad odium pertinerent: tunc certe laudabatis. Sed quemadmodum apud vos moderationis famam conſecutus ſum, ita apud meipſum. Hæc quoque grauis verecundia animo fuit, quod videbar hoc feciſſe tanquam moderator. Quid poſtea? ſatellites ne contraxi ad arma? habui ante diuiſam pecuniam? aliquid inter amicos continui? Quid obiici mihi poteſt in futurum, cum præſertim affectatio tyrannidis multa crimina, & quæ coniectura colligi oporteat, verum manifeſta deprehendat? Apparet, inquit, cupiditas tua: flens enim iuxta arcem Si confiterer depoſitæ poteſtatis illius pœnitentiam, dicerem tamen aliud eſſe affectare tyrannidem, aliud cupere. Verum quid ſigni, quid argumenti iſtæ lacrymæ habent? flere miratur aliquis hominem? Sed iuxta arcem flens. Num ego poſſum continere lacrymas, quoties illum locum video, à quo tam libenter deſcendi? Illic mihi ſuccurrit, infamata adoleſcentia: quoties arcem vidi, ſuccurrit inde has inimicitias. Sero me, accuſatores, deprehendiſtis. Quint in me putatis fleuiſſe antequam deſcenderem? iſtius enim affectus argumentum lacrymæ habent. Cæterum

affectare tyrannidem, ſperantis eſt, erectioris animi ſunt iſta crimina, fletus, remiſſi, fatigari. Tu id mihi criminis eius argumentum vis videri, cuius deſperatio eſt. Quæro enim ex te, vnde iſtum fletum putes? Nam ſi affecto, ſi ſpero, ſi rediturum me ad ea, ex quibus inuitus deſcenderim, puto: quæ cauſa lacrymarum eſt? Si vero hoc eſt quod animum meum torqueat, quod ex illo faſtigio deſcenderim, quod ex æquo viuam, quomodo affectare poſſum, quod ſcio mihi non poſſe contingere? Eodem reuoluatur oratio neceſſe eſt, vnde cœpit. Ego publicam appello fidem, quæ inter piratas ſacra eſt: quæ inter armatos hoſtes inducias facit: quæ deditarum ciuitatum iura conſeruat. Qualecunque iſtud eſt, promiſiſtis, cenſuiſtis, ac de me quidem nihil. Mihi enim iam tædio vita eſt: iamque hæ lacrymæ quotidianæ acceſſerunt prope ad vota mortis. Illud videte, an ſi aliquem Reipub. error, aut fortuna: ſi quem aut conſilium aliquod, aut temeritas miſerit, detis locum pœnitentiæ, permittatis emendari: velitis meliores fieri ciues.

CCLXVIII. *Orator, Medicus, Philoſophus.*

Contendunt Orator, Medicus, Philoſophus de bonis patris, qui teſtamento eum hæredem reliquerat, qui ſe probaſſet amplius prodeſſe ciuibus.

DECLAMATIO.

LEx contentionis, & formula, & omne præſcriptum ex teſtamento patris pendet: cuius vis non eſt ea, vt quæratur quæ profeſſio ex noſtris ſpecioſiſſima (quanquam ſic quoque vincerem) ſed quæ ciuitati ſit vtiliſſima. Nihil eſt ergo quod ingenia iactent, nihil quod ex animo ſuo tantum referant. Quæritur quis omnibus proſit. Sit Philoſophia res ſumma: ad paucos pertinet. Sit Eloquentia res admirabilis: non pluribus prodeſt, quam nocet. Sola eſt Medicina, qua opus ſit omnibus. Et patrem quoque noſtrum id voluiſſe, vt hanc quam in contentione reliquiſſe videtur partem, quodammodo ciuitati daret, manifeſtum eſt. Non ſibi vtiliſſimum, non amicis vtiliſſimum, non de patre optime meritum, proprie quid ferre ex teſtamento ſuo voluit? qui fuerit vtilis ciuitati. Ergo & æqualiter ad omnes Medi-

tina ſola pertinet, & nulla tam neceſſaria eſt omni generi hominum, quam medicina. Reliqua conferamus. At mihi primum agendum eſt cum fratre Philoſopho, cuius ego in hodierna contentione propoſitum mirari ſatis non poſſum. Nihil enim videtur habere Philoſophia præſtantius, quam quod modicis contenta eſt, ampliores opes non deſiderat. Nam ſi cupiditates eaſdem, quas cæteri habent : non video quid proſit. Neque me præterit iudices, quam multa dici aduerſus hanc profeſſionem ab his ſoleant, quorum libertatem non impedit perſonæ. Quippe hos illi & vanos vocant & otioſos, & in ambitum ipſum, contra quem maxime diſſerere videntur, allgatos. Mihi cum fratre quæſtio eſt. Hæc ergo leuiora dixiſſe ſatis eſt, Philoſophiam non eſſe neceſſariam. Ego autem mores naſci puto, & propriam cuiuſque naturæ virtutem. alia forſitan diſcantur: quædam experimentis cognoſcenda ſunt. Boni mores conſtant voluntate. Id parere diuerſis vtriuſque partis exemplis poteſt. Nam & optimos viros citra philoſophiam fuiſſe conſtabit: & ſtudioſos ſapientiæ vſque ad vltima exempla ſcelerum nequitiæque veniſſe. Non enim, vt opinor, ex iſtorum ſcholis abſtinentiam didicere Fabritii, Curii: nec viri mortem contemnerent, Decii conſecuti ſunt: nec vetera horum explicando monumenta tulit ciuitas populi Rom. liberatores Brutos, tulit Camillos antequam vlla iſtius artis ſimulatio irreperet. Iam vero ſi ex diuerſo intueri placeat, quis ignorat ex ipſa Socratis (quo velut fonte omnis philoſophia manaſſe creditur) ſchola, euaſiſſe tyrannos & hoſtes patriæ ſuæ? Non eſt igitur neceſſaria philoſophia. Atqui enim vt ſtudio peruenire ad ſapientiam poſſit: via tamen eius incerta eſt. Nanque vt omnes in vnum philoſophos contraham, non tamen inter eos conſtare poteſt, quæ potiſſimũ ſecta diſcenda nobis: quibus præceptis parendum ſit. Pugnãt inter ſe, atque diſſentiunt: & perpetuam hanc per ſæcula litem trahunt. Aliis ſummum bonum, voluptas habetur. Quidam id in nuda virtute poſuerunt. Nonnulli miſcere iſta conati ſunt, atque confundere: & ex bonis corporis, animique & eorum quæ extra eſſent, ad finem vitæ beatæ perueniri poſſe exiſtimauerunt. Delectauit quoſdam modus hominum. Iam vero quanta circa deos pugna? Quidam nihil agi ſine prouidentia credunt. Alii curam deorum intra ſidera continent. Quidam in totum deos ſuſtulerunt. Quidam cum hæc erubeſcunt, cura vacare vtique dixerunt. Hi nos ad adminiſtra-

S 5 tio-

tionem Reipublicæ hortantur: illi nihil periculoſius ciuilibus officiis credunt. Quoſdam videas odio pecuniæ ferri, nudos expoſitoſque, veluti ad prouocandas calamitates. Sunt qui voluptates non animi modo, ſed etiam corporis, inter præcipua ducant bona. Quibus credam? quibus accedam? quicquid probauero, plures negaturi ſint. Nec porro quæcunque præcipiuntur, ſtare poſſunt. Ergo & non neceſſariam eſſe philoſophiam, & difficilem electionem eſſe dicimus: atque inter ipſos etiam pleroſque philoſophos conſtat vix poſſe percipi. Neque ego ignoro eſſe quoſdam, qui quanquam nomen Sapientiæ facile atque auide (vt ſic dixerim) dederunt: tamen quidam ſapientiam ex fabulis Reipub. tunc, & inter eos qui ſtuduerunt, qui elaborauerunt, nullum adhuc inuentum eſſe confitentur. Verumtamen, vt aliqua etiam de vniuerſo loquamur: quis vſus ipſorum virorum? Militiæne vtilis, an ciuilibus officiis? Quid in his deprehendas, præter fictam frontem & perpetuum otium, & quandam ex arrogantia auctoritatem? Verum ſint iſta (vt dicitur) magna. Ego hæc ad formam legemque paterni teſtamenti voco. Quid ciuitati proſunt? Amputant vitia. Nimirum nemo luxurioſus eſt, nemo pecuniæ cupidus. Hæc de Philoſopho dixiſſe ſatis eſt. Transeamus ad Oratorem: quem intelligo fiducia eloquentiæ ad hanc deſcendiſſe cauſam. Multum ſe valere in iudiciis putant: rapiunt malas aliquando cauſas. Et ſane ſi iuſtitia valeat, quid eſt eloquentia? quid ergo ciuitati conferunt? Illa enim ſane remittamus: omne circa verba ſtudium, & (cum rerum natura beneficio ſuo ita homines inſtruxerit, vt nulla res non voce explicetur) ſuperuacuum quendam in exorando laborem. Eodem redeunt omnia. Quid ciuitati profuiſti? Aduocatione tua defenſus eſt aliquis: ſed læſus qui ex diuerſo erat. Eripuiſti periculo reum, vnde ſcio an nocentem? Innocentia quidem per ſe valet. Damnatus eſt aliquis accuſante te. Vnde ſcio an eloquentiæ vitium ſit? Quid ego de priuatis loquor? Ciuitatum ſtatus ſcimus ab oratoribus eſſe conuerſos: ſiue illam Athenienſium ciuitatem quondam late principem intueri placeat, acciſas eius vires animaduertemus vitio concionantium: ſiue P. R. ſtatum excutere voluerimus, nonne grauiſſimas ſeditiones, nonne turbidiſſimas conciones eloquentiſſimus quiſque habuit? Nonne illi Gracchi ad euertendam Rempublicam, his veluti armis ſuccincti, acceſſerunt? Quid ego dicam, quantum ciuitati profuerit Eloquen-

loquentia? ſibi nocuit. Summos vtriuſque partis oratores videamus. Nonne Demoſthenem illum oppreſſum veneno ſuo ſcimus? nonne Ciceronem in illis in quibus totiens placuerat roſtris, pœnæ ſuæ expoſitum? Hæc dixiſſe ſatis erat. Nam ſi ciuitati nihil vtilitatis afferunt hi cum quibus contendi: ſatis erat, relictum eſſe me ſolum. Aliqua tamen de Medicina dicam: non mehercule iactandi mei cauſa, ſed commendandæ artis ipſius, cuius auctores ante omnia accepimus deos: ſiue (vt maxime reor) vt hæc infirmitas hominum haberet adiumenta aliqua, atque ſolatia, ſiue tantum huic arti tribuere maiores, vt eam vix crederent humanis potuiſſe ingeniis inueniri: ſiue ipſa medicina per ſe ſacrum eſt. Contendamus ſane apud ſecuros. Si quem (quod abſit omnibus) ſubita deprehenderit valetudo, oratorem ne conſulet? Quid nunc ego enumerem contra quot fortunæ iniurias Medicina aduocetur? Illam valetudinem qua ſpiritus ſtrangitur? an illam qua viſus periclitantur? an illam qua vulnera curanda ſunt? an illam qua debilitati occurritur? remoue a medicinam, tu philoſophe conſolaberis? Quod hominum genus eſt, qui ſexus, quæ ætas, quæ non vtilitatem ex hac petat? Itaque etiamſi medicina vinci fata non potuerunt, productus tamen vſque ad eam pater noſter, qui tres liberos habebat.

CCLXIX. *Diues ſub Tyranno auctionatus.*

DEPOSITI SIT ACTIO. Pauper & diues amici erant. Pauperi duo filii adoleſcentes. Cum Tyrannus eſſe cæpiſſet in ciuitate, diues facta auctione diſceſſit. Rumor erat pecuniam apud pauperem eſſe depoſitam. Tyrannus acceſſiit pauperem: torſit ipſum, torſit & filios eius. Cum ille pernegaret penes ſe eſſe, dimiſſus eſt. Poſtea tyrannus occiſus eſt: redit diues: petit pecuniam quam ſe depoſuiſſe apud pauperem dixit: & duos ſeruos quos ſolos exilii comites habuerat, in quæſtionem pollicetur.

DECLAMATIO.

DEPOSITVM peto. Scio hunc eſſe ordinem probationis, vt primum oſtendam habuiſſe pecuniam, quam deponerem. De hoc nemo dubitat: diues fui. Etiam ſi me cupiditas amici ad duos ſeruos redegit: aliquando tamen numerabar inter principes huius ciuitatis. Et vt ſciatis pecuniam

cuniam non ſatis eſſe, patrimonium meum detinet, ſi domum, ſi mancipia, ſi vendita eſſe omnia, ſi in pecuniam redacta conſtabit: ſupereſt vt deponendæ pecuniæ habuerim cauſam. Fuiſſe me in metu fortunæ huius, quã patior, manifeſtum eſt: nihil minus fuiſſe rationis, quam vt mecum pecuniam ferrem, liquere omnibus credo. Nec illud tantummodo dico, ne perſequeretur tyrannus, ne quis itineris caſus auferret, ne fugientem onus ipſum grauaret. Poteſtis aliquid etiam ex ipſo fugæ comitatu colligere: ne ſeruos quidem amplius quam duos duxi. Deponendi fuit ratio. Proximum eſt, vt quæramus, apud quem deponendum fuit. Apud aliquem in ciuitate, quis amicior mihi, in quo plus eſſe fidei exiſtimaui? Hoc probandum diutius foret, niſi ſciretis conſtitit inter omnes. Dicat iſte quam multa volet aduerſus famam, dum tamen conſtet nil aliud eſſe iſtam, quam ſenſum ciuitatis. Si ab vniuerſis tamen ad ſingulos vocamur, & tyrannum teſtem dabo. Illum quidem neque ego laudo: ſed ipſa vitia eius, ipſa ſcelera facient huic rei auctoritatem, vbi pecuniam credidit eſſe. Qui quærebat non dubitauit, vt torto tibi & pernegatnti non crederet: vt quæſtionem vſque in liberos minitaretur. Sed in tormentis (inquit) perſeueraui. Quam honeſte feceras, ſi redderes. Sed & liberi perſeuerarunt. Nam & tu fortaſſe propter illos perſeueraſti. Neque ego dubito, quin prius iſtud à fide feceris: ſed te male (vt ſic dixerim) docuit patientia. Indignum putaſti tam multa paſſum eſſe propter alienam pecuniam. Illud certe manifeſtum eſt, hinc tibi venire fiduciam negandi, quod negaſti. Si tortus non eſſes, mihi illa ſufficerent, Pecuniam habui: deponere debui: apud neminem alium deponere illam debui: ſciunt ſerui mei. Mutaſti animum poſt iſtud tormentum. Si tamen tibi magnum videretur in tormentis eſſe momentum: & iſti torquerentur. Rem quidem facio miſeram; Do in quæſtionem (iam dices mihi) ſeruos: ſed qui propter hoc ſerui ſunt, vt torqueantur. alioquin non eram tam ingratus, vt in hoc nomine adhuc eos detinerem, qui mecum ſoli fuiſſent. Suſtinebitis igitur tormenta fideliſſimi comites: ſuſtinebitis quæſtionem optime meriti: ſed ignoſcite. Facilius eſt egeſtatem ferre in hac natis. Me onerat maiorum meorum dignitas, onerat prioris conſuetudo vitæ, onerat etiam fama: & omnino de innocentia mea quæritur. Indebitam pecuniam ab amico peto: & hinc

hinc potiſſimum quem calumniarer, elegi: cum ſi effodit, ſi abſcondit, cum ſi hic vere pauper eſt, ne damnato quidem ſim receptus. Rem incredibilem & in qua me dementiæ crimine damnari neceſſe eſt. Ante omnia perdidiſſe me omnem pecuniam dico, ne diues eſſe poſſim. Ideo demum mentior, vt mihi cum duobus ſeruis tortis (ſi tamen quæſtioni ſuperfuerint) viuendum ſit? ſi minus, ſoli, qualis in exilio fui, qualis cum tyrannum fugi eram? Ego ſi calumnior amicum meum, grauiorem pœnam ferre non poſſum : perdo quicquid peto. Et quam cauſam iraſcendi tibi habui? quid tantum maleficiſti mihi, vt ego non ſim tormentis iſtius contentus? Scio dici ſimile aliquid etiam ex parte diuerſa. Quem ſibi vſum fore pecuniæ dicet? Ante omnia hoc diſſimile eſt: quod pauperi alioqui, & duorum liberorum patri (quæ res acerbiorem paupertatem facit) tamen ſecreta pecunia & abdita affert ſecuritatem. Nam vt poſſeſſiones non pares, vt familiam non emas, non laxiore habites domo, aduerſus fortunam tamen tutus es: tibi pecunia hoc præſtat, vt ſis pauper ſecurus. Adiice illud quod tu de longioribus temporibus cogitas. In ſumma, ſi vincis, aliquam tamen potes ſpectare rationem. Ego cur litigem, quid eſt? vt aliquid auferam? Quid habes niſi depoſitum? Ego me, iudices, hanc pecuniam perdidiſſe ſcio. Nam vt damnetis, quo manus mittam? perſeuerabit enim in iſta ſimulatione homo, quem nec tormenta vicerunt. Omnis litis huius cauſa mihi in hoc eſt, vt defendam pudorem meum. Tu tamen inueni. vbi perdiderim neſcis quære, hi ſerui à me non receſſerunt hi conſcii ſunt omnium: hi mihi iraſci poſſunt, ſi tormentis, ſine cauſa offeruntur. Non eſt tamen æquum, comparari fidem tormentorum. Ex altera parte liberi ingenui torti ſunt, ex altera parte ſerui. Non facit iſta res pertinaciam, ſed cauſa mentiendi. Ego quomodo dico perſeueraſti, vt pecuniam lucrifaceres: ſpectaſti ſequentia tempora, ſpectaſti lucrum. Sic tu dic, Serui mei quid ſpectaturi ſunt? quid ex hoc conſequentur? Et vos quidem Tyrannus (vt parciſſime loquar) dimiſit: tu arbitrio tuo torque; quicquid paſſus es, quicquid adiicere inueniendæ veritatis gratia potes, adhibe dum ſpiritus erit, dum loqui poterunt. Quære an negent: & ſi perſeuerauerint, aude dicere, Homines in tormentis ſolere mentiri.

CCLXX. *Rapta ex duabus geminis.*

QVI CAVSA MORTIS FVERIT, CAPITE PVNIATVR. Ex duabus geminis adoleſcens alteram rapuit. ea ſe ſuſpendit. pater alteram eduxit ad magiſtratus, & præcepit illi, vt mortem raptoris optaret. Adoleſcens putauit eam eſſe quam expuerat: duci eum iuſſit magiſtratus. Poſtea compertum eſt, quod accidiſſet. Accuſatur pater, quod cauſa mortis fuerit.

SERMO.

FACILIS & in promptu ratio eſt huic ſeni, quod pertinet ad affectum pœnitentiæ, quod pertinet ad æquitatem. Niſi tamen etiam iure defenditur, verendum erit ne illum flentem iudices damnent. Diligenter ergo pugnare circa legem debebimus. Et ſane aſperiores in controuerſia, partes fortaſſe recte declamatores relinquant. Diuiſio pene hoc proprium habet, oſtendere oſſa & neruos controuerſiæ: & ſecundum meum quidem iudicium, idem præſtare declamatio debet. Nam ſine his de quibus loquutus ſum, caro ipſa per ſe quid ſit intelligitur. Sed in declamatione veſtienda ſunt hæc, vt ex illis interiores vires habeant. Finiamus ergo neceſſe eſt, quid ſit CAVSA MORTIS. Tota enim lis, & omne diſcrimen controuerſiæ in hoc poſitum eſt. Nam ſi ad finitionem partis aduerſæ accedimus, vt cauſſa mortis ſit, qui attulerit cauſam alicui moriendi, per quem factum ſit vt aliquis moreretur: nullo modo defendere nos poſſumus. Neque enim dubitabitur, quin per hunc factum ſit, vt ille moreretur, qui filiam ad magiſtratum perduxit: qui præcepit vt mortem raptoris optaret, Nos ergo cauſſam id eſſe mortis dicemus, quod nullis extra accidentibus cauſis, mortem homini afferat, quod ſolum mortem homini intulerit. Deinde dicemus, ſi decedendum ſit finitioni partis aduerſæ, frequenter etiam honeſtiſſima in hanc calumniam cadere poſſe. Subiungemus quæſtionem, an poſſit quiſquam accuſari, quod cauſa mortis fuerit, in eo qui iure ſit occiſus. Sequitur quæſtio, an hic iure ſit occiſus. Poſt hæc, licebit nobis dicere illa, quæ ſola dicuntur.

DECLAMATIO.

QVI CAVSA MORTIS FVERIT, CAPITE PVNIATVR. Satis oſtendit ipſa pœna, eum demum teneri hac lege, qui idem commiſerit, quod ſi occidiſſet. Neque enim grauius quicquam aduerſus eum qui ſua manu interfecerit, conſtituere potuit legumlator, quam

quàm aduerſus eum qui cauſam præſtitiſſet. Ergo & ſimilitudine pœnæ, etiam crimen par exigere debetis. Hoc quo pertinet? ne exiſtimetis veram illam eſſe finitionem, quam pars diuerſa complectitur: vt per quemcunque ſteterit, vti homo occidatur, ſi cõtinuo cauſa mortis fuiſſe videatur. Alioqui iſta ratione, & ille qui nocentem accuſauit, cauſa mortis fuit: & ille qui teſtimonium in reum dixit, etiam ſi verum id fuit, cauſa tamen mortis haberi poteſt: & ille qui adulteros marito prodidit, cauſa mortis haberi poteſt: & ille qui ſceleratum produxit in publicum. Cur igitur hi accuſati iſta lege non poſſunt? quoniam non per ipſos, tantum ſterit: quoniam iure perierunt hi, quibus mors allata eſt. Sed hanc partem reſeruemus. Interim videamus quid ſit CAVSA MORTIS. Nos id dicimus cauſam eſſe mortis, quod homini mortem attulerit, quod ſolum nullis extra accidentibus cauſis noxium fuerit, quo homo periturus fuerit, etiam ſi nihil ipſe feciſſet. Id quod dicimus tale eſt. Intuendæ ſunt res ipſæ, quæ in crimen deducuntur. Produxi filiam ad magiſtratum: quid hoc ad inferendam per ſe pertinet mortem? Præcepi vt mortem optaret. Detrahe quod ille raptor eſt: detrahe quod & lex raptorem interfici iubet: detrahe quod filia mortem raptoris optauit: ipſum quod ego feci, mortem homini afferre non potuit. Non poſſum ergo videri cauſa mortis homini fuiſſe. Quid feci? quod innoxium erat, ſi nihil ille feciſſet. Fingite enim hæc accidere potuiſſe: produxi filiam: optare mortem iuſſi: ignoret ſane quæ ſit ad magiſtratus educta. Si poteſt dicere, Nihil tale admiſi: nihil nocuerint ea quæ ego feci. Quid ergo illi cauſſa mortis fuit? quod rapuit, quod lex mortem conſtituit: & hoc pene aduerſariorum confeſſione manifeſtum eſt. Non agunt cum ea quæ optauit. Neq; ego ſum tam durus ac demens vt pro ſalute filiam meam periculo meo opponam: ſed vti mihi hoc argumento licet, quoniam & illa tuta eſt. Eadem enim quæ dicuntur à me, ab illa dicerentur: optaui mortem: num tamen hoc nocuiſſet, ſi aduerſus alium feciſſem? quem libet apprehendi ex turba circunſtantium credite: huius mortem optauit: num occidetur? non, vt opinor. Non ergo ipſa optio in cauſa mortis eſt, ſed id propter quod optio valet. Tuta eſt hæc defenſione filia mea: &, vt dixi, ſententia quoque accuſatorum ſecura. Quid mihi accidit ſupra hæc? vnum adhuc patrocinium. Non enim hoc tantum dico: ſi ille

ſi ille non rapuiſſet, cauſa mortis non fuiſſem: ſed illud etiam, ſi filia mihi non paruiſſet, cauſſa mortis non fuiſſem. Hæc ſi non iure occiſus eſſet, ſi errore tantum periſſet, dicerem. Nunc illud vtique inter me & partem diuerſam conueniat neceſſe eſt, non poſſe eũ accuſari, qui vnus vel attulerit mortem nocentis, ſi erit vnus ex his de quibus paulo ante loquebamur: vel accuſator, vel teſtis, vel iudex, vel index. Videamus igitur an iure raptor ſit occiſus, & ſic agam tanquã adhuc viuat, tanquã adhuc de eo quæratur, an occidi raptorem oporteat. Non educo alteram filiam ad magiſtratus: nihil vt optet, præcipio. Filia mea vitiata eſt: ob hoc periit, dico raptorem occidi oportere. Nec ſtatim nitor illa æquitate, vt dicam, quod iuſtum ſit, eum qui intulerit iniuriam, interfici, cum perierit illa quæ accepit. de iure ipſo loquor. Lege comprehenſum eſt, vt RAPTA RAPTORIS MORTEM, VEL NVPTIAS OPTET; vt opinor, vna cauſa legis huius fuit, vt de raptore ſecundum voluntatem raptæ conſtitueretur. Alioqui multa accidere poſſunt, propter quæ rapta non optet. Fingamus vitiatam eſſe eam, quæ loqui non poſſit: num impune iniuriam fecerit, quoniam miſeræ fecit? nutum nempe eius aut vultum, aut aliquod ſignum animi intueri oporteret. At id non eſt opto, nec ſatis verba legis explebuntur. occideretur tamen raptor, ſi id velle raptam intelligeremus. Fingamus valetudinem conſequutam raptæ, vt ea educi ad magiſtratus non poſſet: deerit aliquid legi. vindicari tamen eam tanto magis oportet, quod credibile erit etiam ipſam valetudinem ex iniuria natam. Quod ſi non vtique (vt ex his manifeſtum eſt) vocem raptæ exigi oporteret, ſed ſolam voluntatem: videamus tamen an quæ rapta eſt, mori raptorem voluerit. Pluſne vobis videretur, iudices, ſi apud magiſtratum locuta eſſet: quam quod ad magiſtratum venire non auſa eſt, quod oculos ſuos oſtendere circunſtantibus, oſtendere luci non potuerit ipſi? ſua manu vitam miſera puniuit. Da vires: occidet prius quæ propter hanc iniuriam periit. dubium eſt, ſcilicet, quid factura fuerit, ſi vixiſſet? Raptorem ergo perire oportuit. Iam fortiter dico: quid intereſt quomodo perierit? cur ergo ſi hoc modo poterat occidi, falſo alteram filiam eduxi? Dicerem, Luctus confundere (ſi liceret) dolor ſuadebat; ignoſceretis tamen: nunc mihi neceſſarium conſilium, præſens iniuria dedit. Duas filias habueram,

ram, rapta erat altera: altera perierat: munienda domus fuit: & voce potiſſimum alterius virginis, ſoror vindicanda, ne quis dubitaret quid factura eſſet in iniuria ſua. Partis quidem aduerſæ impudentiam mirari ſatis non poſſum. Cauſſam mortis eſſe exiſtimant eum propter quem perierit: cum eum cui cauſſa mortis fuerit, occidi oportere conſtet. Et raptorem periiſſe indignantur, cum certum ſit filiam meam propter raptorem periiſſe. Hoc iſti cauſſam mortis vocant: cur ergo occiſum vindicari oportet, quem certum eſſet, ſi viueret, occidi oportere? Et hæc omnia quæ pro cauſſa mea dixi, quibus collegi me non eſſe obligatum huic legi, non temporis cauſſa, nec præſentis periculi fingere me, vel ex eo manifeſtum eſt, quod raptorem aliter occidi. Nam ſi id eſſet cauſſa mortis, quod iſti videri volunt, hac lege me vlciſci potuiſſem. Iamdiu, iudices, circa iura morari ſcio, longeque receſſiſſe a paternis affectibus: ergo ego in vltionem filiæ meæ nihil feci, niſi quod licuit. Adii magiſtratus: fortiorem puellæ vocem imperaui, quia tutum erat. Ego vero totos in medium profero affectus: nec mihi in cogitatione tum lex fuit, nec iura reſpexi: ſed quæ proxima vindicandæ infelicis filiæ via occurrit, hanc intendi, hanc ſequutus ſum: bene ceſſit, quod & licuit. Age, ſi non habuiſſem quam educerem ad magiſtratus, cuius vice me vlciſcerer: non in publico, non in foro his me ſenilibus manibus vindicaſſem? Tu fortuna facies quod occurrerit: iam non potes efficere vt pœniteat. Filiam perdidi: ſcio hoc nimium eſſe malorum meorum. Sunt qui grauius eſſe vnum de filiis perdere quam vnicum: ſunt qui grauiſſimum exiſtimant vnicos perdere: & quoties non habeant ſolatium, ad quod reſpirant, calamitatis videtur ſine medicina dolor. Hoc grauius est, iudices, perdere alteram è geminis: quotidie mihi occurrit imago funeris mei: quo magis placet filiæ verecundia, quo magis probitas, hoc validius ſubeunt cogitationes. Item miſer perdidi. Si tamen hoc vulnus intuliſſet fortuna, ſi caſus, communi mortalitatis conditione ſolarer. Nunc miſer filiam quomodo perdidi? ante omnia nec virginem, nec nuptam. Qualis ergo infelix vultus, cæſos alioqui laceroſque, ac laqueo tumentes, pater vidi qui me metus, qui tus æſtus agitant? quæ fuit verecundia illa, quæ vltionem ſpectare non potuit? Horret animus recordari, refugiunt cogitationes. Miſera quid paſſa eſt! Nec ſane in cauſa ra-

 ptus,

ptus, amor fuit: non propoſitum matrimonii. non cupiditas nuptiarum. Nihil horum cogitauit, qui neſcit quam rapuiſſet.

CCLXXI. *Ter fortis contra tertium fortem.*

Pauper & diues inimici erant. Pauperi vnus filius: diuiti tres fortiter pugnauerunt: Pauperis filius, & vnus ex diuitis filiis, è lege fortes armis contenderunt. Occiſus eſt diuitis filius. Iterum alter diuitis filius, cum filio pauperis fortiter fecit: & de præmio dimicans, occiſus eſt. Tertio bello quoque is qui reſiduus erat diuitis filius, fortiter fecit: & idem ille pauperis filius. Diues prohibet filium pugnare: non parentem abdicat.

SERMO.

PRIMA *illa communis omnibus fere ex abdicatione pendentibus controuerſiis quæſtio, an vtique neceſſe ſit facere filio quicquid pater iuſſerit: in iis tamen controuerſiis quibus de præſenti agitur, non de præterita. Duo enim genera ſcitis eſſe abdicationum: aut obiicitur quare fecerit filius aliquid: aut obiicitur quare non faciat. Aſperius eſt illud genus abdicationum, in quo iam præterijt crimē, nec emendationem recipit. In hoc lenius verſantur patres, & filij paulo liberius, in quo eſt emendationis locus.*

DECLAMATIO.

ERgo non omnia neceſſe eſt facere liberis, quæcunque patres imperant: multa ſunt quæ fieri non poſſunt: & ideo iudicium conſtitutum eſt aduerſus abdicantes, quoniam recipiebat natura, vt etiam patres aliquando aut errarent, aut iniuſte imperarent.

SERMO.

Illis argumentis adiuuari ſolet hæc quæſtio.

DECLAMATIO.

Si imperes filio vt ſententiam dicat, contra quam exiſtimat: ſi teſtimonium iubeas dici eius rei quam ignorat: ſi ſententiam in ſenatu: hæc magis ciuilia & in medio poſita, ſi ex noſtra libertate argumenta repetenda ſunt: ſi capitolium me incendere iubeas, arcem occupare: licet dicere, Hæc ſunt quæ fieri non oporteat.

SER-

SERMO.

Secundo loco quærimus, an abdicari poſſet, propter id quod facere vult è lege.

DECLAMATIO.

Poſtea videbimus ius iſtud: vtrum tale ſit, vt permittat mihi pugnare: an tale, vt iubeat etiam interimere. Si vtor mea poteſtate, non debeo tamen incidere in pœnam huius offenſionis.

SERMO.

Tertio loco quærimus illud, an pugnare viris fortibus etiam neceſſe ſit. Hæc quoq; quæſtio in multis controuerſiis tractata eſt. Secundum nos erit ſcriptum legis.

DECLAMATIO.

SI PLVRES fortiter fecerint, de præmio armis contendant. Iubemur pugnare: cogimur etiam, ſi ego noluero. Hoc vnum acturi ſumus, vt me aduerſarius timere putet. At enim de præmio iubet contendere: & ſi præmium remittitur, non eſt neceſſaria pugna. At id ipſum lex complexa eſt, ne præmium remittatur, cum de præmio contendere armis iubet.

SERMO.

Poſt hæc dicemus, Domi etiam honeſtam eſſe hanc contentionem: adiuuabimus propoſitionem noſtram, ipſius patris iudicio.

DECLAMATIO.

PRIMO filio pugnare permiſiſti. Iterum quanuis experimentum triſte, quod nunc maxime mihi oppones, iam haberes, pugnare tamen permiſiſti. Quid eſt cur de me peſſime ſentias? Omnis abdicationis cauſa ex timore tuo pēdet. Et eſt quidem iſtud inconſultum, & ſibi repugnans, abdicari filium indulgentia patris: & aliquem carere liberis, orbitatis metu. Verum hanc quoque detrahere tibi ſollicitudinem volo. Erat illud quod à bono patre & à pio dici poſſet, etiam ſi periculoſum ſit, tanti eſt mihi, non tam me ducit gloria militaris, nec fama victoriæ. vindicandi mihi fratres ſunt. An ego qui paulo ante arma (ignoſcat patria, ignoſcant leges minores ſacramento) tuli, & contra hoſtes ſine reſpectu

meo ſanguiniſque pugnaui: vbi mihi vindicandi ſunt fratres, & duo fratres, non pugnabo? non vel diſcrimen vitæ ſubibo? Ego accederem tuo conſilio, ſi timerem. Sed multa ſunt quæ me faciant fortiorem. Ante omnia, aduerſarius iam fatigatus eſt: cogita quotiens pugnauerit: non dico quid fecerint hoſtes. non inde ceciderunt fratres mei. Fortiorem me faciet melior conſcientia: fortiorem me faciet & cauſa pugnæ. Ille pro præmio pugnaturus eſt, quod iam bis accepit: ego pugnaturus ſum pro fratribus, pro pietate. Fortiorem me faciet & fortuna. Solet fatigari: ſolet poſtea quam nimium indulſit, in fine deficere. Facit me fortiorem etiam vſus quidem: pugnantem illum ſæpius vidi. Scio quid maximum fratrem meum fefellerit: quomodo is qui ſecundo loco pugnabat, deceptus ſit. Illud autem pluſquam verecundum & erubeſcendum nobis eſt: pauper pugnare filium ſuum non vetat. Quantum tu adiicis illi animi, quod times? ſed forſitan & incautiorem illum faciat hæc ipſa fiducia. Illud ſcio, fauebit pugnanti mihi populus: ſcio futurum vt Dii immortales ſtent pro mea parte. Non ſolus mihi ſtare videbor: habebo in commilitio fratrum meorum animas. Si quid eſt in animo præſagii, ſi quid in mente ipſa ſpei, concipio victoriam: neque aliunde hæc pertinacia venit non precibus tuis, non minis terreor. Alioqui quid agis abdicando me, niſi vt non pugnem incolumi rerum mearum ſtatu? cogitabo de victoria, cogitabo de vindicta. Si vero cum hac me infamia dimittis, iam nunc dico, arma dimittam.

CCLXXII. *Orbata proditrix.*

QVI CONSILIA PVBLICA NVNTIAVERIT, CAPITE PVNIATVR. Ad colligendum filii corpus nocte proceſſit mater. Comprehenſa ab hoſtibus, & torta, indicauit auxilia venire. Quibus oppreſſis, de vinculis effugit, & nuntiauit cuniculum agi. Oppreſſis hoſtibus, rea eſt quod conſilia publica nuntiauerit. C. D.

SERMO.

POTIOR *in hac cauſa controuerſia, quam lis, eſt. Lis enim circa vnum factum verſatur: in qua illa ſunt quæſtiones, an hoc enuntiare ſit: an etiam ſi hoc eſt enunciare, quiſquis enuntiauit, puniẽdus ſit: an hæc punienda, quod enuntiauerit. Cætera*

vero

vero controuerſia, maiorem cumulum habent: occiſum præſidium, oppreſſus hoſtis; & filius ille: & hac cauſa egreſſa portas. Hac themata tractanda ſunt omnia: ſed cura habendum, ut ſuo quidq; loco tractetur.

DECLAMATIO.

QVI PVBLICA CONSILIA ENVNTIAVERIT, CAPITE PVNIATVR. Poſſum mirari, iudices, hac lege ream eſſe fœminam: neque ideo dico, quoniam non etiam grauius punienda ſit, ſi mentem prodendæ Reipublicæ, perdendæ ciuitatis in hoc ſexu deprehenderimus: ſed publica conſilia quomodo in fœminam ceciderint, inuenire non poſſum: quam quidem ego poſtea affectus neceſſitate merito defendam: interim defendere verbis legis volo. Nam vt confiteretur ſic enuntiari conſilia, ſatis poterat tamen vindictæ in eam expenſum videri per tormenta. Deinde nec conſilia enuntiaſſe videtur, quæ nobis rurſus quid hoſtis ageret, nuntiauit. Quid enim dicitur feciſſe? indicaſſe venire auxilia. hoc neque noſtræ ciuitatis eſt conſilium, neque vllius alterius. Iam tantum conſilium. Enuntiare vero aliud eſſe quàm confiteri, nemo adeo ignarus eſt loquendi vt neſciat. Enuntiatio, voluntatem habet, & animum non coactum: confeſſio, expreſſam dolore multo neceſſitatem. Sed intelligo non eam eſſe perſonam de qua loquimur, vt ſatis ſit eximere eam accuſationi. Volo ire per ſingula, cum tamen illud prius interrogauero vos, iudices, an eadem ira, eademque pœna dignos putetis eos, quos fortuna, quos vis, quos dolor coegerit confiteri aliquid: & eos quos odium Reipublicæ, ſpes prædæ, amor hoſtis in hanc egerit proditionem? Quod ſi nullo modo apud quenquam bonorum virorum poteſt videri ſimile, iam & quemadmodum in hoſtes inciderit videbimus, & quanta neceſſitate confeſſa ſit. Ac ſatis erat primum illud dicere, quæ filium in prælium miſit, cuius partus & ſanguis in prælio ſtetit: cuius ilius, dum mihi charius haber patria, dum propulſare hotem, vel morte ſua, vel ſanguine, vel poſtremo corpore ipſo norari ſtudet, ſpiritũ pro nobis in certamine amiſit: ita pro-ecto inſtitutus, ita à matre dimiſſus: hanc accuſari æquũ eſt, ui miſereri ſatis non poſſumus? Nocte egreſſa eſt. Quis hunc matre, quis miratur affectum, tanquam nouum? Ego ve-o plura confitebor, & quæ forſitan plane admiratione e-

ius digna ſint. Noctem illam tenebraſque non timuit, horridam ipſius loci, in quo pugnatum erat, imaginem tulit. Hæc per ſanguinem humanum, & per fracta tela, & per mixta virorum equorumque corpora quæſiuit filium ſuum: & ne in totum nulla ſua culpa incidiſſe in hoſtes videatur, planxit, & Deos inuocauit. Neminem puto hactenus iraſci calamitatibus. Cætera iam imputari ipſi non poſſunt. Hoſtibus confeſſa eſt nondum dico torta: illud ſatis eſt dicere, fœmina. Si mehercule primæ tantum minæ, acrimor ille exercitus, qui modo fœliciter pugnauerat, confudiſſet fœminam, orbam, ſtupentem malis: erat tamen res digna venia. Confeſſa eſt cum torqueretur. Vbi tantum robur animi, vbi tam firmam ſolidamque mentem, quæ non dolore vincatur, non ignibus cedat, non verberibus ingemiſcat? hanc vero ſatis fortiter, ac ſupra ſexum ſuum feciſſe credo, quod nihil dixit antequam torqueretur. In his tamen neceſſitatibus, in his malis, num demonſtraui aditus, quibus in vrbem venire poſſent? num propoſita noſtra? num occultam ciuitatis voluntatem patefecit? cum torqueretur, minata eſt. At oppreſſa ſunt auxilia à ſociis miſſa. Si damna bellorum deflere hic, iudices, vacat: plura perdidimus, & aciem illam quæ circa filium miſeræ huius iacet: tot fortiſſimi ciues noſtri ceciderunt. Si vero lex iſta belli eſt, ſi nulla vnquam tam incruenta victoria contigit, quæ non haberet aliquam triſtitiæ recordationem: penſauimus omnia: iſta victoria. Recuſo vt poſſit videri ſecundis omnibus, & quadam prouidentia pro nobis Deorum immortalium factum, vt hæc caperetur. Intraſſent ciuitatem hoſtes: nobis & ſomno ſepultis, & ſecuritate ab omni cogitatione bellorum, totus ſubito in viſceribus ipſius vrbis, hoſtis apparuiſſet exercitus: nec prius deſiiſſet, quam incenderet, opprimeret, diriperet. Hic, ſi placet, fœminæ animum, & in amore patriæ aſſumptas culpare vires. Diſcuſſit vincula illa, quæ (vt parciſſime dicam) hoſtis impoſuerat, fœmina, anus, torta rupit. Quæritis quo animo fecerit? Cogitate quid paſſura fuerit deprehenſa: torta eſt antequam offenderet: iterum ingreſſa nocturnum iter, non cõfuſa tenebris, non periculo, vicit curſu ætatẽ, ſexum, infirmitatem: ſecuti ciues quicquid dixerat, quicquid fecerat mater. Salus ergo ciuitatis & victoria, qua nunc gaudemus, huic debentur, hoc eſt enuntiare?

CCLXXIII.

CCLXXIII. *Debitor adulter.*

MARITVS DEPREHENSI ADVLTERI BONA POSSIDEAT. ADVERSVS SPONSOREM SIT ACTIO, QVÆ ADVERSVS DEBITOREM. QVOD DEBITOR NON SOLVERIT, SPONSOR SOLVAT. Quidam debitorem ſuum in adulterio deprehendit. Bona omnia ex lege occupauit: petit debitum ab ſponſore. Ille CD

SERMO.

PRIVSQVAM *venimus ad cauſam, præparare debebimus animum iudicis, pro ipſa perſona ſponſoris.*

DECLAMATIO.

PETITVR à nobis pecunia, quam non accepimus, non conſumpſimus, non in vllum rerum noſtrarum vſum conuertimus. Etiam cum iſtud periculum eſt ſponſoris, miſerabile eſt: bonitate labitur, humanitate conturbat. Hoc quo pertinet? non vt extorqueam vobis, iudices, religionē: ſed vt intelligatis, quod profectò cognoſcitis, non eſſe exigendum à ſponſore creditum, niſi iure ſummo. De quo priuſquam loquor, etiamnum ea, quæ humanitatis & conſuetudinis gratia dici ſolent, non omitto. Debitorem appellaſti: cum ipſo cui dederas pecuniam, egiſti. Non enim aliter ſaluo pudore ad ſponſorem venit creditor, quam ſi recipere à debitore non poſſit. Inhumane exigis, iniuſte petis: pecuniam quam credid eras, recepiſti: nihil mea intereſt, qua via. quicquid eſt iſtud quod à te ad debitorem tuum peruenit, penes te eſt. Sponſor porro in hoc accipitur, ne creditor in damno ſit. Vis ſcire quam ſponſorem appellare non poſſis? debitorem appellare non potes, & quoniam confitendum eſt eandem eſſe cauſam meam quam debitoris, nec tu aliud videri vis: volo ſic agere, tanquam petas à debitore ſemota illa ratione, quod honeſtior perſona ſponſoris eſt: detracto eo quod debitor adulter eſt, quod deprehenſus eſt, quod punitus eſt. Fingamus ergo petere te a debitore, cuius non ſponſores ſumus: reſpondere pro debitore tuo volo. Recepiſti omnia quæcunque poſſedi, ad te tranſierunt: in his quæ poſſedi, erat debitum tuum: totum habes, immo plus habes aduerſum hæc quid reſpondes? Legē mihi bona debitoris tradita ſunt, quoniam eum in adulterio deprehendi. Non facimus legi iſtam controuerſiam: quid tamen conti-

net? vt ad te bona debitoris pertineant. Bona porro quæ ſunt? vt opinor, ea quæ detractis alienis deprehenſa ſunt. Finge alium creditorem fuiſſe eius, quem tu, deprehendiſti. num dubium eſt, quin quamuis ad te bona pertinerent adulteri, recepturus tamen ſuum creditor fuerit? Ponamus enim nunc debitorem ſine ſponſore. rationem, vt opinor, deponeres. detracto ære alieno omni, detractis oneribus bonorum, quod reſiduum ex patrimonio fuiſſet, id tibi lex concederet. Quem igitur calculum cum alio poſuiſti, ponas neceſſe eſt tecum. nam patrimonii in alium tranſituri ea ratio eſt, vt primum credito ſatisfiat. Partem tanquam debitor ſoluis, partem tanquam creditor accipis. Etiam nunc fingamus alios creditores, & nihil in patrimonio quod ſuperſit: id vt manifeſtius atque apertius dicam, ſint poſſeſſiones huic deprehenſo, ſint mancipia, ſupellex: ſit æs alienum, cui æri alieno non ſufficiant ea quæ in patrimonio ſunt: occupabis mancipia, occupabis ſupellectilem, creditores inanes excuties, atque dimittes? Non poteſt hoc æquum videri tibimetipſi fœneranti. Omnia igitur ea quæ apparerēt, in creditum & in æs alienum tranſiſſent. tu quanuis legem haberes, qua tibi adulteri bona deberentur, nihil tamen ex eius adulteri bonis, qui nihil haberet, recepiſſes. Sic ergo tecum debitor tuus loquitur. Bona mea, id eſt, quod liberum in patrimonio meo eſt, & quod proprie meum, ad te tranſire debet, lege prius ſoluo: & quid intereſt ego ſoluam, an tu auferas? non debet ergo tibi is, cui pecuniam credidiſti: multo minus ego, qui profecto ſolutus ſum, ſi alter iam ſoluit. Quid enim alioquin facere me vis? integro ſtatu debitoris mei, ſi à me petere maluiſſes, ad debitorem reuerterer: ſi debitor deceſſiſſet, & bona eius ad hæredem peruenirent, ad hæredem rediſſem, id eſt, bona perſequerer patrimonii, pro quo ego ſpopondi. Idem es reus à quo fui repetiturus, ſi quid tanquam ſponſor ſoluiſſem: nunc ad te tranſiit patrimonium: cœpiſti vicem habere hæredis. Quid enim intereſt, iure teſtamenti à defuncto veniat ad te hæreditas, an lege à viuente? ſi patrimonium mihi perſequi licet, ad te redeam neceſſe eſt. ita iſtud quod accipere non potes, ſi potes accipere, ſolueres.

SERMO.

Hæc de iure: illa iam de circumſcriptione huius ſponſoris.

DE-

DECLAMATIO.

Ego fortiter ſpopondi ſine periculo pro eo homine qui bona habebat: tu, quouſque auaritiam perduxiſti? Parum eſt fœnerare ciuibus. ſine aliqua tua fraude factum videbitur, vt qui aliena pecunia vtebatur, incideret in hoc potiſſimum adulterium? Sed inciderit ſane: neque enim mihi cauſa pro illo hodie dicenda eſt. Quod protuliſti habes: & pluſquã protuliſti, habes. eſt quod in rationes tuas, tanquam creditor, referas: eſt quod in lucrum, tanquam maritus, referas.

CCLXXIV. *Tyrannus fulminatus.*

QVO QVIS LOCO FVLMINE ICTVS FVERIT, EODEM SEPELIATVR. TYRANNI CORPVS EXTRA FINES ABIICIATVR. Tyrannus in foro fulminatus eſt: quæritur an eodem loco ſepeliatur.

SERMO.

In legum comparatione multa quæri poſſunt, ſed varie in quaque controuerſia. Interim quæri ſolet, an priuata altera, altera publica ſit: & vtrum militaris altera, altera pertinens ad ciuilia officia. Hic omnia fere cætera paria ſunt: vtra vtilior & magis neceſſaria ciuitati ſit, quærendum eſt.

DECLAMATIO.

NONDVM rem comparo: interim vtrum magis neceſſarium putatis eſſe, ſeruari eam legem, quæ ad ſepulturam cuius pertineat, an eam quæ ad pœnam tyranni? ſi in totum altera tollenda ſit, hæc præſens modo tempus, ſed in vniuerſum: ſine vtra tandem facilius ciuitas ſtabit. Icti fulmine eodem loco ſepeliantur, quo ſunt percuſſi, ad quam tandem itatis pertinet vtilitatem? At hercule vt inſepultus abiiciatyrannus, ad vindictam, ad ſecuritatem pertinet. Non ſatis auerunt maiores, eas pœnas aduerſus tyrannum conſtitueuas poſſit excipere in vita. Multos magis tangit ſepultud cogitationem poſt ſe futurorum, pleríque grauius motur. Vultis ſcire? propter hoc litigatur. eſt ergo vtilior. id ſi de eo quærimus ho[illegible], ad quem leges, niſi in pœnam

eius ſcriptæ, non pertinent? Exuit ſe tyrannus, & erigit: ſupra leges ponendo, extra illas ſe poſuit. Hominem occidere non licet, Tyrannum licet: expugnare domum fas non eſt, arcem expugnabit optimus quiſque. Inſidiatus ciui, etiam ſi non effecerit ſcelus, pœnas tamen legibus ſoluet: at qui hoc idem aduerſus tyrannum fecerit, etiam ſi deprehenſus fuerit, laudabitur. Lex præcipue iſta ad eos pertinet, qui alioqui ſepeliendi ſunt: idque verbis legis ipſis manifeſtum eſt, Quo quis loco fulmine ictus fuerit, eo ſepeliatur: apparet non de ſepultura quæri, ſed de loco ſepulturæ. Magis al quanto eſſe contraria lex huic videretur, ſi ita ſcripta eſſet, vt fulmine icti ſepelirentur: tum enim ipſa ſepultura illis aſſignari videretur, nunc tantum locus. Num porro cui ſepultura non dari debet, aſſignari locus debet? Sed tyrannus fulmine ictus eſt: non dico, quo loco, nec adhuc ad tractatum huius inuidiæ accedo. hoc illi proderit? Si nobis libertatem humanæ manus, & mortalia conſilia attuliſſent, traheretur publicis manibus corpus extra fines, & vnuſquiſque vexatione eius ludibrioque gauderet: nemo non ſuam manum eſſe quæ traheret, ſuas vires putaret: quoniam ſcelera eius atque flagitia ab ipſis Diis immortalibus condemnata ſunt, quoniam patientiam noſtram ac ſeruitutem numina non tulerunt, continget illi honor? hoc enim voluit ille qui fulmen vibrauit? hoc cogitauit, cum illud noxium caput ſacris flammis petiuit? parum erat ſepeliri tyrannum, niſi in foro etiam ſepeliretur? Quonam fato ego noſtram ciuitatem, iudices, laboraſſe in illo nomine crediderim, ſi prætereeam quæ aduerſus nos ſingulos vniuerſoſque fecit: partem ſpecioſiſſimam ciuitatis, & celeberrimam nobis ablaturus eſt. Si mehercule aliquis liberalis ciuis, immo ſi optime meritus, in foro fulmine eſſet ictus: dicerem tamen excipienda quædam. Immo neque omnes caſus prouidere legumlatores potuerunt: nec templa excepta ſunt. Forum quod mihi templum quoddam pacis videtur, in quo iura exercentur, propter quod leges valent, buſtis occupabimus, infauſtis cineribus polluemus? Totum hercule potius relinquamus tyranni ſepulchro: mutemus locum iudiciorum.

PARS

PARS ALTERA.

SERMO.

Vt ſepeliatur, ſuperſtitione ſola effici poteſt, vt in comparatione [...]*gum illud potentiſſime dicamus, eam legem magis eſſe ſeruandam* [...]*ua Deorum gratia ſcripta ſit, quam quæ hominum. Aduerſus* [...]*ranni vltionem, hominibus tantum eſſe ſcriptam, & ſcriptam* [...]*uiſſimam partem vltionis: hoc vero quod conſtitutum eſt, vt quo* [...]*uiſque loco fulmine ictus eſſet, eodem ſepeliretur, religionis eſſe.*

DECLAMATIO.

NEQVE hoc propter perſonam, neque in honorem alicu[...]ius ſcripſiſſe poteſt legumlator videri: ſed in reuerentiam Deorum. Fas non eſt inde ſubmoueri ictum illum. quomodo ſederant flammæ, ita concremandum corpus vniuer[...]um putauerunt. exiſtimatis locum illum corpori datum? [...]lmini datus eſt. At tyrannus fulmine percuſſus eſt. hoc [...]agis omnia religioſe, & cum cura Deorum facere debemus. [...]ed in foro ſepelietur tyrannus? quam magis mihi inter cæ[...]ra etiam hoc quoque prouiſum eſſe fato à Diis immortali[...]us videtur, quod illi loco deſtinatus eſt! Nemo inire forum [...]oſtrum poteſt, quin videat illud ſepulchrum: protinus enim [...]quatur cogitatio neceſſe eſt, Tyrannus fuit ille, & fulmine [...]tus eſt, & ob hoc pœnas Diis immortalibus dedit. Quo[...]ens noxios crucifigimus, celeberrimæ eliguntur viæ, vbi [...]urimi intueri, plurimi commoueri hoc metu poſſint. O[...]nis enim pœna, non tam ad delictum pertinet, quam ad exemplum.

CCLXXV. *Heres ob adulterum fratrem.*

QVI OB ADVLTERIVM PECVNIAM ACCEPERIT, [...]GNOMINIOSVS SIT. Maior frater minorem in adul[...]rio deprehendit. pro eo rogante patre, & abdicationem eius promittente, dimiſit. abdicatus eſt adulter. Mortuo patre, iauentus heres qui deprehenderat, ignominioſus dicitur.

DECLA-

DECLAMATIO.

QVI PECVNIAM OB ADVLTERIVM ACCEPERIT, IGNOMINIOSVS SIT. Hanc legem aduerſus eos primum conſtitutam eſſe dico qui pecuniam acceperunt, vt adulterium committeretur; ideoque ignominiam adiunctam, quod viderentur rem feciſſe lenonis. Verumetiam ſi hi quoque tenentur, qui in pœnam commiſſi adulterii pecuniam acceperint, is tenetur, qui pecuniam accepit. In mea cauſa vtrum contendis? pecuniam me accepiſſe, cum dimitterem? Non probabis; alioqui ſi hoc putaris eſſe pecuniam accipere, abdicari fratrem, ſtatim diſtuliſſes. Poſtea videbo qua cauſa dimiſſus ſit, interim nego hoc eſſe pecuniam accipere; ſine dubio eſt tam manifeſtũ, vt nulla interpretatione egeat, quid ſit accipere pecuniam. Ego tamen non ſum contentus hac defenſione, niſi illud probauero, ne ſpem quidem pecuniæ oblatam. Quid enim mihi pollicitus eſt pater? ſi dimiſiſſem, futurum vt abdicaret fratrem meum. Heredem teſtamento etiam eum quem abdicaſſet, quis vetabat ſubſtitui in locum abdicati alium heredem? Non poſſum ergo videri propter pecuniam dimiſiſſe, etiam ſi propter hoc tantum dimiſiſſem. Nunc vero quam multa fuerunt propter quæ dimitterem? ſi hoc tantum me mouit, quod frater erat: erat tamen ſatis plena defenſio, & quod minor frater, & quod ſub patre frater: vt etiam ſi ipſi non parcerem, tamen & patris & mea cauſa non debuerim occidere. Nunc vero quis dubitet exorari me debuiſſe, cum pater peteret? Putemus nihil patrem eſſe pollicitum, nullam mihi vltionem præſtitiſſe; quis non impium me, quis non ſceleratum putaret, ſi non impetraſſet? Nunc vero, promiſit vltionem pleniorem, integris inuiolatiſque manibus meis, & ipſe pater ſeuerus: neque enim eſt quod puteris defuiſſe ei grauitatem, defuiſſe ad vindictam animum. abdicauit & non feciſſe hoc eum temporis cauſa, manifeſtum teſtamento fuit. Ergo nec pecuniam mihi pollicitus eſt pater, & ego alias cauſas dimittendi habui, quam pecuniam; & ille abdicatus eſt, non vt ego lucrum facerem. Nec enim perſuaderi cuiquam poteſt, eum qui abdicatus ſit, hæc paſſum eſſe cauſa mea, quando plenior mihi vindicta contigit. Breuis enim pœna mortis eſt; nunc diu eget, diu male audiet.

CCLXXVI. *Bona raptoris qui ſe ſuſpendit.*

RAPTA RAPTORIS MORTEM AVT BONA OPTET. ptor ſe ſuſpendit: rapta optat bona.

DECLAMATIO.

APTA RAPTORIS MORTEM, VEL BONA OPTET. Raptam hanc eſſe, pro qua loquor, conſtat. ab eo raptam : cuius bona optat, non negatur: lege datam eſſe poteſta- verum vellet, conuenit inter nos. Quid eſt igitur quod ſet? Negant dandam eſſe optionem puellæ, quoniam ierit raptor. . Id nulla lege exceptum, nullo ſcripto verbo tum eſt. Interpretatione igitur optionis nituntur. Vi- mus hæc qualis ſit. Lex (inquit) quæ optare vel mortem bona permittit, hoc ſatis ſignificat, ex duobus optandum . Quoniam igitur iam alterum optari non poteſt, ne o- ni quidem locus eſt. hanc legis vim eſſe contenderemus, duobus eſſet optio eligenda puellæ, duo tamen hæc eſſe tenderem, natura & vi. Neque enim ſi raptor nobis ſub- tus eſt, mors ipſa nihil eſt. Sed quomodo non ſatis eſt m ſupereſſe, cum etiam ſi duo eſſent, non potuerit optari vnum ? & hæc duo ita demum ponenter à parte diuerſa onerentur, ſi eſſent iuncta: non vero diſcreta ſunt, ipſa le- ſcriptura, MORTEM VEL NVPTIAS: ita duo ſimplicia, la ſunt tamen. Præterea lex ita ſcripta eſt, vt eligi iube- poſſet opponi vel electioni, SI EX pluribus non eſſet: optio poteſt eſſe, etiam ſingulorum. Et illud (iudices) omnia intueri vos oportet, ſi quid ex lege inclinandum eſtate vt quam minimum ex eadem pereat. Aduerſa- nim queritur, aliquam verbi interpretationem petite: otam legem, totum ius. Tolerabilis enim eſſet mihi aduerſariis contentio, ſi quæreretur an hoc optare puel- eret: nunc id agunt, vt nihil optet: & noua quadam ac ſa actione nituntur, vt bona raptoris optare puella non t, quia optare nihil aliud poteſt quam bona. At non eſt m, & mortem raptoris cont[illegible] na. Sed hoc eo et, vt ſi mortem optauit, o[illegible]e non debeat bona, ita de- enim & mortem ei contigi[illegible]e raptoris dicemus, & bo- quum eſt enim interpellari poſſe optionem etiam facto alieno vero iniquiſſimum. Quare ſi per hanc ſteriſſet,

vt raptor

vt raptor periret: quanquam poſſem dicere, illud non optauit; & legi non eſt ſatisfactum: haberet ita non aliquam rationem: ſaltem falſa eius calumnia. nunc quid fecit puella vt raptor moreretur? Itaque huic non tantum in hoc labor eſt, vt bona raptoris accipiat: ſed in illo maior aliquanto, vt vobis approbet, quod optatura fuerit, ſi viueret. Duas enim ſine dubio pœnas, aduerſus raptorem lex conſtituit: alteram tamen mitem: nec ſemper hac cogitata & publicata crudeli ac ſanguinaria tenetur. Hodieque alioquin nonne merito à vobis, merito à ciuitate reprehenderetur, ſi aliud non optando hoc oſtenderet & feciſſe raptorem quod ipſa eſſet optatura? Hinc tranſeunt ad coniecturam, & ſuſpicari vos volunt ea, quæ probare non poſſunt. Non enim (inquiunt) eſt credibile periturum fuiſſe raptorem, niſi hoc optaturam ſciſſet puellam. Ante omnia, cum dicitur ſciſſe, illud oſtenditur, poſſe probari quo modo ſcierit. Quæro enim à vobis ipſis aduerſariis, quo modo colligatis ſciiſſe eum, cum non liqueat hoc vobis? Si quid eſt, afferte & ad iudicem. Vnum argumentum eſt, ipſum quod perierit. Hoc etiam ſi mortis fecit metu, potuit tamen naturaliter fuiſſe timidus: etiam nullo accepto ſigno, propter quod vitam deſperaret, confuſione tamen, & proprio animi ſui periiſſe motu. Nunc vero credibile non eſt quenquam perire mortis metu. quid enim timuit vlterius? Quare etiam credibilius videtur mihi, idcirco periiſſe eum, quod optaturam puellam bona exiſtimaret. Sunt enim plerique, qui mortem potiorem, quam egeſtatem putent: quibus delicate educatis (ex delitiis enim hæc licentia facta eſt) intolerabilis videatur nuda vita illa, & omnibus quibuſcunque antea abundauerunt, deſtituta. Hoc igitur eſt credibilius: & hoc puella voluit, & in hoc perſeuerat. Et certe nulli tolerabile aut æquum videri poteſt in grauiſſima iniuria, qua virginitatem perdidit, qua florem ætatis amiſit, qua prima illa gratia apud maritum futura, præcepta eſt, neque mortem optauerit, neque bona accipiat.

CCLXXVII. *Prægnans adultera.*

SVPPLICIA PRÆGNANTIVM IN DIEM PARTVS DIFFERANTVR. Prægnantem in adulterio deprehenſam occidit maritus; reus eſt cædis. C D.

DECLA-

DECLAMATIO.

VM reus agar cædis, nihil fortius confiteor, quam à me occiſos homines:&,ſi quid numerus quoque adiicere inæ poteſt,duos. Verum iſtud non poteſt videri ſæuitia, crudelitas,quæ per leges venit : occidere adulterum licet adultera. Ex alia parte naſcitur origo huius calumniæ: gnantem(inquit)occidiſti:& ſupplicia prægnantium lex rrein diem partus iubet. V confiterer hoc eſſe ſuppli-,atque eo nomine appellandum:fortiter tamen dicerem, s omnes quæcunque de ſuppliciis ſcriptæ ſunt,ad eos per-e,qui damnati ſunt,qui in iudicio conuicti,qui per mini-a publica,& carnificum manus occiduntur Nam & cætem ſupplicia ante iudicium non ſolent eſſe, & non niſi per iſtratus exiguntur, non niſi certa lege ordinationum hoc riptum eſt : mariti dolori hoc ius ille conditor conſcri-quæ legis huius,voluit eſſe priuatum. Non magis ergo ousaut di m præſtituiſſet adulteræ,quam manum carni-quam ſententiam iudicis, quam imperium magiſtratus. d ſi ne differri quidem hoc ſupplicium poteſt? non enim um eſt, quin lex de his loquatur, qui quandoque ſint in ublicæ poteſtate. Damnatus aliquis, cuſtodia publica net .r,carcere continetur : poteſt de hoc ſupplicium ſu magiſtratus cum voluerit. Adultera dimiſſa, non redit num mariti. Nec hoc tantum in lege eſt, vt adulteræ icium differri non poſſit: ſed illud etiam, vt non tantum eræ pereant. Nam lex cum occidere mihi adulterum adultera permittat, manifeſte illud oſtendit, non poſſe iuerſis temporibus occidi : ac ſi alteri remittatur ſuppli-, impunitatem etiam alteri dandam. Ergo non ſolum nantis ſupplicium, etiam vt ſic loquemur, ſed etiam ad-non differendũ tantum, ſed tollendum omnino fuiſſet. d ſi hoc quidem ſupplicium appellari conuenit (habent omnia hæc nomina ſuam proprietatem)non ſemper ho-pplicio affectus dici poteſt : non vbicunq; pœnam ha-etiam ſupplicium eſt. Nomen hoc,eſt publicæ animad-onis nomen,exactæ per magiſtratus pœnæ. Indignum ccidere eam,quæ prægnans facta eſt Nondũ dico quãto is peccauerit:interim cuius miſeretur? infantis ex adul-fortaſſe concepti ? Et,iudices,interrogo vos cuius rei legem cauiſſe exiſtimetis ? illius qui erat conceptus à nocente

nocente fœmina? non eſt credibile legem proſpexiſſe ei, cui rerum natura datura fortaſſe non erat lucem: qui an naſci poſſet, dubium fuit: qui etiam odium, ex ea quæ conceperat merebatur. Quare ergo ſcripta lex eſt? pro patribus qui nihil fecerunt. Indignum enim viſum eſt, etiam ſi mortem meruiſſet mater, auferri filium innocenti patri. Dixero, Lex pro me ſcripta erat: non poteſt videri contra me valere. In hac vero, ne illius quidem, quicunque futurus ſit, mouere vos miſeratio poteſt, quis enim illum agnoſceret? quis educeret? cum manifeſtum eſſet ex crimine ex flagitiis, ex ea re, quæ morte punitur, eſſe conceptum? Ipſam vero adulteram adeo oportuit occidi, vt nulli vnquam iraſci magis leges debuerint. Vltra commune flagitium eſt, prægnans adultera, aliqua hoc tempore, quo ſaluo pudore à marito ſecumberet, cum adultero volutata eſt. Et cum animalibus mutis, etiam quorum libido ratione continetur, hæc tamen ſit natura, vt poſteaquam conceperint, omnem refugiant venerem: matrona ne pudore quidem partus (vt vos dicitis) iam inſtantis moueri potuit, vt pudicitiam, ſi non marito, at futuro certe filio præſtaret. Illa igitur prior damnauit ventrem ſuum. Victurus autem fuit ille, ſi ego adulteram non occidiſſem. Non nouimus hos mores turpiſſimarum fœminarum, vt oderint puerperia? vt filios, velut indices ætatis ſuæ, abominentur.

CCLXXVIII. *Expoſitor quotiens cum forti X. millia.*

VIRI FORTIS PATER DECEM MILLIA ACCIPIAT. Is qui videbatur filium habere, decem millia cum ille fortiter feciſſet, accepit. poſtea iuuenem pater naturalis agnouit, ſolutis alimentis recepit. petit decem millia.

DECLAMATIO.

DECEM millia à me petis: quo iure? qua cauſa? credidiſti, an depoſuiſti? an ex alicuius rei venditione, precium ad te pertinet? Nihil horum. nullus inter nos contractus fuit: niſi quod mihi nuper aliquid debuiſti. Legem affers, qua patri viri fortis, decem millia dari oportet: cuius quidem ſummæ ſi non præſtetur fides, petitio (vt opinor) à Republica eſt. Nam vt iam conſtet, vter accipere debuerit, illud tamen reſpondeas mihi velim quis dare debuerit. ſi patri debetur, debet Reſpu-

blica

cà. Viderimus an ego à ciuitate rectè acceperim. Tu non
tes accipere, niſi à ciuitate. At ego accepi id quod tibi debe-
ur. Puta me in præſentia confiteri: repeter fortaſſe qui de-
. Interim tibi non alius debuit, quam qui mihi dedit. Sed
lo nunc agere etiam Reip. cauſam: & ſic reſpondere tibi,
quam iſtud à magiſtratibus petas. Non eſt tempus hoc
ionis iſtius: quando enim filius tuus fortiter fecit? mul-
n iam tranſiſſe tempus ante hanc actionem confiteberis.
errogabo vbi fueris. etiam ſi te peregrinatio detinuit, et-
i ſi abſentia in cauſa fuit, quominus acciperes, dicam ta-
n pleraque iura tempore circumſcribi. Si vero & in ciui-
fuiſti, & præſens eras cum honoraretur filius, vt nunc res
tuus: interrogo, cur non petieris? nam vt non acceperis,
icit hoc, quod non petiſti. Non eras illo tempore pater,
a neſciebas te eſſe. Non debebatur igitur tibi eo tempore,
Reſpublica debuit. Illud quoque interrogo, quomodo
um ſit, vt ego acciperem. Pater viri fortis eram. quorum
unque breuiter oſtendere iudici neceſſarium eſt: & me
n patrem fuiſſe, cum decem millia debebantur patri viri
is: & te non fuiſſe: ideoque te non accepiſſe. Patres enim
i tantum natura & illo initio continentur: ſatis eſt plerun-
ad hoc ius videri. Non dubium eſt, quin ſi inteſtatus de-
iſſem, antequam tu agnoſceres, aditurus ille hereditatem,
i ſi filius fuerit? num dubium eſt, quin ſi honores peterem,
futurus mihi tanquam filius fuerit? num dubium eſt, quin
quod longe ab eius animo & moribus abeſt) pulſaſſet pa-
n, non iniuriarum tantum lege teneretur? ſi occidiſſet, non
is tantum lege pœnas daret? Quod ſi hæc omnia in con-
o ſunt: ne Magiſtratus quidem errauerunt eo tempore
decem millia dederunt mihi. Si inteſtatus tu deceſſiſſes,
lios quoslibet tua pertineret hæreditas. Vis ſcire quam
r non fueris? recipere illum, niſi ſolutis alimentis non po-
ti. Lex tibi dicit, Alienus eſt: & tibi, vt pater eſſe incipias,
endus. Iam illa profectò citra interrogationem ſunt: cuius
rit nomen in cuius cenſum delatus ſit. Nimium diu de re
cata. Reliquum eſt intueamur, vter noſtrum hac pecunia
ior eſſe videatur. Et vt breuiter dicam, tu expoſuiſti, ego
uli. Scio te cœpturum altius, vt dicas, genui. Hoc eſt,
re tibi debeamus iraſci. quantum ad te pertinet, non ha-
Reſpublica virum fortem: aut illum feræ lacerauerunt;
aues diripuerunt, aut aliquis (quod multo ſit indignius)

V ſuſtulit

ſuſtulit leno, aut laniſta, ex meis ille beneficiis natus eſt. Intuendum nobis etiam illud præcipue eſt, quæ cauſa conſtituendæ legis huius fuerit: aut vnde ortum ſit, vt non contenta ciuitas fuerit præmium ipſi viro forti dediſſe, ſed etiam patrem huius honorandum cenſuerit. Ideone honoratum putamus patrem quod genuerit? an ideo magis præmio dignum ciuitas exiſtimauit, quod educaſſet, quod impenſas feciſſet? Vis ſcire quam hoc verum ſit? pecunia honorauit. Si quid pietatis eſt, quod imputare nos Reipub. præter alimenta poſſumus, illud eſt, Sic educaui, talia præcepi, ſic formaui mores. Non eſt ſatis hoc indignum, quod talem tibi filium feci? Sed hæc vtcunque videri poſſint tolerabilia: illo tempore quo pugnabat filius noſter (vindicabo enim mihi ſemper hoc nomen, neque à beneficiis meis appellatio iſta diſcedet) qualis vterque noſtrum fuit? non ego ſollicitus, de muris pependi? non ego omnes excepi ab acie redeuntes? non nuncios ſollicitus captaui? at tu ſecurus eras tanquam id quod volueras, cum exponeres, contigiſſet. Age, redeuntis vulnera quis religauit? ſanguinem quis abluit? ad templa quis duxit? quis gratulatus eſt? Sciebaſne iam tum eſſe officium tuum, an confiteris ad te hæc non pertinuiſſe? diſſimules licet, & videatur aliqui hoc contra cauſam meam, ſciebas: & illum eſſe apud me paſſus es. Hæc decem millia agnouiſti: non remouerunt tituli adoleſcentis, non illa gloria de eximia virtute, quam ego præceperam. Hac fiducia alimenta ſoluiſti, computas mecum, vt ſolus omnium mortalium & expoſitum receperis, & lucrum feceris.

CCLXXIX. *Diues ſpecioſi adulter.*

ADVLTERVM AVT OCCIDERE, AVT ACCEPTA PECVNIA DIMITTERE LICET. Diues pauperem ſpecioſi patrem, de ſtupro filii appellauit: ille tacuit. iterum adiecta pecunia, appellauit: ille tacuit. Tertio appellatus, vxorem filio dedit. Puer diuitem cum vxore ſua deprehenſum, accepta pecunia dimiſit, abdicatus à patre.

DECLAMATIO.

PRIVSQVAM venio ad æſtimationem criminis, & propriam iudicii huius ſere ſummam: neceſſe habeo id dicere, quod in oculos vniuſcuiuſque veſtrum, iudices, incurrit. Abdicatur

catūt puer. nolite illum æſtimare ex hoc, quod maritus eſt.
quo illud præcipue, iudices, vereor, ne apud animos ve-
os ſuſpectus ſit impudentiæ, ac videatur intra hos annos
mi.m cito virum egiſſe : vxorem pater impuberi dedit.
uid igitur hæc ætas committere potuit tanta animaduer-
ne dignum ? Lex abdicationis, aduerſus fero. iam iuue-
m conſtituta eſt. Hæc vero infirmitas, adeo nocentis nō-
n non recipit, vt vix recipiat innocentis. Si tamen p rſe-
tas abdicare tanquam iu enem, ſupereſt vt ego quoque
nquam iuuenem defendam. Vultis igitur, iudices, dicam
omnibus fere abdicationum iudiciis vulgata pro libe-
: Non ego luxuriatus ſum, non ego meretricem amaui,
n pare na bona vitiis conſumpſi ? Sed ſi hoc propoſuero,
pondebitur (poteſt enim) Adulteros, inquit, non occidi-
. Dicamus & tanquam pro marito: Non habes ius abdi-
ndi, propter hoc quod lex huic permiſit. Vereor ne riſum
creatūt hæc defenſio mea; tanquam hic vtrumlibet non
uerit. Sed potuerit ſane. Marito vel occidere adulterum,
l accepta pecunia dimittere licet. non poteſt propter id ira-
, quod iura huic permiſerunt. Loquatur maritus cum a-
no ſuo, loquatur cum affectu ſuo, cum propria animi ſui
u a. Si propter hoc licet abdicare: iſtud quod fecit mari-
s, non licet: alioqui enim tolerabilius & certe humanius
t, arbitrium vel occidendi adulteri, vel accepta pecunia
mittendi, transferri ad patres. quoniam certe leuius eſt
tare aliqua, quam punire. Sic defenderetur, ſi iure tecum
erer: ipſius vero facti vel hoc modo rationem facile red-
diſſem: Non eſt iſtud turpe, quod lex permittit. Accepta
cunia dimiſiſti. niſi oporteret, nec liceret. An vero parum
ti illi videntur fuiſſe maiores, illi conſtitutores iuris, qui
tates adhuc velut antiquo illo errore confuſas, ad certam
endi formam redegerunt? Illis non eſt viſum nefas, acci-
e pecuniam: ſed etiam hac pœna animaduerti putaue-
nt, ſicut pleraque delicta puniuntur. nec enim ſemper vſ-
e ad mortem perueniunt. Credo autem illum, quiſquis
it legis huiuſce conſtitutor, illa intra ſe cogitaſſe: Non
nium animos maritorum durare ad ſanguinem; eſſe quoſ-
m mitiores, qui ne conſpicere quidem cruorem ſuffice-
nt: multi ſe à gladiatorum vulneribus auertunt: & quan-
uam nemo dubitet, & illud ſpectaculum in parte eſſe pœ-
rum, tamen nequiſſimorum quoque hominum ſuprema

 pericula

pericula habent ſuam gratiam:de ſpectaculo loquor. Cogitauerunt quanto eſſet difficilius occidere: ac ſcierunt futurum, vt ſi vnam hanc mortis pœnam contra adulteros conſtituiſſent, ſæpius impune committeretur adulterium. Conſtituerunt ergo pœnam & ſecundam: proſpexerunt infirmioribus, proſpexerunt lenioribus. Forſitan cogitauerunt & illud: non omnibus futuras eſſe vires, ita temperauerunt ſeueritatem, vt vindicaret ſe quomodo quiſque poſſet. Dixi tanquam pro iuuene, dixi tanquam pro marito: dicendum eſt tanquam pro impubere. Non mehercule ſatis conſtituere apud animum meum poſſum, an huic adulteros licuerit occidere. Quo enim tandem modo defenderetur filius tuus, ſi quis extitiſſet, qui diceret, Occidiſti homines nondum maritus, nec enim vis iſta nominis huiuſce, appellatione prima conſiſtit: nec ſatis eſt maritum tantum oſculo putari. Poſtea nudari filium, atque in conſpectu iudicum cor ſt tui coegiſſet: atque interrogaret, an ille maritus eſſet, qui fieri pater non poſſet. Ac ſi tantum illi tanquam adultero iraſceris, ſatis erat hoc dicere pro filio tuo: Puto nondum habebat mariti dolorem. Ad vulnera adulteri, & cædem, & triſtiſſimum occidendi hominis miniſterium, magno quodam impetu, & (vt ſic dixerim) furore opus eſt. Nec miror eos concitari, qui veterem matrimonii conſuetudinem, qui pudorem cubiculi, qui ſpem liberorum expugnatam eſſe credunt: qui illos occultos atque inenarrabiles patiuntur æſtus. Non poteſt vxorem ſuam ſic odiſſe, qui adhuc amare non potuit. Verum illi quoque patri reſpondendum eſt, qua vindicandam priorem iniuriam fuiſſe dicit. de qua hodie dum abdicat, multa vehementer grauiterque dixit: cum fieret, tacebat. Non exiſtimo adeo inimicum filio ſuo patrem, quamuis abdicet, vt aliquid turpiter ſuſpicetur, præter id maledictum, quod ipſe audiuit, quod intra verba conſtiti, maximo atque admirabili potius experimento, grauitatem huius pueri, ſeueritatemque, iudices, diligetis: quia is qui tantum nefas concupierat, ipſum puerum appellare non auſus eſt. Facilius illi fuit loqui cum hoc patre, hoc ſeuero: & loqui non ſemel, & pecuniam polliceri, & adiicere pretium. Tum iſte tamen non adiit magiſtratus: non vociferatione ſaltem inuidiam facere apud populum conatus eſt: tanto facilius exigere magnum animum, quam præſtare. Si hominem occidere facile eſt, tum feriri oportuit, cum de ſtupro filii tui loquebatur: cum

tuarum

rarum id partium, tui animi, tuarum etiam virium fuit. ſam fingamus ſane iſtud matrimonium fuiſſe, quis tamen omnium mortalium hoc exigat, vt fortius vxor, quam filius indicetur? Sic ego hunc defenderem, iudices, ſi occidere voluiſſet, rurſus mihi ad id redeundum eſt, ex quo defenſionem huius ingreſſus ſum. Ecquid vos cogitatis ætatem, ecquid videtis annos, ecquid ſemoto illo nuptiarum mimo, atque inani tantummodo nomine, virum eſſe cogitatis: & dignum qui abdicetur, quod hominem non occiderit? Itane tu pater bonus es, qui charitate filii neglecta, imitatus es pueri infirmitatem aduerſus eum, qui de ſtupro filii tui te appellare auſus eſt, quem punire, etiam ſi tibi moriendum eſſet, debuiſti? Tu huic iraſceris, qui ex duobus adulteris nulli eorum pareat: qui certe præſtitit tibi quantum plurimum potuit, diu moratus eſt: detinuit tum pecunia affertur, dum reperitur, dum numeratur: fuerat tuæ curæ, tuæ ſeueritatis interuenire & aliquid facere fortius. Ergo fortunæ agendas eſſe gratias puto quod emiſſus dicitur qui potuit erumpere.

CCLXXX. *Raptor reuerſus.*

Raptor raptoris aut mortem optet, aut nuptias. Quidam rapuit & profugit. Raptam pater alii collocauit. Rediit poſtea qui rapuerat: vult illum ad magiſtratus educere pater: patitur ille ſe educi: rapta tacet: maritus contradicit.

SERMO.

Actionem *oportet eſſe ſummiſſam & blandam. nam primum omnium dicendum eſt ei aduerſus ſocerum: deinde ita dicendum eſt, vt ſciamus hoc agere eum vt ſocer ſit. praeterea cauſa illius nihil habet firmius quam ſit aliena. Etiam ſollicitudo quodammodo temperanda eſt, vt neq; deſperare, neq; ſecurus eſſe videatur. ſed modus & color declamationis ſic ducendus eſt: quaſtiones illa erunt, an educi rapta niſi protinus poſſit: an etiam ſi tempore interpoſito poteſt, poſſit tamen poſt nuptias: an quia ante educi non potuit raptor, nunc educi debeat: quo animo pater educere ad magiſtratus velit: an patiente eo qui educendus eſt, contradicere liceat: an æquum ſit, quo animo hic educat. Scio poſſe quæri, an illa*

quæſtio quæ ad perſonam pertinet, & in prima parte ponenda eſt, quæ à me ſupra conſtituta eſt. Ego aliquid in hoc ordine etiam themate ſpectaui, quo loco ponitur illud quod tacente raptore hic loquatur, quid velit ſpectari: & illud, quod affectibus, qui ſequuturi ſunt, magis hæc quæſtio, quam vlla alia coniuncta eſt.

DECLAMATIO.

SI contradicere ipſe qui rapuit, id eſt, ſi timeret, ſic pro ſe ageret. Educere tibi ad magiſtratus raptorem non licet, niſi ſtatim. quare? quoniam omnium vel pœnarum vel præmiorum tempus aut conſtitutum eſt, aut præſens: quotiens finitur, dies expectandus: quotiens vero non differtur, præſens eſt. Itaq; ſicut dies finiatur, nihil vltra eum iuri futurum eſt: ita die non præfinito, proximum eſſe manifeſtum eſt, nihil vltra proximum ius ſit. Id porro quod in quolibet iure alio manifeſtũ foret, in hac lege apertius eſt: quid enim dicit? RAPTA RAPTORIS MORTEM VEL NVPTIAS OPTET. Neutra res eſt, quam differri oporteat: ſiue is eſt raptor qui pœnam mereatur, non meretur aduocationem: ſiue ignoſcitur raptori, non debent habere moram nuptiæ vel inchoatæ. Si tantum non ſtatim educeres, hæc fortiter dicerentur: nunc educere vis poſt nuptias. Vtrum igitur iure prius, an æquitate conſiſtes? ius ipſa legis poſitione manifeſtum eſt. nam cum raptam educi in hoc iubeat, vt mortem vel nuptias optet: manifeſto oſtendit eam educi oportere cui vtrunque *li*berum ſit. Præterea iam ne raptæ quidem nomen habere poteſt, quæ nupta eſt: ſicuti nomen pupillorum legitimo tempore finitur: ſicut orbam nemo poſt nuptias dixerit: ſicuti virginis appellationem nox illa maritalis aufert: ita ne rapta quidem dici poteſt, quæ maritum habere cœpit. Licet igitur raptæ permiſſum ſit quocunque tempore optare, nuptæ optare permiſſum non eſt. Hæc ex lege manifeſta ſunt, illa ex æquitate. Ante omnia non tam duram eſſe lex voluit conditionem, vt ſemper raptor puniretur: ideo & miſericordiæ locum fecit. Et idcirco iam non ad ipſum tantummodo qui rapuit, ſed etiam ad eum qui eduxit pertinet, qui certe nihil peccauit, qui certe manere potuit. Hoc loco mihi illud opponitur, non potuiſſe ante educi eum. Quaſi vero interſit cauſæ, qua ratione ius interierit. Profugerat (inquit)

quit)raptor. ſcio quid facill mum ſit dicere: perſequutus et, inquiſiſſet. ſi verus hic dolor. ſi vera indignatio erat, non miſiſſet. Non hoc illi profuit, quod profugit: ſed illud, quod redire permiſiſti. Fortaſſe enim contentus fueris: hac a ſa pœna exilii ſatis vindicatum te crediderās. Ne illud quidem verendum, ne raptoribus exemplum profugiendi pereitamu, ſi optar adverſus eos amplius non poterit. Satis enim magnum ſupplicium hoc eſt, & certum: nam is qui ermanſerit, ſperare & nuptias poterit, etiam ſi mortem timebit: ei vero qui profugerit, exilium ſine dubitatione erit atiendum. Hæc diceret ipſe, quæ nunc ego dico: quoniam le non dicit, & obſtare nihil hoc loco putatius. Si non poſſem reddere rationem, iudices, quantum mea intereſſet id quod vindico, illud tamen reſponderem, Pro iure loqui nemini non licet. Conveniat inter vos fortaſſe: hoc eſt quod ſollicitiſſimum fac t. Loquar tamen pro lege, loquar pro æquitate. Quid ſi vero hoc (vt paulo ante dixi) aliquanto magis ad me, quam ad raptorem pertinet? periclitor in meis nuptiis, periclito matrimonio non vna nocte cognito: nec propter eum fortaſſe, nec propter iniuriam, ſed dilecto, ſed probato, ſed impetrato. Tentat me adverſus hæc locos, ſpe fallere, & non palam oſtendit quid ſit optaturus: ita blanditur tamen actioni libenter: iudicium credo. remanſura eſt in meo matrimonio, m ſereor raptoris, neque ego primus cœpi. Miſereor. errauit fortaſſe, vt ſcelus commiſerit homo, dum periclitatur, etiam imago pœnæ me confundit: hoc cum mihi accidat, quid accidere poteſt puellæ? Neque ego tamen illum defendo: fecit enim rem improbam, fecit rem inconſultam: ſed exulauit, ſed abſuit. Hæc ſi conſiderem: illud vero ad metus pertinet, & tamen non ego de vxore diffido, non de animo illius dubito, alioqui minus ſollicitus eſſem. Scio meruiſſe me vt amaret, ſcio obſequutum, ſcio omnia maritalia officia plena indulgentia conſequutum. Illud dubito qui poſſit, cum educta fuerit ad magiſtratus, cum ille periturus iacuerit ad pedes, cum produxerit propinquos, cum amicos, quare alius dicat vxori meæ, Amo, & ideo rapui, quare ſit qui contra me dicat: Miſere timeo fauorem illum populi, miſericordiam ciuitatis. Quid autem fieri iniquius poteſt, quam abduci mihi vxorem, propter quam aliquando raptor auſus ſit reuerti? qui ipſe ſatis iudicauit, non eſſe legi locum, quod reuerſus eſt? Confundit me maxime ſpes illius: cum

 timeret,

timeret,profugit ac nunc educi ſe patitur. Silentium quidem vxoris meæ ego vero neque ſuſpectum habeo, neque timeo: decet hoc matronalem pudorem:& ſi educta ad magiſtratus fuerit hoc illam maxime facturam arbitror vt taceat. Quare, ſocer,tu opta. ſi hoc quæſiſti educendo raptorem ad magiſtratus, vt confunderes,vt terreres,vt de metu illius vindicares:intellectum artificium tuum eſt:non time. Tuere nuptias quas iunxiſti,tuere matrimonium quod copulaſti: iſtum raptorem puta abeſſe.

CCLXXXI. *Abdicandus cum gladio.*

Qui abdicatur,contradicit.inter moras iudicii,ſtricto gladio occurrit in ſolitudine patri.rogauit, vt ſibi abdicationem remitteret,& cogit iurare.iurauit ille,& accuſat filium parricidii.

SERMO.

NARRATIONE *præparandum eſt,vt quoniam nulla certa cauſa eſt abdicationis,videatur pater parricidii ſuſpicione feciſſe, & has inſidias prauidiſſe. Quæſtiones illæ ſunt, an ad legem parricidii ſatis ſit probare, hoc in reo propoſitum fuiſſe: an hoc propoſitum huic fuerit.*

DECLAMATIO.

PRIMVM hoc mihi reſponde,an occiſuri habitu fueris: non enim tibi proderit dixiſſe, Non feci. Nunquam mens exitu æſtimanda eſt. Nam & qui impetum in patrem ſtricto gladio feciſſet,retentus,diceret,Non occidi: ſi venenum paratum deprehendiſſem,diceres, Non occidi,quin etiam ſi permittitur iſta defenſio:& ille poteſt dicere ſe non occidiſſe, qui percuſſorem ſummiſerit. Satis ergo eſt probare animum parricidæ.Supereſt vt cogitetis,an hic animum habuerit. Si occultius eſſet coniectura ducenda,dicerem, turpem adoleſcentem,dicerem,abdicatus eſt: & ſi innocens magis poterit iraſci. Sed qui cauſam infirmo dicendo? in aliqua vos poſitos ſpecula putate illa quæ facta ſunt videre. Abdicatus in ſolitudine eſt: locus opportunus inſidiis,habet gladium, inſtrumentum parricidii:accedit ad patrem,manuque ſublata, rogo,dicit,immo iubet. Non ſunt enim preces, vbi negandi libertas

bertas non eſt. Vtriuſque intuemini animum, &, ſi videtur, ius meum. Occiſurum te non dubitaui: ideoque ille ſeue-
s, negare non potui: reliqua à veſtris animis interrogate: is
ui armatus rogat, quid facturus ſit, ſi non impetrauerit? duo
unt, opinor, inter quæ quæſtio interpoſita videatur: hic ſi
on impetraſſet, aut occiſurus fuerat, aut moriturus. non dico
trum credibilius ſit, vtrum facilius. Exorare me volueras:
uanto opportunius alibi rogaſſes? alio tempore? cum pri-
um abdicatus es, adhibitis propinquis & amicis. Quid facit
d preces ſolitudo? iſta inſtrumenta ſunt parricidii, hæc occa-
o, hic locus, hoc tempus. Si abdicarem te moriturus fuiſti:
cum parricidii ago. Quid ſupereſt igitur, niſi vt vindicatu-
us fueris eam, quam iniuriam vocabas? Non (inquit) occidi.
Hoc quidem in genere nemo non defendi poteſt, cui volun-
as parricidii obiicitur. Non (inquit) occidi: ſi dicerem, diffi-
cilius putaſti. Scelera propius admota, plus habent horroris. ſi
licet em, obſtitit tibi vis numinum, & tacita quædam illius
ſolitudinis religio. Nunc vero manifeſtum eſt, cur non occi-
deris. diſtuliſti hunc animum, dum heres fieres.

CCLXXXII. *Tyrannicida veſte muliebri.*

TYRANNICIDÆ PRÆMIVM. Tyrannus cum in arce duci iuſſiſſet cuiuſdam ſororem, frater habitu ſororis aſcendit, & occidit tyrannum. eodem habitu magiſtratus illi, præmii nomine, ſtatuam collocauit. iniuriarum reus eſt.

DECLAMATIO.

ANIMVS liber eſt, nec intereſt quo habitu ſtatua ponatur: varia gentibus conſuetudo eſt. Et hoc tibi honeſtius erat: inter multos tyrannicidas notabilis eris, in eadem re, in qua pro ſorore veniſti. Bella quoque inſidias habent. Statua ergo tua non tranſibitur: habitus faciet, vt interrogent tranſcurrentes. Iam illa tempora cogita, quibus ſenex aliquis narrabit, fuiſſe te qui inexpugnabilem arcem intrares pro ſorore: puerum adhuc feciſſe fortiter. Debes igitur mihi beneficium, quod tyrannicidium tuum ſemper monſtrabitur.

CCLXXXIII. *Cynicus diserti filius.*

Diſertus Cynicum filium abdicat. CD.

DECLAMATIO.

IN quacunque parte, non parentem iuſte abdicarem. Ideo enim vos ſuſtulimus, vt nobis exequamini: & certe nullus excuſatus a patre non probabitur, quam qui non probat patrem. Scilicet nos ſtulti, qui forum, Reipublicæ dignitatem tuemur. Diſcede ab inſipiente, ab inſano. Sed non neceſſe habeo, iudices, diu commendare vobis officia ciuilia in quibus iam diu ſatisfeci. Omnis mihi actio in diſpicienda vita filii poſita eſt: videte, vt alia taceam, habitum ipſum. Cæteros enim quos abdicant patres, ſine narratione culpæ abdicare non poſſunt: in hoc filio ſatis eſt ad odium, habitum oſtendere. Quis eſt iſte filii habitus? quæ ſordes? quid mihi hanc inuidiam facis, vt cum habeas patrem, cibum ab aliis petas? Aduerſus fortunam te exerces. Quid enim accidere grauius poteſt? frigus, famem pateris, ne quando accidant? & ideo aliquid pateris, ne quando patiendum ſit? Vos vero nouo genere ambitus, adorationem miſeria captatis. inde illa impudentia quod verecundiam inter crimina ponitis, & appellationem quoque paſſim nuper dediſtis. Omnis vero philoſophiæ tractatus alienus moribus noſtræ ciuitatis eſt, tamen vtique placuerat: nonne aliæ ſectæ iuſtiores? attenderes Phyſicis: quæreres vtrumne ignis eſſet initium rerum: an vero minutis editus & mirabilibus elementis: perpetuus hic mundus, an mortalis eſſet. Viderint alii: ego in te hanc patientiam corporis ferre non poſſum: in alias te ſpes ſuſtuli: de dignitate tua cogitabam. Quod ſi abdicationem ferre non potes, ſi carere hæreditate malum iudicas: deprehenſus es, damno pecuniæ moueris, & detrimento famæ: & homo qui has ipſas opes quotidie incuſas, tamen concupiſcis. Dignus es igitur. Verum fateamur ea quæ ſentimus nec nos extra rerum naturam ambitus ponat. Cuius enim eſt hominis, pugnare cũ moribus, & damnare ſe?

CCLXXXIV. *Adulter ſacerdos.*

SACERDOS VNIVS SVPPLICIO LIBERANDI HABEAT POTESTATEM. ADVLTEROS LICEAT OCCIDERE. Quidam ſacerdotem deprehendit in adulterio, & eum ſibi ex lege impunitatem petentem, occidit. Reus eſt cædis.

SER-

SERMO.

AN ſacerdos adhuc fuerit deprehenſus, id eſt, an eo momento o deprehenſus eſt, perdiderit ius ſacerdotii: an ſi adhuc ſacerdos it, potuerit ſe poſtulare in hoc crimine. an occidi vſquam, niſi in blico poſſit.

DECLAMATIO.

QVOD mihi ſufficit, adulterum deprehendi: nec enim vlla excipitur perſona, & turpius eſt adulterium in ſacrdote. Legem (inquit) habuit, hoc tale eſt, quale ſi ignoſci oi velit dux proditor, vitiator pupillæ tutor. Sed finge me ex iſpicione egiſſe cum illo adulterii, nempe damnatus caruiſſet ſacerdotio. Adiice quod lex poteſtatem ſeruandi concedit lterius. Scriptum eſt, vt qui ciuem ſeruauerit, honoretur: nũuid poteſt præmium accipere, qui ſe ſeruauit? aut iniuriarum amnari, qui ſe pulſauerit? Præterea lex adulterii prior eſt, quã acerdotis. Sacerdos enim optat in publico: quod ſi adulterum erigerit, euaſit. Quid, quod ille pro duobus petebat? nam adultera ſine adultero non poterat occidi; & tunc vtique cædem commiſiſſem.

CCLXXXV. *Imperator exulis filius.*

PRÆMIVM VICTOR IMPERATOR ACCIPIAT. Imperator cuius pater in exilio quinquennii erat, vicit: aliud præmium petit. reuerſus pater poſt quinquennium, abdicat.

SERMO.

PATER *hic & honeſtus & miſer eſt, vt qui exul filium Imperatorem habeat. quæſtio, an quinquennij illius, quo pater exulauit, filio ſit ratio reddenda.*

DECLAMATIO.

COLORATE adfert quidem iſte tale patrocinium, vt me neget exulem fuiſſe. Sed timuit ne ſi ego eſſem reuocatus, transferretur imperium.

CCLXXXVI. *Adulter fratris ex ſponſo.*

ABDICARE ET RECVSARE LICEAT. RAPTA RAPTORIS AVT MORTEM OPTET, AVT NVPTIAS. Peregrinantis quidam fratris ſponſam rapuit. puella deprecante patre, raptoris nuptias optauit. Iuuenis, reuerſum fra-

fratrem vt in adulterio deprehenſum, cum pro illo pater deprecaretur, occidit, abdicatur.

SERMO.

AN *omnia, quæ aduerſus voluntatem patrum admiſſa ſunt, debeant abdicatione puniri: an propter id debeat abdicari, quod lege fecerit.*

DECLAMATIO.

FELICIORES patres ſic iraſci ſolent, Nihil non facere debuiſti ſecundum meam voluntatem: obiicio tibi munus lucis. Iactat ſe poteſtas illa patrum, etiam in magiſtratus, etiam in victores: non exigo tamen vt facias quod iubeo: peto vt facias quod rogauerim. Quod ſi certe non ſufficeret ad abdicationem, multum proficeret iſta defenſio, non dicit tanquam patri oportuit facere, ſed, Licuit mihi tanquam alieno. Lex eſt quæ permittat adulterum cum adultera occidere. Sic agã, hoc nunquam, cędis cauſam: quod ſi facerem, ignoſceretur mihi. Maior ſit eorum libertas, qui matrimonia iunxerunt, qui per vota venerunt: vos vero qui nuptias facitis in pœnam, ad quos vxores per lictorem deducuntur, id vindicare non poteſtis, quod ſi impetratis. Sed vt omnia prætermittam, nihil præter animum patris æſtimare debuiſti. Cæteris forſitan defendi legibus poſſis: ea quæ ad patris te obligauit voluntatem exui non potes. Abdico te vel quod vnicum, vel quod alterum perdidi. Eligat ipſe qualem ſortiri vellet patrem, mitem an fortem. Det mores, dum cuſtodiat quos dederit cum adulteros occideris, neceſſe habes ſeuerum patrem ſortiri. Abdico raptorem, nec dum dico, cuius: hoc certo dico, rapuiſti virginem, pacis faciem turbaſti, feciſti propter quod iuſte occidi poſſes. Adiiſſe me præterea, & propter te ſollicitus fui: quod erat grauiſſimum, neceſſe habui rogare. Si rapuiſti fratris tui ſponſam, non ſufficit ſeueritas, non ſum iracundus, non eſt hæc vulgaris libido, ſed inceſtus. Tu expugnare abſentem fratrem auſus es, & ſe iſti vt videretur puella parum pudice feciſſe. Quid reſpondes? quid dicis? ſolent iſta ſic defendi. Iuuenis erraui, & amore lapſus ſum. Vis igitur ignoſcam? nihil eſt grauius, impoſitam ſeueritatem perſonæ detrahi. Do vitiis veniam, habes patrem lenem, mitem, ſceleribus ignoſco. Redde rationem cur nunc tu occideris fratrem, quod tantum ſcelus inue-

inueniri poteſt, quod parricidio vindicandum ſit? Vbi ſunt illa præcepta quibus monebam, vt concordes eſſent fratres? parum eſt dicere, voluiſti occidere, potuiſti, non diriguit mens? non ſoluta dextra eſt? non obſtupuiſti propius ſcelere admoto? Sed qua cauſa occidiſti? violauerat matrimonium: adiice, frater, non contingeret tibi ſic agere quaſi marito. Tu enim profecto nocens qui ſponſam abduxiſti, ſic amantem. nunc intelligo quantam iniuriam fecerim puellæ, quæ coacta eſt te habere maritum, cum altero carere non poſſet. Acrius incaleſcunt ignes legitimi, vtique cum inciderunt in rudes animos. Deprehendiſti in adulterio, ſi vllus in te pudor eſt, maritus fuerat ſi per te licuiſſet.

CCLXXXVII. *Fortis filius proditionis rei.*

Proditionis reus citatus eſt qui duos filios habebat: ex quibus alter fortiter fecit, alter deſeruit. Petit pater à filio, vt abolitionem iudicii peteret. ille fratris vitam petiit, & adfuit patri. abſolutus pater, abdicat filium. ille CD.

SERMO.

AN *quicquid pater voluit, filio facere neceſſe ſit: an viro forti, an abdicari propter præmium poſſit.*

DECLAMATIO.

DVO hæc, vt opinor, obiicis mihi pater, & quod deſertoris vitam optauerim, & quod abolitionem iudicii non optauerim. Optaui vitam, puta, nocentis, ſed fratris. alieni quoque iuuenis æqualis mei miſertus fuiſſem: ſubiiſſet illa cogitatio infelicis huius parentis. Non tamen reprehenſione dignus eſt deſertor, quam laude vir fortis. Poſt hoc obiicis mihi, quod de innocentia tua nihil timui: ſciebam quomodo vixiſſes, quomodo tuam cauſam egiſſem. Ego enim domum noſtram in acie defendi. Accedit, quod qui ſemel delatus eſt reus, non poteſt abſolui, niſi accuſetur: omnes dixiſſent, cauſæ patris diffidiſſet vir fortis. Nihil aliud egiſſem quidem: & quid futurum erat? ſi impetraſſem, non abſolueteris: ſi non impetraſſem, damnateris. Adfui tibi: non imputo: neq; enim tu ideo abſolutus es, vicit cauſa, vicit innocentia. Ego nihil imputo, niſi quod bene ſperaui de cauſa tua. Ecquid igitur pater gratularis tibi? omnes ſalui ſumus: nam

de fratre noli deſperare. Sæpe redierе virtutes: iam domi habet exemplum. In periculo mortis fuit: ſcit quale ſit deſerere, quale fortiter facere denuntio tibi, frater, tollas ignominiam.

CCLXXXVIII. *Tyrannicida filiorum duorum.*

Qui duos filios tyrannos occiderat, petit præmii nomine, vt tertius in exilium proficiſcatur.

SERMO.

INDVBITATE *pater hic timet, ne & ille tyrannus fiat: ſed non debet illum facere ſuſpectum, alioqui reus erit: non mittetur autem in exilium ſuſpectus.* TYRANNICIDA OPTET QVOD VOLET. *Prima illa communia, nihil excipit: illud proprium, plus debere huic tyrannicidæ, qui ſenex duos, & filios, occiderit. inuidioſum itaque erat, ſi quid petiiſſet pertinens ad gratulationem.*

DECLAMATIO.

TYRANNOS genui: nunc opto vt filius exulet. Quod mihi & citra præmium licebat, hoc & pro præmio peto, & pro ipſo iuuene. Nihil dico de fato domus noſtræ, non perſequor rationem quoque metus mei: illud interim contentus ſum dicere. Superuacui ſunt metus, nihil imminet: ſed & ſpectat iſta plerunque ſapientia grauior. Quid tu accidere credis illis, qui liberos habent? quid maritis? pater timeo. Sed rationem metus habent: ſiue, vt maxime vereor, fatum iſtud eſt domus noſtræ. Ignoſces enim quod filios meos vltra mortem perſequor. nihil de illo timui, qui primus tyrannus fuit: iiſdem præceptis erat educatus, quibus tu illo occiſo timere non debui, ne quis ex vobis idem cogitaret. occupauit tamen arcem alter, non in totum ſua culpa. difficile fuit obſtare illis qui conuenerant tyranno priore, & velut ad hæredem. Non potes tutus eſſe in ea ciuitate, in qua timeris. Nihil cogitaſti: timeo dum innocens es, vereor ne ſi quis te occiderit, videatur tyrannicidium feciſſe.

CCLXXXIX. *Amator filiæ.*

QVI CAVSA MORTIS FVERIT, CAPITE PVNIATVR. Specioſam quidam filiam de amore confeſſus, amico dedit ſeruandam: & rogauit ne ſibi redderetur parenti.

poſt

poſt tempus, petit. non accepit: ſuſpendit ſe. accuſatus amicus quod cauſa mortis fuerit.

SERMO.

CVSTODIENDA *eſt amici perſona, vt quanquam de re nefaria, non tamen ſine reſpectu amici loquatur, & actione tota miſereatur illius. Illud vero quod perijt laudet, & magis deſperatione eum feciſſe dicat, quam cogitatione turpiſſimi amoris.*

DECLAMATIO.

ANTEQVAM dico quo crimine reus ſim, dicendum eſt cui dicar fuiſſe cauſa mortis. Periit amicus meus, non eſſe hoc vulgare nomen, ipſe monſtrauit. Hunc igitur occidiſſe dicor nulla lucri ſpe, nam filiam rel[illegible]bat: nulla offenſa, nam & ille mihi credidit, & ego nihil feci extra præceptum. Quicquid eſt igitur quod obiicitur mihi, ex bona mẽte proficiſcitur. Videamus tamen, an vbi animus accuſari non debet, ius hæreat: quæritur qd ſit CAVSA MORTIS. Accuſator dicit, Per quem factum ſit, vt aliqua moreretur: ſi quis quod natura mortiferum ſit, aduerſus aliquem fecerit. Quæ ſi ſequenda diffinitio eſt, accuſabitur & ille qui alicui ſuaſerit peregrinationem, deinde is aut naufragio perierit, aut latrocinio: ipſi conuicti ſi infamabuntur, ex quibus nuditas & interitus. Nihil igitur hic factum eſt, quod omnibus mortiferum: nam ſicut telum omnibus mortiferum eſt, ita cauſſa mortis eſt, quæ occidit omnes. Detrahe huic amorem, nihil erit propter quod moriatur. Volo tamen cauſſam facere difficiliorem: non depoſuerit apud me filiam, nihil præceperit: tanquam melior amicus defendere filiam, in qua pater furebat, volui. non enim amor erat, qui ſic ſtimulabat. Abduxi, cuſtodiui, nonne recipere non debüit, qui periit quod non recepit? non reddidi: duxiſſet in ius, periudicem peteret: hoc ſi feciſſet, mea laus erat: ſed libenter cedo, ipſe ipſe fecit rem admirabilem; fecit vt in laudem verteret hoc ipſum quod turpiter amabat. Quem tum enim illi animum fuiſſe putatis, cum in illo furore tenuit tamen affectum patris? perduxit ad amicum, depoſuit. At enim petiit poſtea. Si animum illius metiri velimus, intelligemus non fuiſſe petiturum, niſi quod ſciebat me redditurum. ſequutus eſt illum impetum animi ſui. At enim petiit. adiice prætere a ſanitatem, & non acceperat: ſed ne peteret, de-

poſui;

Google

poſuerat. Hæc ſatis plena defenſio eſſet, ſi quæ ego diuinatio-ne colligere potuiſſem, vtique periturum ſi non reddidiſſem. decepit me quod ante fortius tulerat, neque enim hoc dico, redditurum me fuiſſe, ſi periturum patrem ſciſſem. optime partes amici cuſtodiſſem, ſi non reddidiſſem.

CCXC. *Abdicans reductum ob furorem.*

Luxurioſus abdicatus, furere cœpit. Reductus à patre, ſanatus, abdicatur.

DECLAMATIO.

SI conſcius mihi, iudices, vllius culpæ eſſem, propter quam iterum abdicarer, ſcitis mihi non defuiſſe, tacendi verecundiam. Sed facile fuit prius ſilentium primum quod ſperabam fore exorabilem patrem: deinde, quod certum erat, propter quod abdicarer. Nunc intelligo in multas me mitti poſſe ſuſpiciones, cum expellar ab optimo patre: nec mihi vllo modo poterat ignoſci, ſi offendiſſem ſtatim. Tota igitur actione hoc mihi obiiciendum eſt: nihil me feciſſe. Nec mihi, iudices, in animo eſt, excuſare vitam priorem, nec vt me dicam nunquam dignum fuiſſe abdicatione: ſed vt me putem diu fuiſſe abdicatum, illa non narrabo, quam indulgens mihi ab ætate prima fuerit pater: quod fortaſſe etiam corruperit mores meos: nec illud, error adoleſcentiæ, nec ætatis natura. Luxurioſum putat fuiſſe: ego tamen inſanus eram, & defendendus quidem, ſi contradixiſſem: ſed perſeueraturum patrem negabant propinqui: ſic factũ eſt, vt dolorem ſilentio premerem, qui cluſus atque intra cogitationem receptus, abſtulit mentem. Cæterum tamen (ſi verum velimus loqui) mutus fuit. Quis hic ego patri gratias agam? reduxit me non ſentientem: adhibuit curam, laborem: miſerum me! ſanatus ſum. Sacra maiorum, Deos penates non ſentiens tenui. nemo gratulatus eſt amicorum: nunc expellor reſipiſcens. Felices qui poſſunt omni vita ſua parentibus dicere, quid feci? dicam tamen, quid poſtea feci? ſi luxuria intolerabile malum, ignouiſti. Ego (inquit) te, quoniam demens eras, reduxi. vbi eſtis, qui me putabatis infelicem? Ego vero dementiæ gratias ago: non quidem ſollicitudinem patris ſenſi, ſed nec abdicationem. Quid mihi cum tam veloci remedio? pater optime, fallax iſta velox medicina. Ego ſcio quos animi æſtus intus feram. Crede, pater, iam aliquas

ſimiles

ſimiles rerum imagines video. redit igitur dementiæ prior cauſa. quare mihi, ſi non ad præſens tempus, ad futurum tamen rogandus es. Succurre qui ſoles.

CCXCI. *Adulter uxoris, qua ceſſerat fratri.*

Qui duos filios habebat, vni vxorem dedit. altero ægrotante, & dicentibus medicis, animi eſſe languorem, intrauit ſtricto gladio minatus ſe moriturum pater, niſi cauſſam indicaſſet. Confeſſo amari à ſe fratris vxorem, frater petente patre ceſſit. Ille in adultero eam cum priore marito deprehenſam occidit. abdicatur.

DECLAMATIO.

INGRESSVRVS actionem, interrogo qualem patrem velis, grauem & ſeuerum, an facilem & ignoſcentem? non dubito quin adoleſcens vindicato modo matrimonio, malit me ſeuere agere. Talis igitur pater obiicit tibi Quod in amorem incideris cuiuſquam, non eſt iſtud niſi latentis animi Iam ſi hæc quam adamaſti, nupta eſt : tu alienam matronam aliter quam leges permittunt, aſpexiſti: adiiciamus huc, fratris vxorem. Intelligo me, iudices, fictæ huic perſonæ ſufficere non poſſe, itaque tacebo. dic dic, te ſequor, paulo ante dicebas. Corrumpere fratris vxorem auſus eſt, iſtud inceſtum eſt. Sed forſitan dicet, Amaui adoleſcens eam quæ domi erat: cuius conuerſatio continua etiam inuitos ad ſe oculos poterat deflectere: ignoſcamus amori. Obiicio igitur tibi occiſos à te homines ex eadem cauſa, qua tu amaſti. Nullus eſt tam vilis hominis ſanguis, vt non manus inquinet. Deinde hanc ego ſeueritatem aliis permiſerim, tu quod & ipſe amaſti, non. ne tibi cum deprehendiſſes, imaginem cernere viſus es tui caſus? quid diutius differo dolorem? fratrem occidiſti. Scio, iudices, quorundam ſcelerum eam eſſe magnitudinem, vt augeri verbis non poſſint. Fratrem tuum occidiſti, ſeruatorem tuum, qui vt tu viueres, matrimonium ſoluit: &, quod grauius eſt, non longe erat: in eadem domo futurus tradidit tibi vxorem, qua carere non poterat. Et hoc adulterium vocas? ita eſt adulter ille, & tu maritus. Iſtud ego adulterium quondam manu mea iunxi, ipſe auſpices adhibui, optaui longam concordiam. Maiores habet vires ignis, qui legitimis facibus accenditur: non eſt tam facile deſinere quam cedere Nunc

intelligo, iuuenis, quantum mihi præſtiteris: amabas. Coibant ergo furtim, & flentes, vt ſatisfacerent inuicem. Ita tu cum hoc videres, non erubuiſti? non deprehendi viſus es quaſi adulter? non mehercule ferrem te tantum querentem. vides enim liberorum cauſam, amabas, matrimonium cogitaueras. Adulteros tu dices iacentes in geniali toro? duri mehercule viderentur, ſi cito obliuiſci coniugii potuiſſent. Occiſus eſt iuuenis, dum rem facit boni mariti. Non erubeſcam, iudices, poſt grauiſſimum dolorem, deſcendere in hanc quoque cauſæ partem, vt obiiciam quod vxorem occideris bene meritam, quam ſic amaſti. Sic de innocentia miſerorum ago, tanquam hic de capite quæratur, nō ſufficit dolori meo quod mihi filium abſtuliſti, qui tibi adſedi, qui ad languentem cum gladio ſollicitus intraui. Ego eoſdē cibos, eadem menſa qua tu, capere non poſſum, nec illam manum videre, quæ fumare mihi adhuc filii mei ſanguine videtur. Semper mihi armatus videris, nunquam ſolus occurris. It ante oculos laceratus filius: hunc iuxta nurus optima, nurus obſequentiſſima, clamare videntur, Tu nos occidiſti, tu qui nos iniuria prius diſtraxiſti. Quid neceſſe erat ſoluere matrimonium? obieptum eſt credulitati tuæ non amabat, qui potuit occidere.

CCXCII. *Laqueus Olynthii ſpecioſi.*

Victis Olynthiis cum ab Athenienſibus publice diuiderentur hoſpitia, ſpecioſo puero quidam obtulit hoſpitium, ille ſepoſtero die ſuſpendit: accuſatur hoſpes quod cauſa mortis fuerit.

SERMO.

Duplex quæſtio eſt, iuris, & facti: nam etiamſi vis illata eſt, quæritur, an cauſa mortis ſit ſequens potior, an propter vim perierit. Circa ius illud eſt, vt finitione tractetur. Is enim cauſa mortis argui debet, qui mortem intulit. Cum vero quis ſua manu perierit, non debet hoc reus tantum feciſſe, vt quis mori velit, ſed vt neceſſe habeat.

DECLAMATIO.

VIM dicor attuliſſe: quis queritur? quæ proclamatio? impunitum reliquit eum propter quem monebatur. Si erubuit indicare, multis tamen aliis generibus queri potuit. Propter

pter hoſpitem morior, nec credibile eſt cum pepercisse hoſpiti, qui ſibi non pepercit. Sed ſuſpicionibus agitur: formoſo (inquit) hoſpitium pollicitus es. viderint iſti qui prodigis omnes oculis intuentur: mihi tempore illo nullus Olynthius formoſus viſus eſt. ſcilicet enim ſollicitabar lacrymis, ſqualore. Male ſentiris de puero, ſi aduerſa fortiter tulit. Cur tamen obtuliſti? Athenienſis ſum. Aſſignentur fortaſſe inuitis ciuibus, qui cum liberis, qui cum coniugibus veniunt, qui ſecum habent comitatum: miſerabilior eſt puer ſolus. at cur eadem nocte ſuſpendit? vtrum hoc te admirabile videtur, an perſona, an tempore? miratur aliquis Olynthium potuiſſe hoc Athenis? Illud enim eſt tempus doloris. Sæpe ad retinendam vitam proſunt ipſa pericula: redit metus, poſteaquam deſiuit inſtare hoſtis: tunc cogitatio fortunæ, tunc vacat dicere, eſt iam qui ſepeliat. Ipſa mehercules officia admonere illum potuerunt fortunæ prioris. patuit quidem domus, ſed non ſua: excepere ſeruuli, ſed alieni: forſitan & illa cogitauerit, Semper ergo alieno munere viuendum eſt. interim ſiue illud Olynthii factum fuit ſiue impatientia ipſius, nullius maior iniuria eſt, quam mea. perdidi beneficium, & adhuc ſuſpectus ſum. habiturum me putabam, qui veniret in locum liberorum.

CCXCIII. *Tyrannus victæ ciuitatis.*

VIRO FORTI PRÆMIVM. Quidam fortiter fecit: petit præmio tyrannidem victæ ciuitatis.

DECLAMATIO.

OMNIA danda eſſe viris fortibus dico: nec immerito danda, vtique ex victis. Non ærarium inquieto, non ſacerdotium capio: peto vt ſint hoſtes in mea poteſtate. Ac primum omnium interrogo, quis eſt iſte qui prohibet: iuſte peterem etiam euerſionem hoſtium. Actum, neſcio quis iſte non ſtetit in acie. illi ſi viciſſent, tyrannide ſe vindicarent. Sic agere volo tanquam futurus crudelis: meruerunt. vindicari poteſtis ſine inuidia. de me qu[illegible]ur, cui aliquid iam iraſcuntur. tyrannidem impone[illegible]lo. Aſperiora narrabo. plurimos ex illa ciuitate manu hac occidi. Sed nunquid vobis videor auarus, libidinoſus? aliter creui. eadem ergo ratione hoc peto, qua fortiter feci. ſic præſidia imponemus. tandiu tyrannus ero, quandiu poterunt rebellare.

CCXCIV. *Diues proditionis reus.*

Vir fortis diues proditionis accuſatus, fortiter fecit, petit præmii nomine accuſatoris mortem. ille non recuſat, ſed poſtulat vt ante peragatur iudicium.

SERMO.

ACCVSATOR *ſic agere debet, vt manifeſtum ſit illum tantum reipub. cauſa poſtulare: non quia non ſit illud verum, vt ſi damnauerit, viuat: ſed quia difficilius impetraturus eſt, ſi intellectus fuerit nullo iure adiuuari poſſe.*

DECLAMATIO.

SI te proditorem poſtea dixiſſem, quam tu mortem meam optaſſes, videret tamen & rem vtilem poſtulare, & non contra legem tuam deſiderare. Quid enim optaſti? mortem accuſatoris, de qua lis non eſt. Nihil eſt quod ad præmium confugias: nihil eſt quod vtaris legis tuæ poteſtate. Nō recuſo quominus accipias quicquid optaſti: nihil petiiſti præter mortem. ſi exigis, vt accuſator ſtatim occidatur, alterum præmium petis. At hæc voluntas fuit tuæ petitionis. Nihil intereſt, ſi illam, qui dabant præmium, ignorauerunt: & ideo tibi nemo contradixit, quod videbatur purgaſſe contumeliam tuam: nihil tibi lex profuiſſet, ſi abolitionem petiiſſes. Nunc duo vindicas præmia: vt nec cauſam dicas, & hominem occidas. Ergo non vtique comprehenſum in præmio eſt, ſtatim occidere & quotiens præfinitum eſt tempus, incipit eſſe in poteſtate dantis. Si abolitionem petis, alterum præmium eſt Et cuius tandē iudicii petis abolitionem? non priuata diſceptatione venit in quæſtionem: non pecuniæ lis: quanquam tunc quoque leges commendatem, & morem iudiciorum. Ne agatis reus, poſtulas. ad ſummam temp. pertinet. dico proditum populum. dico tempus conſtitutum. quantulum eſt vt neges? Si maxime feſtinas, apud hos ipſos agi iam potuit: ac eadem [illegible] mora qua reiicimus, potuit pronuntiari. Nihil eſt quod [illegible]as, ſi innocens es. Acceſſit tibi magna pars patrocinii: [illegible]iter feciſti. ſuper illam potentiam diuitiarum, venit noua gratia: nec potuiſti magis experiri, quantam tibi gratiam fecerit iſta militia: mortem accuſatoris

cuſatoris accipere potuiſti. Quid eſt iſtud, quod non putas eadem gratia impetrari poſſe tuam ſalutem?

SERMO

IN *ſummum aperte pene irate dicit hic accuſator: nam ſubinde interponit.*

DECLAMATIO.

SI vultis, ſi veſtra intereſt, quid ad me qui periturus ſum? Vos, ſuadeo, caueatis: & ſuadeo permirratis, dum volo: merueratis enim, ne vellem. Caputne meum tam cito donaſtis? tam facile innocens occiſus eſt in ea ciuitate, in qua ſibi putat al quis, tam facile poſſe contingere, ne reus fiat? Quid eſt ergo? nondum omnes exuimus affectus: faciam vobis hanc inuidiam, vt ſciatis à vobis occidi bonum ciuem. Neq; enim quiſquam expectet, vt hoc iudicio dicam quomodo prodiderit, quo precio, quo tempore, quo loco. Si vultis hæc audire, date diem: ſine hoc quidem impetro, non meruiſtis. Et hoc me mea cauſa non facere cui non poſſit eſſe manifeſtum? expediebat alioqui mihi viuere, expediebat ſuſpenſo ac ſollicito tranſigere hæc tempora. Fortius eſt quod differo mortem, quam quod mori non recuſo.

CCXCV. *Demens ex vinculis fortis.*

Dementiæ damnatus à filio, & alligatus, ruptis vinculis fortiter fecit. Præmio petit reſtitutionem: quam cum filio contradicente accepiſſet, abdicat filium.

SERMO.

FILIVS *optabit vt pater ſanus ſit. dicet id genus furoris fuiſſe, vt intermiſſionem haberet.*

DECLAMATIO.

COEPERAM gratulari: ecce, iterum ſollicitor: iam iraſcitur pater. Quod ad me pertinet, non alia ratione contradico, quam ne pater domi ſine cuſtode ſit. Non aliter itaque hanc cauſam agam, quam proxime egi, etiam ſi in illa nocuit ante ratio. Diu ego tuli valetudinem patris, donec tam manifeſta eſſet, vt damnarem etiam inuitus. Tradita eſt curatio mihi: quam diligenter hoc egerim, æſtimate: videtur hoc eſſe ſanatus. Nec illud argumentum ſanitatis

eſt, quod rupit vincula: ſæpe faciebat hoc ipſum. Quod in hoſte impetum fecit, quod præmium petit, agit gratias fortunæ: viſus eſt ſanus. Quid obiicis? Egiſti (inquit) mecum dementiæ. Si non tenuiſſem, tamen licuerat. datum eſt hoc ius contra patrem. Legum lator proſpexit ſenectuti: ideo medicinam filiis imperauit: cum vero ſanauerim, poteram videri impius, niſi detuliſſem. Non eſt indulgentia, permittere ſibi furorem. Sed alligaui. hoc ſi iniquum eſſet, non liceret. Deinde obiicies, quod non cuſtodiui. Teſtor Deos, non receſſi à cuſtodia, donec me bellum auocaret. At contradixi præmio tuo. Hoc ſimile eſt ei, quod defendis: & non dicam Recentia tua fecerunt merita vt obtineres: an debuerim, apparebit. Non deſinam optare, vt hanc cauſæ meæ partem malam faciam. Dares iſta animi tui quies: ſcias quibus iraſcaris, ſcias quos ames.

CCXCVI *Exul tace.*

EXVLEM INTRA FINES DEPREHENSVM LICEAT OCCIDERE. Impudentis cædis damnatus, ex lege in exilium quinquennium miſſus eſt. Intra fines à fratre ad cœnam vocatus, cum paraſito fratris litem, fratre iam dormiente, conſeruit: & a paraſito clamante, Exul tace, ex lege interfectus eſt. quo comperto paraſitum abiecit adoleſcens. à patre abdicatur.

DECLAMATIO.

OBIICIMVS adoleſcenti ante omnia, quod paraſitum habuerit. Abdicationi hoc ſatis erat, vt ſi quid pater nollet, nunquam emendet. Quare nihil eſt quod dicas mihi, Nunquam iſtud obiecisti. Quid enim hoc colligi aliud, quam vt te abdicet indulgens pater? quid enim eſt paraſitus, niſi comes vitiorum? turpiſſimi cuiuſque facti laudator? Vnum tamen videbatur eſſe ſolatium, quod eiuſmodi vita, ad homicidium vſque non perueniret. Obiicio tibi, quod fratrem intra fines inuitaſti, fuerit quantalibet cauſa conuiuii, melius ea certe ipſe ad fratrem iſſes. Manet hoc ipſum inter cauſas abdicationis. obiici tibi poteſt, quod tam impius es, quod fratrem poſt illam miſeram fortunam non videres, niſi ad te deſcendentem. Nam illi ignoſci poteſt, vel cum periculo venienti: nihil tibi vero quis ignoſcat, qui cum ſine periculo ad illum ire poſſes, in id diſcrimen adduxeris fratrem tuum, vt eum etiam

iam

iam paraſitus poſſet occidere. Obiicio tibi quod adhibueris cœnæ tertium. Si hoc factum pietatis eſt, opus eſt ſecreto. obiicio quod paraſitum potiſſimum adhibueris. hoc enim vacabat miſero, hoc exuli. cœnabat cum paraſito. Cætera iam intelligo non pertinere ad abdicationem. altio a ſunt crimina & ſuis legibus digna, non tamen debent ideo lucri fieri, quod in patrem inciderunt. Obiicio tibi occidendi fratris conſilium. Si accuſator eſſem, ſi te in culleum peterem, illa dixiſſem, Perſona crimini idonea eſt: habes paraſitum & cauſa occidendi manifeſta eſt: cohæres es fratris. occaſio adiuuit conſilium, intra fines occidi poteſt. miniſter non defuit, paraſitus in tua poteſtate eſt. Cætera vero cui non etiam manifeſta ſint? paraſitus ſine tua volunta e conuitiari fratri tuo auderet? homo in adulationem natus, homo cuius famem tantum tu propitius differebas, non feciſſet vtique quo te putaret offendi. Dormis. hoc tibi in præſentia credatur? Non putabat tibi poſſe nuntiari? & tamen incredibile eſt te dormiſſe hoc tempore, hoc loco. conuiuium erat, & quale conuiuium? frater inuitatus. ita ille conuitiari auſus fuiſſet, ſi te amantem fratris vidiſſet? Credo paraſitum etiam inſultaſſe fortunæ filii mei. Tace, dixit, exul, paraſitus. homo, puto, qui contumeliam non ferebat, Tace exul. Parum enim eum grauiter torquebat ſola fortuna, parum enim grauiter iraſcebatur errori, niſi etiã paraſitus obieciſſet. non feciſſet hoc ergo te inuito. Puta tamen cadere hanc in animum paraſiti indignationem: illud certe in caſum non cadit, quod gladius in triclinio fuerit. Multa quæ ſingula occidere poſſunt, vniuerſa extra cauſam ſunt, vt conuitiari incipiat, cuius occidendi ius habuerit. adiice his, vt tu dormias, cum fratre inuitaueris: Vt viſurus fratrem poſt longum tempus, nihil ſis locutus, præſertim nondum exacta nocte, cum adhuc vigilaret ille miſer exul, & fortaſſe occid re ſomnus hic potuerit inter plures, tres eſtis, & omnis ſermo in anguſto eſt. Incredibilius hoc faciet ortum inter fratrem tuum paraſitumque iurgium. ad latus tuum iacet ille qui clamat, Exul tace. Quomodo fieri poteſt, vt ne ipſius quidem cædis tumultu excitatus ſis? fieri non poteſt, vt gladium frater tuus non viderit? non te excitauerit cum periclitaretur? His omnibus manifeſtum eſt, hoc tantum quæſitum patrocinium eſſe, quod paraſitum in præſentia dimiſiſti. Glorieris enim licet, quod non tecum interfecto-

 rem

rem fratris habeas, itane hoc tandem ſatis fuit dimittere impunitum, dimittere inuiolatum? Magni affectus iura non ſpectant. Sed ne dimiſiſti quidem bona fide. Nam & ſuſtineri abſens poteſt: nec dubito quin expectetur mors mea. Vt ergo non ſolum iuſtæ, ſed etiam miſerabiles cauſæ abdicationis ſint, filium perdidi eo tempore, quo miſer erat. non licuit ſaltem in patria, non in domo ſua, extremum illi ſpiritum effundere: ſed quod eſt contumelioſiſſimum, manibus paraſiti, & impune occiſus eſt, quem indignum erat impune ſaltem male audiſſe.

CCXCVI. *Meretrix ab amatore forte cæcata.*

QVI EXCÆCAVERIT ALIQVEM, AVT TALIONEM PRÆBEAT, AVT EXCÆCATI DVX SIT. Meretricis amator, fortiter fecit. occurrentem tibi meretricem excæcauit. petit illa vt eodem duce vtatur. Recuſat ille, & offert talionem.

DECLAMATIO.

SIQVIS, iudices, lege aduerſus eos qui excæcauerunt ita compoſita, vt aut talionem patiantur, aut aliquatenus ſolatium iniuriæ præſtent, litem eſſe audiat, altera parte ſimilem fortunam exigente, altera mitiorem partem legis amplectente, profecto exiſtimet hanc mulierem id poſtulare, vt excæcetur is qui ſibi oculos eruit: illum autem virum fortem fiducia meritorum erga Rempublicam ſperare, poſſe fieri vt contra voluntatem quoque eius quæ vindicatur, oculos defendat. Nam & hic dolor, grauiſſima paſſæ conueniſſet: & illud naturale eſt, vt bona oculorum intelligant, etiã qui eruerunt. Id omne diuerſum eſt. hæc quæ excæcata eſt, cui erepta lux eſt, cui omnis vita in tormentis agenda eſt, miſeretur quondam amatoris ſui: ille qui excæcauit, vult iſtam nimiũ vindicari. idque ſi faceret pœnitentia, vtcumque conſolandus nobis eſſet. nam & poteramus ſuſpicari, hanc iſtius poſtulationis eſſe rationem, cum excæcauerit meretricem, quam amauit, nunc oculos offerat, cauſam ambitus fieri. Negat fas eſſe, vt vir fortis manum meretrici præſtet, vt iter demonſtret. Apparet illam eſſe cæcatam: atque id tamen prætenditur modo, Iudices: cæterum cauſa poſtulationis iſtius manifeſta eſt. Videt miſeram fœminam

durare

durare in hoc non poſſe, vt excæcet: neque id agit, vt grauiorem patiatur pœnam, ſed vt neutram: oculos haberet quos hæc eruere noluit: ducis opera fungatur, quod iam recuſat. Nos tamen neceſſe habemus his reſpondere, quæ proponuntur, & aduerſus aliquem ſic agere, tanquam excæcari noluerit: illa etiam quæ ab ipſo iactata ſunt, nos quoque referemus, fuiſſe iſtum virum fortem, pugnaſſe pro Republica, plurimum nobis profuiſſe manus eius atque oculos. His enim omnibus profecto hoc efficitur, vt illum excæcati non neceſſe ſit neque ei nocuit illa honeſtiſſima militia. propugnator fuit ciuitatis, quoniam partem aliquam voluptatis in hanc impenderat: ſed fecit illum arrogantiorem ipſa virtus. Neque tamen nobis adhuc perſuaderi poteſt, vt vir fortis qui amauerit aperte qui non erat læſus vlla meretricis iniuria, oculos volens erueret fortunam illud putamus feciſſe, vt ſi lex permitteret neutram vltionem, forſitan totum ius remitteremus? Nunc oculos eius ſeruamus, qua poſſumus. Lex ita ſcripta eſt, VT IS QVI excæcauerit, aut talionem patiatur, aut ducis opera fungatur. Inter has duas res quæſtio eſt. Antequam comparo illud, interrogare volo, cuius cauſa ſcriptam legem eſſe putas? Dubitare non poteſt quin ſcripta ſit ei, quæ vindicanda eſt nec illud quidem in dubium veniet, vltionem quidem harum duarum (vt ita appellem) pœnarum eſſe in poteſtate exigentis. Quid enim aliud cogitaſſe legumlatorem putamus? Illum vtique qui excæcaſſet, credidit eſſe puniendum, adeo vt ne illi quidem ipſi qui vindicabatur, permiſerit totam legem remittere. Illa igitur fuit cogitatio: Meruit quidem qui eruit oculos, vt & ipſe perdat: ſi tamen habuerit miſericordem, ſi inciderit in eum, qui aliquatenus reddere iræ ſuæ rationem poſſet, gratiam referat. Hæc poſtea. Eligi ergo ab ea pœna debet, quæ grauiſſimam iniuriam paſſa eſt. Puta iſtud eſſe aſperius, quod recuſas: fortaſſe propter hoc ipſum pati debeas. Oculos eruiſti mulierculæ ſine dubio, & adiice ſi vis meretrici: tamen quos eruere non licebat. nos es dignus qui patiaris quod vis. Hæc dicerem ſi tecum aſperius contenderem. Nunc ante omnia reipublicæ cauſam tecum ago. Æquum eſt ſaluos eſſe hos oculos & incolumes. multa afferunt caſus, frequens bellum eſt. Detegemus tibi etiam huius mulierculæ affectus, quo magis te rem tam grauem feciſſe pœniteat. Hæc excæcare te non potuit: meminit temporum ſuperiorum,
 memi-

meminit illarum quas aliquando communes habuit, voluptatum: meminit amoris tui. Digna eſt cui manum commodes: nam id quoque lex iuſtiſſime conſtituit, præſtet oculos qui eruerit, & in vicem erutorum luminum ipſe ſuccedat. At enim forti viro turpe eſt hoc officium ſubire. Scilicet illa honeſtiora, debilitatem pati, & ferre infeſtos numinibus oculos. Non erit talis iſta debilitas, qualis eſſet, ſi illam in acie paſſus eſſes. Tu qui recuſas dux eſſe meretricis, non cogitas futurum, vt tibi oculi propter meretricem eruantur? Verum meretur hic ipſe pudor tuus, propter quem parcamus oculis tuis.

CCXCVIII. *Ruſticus paraſitus.*

Ruſticus paraſitum filium abdicat. C. D.

DECLAMATIO.

NON ignoro, iudices, quanquam non à forenſi contentione ſolum, ſed ab vniuerſa ciuitatis conuerſatione longe remotus, hoc præcipue fieri miſerabiles eos, qui paternæ animaduerſionis notam deprecantur; quod periclitari de præterita dignitate videantur: de qua certe ſolicitum eſſe filium meum incredibile eſt. Quantulum eſt enim quod abdicatus erit, qui iam paraſitus eſt? Quem ego, iudices, tam obſtinate, non præceptis ſolum meis, ſed etiam precibus reſiſtentem, vtinam poſſim dicere contumacem: nunc hanc licentiam concepit animo ſeruitutis. Multum enim illi (verè eſt) fiduciæ fecit gratia adoleſcentis locupletis & prodigi, qui non aliter quam ſi de proprio mancipio ageretur, in hoc vires ſuas oſtendit. Infelix & ille, tam turpem enim filium habeo, vt etiam ipſi obiiciatur. Nec me præterit vnde hæc frequentia concurrerunt ad ſpectandos duos ruſticos, & hi forſitan hæc ipſo indicante. Merito ſi iſte ridetur, cuius nomen equidem nec intelligo, nec interpretari poſſum, quod vocatur. vnum neſcio quid eſſe turpius, quam luxuriam puto. Quo magis autem hac eius vita erubeſcam, fecit memoria noſtri. Mihi rus paternum erga labores gratiſſimum, non frugalitate tantum ſuffecturum, ſed & delectatione, ſi coleretur à dominis duobus. Hoc cum diu eueniſſet, ne hæc quidem ducendæ vxoris, & educandorum liberorum onera recuſaui, vt

relictum

relictum à parentibus meis relinquerem filio meo: de quo ipſe non queſtus ſum.nam videbatur laborioſus, miſi in ciuitatem, delicatior venit, & redire properauit. Et primo quidem deformauit tantum diligentior cultus: dehinc procedente tempore, ſæpe flagrantem mero vidi, redolentem vnguenta, etiam plura perditæ vitæ ſigna. Cum interrogarem, reſpondebat, eſſe locupletem amicum. Deſpiciebam etiam amicitiam, dicebamque: quam diu iſte locuples erit? donec res redit, vt etiam de ſalute eius timerem. Ad domum diuitis veni (non enim nomen inter non agnoſcentes requiſiui) paraſitus inuentus eſt. Et placet ruſtico patri? erubui. nondum te inueniſſem. Ad comparationem voco vtriuſque vitæ. in præſentia hoc vno contentus ſum, ſuſcipere laboris tui partem. ſatis in te laborauimus. iam deficit ætas, iam quietem poſcit ſenectus: & ego delicatus ſum. Abdicant me licet boni mores, tamen clamo. Ego te mihi genui: non ergo cogitabis quid mihi debeas? illæ terræ gratiam referunt: nec quicquam inueniri poteſt in rerum natura, in quo labor pereat. De abdicatione tu quereris? prior patrem reliquiſti. Quando enim videte te mihi licet? quantum abſum ab orbitate? Impono, iudices, affectibus meis, qui nihil adhuc inter querelas habeo, niſi deſiderium. Iam iraſci neceſſe eſt: nondum tamen ad vltimam tui contumeliam venio. Obiicio tibi luxuriam. Si hoc tantum diceremus: viuis inter meretrices & latrones, dignus es abdicatione, etiam, ſi paraſitum habes, inter aliena ſeruitia numeraris, & tibi luxuria obiicitur, etiam non tua. Omitto interim ex quo genere vitæ in iſtud tranſieris, ſub quo inſtitutus patre. Diſſimulata & remota perſona mea, paraſitum abdico: num me iraſci putas? miſereor vbi hæſerunt tibi vitia ciuitatis. Videtur habere hoc primum odium ruſticitas. Si bona paterna conſumpſiſſes, iure abdicareris. Libertatem & ingenuum pudorem conſumpſiſti. Qui melior ille, cui ſeruis? pudet dicere, quo precio hereditatem emancipaueris. Gulæ ſeruis, & ſicut muta animalia obiectis cibis in iſtam cecidiſti ſeruitutem. Iuuat autem cibus poſt opus. Multa quidem video diuerſa genera vitæ, nec probabilia omnia: cæterum tamen hoc nouum eſt & inauditum, contumelias in quæſtu habere, & iniuria paſci. Iuuat illa te reſiduo potio, & ex loculetis cœna neſcio quid intactum. Cedentis manus oſcularis, & ferrum portas, fame periturus, ſi ille nihil malefecerit. Alios enim fortaſſe paraſitos ars aliqua

com-

commendet: tu quid potes, miſer, niſi vapulare? Habent hoc quoque delitiæ diuitum: malunt quærere omnia contra naturam. Gratus eſt ille debilitate, ille ipſa infelicitate diſtorti corporis placet, alter emitur, quia coloris alieni eſt. Hæc (vt res eſt) acceſſit noua elegantia inter peruerſas delitias, habere ruſticum. Ridiculum hoc, quod durus, quod inhabilis, quod filius meus. Qualia Dii deæque damna! Intelligo cum quo mihi filio res eſt.: non commendabo illi laborem honeſtum, & bonam quotidie conſcientiam, & optatam, etiam ciuitatibus ſeruientem. Agam cauſas per vices anni. non numerabo fructus: luxurioſum filium ad delitias voco paratas. Ingentis pecuniæ concupiſcis feras? Demus ipſe venare. Auibus oneratis feculа gaudes? fructus noſtros, niſi ſuccurris, infeſtant. Quicquid illic laurum eſt, nos miſimus: & fructus curuatis ramis ad manum paratos habemus. Compara ſi videbitur veſtros niuibus meis fontes, compara incluſis intra parietes aquis perennes fluminum lapſus. Quæ tanta vobis nemora? Quid eſt iſtic admirabile, niſi ruris imitatio? Ad has te delitias pater voco. Ipſe durum deſidia ſolum ſulcis aperiam, & aratro ſenex incumbam. Tu tantum impera. Non miſereris paterni auitique fundi, obſiti ſentibus? circa beati fructus. Nos deſidia male audiuimus, quod iam perdidimus annos. Tu viuis aliena liberalitate. At ſi te vlla horum miſeratio tenet, ignoſcas mihi: ducimus quendam aduerſus ipſas terras conſuetudine affectum: non vendes tu agellum meum? non paternos auitosque cineres, & oſſa, alicui, precio cœnæ vnius addices? Quatenus infeliciter filium ſuſtuli, quæram aliquem qui colat.

CCXCVIII. *Oſſa eruta parricidæ.*

PARRICIDÆ INSEPVLTI ABIICIANTVR. SEPVLCHRI VIOLATI SIT ACTIO. Decedens pater mandauit filiæ vltionem, dicens ſe duorum filiorum veneno perire. Puella reos poſtulauit. inter moras, vnus ſe occidit, & ſepultus eſt in monumentis maiorum. Alterum cum damnaſſet, & inſepultum proieciſſet, eius quoque qui ſepultus fuerat, oſſa eruit, & abiecit. Accuſatur violati ſepulchri.

SERMO.

SERMO.

An vtcunque ſepultum eruere non liceat: an ei non licuerit qua potuit prohibere: an etiam non iure fuerit ſepultus. Hinc ſpeciales quaeſtiones, vtrum lex damnatum tantum parricidii, an re vera parricidam prohibeat ſepeliri: an ille parricida fuerit. In hoc probatiua dua, altera pathetice, altera pragmatice, id eſt, affectus & iuris quaeſtiones. An damnatus ſit ſua ſententia, qui ſibi manus attulit. An & de illo iudicatum ſit cum frater eius conuictus ſit: an non poſſit quiſquam mortuus damnari. etiam vt alius nemo poſſit, an is vtique potuerit, qui in reatu periit. Vltima peragitur qualitas, in qua totius controuerſia vires ſunt: Quale huius factum, vtrum venia dignum, an damnatione ſit, in qua tractatione patheticos pro republica indignandum.

DECLAMATIO.

SEPVLTI ergo eſſent & æterna quiete conditi iacuiſſent parricidæ. Manes iuxta patris latus, vt quod Diis hominibuſque videatur indignum, tumulo tectus videretur, cui leges terram negant: in cuius cruciatus, cum omnia commenta ſit antiquitas, certior tamen eſt pœna quam ſcelus: cuius ſtatim ora, oculoſque à iudicio lex iuſſit abduci, ne hunc iocundum cœli aſpectum polluerent tetri oculi: cui lucem viuo, fluctuanti mare, naufrago portum, morienti terram, defuncto ſepulchrum negat? quem in pœna ſua iubet viuere, huic tumulum & exequias perſolui fas fuit? Adeone omnia perierunt, vt ex duobus meliore loco habendus ſit manifeſtior parricida? Tu vero puella tam honeſti affectus, quicquid tacita pietate ſuggeris, vel his audientibus refer. Mihi crede, modo approbaſti, nihil te de fratribus tuis ſolere mentiri. Dies, inquit, noctéſque, miſeranda patris vmbra circumuolat, qualis erat cum mandatum daret, modo minax atque efferа, repente ſummiſſa, his me vocibus (vt ſciatis) appellat. Tu quidem filia parricidam poſtulaſti. eodem crimine, iiſdem argumentis communibus vterque legibus iudiciiſque qui ſuperetat, damnatus eſt. Nunc vnus ſupereſt dolor, quod parricida ſepultus eſt: quod æterna quiete compoſitus ſepulchro meo parricida patrem premit. Aude nunc aliquid puella fortius, & ab hoc vtique me vindica, quem ego occidi. expulſus ſedibus meis, contactum illius fugio. Quid agis infelix puella?

puella? ecquid agnoſcis alterum patris mandatum? Itaque vt primum acceſſi ad tumulum, ſponte reſoluta lapidum compage, impios cineres in editum terra ſuggeſſit: onerosa etiam inferis monſtra, in lucem redundare viſa ſunt. Dii boni, poſt hæc quiſquam queretur, cur ex duobus parricidis neuter iacet tanquam pater, vterque tanquam frater?

CCC. *Adultera apud filium iudicem rea.*

Apud cõmunem filium iudicem, ream adulterii fecit maritus vxorem. matrem abſoluit adoleſcens. Pater eandem detulit in iudicium publicum, & damnauit. Abdicat filium.

SERMO.

De *anteactis temporibus non tantum eſt quod adoleſcenti nihil obiicitur, ſed etiam quod proxime iudex placuit patri. Quarum ratio cum conſtet poterat non improbi, vel non manifeſti erroris peti venia: ſed prius, iure defendendus eſt.*

DECLAMATIO.

OBIICIS ſententiam: non dico qualem iudex pronuntiauit. Diſpiciendum tibi fortaſſe fuerit, ad quem venires: diligentius excutiendi mores. Nulla iudici libertas eſt, niſi pronuntiare licet, vtrum voluerit. Fortaſſe errauerim in diſpiciendis cauſis, minus prudentiæ habuerim iuuenis: ego nihil aliud debeo quam fidem. An tu a conditione litigabas, vt pronuntiare pro te neceſſe eſſet? Hoc dicerem, ſi in quocunque iudicio ſententiam tuliſſem. Aliquando fortius eſt, Cum iudex à te ſim electus, hanc quam nunc eripis claritatem, in iudicio dediſti. Quid tamen pronuntiaui, & in qua cauſa ream abſolui? Non dico, quam ream, nec cuius criminis: hoc dico; Male audire plerunque iudicum nimia ſeueritas ſolet: nec vnquam in conuicium niſi aſperæ ſententiæ veniunt. Ideo abſolutos publica illa acclamatio proſequitur: à damnato triſtes recedunt, & victricis quoque partis ſilentium eſt. Abſolui. Si hoc inuidioſum, ſi hoc criminoſum eſt, quomodo me putem potuiſſe defendi, ſi damnaſſem? Abſolui matrem meam. Hoc non eo pertinet fortaſſe, vt debuerim crimen remittere, multa ignorantes patimur. Mihi

mater innocens viſa eſt, obiiciebas tu adulterium. Nihil neceſſe eſt tractare de cauſa, præſertim cum nihil ſit ablatum defenſionis: mihi tamen omnia quæcunque in matrem meam dicebantur, incredibilia ſunt viſa. Reſpuebat illa, magis apud me agebat cauſam mater mea dicens, Scis quomodo te amauerim, quomodo educauerim, nihil mihi obiectum eſt in ætate prima, nulla fabula aute partum ſecuta eſt: ream facit anum, & iuuenis matrem. Tu me iudicem faciebas, illa teſtem. Accedebat his illud etiam, quod non exiſtimabam tam aſperam illam diſſenſionem, nec veram eſſe litem, quæ ad filium ducebatur. Videbamini mihi quærere intercesſorem. Aliud fortaſſe fuerit, quod te poſtea concitarit illo tempore nihil facere melioris mariti, nihil indulgentioris potuiſti. Ad eum iudicem perduxeras vxorem, qui damnare non poſſet. At enim poſtea hoc crimen probaui. Non iam reſpondeo iſta quæ dixi, aliis muneribus acciperet iudex extraneorum naturam: qua fortaſſe iratior exiſti. Non ſemper erroris odium penes cognoſcentes eſt: aliquando cauſa profertur, negligentius interim defenditur. Si matrem meam nunc audias, dicit ſe ad illos iudices veniſſe ſecuram, & obſtitiſſe ſibi fiduciam prioris ſententiæ: vtitur in defenſione claris ac nobilibus exemplis, damnatos mihi Camillos, & Rutilios narrat. Verum quicunque iſte exitus fuit, habuerit ſuum finem ſi crimina in me explet (neque vereor) plura confitebor quam obiicis: & cum damnata eſſet mater mea fleui, & grauiter tuli.

CCCI. *Rapta à diuite pro ancilla.*

Pauper diuitem inuitauit ad cœnam. erat in miniſterio puella pauperis. Interrogatus pauper à diuite, quænam eſſet, dixit ancillam. Deſcendens à cœna diues, eam rapuit. educta ad magiſtratus puella, ex lege raptarum nuptias optauit. Diues accuſat pauperem circunſcriptionis.

SERMO.

ETIAM *ſi reus eſt hic pauper, non tamen mihi videtur aſperè & concitate contra diuitem acturus. Non tantum accuſator diues illi ſed gener eſt, & nos non ſumus iracundi. Rapta nuptias optauit.*

NARRA-

NARRATIO.

SI alio accuſante dicere cauſam, ſciebam & expertus proxime eram, eſſe nobis æquam, etiam aduerſus diuites, libertatem. Sed me, quanquam indigniſſime p tar, non tam lex, quàm ratio prohibet à conuitiis. Ego hunc amicum ſemper optaui etiam antequam eſſes ſocer, & colui, & aliquid etiam ſupra vires facultatum mearum, in excipiendo eo, auſus ſum. Atque id me fecſſe ante omnia confiteor, vt potiorem haberet filia mea. Nunc vero eum mihi fortuna ipſa generum dedit, quem maxime diligebam. Tota itaque hæc, quæ pro innocentia mea adhibebitur, non tam defenſio erit, quam ſatisfactio. Fortaſſe detrectet. ſed iam audebo, ne nos faſtidiat. Non ſum quidem locuples, ſed quotus quiſque: inops cenſu, ſed integer, ſine crimine, ſine fabula: non indignus aliquando huic diuiti viſus, qui amicus vocaretur: ad cuius menſæ quoque ſocietatem abundans & locuples accederet, & exiſtimaret fore hoc quoque inter cauſas amicitiæ, ſi cœnulam diuiti pauper feciſſet, non illam beatam, nec qualem hic poteſt, non inſtructam miniſteriis. vnde enim nobis omnia proferenda ſunt in medium. cum præſertim iſte nos propius cognouerit: quicquid illud fuit, ne dedignaretur diues, maxima parte curaui, ipſe compoſui, & poſt ſecuritatem, modo conuiua ſerus acceſſi, ſed opus erat miniſterio. Hoc parauerant mihi non pecunia, non emptione: ſed vxorē ducendo, educando hanc puellam. Admiratum credidi, quod hic ſexus miniſtraret: eoque magis pudori mihi fuit, confiteri eſſe filiam meam. Nam neque erat is cultus & notitia nobis adhuc noua: & tamen, ſi de me quoque interrogaſſet, reſpondiſſem, Seruuli tui ſumus. Non perſuadeo tamen mihi, vt crediderit. Neque tamen irritare tam delicatas eius cupiditates potuiſſet ancilla: nec fecit quod aduerſus hanc conditionem fieri fortaſſe potuiſſet. Rapuit tanquam ingenuam: ideoque cum duceretur ad magiſtratus, nihil recuſauit, nihil iuri noſtro oppoſuit: niſi forte hoc quoque in cauſa erat, quod ducebatur ſecurus. Vnde enim nobis aduerſus iſtum tantos animos, vt vindicaremur? Quomodo hanc inuidiam potuiſſet ferre paupertas, ſi occidere filia mea voluiſſet iuuenem inter principes ciuitatis? Non tamen vſque in hoc, iudices, valet vt non dederim beneficium. Vbi ergo circunſcriptio eſt? Quam quidem legem arbitror propter eos maxime latam, qui circa forenſes inſidias aliquem ſcripto callidiore ce-

re cepiſſent. Cæterum vt longius interpretatio veniat, non tamen erit dubium circunſcriptionem eſſe ineuitabilem fraudem, id eſt, in qua factum eius demum æſtimetur, qui accuſatur. Singula ergo æſtimemus. Inuitaui ad cœnam: quæ hic circunſcriptio eſt? pauper diuitem. veniſti ergo gratias. habuiſti honorem, & illud humile limen intraſti: & adiſti menſam, ad quam cum venimus, cœpimus, Deos inuocamus. Alioqui ius in me humanitatis eſt noſtra frugalitas, quæ vobis vtique velut refectionem quandam & quietem præbet. Inter veſtras quoque epulas non ſemper illa ponuntur peregrinis petita litoribus & ſyluis: aliquando hæc vilia quæ rure mittuntur, adhibetis quæ emere nos pauperes poſſumus: cœnaſti tamen hilaris, vt vis videri etiam liberalius bibiſti. Quare tamen inuitaui? quoniam promerenda nobis eſt veſtra potentia. Si qui me deruliſſet reum, defenderes: ſi quam iniuriam timerem, rogarem te potius menſæ communis. Non eſt igitur in hoc circunſcriptio, quod ad cœnam inuitaui: cætera vtique ad crimen legemque non pertinent. Sequitur ergo vt ſit proximũ crimen, quod in miniſterio fuerit filia mea. Iterum accuſabitur paupertas. Quid ergo nos facere iubes? emere non poſſumus, et iam ſi quid ex quotidianis ſupererat laboribus, educatio exhauſit. Mutuemur ergo & alienis miniſteriis lautitias veſtras imitemur, quantum poteſt quis. Apud vos illi greges miniſtrorum, apud vos aurum & argentum. miniſterium ergo fuit ex meo. Non iſtud deforme pauperibus: nam & ſi in aliud diei tempus incidiſſes, tum quoque tibi videretur ancilla: vidiſſes penſa facientem. Filia igitur miniſtrauit, ſicut mihi ſolet. Niſi veritus eſſem, ne tibi inuidiam fieri putares, niſi me frequenti humanitate in honore poſuiſſes, ego miniſtraſſem. Hinc quoque rem quę quod tu feciſti: non eſt circunſcriptio, quod interrogatus verecunde reſpondi: & cum mihi tecum cœpiſſet nouus vſus, erubui videri ſine ancilla. Hoc mali habet ambitus. Peccaſſe me fateor: dicendum fuit verum. Sed hac pœna potes eſſe contentus: non impune feci. Et quæ a me facta ſunt, hæc ſunt. hic me circunſcriptionis accuſa, nihil ipſe feceris. Num enim ſi tu nihil concupiſſes, non rapuiſſes, poterat mihi obiici circunſcriptio? hoc ergo exigis, vt ego nocens ſim, non ex meo facto, ſed ex tuo. Age, res quidem ipſa crimine caret, ſed animus ſuſpectus eſt. Quid eſt igitur? me credibile eſt circunſcribendi mente feciſſe? inuitaui vt raperes? Neque

enim poterat dubitari, quin quæreres quæ miniſtraret. Et cum interrogaſſes, certum erat fore, vt protinus cupiditas aliqua in animum tuum deſcenderet, & cum concupiſſes, vt raperes. Quæ ſi nu la ratione, nulla diminutione prouideri potuerunt: apparet non propter id factum, quod ſperari non potuit. Quid enim in cauſa fuit cur raperes? cultus videlicet te illexit. hic enim adijci ſolet ad ſpeciem. talis miniſtrabat, vt neceſſe eſſet ancillam eſſe mentiri? Tu porro (permitte etiam aliquid mihi libertatis) rapiebas, vel ancillam tu raperes, ancillam eius apud quem paulo ante cœnaueras? Sed non credidiſti ancillam eſſe. Poſſis tu fortaſſe huc vſque deſcendere vt non faſtidias pauperes: nunquam cupiditas tua vſque ad mancipia deſcendet. Ac ſi forte oculos tuos petiſſes, quid opus erat vi? non munuſculo ſollicitaſti? non, ſi contumacior eſſet, pro tua illa comitate à domino petiſti? Potuiſti ergo ſcire, etiam antequã rapere inciperes. in ipſo vero raptu non apparuit tibi ancillam non eſſe? non tanquam libera repugnauit? non proclamauit patrem? nullam vocem meam audiſti? Fieri non poteſt, vt non eruperit ingenuitas, quæ aditura erat magiſtratus. Aut ego fallor, aut de hac tota cauſa iudicatum eſt. nam ſi quid feceram fraudis, apud magiſtratum agere debuiſti. Circumſcriptus ſum, ancillam putaui. neceſſitatem raptoris agnouiſti. Non puto te obijcere, quod nuptias optauit: ſed nec ego imputo: ſicut ne gratulor quidem hoc matrimonio. Mihi magis conueniſſet gener cum quo mihi par conuictus, apud quem ſi forte cœnarem, vxor miniſtraret. Tu tamen quid circumſcriptione iſta perdidiſti? vxorem non habes locupletem. nihil enim magis, quam peculiam ſperabis. O te dignum qui duceres parem! Tunc ſcires quæ diſcordiæ quæ contentiones, quam frequens mentio dotis, quam erecta ex æquo ceruix. Vtique in his tuis delitiis, in his cupiditatibus tibi liceret amare aut quam ancillam, deprimere aliquam miniſtrarum. At nunc habes vxorem non ambitioſam, non exactuiam comitatus, ſed quæ tota ex tuo vultu pendeat. Laborare contulit, habebis ancillam. Tantum, etiam ſi quid ego offendi, tam mihi iraſcere. Nihil illa fecit, nihil peccauit. Ioſi. fuit: in miniſterio patri paruit ad aliam hoc tantum pertinet, quod optauit.

CCCII. *Auctoratus ob ſepeliendum patrem.*

GLADIATOR IN QVATVORDECIM GRADIBVS NE SEDEAT. Quidam vt patrem ſepeliret, auctorauit ſe: die muneris productus ſub titulo cauſæ, rudem. poſtulante populo, accepit: poſtea patrimonium ſtatutum per leges Equitibus acquiſiuit. prohibetur gradibus.

DECLAMATIO.

POSTEA dicam qua cauſa pene gladiator factus ſit: poſtea hoc quid dicitur in laudem vertam. interim incipere libet ab ipſa lege. Ius certe ſedendi implet ingenuitas & cenſus. Quærendum eſt ergo an hic, gladiator ſit, aut fuerit. Non ſumus magni legis interpretes: non ludum, nec arenam, nec armorum inſcientiam complexa eſt, ſed gladium, Cui dubium eſt id exigendum eſſe in eo, ex quo nomen gladiatoris ductum eſt? Gladiator igitur eſt, qui in arena populo ſpectante pugnauit. Nam neque orator eſt, qui nunquam egit cauſam: neque accuſator, qui reum in iudicium non deduxit: neque reus, qui cauſam non dixit. Videamus & ipſius periculi cauſam. Quæro an ſi creditor poſt datam pecuniam, operas remiſiſſet, diceres eum gladiatorem fuiſſe? In ludo fuit. Fuerunt doctores, & medici, & miniſtri: neque tamen in illo nomine tenentur. Productus eſt. & alii multi, ſpectaculi gratia. Sed affuit pugnæ. Sed animum teneris: cum præſertim hic ordo ex laude militiæ hoc nomen acceperit. Non ergo pugna per ſe turpis eſt, ſed inhoneſta pugna. Dedit enim & familiis nomina: hinc Coruini, hinc Torquati, hinc Opimi. Illum ergo maiores prohibuerunt theatro, qui vilitate, qui gula ſe auctoraſſet. Mutuatus eſt pecuniam, vt patrem ſepeliret: mutuatus vnde potuit: & quo turpius putas eſſe ſic mutuari, hoc honeſtius fecit. Vidit enim quid ſibi accidere poſſit auctorato: ſed illud crudelius putauit, ſi pater inſepultus iaceret. Gladiatores ſepeliuntur. Iſti accuſatores, & Cimoni illi, qui patris corpus vicario corpore redemit, crimen darent. Sed indicauit populo, quare veniſſet in ludum non pugnaturus. Tunc vt notitius fieret exemplum, tum te, popule, iudicii tui pœniteret. Quomodo poſtea vixit? quam frugaliter adquiſiuit? quam parce? quam laborioſe? Auſim dicere neminem ſic ex hoc ordine, nec ex alio.

CCCIII. *Proditionis rei, fortes.*

PRODITIONIS REI CAVSAM DE VINCVLIS DICANT. Qui rei facti erant, ruptis vinculis fortiter fecerunt. Præmio petunt, vt ſoluti cauſam dicant.

SERMO.

An reis dandum præmium. an proditionis reis. an his quos non ciuitas armauit. an contra legem dandum ſit, & hanc legem & hoc tempore. an tollatur ſumma legis, etiam ſi vis extenuetur. qua mente petant, quid vtilius.

CCCIV. *Tria præmia diuitis ſacerdotis.*

SACERDOS TRIA PRÆMIA ACCIPIAT. VIRO FORTI PRÆMIVM. Diues ſacerdos inimici pauperis filium ſacrilegum, vno præmio liberauit. Eundem in adulterio damnatum, ſecundo præmio abſoluit. Bello patriæ, pauper fortiter fecit. filius ille deſeruit. Vult eundem tertio præmio ſacerdos liberare, petit præmio vir fortis pater, vt occidatur.

DECLAMATIO.

Vra, lex antiquior? belli vtique prior. Sacerdotium, pacis res eſt. Tua ad vnum pertinet, hæc ad omnes. Mihi lex debe ,tu legi. vtrius legis hoc tempus? ego dignior ſum præmio, quam tu. Me viro forte contigit victoria, te ſacerdote admiſſum ſacrilegium. Hactenus de perſonis: tranſeamus ad opinionem. Ego hodie primum opto, tu bis optaſti. & ego melius opto deſertoris mortem quam tu vitam ſacrilegi. Sacerdos, caſtra vindico: diſce tu vindicare templa. Quid ſi contra legem petis? vnius vitam iam ter optaſti. Comparaui publicas perſonas: num comparem. Tu optas? nunquam niſi de alieno: ego de meo. Quanquam quid mihi cum lege? dum ne veniat adulter ille, ille ſacrilegus, ille deſertor in penates meos? Sciet quanto meliore patre natus ſit quam inimico. Armiger, da gladium: vindicabo ego illum maritum, vindicabo templum. Legem habeo & viri fortis & patris. Innocentem filium habui, ante huius ſacerdotium: ſub iſto primum expilata templa. Furorem hoc iuuenis mei

puta-

putabam fiducia erat. Multum eſt, dices, colere templa plus * tamen ſuſtinere incendere hoſtium templa. Cur enim ſi quicquam tua vota proficiunt, cliens tuus deſeruit? Mihi debetur præmium, quod petieto. poſſum & tuam mortem, poſſum tibi auferre ſacerdotium.

CCCV. *Exules à diuite pugnare inter ſe coacti.*

EXVLEM INTRA FINES DEPREHENSVM LICEAT OCCIDERE. Duos pauperes, diues, inimicos ſuos imprudentis cædis quinquennii exilio damnatos, intra fines deprehenſos, dimicare inter ſe, datis gladiis coegit: commortui ſunt. accuſatur iniuſti ſupplicii.

DECLAMATIO.

NISI præcipua, iudices, impotent æ voluptas diuitibus videretur, vt ſceleribus ſuis etiam glorientur: fuerat tanti miſerrimorum ciuium perire vindictam, ſi poſſit tacere qui fecit. Hæc enim eſt exacti iniuſti ſupplicii manifeſta iniuria, quod excogitauit quomodo ab inimicis mors exigeretur & ipſis imputaretur. Homines innocentes cum damnarentur quoque confeſtim inter ſe concurrere coegit: quos etiam in calamitate fortuna coniunxerat, iuſſit vt inuicem ſe occiderent (quod grauiſſimum illis fuit) ſcientes. Æſtimate, iudices, quid timuerint qui hoc fecerunt. Quamuis autem, iudices, adiicere inuidiam ſceleribus numerus ſoleat, nos tamen confitebimur, inter ſolatia doloris noſtri eſſe numerandum, quod ambo perierunt. Sic miſeros commiſit, vt ſi vnus viciſſet, poſt quinquennium redire non poſſet. Siue igitur conſtare vobis, iudices, debet vtrio: nulla vnquam res ſic contra leges excogitata eſt, vt intra fines deprehenſum exul occideret: ſiue crudelitatis exigere debeat pœnam veſtra iuſtitia, non ſatis habuit quod aduerſus miſeros lex irata conſcripſerat. Quanto enim grauius tulerint ſuppliciũ, quam meruerant, vel hic exiſtimate. Hoc inimicus elegit, & inimicus pauperibus iratus. hæc enim odia altiſſime ſedent, cum aliquis, iis quos contempſit, iraſcitur Innocentiæ fiducia contra opes iſtius ſteterant: non tamen futuri pares, niſi duo fuiſſent. Contra gratiam armauerunt miſericordiam ſui, donec ambo in periculum capitis adducti. Teſtes enim non

 defue-

deſuerunt. quantum enim valuit innocentia, conſtitit inter omnes non potuiſſe illud niſi ab imprudentibus fieri. incredibile eſt, iudices, quanto difficilius finibus careant, qui exilium non meruerunt. Amplectebantur miſeri pio furto extremum patriæ ſolum. non mehercule ſcio, an alicuius inſidiis perducti, an aliqua humanitatis facie impulſi: nihil probare poſſum: ambo perierunt. Si tamen intueri naturam volueritis, apparebit profecto non caſu eos in eum locum potiſſimum veniſſe, in quo ab inimico deprehenderentur. deprehendit enim tanquam expectaſſet. Minus quidem miſerrimos, diues confuderat iſtius aſpectus: iugulum contumaciter parabant. Iampridem mortem contempſimus, nec inimicitias aduerſus te ſuſcepimus, niſi lucis vilitate. Occide nunquid plus potes? Riſit animos: &, Adhuc neſcitis (inquit) quantum opes virium habeant. efficiam vos inimicos. Tradi vtrique gladium iubet, & cuſtodiri in primo impetu manus circa flagella & ignes, & omnes tyrannicæ crudelitatis apparatus. Quantos enim fuiſſe credis* metus, qui effecerunt vt concurrere illis expediret? O miſera conditio! magna neceſſitate victa libertas eſt. Tunc rogauerunt: donec iſte crudelis laniſta, Concurrite (inquit) & iſtas innocentes manus committite prudentes. non continget innocentibus mori. quæ miſerorum inter binos metus cunctationes? occidere coacti ſunt eos, quorum miſerebantur. Quid ergo faciem triſtiſſimi illius temporis narrem? quid vulnera? quid ſanguinem? quid gemitus? Tu ſaltem fortuna melius vno vterque fato iacet. Te tamen, diues, interrogo: quid de illo facturus fueris, qui ſuperfuiſſet? Hoc eſt puras manus habere? hoc nobis pro innocentia imputas? nocentem feciſti ipſam infelicitatem: & tanquam parum eſſet, exigere pœnas, ſupplicia infamaſti. id deniq; coegiſti quod defendere non potuiſſent, niſi coacti. Iniuſti ſupplicii ago. Non eſt mihi lex interpretanda. Omne iniuſtum ſupplicium eſt, quod non eſt exactum ſecundum legem. Da igitur ius mihi, quo petire debuerint. EXVLEM INTRA FINES LICEAT OCCIDERE. Quod ſatis eſt, non occidiſti. Quicquid aliud factum eſt, contra legē eſt. Sit aliquid mitius, ſit aliquid clementius, non licet, nec tibi licebit ignoſcere. Exulem intra fines liceat occidere. Neminem, iudices, eorum qui iura condiderunt, tam aſperum & trucem exiſtimo fuiſſe, vt tantum ſcelus crederet poſſe fieri. Metus ſine dubio fines noſtros cluſit exulibus: magnam

quam tamen illis qui deprehendiſſent, impoſuit difficultatem. Exulem intra fines deprehendiſti? occide ſi potes: ſed occide tua manu, ſume carnificis animum. Sequetur quandoque te iſta conſcientia: & quanquam impunitus ſanguis, manabit tamen vſque ad animum. Quæ ſunt iſtæ deliciæ, vt tu velis inimicos tuos imprudentibus manibus occidere? Exulem intra fines liceat occidere. Si deprehenſos detinuiſſes, iniuſtum ſupplicium eſſet. nemo inter pœnas exulis conſtituit mortis expectationem. Iſtud quod nutum tuum diutius vident, quod arrogantiam ferunt, iniuſtum ſupplicium eſt. Non licet tibi gladium ſupra ceruices diu tenere: non licet iugulo necem admouere lente. Tu eos detineas intra fines, quibus venire non licuit? Occide, vel ſtatim; vel, ſi differre potes, miſerere. Nondum dico, Concurrere præſtantis alterius ceruicem ferire coegiſti. iniuſtum ſupplicium eſt. Mori debent, qua lege? in qua ſcriptum eſt, Cito occidat. putate iu[illegible] ,huius furoris ad vos cauſam referri, Ex duobus exulibus intra fines deprehenſis, ab altero occiſus eſt alter, ſtatim cum hoc agere iniuſti ſupplicii volo. Quis tibi gladium ledit? Quomodo poteſt fieri vt is debeat occidere, cui neceſſe eſt mori? Nemo, vt opinor, abſoluet. Fieri non poteſt, vt ſi damnanda fuerit audacia, non ſit vindicanda neceſſitas. Cum illorum crimen foret, ſi voluiſſent: tuum ſit neceſſe eſt quia coëgiſti. Si concurriſſent & viuerent, iniuſti tamen ſupplicii agerem. facile eſt vitæ damnum. abſtuliſti miſeris innocentiæ opinionem, & vt peſſimum gladiatorum genus perire iuſſiſti. Non potueras abſolui, ſi infelicibus miſſionem dediſſes. Quos compoſuiſti? homines eiuſdem ciuitatis eiuſdem fortunæ, eiuſdem inimicos. Plurimum tamen adhuc ad dolorem pertinet quod te ſpectante pugnauerunt: ille grauiſſimus dolor, quod ad inimici voluptatem ſatisfacerent. Miſera conditio nec ſtiratis. Gloria infelicibus erat, facere quod velles: quam contumaciam viciſti. Proponite ignes, & conſtituite ante oculos illud crudele ſpectaculum: ſedentem hunc altius armatos circa ſeruos. Neque enim profecto ſine præſidio magno, ſine certa ſecuritate ferrum commiſit inimicis. Quis dolor miſerorum, quod quenquam vulnerarent iſto [illegible] Certum habeo & hortatus eſt, & laudauit illum qui prior [illegible] omnia licet feceris, neuter tamen amicum [illegible] differ[illegible] expedire, vt vterque [illegible]retur. Si bene miſerorum innocentiam noui: non tantum tibi

quantum optaueras, contigit. Concurrerunt lateribus nudis, Omnia tu licet crudeliter excogitaueris, fecerunt tamen bonum exemplum.

CCCVI. *Expoſitus, negata matris nuptias petens.*

Maritus peregre proficiſcens, præcepit vxori vt partum exponeret. Expoſitus eſt puer. Maritus peregre, vxore hærede, deceſſit. Poſt tempus, quidam adoleſcens, cuius ætas cum expoſitionis tempore congruebat, cœpit dicere ſe filium, & bona ſibi vindicare. Inter moras iudicii, bello idem adoleſcens fortiter fecit. Petit præmio nuptias eius, quam matrem dicebat, manente priore iudicio. C. D.

DECLAMATIO.

NON ita me prima frons cauſæ, callidiſſima opinionis ſimulatione decipit, vt mulier iſta matrimonio credat, quod hodie nemo peteret, ſi non recuſaretur. illud magis vereor, ne iuuenis, qui eius quam matrem eſſe dicebat, nuptias optat, videatur velle ad verum peruenire; ac vos latentium natalium credatis experimentum, quod mulier quæ poſt amiſſum maritum per tot annos, qui facere poterant ab infantia virum fortem, ſic complexa eſt viduitatem, tanquam genus pudicitiæ, hunc iungere ſibi venere ſera, & polluere complexibus non vult filii ſui, ſi vixiſſet, ætatem. Intelligo itaque non iam multa mihi contra præmium dicenda, quam contra argumentum. Sic componenda actio eſt, tanquam nos audiant iudices illi, non tamen iuuenem pari captione ludemus. Feciſſet, feciſſet hoc aſtuta mulier, anus inuerecunda, vt iuueni curioſo offerret hanc fatigati corporis partem. Erat dignus, qui dum alterius patrimonium petit, perderet etiam præmium ſuum. Sed mulier ſimpliciſſima, ſi quid mentiri poſſet, ſi non expoſuiſſet, palam ſe nolle profiteretur. Hoc pudori ſatis eſt: ſi quid iuſſeritis, culpa cogentium eſt. Quid interim proficit adoleſcens ille? nam ſi præiudicium eſt, quod hæc recuſat: & illud ſit argumentum, quod hic optat. Cuius quidem pudori, propter recentia merita cupio conſultum. Magna tamen cupiditatis inuidia inquinat laudem, ſi cum alienum patrimonium petat, non putat ſua referre vtrum hereditatē illud faciat, ad dotem. Hæc quidem

dem minus ſollicita fuit priore iudicio. tunc enim pudor ſalus. nunc totos neceſſe eſt proferre gemitus. Semel (inquit) infeliciter nupſi. peregrinabitur maritus: illuc ierat vnde non eſt reuerſus. tamen miſera concepi: & quantum vterus creſcebat, tantum accedebant exequiæ. Conuenerunt ad parientem conſolantes propinqui. Hæc paſſa ſum ſuaſore marito, qui me fecit hæredem. Quis poteſt illum diem referre ſine lachrymis? viuum funus gremio tuli: quam pene expirauit in manibus meis? Deinde periit ille, qui iuſſerat: quam pene potui non exponere? Quid mihi cum hac hereditate? effecit vt filium magis deſiderarem. Falſas putate voces. Si poſtea nupſit, ille deſiderabatur infans. Sic puto effectum eſt, vt aliquis ſe filium diceret. Hæc quidem fabula allata eſt, tanquam temere creditura: ſed poſtquam ſe perſpici ſenſit iuuenis, differre cœpit (Nihil iudicium magis trahit, quam diffidentia petitoris.) Ante conſummabimus bellum. Non fraudabo te iuuenis gloria tua. Tu fugaſti hoſtes. felices ſi qui tibi ſunt parentes. Vtinam credibilia finxiſſes: effeceras, vt te cuperent agnoſcere. Hic libet alloqui iuuenem. Tu quidem fortiter feciſti: Sed minor corporis virtus: plus eſt in animi moderatione, ne quid improbe petas, ne videaris iſto animo litigaſſe. Licet (inquit) mihi optare quod velim. Nullum manifeſtius improbæ optionis argumentum eſt, quam vim legi adhibere. Quis enim dicit, Neceſſe eſt? Qui dicere poteſt Oportet. Non tamen hoc natura recipit, vt tam graui ſeruitute iuris obſtrinxerit rempublicam, qui legem dicebat. Si ſane tulerit iura ſimplicius ætas vetus: minorque fuerit verborum cuſtodia, cum intellecturi non timebantur. Has enim primas rudibus illis, ac militaribus viris exiſtimo placuiſſe leges, quibus inter continua bella præmium non auaris virtutibus dabatur. Neque ego crediderim optionem tunc illam reſpexiſſe ad onera reipublicæ. Liberalis erat populus ex præda. Teſtis carminum antiquitas, vbi illi primi heroes canebantur. Bellator huic currus, huic ducum exuuiæ, nonnulli captiuæ forma præſtantior, vltima ſors habebatur, quamlibet nobilis peteret. Legiſtine circa decennis belli exuuias contendiſſe clariſſimos reges? Hæc ſacra ſunt merita, hæc coniurata virtus. Hoc erat illud, Quod volo. Si vero iſto verbo immodico abuteris: reſpondet tibi reſpublica, Quid prodeſt viciſſe, ſi adhuc aliquid negare non poſſum? Sic mecum loqueretur victor hoſtis. Quid ſi templorum incen-

Google

dia peras? legum obliuiones? hoc modo & nuptias matris optares. Quanto iustius tibi mulier priuata reſpondet. Non pro me tamen militaſti: appella remp. appella magiſtratus. Non poteſt a priuato dari, quod ab omnibus debetur. Hæc dicerē, ſi aliquid ex rebus meis concupiſſes: nunc matrimonium petis quod tibi contingere non poteſt ſine inuidia captiuitatis. Si tamen vrbe capta inuocaret manes mariti, nō auferret hoſtis, & miſereretur eius, quæ amare defunctum videretur. Tibi cum hac quomodo poteſt conuenire cuius matrimonium non peteres, niſi cum ea litigaſſes? Vis ſcire quid ſint nuptiæ? Aſpice illam virginem, quam pater tradidit, euntem die celebri, comitante populo. Non poteſt quiſquam dare, quod conſtat duorum voluntate. Vtrunque tolerabile eſſet, ſi virginem peteres, quæ nullo ſuſpirat affectu, quæ adhuc reipublicæ matrimonium debet. eſt præcipuum ius ſenectutis: quoniam non vna ſubit omnis ætas: non perpetu Senatorem citat Conſul: eſt ſua legationibus requies. cum hos habueris annos, iam non militabis. Cogis nos agere fortius. Non omnibus præmium debetur: non petet ſeruus, non petet peregrinus. Tu hanc aſſerendo matrem, incertis te parentibus eſſe confeſſus es. Vt optare poſſis, primum tenere eſſe eſt filium probes. Perſeueras? ſic agam tanquam velit. Nuptiis tibi opus non eſt hoc tempore: militare debes, excubare, vigilare. Ab hac te voluntate non debebat nec mater abducere. Ac tu ſi quietem mauis, duc vxorem parem. Bene dictum, Compoſitis ætatibus coacta matrimonia, tamen facile faſtidiunt: ſiue non habet omne quod libet, voluptatem: ſeu continuis vicina ſatietas: ſiue durum eſt, quod neceſſe eſt. Quid ſi affert impares annos? in hac ætate ne olim quidem iuncti, ſe amant. Operies flammeo canos? vt inducta in cubiculum, quomodo blandiatur? quomodo appellet? nam tu matrē vocabis. Inter pares quoque annos, citius fœmina ſeneſcit: neque amatur anus vxor, niſi memoria. Tu fortaſſe nunc velis. Illum annum expecta qui veniet. Non eundem gradum vltima ætas facit: nec decedit ſuprema vita, ſed corruit. Non ipſam petis. Sed tua nihil intereſt, vxor ſit an mater. Satis diu fictis reſpondimus; nunc ars aperienda eſt. Non conſcientiam noſtram tentat, ſed verecundiam, vt huic expediat mentiri. Audite ergo tanquam alii iudices. Iam primum omnium apparet, nullam eſſe generis, quod affectat, probationem: alioqui præmio opus non eſſet. Non a-

nus

Digitized by Google

nus vlla, non index, hinc eſt illud, Nubar, niſi mater eſt. Vna calumniæ origo eſt quod hanc expoſuiſſe conſtat. Rarum igitur eſt, vt expoſiti viuant. Caducum circa initia animal, homines ſumus. Nam feratum pecudumque fœtibus eſt ſtatim ingreſſus, & ad vbera impetus: nobis tollendus infans, & aduerſus frigora nutriendus. ſic quoque inter parentum manus gremiumque nutricis, ſæpius labitur. Vnde nobis tantam felicitatem, vt ad infantem mors accerſita non veniat? Vos ponite ante oculos puerum ſtatim neglectum, cui mori domi expediret. inde nudum corpus, ſub cœlo, inter feras & volucres. Video moueri mulier, lacrymas tuas. Nemo tibi mortalium poſſet ignoſcere, niſi iuſſa feciſſes. alia tamen conditio eſt eorum, quibus obuium patrem quærit exponentium paupertas. Ille relinquitur loco celebri: tunc & libet cuſtodire longe, & ſpectare fortunam. Aliter abdicatur, quem iuſſit exponi, qui relinquere poterat hæredem. Sis porro ſublatus. ille qui te educat, ſcit parentes: periiſſe patrem audi. cur tibi non petit patrimonium? cur iſtud tot annos tacet? an expectat donec probare non poſſit? Age, quid futurum erat, ſi periiſſet & mater? Age, nollet filium mater agnoſcere? Nam huic quidem quanta fuerit materni nominis cupiditas, non illis tantū argumentis probabo, quod concepit, quod ſuſtulit: ſed quod maritus nunquam mandat exponendum, niſi educaturæ. Dare huic quem vultis affectum. Si voluit habere, fac ile agnoſcit: ſi noluit, ſic expoſuiſſet ne educaretur, & tamen fuerit fortis: aduerſus infantem plura blandimenta robuſtior ætas habet. O quantos hæc ex alienis liberis cruciatus tulit! Blanditur aliquis puer? talis eſſet meus. Laudatur aliquis vultu ſpecioſus? talis fuit ille quem perdidi. Creſcit quotidie dolor: iam in foro conſpiceretur, iam militaret, iam illi vxorem quærerem. Nunc vero propiores admouet ſtimulos vir fortis. hæc ſuum negaret? te parētes liberis ſuis monſtrant. Scilicet timet ne ad illam matronæ conueniant: ſi ſe matrem fateretur, aliquid fortaſſe in honorem ipſius optaſſes. Ego miror quod tuo errore non vtitur: & vteretur ſi errare te crederet. Cur ergo non nubit? ætatem ſuam intelligit: quam impares ſitis, videt. Eſt quædam etiam nubendi impudicitia. A viro iam ſuo ſecubaret vtique ſi ætatis huius filius interueniret. Hæc ſi nubere in iſtis annis poteſt, quomodocunque dicam, mater inceſta eſt. & neceſſe eſt, vmbra ſaltem ſceleris laboret. Cur in fabulas eat? cur habeant

mate-

materiam maligni? Vix abſolui nuptiæ poſſent, ſi iam contra te iudices illi pronuntiaſſent. Quid futurum eſt ſi hæc parata fuerit nubere, & illi matrem pronuntiauerint? Quid autem tu iuuenis, ſi tibi nuptiæ adiudicatę fuerint, ducturus es? Si non duxeris, non fiet ſic generis experimentum: ſi ducturus es, factum eſt. Me miſerum! anum ducis iuuenis. Video quid concupieris. Mater eſt: non vult. Ergo mater, an vxor ſit nihil intereſt. Cætera iuueni audaci in promptu: nec in hac ætate mortem quiſquam minaretur. Per fidem iuuenis, bona potius opta. Conſueuit frugalitati: ſine marito diu vixit. Inter grauiſſimas vitæ calamitates, non ſine ſolatio tamen, meruit maritum. Etiam in fine vita eſt. Nec de hæreditate ſollicita eſt, non habet filium.

CCCVII. *Conſcius veneno proditoris.*

Conscientiæ sit actio. Proditor torqveatvr donec conscios indicet. Proditor bis tortus, pernegauit. cum futurum eſſet, vt tertio torqueretur, amicus ei venenum dedit. Reus eſt conſcientiæ.

SERMO.

DVO *nobis efficienda ſunt, vt conſcium habuerit, vt hunc habuerit.*

DECLAMATIO.

SCIO vos, iudices, poſſe mirari, cur ex hoc in iudicio quæratur. Proſpexerat enim lex, vt conſcius per tormenta potius quæreretur: ſed quatenus nequitia obuiatum eſt legi, reliquum eſt vt hic reus ſit. Ac primum omnium nego fieri potuiſſe, vt proditor conſcios non haberet. Intuemini naturam, intuemini magnitudinem ſceleris. Prodere populum, ciuitatem, exercitum, non eſt vnius. In hoc mihi nunc eſt laborandum. Nam lex quæ torqueri iubet, donec conſcios indicet: non dubitat conſcios eſſe. Vidit enim quanta eſſet inter ſe quodammodo ſceleratorum fides, quam diu tacerent. Itaque non ſic ſcriptum eſt, Proditor torqveatvr: ſed, torqveatvr donec conscios indicet: adeo ille qui nondum indicauit, adhuc non eſt pro torto. Ergo vt maioribus noſtris viſum eſt, ſi conſcios habuit, videamus quos habuerit. Nullum

factum

Digitized by Google

factum deprehendi, nullum conſcientiæ ſignum. putemus mortuum eſſe antequam torqueretur, quæramus quos conſcios habuerit, nonne illud genus quæſtionis præcipiendum eſt, quem habuerit amicum? Non temere debet indicaſſe tantę rei conſcientiam. Longa conſuetudo, vetus amicitia facit, vt veniat quis in ſceleris ſocietatem. Amicum igitur proditoris te fuiſſe negas. Iam ſi interrogauero, quare dederis venenum: reſpondebis, Tormenta tertio videre non poteram: meos artus, mea lacerari viſceta putabam. Iungit enim amicitias ſimilitudo morum: neſcio quomodo inter ſe ſe animorū numina vident & agnoſcunt: nec quiſquam amare in altero poteſt, niſi quod tacitus probat. Nec hæc in nobis tantum comparatio. Muta animalia ſi in vnum conferantur, genera tamen coibunt. Amicus illius fuiſti: cum illo tibi ſeria ac ioci: non potes videri non probaſſe, quem non ignoraſti. Amicus proditoris fuiſti. Plus eſt hoc, quam ſi dixeris, conſcium te fuiſſe. At bis tortus pernegauit. Reddes nobis rationem, quare illi amicus tantopere fueris. Dignum mehercule exemplum, quod fieret in re honeſtiore: tu, ne ille amplius torqueretur, periculum capitis ſubiſti: ille, ne te nominaret, bis tortus eſt. Qui non indicat, confitetur. Amicum fuiſſe, bis tortus negauit. Nihil dicam de varietate tormentorum. Nondum erat tortus, qui torqueri poterat. Illa illa quæſtio fuiſſet quam timuiſti. Difficile eſt contra dolorem ægris durare corporibus: & facile eſt integro ſenſu, perferre quam ſemel indueris perſuaſionem. Ideo ars inuenta eſt, illæ torquent nocturnæ cogitationes, illa recordatio præteritorum, illa expectatio futurorum. Illa eſt quæſtio grauis, cum vulnera cæduntur: cum perſuaſum eſt animo, nullum eſſe finem tormentorum. Non igitur peracta quæſtio fuit. Ducit me indignitas rei. Venenum proditori dediſti. Niſi aliud crimen occupaſſem, veneficii accuſarem. Venenum parauit, habuit, dedit. Et primum hoc inuadere libet, Vnde tibi venenum? ad quos caſus paraſti? ſic illud habuiſti, tanquam poſſis ipſe torqueri. Age, nondum inuado tanquam proditorem: interim ago tecum magiſtratus nomine. Cur in cuſtodiam irrupiſti? quibus ſuppliciis hoc venenum luere poteras? Proditor bene periit. Sed redeamus ad crimen. Venenum dediſti, cum ſcires futurum vt ſuſpicemur, quam valde confeſſionem timuiſti, qui ſubire maluiſti hoc argumen-

mentum. Amicus (inquit) eram Qu[illegible] agis? amicus etiamnũ patri bono iam filius non videret[illegible]. Antea tibi poterat ignoſci, cum ignorabas: etiamnum probas proditorem. Amicus ille. Hoc de proditore, non eſt miſericordia. Qui miſereri proditoris poteſt, crudelis eſt. Non ergo iſtud am[illegible]citiæ tuæ miſeratione feciſti [illegible]iam tibi nuntiabatur ſuprema vox. Vis ſcire quam hoc non amicitia feceris? Ne torqueretur non dediſti. Paſſus es vt torqueretur iam anne tertio torqueretur, minime ad ipſum pertinebat? Bene quod magna ſcelera his ipſis quibus occultari videntur, aperiuntur. Dum hoc agis ne amicus tuus fateatur, ipſe confeſſus es.

M. FAB. QVINTILIANI FINIVNT TRACTATÆ, INCIPIVNT COLORATÆ.

CCCVIII. *Duo teſtamenta.*

Testamenta vltima rata sint. Intestatorvm sine liberis mortvorvm bona proximi teneant. Quidam primo teſtamento inſtituit hæredem amicum: ſecundo facto, alterum. Deceſſit. poſterius teſtamentum damnatum eſt. Ambigunt de bonis, priore teſtamento hæres ſcriptus, & propinqui.

DECLAMATIO.

ET in more ciuitatis, in legibus poſitum eſt, vt quoties fieri potuerit, defunctorum teſtamento ſtetur. idque non mediocri ratione. Neque enim aliud videtur ſolatium mortis, quam voluntas vltra mortem: alioqui poteſt graue videri, etiam ipſum patrimonium, ſi non integram legem habet: & cum omne eius nobis in id permittatur viuentibus, auferatur morientibus. Proximum locum à teſtamentis habent propinqui: & ita, ſi inteſtatus quis ac ſine liberis deceſſerit. Non quoniam vtique iuſtum ſit, ad hos peruenire bona defunctorum: ſed quoniam relicta, & velut in medio poſita, nulli propius videntur contingere. Nihil eſt ergo quod nos onerare tentent nomine iſto propinquitatis, iactatione ſanguinis & naturæ, homines binis iam tabulis exhæredati. Et ſane quotiens quæſtio iuris eſt certi, & à maioribus conſtituti.

ſtituti, nihil neceſſe eſt laudare leges, quibus vtimur, & ad quas vobis iudicandum eſt. Quæſtio igitur totius cauſæ noſtræ (vt opinor) in eo conſiſtit, an amicus meus inteſtatus deceſſerit. In qua parte delector nihil tam obſcure, nihil tam clam eſſe factum, vt nobis probandum ſit. Interrogo vos igitur, propinqui, an hic quem inteſtatum deceſſiſſe dicitis, ſcripſerit aliquando teſtamentum? Interrogo vos an hæ tabulæ quæ ex parte noſtra proferuntur, teſtati ſunt. Intelligitis à me ſignum: an omni iure conſcriptæ vel tabulis ſoletis damnare? Non id agunt vtrum non fecerit teſtamentum, ſed inteſtatum volunt videri eum, quia non ſemel fecerit. Scripſit, inquit, & alteras tabulas, apparet quam noluerit inteſtatus mori. Neque ego negauerim, non vno genere fieri inteſtatos. Aut enim is eſt inteſtatus, qui non ſcripſit omnino teſtamentum: aut qui id ſcripſit, quod valere non poſſit. Vos eligite quem velitis eſſe inteſtatum. Si eum qui non ſcripſit: non eſt hic cuius de bonis agitur: bis enim ſcripſit. Si eum videri vultis inteſtatum, qui vitioſum ſcripſerit teſtamentum: hoc confiteamini neceſſe eſt, vitioſum teſtamentum eſſe pro non ſcripto. Hoc igitur ſupremum, quæ ofitoe teſtamentum? Si confitemini eſſe teſtamentum, non poteſt videri inteſtatus deceſſiſſe. Si non eſt teſtamentum (ſic non eſt, quia non in iure factum eſt) nihil obſtare priori poteſt. Venio nunc ad meam legem. TESTAMENTA VLTIMA RATA SINT. Habet ſine dubio (ſi verba tantum ipſa intueri velimus) hoc ius, occaſionem breuem calumniæ. Quid ſi enim vnum aliquis ſcripſerit teſtamentum? poteſt videri nouitium quod magis iure primum dixerimus. Sed quemadmodum inter plurima teſtamenta, vltimum valere oportet: ita hæc manifeſta legis voluntas eſt, vt id teſtamentū valeat, poſt quod nullum teſtamentum eſt. Neque eſt incredibile, ſine dubio, etiam ante hoc teſtametum, quo ego hæres factus ſum, ſcripſiſſe illum alia teſtamenta, hominem frequenter hoc facientem. Ita & vltimum videri poteſt, ſi poſt alia ſcriptum eſt: & ſi primum ſcriptum eſt, quia nullum tamen eſt quod vincat, & potentius ſit poſtea, pro vltimo habendum eſt. Sublatum dicunt prius teſtamentum poſteriore teſtamento. Neque ego inficior ſi iure factum ſit teſtamentum, hoc eſt, ſi teſta... eſt, poteſt tiſſimam eſſe defuncti proximam quanque voluntatem: ſed nego vllum poſtea factum teſta-

ſtamentum. Quid eſt enim teſtamentum? vt opinor, Voluntas defuncti conſignata iure legibuſque ciuitatis. Non dixerim ego teſtamentum cui numerus ſignatorum deeſt: nō dixerim teſtamentum cui libripens & emptor familiæ, & cætera iuri neceſſaria. Tabulæ erunt, fortaſſe & ſcriptum erit. Et huc (vt paulo ante dicebam) veſtra quoque manifeſtum confeſſione eſt, non eſſe velut teſtamentum. Facto enim illo dicitur propinquum veſtrum inteſtatum fuiſſe. Hoc propius colligamus; putemus enim factum eſſe vnum hoc teſtamentum, quod damnaſtis: num dubium erit, quin ad vos bona pertinuerint tanquam inteſtati, id eſt quin ita hæredes futuri fuerit is tanquam ille omnino teſtamentum non feciſſet? Quod ſi hoc pro non facto eſt, nec teſtamentum quidem videri poteſt. Fingamus fuiſſe vltimum teſtamentum: quando quærimus? Puto cum res in lite eſt, cum in diſputatione. Nec pertinet ad ad nos quod fuerit vltimum, ſed quod ſit. Si ius vtrique teſtamento conſtaret, fuiſſet illud vltimum, quod poſtea factum eſt: illo vero ſublato, incipit vltimum eſſe, quod relictum eſt vt intentione curſus, qui proximus ab vltimo fuerit, ſi deſiſtat vltimus, in nomen illius locumque ſuccedit. Ergo vt non fuerit vltimum meum aliquando teſtamentum, nunc vltimum eſt: & vos id teſtamentum feciſtis, damnando id quod poſtea factum erat.

SERMO.

Hoc ad verba legis, illud ad voluntatem.

DECLAMATIO.

Quid putamus ſequutam eſſe legem, quæ valere voluit vltimum teſtamentum? Plura valere non poterant: & in tam mutabili natura humanorum animorum, diuerſis hæredibus, media his relinquebatur: optimum videbatur eſſe, vt proxima quæque voluntas duraret. Hac vero ſublata, neceſſe eſt eam durare quæ ſola eſt. Fecit amicus meus, eo tempore quo me inſtituebat hæredem, legitimum teſtamentum: nam & conſtabat ei tum iudicium: quo minus erubeſco iſta mutatione hæredis. In his tabulis alius legitur quæ ius non habuerunt, quæ non lege conſcriptæ ſunt, quæ fortaſſe etiam propter hoc damnatæ ſunt, quod ind gnus hæres videbatur. In comparatione ſumma, non recuſabo quo minus vel propin-

pinquos iſtos amicitiæ conferaris. Per ſe mihi vel ſanctius nomen amici videtur. Hoc enim proficiſcitur ab animo: hoc proficiſcitur à propoſito. Illud dat caſus, conditio naſcendi, & quæ non ſponte noſtra eliguntur. Me heredem eſſe, amicus meus (quod ſatis eſt) aliquando voluit, vos nunquam eo tempore quo iudicabat, neque eo tempore quo errabat.

SERMO.

Illa iam communia pro omnibus teſtamentis.

DECLAMATIO.

Non tantum ad hæredem iſta lis pertinet. Aliquem fortaſſe amicorum honorauit: aliquem fortaſſe ſeruulorum manumiſit. Vos pœnam quandam propinquo veſtro conſtituitis, vt inteſtatus deceſſerit, vt bona tanquam relicta, tanquam deſerta inuadatis.

CCCIX. *Raptor conuictus.*

Educta ad magiſtratum, adoleſcentis, à quo eſſe vitiata dicebatur, nuptias optauit. Ille negauit ſe rapuiſſe: iudicio contendit: victus eſt. non recuſat ducere. Illa optare vult.

SERMO.

ACTIO *debebit adoleſcentis eſſe ſummiſſa. nam etiam ſi nullo themate ad id alligatur, vt neceſſe ſit eum raptorem videri: rei tamen iudicatæ facere controuerſiam non poteſt. & videtur mihi hunc modum cuſtodire debere, vt de raptu nil neget: nihil tamen ſciat.*

DECLAMATIO.

NON aliud, iudices, cauſæ meæ aptius, aut verecundiæ neceſſarium magis eſt, quam vt puellæ mitiſſimæ clementiſſimæque gratias agam. Lege permittente omnem in me poteſtatem, optare nuptias etiam feſtinauit, nondum me rogante, nondum (indicare enim ſuppliciter neceſſe eſt) ſaltem confitente, ita facile, ita celeriter, vt vix mihi veriſimile videretur, illam iniuriam accepiſſe. Proxima, ab hac gratiarum actione, debet eſſe confeſſio. Peccaſſe me, quod dubitauerim, fateor. Quid enim mihi contingere optabilius poterat, etiam ſi non rapuiſſem? Sed huius, qualiſcunque culpæ meæ

 ſpes

ſpes omnis, in animo iſtius eſt, quæ ignoſcere ſolet, quantũlibet contradicendo peccauerim, minus eſt hoc tamen, quam quod rapui. Intelligo autem, iudices, hanc primam mihi in hoc cauſa habendam eſſe rationem, ne me quod negaui, feciſſe callide ac maligne exiſtimetis. Scitis quam multa faciat error, quam multa permiſceat fortuna, cum præſertim ad hæc & obſcuritas noctis, & paulo liberioris meri. Quis enim aliter vitiator eſt? ignorantia hæc mea te frugi & innocentem (non eſt dubitare etiam fas) fefellerunt: ita vixeram ſemper, ita cuſtodire probitatis meæ cupieram famam, vt me peccaſſe miraret. Itaq; confiteor, actum de me erat, ſi in aliam incidiſſem. Nam (vt dixi) neque ad genua procubueram, neque propinquos, aut amicos aduocaueram: ſed mouit puellam ipſum (vt credo) ignorantiæ meæ periculum, perſuaſerat ſibi, nihil me feciſſe temerariæ libidinis cauſa. Nec me malo hoc animo negaſſe, ex hoc apparere vobis poteſt. Negaui poſtquam iſta nuptias optauit. Gratias ago & iudicibus: emendauerunt contumatiæ meæ detrimentum, amiſeram puellæ optimæ conditionem, ſi viciſſem. Ergo, quod ſupereſt, gratulemur. Ius eſſe raptæ optandi aduerſus raptorem, hoc iam non negamus: ſed illud quoque æque conueniat neceſſe eſt, bis aduerſus eundẽ raptorem optandi non eſſe ius. Et ſi hoc in confeſſo fuerit, illud quoque teneamus, optaſſe iam puellam.

SERMO.

Hæc ſunt quæ inter vtranq; partem neceſſario conueniunt.

DECLAMATIO.

Negat optionis expletum eſſe ius, quod ante optauerit, quam certum eſſet rapuiſſe eum, contra quem optabat. Ego autem in lege nullam animaduerto differentiam: & hoc vnum exceptum, vt rapta raptoris mortem optet. Viderimus an in controuerſiam res adducta ſit poſtea. interim certum eſt hunc fuiſſe raptorem. Ergo cum & tu rapta eſſes, & hic raptor eſſet, & lex raptæ optare permitteret: & tu optaueris. non video quare non finitum ius ſit. At poſtea tu negaſti te eſſe raptorem. Ideo victus ſum. Feci, ſi vis improbe (differo enim iſtius rei defenſionem) feci temere: quid tamen aliud quæri potuit in illo iudicio, quam hoc, quam tu merito optaſſes? probaſti raptorem fuiſſe me. hoc eſt, probaſti te recte optaſſe. Volui reſcindere optionem tuam: non contigit.

SER-

SERMO.

Hæc circa ius illa circa æquitatem.

DECLAMATIO.

Bis optare vis, quod etiam ſemel multum eſt. Poteſtatem tibi vitæ ac necis lex dedit. Vltra regnum omne, vltra tyrannidẽ omnem eſt, hoc diu licere. Fulmina ipſa velociter cadunt: habet finem aliquem expectationis ſecuris illa carnificis. Si mortem optaſſes, & nuptias optare velles, videreris etiam facere contra legem; & eſſet qui diceret, ante deliberaſſes, ante diſpexiſſes, emiſſa vox eſt: poteſtatem tuam ipſa finiſti. Nunc vero cum optaueris nuptias, mortem optare vis. quæ iſta ad crudelitatem pœnitentia eſt? Intellexit & ipſa quam ſæuum, quam crudele ſit. Plus enim poſtea mali feci? Ignouiſti quod rapueram: ignouiſti quod abſtuleram virginitatem: hæc nuptias æſtimaſti: morte æſtimas verecundiam. Neque ego cũ me rapuiſſe negarem, nuptias tuas recuſabam. volebam ducere non tanquam raptor: cum me hoc modo putarem fore chariorem, ſi tibi iniuriam non feciſſem, vel fallere animum tuum volui, ne iraſcereris. Sed & ipſi iudices hoc pronuntiauerunt, hoc ſpectauerunt. Quæſtionem enim fuiſſe putas, an ego rapuiſſem, cum ego dicerem Nõ rapui. non hi mores ſunt mei, honeſte ſemper vixi, frugaliter vixi. Quæ probatio huius criminis mei, quis teſtis? Dicebantur illa contra: periclitaris; & male tecum agitur nuptiæ ſunt de quibus litigas. Fecerunt iudices, quod parentes noſtri feciſſent: id pronuntiauerunt. in quo victus gratias ageret. Sed ſpe ſuſpendit, & vult videri nunc quoque factura quod fecit. Si beneficium vitæ repetere vis, dediſti. non poſſum plus debere, ſi repetis. Quã autem cauſam habes renouandæ optionis, ſi optatura nuptias es? ſi vindicari vis à me metu, timui: ſi rogari vis, rogo: & rogo per illam clementiam tuam: rogo iam tanquam maritus: & intelligo tota mihi vita hoc agendum, vt ſatisfaciam.

CCCX. *Fortis bis adulterij damnatus.*

BIS ADVLTERII NOTATVS IGNOMINIOSVS SIT. Notatus adulterii, fortiter fecit. petit præmii nomine, vt iterum accuſaretur. Impetrauit. accuſatus eſt iterum, & damnatus. Dicitur ignominioſus. C.D.

Digitized by Google

DECLAMATIO.

QVANTA gratia prematur in foro; quam impudenti calumnia inimicorum ſuorum vexetur, & hoc ipſum iudicium argumento eſt: videlicet, contemnunt hominem militarem, nihil minus quam litibus idoneum. Sed formulæ inimicitiæ tum valere poſſunt, cum de aliquo facto mentiri licet; cum teſtes ſubornare. Cæterum in his quæ ad intellectum iudicium pertinet, gratia ſine vitio cognoſcentium nihil eſt. Nemo igitur noſtrum negat, ita in lege ſcriptum eſſe, Qui bis adulterii damnatus eſt, ignominioſus ſit. Ne id quidem negabitur. Bis in iudicium hunc deſcendiſſe: bis contra hunc latam eſſe ſententiam. Sed ſi manifeſtum fuerit, legem non ideo eſſe conſcriptam, vt hoc genus damnationis ignominiam faciat, ſi ne in cogitationem quidem cuiuſquam cadere omninò potuit, ad quem ex eadem cauſa bis potuiſſe damnari; profecto manifeſtum eſt non in aliud ſcriptas eſſe leges, in aliud valere. Quæro igitur ex ipſis aduerſariis, Cur bis damnatum adulterii, ignominioſum eſſe voluerint? Vt opinor, Iudices, quoniam vna damnatio habebat aliam & ſuam pœnam: geminatio criminis afferebat ignominiam: neque immerito. Semel enim errare ſane tolerabile fit: in eadem vero incidere, ne damnatione quidem compeſci, vltra omnia videbatur. Nihil enim verba faciunt: ſed voluntas legis diuerſa atque contraria eſt. Eſt autem diuerſa vt apparet. Atque ego, ſi deſcendere ad hoc genus actionem vellem, ad quod me pars diuerſa deducit, poſſem contendere vim duorum iudiciorum in his non eſſe. Quare? quoniam lex viri fortis interuenit: & præmium eam vim habuit, vt iudicium prius tolleretur. Itaque etiam ſi prius damnatus: & propter hoc, bis ignominia notatus, fortiter feciſſet, & præmii nomine reſtitutionem quæſiſſet, nihil, de quo quidem vera crimina valuiſſent. Ergo eo tempore, quo optauit vt accuſaretur iterum, hoc optauit, vt eſſet pro damnato. Si ergo prius iudicium hoc illi præſtitit, & meritò præſtitit. in ſumma quidem ſecundo iudicio quæſitum eſt, an hic adulter eſſet, quare accuſatus eſſet; quoniam tanquam de innocente, & de dubio arbitrabatur, ac prius iudicium non eſſet, altero damnari nihil attinuit. Erat enim damnatus. vel elige quod voles accuſator: vtique alterum ex duobus. Nam ſi valuit: illud fuiſſe ſententiam: alterum eſt pro ſententia. Prius vtique illud ſic colligite. non eſt impunitus is, qui ſemel adulterii damnatus

tus

tus habet ſuam pœnam. ponamus hanc eſſe pecuniam. num igitur exigis alteram quæ priore iudicio aut debita, aut perſoluta erat? Atqui ſi tanquam ſingula iudicia publica, pœnas ſuas non habent, ſed poſſunt pro duobus numerari, ſupereſſat fortaſſe vt cauſam quoque adhuc viri fortis agere tentarem. ſane diſſimulemus partem. Queratur ſæpius eſſe damnatus: erant alioqui quæ mouere non poſſent. Damnatus eſt adulterii: ſed poſtea fortiter pugnando oſtenderat non eos eſſe mores ſuos, non ſuam vitam, vt in illo credibilia hæc crimina forent. Sed cum optare illi liceret reſtitutionem, illud optare maluit vt accuſaretur, vt de vero quæri poſſet. hoc non ſine bona conſcientia fecit. Cur ergo damnatus eſt iterum? quia damnatus erat, non putauerunt illi qui cognoſcebant priorum iudicum reſcindendam eſſe ſententiam ita homo qui poſt præmium accuſabatur, ſic auditus eſt, tanquam non dum fortiter feciſſet. Vos ergo qui duobus iudiciis eſſe dicitis damnatum, explicate quid aliud obiectum ſit altero. quæ differentia duorum iudiciorum fuerit. Eadem adultera dicebatur, iidem teſtes producebantur, iiſdem argumentis premebatur. Hac ſcilicet improbitate qua vnius cauſæ vultis duo eſſe iudicia, poteſtis & illo modo æſtimare iudicium, quam iniquè ipſa pœna petatur à viro forti Statuamus duos eſſe. adulterum, qui bis adulterium commiſerit: adulterum, qui bis damnatus ſit. De illo ea dico, Duo cubicula irruiſti, duobus maritis iniuriam feciſti, duas familias incerta ſtirpe confudiſti. Huic tu quid obiicis? indignatus es quod damnatus eſſes: ſententiæ iudicum repugnaſti: perſuadere tibi ipſe non potuiſti eſſe te innocentem. Egregiam Hercules gratiam viris fortiſſimis reddimus: hic ſi magiſtratus eſſe voluiſſet, honores geſſiſſet: ſi ſacerdos eſſe, templis præfuiſſet: hoc egit præmio ſuo, vt ignominioſus eſſet, detrahe illi quod fortiter fecit, detrahe quod optauit, non eſt ignominia. Nondum atrocitas erat, Qualecunque crimen donari meritis. donari virtuti poteſt.

CCCXI. *Addictus manumiſſus.*

ADDICTVS, DONEC PECVNIAM SOLVERIT, SERVIAT. Qui habebat domi addictum, teſtamento omnes ſeruos manumiſit. petit addictus vt liber ſit.

DECLAMATIO.

INTELLIGIMVS nihil nobis in hac cauſa verecundum magis, quam communem quendam, omnium qui in libertatem aſſerunt, fauorem contra quem non id modo à nobis intelligimus eſſe dicendum, vt præcipue ius tueamur: ſed illud etiam, non minus pro eo eſſe, contra quem videmur agere, ſi tamen explicet fidem, quod nos contendimus. Id enim hodie quæritur, an ſeruus ſit: de liberalitate eius, qui nos hæredes inſtituit, nihil querimur. Seruos manumiſit. Nunc cui controuerſia mouetur? num inuiti eos, triſteſque in numero ciuitatis aſpicimus? Alia nobis ratio cum debitoribus, alia cum ingenuis: neque nos fugit, velut in contrarium ire litem. Nam ſi quis ex nobis iſtum ſeruum vocaret, multa habebat profecto quæ pro ſe diceret, per quæ ingenuus videretur. Quid enim lex dicit? ADDICTVS DONEC SOLVERIT SERVIAT: vt opinor, non SERVVS SIT. Plurimum autem refert, an ſeruire merito dicamus: & eos qui in piratas inciderint, & eos qui ab hoſte ſint capti. Id quod ingenuis natura dedit, nulla fortunæ iniuria eripi poteſt. Id quanuis nulli non veſtrum exiſtimo eſſe manifeſtum, quibuſdam tamen confeſſis argumentis oſtendere volo. Ante omnia ſeruus hic habet nomen, eſt in cenſu, aut in tribu. Quorum nihil (vt opinor) deprehendi in ſeruo poteſt. At interuenit ea conditio, vt ſeruire debeat, donec ſoluerit. Hoc ipſum ſerui non eſt, habere in ſua poteſtate, quando deſinat ſeruire. Fingite enim, iudices, aut oblatam eſſe ab illo pecuniam: aut ex hoc teſtamento pronuntiatione veſtra liberum fieri, num inter libertinos futurus eſt? Non, vt opinor. Atqui ſi illud in confeſſo eſt, eum qui à ſeruitute in libertatem veniat, non eſſe alio quam libertini loco: hic ſolutus hac neceſſitate, tam ingenuus futurus ſit, quam fuit: manifeſto ne hodie quidem ſeruus eſt. Alia quoque complura ſunt, quæ intueri licet, ſi velitis. Seruus aut domi natus eſt, aut relictus hæreditate, aut emptus. Hunc ex quo genere ſeruorum ponitis? domi natum eſſe ſe non dicit, ne emptione quidem, aut hæreditate relictum. Pendet igitur omnis hæc conditio ex fœnere. Quid ſequitur? vt nomen ſit. Hæc ad ipſa teſtamenti verba. Libet tamen ſcrutari etiam defuncti voluntatem, qua nihil potentius apud nos, nihil noſtro animo ſacratius eſſe debet. Credibile eſt igitur hoc eum ſenſiſſe, vt liberum eſſe vellet etiam addictum. Seruos cur manumiſerit, manifeſtum eſt: delectatus eſt officiis, referre voluit

luit gratiam obſequio: alius ægrum curauerat, alius peregrinantem ſequutus erat, alius inter tot occupationes domeſticas cuſtodierat, alius hoc ipſum fœnus exercuerat: voluit liberos eſſe quos amauerat, à quibus amatum eſſe ſe crediderat. Huic vero quid debuit niſi iram? durum tamen videtur, & inhumanum ſolum hunc eſſe in vinculis, & in ſeruitute. Ante omnia ſi quid aſperitatis in lege eſt, quæ addictos ſeruire iuſſit donec ſoluerent, num igitur exigitis, vt dicamus aliqua pro lege? Non eſt noſtræ mediocritatis, non officii, ea quæ prudentiſſimi maiores conſtituerint, tentare defendere. Verumtamen ſi intueri velitis, quid æquius conſtitui poteſt, aut quo alio cuſtodiri patrimonia veſtra, fortunæ ſuſtineri poſſunt? an vero pecuniam aliquis accepturus, per omnia vitia exhauriet, vt non alligetur ad aliquam ſoluendi neceſſitatem? Dura vincla alicui videntur, dura conditio ſeruitutis: reddat quod accepit. Iſtic non ſeruitus conſtituta eſt, ſed illud quod iuſtiſſimum eſt, reddendæ pecuniæ cauſa.

CCCXII. *Hæredes de depoſito.*

Quidam à commilitone eiuſdem ordinis depoſitum petebat: negauit ille ſe accepiſſe. Cum res ſine teſte eſſet, occidit eum à quo petebat, & ſe. Petitoris heres, petit ab harede alterius commilitonis.

DECLAMATIO.

SI pecunia tantum in cauſa litis eſſet, parem videremur litigandi habere rationem; nunc illud quidem nobis extra ordinem accidit, quod litigandum eſt etiam propter hoc ipſum, ne ſine cauſa perierit. Plurimum autem fallitur, ſi quis eandem conditionem putat huius iudicii ac prioris. Deſiit lis eſſe ſine teſte. Ergo iam priori non erat ſatis pro ſe dicere: mihi, non mediocre argumentum eſt. Si quis enim teſtis idoneus fuiſſet, videretur huius fiducia calūniatus quid in cauſſa eſt præter veritatem, vt aliquis id petat quod probari non poſſit? Et inficiandi quidem depoſitam pecuniam manifeſta ratio eſt, cupiditatis lucri: petendi etiam non depoſitam, ſi quæ probationis ſpes, eadem cauſa ſit. Cum quidem aliquis dicit, Depoſui apud te, ſcis ipſe: quid aliud videtur aduocare quam Deos teſtes? Dicite igitur cauſam quare perierit, ſi non depoſuerat? Habere pecuniam potuit, mani-

Digitized by Google

ſeſtum eſt: & ipſe reliquit hæredes, & is qui eiuſdem ordinis fuit. Multas deponendæ pecuniæ interuenire rationes inter milites manifeſtum eſt: longum iter incidit, periculoſa expeditio. Si deponenda ſit, vbi credibilius eſt deponi quam apud hominem eiuſdem ordinis? Nam præter id quod facilior ſperatur fides ex pari, eſt quædam eiuſdem ordinis coniunctio: nec apud inferiorem deponi ſolet, cum ideo deponatur vt recipiatur. credibile eſt ergo apud hominem eiuſdem ordinis depoſuiſſe. At ſine teſte. De omnibus depoſitis loquar. Miſera hercule conditio mortalitatis, quando omnibus iam quæ agimus, videtur opus eſſe teſte: ita parum facit veritas, ita nullum nomen eſt fidei. Non ſatis videri poteſt probatum, quod duo ſciunt. Veniamus tamen (vt dixi) ad probationem. Occidit eum à quo pecunia negabatur. Iterum quæro: qua ratione, qua cauſa? Odium fuit. Vnde? ergo quare occidere debuerit, dico. Inficiabatur, tu vt hanc cauſam occidendi excludas, ſubſtituas aliam neceſſe eſt. Satis argumenti erat ſi occidiſſet clam, ſi ex inſidiis, ſi tanquam negaturus. Quæ cauſa hominem in ſcelus egit? quid fuit, quod tantam rabiem concitaret, niſi illud, quod ſciebat ſe dediſſe? cum dicenti, Apud te pecuniam depoſui, reſpondebatur. Quis teſtis eſt? quæ probatio eſt? quanti animæ æſtus agebantur? non vobis videbatur cum feriret, illa dixiſſe. Ita, non depoſui? Optime mehercule mihi videtur, ac militari facinore illa exclamaſſe, I nunc & nega: i nunc & alienam pecuniam conuerte in tuas cupiditates: non vteris tamen. Erat argumentum ergo tantum quod occidit. Quam vltra deſideratis probationem? occidit ſtatim moriturus. Frequenter iudicia huiuſmodi exercentur, vt ſi res in notitia dicitur eſſe ſeruulorum, torqueri mancipia videamus. Si mos ciuitatis & cõditio militiæ pateretur, ſe in tormenta obtuliſſet, illum popoſciſſet. Non tibi videtur præbuiſſe de animo tuo quæſtionem?

CCCXIII. *Falſo cædis damnatus.*

QVI CÆDIS REVM ACCVSAVERIT, NEQVE DAMNAVERIT, IPSE PVNIATVR. DAMNATORVM SVPPLICIA IN DIEM TRICESIMVM DIFFERANTVR. Accuſauit quidam & damnauit: in diem triceſimum dilata damnatio eſt. interuenit is qui occiſus dicebatur. petit reus pœnam accuſatoris.

SER-

SERMO.

NON erit alienum, aduocatum dare huic accuſatori. Fecit n(vt parciſſime dicam) pœnitentia dignam. & fortius defende- r ab alio, & maiore cum verecundia patronus confitebitur, ſi id confitendum eſt. Et quotiens cauſa plus iuris habet quam doris, ad eum transferenda eſt qui non erubeſcit.

DECLAMATIO.

EVM capitis arceſſitis in ea ciuitate, in qua hoc graue & indignum videtur & reum capitis arceſſitis, qui ipſi into- abilem hanc crudelitatem vocatis. Conueniebat iis qui neritatem accuſationis incuſant, nihil niſi certum explora- nque deferre. Ergo lege occidi vultis hunc ſtatim, qui m cædis detulerit. Hactenus agnoſco: detulit enim quem endo, damnauitque, hoc iam ad nos pertinet. Hic enim lemnatus eſt. Sequitur ergo vt aliam legem afferamus, aut ac mutes, aut hoc audeas dicere Ius aliquod tibi eſſe con- tutum. Ad interpretationem nos vocas. & ex hac lege qua gas, aliam conſtituere conaris. Non eſt iſta res iudicum. n horum qui ad certa iura, & quidem iurati, conſederunt. fle&i iura ne pro defenſione quidem æquum eſt: legem o mutare vt occidas, & crudeliter interpretari ius, quod à giſtratibus ſcriptum eſt, cuius animi eſt? Ego legem habeo uerſus eum demum ſcriptam, qui detulerit, neque damna- rit. Non ſcrutor quid voluerit legumlator: neque enim ſſum. Sæua inquiſitio in prætertta eſt. Id ſiue voluit eſſe, od ſcripſit: ſiue aliud aliquid cogitauit, hoc ſcripſit, hoc e viximus, hoc ſpectauit. Nihil minus ferri oportet in ci- ate, quam vt lex decipiat. Innocentem accuſaui: ſatis eſt od damnaui, neque enim lex iſta ſcripta eſt, vt qui inno- ntem accuſauerit, capite puniatur: ſed vt puniatur qui ac- ſauerit, nec damnauerit. Quomodo ergo nihil prodeſſet cuſatori ſi non damnaſſet, poſtea nocentem eſſe compet- m eum quem accuſauit: ita ei qui fortunam ſecundam iu- cii tulit, non debet nocere quod poſtea accidit. Lex talem nditionem iudicii facit, in quo cædis accuſatur reus, vt vtri- e aduerſus alium pronuntietur: aut reum damnari oportet, t accuſatorem. Tu quid vis? vt vterque damnatus ſit? an iſtud verum ſit, vt damnatus ſit reus & accuſator? illud ta-

men lex voluit. Tranſeo quod pernicioſum ſit interpretari legem, & ad ingenia vtriuſque conuerti: id quod ſcriptum eſt ne dubitaretur, dubium fieri poſtquam ſcriptum eſt. Deſcendo ad hanc quoque intentionem: non quia neceſſe eſt, nec quia ad veſtram religionem pertinet, nec quia ſoluit iſta res iuſiurandum: ſed quia victori obtinentique cauſam facile eſt, & debet diſputari. Recte fecit legumlator qui ita ſcripſit legem, vt non puniretur ſi condemnaſſet. Quare? noluit accuſatorem eſſe calumniatorem, noluit accuſatorem dare aliquid odio. Alioqui ſcimus multa vera quidem non eſſe, credibilia tamen eſſe. Accuſator quid debet tibi? vt eum deferat, aduerſus quem argumenta habeat: aduerſus quem teſtes habeat: alioqui nocentem an innocentem qui ſcit? Ipſi iudices hoc non pronuntiant: ſed ſe ex animi ſui ſententia facere profitentur. Quis autem miratur ſi ea res accuſatorem decepit, quæ decipere iudices potuit? Accuſator cum id efficit vt reus damnandus videretur, reddidit rationem accuſationis. Nullus autem tam inimicus legislator fuit, vt errorem accuſatoris punire vellet. Oportet eſſe in ciuitate & accuſatores: alioqui omnia mittuntur ad manus, omnia mittuntur ad ferrum. Per ſe difficilem rationem vindictæ, & vltionis facimus. pene licentiam graſſatoribus & latronibus damus quod nemo accuſare ſine periculo capitis ſui poteſt. Sed tamen aduerſus hæc illud remedium eſt, quod accuſator cogitat quid obiecturus ſit. Si ne hoc quidem prodeſt, vidiſſe aliquid in accuſatione, motum eſſe probabilibus argumentis, in totum iudicia iſta tollemus. Hunc autem habuiſſe quare accuſaret, credite iudicibus, qui damnauerũt. Hic inimicus quid illi qui cognouerunt? quo vultis motos eſſe iudices vt damnarent? Non enim moti ſunt auctoritate ipſius accuſatoris, argumentis moti ſunt: illis credimus. teſtibus moti ſunt: hos habebamus. Et mihi videtur ideo conſtituta eſſe lex, quæ damnatum poſt triceſimum diem puniri voluit: quoniam videbat legumlator poſſe fieri vt deciperetur accuſator. Itaque eius qui non damnaſſet, præſentem pœnam eſſe voluerunt, nulla dilatio eſt. Quid te mouit? quid attuliſti ad iudicem? Hoc enim vult lex prius etiam approbari ipſi accuſatori. Ergo etiam voluntas legis pro nobis eſt, & non tantum ſcriptum, quod ſatis erat. Niſi ita recedamus ab eo quod propter te noſtrum eſt, vt conceſſiſſe videamur. Sed vt tranſiſſetis, rurſus, id quod dicebat, cum

ſuſpectus

ſuſpectus eſſet reus,boni erat ciuis accuſare: neque aliter ſtare leges poſſunt,neque aliter ciuitas. Accuſaui. quid poſtea? quoniam homo occiſus videbatur. Hic tamen perire potuit, & occidi potuit.& hoc indignum eſt. Primum omnium durum eſt vnam iudici vtrique fortunam, & occidi hominem, quia aliquis occidi potuerit. Huius culpæ ita magna pœna eſt,cauſam edicitis.Deinde hoc non tantum accuſatoris culpa factum eſt. Fortaſſe ita vixeras:multa petulanter, multa temere,multa cruente commiſeras. Turpiſſimi hominis argumentum eſt innocentem poſſe damnari. Non enim dicit corruptum eſſe iudicium, non verſatam pecuniam. ita non erubeſcis homicida viſus es. Tu porro tantum accuſatori iraſceris? non idem de te iudices ſenſerunt? non omnium ſententiæ?

CCCXIV. *Ego te pater,occidi.*

Parricidii reus paribus ſententiis abſolutus, furere cœpit, & dicere per furorem frequenter, Ego te, pater, occidi. Magiſtratus tanquam de confeſſo ſupplicium ſumpſit, reus eſt cædis.

SERMO.

Si qua erunt quæ à me in diuiſionibus controuerſiarum dicantur eadem, frequentius intelligite fieri:primum,propter interuentum nouorum:deinde,propter conditionem diuiſionum. Nam hi *qui antea non audierunt,pertinentia ad plures controuerſias debent cognoſcere: & ad præſentis materiæ controuerſias nihil intereſt, quomodo ego diuiſerim. Eſt autem communis cura aliis controuerſiis huius materiæ:illud, quod Reus magiſtratus, de cuius perſona dignitate hæc ipſa res ſatis pronunciat. videtur etiam de anteacta vita probari, eo modo quo creatus eſt. Secundum illud æque commune, Quod nullas ſimultates executus eſt, nullam ſpem ex cæde eius quem occiſum accuſator queritur, concipere potuit: & officio impulſus, etiam ſi lapſus eſt, tamen, velut leges, conſilio deceptus eſt. Vt hæc communia, ita illud tam proprium, vt ſi vllum aduerſus hunc adoleſcentem habuiſſet odium magiſtratus, magis inſania eius vindicabatur. Si cum ita præparauerit cauſam, incipit de iure ſuo loqui.*

DECLAMATIO.

MAGISTRATVS DE CONFESSO SVMAT SVPPLICIVM. Durum miniſterium, & iniucunda honoris huius neceſſitas. Sed quis potius leges exequitur, & hominum commiſſa, niſi qui rempublic. adminiſtrat? nemo iſtud faceret libenter, niſi neceſſitate. Ergo non ſolum licuit mihi occidere confeſſum, ſed etiam ſi nollem neceſſe fuit. Videamus an ille confeſſus ſit. Teſtes præbeam vobis? tota ciuitate audita vox eſt. Ne ipſos quidem accuſatores negaturos eſſe confido, ipſius voce, ipſius lingua eſſe dictum, Ego te, pater, occidi. & non ſemel dictum, ne caſus videretur. At enim confeſſio habenda non eſt, niſi quæ à ſano proficiſcitur. Non video cur ad hanc interpretationem deducatur vis iſtius verbi, quod lege comprehenſum eſt. Ego enim confeſſionem exiſtimo, qualemcunque contra ſe pronunciationem: nec me ſcrutari lex iubet, qua quis cauſa confeſſus ſit. Immo ea natura eſt omnis confeſſionis, vt poſſit videri demens, qui de ſe confitetur. Furore impulſus eſt: alius ebrietate, alius errore, alius dolore, quidam quæſtione. Nemo contra ſe dicit, niſi aliquo cogente. Quod enim genus confeſſionis exigitis? vt aliquis ſecurus, quieta mente, nullo adigente dicat, Ego patrem occidi. Atqui ipſum verbum videtur habere vim coactæ veritatis. quid ergo aliud intueri debes, quam vocem? Si ſemel hoc audiſſem, lex tamen me iam appellaret: ſæpius dixit; in eadem voce perſeuerauit. Viderimus an in aliis partibus demens fuerit. Hic tanquam ſanus perſeuerauit. De confeſſo ergo ſumpſi ſupplicium: atque ad me non pertinet, an is qui confeſſus eſt, nocens fuerit. Fingite enim eſſe aliquem, qui aliquo modo confeſſus ſit, hunc à magiſtratu occiſum: poſtea apparuiſſe aliquo caſu falſum fuiſſe quod dixiſſet: num agi cum magiſtratu poteſt? Lex quæ confeſſum puniri iubet, ſententiam ipſi reliquit. Deſcendamus tamen eo, quoniam filius eſt, vt quæramus an ille etiam parricida fuerit. Nec mihi neceſſe eſt dicere illa, quæ ab accuſatore dicta ſunt. Habuerit ille cauſas propter quas deferret, habuerit teſtes ſuos, habuerit argumēta; & profecto creditis non ſine magna fiducia delatum eſſe tanti criminis reum. Mihi argumentum ſufficit genus abſolutionis: paribus ſententiis abſolutus eſt. Hoc in alio genere cauſæ dubium eſt, in parricidio vero, quod probare nemo voluit, quod falſum eſſe ad fata pertinebat,

bebat. Diuerſam habuit pronunciationem. Obiectum eſt alicui mortalium, quod patrem occidiſſet: quod eum, cui lucem, cui hæc beneficia rerum naturæ debebat, ſua manu trucidaſſet, & hoc pars iudicum credidit? Ego vero illos & probo, & miror, qui abſoluerunt: pars tamen iudicum pronuntiauit factum eſſe parricidium: pars, incredibile eſſe. Hos mouit, quod probari poterat: illos, quod negari. Reus ergo ſuſpectus, & in eam partem accipiendus, vt fecerit. Quid ſupereſt? per dementiam confeſſus eſt. At mihi pro cauſa mea ſummum videtur argumentum ipſa dementia, etiam ſi confeſſus non eſſet. Non ſine cauſa videlicet vetus illa & antiqua ætas tradidit, eos qui aliquod commiſerunt ſcelus, furiis agitari, & per totum orbem agi. Vt nomina mentita ſint, vt aliquid fabulæ fingant: ab aliquo tamen exemplo iſta experimenta venerunt. Factum eſſe aliquid neceſſe eſt, vt hoc credibile videretur: ſiue iſtud Dii immortales, qui non iudiciis falli, non gratia circumueniri, non ignorantia decipi poſſunt, conſtituerunt. Ego vero gratulor mortalitati. Colite homines innocentiam, & nullam ſpem impunitatis ex ſecreto ſcelerum conceperitis. licet nulli hominum proſpexerint oculi, licet nulla cuiuſquam mortalium conſcientia interuenerit: ſub cœlo tamen feciſtis, & ille fuſus per omnes rerum naturæ partes ſpiritus, adfuit: erat illic potentior teſtis. Non quidem artibus, ſed loquetur ore veſtro. Tu forſitan cum miſerum patrem trucidares, tollentem ad ſidera manus riſiſti. Inane hoc ſupra nos, vacuumque cura cæleſtium putabas. Sunt illa vera quæ extremo miſeri ſpiritu dicebantur, Dabis mihi, ſcelerate, pœnas: perſequar quandoque, & occurram. Et quod ad me quidem pertinet, iudices, non aliam huius dementiæ putem uiſſe rationem quæ cœpit poſt abſolutionem. Nec tamen illa mihi vana quorundam videtur eſſe perſuaſio, qui credunt, ion extrinſecus has furias venire, nec vllius Deorum impulſu anc mortalibus incidiſſe dementiam: ſed naſci intus: conſcientiam eſſe quæ torqueat: animum eſſe, qui vrat. Interim ratulor. Benehercule factum eſt, quod etiam ſi omnes felleri mus, effugere non poſſumus nos. Ite nunc, & dicite, emens erat cum confeſſus eſt. At mihi videtur demens fuſe cum occidit. Ergo quodcunque illud furoris genus, aut œna à Diis immortalibus conſtituta, aut confeſſio quædam ocentis animi videretur. Videamus tamen quomodo inſaierit. Si per præcipitia ferretur, dicerem, Agit aliquis deo-

rum

tum: ſi in obuios occurreret, dicerem, Vltionis quæritur materia. nunc vox vna, vox eadem ad iudices; & per totam ciuitatem, Ego te, pater, occidi. Inuenire liceat quid factum ſit. non eſt dementia, Ego te, pater, occidi. Hoc ſi vos furorem vocatis, idem pars dixit iudicum. nihil variatum, nihil ex more aliorum inſanientium mutatum eſt: Ego te, pater, occidi. Longa confeſſio eſt: repetita toties confeſſio eſt. Ecquid concipitis animis imaginem illam, quæ hoc coëgit? Stabat profecto ante oculos laceratus, & adhuc cruentus pater, oſtendebat effuſa vitalia, totus ille ante oculos locus: totum ſcelus mente & cogitatione perflexum. Non poteſt fieri, vt per dementiam videatur toties confeſſus, qui nunquam negauit. Ire nunc, & paribus abſoluite.

CCCXV. *Fortis pater deſertoris.*

VIR FORTIS DESERTOREM SVA MANV OCCIDAT. Eodem prælio quo pater fortiter fecit, eiuſdem filius deſeruit. Petit præmii nomine, vt eum non ipſe occidat.

DECLAMATIO.

FORTIS præmium peto.

SERMO.

Illa communia noſtis.

DECLAMATIO.

Scriptum eſt.

SERMO.

Eſt illud commune

DECLAMATIO.

Merito ſcriptum eſt: magno labore, multis periculis conſequutus ſum.

SERMO.

Eſt aliquid proprium controuerſiæ huic.

DECLAMATIO.

Peto præmium fortis, qui ſenex fortiter feci, qui in ea acie fortiter feci, in qua & filius meus fugit. Sed contra legem petis.

SERMO.

Iterum illa communia. Omne priuilegium contra reliqua iura eſſe: viris fortibus non poſſe præmia perſolui, niſi cum alia inclinatione

tioni legis alicuius. Hæc iam prompta vt compáremus, etiam ſi contra legem optamus, vtrum tamen magis ſeruari legem placet: vtrum eam quæ honorem dat benemeritis, an eam quæ conſtituit pœnam peccantibus. Deinde ſpecialiter, vtrum eam quæ honorem viro forti dat, an eam quæ pœnam deſertori conſtituit. In vtraque re ſpecioſius & apertius tractatus eſt: nam deſcribere poſſumus, quanta cum difficultate fortiter pugnetur, & quanto cum periculo: & excuſate & dare veniam aliquam, vt natura dignum ſit: & difficile fortiter pugnare, quam mirum eſſe aliquem qui pereat: hic clamor ille vtriuſque exercitus, tela illa in nos & in oculos venientia, & cadens ſecundum latus commilitonum gemitus vulneratorum: & fragor ille armorum & nitor ferri. Deinde cum comparauerimus leges, nihilominus & molliamus quæſtionem.

DECLAMATIO.

Non vtique periit lex: quare? quoniam plurima accidere poſſunt, vt deſertorem non vir fortis occidat. Hæc enim ſic dixi, tanquam impunitatem deſertoris peterem: nunc de pœna nihil detraho deſertoris. de miniſtro tantum, de manu tantum quæritur. Frequenter autem neceſſe eſt accidat, vt deſertorem non vir fortis occidat. finge deſeruiſſe aliquem, & neminem fortiter feciſſe: incolumis erit deſertor? Finge fortiter pugnaſſe aliquem, ſed in ipſa pugna debilitatum, ita vt manum amitteret: nunquid non neceſſe eſt ſubire aliquem hoc miniſterium? Hoc de alienis. Præterea lex quæ deſertorem à viro forti occidi iuſſit, nihil cogitauit de hac neceſſitate. Quædam etiam ſi nulla ſignificatione legis comprehenſa ſint, natura tamen excipiuntur. An hoc cogitatum eſſet, vt pater filium occideret? vt frater fratrem occideret? nam id quidem profecto vix natura ipſa videbatur admittere, vt in eadem acie pater fortiter faceret, filius deſereret. Itaque ſi illud non præmii nomine peterem, ſi aliter gratiam mihi retuliſſetis, recuſarem: dicerem, Non vtique occidere debeo. plus eſt, quod opto. Lex deſertorem & virum fortem nominauit. Mutata ſunt omnia: filius deſeruit. Ergo hæc dixi: adhuc debetur mihi quodcunque præmium: dicetur vel contra legem. Mea lex vtilior eſt reipublicæ. Non vtique contra legem peto, quoniam multa accidere poſſunt. vt non vir fortis occidat. Non contra legem peto, quoniam fieri non poteſt, vt ex hoc voluerit, vt à patre filius occidatur. Renuntio rei-

publicæ

publicæ, non vtor honore conſtituto: nemo queretur de iniquitate præmii mei, nemo impotenter vti fructu virtutum exiſtimet. Non feci fortiter. Erratis commilitones: blanditus eſt mihi imperator: decepit te fama ciuitatis. Ego fortiter homo ſenex? Ego fortiter deſertoris pater? At putate hoc me obtinere non poſſe: non vtor honore virtutis, nec ſubeo onera viri fortis: nolite mihi dare præmia, non occido deſertorem tanquam vir fortis. Demitte me à merito meo: liberate me nomine. & ſane quam habetis aliam vindictam? Lex occidi à viro forti deſertorem voluit, tanquam inutiliſſimum, tanquam inimiciſſimum. neq; enim pœnam hanc viro forti conſtituit, neque impoſuit recuſanti, neque vllam neceſſitatem nolenti Quid etiam facietis, ſi non occidero? Quis eſt huius conſtitutionis exitus? legem nullam habetis. Sed vindicare vos vultis. Adhibete carnificem, occidite vtrumque Bene hercule exhorramini: eſt quare arma ſenex reſumam. Fortiter feciſti; plurimum reipub tuæ præſtitiſti velis nolis. Quid igitur hæc ad parricidium? Et filium occide, & parum ſit tibi perdere. Vehemens erat ſi dicerem, nolo occidere: ignoſcetis mihi dicenti, Non poſſum: manus illa quæ fortis dicebatur, defecit. Scio nunc me, iudices, reprehendi à bonis patribus, tanquam præmium optare neſciam: melior enim & indulgentior pater hoc diceret. Donate meritis meis filium: ita ego quod fortiter feci, quod tantum hoſtilis ſanguinis fudi, quod inter momenta victoriæ fui, non eſt pro opera duorum. Ego ſi melior eſſem pater, illud quoque ſimpliciter confiterer, deſeruiſſe filium mea culpa. Quid enim neceſſe fuit educere in aciem adoleſcentulum? Quid neceſſe fuit rudes annos, cum grauiſſimo hoſte, acerbiſſimo prælio componere? aut certe ſi tantus gloriæ amor, ſi tanta cupido laudum, recedere à filio meo non debueram. & feci, iudices, primum, & tanquam inſtituerem filium rudem militiæ, non procul à latere reliqui. Decepit me ardor ille belli: vt primum ſigna canere cœperunt, vt primum totum animum percuſſit patria, ſola virtus, adoleſcentulus interim rudis in illa nube pulueris, in illa confuſione permixtarum vtrinque legionum, virum fortem ſequi non potuit. At ego infelix, etiam inuidiam filio feci, & ſpolia retuli, quo minus illi ignoſceretur. Quo me ducis anime? quo me trahis affectus? Placet cauſa, aliud optui nihil eſt quod ex meo fauore ſperes, iuuenis infeliciſſime, nullam fiduciam ex hac quantulacunque operæ meæ gratia, capias:

pias: moriendum eſt. Debetur hoc ſane diſciplinæ militari, debetur caſtrorum ſeueritati. Infelix exeuntium omen, miſeræque primitiæ! Si alterum vtique ex domo noſtra deſtinabatis, cur nō ſenem potius traxiſtis? Quid nunc tibi proderit, miſerrime adoleſcens, quod modeſtus in pace, quod pius? Et ſi contigiſſet felicitati felicior quies, optimus filius eras. Moriendum eſt. quid tibi præſtare infelix pater poſſum? cum duceris, flebo, plangam. Hos quos ſumpſeram modo ex victoria publica lætos habitus, abducite. Merui ambitioſus pater, ſcilicet, ne quid de militari ſeueritate detraherem, ne videret vir fortis deſertori ignoſcere. Contentus fui poſt tot merita, fauente tota ciuitate, vt tantum innocens eſſem. Et ecce iam miſerantes video iudicum vultus: quorundam deprehenduntur lacrymæ. Potui plus optare, potui. ſic quoque ego te, fili, occidi. At tu quiſquis es in quem transferetur hoc infelix miniſterium, ſupremas audi patris miſerrimi voces: Hoc ſaltem fortunæ meæ præſta, Semel ferias.

CCCXVI. *Flens luxurioſi pater.*

Flens pater per publicum, filium luxurioſum ſequebatur. Dementiæ reus eſt.

SERMO.

Hoc *genus controuerſiarum pene diuiſionem non exigit. Illa communis fere, omnibus ex lege dementiæ pendentibus controuerſiis, quæſtio eſt: quid dementia ſit: & an hæc dementia ſit. In eo quod quærimus, quid ſit dementia, & finitionibus vtrinque poſitis, & omni tractatu hanc controuerſiam diuidemus: vt quæratur, vtrum dementia ea demum accipi debeat, quæ habeat æqualem mentis errorem, an etiam ex ſingulis vel paucis intelligi poſſit. Hæc ſæpe tractata ſunt: ad crimen ipſum veniamus. Intelligo & indignari poſſe hunc patrem, quo reus dementiæ à luxurioſo fiat, & eum multa grauiter & aſpere dicere contra filium poſſe. Recipit aduerſarii perſona: ſed videamus an recipiat noſtra. Nam ſicut paulo ante præcipiebam vobis, vt perſonam intueremini eius apud quem dicenda eſſet ſententia: ſic nunc quoque admoneam neceſſe eſt, vt intueamur perſonam, quam nobis induimus. Pater hic qualis eſt? non acer: luxurioſum non abdicauit, non conuitiatus eſt: etiam cum aliquid admonendi gratia faceret, tacuit tamen.*

non durus: fleuit enim. Quicquid contra colorem talis animi dixerimus, quodam modo contra thema dicemus. Conſilium itaque totius actionis ex his capere debemus, quæ præceſſerunt. Quid aliud præceſſit? mollis inuidia. Ergo cum adprobauerimus non vno facto dementiam eſſe conuincendam, veniemus ad ordinem defenſionis. Anteactæ vitæ ratio conſtet. Hoc non propterea tantum dicendum eſt, quod ſic defendi reus poteſt: ſed etiam quod inuidia redit ad accuſatorem. Omnia enim quæ pro ſe dixerit, in filium dicet.

DECLAMATIO.

QVID feci dementer? iuuenis frugaliter vixi, patrimonium auxi, vxorem duxi, filium ſuſtuli, hunc amo. Flens (inquit) me per publicum ſequeris. Poterant iſta & ſeparata defendi: nam neque admirationi profecto cuiquam mortalium eſſet, quod pater filium ſequeretur, & ſeparatæ ad hoc lacrymæ poterant videri non ad te pertinere. Sed ne vlla arte ſuffugere crimen accuſatoris mei videar, totum hoc quod obiicitur iungam. Lacrymæ ſunt in culpa? fleo fortaſſe ſuperuacua. ſic me conſolaris, ſic lacrymas patris tui ſiccas. Flendum mihi hodie foret, etiam ſi hoc antea non feciſſem.

SERMO.

NOLO *quiſquam me reprehendat, tanquam vobis locos non dem, ſi ampliare declamationem voletis. & ingenium exercere, diceris quod ad cauſam huius, nullo modo ad delectationem aurium fortaſſe pertineat.*

DECLAMATIO.

Nondum priuatas ac peculiares lacrymarum reddo cauſas. Interim quis miratur flere hominem? hinc infantia incipit: in hanc neceſſitatem plerunque fortuna deducit. Quis enim eſt dies qui non triſte aliquid & flebile nobis minetur? Si nullam aliam rationem lacrymarum haberemus, conſpectus tamen hominum, & ratio mortalitatis poterat elicere fletus. Hæ amicitiæ, hæ propinquitates, hi congreſſus, hæc ſtudia, laudeſque intra breue temporis momentum occident, atque labentur. Quotus quiſque tranſit dies, quo non funus accipiamus? Flens me ſequeris, & per publicum ſequeris. Non

totum

totum crimen obiicis: diu hoc antea domi feci. Quantulum temporis ſpatium eſt, quod talem me vides? flere ſecreto, vbi cubiculum & nox & animus ſibi relictum eſt. Flens ſequeris: quod poſſum. Miror equidem illos fortiſſimos patres, qui hunc animi dolorem ſemel recidunt, & in vniuerſum flere definito aliquo temporis ſpatio ſemel queant. Flens te per publicum ſequor. Quid ergo non miſereris? gratulor crimini meo. Si mouet, ſi hæc tibi grauis videtur inuidia, quid opus erat accuſatione? quid iudicibus? quid hac probatione dementiæ ſanare me poteras. Exigis tamen cauſas lacrymarum mearum. Non me pecunia mouet, diuites aliquando fuimus: non illos late quondam patentes agros deſidero, non fœnus, nec ingens pondus argenti. Nuper in domo deſideraui vernulam meum.

CCCXVII. *Imperator prouocatus à filio.*

QUI PROVOCATVS AB HOSTE NON PVGNAVERIT, CAPITE PVNIATVR. Filius Imperatoris ad hoſtes transfugit, prouocauit patrem. Ille non deſcendit in certamen ſolus, ſed acie commiſſa vicit hoſtes: in quo prælio & filius eius cecidit. Accuſatur, quod prouocatus ab hoſte non pugnauerit.

SERMO.

AN quiſquis ab hoſte prouocatus non pugnauerit, puniri debeat: an hæc lex ad imperatorem pertineat: an hic ab hoſte prouocatus ſit: an pugnauerit.

DECLAMATIO.

QVI AB HOSTE PROVOCATVS NON PVGNAVERIT, CAPITE PVNIATVR. In omnibus quidem legib. ſolã ſpectari oportet ſcribentis voluntatẽ. Verba enim ambigua, & in plures intellectus ducta ſunt: ſcribendarũ legum cauſa, volũtas fuit. Ergo id vnũ ſpectari conuenit, propter quod ſcriptæ ſunt. Huius autem legis manifeſtum eſt hanc voluntatem eſſe, vt puniatur, quotiens commiſſum eſt, propter quod conſtituta pœna eſt: ſuperuacuum ſupplementum eſt, vt contra verba interpretatio ſequatur. aliquid frequenter accidere poteſt, cum aliis legibus, tum hac præcipue. Fingamus enim ab hoſte

prouocatum aliquem ægrum: fingamus prouocatū eum, qui proximo prælio debilitatus ſit: fingamus eſſe prouocatum, quem imperator in alium partem expeditionis ire iuſſerit: profecto aduerſus neminem horum actio ex hac lege dabitur. Atqui mihi ſatis eſt efficere, vt alicui non pugnare liceat. Nam ſi vlli poteſt dari hæc venia, non dubitabitur quin parti detur. Sed antequam naturam defendo, Imperatoris volo defendere dignitatem. Contendo hanc legem ad milites pertinere: primum quod inter hos fere prouocatio ſit: deinde quoniam legumlator nunquam profecto tam inimicus fuit, vt periclitari ex euentu pugnæ vnius ciuitatem, ſummamque reipublicæ vellet. Fingamus enim ab aliquo vltimo militum prouocari ducem: idem diſcrimen, idem periculum, par euentus eſt. Adiice quod inter præcipuas virtutes eſt, imperatorem non pugnare aliquando. Sic extrahitur hoſtis, ſic impetus ſubitos partis aduerſæ frangit mora: ſic interclusos commeatibus in deditionem venire fame cogimus. Itaque hercule militem legimus robuſtum, legimus iuuenem: imperatorem facimus ſenem. In illis enim vis corporum & manus ſola ſpectatur, in his conſilium & ratio: quæ bona præcedentis ætatis in locum virium ſubeunt. Ipſum præterea nomen Imperatoris ſatis ſignificat non exigere manum ipſius. Imperare enim debet & præcipere. In ſummam, ab eo qui prouocatus ab hoſte non pugnauerit, ſupplicium optime exigit imperator. Ergo ſi hoc ſolum apud vos dicerem, Non pugnauit dux, non pugnauit ſenex, non fecit ſummæ rei diſcrimen: ſatis tamen iuſta defenſio videretur. Adhuc tamen propius accedere ad interpretationem legis volo: &, quatenus pars diuerſa ſcripto innititur, etiam ipſa verba ſcrutari. Quid tandem dicit lex? QVI AB HOSTE PROVOCATVS NON PVGNAVERIT. Ab hoſte igitur, non à transfuga. Nec vnquam habuerim hunc ego perditiſſimo parricidæ honorem, vt illum in numero ponam eorum hominum qui pro republica ſua, qui pro patria pugnabant. Et ſi verba ipſa intuemur, hoc ſatis eſt: ſi vero introſpicere voluntatem voluerimus, ecquid manifeſtum eſt non hoc ſenſiſſe legumlatorem, vt vlla neceſſitate poſſit cogi pater cum filio dimicare? an vero is qui ſcripſit, HOSTEM, non videtur ſcripſiſſe, ALIENVM? ſumma hac nominis vtique minora complexus eſt. Non ergo cogi poteſt quiſquam lege, vt cum filio ſuo pugnet. Hic tamen non defenditur

dicur affectus & pietatis ſimulatione. Ego vero (inquit) pugnaui: ſed quo modo pugnare opo:te: at veſtrum imperatorem. Vnius ſanguinem exigitis? exercitum cecidi: par gladiatorum ſimile poſtulatis? totius ciuitatis victoriam retuli. Numerate captiuos, numerate ſpolia: & æſtimate an damnari debueram, quia plus præſtiti. Quæ ſunt enim quæ lex poſtulet? illa quidem pugnam tantummodo meam. Veruntamen videtur tacitum hoc ſcribentis fuiſſe votum, vt & hoſtis occideretur. Vtrunque præſtiti & ego pugnaui, & ille occiſus eſt. Seu non contingeret ea perditiſſimo iuueni, quam quærebat inuidia, vt videretur ſcelere occiſus, vt nobilem facinori ſuo ex:tum daret: iaceat in turba. Vos oro qui illud pugnæ genus exigebatis, vtrum tandem euentum concepiſtis animo? Viciſſet iuuenis ſenem, viciſſet ſceleratus pium: quantum reſpublica detrimenti, quantum lacrymarum, quantum luctus am:ſſo duce haberet, & fractis militum animis & inclinata in poſterum ſpe? An vero imperator noſter occidiſſet illum temerarium iuuenem & ſceleratum? eratne tanti vt publice commiſſum patricidium videretur? non itam numinum, non ſterilitatem, morboſque, & alia, quibus magna ſcelera expiari ſolent, timeremus? ab hoc omine commiſiſſet aciem?

CCCXVIII. *Legatum inter libertos.*

Teſtamento quidam inſtituit hæredem amicum, & petit ab eo, vt ex duobus libertis quos relinquebat, vtri vellet decem millia daret. Vnus ex libertis petit, iudicio contendit, victus eſt. petit alter.

DECLAMATIO.

QVæ mihi iura quam veteta cum patrono eorum fuerint, non eſt dicendum. Heres ſum. Quantopere his poſt libertatem ſatisfecerim, videlicet hac contumelia qua mecum conſiſtunt, æque manifeſtum. neuter apud illum meruit vt decem millia acciperet. Quare ergo hoc teſtamento cauit, vt darem hanc ſummam vtri vellem? non poterat aliter efficere, vt mihi iſti obſequerentur. Excogitauit ergo optimus omnium amicorum, quomodo iſti, tanquam patrono, mihi obſequerentur: cum aliqui prædiuinaret hoc

quod accidit, nullam apud iſtos fore amicitiæ ſummæ, nullam noſtræ coniunctionis reuerentiam. Ratio ergo teſtamenti talis eſt. Ne ius quidem dubium erat, etiam antequam veniret in dubium. Petis à me decem millia ex teſtamento patroni tui: interrogo, an dari iuſſerit tibi? quantæ libet ſis impudentiæ non mentieris. Quare ne illa quidem tibi actio, quæ inuidiam facere ſolet legatum non ſoluentibus, relicta eſt, vt diſcas. Quod ego merui, quod ego iure peto. Repetis quod tibi non eſt relictum. verum hoc eſſe manifeſtum eſt. Petit alter prior, qui ſibi magis dignus videbatur: quo petente tacuiſti. non tamen obtinuit id quod nullo iure poterat obtinere. vt acciperet legatum incertum. Sed hoc ipſo apparet (inquit) deberi mihi, quod ille cum iudicio contendiſſet, victus eſt. Nondum diligenter verba teſtamenti legis: non enim hoc ſcriptum, eſt tantum, vt alteri ex libertis darem: ſed aliud, quo mihi & plena, & (quo magis doleas) perpetua libertas relicta, darem vtri vellem. Ergo ſi hoc non cadit in rerum naturam, vt ego illi malim dare, qui mecum contendit, ſperares, aut ſi hoc probare potes me tibi malle, fortiſan iudicio quoque non inique contenderes. Si quidem neutrum horum tale eſt vt contra me ſit, ſatis ſit vtrique veſtrum ſeparatim dicere, Tibi nolo. Si ergo hoc reſpondebis, ſemper. puta me dicere. Quærere de te atque officiis tuis, qui non aliter meruiſti, fortaſſe vexare vos voluit, & legatum ſperare ſemper, & alternis deſperare. Sic tueri me volo, vt dicam ſemper. Ante omnia enim teſtamento tempus non eſt cautum quo ſoluam, ac ne caueri quidem potuit. Nam qui dicit, vtri malueris, & tempus non adiicit, manifeſto illud quoque ſignificat, cum volueris, ſolues. Adhuc ergo ambo improbi eſtis, ambo calumniatores. Quam ſapienter tacueras, ſi in hoc perſeueraſſes, videreris mihi verecundior. ſperarem futurum, vt diligentius ſeruares pecuniam, quam non cupide acceperas. nunc incipit mihi videri minus ille peccaſſe: litigauit ante experimentum, litigauit ante ſententiam: tu non credis iudicibus. Neuter ergo accipiet? cum voluerit patronus alteri dari, non poteſt ab altero hoc legatum peti ex voluntate defuncti: neuter veſtrum dicere poteſt, hoc patronus dari mihi voluit. Habuit hunc honorem mihi vt iſtud eſſet, beneficium meum. me ergo emereri debet: & à me iſtud petere, quod à patrono non petiiſſet. Detegam vobis propoſitum amici mei. Meliori dari voluit: hoc ſciri ex præterita

terita vita veſtra non poteſt: alioqui ipſe ſciſſet: & ſi vlla inter vos fuiſſet differentia, nominatim reliquiſſet. Hoc legato patroni veſtri, neceſſe eſt vtrique veſtrûm diligentius videre vtri dabo: vter veſtrum patronum magis deſiderauit, vter veſtrum frugalius vixerit, vter veſtrum modeſtior fuerit. quod vos diutius traham, vtri voluero. Interim ſimiles eſtis, eandem cauſam hâbetis. Non magis ego de te vobis iudicare poſſum, quam patronus veſter.

CCCXIX. *Adultera venefica.*

Quid vxorem adulterii ream detulerat, dixit communem filium in teſtem fore. Inter moras iudicii, adoleſcens ambiguis ſignis cruditatis & veneni, deceſſit. vult maritus agere cum vxore veneficii. illa poſtulat vt præferatur iudicium adulterii.

DECLAMATIO.

ANTEQVAM criminum facimus comparationem, nec agere poſſum. Veneficii accuſo: reſpondes. occiſum à te filium dico: defendes. Sint paria quæ obiicio, non poſſunt vno iudicio cognoſci: æquum eſt ream reſpondere ad id quod obiicitur. Puta omittere me quod antea obiecerim, non perſeuerare in eo propter quod detuli: de vita cogitari æquum eſt, de maiore quæri prius. Poſtea dicam ex qua diffidentia præferri iudicium adulterii velit: interim duo crimina apud vos proponuntur, adulterium, & parricidium. de vtro prius cognoſci oportet? hoc inæquum eſt ſceleris grauiſſimi, ſceleris atrociſſimi dilationem impetrari, quia & adultera eſt: Si nihil illi ante obieciſſem, continuo rationem redderet: quoniam ad parricidium, prioris criminis diffidentia, venit, huc trahitur, propter quod occidit filium, ab hac occiſum eſſe dico. quam diu, iudices finetis hoc eſſe dubium? viuit interim in ciuitate, inter nos eſt fœmina inter prodigia numeranda, implens numerum ciuitatis: & viuit dum bis rea ſit, præſertim in hac ciuitate, in qua iudicia diu differuntur. De me vtique mirari non poteſtis, ſi omnes moras odi, omnes dilationes: liceat vindicare filium dum viuo, antequam ad accuſatorem tranſeatur à teſte. An hoc æquum, hoc cuiquam veſtrum iuſtum videri poteſt, vt cen-

ſeatis adulterium eſſe inter crimina, parricidium inter maledicta? Cauſam dicere adulterii volo. hoc eſt, perit ille teſtis. Mihi autem vacat hoc tempore curam agere lectuli mei. flens & orbus querar, quod vxor mea alium amauerit, alium mihi prætulerit? Ego ne priore quidem tempore iſtud crimen ad iudicem perduxiſſem, niſi quod ſciebat filius meus. Si amiſiſſem tantum optimum iuuenem, excuſate tamen omnibus aliis cauſis renuntiarem. verum verum confitendum eſt, *Ego* occidi, ego qui palam nominaui: qui omnem iudicii prioris fiduciam in hoc eſſe confeſſus ſum. Tua porro quid intereſt? Vtere hoc argumento: Quod tibi obiicere adulterium noluit. Pone hoc inter præiudicia accuſationis. Dũ ego ago meo iudicio: dic legem qua vindicari poteſt vtrunque. Nempe hoc inter alia dictum eſt, Quam cauſam dandi veneni filio meo habui? adultera non eram. Illic videbimus, illic reddemus rationem. Nec te hoc fefellit. Sed naturalis improbis hominibus dilationis eſt cupiditas: hic infamiæ vides pœnam. Quid autem fama ad te, aut opinio? Sed occurrunt illæ cogitationes. Quæretur de adulterio, & quæretur diu, & extrahet iudicium, ſicut adhuc extrahit, vt ſequatur adulterii pœnam alia ſubſcriptio, alii iudices, & alia ſortitionis fortuna. Interim, vt nihil artes valeant, multum fata poſſunt: multum citra ſcelus quoque impedimenti, per ſe ipſa mortalitas affert: vt nihil proſit, vixero. & tamen, quod mihi vita ipſa iucundius eſt, tandiu ſuperſtes teſti vixero.

CCCXX. *Multati ſocius.*

SOCIORVM COMMVNIA SINT DAMNA ET LVCRA. Ex duobus ſociis alter in ciuitate erat, alter peregre. Cum bello laboraret ciuitas, decreuit vt intra certum diem reuerterentur qui abeſſent: qui non veniſſet, multaretur publicatione bonorum. Exacta eſt pars à præſente negotiatore abſentis. Reuerſus ille partem petit reliquorum bonorum.

SERMO.

S*ÆPE vobis dixi, quomodo ad inueniendum ſtatum facillime perueniretur. qui ſint, omnes nouiſtis. Primum ſingulos repetite: ſublatis his quos certum erit non eſſe, inter reſiduos quæremus: quærendi autem via hæc erit. Videamus quid proponat petitor, quid*

ille

ille reſpondeat poſſeſſor, vel reus: ex eo quæſtio naſcitur, ea nobis demonſtrabit. Neque hoc dico, quid primum dicat petitor, quid ille reſpondeat. non enim ex prima quæſtione ducendus eſt ſtatus, ſed ex potentiſſima. Videndum erit, an poſt diuiſionem ſocij ſint.

DECLAMATIO.

SOCIORVM DAMNA ET LVCRA COMMVNIA SINT. Forſaſſe videri poteſt ſuperuacuum, laudare legem. Nam & apparet prudentiſſimos maiores & conſtitutores huius ciuitatis, ſapienter rogaſſe: & cum hoc iure ciuitas tam diu vſa ſit, iam approbatum eſt. Veruntamen cauſa exigit, vt æquitatem quoque legis intueamur: non vt vos religioſius iudicetis, ſed vt appareat quam improbe ſocius meus faciat. SOCIORVM COMMVNIA DAMNA ET LVCRA SINT. Sacra res eſt & quædam fraternitas propoſitorum animorum. Conſortes enim poteſt facere caſus: cæterum quidem cum duo homines omnes fortunas ſuas contulerunt, omnes caſus miſcuerunt, vnum quoddam factum eſt: quid eſt iuſtius, quam cõpoſitum patrimonium habere conditione vnius ſocietatis? hoc enim eſt vnitas. Vides ergo & damna & lucra communia eſſe debere, & nihil non æquum eſt, quod vtrique parti ſcriptum eſt. Euentus nos deduxit. Sed de ſociis loquor idem agentibus. illud ſuo loco imputabo, quod hic domi ſemper & cuſtos tantum pecuniæ fuit. Ego ſum ille, qui longas terras & ignotas regiones peragraui, ego ille, qui tam longe abieram, vt in patriam redire non poſſem. Ex hac igitur lege poſtulo vt communia ſint quæ in vobis ſunt, vt diuidantur. Quid agis? periſſe patrimonii partem, & mihi periiſſe. adiicis mea culpa periiſſe. Omnia hæc interim confiteri libet: commune tamen damnum eſt. Negat hoc eſſe damnum, & pœnæ nomen imponit. Ego porro, Damnum exiſtimo eſſe amiſſionem eorum quæ habueris: neque enim veniet in dubitationem, quin amiſerimus aliquid ex his quæ habebamus. Hic pœnam appellat. poſſum non negare, cum & ipſa pœna damni genus ſit. Nam mihi ex hoc, quod pleriſque criminibus pecuniæ pœna imponebatur, appellatio etiam ipſa Damnatio videtur. Ablatũ eſt aliquid mihi, ſane etiam confitear: quid intereſt quomodo ablatum eſt? Ego perdidi. nam & ſi latro abſtuliſſet, mihi abſtulerat, & ſi in piratas ego incidiſſem mercator, ego amiſeram. peribat hoc vtrique noſtrum. Quid

ſi etiam pœnæ id genus eſt, quod caſus attulit?ſane enim ſeramus hanc tuam finitionem, vt damnum credamus eſſe fortuitam amiſſionem, putemus eſſe fortuitam rerum amiſſionem, damnum. quid tam fortuitum poteſt eſſe, quam quod accidit? Non enim lege vetere, & ante profectionem meam ſcripta. & quam ego noſſe poſſem, & in quam mea culpa inciderẽ. Quid fortuito accidit? bellum. quid fortuito acidit? ignorantia mea. non eſt tale, quale ſi id furto deprehenſus, quadruplo damnatus eſſem. Tu enim diceres: noueras damnum, noueras legem: vitio tuo incidiſti in hanc. Hæc non eo pertinent, quo genere damni afflictus ſim. Nam ſi naufragium feciſſem: diceres, vitio tuo. nauigabas enim, & ſpoliatus eſſem à latronibus, diceres, vitio tuo. parum diligenter cuſtodiebas. Quarum quodq; damni genus eſt, cui non applicari reprehenſio poſſit? Si mancipiorum mortes ſunt, parum curaſti, medicinam non adhibuiſti. Hoc habent grauiſſimum damna, quod vix vlla ſine pœnitentia ſunt. Ergo tunc quoque ſi vitio meo factum eſſet, ſi lege vetere, damna tamen communia erant.

CCCXXI. *Inuicem venefici frater & medicus.*

Fratres conſortes, inimici eſſe cœperunt. diuiſerunt. Alter ex his medicum inſtituit hæredem. poſtea redierunt in gratiam. Is qui medicum amicum habebat, cum cœnaſſet apud fratrem, & domum rediſſet, dixit ſuſpicari ſe, venenum ſibi datum. reſpondit medicus, potionem ſe daturum remedij, & dedit: qua epota ille deceſſit, inuicem ſe reos deferunt veneficij, frater & medicus.

DECLAMATIO.

ETIAM ſi cauſa vnius hodie agnoſcitur, tamen cum eum de cuius morte agitur, conſtet veneno periiſſe, idque inter duos litigantes conueniat, alterutriuſque eum veneno periiſſe: ita committenda vtrinque cauſa eſt, vt non minor nobis defenſionis, quam accuſationis habenda ſit ratio. Itaque etiam ſi dolor fratris amiſſi & conditio iudicii quos accuſo, hoc videtur exigere primum ac pene ſolum, vt ea quæ obieci, probem: ignoſcetis tamen mihi, ſi primam defenſionis meæ putauero habendam eſſe rationem: neque hoc eo

tan-

tantum, quod pertinet ad pudorem hodie meum: ſed eo etiam, quod plus auctoritatis habiturum me in accuſatione ſcio, ſi ad illam innocens veneto. Quæritur ergo, iudices, venenum ego fratri dederim, an iſte alieno. Non me fugit nomen quo vtitur amicus. Et rogo ſciatis, iudices, de hoc ipſo quæri hodie, an amicus fuerit. Sine dubio etiam ſi certa vtriuſque nominis fides eſſet, neminem veſtrum præteriret quantum præferri fratrem amico oporteret. Nam quæ poteſt amicitia eſſe tam felix, quæ imitetur fraternitatem? Certe quotiens blandiri volumus his, qui eſſe amici videntur, nulla adulatio procedere vltra hoc nomen poteſt, quam vt fratres vocemus. Adeo inane etiam nomen, & vmbra quædam naturæ videtur ſimile amicitiæ nomen imponere. Cum vero me fratrem conſtet eſſe ſi venenum (vt probabo) dedit, amicus vtique non fuerit. Quæ comparatio eſſe perſonarum poteſt? Ac ſi tantum de amore quæreretur iudiciũ, multum natura vinceret. nunc plus eſt aliquanto de quo apud vos agitur. Quæritur enim an ego fratrem potuerim occidere. Ergo inter homicidium & parricidium cognoſcitis. Nondum de perſona loquor vtriuſque, non de cauſa: interim quæro, iudices, vtri parti faueatis. vtrum verum eſſe pro ciuitate, pro temporibus velitis. Equidem, iudices, admirari me confiteor, aut conſtitutas eſſe de tantis ſceleribus leges, aut vllos inueniri potuiſſe mortalium, in quos caderet iſta ſuſpitio. Fratrem ſuum potuit aliquis occidere? non obſtitit tacita natura? non ſanguinis ius? non ſceleribus manus ſuas obiecit, quæcunque eſt illa quæ certe creditur eſſe, pietas, fratrem occiſuro? non ſuccurrit communis vterus? nõ eadem cauſa vitæ? non vna primordia? nõ illa conſuetudo, quæ alienos etiam ac nulla conſuetudine inter ſe coniunctos componere & aſtringere affectibus poteſt? conſuetudo actæ pariter infantiæ, pueritiæ ſtudia, luſus, triſtitia, ioci? Membra hercule inter ſe citius pugnauerint, & ſi qua in nobis natura geminauit, diuerſos ceperint affectus. Nam quid eſt aliud fraternitas, quam diuiſus ſpiritus? & quæ ad tuendos nos natura conceſſa ſunt multiplicata, eo quidem felicius, quod diuerſis etiam aſſiſtentibus locis, eſſe iidem, ac plura ſimul obire poſſumus. Huic neceſſitudini qui date venenum poteſt, non oculos effodiet ſuos? non manus in viſcera ſua armabit? Habet ergo hoc primum (vt parciſſime dixerim) admirationem. neque ego ignoro, iudices, quanto me onere premam.

Ipſe

Ipſe confiteor nullis ſuppliciis, nullis pœnis, nulla me omnium hominum ira poſſe penſari, ſi feci. Vult detrahere fraternitati auctoritatem. Diſcordes, inquit, fuiſtis. Nondum rationem huius criminis reddo: illud interim teſtor, hunc bonum amicum vtrique maledicere. Nunc mihi, frater, in quacunque parte naturæ es, agenda cauſa & tua eſt. Aliquid ex ſumma fraternitatis gratia defuiſſe viſum eſt aliquando, dum forſitan vterque alterius animum magis exigit fiducia ſui. Bene hercule fortuna, quod vterque tunc incolumis, quod penates ſine lacrymis fuerunt: nulla parricidii ſuſpicio tempore illo, quo minus amabamus. Non tamen iſta noſtri animi culpa fuit, niſi quia vitium eſt humanæ mentis nimia cupiditas. Hi ſunt qui coniunctos ſeparant animos, qui ſummæ concordiæ virus ſuum interponunt, qui hæreditates captant, qui ſe teſtamentis parant: qui ita demum ſpem aliquam in poſterum vitæ habent, ſi eos quos amicos appellauerunt, cariſſimis pignoribus, abduxerint. Quis fecerit illud inter nos, ſic quærite. Nullam iſte ſpem hæreditatis habuiſſet, ſi nunquam diſſidiſſemus. Hoc igitur primum veluti mentium animique tentati veneno ſumus. ſed, Dii melius. neque longum iſtud fuit, neque quicquam ex eo ſecutum eſt, quod emendari non poſſit. Diuiſio ſola, vt ſciatis cui hæres ſit: ſed poſtea (quod ſatis eſt) gratia, & rurſus ſolida fraternitas, immo, hercule maior altiorque coniunctio poſt pœnitentiam. Neſciunt homines quantum boni fraternitas habeat, qui nunquam diſſiderunt. Vt dulcius ſerenum poſt tempeſtates eſt, ita noſtris animis laceratis, & domi caſtigatis, velut portus ille fraternitatis occurrit. Amabamus etiam in præteritum, nec caritas fuit illa, ſed inuicem ſatisfactio. Vtinamque hoc non palam, non manifeſte feciſſemus, vt videretur frater meus nullo modo mutaturus teſtamentum. Perſonæ igitur nullo modo comparantur: alienus & frater. Superuacua mentio diſcordiæ, cum & illo tempore conſtiterit innocentia, & id tempus quod in culpam deducitur, non ſolum ſine diſcordia fuerit, verum etiam maior atque artior caritas, poſt illam de qua locutus ſum, pœnitentiam increuerit. Proximum eſt (vt opinor) excutere cauſas. & quod ad me quidem pertinet, videor de his ſatis locutus. Nam ſi inimicitiæ eo tempore non fuerunt, quo frater meus accepit venenum, mihi certe hoc faciendi ratio non fuit: qui ſi eſſem malus frater, vti tamen

men bonitatis ſimulatione debebam, vſque ad mutationem teſtamenti. Nam quid obſtabat quo minus non vltionem tantum, ſed etiam lucrum conſequeter? Si ego non habui rationem dandi veneni fratri, videbo an hic habuerit. Hæres eſt hoc per ſe potens eſt. Omnia quæcunque toto orbe terrarum committuntur ſcelera, circunſpicite, iudices, pleraque ex cupiditate naſcuntur. hæc latrones facit, hæc piratas; hæc intra muros etiam, atque inter domos noſtras, & templa, ſicas percuſſorum acuit. inde nata ſunt venena, vt mihi videatur rerum natura omnibus in hominem collatis bonis vnum metum oppoſuiſſe. Tolle pecuniam, bella ſuſtuleris: ſuſtuleris ſeditiones. Hanc ergo cauſam habuiſti. Et aliud eſt, aliis pecunia. ſi de cupiditate ſola loquendum mihi foret, dicerem, Hæreditatem concupiſti. homo locuples, nunc hæreditatem concupiſti, id ſolum habiturus quod ſcelere adquiſiſſes. Quid enim iam te metiri incipis, & longam domus noſtræ patientiam calcas? Ecquid ſcis, quid paulo ante fueris? nunc te circumfluens pecunia, nunc iſta mancipia & quicquid quæſiſti ſcelere, ditabunt? Venenum dicor dediſſe in cœna mea. O Dii immortales! erat quidem honeſtius illa defenſione patrocinati cauſſæ meæ. Venenum aliquis inter lares ſuos, inter ſacra menſæ, coronatis pariter, quos colebamus, Diis immortalibus, venenum aliquis hilaris hilari dedit? Non hoc ipſum obſtitit conatibus meis, quod non credebatur? venenum aliquis circunſtante familia, præſentibus miniſteriis daret, fœdaturus continuo cadauere illud conuiuium ſuum? Vt ſeuera nobis antiquitas tradidit, infeſtos animos placuere menſæ: & homines qui inter ſe armis atque exercitibus conflixerant, tuti tamen iacuere media cœnæ fide. Sic defendi decebat innocentiam. ſed quatenus tanquam maligni loquimur, quatenus tanquã ſuſpecti, in præſentia ſeponite mentem meam, ſeponite fraternitatem, ſeponite anteactam vitam. Tanquam de veneficio loquor, quominus loco, quo minus tempore dare fratri meo debuerim venenum. Neque enim quiſquam dubitat, iudices, quin facienda ſcelera conſilium, non vnam viam intueatur, vt ad ſummam cogitati inchoatique perueniat: ſed illam alteram, vel magis neceſſariam, & quæ penitus in cogitationibus ſedeat, vt ſcelus quod commiſit, neget. Venenum dos & vnde ſcio, an exhauſta potione ſtatim concidat? venit ad menſam meam: inter conuiuas meos expirat frater meus in:

quem

ribus credibilius eſt affectatam ab adoleſcente, quam à ſene tyrannidem, cætera qualia ſunt? Ac primum te interrogo, ſi affectati tyrannidem à patre tuo exiſtimabas, cur occideres antequam criminareris? neque enim difficilis damnatio, nec longa iudicii mora ſequebatur, apparatus tyrannidis erat in domo. Deducendus tamen ad magiſtratus. Et hoc certe non difficile fuit aduerſus ſenem, ei qui occidit eum quem criminaturus erat, vt reſponderet ſibi. Non poteſt ergo videri Reip. gratia feciſſe, cui plus alter præſtitiſſet. Nunc excutiamus qua cauſa feceris. Ante omnia gratias magiſtratibus ago, quod non deprehendiſſe contenti ea quæ oſtendebantur, aliquid & ipſi viderunt. Gratias ago etiam prouidentiæ Deorum immortalium, qui nunquam ita opprimi veritatem voluerunt, vt non magnis ſuis veſtigiis emineret. Recitentur hæ tabulæ. ABDICABO TE. Non lego ſequentia. nego hanc eſſe fiduciam eius qui de affectanda tyrannide cogitauit. An ille in iudicium vocare auſus fuiſſet, & ignominia afficere adoleſcentem omnia ſcientem? Non enim tyrannis conuincenda veſtigiis erat, neque argumentis eruenda, domi arma, domi apparatus. Et ſi hanc cauſam abdicandi te non habuit: dicas oportet, quam aliam habuerit. Non conſentiebas conſiliis eius. Hoc minus te debebat offendere. ille ſi te tanquam indicem timuiſſet, potuit occidere. Satis ergo plenum vel hoc erat argumentum innocentiæ, ſeueritas & vindicta. Quid tamen adiectum eſt? SI RESPONDERIS CAVSAS INDICABO. Quærite nunc vter malæ ſit conſcientiæ, ille minatur. cur taceri voluit? quoniam pater erat. Quoniam nunquam hi affectus in tantum vincuntur odio, vt non ad naturam ſuam tamen reuertantur. Cauſas quas ille ſe dicturum minatus eſt, tu oſtendiſti. Hæc arma detectu rus erat, ſi reſpondiſſes: hos apparatus protracturus in medium. Satis apparere omnibus arbitror, affectatam ab hoc eſſe tyrannidem. Ne quem autem veſtrum ſecurum faciat hoc, quod oppreſſa, quod deprehenſa eſt tyrannis, apparatus enim iſte teſtatur adoleſcentis mentem. Num latro innocentiam accipit, ſi quis illi gladium extorqueat; minatus aliquis mœnibus flammas, num igitur facere ſecuritatem ciuitati poteſt ſi quis faces eius extinxerit? Non habet nunc arma, non habet apparatum: ſed habet animum. Nec mihi hoc ſatis eſt approbare, iudices, tyrannum futurum, niſi illud quoque ante oculos veſtros po-

ſuero,

uero; qualis ſit futurus tyrannus. Vllius hic parcet corpori, qui patrem trucidauit? vllius hic criminis aget verecundiam, qui parricidium profeſſus eſt in concione? qui gladium illum cruentum ſtillantemque ſanguine oſtendere populo non recuſauit? quid ille manibus imperabit alienis, tantum ſuis auſus?

CCCXXIII. *Alexander templum dedicans.*

QUI HOSTI OPEM TULERIT, CAPITE PUNIATUR. Alexander bello Athenas cum premeret, templum extra muros poſitum incendit: peſtilentia laborare cœpit. Reſponſum eſt non poſſe finiri, niſi templum reſtituiſſet. Reſtituto templo, Athenienſis ſacerdos, Alexandro pollicente diſceſſurum ſe ab armis ſi dedicaret, dedicauit. Diſceſſit ab obſidione Athenarum Alexander. dicitur ſacerdos hoſti opem tuliſſe.

SERMO.

QUAM *poteſt maxima religione, iudicum implendus animus eſt. Nam & ſi ſacerdos reus eſt: & datur ei criminis, quod dedicauerit templum: & quod vtiliſſimum, & cauſa etiam facile eſt, hoc tempore. Nam & præſentia numinis eius, de quo agitur approbata eſt.*

DECLAMATIO.

DEOS immortales, omnes quidem, præcipue tamen numen & mihi maxime familiare, & ſicut proxime experti ſumus, præſtantiſſimum, iudices, inuoco ante omnia: vt ſi reſpectu ſacrorum, ſi pietatis ſi religione ſola ductus feci quod obiicitur mihi, velit impunitum eſſe ſacerdotis officium. Nunc (quod me aliquando ſolicitum habet) ne aſpere, ne irate hanc iudicii faciem intueri velit, in qua capitis periculo luitur, quod templum dedicatum eſt. Oro igitur atque obteſtor, ſi fieri poteſt, ne damnari me velint: ſi minus, ne vindicari: tueanturque ciuitatem in hac, quam modo habere cœpimus, pace. Immo vero hanc veſtris animis voluntatem, hoc propoſitum mentis inſpirent, ne eo tempore Deos lædere velitis, quo illis iam Alexander ſatisfecit: qui etiam ſi bellum contra nos traditum ac relictum à patre, vſque ſuſcepit: etiam

quod accidit, nullam apud iſtos fore amicitiæ ſummæ, nullam noſtræ coniunctionis reuerentiam. Ratio ergo teſtamenti talis eſt. Ne ius quidem dubium erat, etiam antequam veniret in dubium. Petis à me decem millia ex teſtamento patroni tui: interrogo, an dari iuſſerit tibi? quantæ libet ſis impudentiæ non mentietis. Quare ne illa quidem tibi actio, quæ inuidiam facere ſolet legatum non ſoluentibus, relicta eſt, vt diſcas. Quod ego merui, quod ego iure peto. Repetis quod tibi non eſt relictum. verum hoc eſſe manifeſtum eſt. Petit alter prior, qui ſibi magis dignus videbatur: quo perente tacuiſti. non tamen obtinuit id quod nullo iure poterat obtinere. vt acciperet legatum incertum. Sed hoc ipſo apparet (inquit) deberi mihi, quod ille cum iudicio contendiſſet, victus eſt. Nondum diligenter verba teſtamenti legis: non enim hoc ſcriptum, eſt tantum, vt alteri ex libertis darem: ſed aliud, quo mihi & plena, & (quo magis doleas) perpetua libertas relicta, darem vtri vellem. Ergo ſi hoc non cadit in rerum naturam, vt ego illi malim dare, qui mecum contendit, ſperares, aut ſi hoc probare potes me tibi malle, forſitan iudicio quoque non inique contenderes. Si quidem neutrum horum tale eſt vt contra me ſit, ſatis ſit vtrique veſtrum ſeparatim dicere, Tibi nolo. Sic ergo hoc reſpondebis, ſemper. puta me dicere. Quærere de te atque officiis tuis, qui non aliter meruiſti. fortaſſe vexare vos voluit, & legatum ſperare ſemper, & alternis deſperare. Sic tueri me volo, vt dicam ſemper. Ante omnia enim teſtamento tempus non eſt cautum quo ſoluam, ac ne caueri quidem potuit. Nam qui dicit, vtri malueris, & tempus non adiicit, manifeſto illud quoque ſignificat, cum volueris, ſolues. Adhuc ergo ambo improbi eſtis, ambo calumniatores. Quam ſapienter tacueras, ſi in hoc perſeueraſſes, videreris mihi verecundior. ſperarem futurum, vt diligentius ſeruares pecuniam, quam non cupide acceperas. nunc incipit mihi videri minus ille peccaſſe: litigauit ante experimentum, litigauit ante ſententiam: tu non credis iudicibus. Neuter ergo accipiet? cum voluerit patronus alteri dari, non poteſt ab altero hoc legatum peti ex voluntate defuncti: neuter veſtrum dicere poteſt, hoc patronus dari mihi voluit. Habuit hunc honorem mihi vt iſtud eſſet, beneficium meum. me ergo emereri debet: & à me iſtud petere, quod à patrono non petiiſſet. Detegam vobis propoſitum amici mei. Meliori dari voluit: hoc ſciri ex præ-

terita

terita vita veſtra non poteſt: alioqui ipſe ſciſſet: & ſi vlla inter vos fuiſſet differentia, nominatim reliquiſſet. Hoc legato patroni veſtri, neceſſe eſt vtrique veſtrum diligentius videre vtri dabo: vter veſtrum patronum magis deſiderauit, vter veſtrum frugalius vixerit, vter veſtrum modeſtior fuerit. quod vos diutius traham, vtri voluero. Interim ſimiles eſtis, eandem cauſam habetis. Non magis ego de te vobis iudicare poſſum, quam patronus veſter.

CCCXIX. *Adultera venefica.*

Quid vxorem adulterii ream detulerat, dixit communem filium teſtem fore. Inter moras iudicii, adoleſcens ambiguis ſignis cruditatis & veneni, deceſſit. vult maritus agere cum vxore veneficii. illa poſtulat vt præferatur iudicium adulterii.

DECLAMATIO.

ANTEQVAM criminum facimus comparationem, ... agere poſſum. Veneficii accuſo: reſpondes. occiſum à te filium dico: defendes. Sint paria quæ obiicio, non poſſunt vno iudicio cognoſci: æquum eſt ream reſpondere ad id quod obiicitur. Puta omittere me quod antea obiecerim, non perſeuerare in eo propter quod detuli: de vita cogitari æquum eſt, de maiore quæri prius. Poſtea dicam ex qua diffidentia præferri iudicium adulterii velit: interim duo crimina apud vos proponuntur, adulterium, & parricidium. de vtro prius cognoſci oportet? hoc inæquum eſt ſceleris grauiſſimi, ſceleris atrociſſimi dilationem impetrari, quia & adultera eſt: Si nihil illi ante obieciſſem, continuo rationem redderet: quoniam ad parricidium, prioris criminis diffidentia, venit, huc trahitur, propter quod occidit filium, ab hac occiſum eſſe dico. quamdiu, iudices finetis hoc eſſe dubium? viuit interim in ciuitate, inter nos eſt fœmina inter prodigia numeranda, implet numerum ciuitatis: & viuit dum bis rea ſit, præſertim in hac ciuitate, in qua iudicia diu differuntur. De me vtrique mirari non poteſtis, ſi omnes moras odi, omnes dilationes: liceat vindicare filium dum viuo, antequam ad accuſatorem tranſeat à teſte. An hoc æquum, hoc cuiquam veſtrum iuſtum videri poteſt, vt cen-

ſeatis adulterium eſſe inter crimina, patricidium inter maledicta? Cauſam dicere adulterii volo. hoc eſt, perit ille teſtis. Mihi autem vacat hoc tempore curam agere lectuli mei. flens & orbus querar, quod vxor mea alium amauerit, alium mihi prætulerit? Ego ne priore quidem tempore iſtud crimen ad iudicem perduxiſſem, niſi quod ſciebat filius meus. Si amiſiſſem tantum optimum iuuenem, excuſate tamen omnibus aliis cauſis renuntiarem. verum verum confitendum eſt, Ego occidi, ego qui palam nominaui: qui omnem iudicii prioris fiduciam in hoc eſſe confeſſus ſum. Tua porro quid intereſt? Vtere hoc argumento: Quod tibi obiicere adulterium noluit. Pone hoc inter præiudicia accuſationis. Dū ego ago meo iudicio: dic legem qua vindicari poteſt vtrunque. Nempe hoc inter alia dictum eſt, Quam cauſam dandi veneni filio meo habuit adultera non etiam. Illic videbimus, illic reddemus rationem. Nec te hoc fefellit. Sed naturalis improbis hominibus dilationis eſt cupiditas: hic infamiæ vides pœnam. Quid autem fama ad te, aut opinio? Sed occurrunt illæ cogitationes. Quæretur de adulterio, & quæretur diu, & extrahet iudicium, ſicut adhuc extrahit, vt ſequatur adulterii pœnam alia ſubſcriptio, alii iudices, & alia ſortitionis fortuna. Interim, vt nihil artes valeant, multum fata poſſunt: multum citra ſcelus quoque impedimenti, per ſe ipſa mortalitas affert: vt nihil proſit, vixero. & tamen, quod mihi vita ipſa iucundius eſt, tandiu ſuperſtes teſti vixero.

CCCXX. *Multati ſocius.*

SOCIORVM COMMVNIA SINT DAMNA ET LVCRA. Ex duobus ſociis alter in ciuitate erat, alter peregre. Cum bello laboraret ciuitas, decreuit vt intra certum diem reuerterentur qui abeſſent: qui non veniſſet, multaretur publicatione bonorum. Exacta eſt pars à præſente negotiatore abſentis. Reuerſus ille partem petit reliquorum bonorum.

SERMO.

SÆPE vobis dixi, quomodo ad inueniendum ſtatum facillime perueniretis. qui ſint, omnes nouiſtis. Primum ſingulos repetite: ſublatis his quos certum erit non eſſe, inter reſiduos quæremus: quærendi autem via hæc erit. Videamus quid proponat petitor, quid ille

ille reſpondeat poſſeſſor, vel reus: ex eo quæſtio naſcitur, ea nobis demonſtrabit. Neque hoc dico, quid primum dicat petitor, quid ille reſpondeat. non enim ex prima quæſtione ducendus eſt ſtatus, ſed ex potentiſſima. Videndum erit, an poſt diuiſionem ſocij ſint.

DECLAMATIO.

SOCIORVM DAMNA ET LVCRA COMMVNIA SINT. Forſitan videri poteſt ſuperuacuum laudare legem. Nam & apparet prudentiſſimos maiores & conſtitutores huius ciuitatis, ſapienter rogaſſe: & cum hoc iure ciuitas tam diu vſa ſit, iam approbatum eſt. Veruntamen cauſa exigit, vt æquitatem quoque legis intueamur: non vt vos religioſius iudicetis, ſed vt appareat quam improbe ſocius meus faciat. SOCIORVM COMMVNIA DAMNA ET LVCRA SINT. Sacra res eſt & quædam fraternitas propoſitorum animorum. Conſortes enim poteſt facere caſus: cæterum quidem cum duo homines omnes fortunas ſuas contulerunt, omnes caſus miſcuerunt, vnum quoddam factum eſt: quid eſt iuſtius, quam cõpoſitum patrimonium habere conditione vnius ſocietatis? hoc enim eſt vnitas. Vides ergo & damna & lucra communia eſſe debere, & nihil non æquum eſt, quod vtrique parti ſcriptum eſt. Euentus nos deduxit. Sed de ſociis loquor idem agentibus. illud ſuo loco imputabo, quod hic domi ſemper & cuſtos tantum pecuniæ fuit. Ego ſum ille, qui longas terras & ignotas regiones peragraui, ego ille, qui tam longe abieram, vt in patriam redire non poſſem. Ex hac igitur lege poſtulo vt communia ſint quæ in vobis ſunt, vt diuidantur. Quid agis? periiſſe patrimonii partem, & mihi periiſſe. adiicis mea culpa periiſſe. Omnia hæc interim confiteri libet: commune tamen damnum eſt. Negat hoc eſſe damnum, & pœnæ nomen imponit. Ego porro, Damnum exiſtimo eſſe amiſſionem eorum quæ habueris: neque enim veniet in dubitationem, quia amiſerimus aliquid ex his quæ habebamus. Hic pœnam appellat. poſſum non negare, cum & ipſa pœna damni genus ſit. Nam mihi ex hoc, quod pleriſque criminibus pecuniæ pœna imponebatur, appellatio etiam ipſa Damnatio videtur. Ablatũ eſt aliquid mihi, ſane etiam confiteor: quid intereſt quomodo ablatum eſt? Ego perdidi. nam & ſi latro abſtuliſſet, mihi abſtulerat, & ſi in piratas ego incidiſſem mercator, ego amiſeram, peribat hoc vtrique noſtrum. Quid

ſi etiam pœnæ id genus eſt, quod caſus attulit? ſane enim feramus hanc tuam finitionem, vt damnum credamus eſſe fortuitam amiſſionem, putemus eſſe fortuitam rerum amiſſionem, damnum. quid tam fortuitum poteſt eſſe, quam quod accidit? Non enim lege vetere, & ante profectionem meam ſcripta. & quam ego noſſe poſſem, & in quam mea culpa inciderē. Quid fortuito accidit? bellum. quid fortuito accidit? ignorantia mea. non eſt tale, quale ſi id furto deprehenſus, quadruplo damnatus eſſem. Tu enim diceres: noueras damnum, noueras legem: vitio tuo incidiſti in hanc. Hæc non eo pertinent, quo genere damni affiictus ſim. Nam ſi naufragium feciſſem: diceres, vitio tuo. nauigabas enim, & ſpoliatus eſſem à latronibus, diceres, vitio tuo. parum diligenter cuſtodiebas. Quarum quodq; damni genus eſt, cui non applicari reprehenſio poſſit? Si mancipiorum mortes ſunt, parum curaſti, medicinam non adhibuiſti. Hoc habent grauiſſimum damna, quod vix vlla ſine pœnitentia ſunt. Ergo tunc quoque ſi vitio meo factum eſſet, ſi lege vetere, damna tamen communia erant.

CCCXXI. *Inuicem venefici frater & medicus.*

Fratres conſortes. inimici eſſe cœperunt. diuiſerunt. Alter ex his medicum inſtituit heredem. poſtea redierunt in gratiam. Is qui medicum amicum habebat, cum cœnaſſet apud fratrem, & domum rediiſſet, dixit ſuſpicari ſe, venenum ſibi datum. reſpondit medicus, potionem ſe daturum remedij, & dedit: qua epota ille deceſſit, inuicem ſe reos deferunt veneficij, frater & medicus.

DECLAMATIO.

ETIAM ſi cauſa vnius hodie agnoſcitur, tamen cum eum de cuius morte agitur, conſtet veneno periiſſe, idque inter duos litigantes conueniat, alterutriuſque eum veneno periiſſe: ita committenda vtrinque cauſa eſt, vt non minor nobis defenſionis, quam accuſationis habenda ſit ratio. Itaque etiam ſi dolor fratris amiſſi & conditio iudicii quos accuſo, hoc videtur exigere primum ac pene ſolum, vt ea quæ obieci, probem: ignoſcetis tamen mihi, ſi primam defenſionis meæ putauero habendam eſſe rationem: neque hoc eo tan-

tantum, quod pertinet ad pudorem hodie meum: ſed eo etiam, quod plus auctoritatis habiturum me in accuſatione ſcio, ſi ad illam innocens venero. Quæritur ergo, iudices, venenum ego fratri dederim, an iſte alieno. Non me fugit nomen quo vtitur amicus. Et rogo ſciatis, iudices, de hoc ipſo quæri hodie, an amicus fuerit. Sine dubio etiam ſi certa vtriuſque nominis fides eſſet, neminem veſtrum præteriret quantum præferri fratrem amico oporteret. Nam quæ poteſt amicitia eſſe tam felix, quæ imitetur fraternitatem? Certe quotiens blandiri volumus his, qui eſſe amici videntur, nulla adulatio procedere vltra hoc nomen poteſt, quam vt fratres vocemus. Adeo inane etiam nomen, & vmbra quædam naturæ videtur ſimile amicitiæ nomen imponere. Cum vero me fratrem conſtet eſſe ſi venenum (vt probabo) dedit, amicus vtique non fuerit. Quæ comparatio eſſe perſonarum poteſt? Ac ſi tantum de amore quæreretur iudiciũ, multum natura vinceret. nunc plus eſt aliquanto de quo apud vos agitur. Quæritur enim an ego fratrem potuerim occidere. Ergo inter homicidium & parricidium cognoſcitis. Nondum de perſona loquor vtriuſque, non de cauſa: interim quæro, iudices, vtri parti faueatis. vtrum verum eſſe pro ciuitate, pro temporibus velitis. Equidem, iudices, admirari me confiteor, aut conſtitutas eſſe de tantis ſceleribus leges, aut vllos inueniri potuiſſe mortalium, in quos caderet iſta ſuſpitio. Fratrem ſuum potuit aliquis occidere? non obſtitit tacita natura? non ſanguinis ius? non ſceleribus manus ſuas obiecit, quæcunque eſt illa quæ certe creditur eſſe, pietas, fratrem occiſuro? non ſuccurrit communis vterus? nõ eadem cauſa vitæ? non vna primordia? nõ illa conſuetudo, quæ alienos etiam ac nulla conſuetudine inter ſe coniunctos componere & aſtringere affectibus poteſt? conſuetudo actæ pariter infantiæ, pueritiæ ſtudia, luſus, triſtitia, ioci? Membra hercule inter ſe citius pugnauerint, & ſi qua in nobis natura geminauit, diuerſos ceperint affectus. Nam quid eſt aliud fraternitas, quam diuiſus ſpiritus? & quæ ad tuendos nos natura conceſſa ſunt multiplicata, eo quidem felicius, quod diuerſis etiam aſſiſtentibus locis, eſſe iidem, ac plura ſimul obire poſſumus. Huic neceſſitudini qui dare venenum poteſt, non oculos effodiet ſuos? non manus in viſcera ſua armabit? Habet ergo hoc primum (vt parciſſime dixerim) admirationem. neque ego ignoro, iudices, quanto me onere premam.

Ipſe

Ipſe confiteor nullis ſuppliciis, nullis pœnis, nulla me o- mnium hominum ira poſſe penſari, ſi feci. Vult detrahere fraternitati auctoritatem. Diſcordes, inquit, fuiſtis. Nondum rationem huius criminis reddo: illud interim teſtor, hunc bonum amicum vtrique maledicere. Nunc mihi, frater, in quacunque parte naturæ es, agenda cauſa & tua eſt. Aliquid ex ſumma fraternitatis gratia defuiſſe viſum eſt aliquando, dum forſitan vterque alterius animum magis exigit fiducia ſui. Bene hercule fortuna, quod vterque tunc incolumis, quod penates ſine lacrymis fuerunt: nulla parricidii ſuſpicio tempore illo, quo minus amabamus. Non tamen iſta noſtri animi culpa fuit, niſi quia vitium eſt humanæ mentis nimia cupiditas. Hi ſunt qui coniunctos ſeparant animos, qui ſummæ concordiæ vitus ſuum interponunt, qui hæreditates captant, qui ſe teſtamentis parant: qui ita demum ſpem aliquam in poſterum vitæ habent, ſi eos quos amicos appellauerunt, cariſſimis pignoribus abduxerint. Quis fecerit illud inter nos, ſic quærite. Nullam iſte ſpem hæreditatis habuiſſet, ſi nunquam diffidiſſemus. Hoc igitur primum veluti mentium animique tentati veneno ſumus. ſed, Dii melius. neque longum iſtud fuit, neque quicquam ex eo ſecutum eſt, quod emendari non poſſit. Diuiſio ſola, vt ſciatis cui hæres ſit: ſed poſtea (quod ſatis eſt) gratia, & rurſus ſolida fraternitas, immo, hercule maior altiorque coniunctio poſt pœnitentiam. Neſciunt homines quantum boni fraternitas habeat, qui nunquam diffiderunt. Vt dulcius ſerenum poſt tempeſtates eſt, ita noſtris animis laceratis & domi caſtigatis, velut portus ille fraternitatis occurrit. Amabamus etiam in præteritum, nec caritas fuit illa, ſed inuicem ſatisfactio. Vtinamque hoc non palam, non manifeſte feciſſemus, vt videretur frater meus nullo modo mutaturus teſtamentum. Perſonæ igitur nullo modo comparantur: alienus & frater. Superuacua mentio diſcordiæ, cum & illo tempore conſtiterit innocentia, & id tempus quod in culpam deducitur, non ſolum ſine diſcordia fuerit, verum etiam maior atque artior caritas, poſt illam de qua locutus ſum, pœnitentiam increuerit. Proximum eſt (vt opinor) excutere cauſas. & quod ad me quidem pertinet, videor de his ſatis locutus. Nam ſi inimicitiæ eo tempore non fuerunt, quo frater meus accepit venenum, mihi certe hoc faciendi ratio non fuit: qui ſi eſſem malus frater, vti tamen

men bonitatis ſimulatione debebam, vſque ad mutationem teſtamenti. Nam quid obſtabat quo minus non vltionem tantum, ſed etiam lucrum conſequerer? Si ego non habui rationem dandi veneni fratri, videbo an hic habuerit. Hæres eſt hoc per ſe potens eſt. Omnia quæcunque toto orbe terrarum committuntur ſcelera, circunſpicite, iudices, pleraque ex cupiditate naſcuntur. hæc latrones facit, hæc piratas; hæc intra muros etiam, atque inter domos noſtras, & templa, ſicas percuſſorum acuit. inde nata ſunt venena, vt mihi videatur rerum natura omnibus in hominem collatis bonis vnum metum oppoſuiſſe. Tolle pecuniam, bella ſuſtuleris: ſuſtuleris ſeditiones. Hanc ergo cauſam habuiſti. Et aliud eſt, aliis pecunia. ſi de cupiditate ſola loquendum mihi foret, dicerem, Hæreditatem concupiſti. homo locuples, nunc hæreditatem concupiſti, id ſolum habiturus quod ſcelere adquiſiſſes. Quid enim iam te metiri incipis, & longam domus noſtræ patientiam calcas? Ecquid ſcis, quid paulo ante fueris? nunc te circumfluens pecunia, nunc iſta mancipia & quicquid quæſiſti ſcelere, ditabunt? Venenum dicor dediſſe in cœna mea. O Dii immortales! erat quidem honeſtius illa defenſione patrocinari cauſſæ meæ. Venenum aliquis inter lares ſuos, inter ſacra menſæ, coronatis pariter, quos colebamus, Diis immortalibus, venenum aliquis hilaris hilari dedit? Non hoc ipſum obſtitit conatibus meis, quod non credebatur? venenum aliquis circunſtante familia, præſentibus miniſteriis daret, fœdaturus continuo cadauere illud conuiuium ſuum? Vt ſeuera nobis antiquitas tradidit, infeſtos animos placuere menſæ: & homines qui inter ſe armis atque exercitibus conflixerant, tuti tamen iacuere media cœnæ fide. Sic defendi decebat innocentiam. ſed quatenus tanquam maligni loquimur, quatenus tanquã ſuſpecti, in præſentia ſeponite mentem meam, ſeponite fraternitatem, ſeponite anteactam vitam. Tanquam de veneficio loquor, quominus loco, quo minus tempore dare fratri meo debuerim venenum. Neque enim quiſquam dubitat, iudices, quin facienda ſcelera conſilium, non vnam viam intueatur, vt ad ſummam cogitati inchoatique perueniat: ſed illam alteram, vel magis neceſſariam, & quæ penitus in cogitationibus ſedeat, vt ſcelus quod commiſit, neget. Venenum dos & vnde ſcio, an exhauſta potione ſtatim concidat? venit ad menſam meam: inter conuiuas meos expirat frater meus in

quem

quem ſcelus tranſlaturus? quem Deorum hominumque inuocaturus? Non fuit ergo locus idoneus, non fuit tempus. adiice quod ego daturus venenum potui timere ne deprehenderer, ne præſentiret, ne intelligeret, ne colore venenum deprehenderet, ne qua vis odoris ſe oſtenderet. Nulli venenum facilius dari poteſt, quam qui accipit vtique tanquam medicamentum. Ergo nullum conſilium ſceleris mei eſt. At tui quanta occaſio? quanquam de hac poſtea loquar: paulum enim me interpellat ordo, vt illum defendendum exiſtimem, quod fratrem meũ ait ſuſpicatum. Ante omnia, iudices, quod ſit illud ſuſpicionis genus, non intelligo. Poſtquam biberat, fingamus cibos redundaſſe, fingamus aliquem ſenſum interiorum fuiſſe: hæc tamen omnia accidere etiam ex innocenti conuiuio poſſunt. Vnde ergo ſuſpicio eſt? vnde illæ inſultates? vnde illa diſcordia? Simul & illud vos iudices, intueri oportet: epota huius potione, fratrem meum continuo periiſſe. Non poteſt videri eo veneno periiſſe, in quo ante momentum mortis ſuſpicio fuit. Verum hæc ex huiuſmodi cauſis orta ſuſpicio, pleniſſimam defendendi veneni occaſionem dedit. Prima illa, quod habebas cui obiiceres: altera illa, quod qualemque potionem accepturus erat frater, ſi & illam triſtem viſu, ſi & illam guſtu aſperam: bibendum eſt tamen, cum dicas remedium. Sed quid ego diutius? ſi venenum à me accepiſſet, tu ſanaſſes: nam & pollicitus es. Habebas medicamentum, & tale medicamentum dicebas, quo prope reducere ſpiritum, quo vita reponi poſſet, quo venena fugarentur, quo tranſmitterentur. Potionem dediſti, aut remedii, aut veneni: ſi remedii dediſſes, viueret. non id apparet. ergo venenum dediſti. Multa ſunt, iudices, quæ minus clare verbis atque actione exprimi poſſunt. Vtinam quidem fortuna præſtitiſſet, vt frater meus viueret: oſtendiſſem vobis medicum. Hoc enim ante omnia dico, iudices, medicum. oſtendiſſem potionem hanc non quotidianam, & qua omnes vtimur: ſed medicamentis permixtam & oneratam. Dat medicus medicamentum; qui acceptam bibit potionem, ſtatim expirat. Qui tandem hic argumentandum erat? qui tandem hic probandum? non oculis iudicaſſetis, non continuo ſtrictis faucibus rapiendus ad ſupplicium veneficus videretur, qui nunc etiam ſpolia occiſi hominis tenet, & ſubito locuples, ait ſe tantundem habere, quantum me qui nuper diuiſi? Mihi quid relictum eſt præter luctus & lacrymas? Vltimum ergo illud

lud nobis, frater miſerrime, conuiuium erat? ſiccine digreſſi ſumus? in has ſpes diſceſſimus? Habui occaſionem mœrendi. Diu inſidiatus eſſem. Potui tibi venenum dare de quo nihil ſuſpicareris.

CCCXXII. *Abdico te, niſi deſinis.*

Stricto gladio & cruento proceſſit adoleſcens in concionem: & dixit, occiſum à ſe patrem, quod ab eo tyrannis affectaretur. Perduxit magiſtratum in domum: oſtendit apparatum tyrannidis. Cum excuteretur corpus, inuenta ſunt tabellæ ad filium: in quibus erat hoc, Abdico te niſi deſinis: & ſi contradixeris, indicabo cauſas. Reus eſt iuuenis affectatæ tyrannidis.

DECLAMATIO.

QVOD circa probationem criminis huiuſmodi difficillimum ſolet eſſe, certum eſt affectatam tyrannidem, certum eſt affectatam eſſe in hac domo, omniſque eo deducitur quæſtio, vt diſpiciatis, vtrum à patre huius, an ab hoc ſit affectata. Nihil de moribus huius adhuc dico. Ætates comparate: ſenex ille & ætatis exactæ, quam rationem affectandæ tyrannidis habuit? niſi forte propter filium hoc fecit. Hic adoleſcens eſt, omnes cupiditates, omnes impetus in hac ætate facilius conualeſcunt. Eſt quædam præterea ratio ſceleris, ſi hoc tamen nomen nullum accepit ſcelus, id tentauit, quo frui diu poſſet. Hæc ætatum comparatio, illa animorum. Pater modeſtus eſt: etiam ſi quid facere ſeuerius voluit, minatus eſt. hic contra, qualis adoleſcens? vt nihil aliud obiiciam, quam quod ipſe confeſſus eſt, quam quod gloriæ loco pro cõcione dixit, patrem ſuum occidere potuit. non quæro, an innocentem. erit huius rei procedente oratione nobis locus: interim occidere patrem potuit. Quid non cadat in hunc animum? quid non recipiat hæc temeritas? Minus eſt quod negat. Si componendus nobis eſſet aliquis, qui opprimeret rempub. qui libertatem patriæ auferre poſſet, quam tandem mentem aliam exiſtimaremus? Fingamus hominem cruentum, hominem crudelem, hominem apud quem nihil habeant iura naturæ. Eſt quædam ſcelerum ipſorum ſocietas, adeo vt vel vno appellare nomine potuerit vtrumque parricidium. Ergo vt ex ætatibus & ex mo-

ribus

ribus credibilius eſt affectatam ab adoleſcente, quam à ſene tyrannidem, cætera qualia ſunt? Ac primum te interrogo, ſi affectari tyrannidem à patre tuo exiſtimabas, cur occideres antequam criminareris? neque enim difficilis damnatio, nec longa iudicii mora ſequebatur, apparatus tyrannidis erat in domo. Deducendus tamen ad magiſtratus. Et hoc certe non difficile fuit aduerſus ſenem, ei qui occidit eum quem criminaturus erat, vt reſponderet ſibi. Non poteſt ergo videri Reip. gratia feciſſe, cui plus alter præſtitiſſet. Nunc excutiamus qua cauſa feceris. Ante omnia gratias magiſtratibus ago, quod non deprehendiſſe contenti ea quæ oſtendebantur, aliquid & ipſi viderunt. Gratias ago etiam prouidentiæ Deorum immortalium, qui nunquam ita opprimi veritatem voluerunt, vt non magnis ſuis veſtigiis emineret. Recitentur hæ tabulæ. ABDICABO TE. Non lego ſequentia. nego hanc eſſe fiduciam eius qui de affectanda tyrannide cogitauit. An ille in iudicium vocare auſus fuiſſet, & ignominia afficere adoleſcentem omnia ſcientem? Non enim tyrannis conuincenda veſtigiis erat, neque argumentis eruenda, domi arma, domi apparatus. Et ſi hanc cauſam abdicandi te non habuit: dicas oportet, quam aliam habuerit. Non conſentiebas conſiliis eius. Hoc minus te debebat offendere. ille ſi te tanquam indicem timuiſſet, potuit occidere. Satis ergo plenum vel hoc erat argumentum innocentiæ, ſeueritas & vindicta. Quid tamen adiectum eſt? SI RESPONDERIS CAVSAS INDICABO. Quærite nunc vter malæ ſit conſcientiæ, ille minatur, cur taceri voluit? quoniam pater erat. Quoniam nunquam hi affectus in tantum vincuntur odio, vt non ad naturam ſuam tamen reuertantur. Cauſas quas ille ſe dicturum minatus eſt, tu oſtendiſti. Hæc arma detecturus erat, ſi reſpondiſſes: hos apparatus protracturus in medium. Satis apparere omnibus arbitror, affectatam ab hoc eſſe tyrannidem. Ne quem autem veſtrum ſecurum faciat hoc, quod oppreſſa, quod deprehenſa eſt tyrannis, apparatus enim iſte teſtatur adoleſcentis mentem. Num latro innocentiam accipit, ſi quis illi gladium extorqueat? minatus aliquis mœnibus flammas, num igitur facere ſecuritatem ciuitati poteſt ſi quis faces eius extinxerit? Non habet nunc arma, non habet apparatum: ſed habet animum. Nec mihi hoc ſatis eſt approbare, iudices, tyrannum futurum, niſi illud quoque ante oculos veſtros poſuero,

uero,qualis ſit futurus tyrannus. Vllius hic parcet corpori, qui patrem trucidauit? vllius hic criminis aget verecundiam, qui parricidium profeſſus eſt in concione? qui gladium illum cruentum ſtillantemque ſanguine oſtendere populo non recuſauit? quid ille manibus imperabit alienis, tantum ſuis auſus?

CCCXXIII. *Alexander templum dedicans.*

QVI HOSTI OPEM TVLERIT, CAPITE PVNIATVR. Alexander bello Athenas cum premeret, templum extra muros poſitum incendit peſtilentia laborare cœpit. Reſponſum eſt non poſſe finiri, niſi templum reſtituiſſet. Reſtituto templo, Athenienſis ſacerdos, Alexandro pollicente diſceſſurum ſe ab armis ſi dedicaret, dedicauit. Diſceſſit ab obſidione Athenarum Alexander. dicitur ſacerdos hoſti opem tuliſſe.

SERMO.

QVAM *poteſt maxima religione, iudicum implendus animus eſt. Nam & ſi ſacerdos reus eſt: & datur ei criminí, quod dedicauerit templum: & quod vtiliſſimum, & cauſa etiam facile eſt; hoc tempore. Nam & præſentia numinis eius, de quo agitur approbata eſt.*

DECLAMATIO.

DEOS immortales, omnes quidem, præcipue tamen numen & mihi maxime familiare, & ſicut proxime experti ſumus, præſtantiſſimum, iudices, inuoco ante omnia: vt ſi reſpectu ſacrorum, ſi pietatis ſi religione ſola ductus feci quod obiicitur mihi, velit impunitum eſſe ſacerdotis officium. Nunc (quod me aliquando ſolicitum habet) ne aſpere, ne irate hanc iudicii faciem intueri velit, in qua capitis periculo luitur, quod templum dedicatum eſt. Oro igitur atque obteſtor, ſi fieri poteſt, ne damnari me velint: ſi minus, ne vindicari: tueanturque ciuitatem in hac, quam modo habere cœpimus, pace. Immo vero hanc veſtris animis voluntatem, hoc propoſitum mentis inſpirent, ne eo tempore Deos lædere velitis, quo illis iam Alexander ſatisfecit: qui etiam ſi bellum contra nos traditum ac relictum à patre, vſque ſuſcepit: etiam

ſi non tam propria quam hereditaria nobiſcum conſtitit contentione, omnia tamen alia impune faciebat, dum res intra cædem hominũ ſtetit, dum intra vaſtationes agrorum (quanquam totius ſoli ac venerabilis ſoli) ſecunda res tamen: ac ne illa numina quidem, quæ ſemper excubare videtur pro noſtra ciuitate, ſatis ad tuendam vrbem profuerunt. Vt vero ignem ſacris poſtibus, vt ferrum vetuſtiſſimæ religioni admouere auſus eſt, intellexit ſibi non eſſe bellum nobiſcum. Libenter audio quæ ex diuerſa parte dicuntur, Ægineum exercitum, præcipiti morte conſumptas copias. Quis enim non videt omnia iſta facta eſſe, vt rurſus templum eſſet? ita illius quoque concitati (vt auditis) ac temerarii iuuenis motus eſt animus. Vidit non aliunde petendum eſſe, quam à Diis immortalibus, præſidium: Oraculum popoſcit. quæ hic culpa noſtra eſt? Accepit. Videlicet, Dii immortales vt peccantibus graues, ita ſatisfacientibus faciles. Si noluiſſent remedium illi peſtilentiæ concedere, non iudicare potuerunt. Reſtitui iuſſere templa. Gratias publicé priuatimque agamus: dedicare ipſi non permiſerunt. Diuiſum partitumque reſponſo eſt, quid Alexander facere deberet, quid nos. Ille, quod debuit, fecit templum ſpecioſius quam fuerat: & cultius extruxit animo regis periclitantis. partes ſupererant meæ. Excuſo me vobis, Dii immortales, quod non ſtatim ad conditionem dedicationis acceſſi. Hoc enim ex reſponſo & Alexandro ſatis erat quod permittebant. Ego nihilominus magna mercede ſuſcepi hoc officium. pacem popoſci, & impetraui veluti ore ipſius Dei iuſſus promiſit, præſtitit. Hæc eſt criminum meorum, iudices, ſumma: & templum habemus & pacem. Hoſti opem tuliſſe dicor. Nondum cauſas facti mei reddo, nondum rationem legis ipſius excutio. Interim quid vos putatis opem ferre? neque enim id ſolum quæritur hac lege, an aliquis hoſti profuerit. Multa enim quæ vtilia ſunt hoſti, & inuiti & imprudentes facimus. Ideoque hoc non complexa lex eſt: ſed aduerſus eum ſe diſtrinxit, qui opem tuliſſet: illud (vt opinor) tale, Qui auxilio iuuiſſet, qui armis, qui commeatu. Non ſine cauſa hæc ipſius verbi proprietas continet legem. Quæri voluit an is opem tuliſſet, quodam loco manum deprehendit, & ferentem coarguit. Cauſam autem huiuſce iuris quis ignoret? Animus (vt opinor) eius punitur qui hoſti prodeſſe voluit: aduerſus proditorem, aduerſus hoſtem reipublicæ conſcripta lex eſt. Quæ ſi talia ſunt,

quid

quid ſimile his commiſi? Templum dedicaui. Viderimus an hoc hoſti profuerit ad cauſam meam pertinet ſciri quid ego fecerim, non quid ex eo factum ſit. At enim hoc hoſti profuit. Si ideo feci vt hoſti prodeſſem: ſane ſim legi iſti obligatus. Si cum aliquid facerem pro vniuerſa republica, vtile etiam hoſti fuit: non (vt opinor) damnis contendendum fuit. Videamus ergo an hoc pro republica fuerit. Nondum dico quæ ſecutura fuerint ſi non dedicaſſem. Interim cum pietate veſtra, Athenienſes loquor, Templum non illud vetus, non illud præſeatiſſimæ religionis, non illud eſt à quo totius ciuitatis noſtræ petitur auctoritas? Sed nouum aliquid & adhuc inexpertum video, in finibus noſtris eſt dedicandum. Hæc enim priuſquam dedicationis accipiant ſummam religionem, opera ſunt tantum: dedicatio eſt illa, quæ Deum inducit, quæ ſede deſtinata locat. hoc ideo facere non cuicumque permittitur, niſi caſtæ manus, niſi familiaris ſacris animus acceſſerit. Dedicatio ſolis (vt nunc comperimus) conceſſa Athenienſibus. Hoc ergo fieri reor, iudices, quod cum cæterarum ciuitatũ templa, in ipſis poſita vrbibus, frequenter cum totis ruere atque incendi mœnibus viderimus, nulla vindicta, nulla religio, nulla eos qui fecerant, ſupplicia conſecuta ſunt. Hic ſacrilegium peſtilentia vindicatum, dedicationem deſtinabar, neque enim alter ſaltem templum eſſe exiſtimauerat, niſi dedicaretur. De quocunque templo loquor, hoc templum non dedicabo? Quam multa adhuc remitto? taceo quod Dii voluerint, taceo quid reſponſa præceperint. humanis conſiliis locum relinquo. non dedicabo? Procedere vltra volo. Si Alexander ab obſidione tantum Athenarum receſſiſſet, nonne ædificaſſemus, non reſtituiſſemus? Equidem ego omnibus noſtris ſacris crediderim ineſſe numen. Debetur hoc Athenienſium ciuitati, debetur vetuſtiſſimo generi, debetur ſolo de quo contendiſſe quondam Deos immortales non ſine cauſa creditum eſt. Cætera tamen opinione credimus, & coniectura colligimus: in hoc numine ſenſimus momenta bellorum, hoc pars vtraque cognouit, hoc numen ſcit eſſe Alexander. Adiice quod dedicari voluerunt. Si à quocunque voluiſſent occupandum, fuit mihi, cum Athenienſis ſim. Totum enim hunc populum, iudices, puto ſacerdotem. At enim ſic effectum eſt, vt laborare peſtilentia exercitus Alexandri deſineret. Non dico deſiturum alioqui fuiſſe periturus ſit Alexan-

der, perituri ſint milites omnes, vultis vti hoc ſacrificii publici beneficio? ſi quis vobis hanc poneret conditionem, Athenienſes, vt omnium potiremur gentium, euerſis exuſtiſque templis: non profectò acciperemus. Pluris nobis pietas, pluris nobis opinio, pluris diſciplina ciuitatis fuiſſet. Moritur miles Alexandri. Sed templum ſine numine, ſine religione. ſed templum adhuc eſt inter præſidia hoſtium: ſed non ire mihi, non colere, non agnoſcere, non agere gratias licet. Vos porro cui perire exercitum Alexandri, cur perſeuerare iſtam peſtilentiam vultis? nempe ne bellum haberetis: haberis pacem. Beneficium dediſtis. ex illo quem grauiſſimum hoſtem timebamus, habemus potentiſſimum amicum. Sint ſane pertinacia odia. Alexander reſponſo ſatisfecerat, quod ad ipſum pertinuit, templum reſtituerat; quod ad ſecundam quoque partem reſponſi pertinebat, fecerat poteſtatem dedicandi. mercedem quantam maxime dari poterat reipublicæ, dedit. Tam iniuſtos vos creditis Deos immortales, vt non fuerint cogitaturi cuius culpa templum vacaret? quam (vt dixi) ſi peſtilentiã finiri Dii immortales noluiſſent, aut nullũ reſponſum, aut aliud certe dediſſent. Demonſtrata ſatisfactio & in hoc valet, vt accipienda ſit. Vereor, iudices, ne quid fingere ex neceſſitate periculi videar. veruntamen me religionis meæ diſſimulare quæ acciderunt non ſinit ratio. Alexandrum apud me valuiſſe ſolum putatis, aut vllam mercedem? Ego illum receſſurum putabam, etiam ſi non paciſceretur. Deus. Deus ille (teſtor ipſum & præſentiſſimi conſcientiam numinis) ille adegit, ille iuſſit, ille in has preces miſit. ſecundum hoc quodammodò fuit reſponſum.

CCCXXIV. *Bona ſacrilegi.*

QUI REVM CÆDIS DAMNAVERIT, BONA EIVS POSSIDEAT. SACRILEGI BONA TEMPLO CONSECRENTVR. Damnatus cædis cum torqueretur, dixit & ſacrilegium à ſe commiſſum. Ambigitur de bonis. Sacerdos templo vindicat: accuſator ſibi.

DECLAMATIO.

ANTEQVAM leges comparamus, intueri perſonas libet. Nos nullam habemus in litigando propriam cupiditatem: non acquirimus nobis. petimus bona templo, petimus hono-

honorem Deo. Aduerſarius ſibi vindicat, & in præmium operæ ſuæ depoſcit, oſtendit quare accuſauerit. Quemadmodum perſonas comparauimus, ita comparemus & leges. Idem demus vtrique tempus, eandem vtrique legi cauſam: ipſæ tamen etiam citra defenſiones, non parem rationem habent. Scripta eſt altera Deo, altera homini. Æquum eſt priorem eſſe rationem religionis.

SERMO.

Hic ſubiici poterat & locus in quo laudemus hanc legem.

DECLAMATIO.

Præterea & alioqui iuſtius eſt ſacrilegi bona pertinere ad templum, quam damnati ad accuſatorem. Quare? quoniam in ſacrilegio, propria templi iniuria eſt: in damnatione rei, alienum crimen. Ita illic præmium eſt, hic ſolatium: illic datur iſta pecunia, hic quodammodo redditur. Hæc comparatio eſſet, ipſas leges committeremus. nunc noſtra & tempore prior eſt. Ante enim commiſit ſacrilegium, quam cædem. Accuſator hoc nititur, quod ante damnatus ſit cædis, quam ſacrilegium confeſſus ſit. Non eſt autem intuendum quo tempore aperuerit ſe culpa, ſed quo tempore commiſſa ſit, quo tempore hanc pœnam de qua quæritur, ille meruit. id cum ipſa natura iuſtum eſt, tum etiam legibus apertum. In cæde enim ſpectanda ſit damnatio, in ſacrilegio tempus ipſum intuendum. Quare? quoniam lex tua ita ſcripta eſt, vt qui damnauerit bona poſſideat. poſſidere non potes. lex mea ita ſcripta eſt, vt bona ſacrilegi ad Deum pertineant. Statim ergo vt fecit ſacrilegium deuotus huic pœnæ eſt: & ante iſta bona ad Deum pertinere cœperunt, quam lex damnaret. Vide quantum recedas ab intellectu iuris huiuſce. Si cædem ante ſacrilegium commiſiſſet, tamen quoniam poſtea cædis damnatus eſſet, ad Deum potius pertinerent. non enim prodeſſet tibi quod prius cædis tempus eſſet: quoniam lex tua non ad cædem, ſed ad damnationem pertinet. Nunc vero cum ſacrilegium ante commiſſum ſit, quam cædes: non eſt dubium quin bona iſta templi ſint. At enim præmium mihi debetur: meo enim beneficio & ſacrilegium illud inuentum eſt. Immo hercule etiam illa cædes, beneficio ſuo: ex quo ſemel manus inquinauit, inſecutæ ſunt illæ protinus furiæ, vt hunc hominem palam occideret, vt reus deferretur, vt damnaretur, tor-

quereretur, vt confiteretur. An vero tu illum, quod ſacrilegium à ſe commiſſum eſſe dixit, præſtitiſſe ignibus quos nos ſubiecimus, aut flagellis putas? nihil illa tormenta ad confeſſionem ſacrilegii pertinebant, non de hoc torquebatur. Numen erat profecto numen illud, quod ſubiiceret faces, quod acrioribus ſtimulis agitaret. Vos de cæde torquebatis: ille de ſacrilegio confitebatur.

CCCXXV. *Hereditas fideicommiſſa.*

Pauper & diues vicini erant. Pauperi vxor ſpecioſa. rumor erat adulterari pauperis vxorem à diuite, conſcio viro. delatus lenocinii reus pauper, & abſolutus eſt. Diues deceſſit herede inſtituto bonorum omnium paupere, & elogio tali PETO VT HANC HEREDITATEM RESTITVAS EI CVI ROGAVI. petit à paupere vxor hereditatem tanquam fideicommiſſam.

SERMO.

QUID *dicimus quomodo hæc vxor & heres erit, & adultera non erit? quomodo ſi conſcius nullius flagitii fuit maritus, illius potiſſimum fidei hæc hæreditas mandata eſt? Inuenienda eſt enim aliqua cauſa propter quam heres ſit. Nunquid hic diues hanc ſpecioſam adamauit? cum ipſa loqui nihil auſus eſt. locutus eſt cum viro, & inde opinio&dum captat, fecit teſtamentum. Quædam, etiam ſi themate non continentur, natura tamen ipſa manifeſta ſunt. Matrimonium inter hos non eſſe qui litigant, videatur nihil luce clarius. Non nunc ego intelligo litem fidei tacite commiſſam, niſi conſcio. Hoc eo pertinet, ne quis iudicum manifeſtas exigat probationes. Non eſt cauſa quæ recipiat teſtem, non eſt cauſa quæ recipiat cõſignationem. ſcrutamur conſcientiam eius qui aduerſarius eſt. Totum ergo hoc iudicum opus eſt, vt inueniant veritatem: quæ ita demum poterit eſſe manifeſta in cauſis latentibus, & natura conditis, ſi nihil exiſtimauerint exiguum, quo inueniri veritas poſſit. Sic ergo præparandus eſt animus iudicum, vt etiam leuioribus argumentis commoueri poſſit. Difficile eſt quidem natura probare tacitum fideicommiſſum. quomodo tamen probamus? Quædã, etiam ſi per ſe firma non ſunt, comparatione vincunt. Hereditas aut ad pauperem pertinet, aut ad vxorem pauperis: ſi ad pauperem non pertinet, ad vxorem pertinet. Elogium ſcriptum eſt palam certe & manifecte. electus hic eſt ad tranſitum hæreditatis. huius ſilen-*

ſilentium & fides eſt vtique de reſtituenda hereditate. Ergo debet reſtituere alicuiſi non huic, ſtatim interrogo cui? Habent hoc incommodi controuerſiæ ſcholaſticæ, quod quibuſdam reſpondere non poſſunt. & quædam incommoda huius generis, etiam in foro aliquando deſcendunt: & ideo difficultatibus quoque vtendum eſt.

DECLAMATIO.

ERgo tibi non debetur. ſupereſt vt alicui debeatur. Non dicis, Supereſt vt huic debeatur. Fidei tuæ commiſſa hereditas eſt. Quam committendi cauſam putamus? Neceſſe eſt infirmam eſſe perſonam, cui reſtitui oportet, cum infirma dico, non ſtatim infirmiorem dico quam te, non eſt. vitauimus per re ipſam fortunæ imbecillitatem. Pauperem fecit heredem. Ergo oportet inueniri perſonam, quæ poſſit eſſe ſub tutela tua, cui minus tuto relicturus fuerit hereditatem, quam tibi. Ergo infirmam perſonam oportet eſſe fœminæ: & ſi quid ad hanc infirmitatem adiici poteſt, pauperis fœminæ. Adſum huic fœminæ: duxi ex tua perſona argumentum, ducere ex noſtra volo. Dico hunc animum fuiſſe diuitis vt hanc faceret heredem. cuius fidei committit? maritum ſcripſit heredem. Ergo ſi neque inueniri perſona infirmior poteſt altera, quæ tibi ſubiiciatur, quam hæc: neque familiarior huic, quam tu: credibile eſt idcirco ſic ſcriptum eſſe teſtamentum. Quædam argumenta etiam ex incommodis petenda ſunt: fuerit neceſſe eſt ratio aliqua & cauſa, propter quam diues non ipſam, ad quam peruenire volebat hereditatem, ſcripſit heredem. Obſtiterit oportet pudor: non ille reperiundi aliquem propinquorum: præteriit enim. non ille ſcribendi aliquem extrarium: heredem enim ſcripſit extrarium non ille bona ſua in aliquem humilem demittendi: demiſit enim. Obſtiterit oportet familiarior aliqua cauſa. Non poterat ſaluo pudore hanc ſcribere heredem. Poſtea vobis cauſam verecundiæ huius approbabo, poſtea ſcribentis animum, interim fuit aliquid quod obſtaret diuiti, quo minus hanc ſcriberet heredem. Quo merito, inquit, tuo te ſcripſit heredem? Vox communis eſt. Iiſdem verbis interrogare te poſſum: Quid merueras vt te ſcriberet heredem? quam diu etiam tertium non exhibes, cui debeatur hereditas? inter nos quæſtio eſt. Si nominaſſes, fortaſſe & illi dicerem; Quo merito? Sed neque nominas vllum extrarium, neque vindicare tibi potes

hereditatem, proinde nobis reſpondebis. Quo merito, nullo? Quis ignorat teſtamentorum fortunam? & eſſet fortaſſe in totum iniquum requiri à nobis mentis alienæ rationem. Sunt quidam irrationabiles impetus animorum, quædam gratuita (vt vulgo vocantur) odia, Quotiens audiuimus filium dicentem, Quo meo merito pater me exheredauit. Nullam tem frequentior admiratio ſequitur. Sed tolerabile erat ſi interrogaremur hoc tantum de hereditate: altius conuicium quæſtio iſta habet. Quid ſi non communis iſta infamia fuiſſet? Quid ergo negem fuiſſe rumorem qui aſpergeret hanc fœminam? tu ſcis an vera ſint: & præſenti fortaſſe liti vel expediebat confiteri. Nam ſi iſtud quod intelligi vis, verum eſt: vtique hæreditas noſtra eſt. ſed pecunia potius periclitemur. Nullum meritum vxoris tuæ aduerſus diuitem fuit. Quaſi vero meritis tantum hereditates contingant. Intereſt an ametur, qui amat? potuit hanc amaſſe fœminam diues, ſalua huius conſcientia. Erat ſpecioſa. erat. potuit in hunc affectum incidiſſe. Multi ſunt qui teſtamenta ſic ſcribant, tanquam illud ad vitam eorum pertineat. ſic quidam heredes ſcribunt eos quos captant, tanquam intellecturos, tanquam ſecreto ſcriptos. Potuit ergo amor in cauſa eſſe, potuit ipſa pudicitiæ admiratio in cauſa fuiſſe. Sed it virtutum intellectũ rerum natura. Nulla tanta vitia ſunt, quæ non meliora mirentur. Sed quatenus ſuſpicamur, videor perſpicere rationem, quare hoc tibi mandauerit. nondum illa opinio, nondum accuſator videt. hæc tanquam ab aduocatis audies ego de te ſuſpicer. Pauper eras: vicinus eras: huius noti mores, certa ſanctitas, Argumento probauimus: cum rumor vtrunque infamaret, tu reus factus es: à te lenocinium committi dixit accuſator, non ab hac adulterium. Non ergo noua hæc erit ſuſpicio mea, neque ex me nata. Id quod accuſator tibi obiecit, hodie credo: locutum eſſe tecum diuitem, egiſſe tecum, promiſiſſe tibi multa: nouiſſime etiam iactaſſe teſtamentum.

CCCXXVI. *Legati filius victima peſtilentia.*

Qui peſtilentia laborabant, miſerunt legatum ad oraculum petendum. reſponſum eſt ei, filium ipſius immolandum eſſe. Ille nunciauit ciuitati ſacra deſiderari. filio verum confeſſus eſt. Sacris finitis, peſtilentia non eſt finita. filius proceſſit in con-

in concionem,& ſe ipſe interfecit. Finita peſtilentia reus eſt legatus læſæ reipublicæ.

DECLAMATIO.

Aestimaveram, iudices, conſecutum eſſe me hoc ſaltem, vt ſanguine meo ſeruata ciuitas, datæ ſalutis gratia meminiſſet:atque eo magis,quod filius meus non neceſſitate immolatus erat,ſed voluntate. Verum hoc adeo in contrarium ceſſit, vt inuenti ſint in hoc populo, qui rem neſcio indignatione magis dolendam, an vanitate ridendam, obiiciant homini peſtilentiam:& remedium deberi Diis immortalibus putent.Si quid vero paſſi ſumus tali remedio dignum, noſtræ infirmitati adſirmabitur.

SERMO.

Fere commendatio per hac petenda erit:qua illi difficillima eſt. Quod ad quæſtiones pertinet, prima communes ſunt fere omnibus controuerſiis,quæ hac lege continentur. Quærendum eſt enim quid ſit lædere rempub.& paulo fortius in hac controuerſia, in qua tractatum eſſe peſtilentia malum,hoc nuntio manifeſtum eſt.

DECLAMATIO.

Poſtea ergo cauſam ipſam defendemus, poſtea factum commendabimus: interim ſatis eſt non eſſe me hac lege qua deferor, nocentem. Sane credatis imputari mihi poſſe ciuium mortes?Sunt iura quæ iſtud defendant. Non eſſe explicitam legationis fidem dicitis,habet hæc quoque lex actionem ſuam. Neque eſt quærendum apud vos,an alio iudicii genere damnari poſſim.interim,hoc ius ad me non pertinet: aut ſi Reip. lex eſt,hæc nihil ad hominum mortes, nihil ad ea quæ priuatim quoque vindicari poſſent. Obiicias oportet aliquid, quo publicum fuerit per me læſum: in hoc nihil obiicis mihi præter mortes hominum. Quod crimen an verum ſit,poſtea viderimus:interim (vt dixi) legi & iuri coniunctum non eſt. Mora tamen mea aliquid detrimenti ciuitas accepit. Si hoc defenderem, infirmitatem animi mei, ſatis defenſionis eſſet non odio me ciuitatis feciſſe. Filium

meum immolandum eſſe dixerat Deus: putate egiſſe me ne immolaretur. hoſtias cædi mirabimini? quid vos non maluiſtis? Exorare poſſe ſolennibus ſacris exiſtimabamus Deos. Quid vos hæc remedia non tentaſtis? Secum quiſque cogite, quantum mihi impoſitum onus, qualis exacta vox. Sed ne mentitus quidem ſum, ſacra exigi à Diis immortalibus dixi. Non ſacra exigebantur? non ſacris placati ſunt? alioqui nihil me feciſſe ſubripiendæ hoſtiæ gratia, cui non manifeſtum eſt? Indicaui filio maximi animi. Ergo ne hac quidem venia dignus eſt pater, ſi hoc filio voluit deberi quod moriebatur? Quod quidem neque conſilii mei, neque voluntatis primum fuit. Credite eum qui legatus miſſus ſit, credite eum qui reſponſum acceperit, renunciauerit, nihil animo ſuo, nihil propria mente feciſſe: hoc profecto quærebatur exemplum, vt narraretur iuueni, qui pro Repub. mortem non recuſauit, qui in conſpectum ciuium viſceribus ſuis ferrum immerſit. Non potuiſſe aliter finiri peſtilentiam, quomodo vultis approbẽ? ſic finita eſt. Non enim profecto Dii immortales pœnam petebant, nec in ſupplicium filii hoc reſponſum dederat eluctati. Magna arceſſebatur anima: debuit duci honeſta via. Quem igitur potius in fine actionis meæ inuocem, quam illum mihi proprium Deum?

CCCXXVII. *Sterilis trium nouerca.*

Introducta tribus priuignis, ſterilitatis medicamentum bibit. repudiata, iniuſti repudij agit.

DECLAMATIO.

QVOD primum pertinet ad pudorem huius fœminæ, non adulterium obiicitur, non aliqua aduerſus maritum licentia. Neceſſe eſt plurimum eius moribus tribuat, ex qua liberos quærit. Omnis repudii cauſa in crimine vno conſiſtit. Hoc quale ſit, poſtea videbimus: interim vnum eſt, in quo mortalium tanta facilitas, nec de fœmina loquor cuius infirmior ſexus eſt, ſed in ipſis etiam qui prudentia, ſapientiaque gloriari ſolent, habet locum pœnitentia. Sed vnum ſit ſane graue, ſit graue, ſit ſceleſtum & hercule credibile erit, in ea quæ tres priuignos habuit. Expecto ex his aliquid nouercalibus factis. Venenum parauit, inſidiata eſt liberis tuis? vel (quod leuiſſimum eſt) expugnare animum tuum voluit? nihil horum. Nouum & inauditum antea crimen, Nouerca nimium

mum dicitur amare priuignos ſterilitatis medicamentum bibit. Si tu liberos non haberes, poteram tamen illa dicere, Periculum timuit, documentis quarundam infeliciter partientium mota eſt, fortaſſe male ſenſit de temporibus ipſis: vidit eam luxuriam, ea vitia, vt pene educare liberos amentia eſſet. Tu porro in vxore nihil aliud expectas quam fœcunditatem? Non parit: ſed obſequium, ſed fidem præſtat Sed iam tempus eſt propriis eam rationibus defendi. Bibit illud cum tres liberos haberes. nec ſtatim hoc amore & affectu defendo: interim tanquam ambitioſam tuebor. Voluit effugere fabulas nouercarum, voluit aduerſus caſus etiam præparare: illam nihil in domo habere, propter quod priuignis inuideret. Quid ſi fecit hoc non modo nouercæ, ſed etiam vxoris optimo animo? Plenam inuenerat domum, plenum teſtamentum. Quid mihi, inquit, cum partu erat? dederat mihi fortuna iuuenes? neque maritus eius ætatis eſt vt concupiſcere nouos liberos poſſit, ne fraternitatis quidem eadem iura futura erant, inter tam diſſonantes tamque diſcordes. At nunc expellitur: & quoniam bona fuit nouerca, nec liberos habitura eſt, nec virum.

CCCXXVIII *Diſcordes fratres.*

Filij familia duo adoleſcentes fratres diſſidebant, iuncta erant eorum cubicula. Quodam tempore audito tumultu in interiore parte domus, venit pater in eum locum, in quo clamor erat. inuenit alterum ex filiis occiſum. Cubicularium eius torſit, & occidit in tormentis. quid comperit incertum eſt. Interrogauit illum filius quid comperiſſet. non indicantem accuſauit dementia. Abſolutus eſt pater. iuuenis parricidij accuſatur, adeſt illi & pater.

SERMO.

Rei *perſona ante omnia infirmatur, & neceſſe eſt nos ab ea incipere. Prius ergo ſumimus id quod prius videtur eſſe in perſona. Occidiſſe dicitur fratrem. hoc etiam ſi non poſſumus efficere, vt in rerum natura non eſſe videatur, eo tamen perducemus, vt ... facile credatur.*

DECLAMATIO.

OBIICITVR reo diſcordia cum fratre. & hoc priuſquam ad cauſas pertineat occidendi, ad crimina perſonæ

ſona admittimus. Diſcordia cum patre. Ante omnia, commune maledictum eſt eum eo qui vindicatur. & penes quem culpa fuerit, magis poteſt pater ſcire quam accuſator. Aſperiorem eſſe autem aduerſus ſuos, interim & fiduciæ argumentum eſt. & hoc adeo non valet ad probationem tanti criminis, vt contra ſit. iam enim tranſimus ad cauſas. Dicitur occidiſſe fratrem inimicum, non dico illa, Non protinus, ſi cauſæ ſceleris ſint, ſcelus quoque conſtat. Vtinam enim ita compoſita eſſet natura rerum, vt omnia facta cauſas ſuperarent. Plures erant propter quas non occideret. nam erat occidendi, quod inimicus eſt: non occidendi, quod frater eſt: non occidendi, quod periclitaturus: non occidendi, quod ipſa per ſe innocentia ſatis iuſtas rationes habeat. Ergo non continuo ſequitur, vt ſi quis odio aliquo concitatus eſt aduerſus alium, hunc etiam ferro extincturus ſit. an vero innocenter inimicitias geri vel inter alienos, vel inter extrarios fas non eſt? Quotidianis iurgiis forum ſtrepere, aſſiduas lites videmus. quis non dies conuitia, quis non maledicta affert? Scelus ex natura mentis oritur. Huic vero etiam ad cauſas metuendi ſceleris, acceſſit, quod iurgium ei cum fratre palam fuerat. Cauta ſunt huiuſmodi ſcelera & circunſpecta. Neque enim eſt quiſquam tam perditus, tam inutilis ſibi, vt non iſta committat propoſito negandi. Et mehercule quam hoc ipſum repugnat, quod ab accuſatore pro potentiſſimo ponitur, quod in cubiculo ſuo occiſus eſt, quod in lecto ſuo? Nihil minus commiſiſſet percuſſurus, quam vt hoc ei obiiceretur. Latrones longe à receptaculis ſuis ſpoliant. Ferarum quarundam dicitur hæc eſſe natura, vt procul à cubilibus rapiant. Fratrem diſcordem in domo, in cubiculo occidit, vt qui neget. Sed ne apud ipſum quidem accuſatorem hæ cauſæ ſatis valuerunt. Ne qui enim ſerui torquendi ratio erat, ſi feciſſe filium exiſtimarem. Definite ergo hoc vti argumento, & me teſtem citate contra eum qui defenditur. Seruum torſi. quis neſcit hoc accidere nihil indicanti? ſeruum torſi cubicularium eius qui occiſus eſt. Nihil in ſeruo ſuſpicatus ſum alterius filii. Nec poteſt mihi obiici negligentia quæſtionis. quæſiui enim. Nec in hac diligentia, ſuſpicio aduerſus filium alia. ipſe demum qui erat percuſſus, quæſiui. Quid ergo, inquit, tormentis confeſſus eſt? Dura eſt conditio interrogationis huius, cum id quæritur, quod ſi reſpondeas, non credi-tur. Vis enim accuſator voce mea ſtari? vis credere iud. quicquid

quid reſpondero? Das etiam mihi fingendi libertatem. propter hoc ipſum perdam neceſſe eſt fidem, quod mihi dicere licet quicquid voluero. In alia, inquam, parte filio meo conferam, ſi qua potero. aduocatus pro teſtimonio mihi remittet. At nec, ſiquidem filio indicaſti. Qui hoc colligis noluiſſe me dicere quod contra ipſum erat? quæ ratio tacendi fuit? ſi filium meum feciſſe credebam, quæ ratio tacendi apud ipſum? nam ſiue iraſcor, vindicari poſſum hac voce, quam contra illum habeo: ſiue imputare indulgentiam volo, plus illi præſtitero, ſi ſciret ſe feciſſe. Cur ergo non reſpondi? iam videor iudicibus reddidiſſe rationem. Sic enim cauſam agebam. Non reſpondeo filio nimium curioſo. quid eſt enim vtique, cur indicare neceſſe ſit? Non reſpondeo nunc, quoniam ſic inſtat. adiiciebam huic, nihil reſpondeo, quoniam nihil certi ſcio: non reſpondeo, quoniam non credo aliquid dicenti: non reſpondeo, quoniam adhuc quæro: non reſpondeo, quoniam hoc inquiſitioni meæ non expedit: non reſpondeo, quoniam illum vt interrogarem torſi. An vero parum iuſtas ſæuiendi cauſas habebam aduerſus cubicularium? dominum ſuum non defenderat, non ſeruauerat, neſciebat quis dominum ſuum occidiſſet. Sed ſi argumentum ex his trahimus, non eſt maius contra filium meum ſilentium, quam pro ipſo quod accuſauit, quod detulit. Iraſcor quidem huic eius pertinaciæ: ſed quandoque vindicabo, quomodo fas eſt, quomodo oportet. Veruntamen qua fiducia fecit, quod me non timuit offendere? Iudices, inquit, cum te abſoluerunt demẽtiæ, hoc indicauerunt, à filio fratrem videri occiſum. Nihil minus. nam ſi filius meus fratrem occidiſſet, patrem impie accuſaret. demens eram quod reſpondere tam furioſe poteram, quam ſi viuere cum eo, quem cruentas manus habere ſciebam? Erit ergo adeo non damnatio iſtà filii mei, vt poſſit videri etiam abſolutio. Hæc ego de cauſa dico ipſius, Permittetis mihi in ſumma parte cauſæ, vti etiam perſona mea. Ego iſtum, ſi filium meum occidiſſet, defenderem? qualem me patrem iudicatis? aſperum, & ego pro filio mentiar? mitem, indulgentem, & ego non vindicabo illum qui occiſus eſt? Inter liberos hæc vna differentia eſt apud animum patris, quod ſemper maiorem locum habetis cuius miſeremur. Neque hic ſane meruerat vt à me niſi innocens defenderetur. Reum me detulit, ſordes mihi induit, ad iudicem vocauit, ſentiet hoc quale ſit, cum teſtamentum ſcribam: ſentiet cum triſti-

tia

tia indulgentiam meam requiret. Quid eſt ergo? mentiri nē iratus quidem poſſum. eſt filius contumax, eſt patris ſui accuſator? ſed fratrem non occidit. Neque ego iſtum in vlla alia parte abſoluendum puto, nec hodie veni in hoc iudicium tanquam aduocatus. Nihil rogabo, nihil precabor: illud tantum meæ pietatis gratia, meæ tantum conſcientiæ cauſa faciam, ne videar iſtum ſilentio preſſiſſe.

SERMO.

NE quem veſtrum ducat illa ſpecies, vt videatur hic eſſe aliquid momenti habiturus apud iudices, ſi miſerabilem ſe fecerit: ſi amiſſo altero filio deprecatus fuerit pro iuuene. Sunt iſta in aliis cauſis potentiora. hic pater niſi prior ſecuro eſt in hoc indicio. mentitur pro filio: non tam illi opus eſt opera aduocati, quam fide teſtis.

CCCXXIX. *Sepultura tyranni qui ſe occidit.*

QVI TYRANNVM OCCIDERIT, IN FORO SEPELIATVR. In peſtilentia reſponſum eſt tyrannum occidendum. Ipſe ſeſe occidit. petunt propinqui vt in foro ſepeliatur.

DECLAMATIO.

INGENS calumnia! pudet mehercule meæ actionis nunc ego negabo. Quid ſi oſtendero eum qui ciuitati libertatem abſtulerit, qui leges ſuſtulerit, qui templa violauerit, qui iniuriis noſtris iram Deorum immortalium commouerit, tyrannicidam non fuiſſe? Multum alioqui effeciſſe oratione mea videbor. interpretanda nobis legis ipſius voluntas eſt: quid ſpectauerit ille qui conſtituebat, diligenter (vt res eſt) vt alte exquirendum atque eruendum. Ego mihi arbitror, iudices, pauca pro legumlatore eſſe dicenda, ne tam obſcure hoc occulteque ſcripſiſſe videatur. An non eſt hoc omnibus, qui modo ad intellectum ſermonis peruenire poſſunt, lucidum atque manifeſtum, eum qui legem ita compoſuerit, vt ſi qui tyrannum occidiſſet. in foro ſepeliretur, locutum de duobus? non intelligit aliquis alium eſſe eum qui occidat, alium qui occidatur? Argumentis ſcilicet agendum eſt, & in exemplum afferendæ aliæ quoque leges. Dicam nunc ego. QVI PVLSAVERIT ALIQVEM, INIVRIARVM

TENEATVR. Nemo tamen tenebitur qui ſe ipſe pulſauerit. nam illud quidem ridiculum (vt opinor) omnibus vobis futurum eſt, ſi in exemplum proximam ſimilitudinem adduxero, an negauero teneri lege vlla eum qui ſe occiderit. Eſt porro hoc manifeſto reprehendendum, ſi ad eos exiſtimemus pertinere præmia, ad quos pœnæ pertinent. Bene ſcilicet de Repub. meruit, quod aliquando finem impoſuit harum calamitatum. illi ſcripta lex eſt. Non ille qui componebat hæc iura, ſic locutus eſt. Non eſt ſatis ei qui ſeruitutem Reipublicæ detraxerit: qui monſtra hæc, quibus libertas laborat: qui homines aduerſus Deorum hominumque iniuriam natos, & in exemplum ſcelerum conſtitutos, quo magis ea odiſſemus, occiderit dum viuit tantum honorati: non ſufficiunt magiſtratus, nec ſatis ſunt tituli? habeatur aliquis etiam morti honor, & ad exemplum poſteritatis oſtendatur in foro ſepulchrum, ne quis audeat tyrannus eſſe: vt omnes homines monumentis huius ſciant, quibus præmiis aduerſus tyrannos tyrannicidæ armentur. Ita nunc hic tanquam bonus ciuis, ita tanquam liberator huius ciuitatis honorabitur? Sic eſt hercule, iudices, ſic eſt: ſi hunc ciuitas non habuiſſet, ſeruiremus etiam nunc, & grauiſſima illa tempora, quæ diu paſſi ſumus, ſuſtineremus. Expecto mehercule vt cuiuslibet impudentiæ accuſatores, ſic quoque opus eius augere atque exaggerare conentur. Occidit tyrannum non hunc vulgarem, & vſque ad nomen tantum nocentem: Plus aliquid quam cæteris conſtituamus. Occidi tyrannum crudeliſſimum, ſæuiſſimum, expugnatorem non pudicitiæ modo & patrimoniorum noſtrorum principum huius ciuitatis, ſed templorum omnium & cærimoniarum nec hominibus magis quam Diis immortalibus inuiſum. Vera ſunt quidem iſta, iudices. Sed ſi velimus ſuum titulum reddere liberatoribus noſtræ ciuitatis, illum Dii occiderunt. Non enim contenti aduocati partis aduerſæ hac legis calumnia, etiam bene meruiſſe eum de Rep. noſtra dicunt, quod audito reſponſo ipſe ſe percuſſit. Ego porro etiamſi confiterer plurimum eum Reipublic. morte ſua præſtitiſſe, non tamen inter beneficia ducerem iniuriæ finem. Nunc vero quis ignorat, quam multæ eum neceſſitates ad exigendas à ſe ipſo pœnas impulerint? Si tantum hoc dicerẽ, Cum ſalus eſſet propoſita ciuitati hoc ſilentio vt tyrannus occideretur, quis non noſtrum in arcem reuerret? quis non ſubderet faces? quis non con-

conuenit vt ager tuus ita eſſet, ſi æs alienum ſolueres. Non ſoluiſti. quo iure vindicare potes eam rem, cuius pretium non dediſti? Ideo, inquit, non ſolui æs alienum; quia nouæ tabulæ interuenerunt. Equidem querebar quod non ſoluiſti: cæterum nihil mea intereſt, qua cauſa non ſolueris, cum agrũ ita demum habere potueris, ſi ſoluiſſes. Siue iſtud tua voluntate factum eſt, ſiue liberalitate creditorum, ſiue (vt manifeſtum eſt) publica neceſſitate, non ſoluiſti. Quid ſi hæ tabulæ nouæ tam mihi factæ ſunt quam tibi? nam (vt paulo ante dicebam) communem agrum conſtat fuiſſe. Pater noſter contraxerat cum multis: non erubeſco. non retinendum agrum habebamus. Habes. namque ego hoc ipſo quod tibi ceſſi, dominium egi. Igitur cum eſſemus hæredes patris noſtri, debuimus ambo. Id ſic colligo. Finge eſſe aliquẽ ex creditoribus petitorem: nunquid petere à te totam ſummam poteſt? minime, vt opinor. Duos enim pater noſter filios reliquit: & neceſſe eſt ſicut bona, ita onera quoque eſſe communia. Partem ergo tu debuiſti, partem ego: quo efficiebatur, vt partem ſolueres. Faciamus hoc etiam feſtius. Finge eſſe aliquem ex creditoribus, qui partem crediti ſui à me petat: quid reſpondere poſſum? agrum fratri dedi: cum fratre meo conuenit mihi, vt ille ſolueret. Num dubium eſt quin dicturus fuit creditor, Partem tu debes mihi: patri tuo credidi, cuius ex parte dimidia hæres es. Annon poſſum à te petere? quem miſſem petere non poſſum? Ergo etiam ſi conuentione æs alienum transferebatur à te, iure tamen & veritate erat & meum. Igitur tabulæ nouæ factæ tam me debito omni liberauerunt, quam te, id enim remiſerunt, quod ex parte à me peti poterat, ex parte à te. Sed animus tamen is fuit pacti huius, vt totum æs alienum meum fieret. Spectemus ergo totum animum: neque enim ego negauerim id intuitos eſſe nos, & ita cogitaſſe vt omnes æs alienum tu ſolueres. Num alioqui dubium eſt, aut deduci omnino in controuerſiam poteſt? An ego tibi parte agri mei ceſſurus non fuerim, niſi ſi quod pretium ſoluturus videreris? Quin ſi vlla ſpes mihi nouarum tabularum, & huius neceſſarii in ciuitate noſtra remedii fuiſſet, recepturus fuerim id quod retineo. Ergo ſiue ius ſpectas, commune æs alienum fuit, & tabulæ nouæ vtriq; profuerunt, & dum non totam aliter poſſeſſionem habere debes, quam ſi æs alienum ſolueris. ſiue animum ſpectas, is vtriuſque fuit, vt tu venditione agri æs alienum ſolueres: ego æſtimaram

me onere à te liberari, cui agrum dabam. nunc id quod tu mihi præſtaturus eras, Reſpub. præſtat.

S E R M O.

Summa partes ſunt æquitatis.

DECLAMATIO.

Pater nobis idem fuit, eadem onera nobis, eadem bona reliquit. cur tu locuples es? Apud te ager totus, pro quo nihil impendiſti, nihil numeraſti. ego nudus, ego egenus. Erat hoc tolerabile, cum videret in hoc tecum potitus. Aufers mihi ciuitatis beneficium, & me ſic relinquis, tanquam pater præter æs alienum nihil reliquerit. Tum quoque inuitus feci: ætatis meæ infirmitati conſului. Si hæreditate ager iſte veniſſet: inhumane cum fratre non partitus eſſes. Non tantum ſanguinis nos iura coniungunt: aliquid & ipſa neceſſitas, aliquid & ipſa ſocietas.

CCCXXXVII.

Seditio populi & exercitus.

QVI CAVSAS IN SENATV VOLVNTARIÆ MORTIS NON APPROBAVERIT, INSEPVLTVS ABIICIATVR. Pauper & diues inimici. vtrique domus & vxor & liberi. Dux creatus bello diues, cum bis acie victus eſſet, proceſſit pauper, qui & diſertus erat, & dixi prodi Rempub. à diuite. Impetus in domo diuitis factus eſt à populo, & domus incenſa, & interfecti liberi cum vxore. Vicit tertia acie diues, & in poteſtatem hoſtes redegit. Exercitus diuitis domum pauperis incendit, & vxorem & liberos interfecit. Vult mori pauper ratione in ſenatu reddita. Diues CD.

S. E. R. M. O.

QVOTIENS *hoc genus materiæ diuidam, neceſſe habeo id dicere quod iam ſæpe dixi, me nullam voluntatem cuiuſquam contra themata intelligere. Fortaſſe erunt aliqui qui exiſtiment à paupere id ſolum quæri, vt inuidiam diuiti faciat: quod illi contingere etiam citra mortis propoſitum poteſt. Hic ergo pauper apud vos mori vult: agere debet vt moriatur. Quid ergo? eſt non aliter inuidiam diuiti faciet maxime. Prima quæſtio illa eſt: an cauſæ mortis ideo tantum ſint approbandæ, ne turpes pateant.*

DE-

DECLAMATIO.

MORI volo. Nullam tam inhumanam quiſquam crediderit eſſe legem, vt hominem innocentem & inuitum detineat in luce. Sed ita ſcripta lex eſt, vt pœnam mortis conſtituat, inſepultus abiiciatur is, qui non approbauerit cauſas. Iraſcitur ergo lex ei, qui non approbatis Senatui cauſis perierit: quæ profecto non hæc exiſtimauit, quenquam mori velle ſine cauſa. Sed cum duplex genus cauſarum ſit, alterum ex iniuria fortunæ, alterum ex mala conſcientia, hoc ipſum voluit approbari Senatui, cauſas non eſſe deformes. Graues enim eſſe manifeſtum eſt, cum homo mori velit. ita Senatui non de hoc cognoſcendum eſt, hæ graues cauſæ mortis, an non. graues enim imputat ille qui mori vult. hoc ſatis eſt. Sed de eo cognoſcitur, turpes ſint cauſæ, an ex iniuria (vt dixi) fortunæ proficiſcantur. Aliquis metu iudicii mori vult? dignus eſt qui inſepultus abiiciatur. Aliquis conſcientia turpis alicuius flagitii admiſſi, priuſquam prodatur mori vult? dignus eſt qui inſepultus abiiciatur. Aduerſus hunc ſcripta lex eſt: hac cauetur de hoc. Cæterum quidem tu ei, qui tot lenocinia hæc conſtituta vitæ contempſerit, qui non detineatur his voluptatibus, dices, Non habes graues cauſas moriendi? Reſpondebit, Odi vitam, relinquere volo. tu me nocentem probes oportet, ne ſepeliri debeam. Si tamen de hoc quoque quærendum eſt, an graues cauſæ ſint, videamus. Perdidi domum fortuito incendio, quomodocunque? tantum domum perdidi, ecquid poſſum videri iuſtas habere cauſſas moriendi. Penates illos, in quibus natus ſum, qui mihi quotidiana imagine adhuc verſantur ante oculos, illos penates in quibus ſacri aliquid eſſe credidimus, amiſi. Hoſpes in ciuitate victurus ſum. perdidi liberos quomodocunque? tantum liberos. Ecquid iuſta cauſa mortis eſt orbitas? & orbitas non ſimplex, nec tantum geminata: vetumetiam in vnum tempus collata. Afferant aliquid fortaſſe ſolatii mala diuiſa, & ſicut onera facilius ſubeas, ſi partiaris. ita hoc graues cauſas alleuare poſſis, ſi non ingruant, ac ſemel veniant. Vno tempore plures liberos, quid ſi & coniugem. quod ſi per ſe graue eſt, & quod liberos amiſi, & eodem tempore amiſi, erant ſatis graues cauſæ. Adiice nunc hæc omnia ſimul amiſi, & omnia hæc iniuria amiſi. Exercitus me expugnauit, ſicut vrbem hoſtis, & hæc ipſa cauſa ſatis iuſta erat voluntatis meæ. Odit me exercitus pars populi for-

tiſſima, pars populi optime de Repub. merita: illi milites victores, illi hoſtium ſpolia referentes non me occiderunt, ſed liberos meos, coniugem meam. Puta illos his æstatibus hoſtium pepercisse. Illa modo victa ciuitas nihil quod ad fœminas pertinet paſſa eſt præter captiuitatem. Domum meam incendit: ſtant illæ quas vicimus. illud tamen inter omnia grauiſſimum eſt. cum hæc fecerint, exiſtimant ſe iure feciſſe. Omnia, inquit, hæc & ego paſſus ſum. Scio quo pertineat, vt videar ego merito paſſus. eſt & hæc cauſa moriendi ſi tantum peccaui, ſi eo me deduxit error, vt filios meos occiderem, confitendum eſt de hac grauiſſima calamitate. domum meam incendit exercitus, populus non defendit. Omnia tamen eadem & ego paſſus ſum. Poſſum dicere hoc tantum, ferre potius potes gratulor animo tuo. Sed nimirum quidem eſt, quod tu ferre potius potes, locuples es. Quid horum quæ perdidiſti magnopere deſideras? domum opinor (hinc enim incipiam) perdidiſti: infelix non habebis tectum quod ſubeas? in publico tibi manendum eſt, & ſub cœlo. Fortaſſe enim contulerint iſta detrimenta deliriis tuis. nouimus animos veſtros, nouimus faſtidia. Si non eſſet incenſa domus, ſubinde diruere, ſubinde mutare vos iuuat, & aliquid ſcilicet experimentis adiicere. Domum perdidiſti: grauis iniuria fortunæ, nouam habitare. Sed vxorem perdidiſti. ne in hac quidem tibi multum deſiderii eſt. Quomodo enim vos diuites, recipitis matrimonia? recipitis. aliæ vos rapiunt voluptates, illa miniſteria, illi imitati fœminas pueri: inde fit vt ne liberos quidem ametis. Ergo te poſſunt multa hortari. præterea ſubeunt ſolatia: & vxorem tibi inuenire facile eſt: & liberos tibi alios educare facile eſt. non relinquunt dolori locum tot circunfuſæ voluptates. Ego hæc omnia paſſus ſum pauper: ſi dicerem, Pauper domum perdidi: exutus tamen omni cenſu viderer. Quomodo enim illa apud me remanſerat? quia paterna erat. Pauper liberos perdidi, pauper vxorem perdidi: ſolus relictus ſum, ſolus deſtitutus ſum. Inimicum diuitem habeo, adhuc odia illa quæ contra me quotidie acuit, fortius ſuſtinebam ſpe liberorum. Iam mihi iuuenes erant, iam patrem tuebantur: etiam ſi quando me æmulatio noſtra in foro fatigauerat, erat quæ exciperet coniunx. Si in hoc conſiſteret tota lis, an *mihi* graue eſſet viuere, vel vno argumento probare poteram. Inimicus me vult viuere. hanc vnam adhuc deſtinat odiis ſuis vltio-

Digitized by Google

ultionem. Cur enim dicere aliquid auſus ſum? cur mihi ſuſpectum fuit quod fortiſſimi milites vincerentur? cur indignatus ſum eorum bis terga cæſa, qui poterant etiam bis victi tamen vincere? Intelligo auerſis auribus accipi hanc partem orationis. vicit enim, & bene etiam meritus de republica habetur. Et hoc inter cauſas mortis eſt.

CCCXXXVIII. *Lis de filio expoſitorio, & repudiata.*

Quidam repudiata vxore ex qua iuuenem filium habebat, aut videbatur habere, duxit aliam. Frequenter iurgia erāt interpriuignum & nouercā. Quodam tempore aſſerere cœpit iuuenem pauper quidā, & dicere ſuum filium. is qui pater videbatur, torſit nutricē illa primis tormentis domini eſſe filiū dixit. Iterum torta, dixit expoſitum eſſe ab illo qui aſſerit: & inter hæc mortua eſt. Cedit illo. pater iuuenē repudiat, vindicat ſibi.

DE PROOEMIO ET EPILOGO. SERMO.

Prooemium propriam formam, propriam legem, proprium modum habet. neq; narrationis forma cadit in prooemiū, neq; locorū. Vni parti declamationis ſolet eſſe ſimile epilogus: ideo autem ſimile, quod vtraq; res frequenter extra quæſtionem eſt. Nam & prooemiū rem præcedit, & epilogus finita re dicitur. Præterea vtraq; res idem vult efficere, conciliare ſibi iudicem. Hoc differunt Prooemia præſtare debent, vt intentū iudicem faciant: hæc pars eneris epilogo remittitur. dixit enim, præter ea interim ſolet epilogum, quo memoria iudicis renouetur. Ita prima parte efficimus, vt omnia audiat iudex: ſumma parte efficimus, vt meminerit eorū quæ audierit. Epilogus deinde inclinationē animi in ſe præſtare debet. Hoc illi cum prooemio cōmune eſt. plus miſerationis & plus libertatis habet pars ſumma. Nam prooemium cum precari debeat iudicē, fatigare non debet: nec epilogus quidem. nam & illud veriſſimum eſt. Lacrymas celerrime inareſcere. Prooemia ex perſonis ducenda erunt, aut noſtris, aut aduerſariorum, aut ipſorum interim iudicū. Noſtris, ad conciliandum fauorem: aduerſariorum, ad odium iudicis faciēdum eorū, contra quos dicimus. Iudicum perſonæ raro incidunt in ſcholaſticas materias, in foro frequenter. Nonnunquam etiā de rebus permittitur dicere nobis illa ratione, quia ſcholaſtica cōtrouerſia cōplectitur quicquid in foro fieri poteſt. In foro prooemium aliquando ducitur ex rebus: ſi iam ſingulæ actiones propoſitæ ſint, iam cauſ-

cauſam iudex nouerit. Quid ergo eo iure facimus iſtud quo illud etiam, vt narremus in iiſdem declamationibus, & contradictiones ponamus etiam à petitore? Quod iam in foro non ſecundum meum conſilium fiet. is qui primo loco dicet, & ponet cauſam contradictionem ipſe nõ ſumet, niſi ſi quæ teſtationes præceſſerint partis aduerſæ, vt exceptæ fuerint. In ſumma, nunquã erit contradictionis loco ſumendũ, quod aduerſarius dicturus fuerit, ſed quod dixerit. Non eſt lis huic mulieri hodie cum marito ſuo. Neq; enim iudicium cõſtitui poteſt inter eum qui cedit, eamq; quæ ſibi aſſem. Adoleſcens aſſeritur à paupere patre. ille cedit: mater non cedit.

DECLAMATIO.

ETIAM ſi lis huic mulieri, cui adſum iud. eſſet contra pauperem iſtum infirmo loco pars noſtra & dignior auxilio videretur: quia & per ſe imbecilla res eſt fœmina, & affert infirmitati naturali non leue pondus, quod vidua eſt. Huic etiam proprium illud accedit, quod in ſolitudinem conuerſa ſunt, quæ præſidia fuerunt. Hæc enim quamuis maritum habere deſiiſſet, atque eſſet ea domo, in qua virgo nupſerat, pulſa non ſine auxilio tamen videri poterat, cum haberet filium iuuenẽ. Cum vero hoc ipſum deducatur in litem, & hoc tempore nihil matri præter ſollicitudinem afferat; tamen hoc confiteor, non eam cum ipſo quem ex diuerſis videtis ſubſelliis, litigare: altior gratia premit. Eſſet quippe hæc mater in lite vtcunq; felicior, ſi maritus eius contentus eſſet filii ceſſiſſe: nunc adiecit teſtimonio auctoritatem, & infeliciſſimam nutricem, quam bis torſit, quia verum dicebat, aduerſum nos mori coegit. Cuius ſi vos auctoritas, iudices, mouet. illud vnum in prima parte cauſæ dixiſſe contẽtus ſum, vocem eius ab vtraq; parte recitari. Quod ſi vindicari filium mallet, ſatis eum vel ſola expoſitio cauſæ tueretur. Fuit enim aliquando cupidus liberorum, & propter hoc duxit vxorem, & ad ſpem ſtatim futuri partus gratulatus eſt: & natum educauit, & in adoleſcentiam (quod ſatis eſt) ſine vlla dubitatione perduxit. Libentius in grauiſſima mariti iniuria, iudices, inuehar in nouercam. Scio enim quid vellet ſibi, cum in domum ſenis iam & matrimonio occupatam, & in qua iuuenis filius erat, irrupiſſe: ſcit hæc poſſe vacuari. Nolite quærere quo cõſilio, qua ratione fecerit ſola eſt. Odia ſtatim aduerſus adoleſcentem, nec hæc occulta aut diſſimulata ſaltem ſed iurgia. Quod ipſum mehercule pro ſumma probatione eſſe, iudices, poteſt:

hunc iuuenem ſic oderat tanquam nouerca. Nec huius libertas ex fiducia deerat, nec inueniri poterat vllum crimē in vita, quo abdicaretur, inuentum eſt nouum exhæredandi genus. Viliſſimū iſtud caput, & in quamcunque litem precio vile, teſtimonium aduerſus ſe primum tulit. expoſuiſſe ſe dixit: videlicet ne iſtum eſſe malum patrem puderet. Teſtor Deos, teſtor veſtram, iudices, religionem: non ſatis putauit iſte ipſe, qui expellere filium volebat, quaſi aliquid ſui credidiſſet, infeliciſſimam nutricem (nam illam quoque oderat) omni crudelitatis genere lacerauit. Quæritis qua cauſa? ſcietis cum iterum torquebit. Fatigauerant prima tormenta, & in voce vna manſerat fides: exprobrauerat iſti ſanguinem ſuum, reuocatus eſt tortor, repetiti ſunt cruciatus. Manifeſtum eſt infeliciſſimæ fœminæ factum, futurum vt tandiu torqueretur, quandiu idem dixiſſet. Ego tamen illi non iraſcor: dum aliquid virium, dum aliquid animi fuit, perſeuerauit: non eſt in mendacium coacta, niſi moriens. Victor his tormentis nihil aliud quærendum putauit, nihil dubitauit. In tormenta (vt parciſſime dixerim) paria non vindico. Sed rogo vt hoc velitis pertinere tantum ad ipſius cauſam. Filium matri vindico, contra eum qui aſſerere cœpit nuper. Ante omnia intelligitis, iudices, nullum onus probationis ad me pertinere. Iuuenem, de quo agitur, cum hoc homine inuentum per tot annos, qui ad robuſtam vſque ætatem perducere eum, de quo litigamus potuerunt, nunquam dubitatur. Dicam nunc ego illa quæ leuiora ſunt. Nupſit & concipere potuit: immo niſi concepiſſet, non credidiſſet illi maritus. Totum igitur onus redundat ad diuerſam partem. Aduerſarius multa probare neceſſe habet, habuiſſe ſe vxorem, concepiſſe vxorem ſuam, peperiſſe marem, peperiſſe eo tempore quod ad ætatem eius, de quo litigamus, congruat: peperiſſe, expoſuiſſe, vixiſſe expoſitum: ab hoc, à quo repetit, eſſe ſublatum, & contra ſubiectum: ab hac quod præcedit, aut ſterilis fuerit, aut id quod pepererat, amiſiſſe. Sterilem fuiſſe non dices: credidit maritus amiſiſſe. non eſt ſatis dicere, probandum eſt. Hæc exigeremus in cauſa, iudices, ſi de mancipio, ſi de pecunia. Filium matri eripere conaris, & partem viſcerum auellis: & contra maternos gemitus contentus es alterius parentis negligentia. Quid cauſæ, inquit, habeo, cur aſſero alienum? Vt nondum reddam rationem qua exiges, quod propoſuiſti dicere, illud eſt. Nam ſi tibi cauſa adſe-

tendi alienum filium non eſt: nec huic quidem retinendi, quinimo facilius eſt iſtud pauperi fingere. Quid enim fortunæ tuæ intereſt, an hæredem habeas? ſed reddemus poſtea rationem, qua fingas: interim inſtrumentum excutere cauſæ tuæ volo. Teſtimonio, inquit, nitor eius, quem tu patrem dicis. Putemus iſtud eſſe teſtimonium. vnus eſt, iratus eſt, alterius maritus eſt. Vnus eſt cum dico, ſuccurrant vobis Catones & Scipiones, & tot clariſſima ciuitatis noſtræ nomina. Cum dico iratus eſt, ſuccurrat vobis quicquid non experimentorum in ciuitate, ſed in ſcenis fabulatum eſt; quam multa fecerit hic affectus, quam multos tranſuerſos velut tempeſtate quadam egerit. Cum dico alterius maritus eſt, duo ſimul dico, & habet cauſam cur nocere huic velit quam repudiauit: & habet cauſam cur præſtare ei velit quam duxit. Hæc dicerem ſi iſtud teſtimonium eſſet illius. teſtis tu? quid dicit? ſcire ſe aliquid. Sequitur vt interrogem vnde? ex nutrice illa. nutricis ergo teſtimonium eſt, non teſtis qui credit. Dimittamus in præſentia maritum, reducamus illum loco ſuo. De nutrice dicamus. Si ab initio mentita eſſet id quod aduerſus hunc dicere audeo, magis auderem aduerſus nutricem dicere, ſola eſt. Nunc diuerſæ quæſtiones duæ, videamus vtram verum dixiſſe credibilius ſit. Torta, tuum eſſe filium dixit. Volo adiicere tormentis auctoritatem: Anus torta. vna quæſtio aduerſus hunc ſexum, aduerſus hanc ætatem non ſufficit. Sufficientes iam per ſe diſtendis artus, lacerasque verberibus iam non cohærentem cutem: & hoc dicis, Mentiris. Tandiu poteſt mentiri contra tuam voluntatem? etiam cum robuſtiſſimi torquentur, etiam cum animos aſperrimus dolor tentat, plurimum tamen intereſt quid reſponderi ſibi velit, qui torquet. Dura non dico contra ignem, non dico contra flagella, contra hactenus veritatis inquiſitio eſt, qua victum te ſperas, ſi verum dixerit. Cum vero repetas tormenta, cum reducas carnificem, quid aliud dicis quam illud, Torque donec mentiatur? Magna, hercule, tibi contigit magna victoria: prædomuiſti mulierem anum: expreſſa vox eſt iam fugientis animæ. Miſeretur non eſt tuus. Iam parce: verum dixiſti. Hic iam credo tortor admonitus, inſtaret perſeueraretque, eamque adhiberet artem quæſtioni, vt moreretur mulier, dum hoc dicit, dum tu victor & hilaris aduerſario tuo quid egeris, nuntias. Rogo cum mulier eadem in tormentis diuerſa dixerit, non eſt manife-

Digitized by Google

n feſtum id te maluiſſe quod credidiſti? Cui non mortalium patet totus hic animus? quis non videt artes nouercales, & pactum infelicis ſenis? miſerebor enim, etiam ſi nocet neceſſitate. Quæritis quo cedat animo? quo matrem filii adoleſcentis domo expulit, quo longam matrimonii concordiam, nullo maledicto, nulla ſuſpicione diſſoluit: quo adhuc in torum vxoris prioris veſtigio calente, adducta eſt noua nupta: quo ne hoc quidem præſtitit filio ſuo, vt vinceretur. Alia eſt videlicet horum ratio, quos breuis tranſitus voluptatis fecit parentes, quos liberis ſuis extra poſitæ voluptates conciliant. aliter amant quæ pepererint, quæ memoriam decem menſium, quæ tot periculorum, tot ſollicitudinum recordationes ad vos, iudices affert. Numerate huius adoleſcentis annos, breue nimium videatur: numerare omnes dies. ſingula temporum momenta: tamdiu mater teſtimonium dicit? Nulla poteſt eſſe tam longa ſimulatio. Si leges ſinant, permittatiſque vos, ſe torqueri volet, ſe imponi ignibus, ſe verberibus lacerari poſtulet. Quid agis mulier? temere facis: fœmina es, & anus. prima forſitan tormenta ſuſtineas, vincet dolor, & ad ſuprema deficies. O admirabilem, iudices, vocem! Torqueat, inquit, modo mater ſim. Aliud eſt nutrix, & ancilla, & torqueatur domino. Age, cum in hac voce ſupremum poſueris ſpiritum, cui iuuenem reddituri ſumus? Veleſne illum ad hunc patrem reuerti, & ad illam nouercam?

CCCXXXIX. *Rogatio Demoſthenis.*

Rogationem fert Demoſthenes, ne illi qui apud Chæroneam capti erant à Philippo, & gratis remiſſi, conſiliis publicis interſint. C. D.

DECLAMATIO.

PRIVSQVAM cauſas rogationis meæ perſequar, Athenienſes, ſuccurrit mihi laudare vos, & adcognoſcere. Poſt aduerſum prælium (quod quidem ipſi qui rebus Philippi fauent, dolore ac rumoribus in maius extollunt) non pacem petiiſtis, non de conditionibus vllis cum hoſte tractaſtis: ipſos etiam repetendo captiuos, hoc oſtendiſtis, curam eſſe vobis vt bellum geri poſſet. Id cum feciſtis pro maiorum veſtrorum opinione atque laude, ſeruataque vſque ad hoc tempus gloria ciuitatis, tum etiam (vt arbitror) ratione quadam, quod nos victos, non tam virtute hoſtis, quam eorum qui pugnare

 noluiſ-

noluiſſent timore, exiſtimabatis. Quamlibet igitur obliquis actionibus pars diuerſa, dum tueri mille iſtos captiuos videtur, pacem ſuadeat: animum virtutemque ciuitatis debilitare conetur: ego loquor apud eos qui non defecerunt. Sed multa me dicturum propter quod approbari poſſit rogatio mea, oratoriis artibus impedire pars aduerſa conatur. Negat enim rogationem contra leges accipiendam, negat aduerſus ſingulos: quorum ego vtrunque confiteor. Verum neque aduerſus leges eſſe exiſtimo, quicquid pro opinione ac pro dignitate ciuitatis patimur, & cui nulla lex ſcripta ex contrario extat. Nam ſi quod eſt ius quo contineatur hoc, vt mali & tam turpes ciues vtique conſiliis publicis interſint, videar fortaſſe hanc rogationem contra leges ſcripſiſſe. Si vero nihil eſt quod ex contrario coeat, non poteſt videri hoc aduerſus id ſcriptum eſſe, quod non obſtat. Illud vero aliquanto minus exiſtimare poſſum, aduerſus ſingulos ſcripſiſſe legem, cum certe mille ſint de quibus agitur. Quanquam rationem etiam, propter quod non liceat rogationem contra ſingulos ferre, illam video. Quod peccata ſingulorum videantur habere leges ſuas. Homicidium fecit aliquis, ſacrilegium, iniuriam cæteraque his ſimilia: ſuo iure punitur. Cum vero mille ſemel capiendos ſe alligandoſque hoſti præbuerint: hæc (vt opinor) ſuperſunt, vt aut nulla caſtigatione dignam rem, qui contra dicunt, putent: aut ſi caſtiganda ſit, oſtendant legem qua caſtigari poſſit: aut ſi non oſtendunt, nihil aliud quam rogationem ſupereſſe fateantur. Primum igitur hoc apud vos, Athenienſes, dixiſſe contentus ſum. Æquiſſimum quidem ac iuſtiſſimum eſſe, vt populo detur ſumma rerum poteſtas: conſilium tamen non vtique turba, neque tumultu, neque anguſtiis eorum qui conſulantur, conſtare. Vtinam quidem fieri poſſet, vt ex vniuerſo populo reiicere, ac ſeligere liceret eos qui parum prudentes, parum digni conſiliis publicis viderentur. Sed quoniam iſtud deprehendi niſi experimentis non poteſt, de his demum rogationem fero, qui experti ſunt. Atqui ſi hoc apud vos non tale conſtitutum eſt, eſſe aliquos qui conſiliis publicis intereſſe non debeant: iam multo facilius ac pronius erit, vt doceam hos eſſe, qui etiam ſi vtiles conſiliis futuri eſſent, indigni tamen propter dedecus proximæ militiæ. Ac mihi in hæc diuidenda videtur ratio iſtius orationis, vt pars ad ipſos de quibus loquor ſpectet, pars ad

vni-

Digitized by Google

vniuerſam rempublicam. Aduerſus iſtos hoc dixiſſe contentus ſum. Bellum aduerſus Philippum ſuſcepimus pro libertate totius Græciæ, pro ſalute communi. Nam etiam ſi in præſentia amicam ciuitatem, nobiſcum olim coniunctam tueri videbamur, euentus tamen belli ad omnes pertinebat. & hoc nobis, Athenienſes, vetus atque à maioribus traditum eſt, pro vniuerſa Græcia ſtare. Sic contra Perſas ſemel iterumque pugnauimus, ac priuatis viribus defendimus publicam ſalutem. Iam igitur ex hoc apparet profecto vobis, nunquam maiore animo, nunquam concitatiore ſpiritu fuiſſe pugnandum. Non enim nobis cum hoſte Græciæ aliquo res erat, vbi quanquam victi, leges tamen ſimiles, linguam que certe eandem peteremur: ſed cum homine barbaro, cum homine crudeli, cum homine infeſto. Quanquam quid neceſſe eſt iſta diutius dicere? pugnare enim placuit & placet. In hoc igitur prælio, quod, vt dixi, pro vniuerſa Græcia ſuſceperamus: nondum dico quantum nocuerit iſtorum timor: interim cuius propoſiti fuerit animus attendite. Longe feliciſſimum in bellis eſt vincere: fortiſſimum, ſi victoria non detur, pro cauſa mori. eſt tamen tertium aliquod inter dedecora, in patriam certe redire, & ſi vincere non detur, effugere. Poteſt enim credi qui hoc fecit, ad ſecundam ſe aciem ſeruaſſe, & victum aduerſis animum repoſuiſſe. Illi vero qui ſe inter virtutem hoſti dedit, qui abiectis armis parata in vincula præbuit manus, quam tandem nobis ſpem in poſterum facit? Atque ego, Athenienſes, eo tempore quo recipi iſtos placebat contradicturus fui: niſi quod poterat honeſtum ex his receptis exemplum fieri. Sunt igitur digni pœna aliqua, ſunt ignominia, ſi hoc tantum ad ipſos referatur. Sed redeo ad publicam vtilitatem. Nihil eſſe quo magis diſciplina militaris confirmari poſſet, Athenienſes, quam exemplum aduerſus indignos. nemo dubitauit. Quæ enim ſpes in bellis in milite noſtro reſidua eſt ſi nihil potius fuerit, quam capi? Certum habeo nunc iſtos male ſentire de his, qui in acie ceciderunt.

CCCXL. *Nouitius prætextatus.*

QUI VOLUNTATE DOMINI IN LIBERTATE FUERIT, LIBER SIT. Mango nouitium puerum per publica roſtra iecit prætextatum. dicitur ille liber.

DECLAMATIO.

QVI VOLVNTATE DOMINI IN LIBERTATE FVERIT, LIBER SIT. Quærendum eſt nobis quid ſit, in libertate eſſe. voluntate domini eſt in libertate, quo volente liber eſt. nos finimus ita, voluntate domini in libertate eſt, qui ius libertatis vſurpauit domino volente. Id primum ſcripto ipſo colligemus. Non enim difficile fuit ei, qui hanc legem componebat, id ſcribere: QVI VOLVNTATE DOMINI LIBER FVIT. Nunc hoc ſcribendo, QVI IN LIBERTATE FVERIT, ſatis oſtendit aliud eſſe, in libertate eſſe aliud liberum eſſe. Excutiamus etiam cauſas legis huius. Indignum putauit legumlator eum, qui in fortuna aliqua reipublicæ, qui in numero ciuitatis fuiſſet, redigere in ſeruitutem. Sed hoc quoniam ſibi nequitia interim afferebat, adiecit, vt hi liberi eſſent, qui in libertate VOLVNTATE DOMINI fuiſſent. vis ſcire quanto aliud ſit in libertate eſſe, aliud liberum eſſe? Eum qui in libertate fuerit, iubet lex liberum eſſe. Tanta rerum differentia eſt in cauſis libertatis. In libertate eſt igitur quiſquis caret forma ſeruitutis: id iudices hac ipſa lege manifeſtum eſt. Non enim legumlator putauit etiam eos, qui à dominis fuga abeſſent, eſſe in libertate quod colligo ſcripto eius, QVI VOLVNTATE DOMINI IN LIBERTATE FVERIT. Apparet aliquos & non voluntate domini in libertate eſſe. quod ſi verum eſt, poteſt in libertate eſſe, etiam qui liber non eſt. Nihil ergo prodeſt tibi, cum dicis, liberum eum non fuiſſe. Non enim quæritur, an voluntate tua liber fuerit: ſed an voluntate tua in libertate fuerit. Si voluntate tua liber non fuiſſet, quid nos poſtularemus? Depulſus hac pugna, tranſcendit eo, vt neget liberum tunc ſaltem fuiſſe. Quomodo igitur colligemus eum qui in libertate eſt, quibus argumentis colligemus eſſe in libertate? Signauit aliquis tanquam liber. ſi id voluntate domini fecerit, etiam ſi maxime illum ſeruum eſſe dominus voluit eo tempore, manifeſtum erit in libertate. ſic quiſquis aliquid pro libero facit. Atqui hic puer non tantum pro libero, ſed etiam pro ingenuo eſt, prætextatus fuit. Si talem illum ad iudices perduxiſſem, hoc inſigne non tantum libertatis modo, ſed etiam dignitatis eſſet. equidem pauos ne ſcelus feceris. Et alius fortaſſe tantum vſurpauerit libertatem, hic & approbauit. Quibus? Publicanis hominibus (vt parciſſime dicam) diligentiſſimis. In ſumma velim oſtendere totum tuum comitatum,

quis

quis habitus ſeruorum fuit. Ego tamen, inquit, non ea voluntate feci vt hic liber eſſet, ſed ea vt publica non ſolueret. Sæpius eadem dicenda ſunt: etiam gratulamur, ſi inuito te liber eſt. Liberum eſſe noluiſti, ſed in libertate eſſe voluiſti. nihil intereſt qua cauſa hoc feceris: id eſt (vt propius ad verba legis accedam) nihil intereſt qua cauſa in libertate eſſe eum volueris. Verum iſta cauſa, quam prætendis, digna pœna eſt. Circunſcribere vectigalia populi Romani voluiſti. ſpecie prætextati imponere publicano voluiſti. Poſtmodum dicam, quantum interſit huius pueri: interim dicam, tua quid intereſt? quod petieras non contigit tibi, non feſelliſti.

SERMO.

Hæc circa ius: illa iam circa æquitatem.

DECLAMATIO.

Quæ paſſurus eſt hic puer domino redditus, ſine dubio nouimus: iſtam negotiationem, & frequentiſſima in foro videmus iudicia talium iniuriarum. Fortaſſe etiam natus eſt ingenuus: fortaſſe rapto ex aliquo littore prætextam fortuna reddidit: Illud eſt tamen quod nos magis confundat. videtur mangoni puer precioſus: timuit ne magno æſtimaretur. Iſta ſpecies in quacunque ſeruitute miſerabilis foret. Rogamus vos, iudices: is quam multa facere poſſit aduerſus puerũ mango iratus. aut illi fortaſſe precium, exciſa virilitate, producet: aut ob infelicis cõtumeliæ annos venibit in aliquod lupanar. Res eſt nobis cum homine qui non erubeſcit: nihil reſeruat: etiam periculoſe auarus eſt. quos cultus accipiet, qui prætextam habuit? Ego vobis allego etiam ipſum illud ſacrum prætextatum, quo ſacerdotes velantur, quo magiſtratus: quo infirmitatem pueritiæ ſacram facimus, ac venerabilem.

CCCXLI. *Res furtiua improfeſſa apud publicanos.*

QUOD QVIS PER PVBLICANOS IMPROFESSVM TRANSTVLERIT, COMMISSVM SIT. Quidam rem furtiuam tranſtulit per publicanos. non profeſſus eſt. deprehenſa res eſt. Publicani cum domino contendunt. illi tanquam commiſſam rem vendicant: ille tanquam ſuam.

DE-

DECLAMATIO.

REM non profeſſam apud nos tenemus. Hoc ius quale ſit poſtea videbimus. Quod quis profeſſus non eſt apud publicanos, pro commiſſo tenetur. Ea res de qua iudicatis, in profeſſionem nõ venit: omni iure conditionis noſtra eſt. Mea eſt, inquit. Nihil iſtud contra ius noſtrum eſt: alioqui nemo non hoc de re non profeſſa dicere poſſit, Mea eſt: & is qui tranſtulit, alienam rem tranſtulit. Ante omnia, nulla lege comprehenſum eſt vt alienam rem non profiteri liceret: alioqui publicum euerſum eſt, leges permutandæ ſunt vt transferantur aliena: an furtum profiteri debuit? At iniquum eſt meam in pœnam eſſe, cum ille peccauerit. Iterum dicam, Si quid iniqui habet lex noſtra, poſtea viderimus: interim lex eſt. non aduerſus homines, ſed aduerſus rem ſcripta eſt. Si ius accepiſſemus aliquod ab eo qui non tranſtuliſſet, exigendi: ſic quoque ſine dubio eſſet noſtra cauſa melior: ſed tamen videretur de re ipſa eſſe contentio. Nunc lex hoc continet. rem tenemus quæ translata eſt, vt profeſſa non eſt. quid intereſt quis profeſſus non ſit? nobis res dedita eſt. hæc de iure. Sed ius ipſum iniquũ eſt. Alio me vocas, de alio quereris. Dic illud Reipublicæ, dic Senatui, dic magiſtratui: ærarium P.R. vectigalibus iniquis repletur, & ſpoliantur prouinciæ, & ſublatum commercium eſt. Nos conduximus id quod locabatur. Sed Reſpublica quoque, cum quæ queri poteris, habet quod reſpondeat. Primum illud, Neceſſaria eſſe vectigalia ciuitati: exercitus ſtipendium accipiunt: bella quotidie geruntur aduerſus barbaras & belliçoſiſſimas gentes: defendimus ripas, & flumina, & littora. huc adiice & illud, templa extruuntur: multum impendiorum ſacra ducunt: aliquid ad ſpectacula opus eſt. vectigalibus. Inter vectigalia porro quid æquius inueniri poteſt, & ſine maiore hominum querela? quanto illud iniuſtius videri poteſt, quo partem hæreditatis ſibi vindicat? At plurimum in hoc vectigal cõfert negotiatio, quicquid eſt, de futuro lucro eſt. Praeter id quod non poteſt videri iniquum, ad quod acceditur, & vectigal quidem ipſum neceſſarium, non iniquum. Num hæc iniuſta pœna eſt, in qua furta deprehenduntur, qua lex vindicatur, qua fraus transferentium detegitur? Aliter ſtare vectigal non poteſt. eodem reuertimur. Iterum hac ratione Reſpublica locat, hac neceſſitate nos conduximus, & pretio vicimus. Et aduerſus quales homines conduximus? quam ſi is

pœna

pœna ſit, quamuis in commiſſum veniant ea, quæ quis profeſſus non eſt, tamen fallere nos volunt, tamen mille artibus circunſcribimur. Quota quæque res eſt, quæ deprehendatur? Poteramus tibi etiam imputare beneficium iſtud, quod tibi extorqueri quereris, non apud nos perdidiſti: interim (quod ſatis eſt) furem apud nos inueniſti. ignorares niſi nos fuiſſemus, tranſlata in aliam prouinciam furta, inter ignotos homines, inter alienos. In ſumma parte, qua lex ſecundum nos eſt, æquitas ſecundum nos eſt. Illud quoque dicendum puto, qua ſententia poſſitis parti vtrique conſulere. Quid eſt æquius quàm vtrumque vindicari? Vnus furtum fecit duobus. habet ſuam quiſque legem. niſi nos retinemus, nulla actione vindicari poſſumus: ille etiam ſi non ipſam rem acceperit pro re tamen accipere poterit. Habet actionem de illa. Nam & in quadruplum litigat. non iraſcitur furi qui re contentus eſt. Aduerſus inuidiam illius priuata agi actione poteſt: à nobis, publica. Ille vobis commendat ſarcinas ſuas: nos commendamus vectigalia veſtra, commendamus reditus ciuitatis.

CCCXLII. *Ancilla in Archipiratæ nuptias miſſa.*

QUI VOLVNTATE DOMINI IN LIBERTATE FVERIT, LIBER SIT. Qui habebat patrem & ſororem, captus eſt à piratis. Scripſit pirataæ patri, vt mitteret vicariam filiam futuram Archipiratæ vxorem. Miſit ille matrimoniali habitu ancillam, remiſſus eſt adoleſcens. Ille ab Archipirata heres omnium bonorum relicta, redit in ciuitatem. Dicitur ancilla.

SERMO.

Similes quæſtiones ſunt priori diuiſioni, eadem finitio. Dicit n. is qui petit in ſeruitutem, Eum eſſe in libertate domini voluntate, quem liberum eſſe dominus voluerit. Noſtra pars dicit, In libertate eſſe domini voluntate eos, qui aliquid pro liberis ex voluntate domini fecerunt. Repellenda eſt nobis finitio partis aduerſa: deinde noſtra confirmanda. Finis partis aduerſa ſic repelletur.

DECLAMATIO.

QVI VOLVNTATE DOMINI IN LIBERTATE FVERIT, LIBER SIT. Si de his loqueretur lex, quos dominus manumiſiſſet, & liberos eſſe voluiſſet, ſuperuacuũ erat. Nam etiam hac lege ſublata, non dubitabatur quin manumiſſi liberi eſſent. Præterea aliud eſſe, in libertate eſſe, aliud liberum eſſe,

etiam

mines, qui hanc quoque Diis immortalibus iniuriam facimus, vt videantur ſalutare illud Reipub. reſponſum pro tyranno dediſſe?

CCCXXX *Abdicandus qui alit adulteram matrem.*

Crimine adulterii repudiauit quidam vxorem, ex qua iuuenem habebat filium. adoleſcens acceſſit ad patrem, & ait, amari ſe à meretrice. Dedit pecuniam illi pater: ille matrem egentem alere cœpit patre ignorante. comperit pater, & ob hoc abdicat filium.

DECLAMATIO.

NOn ignoro expectatione criminis me onerari, ex hoc præcipue quod accuſans indulgens pater. Itaque ne illa quidem dicere quæ initio defenſionis ſolemnia cæteri habent, poſſum. Ecquid peccaui? nunquid luxurioſus ſum? nunquid bona paterna conſumpſi? nunquid meretricem amaui? Cum eo mihi patre res eſt, qui remiſſurus hæc fuit. Vtinam profutura iſta frugalitas eſſet apud patrem nunc omnis iudicii ſumma, omne periculum meæ dignitatis ex hoc oritur, quod pecuniam non meretrici dedi. In hoc enim, vt opinor, omnis criminatio diuiſa eſt partis. quod matrem aluerim, quod talem, quod patre ignorante. Quod ſic matrem alui blandior mihi adhuc pater erat quod in me laudari poſſet, ſi aliquid obiiceres. Itaque defenſionem huius partis iocundam præteribo, ne quam quæſiſſe videar occaſionem, qua de meis laudibus loquerer. Sed repudiatam tamen crimine adulterii alui. Satis erat mihi reſpondere, iudices, Iſtud qualecunque eſt, ad filium non pertinet. Mariti mores excutiant, mariti ſeueritatem deſiderent: liberis ſatis eſt, quod nati ſunt. Et hercule facilius mihi vindicandi poteſtas ab ipſo crimine eſt, quod non eſt litigatum, non eſt quæſitum, non eſt pronuntiatum. maledictum fuerit, an crimen: conſtantia mater diſceſſerit, an verecundia: vna te ſuſpicio, an certa aliqua probatio ad hoc duxerit. In vtrunque me ratio ducit. Aliquid audiſſe te credo: repudiaſti, nihil certum manifeſtumque cognouiſſe te credo: tantum repudiaſti. Qualecunque tamen iſtud eſt, non mediocrem habet motum [illegible] defenſionem, vel ipſam egeſtatem. Illa proſtituta quæ ſe omnium amoribus permiſit, fame iam periiſſet, niſi filium habuiſſet. Neque ignoro mea vel

tarditate, vel verecundia factum, quod mihi cauſam matris meę hic agenda eſt, quod tam ſero, quod nunc demum poſtquam ipſe, dum miſereor, offendi. Vtinam adiicere apud te voluiſſet illa, quæ mihi quotidie ait? Ita, ego adultera hoc tempore, in hac potiſſimum ætate, poſt filium, & poſt filium iuuenem. Affirmat ideo ſe cibos accipere, ideo protrahere vitam, vt tibi de pudicitia ſua liqueat. Sunt iſta quæ mouere te quoque potuerint. Ego tamen in præſentia omiſſa omni defenſione, illud reſpondere contentus ſum, Qualemcunque alui. Quantulum eſt enim quod præſtiterim ego illi etiam inuidioſæ pietatis filius? non plus in matrem contuli, quam quod patereris datum eſſe meretrici. Sed clam & ignorante te. Vnde mihi tantam felicitatem vt hoc crimen ſit? Volo itaque interrogare præſentibus his, quos habemus iud. quid fieri oportuerit. Rogare te debui? Exoratus igitur fuiſſes ſi petiiſſem. hoc reſponde, hoc adnue, & crimen confitebor. Aluiſſes ergo ſi ſciſſes: credo. Quantulum enim erat quotidianam ſtipem, & hoc exiguum quo anima in poſterum diem prorogaretur, præſtare filii tui matri? & ſi hoc animo fui, tu voluiſti, tu dediſti Nec enim cuiquam credibile videri poteſt, ignoraſſe te, an ego vere amarem. Me ſine dubio & verecundia & metus inhibuit aliquatenus verum ſtatim dicere. Sed vt pecuniam acciperem, illæ me ſubierunt cogitationes, quam indulgenter, quam prudenter faceres, vt infelicem fœminam aleres, nec videreris in gratiam rediiſſe. Tu tamen, inquit, mentitus es patri, & amorem meretricis finxiſti Ita innocentior eram ſi verum dixiſſem. Plena eſt huiuſmodi artibus vita, plena ſunt etiam theatra: circunſcribuntur & ſeruorum artibus patres, & mendaciis filiorum: & ignoſcunt, cum meretricibus pecunia datur, cum aliqua à lenone redimitur ancilla. Dixi amorem eſſe meretricis: acceptam pecuniam matri dedi. innocentior ergo eram, ſi pecuniam matri petitam, meretrici dediſſem. Poſſit videri ſine dubio durum & aſperum, me cum ipſe ſim in periculo, etiam alio rogare: quæcunque tamen occaſio, quæcunque tamen neceſſitas eſt, ſi iam ego offendi, ſi quid, quod parum ſimpliciter rogauerim iraſceris, illam commendo miſeram: non vt reducas: fuit iſta ſpes aliquando, & forſitan, ſi felicior eſſem, maneret. iſtud adhuc quod egens & abdicatus neceſſe habeo deprecari, vt alas, etiamſi iraſceris. Qualem enim miſeræ illius exiſtimas vitam, cum cibos quotidianos petit, & ſemper in poſterum egens eſt?

Equi-

Equidem vereor, iudices, ne poſt hanc meam calamitatem, quàm præſertim excepiſſe me propter miſericordiam ſui credit, finiat inuiſam diu vitam, & cibos accipere deſinat, etiam ſi dabis. Nam perſeuerabit: rogo ignoſcatis etiam, ſi hoc forſitan apud animum patris mei aſperum videri poſſit: hærebo miſeræ comes quotidiano labori.

CCCXXXI.

Bis damnatus iniuriarum, tertio abſolutus.

QVI CAPITIS REVM NON DAMNAVERIT, IPSE PVNIATVR. QVI TER INIVRIARVM DAMNATVS FVERIT, CAPITE PVNIATVR. Bis damnatus iniuriarum, tertio a quodam poſtulatus, abſolutus eſt, agit cum accuſatore tanquam capitis accuſatus.

SERMO.

Bis damnato huic demus oportet patronum. nam etiam ſi proxime abſolutus eſt, bis tamen damnatus eſt.

DECLAMATIO.

QVI CAPITIS ACCVSAVERIT, NEQVE DAMNAVERIT, IPSE CAPITE PVNIATVR. Lex hæc eſt qua iudicium connectur, hæc eſt qua ego iſtum accuſem, hæc eſt quæ vtrum liber hominum occiſura ſit. Ergo hac lege ſola accuſo. Nemo dubitauerit hanc legem eſſe iuſtiſſimam: ſed quas cauſas habeat, poſtea dicam. Non accuſaui te, inquit, capitis, ſed iniuriarum. Primum igitur hoc intueri vos oportet, ſi quid damnatione, ſi quid vltione dignū non habet, iuſtum debet iudex ſequi, debet ſequi proximum. Nulla tamen prouidentia potuit eſſe eorum qui leges componebant, vt ſpecies criminum complecterentur. Nam & ſemper cauentes nequitia viciſſet: & ius ita multiplex atque diffuſum eſſet, vt pro incerto haberetur ignotum. Fecerunt ergo vt rerum genera complecterentur, & ſpectarent ipſam æquitatem. Multa ergo inuenientur frequenter, quæ legum verbis non teneantur, ſed ipſa vi & poteſtate teneantur: quale hoc eſt, Sane enim concedam in præſentia tibi, non fuiſſe illud iudicium capitis: ſi tamen eandem vim habuit, quam iudicium capitis, eandem pœnam habere debet. Fingamus enim plura eſſe ſcelera, ſicuti ſunt, quæ morte punienda ſint. Nam cum lex etiam eum qui falſo accuſauerit, occidi velit: manifeſtum eſt occidendum eſſe eum, qui templa incenderit,

occidendum eſſe ·um qui pat iam prod derit. Quo modo non intereſt qua lege harum accuſaueris : quoniam id demũ iure de quo quæritur, comprehenſum eſt, vt qui capitis accuſauerit, pœnam patiatur. Ita nihil intereſt quod genus iudicii fuerit, ſi euentus eodem rediturus fuerat. Num igitur dubium eſt quin hic pro quo loquor, ſi eſſet iniuriarum tertio damnatus, periturus fuerit? extra quæſtionem eſt. Quid ergo damnatum eum exiſtimari oportet? cui damnato capitis pœna imminet, non pecunia mulctabitur, non ignominia, non damno iuris alicuius. Quid ergo futurum erat? vt occideretur. Quid intereſt hoc qua lege? quid intereſt quo genere iudicii? Fieri non poteſt vt hic capite periclitatus ſit, & tu non capitis accuſaueris. Præterea quam putamus fuiſſe cauſam conſcribendæ legis huiuſce? Hanc enim cum excuſſerimus, apparebit in iſtam quoque partem ſatis eſſe cautum. SI QVIS CAPITIS ACCVSAVERIT, ET NON DAMNAVERIT, IPSE CAPITE PVNIATVR. Hoc, opinor, illi iuſtiſſimi legis huiuſce latores ſpectauerunt, ne quis impune alteri periculum afferret. Homicidii genus putauerunt, petere ſpiritum hominis, quem occidi non oporteret. Tu hoc feciſti: accuſaſti innocentem, ſi tibi creditum eſſet, periturus erat is quem accuſaſti. Iudices eodem tempore de te pronuntiauerunt. Non poteſt omnino iſta circunſcribi religio & ſeueritas iudicii, vt non pœnam det pars vtralibet. Hoc abſoluto qui periturus fuit, continuo id quoque conſequutum eſt, vt tibi eſſet pœna patienda. At enim tertio tantum iniuriarum accuſaui, & tu bis damnatus eras iniuriarum. Quid intereſt quæ res fecerit iſtud capitis iudicium? Nam & cum crimen grauius obieciſti, quam priores obiecerunt. Vis ſcire quam hoc verum ſit? Semel iniuriarum damnato ignoſcitur. Illud morte dignum videtur, ſi is qui bis iam damnatus eſt iniuriarum, fecit. Iam hoc tale videtur quale hominem occidere. Ergo tu id obieciſti, quod lex morte dignum putauit, quod lex capite taxauit: capitis ergo accuſaſti. Hoc loco iure depulſi, ad conuitia confugiunt. Bis tamen iniuriarum damnatus eſt. Poterat mihi ſatis eſſe, quod tertio abſolutus eſt. Sed animaduertite quales inimicitias ſortitus ſit: ſcitis illum iam innocentem accuſari ſolere. Sed facilius fuit vt traheret aliquid gratia, dum id fieri ſine periculo videbatur. Ideo intentius, iudices, pronuntiauerunt, poſteaquam talis pugna commiſſa eſt, in qua perire alteri neceſſe ſit. Omnia igitur eius tulit qui reus capitis accuſatur,

cuſatur, periculum, ſolicitudinem. debet conſentire iis etiam vltio.

SERMO.

Hac ab accuſatore exiſtimo ſatis dicta, contra illa.

PARS ALTERA.

DECLAMATIO.

LEX eum qui capitis accuſarit, neque damnauerit, capite puniri iubet. Capitis iudicia certa ſunt & vim ſuam habent. ſemper capitis iudicia ſunt his legibus conſtituta, quibus nemo poteſt damnari pluſquam ſemel: habent ſuam formam, ſuum iudicium, numerum ſuum, Quæſitorem ſuum, ſua tempora, ſua nomina. Reſponde igitur mihi tu qui accuſatum te capitis eſſe contendis, qua lege fueris reus. Iniuriarum? Hic iam ipſos interrogare iudices poſſum, an iniuriarum actio capitalis ſit. Sed quid habeo quare interrogem, iudices? ex te ipſo quæro, Iniuriarum damnatus vtrum occidatur? non vt opinor, eius te futurum impudentiæ, vt hoc contendas. alioqui dicam, damnatus es ſemel, damnatus es iterum. non eſſe hoc capitis iudicium, vel ex hoc ſolo apparet, quod viuis. Sed idem, inquit, effectura res eſt, quod ſi capitis damnatus eſſem: & proximo iure vtendum eſt, & ſimilitudine quadam legis. Hic iam deſinit priuata eſſe lis. Nam ſi accuſatori licet conſtituere iura, & leges ferre, ſi quod antea fieri per populum, per Senatum licebat, conſtituitur inter ſubſellia pro dolore cuiuſque, vel pro auctoritate, ſuperuacua erunt ſuffragia, ſuperuacuus tantus ambitus in conſtituendo iure. Non de eo quæritur apud hos, an æquum ſit: nos venimus in iudicium quæſituri hoc ſolum, an ego iſta lege tenear. At oportet & iuſtum eſt, ea quæ ſimilia ſunt ſimili pœna contineri. Adhibes Senatum, adhibes populum, emendandum ſit fortaſſe ius: hoc interim viuimus, hoc vtimur. Multa autem iura decipiunt, neque ideo conſcripta ſunt, vt ignorantia fallant.

SERMO.

Hoc eſt illud commune (vt dicebam vobis) cum ſcripto & voluntate.

DECLAMATIO.

Sed fingamus (vt has demus delicias) vt ſimili lege vtendum

dum ſit. Quid hic ſimile dixit? iam illa lege aliud genus actionum, alium Quæſitorem, non eadem tempora, non paria, ſed periculum par. Hoc ſi fit actione iniuriarum, ſane aliquã ſimilitudinem habere videatur. Interrogo enim te, an ſi ego qui tecum iniuriarum egi, ſemel obieciſſem tibi hoc idem crimen, & tu antea damnatus non eſſes: num capite fueris periclitaturus? non, vt opinor. Num ergo ego feci vt tu capite periclitateris? ſed illi qui te ante bis damnauerunt. Neque enim ſenectutem affert ſummus dies, ſed longus ordo vitæ, nec ebrietatem facit illa potio, poſt quam concidendum eſt: ſed tempeſtiuum conuiuium, & auiditas nimia. Non ergo mea actione effectum eſt, vt periclitareris: ſed illis actionibus, quibus iam damnatus es. Sed abſolutus ſum, inquit, tertio. Viderimus quantum hoc ad gloriam tuam pertineat: interim damnatus es ſæpius. Etenim de petulantia tua hoc illi primi iudices ſenſerunt, hoc ſecundi ſenſerunt: nunc abſolutus es. Nihil de religione eorum qui pronuntiauerunt, querar. Erãt tamen quæ re adiuuarent: non illud dicebatur in iudicio, Non eſt hic talis in quo petulantia credenda ſit, modeſtos mores habet, nemini vnquam fecit iniuriam. Sed dicebatur illud, Non iam iniuriarum petitur vltio: capite periclitaturus eſt: etiam ſi quid commiſit; ſatis tamen pœnarum dedit. ipſa hac ſollicitudine circunſcripſiſti miſericordiam iudicum, ſi alterum occiſuri erant.

SERMO.

In ſumma parte æſtimabitur cui homini, & quanta vltio petatur.

DECLAMATIO.

Vltio quæ petitur? quæ aduerſus homicidas ſcripta eſt, quæ aduerſus eos qui bis iniuriarum damnati ſunt, ſcripta eſt. Neque ego ignoro vnde iſti hic animus: non enim ſpes fecit hanc litem: homo alioqui petulans quærit quo modo impune occidat, quo modo manibus ſuis permittat omnia. Hoc ergo priuilegium habeant, qui bis iniuriarum damnati ſunt, vt tertio accuſari ſine periculo non poſſint hoc æquum mortalium videri cuiquam poteſt? Viuit ille qui ſemel iniuriarum damnatus eſt: qui duabus partibus periit ciuitati: qui petulantia ſui morti iam prope admouit. Hic occiditur quia queſtus eſt. Vtinam mihi contingeret apud eoſdem illos iudices cauſam dicere, qui iſtum abſoluerunt, homines mites

&

& miſericordes, & qui turpiſſimos quoque ciues tamen ſeruare maluerint.

CCCXXXII.

Diuitis & pauperis teſtamenta.

Pauper & diues amici erant. Diues teſtamento alium amicum omnium bonorum inſtituit hæredem: pauperi iuſſit dari id quod ille ſibi teſtamento daret. Aperta ſunt tabulæ pauperis, omnium bonorum inſtituerat hæredem. Petit totam diuitis hæreditatem. Ille qui ſcriptus eſt hæres, vult dare tãtum, quantum in cenſum habet pauper.

DECLAMATIO.

SI ad votum meum, iudices, fata ceſſiſſent, optabilius fuerat mihi, vt is de cuius bonis contendimus, eſſet hæres meus. Ad hanc igitur petitionem inuitus, & triſtis, & flens venio. Viderimus enim poſtea de iudiciis: interim non dubitabitur vter ex nobis illum magis amauerit. Poſtea iura excutiam, poſtea ſcriptum interpretabor: interim quod ad vtriuſque noſtrum animum pertinet, non eſſet inter nos quæſtio, ſi vtrunque eodem titulo reliquiſſet hæredem.

NARRATIO.

Habet autem hoc incommodi paupertas, quod quotiens ad amicitiam ſuperioris acceſſit, affert aliquid dubitationis, ſi de an vtilitatibus amet. Officia aduerſus ſe mea nouerat diues, aſſiduum me hæſiſſe lateri ſuo ſciebat. tenuitas mea afferebat hanc ei dubitationem, vt poſſet quærere an iſtud amicitia feciſſem. Itaque cum ſciret mortem eſſe, quæ de animis diceret verum: teſtamenta, quibus omnem affectum fatemur; ita ſupremas tabulas ordinauit, vt aduerſus me diceret vellet animo meo. Bona interim ſua apud iſtum depoſuit, dum ſciri poſſit, quid de illo ipſe ſenſiſſem. Dari mihi iuſſit id quod ego teſtamento meo darem. Si cogitationem intra anguſtias facultatum mearum tenuit, præter id quod ingratus videri poteſt amicus, non multum eius interfuit, quid ego ſcripſiſſem. Lectæ ſunt tabulæ meæ, conſtitit fides amicitiæ omnium bonorum inſtitutus hæres erat, hoc pleniora nimus meus, quod ſine exceptione. Igitur quod ad me pertinet, aperui pectus, & conſcientiam protuli: & qua rerum natura patitur, viſcera pene mea in conſpectu veſtro ſunt. Iſte hæres adhuc non oſtendit teſtamentum. Sed ſcio non

eſſe præſentis temporis diſceptationem, vter mereatur. ſatis enim voluntas defuncti comprehenſa tabulis eſt. Inſtitutus es primo loco hæres. non facio tibi iſtius honoris controuerſiam. Quæritur hodie quid debeas mihi. Si iudicia mea aduerſus amicum intra legatum ſtetiſſent, legatum à te peterem. Hæredem omnium bonorum habui hoc vt ſim poſtulo. Vt ſcriptum non eſſet, iud. iniquum erat offerri mihi quantum habeo, tanquam is qui defunctus eſt, dari mihi iuſſerit, quantum ego illi dare poſſem. Ingens autem horum differentia eſt. id mihi dari iuſſit, quod ego illi meo teſtamento darem. Non habet in hoc interpretationem modus. quantum pecunia tone conſtet, numerari poteſt, & recepit comparationem. Quod reliquit, quantum fieri poteſt, dari voluit. eadem rei natura eſt. Itaque ſi illi pecuniam teſtamento meo legaſſem, pecuniam peterem. nec ferrem te dantē pro pecunia aliquid quod eſſet tantundem. Si mancipium reliquiſſem, mancipium deberes nec diceres mihi, Accipe quanto iſtud eſt. Id mihi dari iuſſit quod ego illi darem. Quid ego autem dabam illi? hæreditatem. quid peto? hæreditatem. quid ſcripſi? bona omnia. quid vindico mihi? bona omnia. Voluit ſimile eſſe iudicium ſuum meo teſtamento: & quodammodo inuenit rationem, qua poſſet iudicare poſt mortem. Iſtud vero quale eſt quod offers? Reliquit mihi diues amicus paupertatem? Non ſtatim de animo loquar: interim poteſtis permutata (vt ſic dixerim) translataque inuicem fortuna æſtimare ius. Fingamus enim hoc aliquem pauperem ſcripſiſſe de diuite. Quomodo cauſam explicamus? Alium fecit hæredem. iuſſit tam colocupleti tantum dari, quantum ipſe ſibi teſtamento daret. Sit inuentum tale teſtamentum, quale eſt meum. num ab hærede tantam pecuniam peteret, quantam ipſe poſſideret? Non, vt opinor. nam ne poſſit quidem dari. Sed illud ſuccurrit. Dari tibi iuſſit quod titulo teſtamenti dabas: dabas autem hæreditatem. nihil vltra hæreditatem petere debes. Atqui ius idem eſt, verba eadem ſunt: nec cum perſonis lex mutata eſt. Nunc vt animum quoque intueamur teſtantis: hoccine illum voluiſſe exiſtimatis? ideo inquiſiuit meam fidem, ideo vitæ experimentis credere parum putauit, ideo in ipſum irrupit animum, & penitus intuendam omnibus hominibus mentem dedit vt mihi hoc relinqueret quod habebam? Eſt quare ſperas teſtamentum, eſt quare omnem ſpem tibi in poſterum excidas. Sciunt propinqui mei nullū aliū mihi cariorem fuiſſe:

ſciunt,

ſciunt, ſi q alii fuerunt amici, totam mentem meam deditam vni fuiſſe. Quid intereſt animi quantum ſit, quod totũ eſt? Omniũ bonorũ heres. quicquid habui, quicquid ſeruaui, quicquid longæ frugalitatis ſuperfuit. Acceſſiſſent huic teſtamēto ſubitæ opes, idem erat. Neque ego nunc diuitias peto: paupertate conſueui, frugaliter viuere ſcio, nulla mihi grauis neceſſitas eſt. Illum illum titulum amplector omnium bonorũ. Si quid inferi ſentiunt, cognoſce animũ meum. ſicut voluiſti, tibi vixi, tibi moriturus fui, nulli alii in hoc pectore locus fuit. Hoc te omnium bonorum meorum hæredem inſtituit. Poſt hoc teſtamentum dicat aliquis ſe mereri.

CCCXXXIII. *Pauper impenſis diuitis diſertus.*

PATRONVM OPTARE LICEAT. INGRATI SIT ACTIO. Adoleſcentem diues pauperem impenſis ſuis in Athenas miſit, redit ille diſertus. Detulit diuitem quidam reum proditionis, & optauit patronum pauperem illum, qui diuitis impenſis profecerat. Egit pauper: non tenuit. Accuſatur à diuite ingrati.

SERMO.

Intelligitis huic adoleſcenti cum ſummo reſpectu diuitis agendum ita demum enim videbitur id quod fecit, neceſſitate feciſſe, ſi de illa quereretur. Et in totum hoc ſeruare in omnibus controuerſiis, quæ ingrati lege continentur, debebimus, vt hi qui rei ſunt, in ipſa actione ingrati non ſint. Raro valde interuenient controuerſia, in quibus hoc quæratur, an is qui ingrati reus eſt, acceperit beneficium. Pleraque (ſicut hæc) diuertunt eo, vt quæſtiones habeant, An quiſquis acceperit beneficium, & non reddiderit, ingratus ſit: an omnia quæcunque exigebantur, præſtare debuerit: an potuerit. Guloſus figurarum ducet has ſpecies, vt hic pauper imputet diuiti, tanquam præuaricatus ſit. Id autem ſi intellexerint iudices, vel propter hoc illum damnabunt, quod præuaricatus: vel propter hoc, quod hodie certe, vbi patronus non optatur, accuſat illum quem vult videri præuaricatione dimiſſum. Ergo quod ad meum conſilium pertinet, hic inuitus egit: ea quæ dicenda accepit, pertulit.

DECLAMATIO.

EST videlicet, iudices, hoc quoque in poteſtate fortunæ, vt in contrarium bona ipſa conuertat. Maximum me à diuite accepiſſe beneficium, quod mihi conſummare ſtudia contigerat, quis negauerit? cum inter maximorum mihi malorum cauſam hoc ipſum attulit, quod videbar diſertus. Adeo vt ſi mihi exuere hanc partem perſuaſionis liceret, amputare vocem, & velut omnem vſum loquendi perdidiſſe malueram, quam cum homine de me optime merito iam bis conſiſterē: & prioris tamen iudicii manifeſta excuſatio erat, iuſſus loquebar. hodie quem modum teneam actionis, quibus vocibus optime (vt iam ſæpe dixi) de merito ſatisfaciam, repetire non poſſum. Vera ſunt enim illa quæ dixit.

NARRATIO.

Pauper ego natus, & contra facultatum rationem mearum, infelicis huius eloquentiæ ſtudioſus, huius liberalitate, huius opibus peregrina ſtudia, clariſſima exempla, otium quo plurimum ſtudiis confertur, ſum conſecutus: vtinam non vſque ad inuidiam. Nam mihi cogitanti cur integerrimum virum, optimum ciuem, calumniator ille proditionis reum fecerit, nihil ſuccurrit aliud quod ſecutus ſit, quam vt ego agerem. Habebat enim ius optandi patronum, & hanc leges dederant poteſtatem: & forſitan quærebat etiam contra abſolutionem innocentis rei hunc colorem, vt videretur ideo dimiſſus, quia ego egiſſem. Hoc ei certe non contigit. Reum offendi, non me hercule ſuperuacua aſperitate verborum (ab hac ego enim me quatenus fides agendi permiſerat, abſtinuiſſe animum confiteor) ſed perferenda fuerunt mandata falſa. verum criminoſa: conficta, verum inuidiæ tamen plena. Quod ſi quid eſſe in ratione dicendi videtur, ſi quis me infeſtam attuliſſe credit orationem, accedit hoc quoque gloriæ optimi ciuis, quod me accuſante abſolutus eſt. Ingrati reus ſum. De prima parte cauſæ, iudices, non faciam controuerſiam, neque fas eſt. Accepi beneficium quantum maximum dare parentes liberis poſſunt. Non enim ſi fortuna infeliciſſima ad hoc officia ſtudiis meis dedit, non tamen iſta animo præſtantis æſtimanda ſunt. Accepi pecuniam, votum, ſpem futuram in poſterū vitæ, infeliciter, etiam

ſi mihi

ſi mihi hic defendendus fuiſſet. Accepi beneficium,ne illud quidem inficiabor,non reddidi. Non tamen continuo ſequitur,vt ingrati lege teneatur, qui acceptum beneficium nondum penſauerit.alioqui nemo eſt qui non calumniæ genus poſſit incidere. Nam vt huiuſmodi omittam tempora,ſtatim certe vt accepit beneficium, accuſari poteſt: nondum enim reddidit. Quod ſi non continuo ingratus eſt, quia paria non fecit: ſupereſt vt illa nobis intuenda ſint, an omnia præſtari iis qui beneficium dederint,oporteat:an id de quo cognoſcitis, præſtari oportuerit: ac poſtremo, an potuerit. Non omnia eſſe præſtanda etiam parentibus dico: alioqui nihil eſt periculoſius acceptis beneficiis, ſi in omnem nos alligant ſeruitutem. nam etiam ſcelerum, ſi ita videatur his qui nos meritis obligauere,afferunt neceſſitatem. Quapropter illa in confeſſo erunt, neque facturum aliquid aduerſus Rempublicam ex voluntate eius à quo beneficium acceperit, eum qui acceperit: neque impium erga parentes neceſſitate tali futurum, neque inhoneſtum, neque ea quæ fieri non poterunt,præſtaturum. Quod ſi luce ipſa, iudices, clarius eſt, iam intueamur an hoc quod me præſtare debuiſſe dicit, præſtari oportuerit. Fortior ſic agerer. Aduocationem negare contra reum proditionis non debui. Oportebat non deeſſe legibus vocem,oportebat eſſe aliquem qui in ſummis reipublicæ,vt tum videbatur,periculis, excuteret veritatem. Dicebatur proditor aliquis clamabat delator, ſi mihi vox eſſet,ſi quid eloquentiæ natura tribuiſſet, iam vobis oſtendiſſem quæ cum hoſte commercia,quod diſcrimen totius reipublicæ,quam hæc omnia quæ in conſpectu ſunt,in vltimo periculo eſſent. Hiccine eum qui accuſari poſſe videbatur,tacere oporteret? mihi aliter agendum eſt. Ego vtilitatibus publicis contra reſtitiſſem? Ego vere hæc omnia ſupra me maluiſſem, quam tanta merita aſperiore vlla voce violare. ſed neceſſitati quid faciam? Lex optandi patronum ius dabat:me delator optauerat: doce quid faciam. Delator ius habet. contra omnem meam deprecationem publica auctoritas nititur. Conſcientia mehercule facere hoc viderer: ac timuiſſe, ne ſi illi cauſæ vox contigiſſet, in medium ſcelera prodirent. Ego vero ſuſcepi cauſam,nec timui ne vincerer. Non igitur obiicere debes mihi,in quod coactus ſum, illa quæ fuerunt in mea poteſtate ſi deprehendiſti, oſtende: ſi vultus infeſtus,ſi vox incitatior, ſi quid vltra neceſſitatem,

neque

neque iſta ego imputo. Non enim poteram, neque erat aduerſus innocentiam tuam ingenio locus. Itaque diſceſſi è iudicio lætior, quam reus ipſe: & velut editis neceſſitate operis, ad gratulationem cucurri. Nec me ei in reliquum eximo tempus, debere confiteor: da quem defendam, da pro quo loquar. Si quid aduerſus illum nocentiſſimum delatorem inuenire poſſumus, impera quod vis: in quantumcunque, tua iſta vox eſt.

CCCXXXIV. *Proditoris accuſator ex defenſore.*

CVM DAMNATO PRODITIONIS PATRONVS EXVLET. Affuit reo proditionis, abſolutus eſt. ille petit ab abſoluto pecuniam quam pactus erat. non dantem detulit reum proditionis, damnauit. Petitur in exilium.

DECLAMATIO.

CVM DAMNATO PRODITIONIS ET PATRONVS EXVLET. Damnatum eſſe proditorem certum eſt, & hunc fuiſſe patronum. quo modo tamen defenditur? quo modo proditorem defendit. hoc ſic perſuaſerat, etiam ante experimentum nullam eſſe ingenio ſuo malam cauſam. Non fui, inquit, patronus eo iudicio, quo damnatus eſt. Si verba legis intueri velimus, nihil hoc ad præſentem cognitionem pertinet. Satis eſt enim probare & illum proditorem, & te patronum fuiſſe quandoque. Sed videamus quid ſecuta ſit lex. Non mehercule tantum putem prouidiſſe legumlatorem, quantum aduerſus te probamus. Patronum enim voluit exulare, non conſcium. Illa prorſus locutus cum aduocatis videtur. Sane ſuſcipitis alias temere cauſas, vbi priuatæ leges erunt, & ad vnius commodum pertinebunt: cum vero de proditione agetur, diligentius intuemini: etiam ſi vobis nihil ipſi confitebuntur, ad hoc, ſi non ſatis momenti publica pericula habent, veſtri reſpectu capitis, inquirite. Hoc igitur quod de lege cautum eſt, proditor aduocatum habuit, licet illi nihil profuerit. Nunc vero quam neceſſarium ex euentu oſtenditur, proditor abſolutus eſt. Has illi artes timuerunt, hanc calliditatem aduocatorem. Conſtituit enim natura arma nequitiæ, per quæ abducantur iudicum animi. Sed ipſo, inquit, iudicio quo damnatus eſt, non fui patronus. Volo interim

ſic agere, tanquam nullam reipub. iniuriam fecerit. Etiam num hoc ſatis eſt? aduocatus proditoris fuiſti. Fingamus igitur ampliatum fuiſſe iudicium, & tantum primo iudicio patronum illum: nonne damnatio ſequeretur, quod omnino patronus fuiſſet? Non ergo tempus intueri debemus, ſed cauſam, ſi homo idem eſt, ſi crimen idem, ſi lex eadem, putemus ab alio eſſe damnatum. Non enim proderit tibi iſtud quod imputas: tunc enim diceres, ignoraui: & idem me quod iudices fefellit. Nunc proditorem ſciens defendiſti. Nihil dico de aduocatione: teſtem perdidi. Tantane lucri cupiditas? ſic proditores corrumpuntur. ſi prorſus homo nocentiſſimus cum aduocato ſuo locutus eſt. Ego quidem prodidi: ſed magnam pecuniam accepi, & tibi iuſſi ait. Quæritis, iudices, quantum promiſerit petenti? non potuit proditor ſoluere. Ergo quantum in iſto eſt, prodi ori viuit: nec viuit tantum, ſed etiam inſidiatur, & ad hoc neceſſitate ſoluendi vrgetur. addidiſti homini nocentiſſimo pecuniæ neceſſitatem. Vnde temporum mutata conditio eſt? Pecuniam non accipiebas: ita nunc ille quod punitus eſt, merces huius vindicata eſt. pecuniam non acceperat.

CCCXXXV. *Infamis in nouercam, vulneratus.*

Infamis in nouercam cum patre peregre profectus eſt. cum in latrones incidiſſent, fugerunt. Pater reuerſus adulteros incluſos in cubiculo deprehendit. occidit vxorem: adulterum vulnerauit. is fugit. poſtea vulneratus filius venit. Interrogauit eum pater à quo vulneratus eſſet. ille à latronibus dixit. curauit eum pater, & reddidit cauſas mortis voluntariæ filius. C. D.

DECLAMATIO.

ADVERSVS mala & iniurias fortunæ, & grauem pleriſque vitam, vnum natura remedium inuenerat, mortem. Nec quicquam poteſt tam crudelis legumlator fuiſſe, qui hominem innocentem vita puniret: cum & hoc ipſum ſit calamitatis genus, mori velle. Neceſſaria tamen veſtra cognitio eſt, vt non quia iſtud liberum eſſe innocentibus non oportet, ſed quia multi ſunt qui ſic conſcientiam emittunt: & ideo adiectum eſt damnum ſepulturæ, ne ſe putent pœnas effugiſſe. Ideo ego hanc vitam olim inuiſam tam diu tuli, donec filius

meus

meus ſanaretur, ne viderer aliqua conſcientia mori velle. Mori volo. nihil me cōmiſiſſe manifeſtum eſt. Et iam ſatis rationem videor reddidiſſe, mori volo ſenex, habet ſuos vita terminos. Dum membra ſufficiunt, dum in officio vires ſunt, quotam quamque partem habeo viuentis. Cum adhuc haberem vxorem, matrimonio inutilis eram, nec minimum ſi quem concupiuit iuniorem, occidere adulterum non potui. Non miraretur me mori velle, ſi quis vidiſſet fugientem. quam tarde feci? felicisſimus fuiſſem ſi me latrones occidiſſent. Accedit illud, Filium habeo: mori volo dum ſaluus eſt, dum illum relinquere ſuperſtitem poſſum pene illum nuper amiſi. Quid futurum erat ſi non potuiſſem ſana eiſdem dii, quod leui fuit vulnus, non accidet hoc mihi iterum. Ego ſcio in quibus cogitationib. fuerim. ſi in maius periculū filius meus veniſſet, nō expectaſſem vos vt perirem. Nondum de aduerſis loquor. hæc ipſa me ad mortem ducunt, quæ ex voto contigerunt. Veniamus nunc ad querelas. Infelix ſum. peregre proficiſci volui, in latrones incidi: viuere me miror. acceſſit dolor, à filio meo deductus ſum. Non queror de ipſo i o r nis mihi ratio aduerſus fortunam eſt. Interuenerunt latrones. non ſtetit mecum filius, cum pro me pugnarem. fecit aliquid & ipſe ſcelerate: ſolus reuerſus ſum, tanquam ſcirem filium ſaluum eſſe. Inſecuta eſt alia fortuna, vxorem adulteram inueni. Quid accidere grauius huic ætati potuit? velut exprobrare mihi viſa eſt fortuna, quare vxorem poſt iuuenem filium duxiſſem. Ex eo quod deprehendi illud quoque colligo, diu adulteram fuiſſe. Paulo ante profectus eram. ſtatim in cubiculo adulter, tanquam ſciret me non reuerſurum Quantum hinc cœperim dolorem. deprehendi quod ipſos adulteros puderet, tenebris abſconderunt tanquam nefas. Non eſt hoc ad mortem ſatis? adeo me laboraſſe iudicio, vt neſcirem quam ducerem? adeo me neſciſſe quid in domo mea ageretur, vt non fuerim deprehenſurus niſi fugiſſem? Deſtituit me fides illa, quam ſperaueram fore ſolatium ſenectutis demens ego, cum talem haberem vxorem peregre profectus ſum. Abducebam mecum etiam filium. Mori volo quia vxorem meam occidi, qualemcunque licuit: ſcio. Sed non ſemper ad animum pertinent iura. Occidere adulteros lex permittit. Ego mihi ſic iraſcor, tanquam nefas fecerim: aut ſi quid in hac parte conſolari vultis, mori volo, quod adulterum non occidi. Hoc tantum me dicere putatis, quod me non vindicaui, quod

neſcio

neſcio quis fuerit:& forte perſtet hic mecum, & quod has manus euaſerit, gratuletur quod non occidi, vulneraui. ita ille & ſaluus eſt, & beneficio meo viuet. Pœnitet quod non ab adultero cœpi: circa vxorem moratus ſum, tanquam illa plus ſceleris feciſſet. interim fugit ille iuuenis & velox. Mori volo quod adulterum non inuenio. vnde venit? quis hominum fuit? non inueniri in ciuitate hominem vulneratum? quos ego non domi medicos adhibui? omnes illos interrogaui. num quis alius? nemo erat, niſi quem latrones vulnerauerunt. Et nunc ille me deridet vbicunque, & fortaſſe iam ſanus eſt. Mori volo. ſatis iuſta moriendi cauſa erat, ſi calamitas mea hactenus ſteriſſet. Accedit huc, quod fortuna noſtra dedit malis ſuſpicionem. Nihil eſt hoc loco, fili, quod me ſuſpicari putes. Non habebam cauſam parcendi homo periturus. Ego te vero innocentem puto: ac ſi hoc non credis, curaui, ſanaui: alioqui te & hodie occidiſſem. Conſtat tibi innocentia: ſed nunquam poteſt conſtare ſibi fama. vis ſcire quæ inimici noſtri loquantur? Ira*actus me in latrones incidiſſe. ſolet fieri, ſummum eſt. Sequens ſcio: ſed nemo de hoc loqueretur, ſi vxorem non deprehendiſſem. Mirantur quod patrem in illo periculo reliquiſti. ego te puto feciſſe ſapienter: & ſi crimen eſt iſtud, vtrique commune eſt: nam & ego fugi: non eramus pares. quid attinebat periclitari? vtrumque noſtrum feciſſe ſummo conſilio puto. In latrones incidimus. & receſſimus, fugimus. nemo perſequutus eſt. Quid ergo eſt? ego gaudeo qui non potui aliud maius beneficium dare, quam vt ſaluus eſſes. Sunt qui te putent pro me pugnare debuiſſe. Querebar paulo ante de infirmitate corporis: mihi ne mentem quidem ſatis conſtare credo. Cum conueniſſem, vxorem adulteram occidiſſem, poſtea in domo viderem vulneratum, interrogaui quis te vulneraſſet. Sed dignus ſum morte. infamaui te adulterio. in latrones incideramus. Ego te interrogaui quis vulneraſſet: non, fili, maligne: ſed quo modo excidunt multa his qui expauerunt. percuſſus illo metu ignoraui quid facerem. Mali iſtud aliter accipiunt. Iraſcor manibus meis quod adulterum tantum vulnerauerim: nulla ad te pertineret infamia, ſi occidiſſem: Nunc congruere hæc inter ſe videntur, falſo quidem videntur tamen. ego neſcio quem vulneraui: tu vulneratus es. Non prodeſt nobis quod nouerca eſt. Hominum iniquitatem ne odio quidem defendimus. Ego te nunc ſi non curaſſem, viderer filium occidiſſe.

Hanc

Hanc ego infamiam ferre non poſſum: tua aliqua ratio eſt: tibi longa vita ſupereſt. poteris approbare innocentiam, cum duxeris vxorem, cum fidem illi maritalem præſtiteris, cum totius te vitæ grauitas reſoluet. Ego enim ſi nolo mori, moriar antequam adulterum inueniam. Vis adiiciam ad hoc cauſas moriendi? iraſ. or tibi neſcio quem illum inuenire non potes. Debet iſtud ignoſci meæ tenectuti: tu nec quæſiiſti.

CCCXXXVI. *Ager communis, & noua tabula.*

Pactus cum fratre maiore vt agrum communem paternum ille ſuſciperet, & omni æri alieno ſatisfaceret: tabularum nouarum lege lata partem agri petit ille C. D.

DECLAMATIO.

AGER, quem communem nobis eſſe dico, patris noſtri fuit. I duos liberos reliquit. æquum vtrique ius, eadem vtrique onera æris alieni: m hi (vt nunc eſt) nihil. Ceſſiſti, inquit, mihi. Si hoc ſine vlla conuentione feciſſem ſi nulla opponi huic tuæ voci poſſet exceptio dicerem: Circunſcripſiſti fratrem, nec difficile fuit, minor eram. Quod ſi nulla vi coactus, nullis inſidiis, quod nobis ſolum pater reliquerat, tibi vni conceſſi, debes referre animi gratiam, vt hoc fratri benedicereturi: ſed quatenus exuis communi iſtud, & nos ad ius ſolum vocas, ſub conditione ceſſi ſic enim tanquã alieni loquamur. Sati vo e mea ſit æquum conuentione pactorum. Quod qual fuit? vt agrum poſſideres. Ita, vt opinor, vt æs alienum quod patris tui fuit, ſolueres. Nullã igitur huius agri habuiſti adhuc propriam poſſeſſionem Quia quæcunque ſub conditione traduntur, ita demum fieri poſſunt propria ac peculiaria, ſi conditio conſummata eſt. Fuit igitur vſque ad tabulas nouas communis nobis ager. Et vt facilius appareat, fingamus te æs alienum noluiſſe ſoluere, egiſſe pacti huius pœnitentiam? num dubium eſt quin ego venturus optimo iure in hanc fuerim poſſeſſionem? non quæritur, vt opinor. Nam etiam ſi hoc inter nos conuenerat, vt tu æs alienum patris ſolueres, cogere ego tamen te non poteram. vna ſolutio erat pacti inter nos facti, vt rurſus omnia communia eſſent, id eſt, vt & agrum poſſideremus, & æs alienum duo ſolueremus. Ergo conue-

eſſe illam voluiſti ancillam, cuius non dubium eſt, quin hoc votum tuum fuerit, vt matronam approbaret, vt filiam tuam approbaret? noluiſti eam in libertate eſſe, de qua nihil magis timebas, quam ne illa tibi tanquã ancilla remitteretur? Quanquam etiam ſi remiſſa eſſet, iam tamen tua voluntate in libertate fuiſſet. Sed proceſſit vltra, dicebam, Habitum matronæ te volente ſumpſit: iter tanquam matrona ingreſſa eſt: te volente ad piratas tanquam filia venit tua: te volente approbauit ſe liberam & ingenuam: te etiam volente in matrimonio fuit tanquam libera: heres relicta eſt tanquam libera. Horum omnium cauſa tua voluntate profectum neceſſe eſt, qui voluiſti dimittere, qui voluiſti tanquam liberam dimittere. Hæc dicerem, etiam ſi piratæ tantum vicariam petiiſſent: nunc vero cum adiecerint vt eam vicariam mitteres, quæ in matrimonio archipiratæ eſſet, dubitari non poteſt quin tu eam miſeris tanquam liberam futuram. Hæc quod ad ius, illa quod ad merita. Digna eſt quæ ſit libera. filium tibi reſtituit. Si tantum filii tui precium fuiſſet, videretur tamen bene meruiſſe. Nunc quam multa addit ad fidem? poterat & remanere apud piratas & obligare illos hoc indicii ſui beneficio. Sed non confeſſione tantum effectum eſt, vt filia tua videretur. quemadmodum complexa eſt illa catenatum? quotiens fratrem vocauit? quam veras lacrymas profudit? optime meruerat de te, & hoc ipſo quod reuerſa eſt.

SERMO.

Hic parte quidem ſtringendus erit pudor patris, ſtringendus erit tamen, tanquam cupidi & auari & hereditatem iſtam affectantis: hoc ideo non amare, nec diſtricte. primum quod poteſt hic eſſe dominus illius, ſi ita iudicibus videbitur. deinde quod nobis res cum eo eſt, cui gratias agimus, cuius voluntate dicimus nos in libertate fuiſſe. In ſumma parte aduocationis, aduocamus etiam adoleſcentem illum quaſi aduocatum, qui noſtro beneficio redemptus eſt. Promittit præterea, iſta quæ in hereditate relicta ſunt, illius eſſe. Quam cauſam reuertendi habuit aliam? licuit illi, ignorante eo, in aliqua ciuitate ſubſiſtere.

CCCXLIII.

Circunſcriptor pauperis, diuitis raptoris ſocer.

eſſe præſentis temporis d ſceptationem, vtet mereatur. ſatis enim voluntas defuncti comprehenſa tabulis eſt. I ſt tutus es primo loco hæres. non facio tibi iſtius honoris controuerſiam. Quæritur hodie quid deb as mihi. Si iudicia m ea aduerſus amicum intra legatum ſtetiſſent, l gatum à te peterem. Hæredem omnium bonorum habui hoc vt ſim poſtulo. Vt ſcriptum non eſſet, iud. iniquum erat offerri mihi quantum habeo, tanquam is qui defunctus eſt, ari mihi iuſſerit, quantum ego illi dare poſſem. Ingens autem ho um d ffe entia ſt. id mihi da i iuſſit, quod ego illi meo teſtamento darem N n habet in hoc interpretationem modus. quantum pen at one conſtet, numerari poteſt, & recepit comparationem. Qu d reliquit, quantum fieri poteſt, dari voluit. eadem rei n tura eſt Itaque ſi illi pecuniam teſtamento meo legaſſem, pecuniam peterem. nec ferrem te dantē pro pecunia aliquid quod eſſ t tantundem. Si mancipium rel quiſſem, mancipium deberes nec diceres mihi, Accipe quanto iſtud eſt. Id mihi dari iuſſit quod ego illi darem Quid ego autem dabam illi? hæreditatem. quid peto? hæ d tatem. quid ſ ripſi? bona omnia. quid vindico mihi? bona omnia. Voluit ſimile eſſe iudicium ſuum meo teſtamento: & quodammodo inuenit rationem, qua poſſ t iudicare poſt mortem. Iſtud vero quale ſt quod offers? Reliquit mihi diues amicus paupertatem? Non ſtatim de animo loquar: interim poteſtis ermutata (vt ſic dixerim) translataque inuicem fortuna æſtimare ius. Fingamus enim hoc aliquem pauperem ſcripſiſſe de diuite. Quomodo cauſam expl camus? Alium fecit hæredem, iuſſit am co locupleti tantum dari, quantum ipſe ſibi teſtamento dat t. Sit nuontum tale teſtamentum, quale eſt meum. num ab hærede tantam pecuniam peteret, quantam ipſe poſſideret? Non, vt opinor. nam ne poſſit quidem dari. Sed illud ſuccurrit. Dari tibi iuſſit quod titulo teſtamenti daba : dabas autem hæreditatem. nihil vltra hæreditatem petere debes. Arqui ius idem eſt, verba eadem ſunt: nec cum perſonis lex mutata eſt. Nunc vt animum quoque intueamur teſtantis: hoccine illum voluiſſe exiſtimatis? ideo inquiſiuit meam fidem, ideo vitæ expet mentis credere parum putauit, ideo in ipſum rupit animum, & penitus intuendam omnibus hominibus mentem dedit, vt mihi hoc relinqueret quod habebam? Eſt quare petas teſtam ntum, eſt quare omnem ſpem tibi in poſterum excidas. Sciunt propinqui mei nullū aliū mihi cariorem fuiſſe: ſciunt,

ſciunt, ſi q alii fuerunt amici, totam mentem meam deditam vni fuiſſe. Quid intereſt animi quantum ſit, quod totū eſt? Omniū bonorū heres. quicquid habui, quicquid ieiuaui, quicquid longæ frugalitatis ſuperfuit. Acceſſiſſent huic teſtamēto ſubitæ opes, idem erat. Neque ego nunc diuitias peto: paupertate conſueui, frugaliter viuere ſcio, nulla mihi grauis neceſſitas eſt. Illum illum ſolum amplector omnium bonorū. Si quid inferi ſentiunt, cognoſce animū meum. ſicut voluiſti, tibi vixi, tibi moriturus fui, nulli alii in hoc pectore locus fuit. Hoc te omnium bonorum meorum hæredem inſtituit. Poſt hoc teſtamentum dicat aliquis ſe mereri.

CCCXXXIII. *Pauper impenſis diuitis diſertus.*

PATRONVM OPTARE LICEAT. INGRATI SIT ACTIO. Adoleſcentem diues pauperem impenſis ſuis in Athenas miſit, redit ille diſertus. Detulit diuitem quidam reum proditionis, & optauit patronum pauperem illum, qui diuitis impenſis profecerat. Egit pauper: non tenuit. Accuſatur à diuite ingrati.

SERMO.

Intelligitis huic adoleſcenti cum ſummo reſpectu diuitis agendum ita demum enim videbitur id quod fecit, neceſſitate feciſſe, ſi de illa quereretur. Et in totum hoc ſeruare in omnibus controuerſiis, quæ ingrati lege continentur, debebimus, vt hi qui rei ſunt, in ipſa actione ingrati non ſint. Raro valde interueniunt controuerſia, in quibus hoc quæratur, an is qui ingrati reus eſt, acceperit beneficium. Pleraque (ſicut hæc) diuertunt eo, vt quæſtiones habeant, An quiſquis acceperit beneficium, & non reddiderit, ingratus ſit: an omnia quæcunque exigebantur, præſtare debuerit: an potuerit. Guloſus figurarum ducet has ſpecies, vt hic pauper imputet diuiti, tanquam præuaricatus ſit, Id autem ſi intellexerint iudices, vel propter hoc illum damnabunt, quod præuaricatus: vel propter hoc, quod hodie certe, vbi patronus non optatur, accuſat illum quem vult videri præuaricatione dimiſſum. Ergo quod ad meum conſilium pertinet, hic inuitus egit: ea quæ dicenda accepit, pertulit.

DECLAMATIO.

ESi videlicet, iudices, hoc quoque in poteſtate fortunæ, vt in contrarium bona ipſa conuertat. Maximum me à diuite accepiſſe beneficium, quod mihi conſummare ſtudia contigerat, quis negauerit? cum inter maximorum mihi malorum cauſam hoc ipſum attulit, quod videbar diſertus. Adeo vt ſi mihi exuere hanc partem perſuaſionis liceret, amputare vocem, & velut omnem vſum loquendi perdidiſſe malueram, quam cum homine de me optime merito iam bis conſiſterē: & prioris tamen iudicii manifeſta excuſatio erat, iuſſus loquebar, hodie quem modum teneam actionis, quibus vocibus optime (vt iam ſæpe dixi) de merito ſatisfaciam, reperire non poſſum. Vera ſunt enim illa quæ dixit.

NARRATIO.

Pauper ego natus, & contra facultatum rationem mearum, infelicis huius eloquentiæ ſtudioſus, huius liberalitate, huius opibus peregrina ſtudia, clariſſima exempla, otium quo plurimum ſtudiis confertur, ſum conſecutus: vtinam non vſque ad inuidiam. Nam mihi cogitanti cur integerrimum virum, optimum ciuem, calumniator ille proditionis reum fecerit, nihil ſuccurrit aliud quod ſecutus ſit, quam vt ego agerem. Habebat enim ius orandi patronum, & hanc leges dederant poteſtatem: & forſitan quærebat etiam contra abſolutionem innocentis rei hunc colorem, vt videretur ideo dimiſſus, quia ego egiſſem. Hoc ei certe non contigit. Reum offendi, non me hercule ſuperuacua aſperitate verborum (ab hac ego enim me quatenus fides agendi permiſerat, abſtinuiſſe animum confiteor) ſed perferenda fuerunt mandata falſa. verum criminoſa: conficta, verum inuidiæ tamen plena. Quod ſi quid eſſe in ratione dicendi videtur, ſi quis me infeſtam attuliſſe credit orationem, accedit hoc quoque gloriæ optimi ciuis, quod me accuſante abſolutus eſt. Ingrati reus ſum. De prima parte cauſæ, iudices, non faciam controuerſiam, neque fas eſt. Accepi beneficium quantum maximum dare parentes liberis poſſunt. Non enim ſi fortuna infeliciſſima ad hoc officia ſtudiis meis dedit, non tamen iſta animo præſtantis æſtimanda ſunt. Accepi pecuniam, votum, ſpem futuram in poſteriū vitæ, infeliciter, etiam ſi mihi

ſi mihi hic defendendus fuiſſet. Accepi beneficium, ne illud quidem inficiabor, non reddidi. Non tamen continuo ſequitur, vt ingrati lege teneatur, qui acceptum beneficium nondum penſauerit. alioqui nemo eſt qui non calumniæ genus poſſit incidere. Nam vt huiuſmodi omittam tempora, ſtatim certe vt accepit beneficium, accuſari poteſt: nondum enim reddidit. Quod ſi non continuo ingratus eſt, quia patia non fecit: ſupereſt vt illa nobis intuenda ſint, an omnia præſtari iis qui beneficium dederint, oporteat: an id de quo cognoſcitis, præſtari oportuerit: ac poſtremo, an potuerit. Non omnia eſſe præſtanda etiam parentibus dico: alioqui nihil eſt periculoſius acceptis beneficiis, ſi in omnem nos alligant ſeruitutem. nam etiam ſcelerum, ſi ita videatur his qui nos meritis obligauere, afferunt neceſſitatem. Quapropter illa in confeſſo erunt, neque facturum aliquid aduerſus Rempublicam ex voluntate eius à quo beneficium acceperit, eum qui acceperit: neque impium erga parentes neceſſitate tali futurum, neque inhoneſtum, neque ea quæ fieri non poterunt, præſtaturum. Quod ſi luce ipſa, iudices, clarius eſt, iam intueamur an hoc quod me præſtare debuiſſe dicit, præſtari oportuerit. Fortior ſic ageret. Aduocationem negare contra reum proditionis non debui. Oportebat non deeſſe legibus vocem, oportebat eſſe aliquem qui in ſummis reipublicæ, vt tum videbatur, periculis, excuteret veritatem. Dicebatur proditor aliquis clamabat delator, ſi mihi vox eſſet, ſi quid eloquentiæ natura tribuiſſet, iam vobis oſtendiſſem quæ cum hoſte commercia, quod diſcrimen totius reipublicæ, quam hæc omnia quæ in conſpectu ſunt, in vltimo periculo eſſent. Hiccine eum qui accuſari poſſe videbatur, tacere oporteret? mihi aliter agendum eſt. Ego vtilitatibus publicis contra reſtitiſſem? Ego vere hæc omnia ſupra me maluiſſem, quam tanta merita aſperiore vlla voce violare. ſed neceſſitati quid faciam? Lex optandi patronum ius dabat: me delator optauerat. doce quid faciam. Delator ius habet. contra omnem meam deprecationem publica auctoritas nititur. Conſcientia mehercule facere hoc viderer: actimuiſſe, ne ſi illi cauſæ vox contigiſſet, in medium ſcelera prodirent. Ego vero ſuſcepi cauſam, nec timui ne vincerer. Non igitur obiicere debes mihi, in quod coactus ſum, illa quæ fuerunt in mea poteſtate ſi deprehendiſti, oſtende: ſi vultus infeſtus, ſi vox incitatior, ſi quid vltra neceſſitatem,

neque

neque iſta ego imputo. Non enim poteram, neque erat aduerſus innocentiam tuam ingenio locus. Itaque diſceſſi è iudicio lætior, quam reus ipſe: & velut editis neceſſitate operis, ad gratulationem cucurri. Nec me ei in reliquum eximo tempus, debere confiteor: da quem defendam, da pro quo loquar. Si quid aduerſus illum nocentiſſimum delatorem inuenire poſſumus, impera quod vis: in quantumcunque, tua iſta vox eſt.

CCCXXXIV. *Proditoris accuſator ex defenſore.*

CVM DAMNATO PRODITIONIS PATRONVS EXVLET. Affuit reo proditionis, abſolutus eſt. ille petit ab abſoluto pecuniam quam pactus erat. non dantem detulit reum proditionis, damnauit. Petitur in exilium.

DECLAMATIO.

CVM DAMNATO PRODITIONIS ET PATRONVS EXVLET. Damnatum eſſe proditorem certum eſt, & hunc fuiſſe patronum. quo modo tamen defenditur? quo modo proditorem defendit. hoc ſic perſuaſerat, etiam ante experimentum nullam eſſe ingenio ſuo malam cauſam. Non fui, inquit, patronus eo iudicio, quo damnatus eſt. Si verba legis intueri velimus, nihil hoc ad præſentem cognitionem pertinet. Satis eſt enim probare & illum proditorem, & te patronum fuiſſe quandoque. Sed videamus quid ſecuta ſit lex. Non mehercule tantum putem prouidiſſe legumlatorem, quantum aduerſus te probamus. Patronum enim voluit exulare, non conſcium. Illa prorſus locutus cum aduocatis videtur. Sane ſuſcipitis alias temere cauſas, vbi priuatæ leges erunt, & ad vnius commodum pertinebunt: cum vero de proditione agetur, diligentius intuemini: etiam ſi vobis nihil ipſi confitebuntur, ad hoc, ſi non ſatis momenti publica pericula habent, veſtri reſpectu capitis, inquirite. Hoc igitur quod de lege cautum eſt, proditor aduocatum habuit, licet illi nihil profuerit. Nunc vero quam neceſſarium ex euentu oſtenditur, proditor abſolutus eſt. Has illi artes timuerunt, hanc calliditatem aduocatorem. Conſtituit enim natura arma nequitiæ, per quæ abducantur iudicum animi. Sed ipſo, inquit, iudicio quo damnatus eſt, non fui patronus. Volo interim

ſic

ſic agere,tanquam nullam reipub. iniuriam fecerit. Etiam num hoc ſatis eſt?aduocatus proditoris fuiſti. Fingamus igitur ampliatum fuiſſe iudicium, & tantum primo iudicio patronum illum: nonne damnatio ſequeretur, quod omnino patronus fuiſſet?Non ergo tempus intueri debemus,ſed cauſam,ſi homo idem eſt,ſi crimen idem, ſi lex eadem, putemus ab alio eſſe damnatum. Non enim proderit tibi iſtud quod imputas:tunc enim diceres,ignoraui:& idem me quod iudices fefellit. Nunc proditorem ſciens defendiſti. Nihil dico de aduocatione:teſtem perdidi. Tantane lucri cupiditas?ſic proditores corrumpuntur. ſi proſus homo nocentiſſimus cum aduocato ſuo locutus eſt. Ego quidem prodidi:ſed magnam pecuniam accepi,& tibi iuſti .it. Quæritis, iudices, quantum promiſeri: petenti? non potuit proditor ſoluere. Ergo quantum in iſto eſt,prodi ot viuit; nec viuit tantum, ſed et am inſidiatur, & ad hoc neceſſitate ſoluendi vrgetur. addidiſti homini nocentiſſimo pecuniæ neceſſitatem. Vnde temporum mutata conditio eſt? Pecuniam non accip ebas: ita nunc ille quod punitus eſt,merces huius vindicata eſt. pecuniam non acceperat.

CCCXXXV. *Infamis in nouercam, vulneratus.*

Infamis in nouercam cum patre peregre profectus eſt. cum in latrones incidiſſent,fugerunt. Pater reuerſus adulteros incluſos in cubiculo deprehendit. occidit vxorem: adulterum vulnerauit.is fugit.poſtea vulneratus filius venit. Interrogauit eum pater à quo vulneratus eſſet. ille à latronibus dixit. curauit eum pater,& reddidit cauſas mortis voluntariæ filius. C. D.

DECLAMATIO.

ADVERSVS mala & iniurias fortunæ,& grauem pleriſque vitam, vnum natura remedium inuenerat,mortem, Nec quiſquam poteſt tam crudelis legumlator fuiſſe, qui hominem innocentem vita puniret:cum & hoc ipſum ſit calamitatis genus,mori velle. Neceſſaria tamen veſtra cognitio eſt, vt non quia iſtud liberum eſſe innocentibus non oportet,ſed quia multi ſunt qui ſic conſcientiam emittunt: & ideo adiectum eſt damnum ſepulturæ, ne ſe putent pœnas effugiſſe. Ideo ego hanc vitam olim inuiſam tam diu tuli, donec filius

meus

meus ſanaretur, ne viderer aliqua conſcientia mori velle. Mori volo. nihil me cōmiſiſſe manifeſtum eſt. Et iam ſatis rationem videor reddidiſſe, mori volo ſenex, habet ſuos vita terminos. Dum membra ſufficiunt, dum in officio vires ſunt, quotam quamque partem habeo viuentis. Cum adhuc haberem vxorem, matrimonio inutilis eram, nec mirum ſi quem concupiuit iuniorem: occidere adulterum non potui. Non miraretur me mori velle, ſi quis vidiſſet fugientem. quam tarde feci? feliciſſimus fuiſſem ſi me latrones occidiſſent. Accedit illud, Filium habeo: mori volo dum ſaluus eſt, dum illum relinquere ſuperſtitem poſſum pene illum nuper amiſi. Quid futurum erat ſi non potuiſſem ſana eſſe? Bene dii, quod leuis fuit vulnus, non accidet hoc mihi iterum. Ego ſcio in quibus cogitationib. fuerim. ſi in maius periculū filius meus veniſſet, nō expectaſſem vos vt perirem. Nondum de aduerſis loquor. hæc ipſa me ad mortem ducunt, quæ ex voto contigerunt. Veniamus nunc ad querelas. Infelix ſum. peregre proficiſci volui: in latrones incidi: viuere me miror. acceſſit dolor, à filio meo deductus ſum. Non queror de ipſo: omnis mihi ratio aduerſus fortunam eſt. Interuenerunt latrones. non ſtetit mecum filius, cum pro me pugnarem. fecit aliquid & ipſe ſcelerate: ſolus reuerſus ſum, tanquam ſcirem filium ſaluum eſſe. Inſecuta eſt alia fortuna, vxorem adulteram inueni. Quid accidere grauius huic ætati potuit? velut exprobrare mihi viſa eſt fortuna, quare vxorem poſt iuuenem filium duxiſſem. Ex eo quod deprehendi illud quoque colligo, diu adulteram fuiſſe. Paulo ante profectus eram. ſtarim in cubiculo adulter, tanquam ſciret me non reuerſurum. Quantum hinc cœperim dolorem. deprehendi quod ipſos adulteros puderet, tenebris abſconderunt tanquam nefas. Non eſt hoc ad mortem ſatis? adeo me laboraſſe iudicio, vt neſcirem quam ducerem? adeo me neſciſſe quid in domo mea ageretur, vt non fuerim deprehenſurus niſi fugiſſem? Deſtituit me fides illa, quam ſperaueram fore ſolatium ſenectutis demens ego, cum talem haberem vxorem peregre profectus ſum. Abducebam mecum etiam filium. Mori volo quia vxorem meam occidi. qualemcunque licuit: ſcio. Sed non ſemper ad animum pertinent iura. Occidere adulteros lex permittit. Ego mihi ſic iraſcor, tanquam nefas fecerim: aut ſi quid in hac parte conſolari vultis, mori volo, quod adulterum non occidi. Hoc tantum me dicere putatis, quod me non vindicaui, quod

neſcio

neſcio quis fuerit:& forte perſtet hic mecum,& quod has manus euaſerit, gratuletur quod non occidi, vulnerau. ita ille & ſaluus eſt, & beneficio meo viuet. Pœnitet quod non ab adultero cœpi: circa vxorem moratus ſum, tanquam illa plus ſceleris feciſſet. interim fugit ille iuuenis & velox. Mori volo quod adulterum non inuenio. vnde venit? quis hominum fuit? non inueniri in ciuitate hominem vulneratum? quos ego non domi medicos adhibui? omnes illos interrogaui. num quis alius? nemo erat, niſi quem latrones vulnerauerunt. Et nunc ille me deridet vbicunque, & fortaſſe iam ſanus eſt. Mori volo. ſatis iuſta moriendi cauſa erat, ſi calamitas mea hactenus ſteriſſet. Accedit huc, quod fortuna noſtra dedit malis ſuſpicionem. Nihil eſt hoc loco, fili, quod me ſuſpicari putes. Non habebam cauſam parcendi homo periturus. Ego te vero innocentem puto: ac ſi hoc non credis, curaui, ſanaui: alioqui te & hodie occidiſſem. Conſtat tibi innocentia: ſed nunquam poteſt conſtare ſibi fama. vis ſcire quæ inimici noſtri loquantur? Ira*actus me in latrones incidiſſe, ſolet fieri, ſummum eſt. Sequens ſcio: ſed nemo de hoc loqueretur, ſi vxorem non deprehendiſſem. Mirantur quod patrem in illo periculo reliquiſti. ego te puto feciſſe ſapienter: & ſi crimen eſt iſtud, vtrique commune eſt: nam & ego fugi: non eramus pares. quid attinebat periclitari? vtrumque noſtrum feciſſe ſummo conſilio puto. In latrones incidimus, & receſſimus, fugimus. nemo perſequutus eſt. Quid ergo eſt? ego gaudeo qui non potui aliud maius beneficium dare, quam vt ſaluus eſſes. Sunt qui te putent pro me pugnare debuiſſe. Querebar paulo ante de infirmitate corporis: mihi ne mentem quidem ſatis conſtare credo. Cum conueniſſem, vxorem adulteram occidiſſem, poſtea in domo viderem vulneratum, interrogaui quis te vulneraſſet. Sed dignus ſum morte. infamaui te adulterio. in latrones incideramus. Ego te interrogaui quis vulneraſſet: non, fili, maligne: ſed quo modo excidunt multa his qui expauerunt. percuſſus illo metu ignoraui quid facerem. Mali iſtud aliter accipiunt. Iraſcor manibus meis quod adulterum tantum vulnerauerim: nulla ad te pertineret infamia, ſi occidiſſem. Nunc congruere hæc inter ſe videntur, falſo quidem videntur tamen. ego neſcio quem vulneraui: tu vulneratus es. Non prodeſt nobis quod nouerca eſt. Hominum iniquitatem ne odio quidem defendimus. Ego te nunc ſi non curaſſem, viderer filium occidiſſe.

Hanc

eſſe illam voluiſti ancillam, cuius non dubium eſt, quin hoc votum tuum fuerit, vt matronam approbaret, vt filiam tuam approbaret? noluiſti eam in libertate eſſe, de qua nihil magis timebas, quam ne illa tibi tanquā ancilla remitteretur? Quanquam etiam ſi remiſſa eſſet, iam tamen tua voluntate in libertate fuiſſet. Sed proceſſit vltra. dicebam, Habitum matronæ te volente ſumpſit: iter tanquam matrona ingreſſa eſt: te volente ad piratas tanquam filia venit tua: te volente approbauit ſe liberam & ingenuam: te etiam volente in matrimonio fuit tanquam libera: heres relicta eſt tanquam libera. Horum omnium iusa tua voluntate profectum neceſſe eſt, qui voluiſti dimittere, qui voluiſti tanquam liberam dimittere. Hæc dicerem, etiam ſi piratæ tantum vicariam petiiſſent: nunc vero cum adiecerint vt eam vicariam mitteres, quæ in matrimonio archipiratæ eſſet, dubitari non poteſt quin tu eam miſeris tanquam liberam futuram. Hæc quod ad ius, illa quod ad merita. Digna eſt quæ ſit libera. filium tibi reſtituit. Si tantum filii tui pretium fuiſſet, videretur tamen bene meruiſſe. Nunc quam multa addit ad fidem? poterat & remanere apud piratas & obligare illos hoc indicii ſui beneficio. Sed non confeſſione tantum effectum eſt, vt filia tua videretur. quemadmodum complexa eſt illa catenatum? quotiens fratrem vocauit? quam veras lacrymas profudit? optime meruerat de te, & hoc ipſo quod reuerſa eſt.

SERMO.

Hic parte quidem ſtringendus erit pudor patris, ſtringendus erit tamen, tanquam cupidi & auari & hereditatem iſtam affectantis: hoc ideo non amare, nec diſtricte. primum quod poteſt hic eſſe dominus illius, ſi ita iudicibus videbitur. deinde quod nobis res cum eo eſt, cui gratias agimus, cuius voluntate dicimus nos in libertate fuiſſe. In ſumma parte aduocationis, aduocamus etiam adoleſcentem illum quaſi aduocatum, qui noſtro beneficio redemptus eſt. Promittit præterea, iſta quæ in hereditate relicta ſunt, illius eſſe. Quam cauſam reuertendi habuit aliam? licuit illi, ignorante eo, in aliqua ciuitate ſubſiſtere.

CCCXLIII.

Circunſcriptor pauperis, diuitis raptoris ſocer.

CIRCVNSCRIPTIONIS SIT ACTIO. Pauper & diues eandem puellam petebant in matrimonium. Capta eſt illa quæ petebatur: poſuit conditionem petitoribus pater, eius eſſet qui redemiſſet. pauper profectus eſt, & redemit virginem. Rapuit illam competitor diues. educta ad magiſtratus nuptias optauit. Circunſcriptionis accuſatur pater à paupere.

SERMO.

Non tantum nobis in hoc laborandum eſt, vt circunſcriptus ſit adoleſcens: quantum in illo, vt circunſcriptus ſit à patre. Eſſe enim iuſtam querelam eius qui redemit & reduxit, cum præſertim ſub pacto redemerit, manifeſtum eſt. Eximitur ex parte diuerſa rei perſona. Quod factum eſt ne duceret ille, non pater fecit. Rapuit diues, optauit puella, pater tantum promiſit. Quomodo ergo fiet vt hic circunſcripſerit, ſi probat omnia facta huius voluntate? alioqui niſi hoc obtinuerimus, fruſtra plorabimus apud iud.

DECLAMATIO.

Circunſcriptum eſſe me probare prius volo, quam ab iſto circunſcriptum. Pactus ſum: hoc pactum non ſeruatur, nec poteſt repeti. Pecuniam impendi ſub pacto, neque pecuniam repetere poſſum: neque id propter, quod impendi, habeo: nauigaui, laboraui. Sic interim loquor, Quoniã promittebatur aliquid, hoc quod promiſſum erat, præſtari non poteſt: circunſcriptio eſt. Hactenus cauſa fundamenta cœpiſſet: ſequentia illa ſunt, vt probem me & ab hoc circunſcriptum eſſe, & indigniſſime circunſcriptum. Animaduertitis, iudices, fiduciam circunſcriptoris. Alius rapuit, alia optauit: ideo circunſcriptio eſt. Neque enim vnquam decurritur ad hanc legem, niſi cum rectum ius nequitia excluſum eſt. Si non alius rapuiſſet, ex pacto reprehenderem: ſed nihil hæc cauillatio proderit tibi, qua crimen in generum & in filiam transfers. Nam ſi apparuerit iudicibus, omnia te volente facta eſſe, qui promiſiſti: manifeſtum erit à te eſſe circunſcriptum eum, qui tibi credidit. Igitur ab initio propenſiorem te fuiſſe diuiti, non ſuſpicionibus probo, non eo quod credibile eſt. Capta filia tua, quam poſuiſti conditionem? eius futuram redemiſſet. id elegiſti diſcrimen inter duos petitores, quod facilius poſſet præſtare diues. Deceptus es, in hoc ergo redemi ego, reduxi. Quo alio modo efficere potuiſti, ne mihi nuberet, niſi hoc? Dico ergo tua voluntate factum eſſe, vt filia tua raperetur. hoc quibus colligo? Rapuis

puit eam qui non amabat. Petierit ſane. non redemit: ſub conditione hac non redemit. Cur diutius moror, mihi ceſſit. Non eſt ergo quod illum cupiditate impulſum putes: carere illa poterat. adiicio non fuiſſe illum rapturum, niſi ſecurum. Nihil loquor de patria ſeueritate, nihil de lege quæ pro pudicitia minatur, quæ mortem denuntiat. Ille rapuiſſet puellam alii deſtinatam, alii pactam, niſi fiducia tui? non eſt credibile. Sed ne illud quidem credibile eſt; filiam nuptias optaturam fuiſſe, niſi te volente. Primum, quod in nulla virgine tantum audaciæ, tantum confidentiæ eſt, vt apud magiſtratum; & de re ſumma audeat optare inconſulto patre: & illa vtique non feciſſet. & nouercam puellam, & propius in itinere cognoui. Adiice, quod nunquam tam ingrata fuiſſet puella, vt nuptias optaret eius à quo non erat redempta, relinqueret eius cui debebat libertatem, cui ſalutem. Hoc dico; Præ et illum iniuriæ dolorem, cum id perpeſſa eſſet in ciuitate, quod non inter latrones, non inter barbaros illos: non eſt (vt dixi) credibile, vt aut rapuerit ille ſine fiducia tua, qui non amabat, qui plurimum timere debuerat; aut hæc optauerit ſine auctoritate tua & puella, & contra eum, qui de illa optime merebatur, & pro eo à quo & contempta erat, & rapta. Exiſtimo animum tuum fuiſſe manifeſtum: qui ſi apparet, à te circunſcriptus ſum. Iam venimus ad illam tertiã partẽ cauſę noſtræ, in qua oſtendam vobis, quã inique ſim circumſcript⁹. Nuptias filiæ tuæ pactus ſum. Non dico qua mercede pactus ſum Fides ſupremũ rerum humanarum vinculũ eſt: ſacra laus fidei inter hoſtes, ſacra (quod nuper comperi) inter piratas: tãtæ etiam apud malos auctoritatis, vt cum tradere mihi filiam tuam nolles, negare aperte nõ ſuſtinueris. Et qua mercede pactus eram? vt redimerem. non dico à quibus: nondum dico, quo periculo. Scilicet male tecum agebatur, ſi cui cœperat pl⁹ debere, quam tibi. In ſumma qualis ſit iſta conditio, ſic æſtimandum eſt, Tu poſuiſti. Hoc ad meritum pertinet: illud ad pericula. Nauigaui ad piratas, in quos incidere miſerrimum eſt. quæſiui omnes ſcopulos, ſcrutatus ſum, omnia littora excuſſi. Accedit aliquid ponderis huic merito meo: Pauper hoc feci: rem diuiti grauem, mihi neceſſariam. Et quare negata eſt? vt collocaretur ei qui non redemerat, qui contempſerat, qui piratis reliquerat? Tantumne pecunia valet? tantum ille fulgor diuitiarũ contra veritatẽ poteſt? nunc ille

melior. Non tamen ego feci. Quaſi circunſcriptio in hoc ſit ſolo, quod non acta perteſtem: eſt in illo quod promiſiſti, eſt in illo quod me donec ille raperet diſtuliſti. Non eſt hoc gen' cauſæ, in quo omnia crimina transferre poſſis. Initium a te eſt promiſiſti. Si non erat in tua poteſtate, ſtatim circumſcripſiſti. Scilicet ego ſtultus qui virginem reduxi, qui tantam curam egi verecundiæ, vt optare poſſem. Non in totum iactabo vobis, iudices, continentiam meam. Sine dubio proferre volui ad patrem integrum munus, nec corrumpere quod præſtarem. Aliquid tamen fecerunt & mores puellæ: ſeueram videbam & aſperam, ne me quidem tuliſſet.

CCCXLIV.

Redempta meretrix à diuite pauperis filio.

Inscripti maleficii sit actio. Pauperis & diuitis filii eandem meretricem amabant. Leno conditionem poſuit, ei traditurum ſe eſſe meretricem, qui pretium prior attuliſſet. Pauperis filium in ſolitudine diues flentem ſtricto gladio inuenit. Interrogauit cauſam: ille dixit ſe mori velle ob amorem meretricis. Pretium ei donauit. redemit adoleſcens meretricem. Agit pauper cum diuite Inſcripti maleficii.

SERMO.

De parte legis inter vtrunq; litigatorem confeſſum eſt.

DECLAMATIO.

INSCRIPTVM eſſe id quod obiicio non negatur. Qua lege comprehendi potuit hoc nocendi genus, quod rem grauiſſimam fecit ſpecie liberalitatis? Omnia igitur iſta quæcunque ex aduerſo dicuntur, Donaui enim pecuniam, & ſeruaui: &, quo iure prohibetur, eo pertinent, vt appareat inſcriptum eſſe quod obiicio. hac parte finita & conſtituta, tranſeamus ad eam quæ reliqua eſt, & oſtendam eſſe maleficium. Nihil dum de animo diuitis loquor, nondum prodo cauſas propter quas fecit. Solum fuiſſe filium meum credite amatorem meretricis. huic redemptam eſſe meretricem, dico hoc eſſe maleficium, & quidem omnium maleficiorum grauiſſimum. Leuia ſunt illa quæ patrimonium populantur; leuia etiam quæ aduerſus corpus excogitantur: Hoc non eſt legis viribus vindicandum, q; ſæuit aduerſus animum. Vtrum igitur dicis non eſſe deforme, non eſſe inutile meretricem domi habere? an eum qui rem deformem atque inutilem effecerit, non eſſe male-

maleficii lege comprehenſum? Cuicunque mortalium graue erat, domi habere meretricem. Hoc nomen ſuo loco tantum fortaſſe deforme eſt: tranſlatum in domum, etiam periculoſum. Dicam nunc ergo hic interceptam ſpem nepotum, inquinatam filii mei famem, futurorum quoque annorum ſpē eſſe ſublatam. Hoc igitur qui fecit, non poteſt non admiſiſſe maleficium. Sed periturus, inquit, erat, niſi id feciſſem. Scio quæ partes fuerint ſeuerioris patris: diceret ille, Mallem: leuior ad me dolor perueniſſet ex morte. Infelices quidem qui liberos ſuos ad rogum deflent. Summum orbitatis eſt malum, deſiderare. hoc vero intolerabile eſt, lugere viuentem: quotiens occurrit flere: plenas quaſdam ducere exequias dignitatis. Ego ſane hanc tibi remiſerim partem, qua colligis moriturum fuiſſe. Vtrum amore periiſſet, non diu diſputabo. Viuunt qui amauerunt. ita ne? quid minus rationis haber, quam vt is mori velit, qui habet propter quod viuat? Stricto tamen gladio in ſecreto deprehendi. Iam mihi narras moras. ipſum illud ſecretum quærere, & putare intereſſe vbi pereat, non eſt ardentis in mortem impetus. Non fiunt iſta niſi ſubito: nec quiſquam (præſertim nulla graui præcedente cauſa) ſpiritum ratione depoſuit. Et ſtricto tamen gladio, & in ſecreto, quid facientem vidiſti? aptantem iam iugulo mucronem? iam incumbentem? iam pene admotam vſque ad ſanguinem manum? nihil horum. Flentem, inquit, mirabar. Minus fuiſſe periculum crederem, ſi fleret antequam ſtringere gladium cœpiſſet. Non eſt igitur quod dicas te feciſſe cauſa mea, quod ego non feciſſem. Etiam hoc iudici ſatis erat, niſi & inſcriptum & maleficium eſt. Quæcumque à te mente factum eſt, ego læſus ſum. etiam non vindicta dolori meo debereturꝰ. debeatur tamen ſolatium. Videamus tamen & quare fiat iſta res. Eandem meretricem amauerunt duo iuuenes filii noſtri. Quærebatur vtrius eſſet. Volo te conſulere, an cum ſcieris pecuniam filio tuo dederis? volo ſcire, an cum vidiſſes filium meum (vt putas) mori volentem, tale aliquid de tuo timueris? Filius meus propter amorem dicit ſe mori velle: amat & tuus, hic deprehendam patrem. Tu ſi periculum mortis putaſſes, tum vero ad filium tuum cucurriſſes. Quæ fuit ergo ratio? non tu filium meum ſeruaſti, ſed tuum emendaſti. Vna erat ratio, credo, illius ab eo quo flagrabat, impetu, ſi amor transferretur: ſi poteſtas illius defor-

mitatis adimeretur. Viuit itaque filius tuus, & honeſte viuit, etiam ſine fabula viuit. At tu mihi nurum meretricem dediſti, tu domum meam lupanar feciſti & ne parum ſit has iniurias intuliſſe, etiamnum vis affirmare iudicibus, filium meum niſi redempta meretrice, non fuiſſe victurum.

CCCXLV. *Pauper ad tyrannicidium mercede conductus.*

TYRANNICIDA OPTET QVOD VOLET. Diues adoleſcenti pauperi dedit pecuniam, vt tyrannum occideret: & occidit. de præmio ambigunt.

SERMO.

Duo efficienda ſunt diuiti, vt ſit tyrannicida, vt dignior ſit præmio. Vt tyrannicida ſit, non poteſt aliter efficere, quam ſi κατὰ συναθροισμὸν dignum ſe præmio probauerit, & pro eo ſit, ac ſi occiderit.

DECLAMATIO.

QVOD primum dici oportet pro eo qui præmium petit, Occidit tyrannum: num dubitari poteſt? num de hoc controuerſiam vllam ſaltem aduerſarius mouet? Viderimus ergo quæ ſit comparatio vtriuſque meritorum: interim etiamſi maiora ſunt diuitis, alia ſunt. Sit ille optimus ciuis, ſit egregie de Rep. meritus, hic tyrannicida eſt. Hodie porro de eo præmio contendimus, quod lex tyrannicidæ conſtituit. Iſti fortaſſe quod fecit, profuturum ſit cum petet magiſtratum. interim vos ad hoc ius, ad hanc legem conſediſtis: interim Rempub. hic pro quo loquor verbis legis appellat. & mihi ſatis erat hoc apud vos approbaſſe, ſi tantum de eo quæreretur, an accipere hunc oporteat. Sed quatenus in hanc contentionem deſcendimus; videamus quo modo ſe tyrannicidam efficiat aduerſarius noſter. De libertate patriæ cogitauit, nondum tyrannicidium eſt. Hortatus eſt aliquem, pecuniam dedit, omnia fecit vt hic tyrannicidium faceret. Simile eſſe hoc tyrannicidio vt confitear, hoc ipſo tamen apparet aliud eſſe, quod ſimile eſt. Quis autem vobis permittit inclinare leges, & iura transferre? Conſtituta ſunt ſemel, finita ſunt ſuis finibus, ſuis verbis continentur. Et fortaſſe cunque tolerabile eſſet, quæri, an pro tyrannicidio habere deberetis voluntatem, ſi tyrannicida non eſſet. Nunc vt ſit

istud

iſtud tyrannicidio ſimile, ipſi tamen præferri non poteſt, cui ſimile eſt. Ergo lex nobis dat præmium, tibi non dat. Quod ad religionem iudicum pertinet, hactenus cauſa eſt, finis ſatis eſt. Sed quare non iam etiam pactioni eius reſpondeamus? Cũ illa quidem, iudices, prima confeſſione eſſe iuſtum bonæ voluntatis fatemur, cupidum libertatis concedimus: dum & ille fateatur, eſſe ſe parum fortem, fortaſſe vitio infirmitatis, vel naturali, vel quod ipſæ per ſe ſolent afferre diuitiæ, ſimus voluntate contenti: non exigamus ab eo quantum non poteſt, vt ſciatis hanc eſſe inter duos differentiam, vt quicquid ille voluit, hic fecerit. Volo enim tecum loqui. Quid ad hanc legem tu conſcriptam audacter venis? tyrannicidium tuum non dico: approba, oſtende quid feciſti. Pecuniam, inquit, dedi. Ita iud. iſta lex emi poteſt? ad ſummum in Republica noſtra honorem, non animus, non virtus, non manus mittit, ſed arca & diſpenſator. Bene hercule negotiaris. ſed excogitaſti non mediocre, non dico famæ atque opinionis, ſed patrimonii etiam tui, cum alioqui abundaret, compendium. Dic, dic quanti emeris quid velis. Tu mihi dicis, Pecuniam dedi: & ex otioſa iacente patrimonii parte, aliquid numeraui: cum ego dicam, Arcem conſcendi, ſatellites ſtraui, nefarium corpus repetitis ictibus trucidaui. Pecuniam dedi. de tyrannicidio loquutus ſum. Rem feceras periculoſiſſimam niſi in tyrannicidem incidiſſes. Satis ſit vobis, ô diuites hoc veſtras præſtare fortunas, quod per diſpenſatores fœneratis: quod familiam per procuratores continetis, quod pleraque poſſidetis abſentes, quod ignorantibus vobis & quieſcentibus, ſi quis eſt tantæ felicitatis labor, per alienas manus tranſit. coniungat iſtud deliciis veſtris, contingat abundantiſſimæ plerunque luxuriæ: non dabitis tyrannicidiis cognitorem, nec ad vos alienis periculis veniet fama virtutis. Velim narres iudicibus audiente populo, quem ſermonem cum adhuc adoleſcente habueris, qua exhortatione ſit vſus Premitur tyrannide ciuitas noſtra: quotidie grauia atque indigna patimur: opus eſt aliquo viro forte, opus eſt aliquo bono ciue, opus eſt liberatore tantorum malorum. Si te hæc cum maxime dicentem interrogem, cur non ipſe facias: reſpondebis profecto, Non poſſum, non is animus mihi, non id virium eſt: & adiicies, Tu potes. Verum non contentus ſibi acquiſiſſe gloriam, etiam nobis detrahere conatur. Negas enim hunc iuuenem ad tyrannicidium fuiſſe venturum, niſi pe-

pecunia conductus eſſet. O quantum erras, diues, ac falleris, qui putas virtutem poſſe conduci, & animum pecunia fieri. In omnia enim ſane lucro trahamur: ducat nos ſpes ad laborem, ducat ad patientiam. Nemo futuri temporis cogitatione periculum ſubit. Iturus aliquis in id diſcrimen, ex quo euaſurum ſe non ſperet, pecuniam ſpectauit? ſcilicet vt locupletior periret: vt ſi deſtitutum in illis cogitationibus manerent tormenta, ſi tyranni ita, haberet illud intra conſcientiam ſuam, accepiſſe ſe pecuniam, & paulo ante grauem argento manum fuiſſe. Ante igitur hæ verſabantur in animo huius cogitationes: ante iſtud, quod tu effeciſſe pecuniam putas, fecerat Reſpublica, fecerat indignatio, fecerit ingenita virtus. Nec tu niſi hoc intellexiſſes, auſus eſſes loqui, aut committere tam periculoſum alieno ſecretum. Videras vultum, audieras, cum raperetur aliqua virgo, ingemiſcentem. Verum tamen cur non reponamus hanc contumeliam? non pro Republica dediſti. Scimus tyrannidem præcipue ad diuites pertinere, illa, quam dederas, pecunia redimebas fortunas, pecunias tuas, imo ſalutem. Quandoquidem plerumque perire vobis in lucrum crudelitatis alienæ, neceſſe eſt. Habes igitur ſatis magna iſtius liberalitatis tuæ pretia. Securus es. nunc dominus: nunc diues: deſiiſti fortunam tuam timere. deſiiſti odiſſe, quicquid iactas. Ego tamen, inquit, dedi quod eſſet pro præmio. Ideo ergo exigis, vt Reſpublica non reddat? & ſi quid tu priuatus liberaliter feciſti, vniuerſam ciuitatem vis facere ſordide? Quanquam ne remittis quidem iſtud Reipubl. ſed in te transfers: vt ne voluntati quidem tuæ obligati ſimus, ſi pecuniam ideo dediſti, vt præmium acciperes. Hic porro ſi quid auare, ſi quid cupide feciſſet: tua potius pecunia quam ipſa lege ad tyrannicidium conduceretur. Tu illi dicis, Accipe pecuniam: Reſpub. dicit, Opta quod voles. Vt auarus ſit & cupidus, vtrum plus eſt? Verum hic ſe affirmat, ne præmia quidem iſta ſpectaſſe cum faceret. Oblitus ſum, inquit, ante omnia ſalutis meæ: commodum ciuitatis, vniuerſorumque ſpectaui, tum (ſi quid ad me proprie pertinebat) famam, iturumque in poſterum gloriam huius, quæ ſubinde obiicitur, paupertatis. ſiquidem facilius virtutem aluit.

CCCXLVI. *Tutor filij ſui in adoptionem dati.*

ADVERSVS PATREM NE QVA SIT ACTIO, NISI DEMENTIÆ. Quidam dedit filiam in adoptionem: moriens ille, inſti-

inſtituit patrem eius naturalem tutorem. ille tutelam geſſit: rationes reddidit. Accuſare ille vult patrem tutelæ male geſtæ. Præſcribit ille, quod actio non ſit aduerſus patrem, niſi Dementiæ.

SERMO.

Natura rei fortaſſe hoc fecerat, vt hic pater, quem filius reum vult facere, iraſcatur, atque eo magis iraſcatur, quod de filio bene meruit, non tantum generando, ſed etiam dando in adoptionem. Sed non ſemper ſequendi ſunt affectus, & plerunque conſilium his præponendum eſt. Hic enim pater & ſi reuera iraſcitur, diſſimulare hoc debet: & agere mitem & indulgentem. Nam cum præſcribat hoc, adprobare debet iudicibus, iccirco præſcribere ſe, ne cum filio grauius contendat: alioqui ſi hac cauſa præſcribendi non eſt, ſuperſit vt diffidentia videatur incluſa.

DECLAMATIO.

CVM PATRE ACTIO NE QVA SIT, NISI DEMENTIÆ. Alio crimine me reum fieri manifeſtum eſt. Nemo dubitabit quin id hac lege non liceat, ſi ego pater ſum. atqui ne de eo quidem dubitari poterit, quin pater ſim. An hoc negas, me eſſe qui genuerim, qui educauerim? & (vt aliquod argumentum ex eo ipſo quod contra me ponitur, ducam) me eſſe qui dederim in adoptionem? Si hæc parum firma ſunt, leges teſtamentum, quo tutorem accepiſti patrem tibi tutorem dedit. At enim dando in adoptionem, ius omne translatum eſt.

CCCXLVII. *Abſente marito rumor & nuptiæ.*

ADVLTERVM CVM ADVLTERA LICEAT OCCIDERE. Vxor peregrinantis mariti mortem rumore cognouit. Heres inuenta, nupſit adoleſcenti cuidam, & domum in dotem dedit. Superuenit maritus nocte: vtrunque occidit. Reus eſt cædis.

DECLAMATIO.

ADVLTEROS fuiſſe in matrimonio conſtat. nemo negat. Matrimonium duobus generibus ſoluitur, aut repudio, aut morte alterius. Neque repudiaui, & certe viuo. Sed rumor de morte venit: hæc ſtatim nupſit alii marito. Quid eſt hoc

 aliud,

aliud, quam improbius adulterium? Meæ igitur nuptiæ manſeruant, illæ non fuere legitimæ. Legitimum porro matrimonium, niſi ſoluto priore, eſſe non poteſt An opinione contenti ſumus? Iſtò genere etiam ſi cædis abſoluar, omnibus tamen periclitor bonis. quippe teſtamentum meum lectum eſt, & vxor omnium bonorum heres inuenta eſt. Et ego ſcilicet teſtamento meo exheredatus? Quod ſi ius domini poſt hanc opinionem retinui, retinui etiam mariti, mihi ad defenſionem hoc ſatis eſt, licuit, Poſſitis occiſorum fortaſſe miſereri, quod decepti ſunt, quod illos ſpes ſua fefellit Adulteri tamen fuerunt, etiam ſi ignorauerunt. An ego ſi ignoraſſem quod liceret, non occidiſſem? vtrum domum meam non fui intraturus? an me in alium cubiculũ, iuxta adulteros meos collocaturus? an cum veniſſem in cubiculum, & iacentem cum adultero vxorem meam deprehendiſſem, excitaturus tantum, quid deinde recepturus ne, an ceſſurus? Si talem habiturus eram animum, dii, gratias ago quod noctu veni. Vos profecto, dii coniugales, hanc illi mentem dediſtis, vt domum in dotem daret, vt eadem familia excubaret: vt is ianitor eſſet, qui me admitteret; vt reuerſus denique nihil noui inuenirem, præter adulteros. Ergo vxor ſic à me amata, teſtamento relicta heres, audita morte mariti, non inquiſiuit vbi periiſſem: non aliquos certiores nuntios, non reuerſuros à ſupremis officiis ſeruulos expectauit: ſed feſtinato quoque nupſit, & in nouæ libidinis amorem, mea iudicia protinus tranſtulit. in eadem domo, in eodem cubiculo, in eodem lecto? adeo mariti prioris etiam memoria abierat. Deſii iſta mirari, cum adulterum vidi iuuenem, propter quem tamdiu vidua eſſe non poſſet, quam diu peregrinari poteram ego qui vxorem ſic amaui. Temere profecto, temere in longius ituri iter coniuges noſtras domi relinquimus, ſubito abſentium obliuiſcuntur, & pene cum ipſis toris vxorum pectora refrigeſcunt. Miror nunc ego vnde rumor, quæ tam maligno mendacio cauſa, cui fingere iſtud expedierit? Ille profecto in cauſa fuit iuuenis, qui ad domum meam inductus eſt: quæſitus eſt locus, Iam vero bonorum meorum dira populatio, ſicut notiſſimo Græciæ duci Vlyſſi, qui felicior tamen, ſolam in adulteris vltus eſt gulæ voluptatem, Scio, iudices, quam difficile ſit alienorum malorum imaginem capere; ſit tamen, quantum cogitatione permittitur, vnuſquiſque ſe illo loco ponat: ac primum illa quæ intra animum meum voluo, mente concipiat; cum reuerterer ex per-

egrina-

egeinatione longa, quam mihi attulerit cogitationem primus aſpectus.

CCCXLVIII. *Cum proditoribus carcer incenſus.*

IMPERATOR IN BELLO SVMMAM HABEAT POTESTATEM. Imperator proditionis ſuſpectos in carcerem coniecit. ex transfuga comperit eadem nocte finitum iri proditionem. Incendit carcerem, perierunt illi qui erant in carcere. hoſtes receſſerunt. Accuſatur quod de indemnatis ſumpſerit ſupplicium.

DECLAMATIO.

SI ratione defendi non poſſem, iure defenderer. IMPERATOR IN BELLO SVMMAM HABEAT POTESTATEM. Id quod obiicitis (vt nondum obiiciam) propter bellum factum eſt, in bello factum eſt. Vſus ſum igitur lege: viderimus quam vtiliter conſtituta, & neceſſaria quoque Imperator in bello ſummam habeo poteſtatem. Ante omnia non id tempus, quo iudicia exerceri, quo leges retinere vim ſuam poſſint, iſta pax ſpectat, & diligentiorem rerum inquiſitionē ſecuritas habet. non vacat in bello curam agere ſingulorum. Ad hanc rationē accedit illud quoque, quod adminiſtrare non poteſt bellum, niſi tantam poteſtatem habuerit imperator, tot millia conſeriptorum militū in aciem educere: adſignare loca interim periculoſa, tuendos ciues, expugnanda hoſtium caſtella: non poteſt ſola ratio, opus eſt & metu. Quid ſi pleraque accidunt, in quibus præſenti pœna caſtigare neceſſe eſt eos, qui peccauerunt? Ad hæc igitur omnia prouiſum atq; prolatum eſt, vt imperator ſummam poteſtatem haberet. Quid tamen à nobis exigi oportet? bonam, bonam voluntatem. Errauerim ſane ſi id ſatis probationi exiſtimaui, ſi hoc ad vtilitatem ciuitatis pertinere credidi. Quis damnauerit eum, qui duabus potentiſſimis rebus defenditur, iure & mente? quid ſi etiam ratio hoc faciendi fuit? Forſitan & lente & nimium periculoſe fecerim, quod ſuſpectos proditionis, tantum in carcerem duci iuſſi. Nihil egeram, non ſatis ciuitati proſpexeram. hoſtis idem ſperauit: tamen hoc ne ab accuſatore quidem reprehenditur. Iam igitur de his qui in carcerem duci debuerunt, leuius eſt ſupplicium, quacunque ratione ſumptum eſt. Nunc quare ſumptum? Proditionis finis atque effectus, omnis, in

proxi-

proximam nobis noctē denunçiabatur. puta falſum: quis non ignoſcit rem tantam timenti? Non enim diſcrimen paucorum capitum agebatur. An aliquid eſſet hæc ciuitas, an templa, an vetuſtiſſimæ veſtigium ſaltem vrbis relinqueretur, an liberi veſtri coniugeſque traditam à maioribus per manus in hoc vſque tempus libertatem ſemel perderent? Pro his animaduertere in paucos indignum eſt? & exercitus partem dicimus, & in aciem ductis militibus, certe innocentibus*, multum contigiſſe imper. videretur, etiam ſi non in cruentam victoriam ſerat. Pro hac ſecuritate ſi perierunt aliqui (vt parciſſime dicā) non ignoſcerem? Equidem intelligo hanc eſſe conditionem omnium, qui adminiſtrationem Reipubl. aggrediuntur, vt ea quæ maxime pertinent ad ſalutem communem, cum quadam ſua inuidia efficere cogantur. Quanta vi aduerſus me inimici conſurrexiſſent, ſi iſtud ſine cauſa feciſſem? Quid ſi proditores fuiſſe manifeſtum eſt? Putemus eſſe iudicium? &, quatenus mauultis illos indemnatos dicere quam innocentes, excutite cauſam, Sane non conſummauerit primum ſuſpicio, at certe tranſfugæ hoc mentiendi cauſa quæ fuit? homo, relicto exercitu ſuo, relicto imperatore ſuo, in ciuitatem noſtram tranſgreſſus, cum rem periculoſiſſimam feciſſet, mentiretur? cum ad probationem rei caput ſuum obligaret, eadem nobis nocte denuntiat. Manifeſtum eſt autem fuiſſe hoſtibus propoſitum, ciuitatis noſtræ per proditionem capiendæ. Qui proditores fuerint, recedendo confeſſi ſunt. Quid enim eſt cauſæ, cur qui ad illud vſque tempus ciuitatis permanſerant, poſt incendium carceris, poſt mortem ſuſpectorum nobis ciuium, continuo diſceſſerint? Hic ratio illa quoque eſt, quod ſic exegi ſupplicium ab illis: ſi modo hoc eſt exigere ſupplicium, miraturaliquis ſi non timui educere, ſi cum tanta conſpiratio in ciuitate noſtra nocentium eſſe diceretur, vt prodere poſſent etiam ex carcere: vel cum tota ſua cuſtodia eos obrui malui. his illud quoque adiici poteſt, plurimum differre, vtrum quis ſupplicium exigat ab indemnatis: an ſi aliquos ſecuritatis publicæ cauſa occiderit, ſupplicium vocetur, quod ciuitas præſtitit. Si vero hoc pro ſalute communi fuit, non odio illorum factum eſt, imperatoris fortaſſe conſilium reprehendi poteſt, factum certe damnari non poteſt.

SERMO.

In ſumma parte controuerſiarum talium quæri ſolet, ecquo animo

animo fecerit hoc imperator. In hanc partem ſatis firmam cauſæ fiduciam videtur habere. quod enim huic proferunt inimici præter odium commune omnium prædatorum?

CCCXLIX. *Raptoris pater, dementiæ reus.*

RAPTOR, NISI ET SVVM PATREM EXORAVERIT ET RAPTÆ, INTRA XXX. DIES PEREAT. Rapuit quidam, exorauit patrem raptæ: ſuum non exorauit. Dementiæ accuſat.

SERMO.

Non dubie pater hic intellige vult, ſe filii ſollicitudine eſſe contentum, & hanc xxx. dierum moram pro vltione habere. Sed hoc ſi palam indicauerit, perdet artem: & ſi liberare filium ſollicitudine ſemel deſtinauit, breuius habet ſtatim ignoſcere. Varianda erit eius actio, vt filium dicat morte dignum: an poſſet ipſe perſeuerare, dubitet. Non tamen prætereunda ſunt illa quamuis communia cum aliis controuerſiis generis huius, quæ circa ipſam quæſtionem dementiæ verſantur. Negabimus enim crimine vno poſſe deprehendi dementiam: & hoc propoſitum noſtrum adiuuabimus finitione, vt dicamus, Dementiam eſſe ablatum rerum omnium intellectum. alioqui neminem tam felicem, qui non aliqua pœnitentia digna faciat, qui non ſubiectus ſit errori: & hoc proprium non dementis eſſe, verum hominis. Atque ad hoc quod commune cum omnibus eſt, aliquid etiam proprie applicabimus. quod eius generis dicitur dementia eſſe, de qua iudicium eſt, vt emendari vno verbo poſſit. Porro cum adeo confeſſum ſit, dementiam non poſſe curari, vt ne illud quidem adhuc inueniri potuerit, quæ cauſa faceret dementiam, vbi animus conſiſteret: profecto non poterit videri dementia, quæ eſt in hominis poteſtate.

DECLAMATIO.

SI exoratus fuero, ſtatim non modo ſanus, verum etiam bonus pater & indulgens ero. Vis ſcire, fili, quid ſit dementia? Deducere ſe in periculum capitis, cupiditate: non intelligere pacem, non intelligere leges: & ſi quid ſupra hoc momenti fortuna præſens iudicium habet, accuſare eum qui exorandus ſit. Non eſt igitur dementia. Nec refert ad præſens iudicium, neque ad veſtram pronuntiationem, an ego durus pater,

pater, an ego nimium ſeuerus. Non de hoc quæritur. ſatis eſt; non eſſe furioſum. nec exoro te, inquit, cum rapuerim, miraris? Hoc enim eſt quod te in hoc impulerit: adhuc quid feceris, neſcis. Non dico illa quæ fortaſſe tibi leuiora videantur, quæ ad materiam pertinent; Expugnaſti domum, & virginis prætextam ſcidiſti, & puellam vſque in eam iniuriam trax ſti, qua nihil grauius bella habent. Tu qui in id te periculum demiſiſti, vt tibi exorandus eſſet pater, miraris quod non exoraſti patrem? Si incidiſſes in illos felicioribus ſeculis natos, cum quibus virtus magis commune bonum erat, non expectaſſent legem, non expectaſſent triceſimum diem. Nunc me merito contemnis: flentem aliquando vidiſti. non auderes accuſare patrem, ſi timeres. Tu ſi incidiſſes in illum, qui laudatas filii ſui ceruices amputauit: ſi incidiſſes in illum, qui iudicis propinquorum atque amicorum contentus fuit, opinor habuiſſes tempus querendi, habuiſſes tempus, non dico deferendi patrem, ſed diutius rogandi. Illi vere fortes & viri fuerunt qui cum hoc meminiſſent, liberos à ſe Reipub. gratia procreatos, bene impendi crediderunt exemplo. Ego tacere contentus ſum, cum exorari debeam, ſi agis mecum, tanquam etiam ſi præſtitero tibi, plus alii debiturus ſis. Confutabit, opinor, indulgentiam meam: Ille melior, ille mitior. Ego vero facilius frangerer, ſi ille iraſceretur. Aliquis, cum filia illius rapta ſit, tam cito exoratus eſt? quis eſt ille tam demens? quid eſt iſtud, quod ille ſe accepiſſe iniuriam non putat? quod omnia ſic agit, tanquam exoratus ante triceſimum diem? Quid ergo, inquit, occides? Debeo, ſi quid in me fuerit fortis animi; ſi quid virtutis incorruptæ faciam. duret tantummodo animus, non deficiam, non deflectar. Etiamnum fortis ſum: etiamnum poſſe videor: ſed ſuperſunt dies. Non blandior tibi: quotidie me hortor, & inſtigo animum meum, & totam ſceleris tui deformitatem pono ante oculos: & illud neſcio quid quod perſuaſioni meæ repugnat, volo perdomare. Bene facis, quod accuſas. turpiter deficiebam, prodebamque neceſſarium ciuitati exemplum: iamque in eam venturus eram hominum ſuſpicionem, tanquam me permittente feciſſes. Hoc age: dic inſanum, dic furioſum, dic longe ab intellectu ſanguinis ſui poſitum. Vide ne rogaueris. Quid enim acturus ad genua prouoluendo, adhibendo amicos, flendo in pectus meum? inſanus ſum, nihil ſentio, ad illum patrem tuum.

CCCL.

CCCL. *Aqua frigida priuigno data.*

Qui habebat filium, amiſſa matre eius, aliam vxorem duxit. Incidit in grauem valetudinem filius: conuocati ſunt medici. Dixerunt moriturum, ſi aquam frigidam bibiſſet. dedit illi nouerca aquam frigidam. periit iuuenis. Nouerca accuſatur à marito veneficii.

DECLAMATIO.

Veneficii ago, filium meum periiſſe, & ea potione, quam dederit nouerca, periiſſe, non difficile probabo. Nam & datam à ſe potionem non negat: & ea periculoſa fuiſſe, quæ prædicta ſunt oſtendit. Nec ignorantia quidem defendi poteſt: id quod accidit, denuntiatum eſt. Itaque non tam in defenſione fiduciam habet, quam in lege: nec tam dicere poteſt, ſcelus ſe non feciſſe, quam illud, impune feciſſe. Negat enim ſe teneri poſſe veneficii, quoniam non dederit venenum. Poſtea videbimus, & quomodo intelligendum ſit venenum, & an hoc quod datum eſt, illo tempore fuerit venenum. Interim putemus nullam legem huic ſceleri proprie eſſe conſtitutam: nonne proximo vtendum eſt? Non ignoro eſſe frequentem huiuſmodi in iudiciis minoribus duntaxat contentionem, vt pecuniam excidiſſe formulæ, vt aliter quam potuerit agere, dicatur. Sed hæc tunc valent, cum oſtenditur ius aliud, quo agendum ſit. Itaque ſi dicis qua lege alia accuſare debuerim, merito excludis hanc, qua lege ago. Sed neque hanc actionem meam admittis, neque aliud demonſtras quo recedam ab hac lege depulſus. hoc contendis, vt iſtud etiam ſi ſcelus ſit, facere licuerit. Atque hoc etiam ſi non proprie conſcriptum, conſuetudine iudiciorum conſequens eſt, quotiens aliqua propria actio in rem non detur, vti proxima & ſimili. Nulla tanta eſſe potuit prudentia maiorum (quanquã fuit ſumma) vt omne genus nequitiæ occurrat. Ideoque per vniuerſum, & per genera ſingula conſcripta ſunt iura. Cædes videtur ſignificare ſanguinem & ferrum: ſi quis alio genere homo fuerit occiſus, ad illam legem reuertemur: ſi inciderit in latrones, aut in aquas præcipitatus, ſi in aliquam immenſam altitudinem deiectus fuerit, eadem lege vindicabitur, qua ille qui ferro percuſſus ſit. Igitur & alia ſimilia lex de aqua frigida ſcripta non erat, redeamus neceſſe eſt tamen ad eam, quæ venena coërceat, cum aqua frigida id effecerit quod venenum. Hæc, vt remittam non fuiſſe hoc veneficium, nunc vero

vene-

venenum quomodo interpretari & intelligere poſſumus? Vt opinor, potionem mortis cauſa datam. Non quæritur qualis ſit, ſed quid efficiat. Nam ipſorum venenorum plura genera, plura nomina ſunt: diuerſi etiam effectus. Aliud ex radicibus herbarum contrahitur, aliud ex animalibus mortiferis reſeruatur. ſunt quæ frigore ſanguinem gelent, ſunt quæ calore nimio vitalia exurant. omnia tamen hæc ſub vnam legem veneficii veniunt. Quin illud etiam in rerum natura manifeſtum atque deprehenſum eſt, alia eſſe aliis venena. quædam mortifera nobis, etiam in remedium quorundam animaliũ cedunt: quædam quæ in voluptates etiam & luxuriam adhibentur, multis animalibus adferunt mortem. Similis ratio & remediorum eſt. Cur igitur non ſit differentia cum veneno, etiam temporis. nihil intereſt, qui faciat? alias nunc venenum eſt. Quomodo enim comparare iſta poſſumus? Ante omnia animo dantis. deinde effectu, animus dantis qualis fuerit nõ probauimus: interim de effectu conſtat. vultis æſtimare? adeo certum fuit hoc venenum eſſe vt prædictum ſit. In ſumma, quid plus pati potuerat adoleſcens, ſi venenum bibiſſet? Ponamus ex altera parte illam potionẽ, cuius tu nomen ſubinde iactas: pone ex altera, potionem quam tu dediſti: de vtraque idem medici dicent. Si nihil intereſt mortis, nihil intereſt criminis. Hæc ad ius: ſed ad ream legi ſuæ applicandã, ſane ſcrutemur & animũ. Non dico quæ ſit quę dederit: interim hoc reſpondeo, Aquam frigidam dedit: ſane medici non vetuerunt, non timuerunt. ſatis eſt, non permiſerunt. Perſonam non onero, denuntiationem diſſimulo. Dediſti ægro quod paret non dediſſet. Si vnus aliquis ex medicis nocituram tantum potionem eſſe dixiſſet: dicerem tamen, Fortaſſe moriturum non putaueris: nocere voluiſti. hoc inter omnes medicos conſtitit, periturum eſſe, ſi aquam frigidam bibiſſet. dediſti poſtquam certum erat. Velim ſcire, an aliquid tale in valetudine eius, & ante feceris. nam ſiue feciſti, apparet quomodo ad tantum periculum deductus ſit: ſiue non feciſti, apparet fuiſſe cauſam propter quam faceres. Non putaui, nec credidi medicis. adeone ignota medicinæ experimenta ſunt egenti vita bona?

M. FAB. QVINTIL. FINIVNT COLORATÆ, INCIPIVNT eiuſdem tractatæ.

CCCLI.

CCCLI. *Exul index tyrannidis.*

EXVLEM INTRA FINES DEPREHENSVM LICEAT OCCIDERE EX SVSPICIONE TYRANNIDIS SIT ACTIO. Exul, apud quam diues fuerat hoſpitatus, ſcripſit Senatui ſe facturum indicium tyrannidis ſi reditus ſibi decerneretur. In Curia cum ageretur, ſolus diues contradixit. Decreto tamen reditu, exul ille intra fines eſt occiſus. Diues tyrannidis reus eſt.

SERMO.

Exulem illum qui occiſus ſit, dicemus antequam damnaretur, fuiſſe ciuem ſeditioſum, omnibus ſceleribus confeſſum: ſed in [illegible] quoque diu non ſiducia innocentiæ, vtrum audacia neſcio qua, [illegible]mnia fingendi atque diſſimulandi, latuiſſe. & quemadmodum multos ſimiles ſui amicos habuerit, ſic non pauciores habuiſſe inimicos. vix quidem illum, quamuis in manifeſtis ſceleribus, neſcio qua audacia repugnantem, damnari potuiſſe. Expulſum autem, (quod fere ſceleratis pectoribus venit) grauiter tuliſſe pœnam: ac præcipue auctoribus eius fuiſſe infeſtum. quibus vt referre gratiam poſſet, quæſiſſe occaſionem reditus: quod vt poſſet contingere, prius conterere voluiſſe patriam; vt in communi ſeruitutis metu, non tanti vnius exulis reditum, quanti ſecuritatem omnium indicaret. Dictitare igitur cœpiſſe, apparari tyrannidem, inſtare patriæ grauem ſeruitutem, quædam ſe comperiſſe. Has eius voces frequentes, cum forte eadem iter faceret, ad diuitem perlatas: & protinus motum tali rumore, certius aliquid ex ipſo voluiſſe ſcire, quidnam exul loqueretur: an arma aliqua apud eum, an veſtigia ſaltem tyrannidis reperiri poſſent. Sibi quoque exulem dixiſſe, apparari tyrannidem: ſed nihil præter quam inania verba ſe apud eum comperiſſe. illum autem hoc ipſo accenſum, quod fabulis ſuis iudicaret etiam à diuite haberi fidem, non diſtuliſſe quod diu cogitaſſet: miſiſſe ad Senatum indicii epiſtolam. Ad nuntium tam atrocis rei attonito vniuerſo Senatu, diuitem indicaſſe quid ipſe comperiſſet: quemadmodum ſibi quoque eadem denuntiaſſet: intellexiſſe vanam illius, ſine vllis argumentis, vocem: itaque dixiſſe nihil ſcire exulem: ſuperuacuo reuocari. Cæteros autem qui attoniti erant, decreuiſſe, tanti non eſſe vnius exulis reditum, vt diutius tali metu ſollicita teneretur ciuitas. Hoc decretum Senatus non omnibus fuiſſe notum. etenim feſtinatione quoque in eiuſmodi metu, præcipitari ſolere omnia. legem illam quæ exulem intra fines iuberet occidi, nemini fuiſſe ignotam. Cum igitur qui multos inimicos haberet, non omnibus decreto Senatus, omnibus iure exulis

noto, intra fines occiſum, non eſſe mirandum. Multum adiuuat in defenſione perſona diuitem quod eſt integer. in qua parte etiam gloriari poteſt; vt dicat ſe odiſſe etiam aliena ſcelera.

DECLAMATIO.

TYrannidem paro. vides enim. cum ſceleratis mihi conuenit: reuocari exules volo, non etiam facta illorum conſilia deprehendo. An ego ſi hoc cogitaſſem, tam aperte omnia egiſſem? & ipſe potiſſimum ad exulem miſiſſem? protinus me ac propoſitum meum nocenti aperuiſſem? non hoc ipſum timere debui? Adieciſſem huic ſuſpicioni ſententiam meam, vt viderer timere indicem? Nihil debui minus, quam in metu, ipſum metum prodere.

CCCLII. *Reus tyrannidis, qui deliberauit victor arma deponere.*

EX SVSPICIONE TYRANNIDIS SIT ACTIO. Quædam ciuitas, quæ bello laborabat, cum duobus prælijs victa eſſet; adoleſcens diues nobilis, cum ſeruorum & clientium manu armata proceſſit in prælium: fugauit hoſtes. Populus redeunti portas cluſis, cum aperturum promitteret, ſi arma poſuiſſet, reſpondit diues ſe deliberaturum. triduo deliberauit. rediit in ciuitatem, poſitis armis. reus eſt tyrannidis.

SERMO.

Diuitem hunc dicemus natum honeſta domo, patre militari, forti viro: à primis ſtatim annis adſueuiſſe ſtudio armorum, magnum per ſe militiæ vſum collegiſſe. Cum autem ſubito bellum incidiſſet, factum alium ducem non iudicio, ſed quodam caſu, & incerta populi aura: nec ſane vacaſſe tam ſubitum delectum ducum agere factum ducẽ, qui nullum militiæ vſum haberet. nec aliunde victam duobus prælijs vrbem. Tum demum intellexiſſe populum, qualem haberet ducem: & ante omnes amicos paternos frementes veniſſe ad diuitem, palam queſtos de duce: adieciſſe, Pater tuus ſi viueret, pro patria arma cepiſſet: non eſſet paſſus vexari Rempub. & hoſtium armis, & imperitis ducis conſiliis. Accenſum his verbis, pro ſalute, ac libertate omnium, pia arma cepiſſe. priuatis quoque adieciſſe vires. vrbe egreſſum, ſolutos lætitia victoriæ hoſtes, & nihil minus quam eruptionem timentes, oppreſſiſſe. Hac victoria accenſum, quaſi in æmulatione, graui dolore exarſiſſe Ducem, cum diceret malo exemplo militare priuatos: & cum omnes amici diuitis cum diuite eſſent, nõ difficile perſuaſiſſe, vt portas clauderet. Milites autem confecto prælio ad gratulationem venerunt.

videuntes, portas cluſas obſtupuiſſe: poſteaquam vero iuſſi ſint arma ponere, aliquanto grauius exarſiſſe, veluti parricidas ſe excludi, & armatis hoſtibus inermes obiici. Hanc ſeditionem volentem ſanare diuitem, tempus petiiſſe, non magis deliberandi, quam rogandi: & triduo illo nihil aliud egiſſe, quam modo ſingulos, modo vniuerſos rogaſſe. illos quoque ſecuriores fuiſſe, poſteaquam ex toto receſſiſſe hoſtem crediderint. Rediiſſe autem ſe à bello ad iudicium, & in conſcientia maxime meriti, grauiſſimum ſibi crimen obiici, vt qui ſolus Rempub. defenderet, opprimere voluiſſe dicatur.

CCCLIII. *Diſpenſatores torti.*

Quidam ab inficiante petebat depoſitum. Diſpenſatores vtriuſque torti. Contraria dominis dixerunt. de integro lis eſt.

SERMO.

Petitor neceſſe eſt infamet diſpenſatorem ſuum, & dicat ab aduerſario corruptum: & ea fiducia eſſe illum inficiatum, cum promitteret diſpenſator negaturum ſe etiam in tormentis. itaque ab aduerſario natum, cum lis eſſet, Diſpenſatores torqueamus. Alterum hunc diſpenſatorem ſani propoſiti decet, qui ſemper accepiſſe ſe palam dixerit, & ſtatim cum datus ſit in tormenta, hoc ſibi propoſuerat, Quid? ego quo præmio mentiar? confeſſum eſſe. Et hoc in locis valens eſt, Tuus diſpenſator accepiſſe ſe ait, meus dediſſe negat. huius potentior vox eſt: poteſt enim etiam per alium numerata videri pecunia. Initio autem dicet hic ſibi placuiſſe ſeruum: & ideo ſupra rationes eſſe poſitum. ſed poſtea & licentia ſua, & ſecuritate domini, qui illi plurimum crediderit, iſſe in vitia à multis corruptum, antequam ab hoc: & ideo ſe depoſuiſſe. Hanc ſibi deponendi fuiſſe cauſam, cum videret in malo ſtatu rationes eſſe. Hoc neceſſe eſt adiicere, quia vrgetur per interrogationem, quam deponendi habuerit. Inficiator dicat oportet, diſpenſatorem ſuum finem tormentorum quæſiſſe: ideo confeſſum vt dimitteretur.

CCCLIV. *Morietur antequam nubat.*

Quidam nubilem filiam habens, vxorem ſecreto loquentem cum adoleſcente vicino formoſo deprehendit, quæſiuit quid loquuta eſſet. reſpondit mulier, de nuptiis filiæ ſe loquutam. Ei maritus filiam deſpondit, mater ait, Morietur antequã nubat. Ante diem nuptiarum puella ſubito perit, liuores & tumores in corpore fuerunt. Mulier rea eſt.

SERMO.

Dicet hac mulier iuuenem illum nunquam ſibi placuiſſe, &

repugnaſſe ſe, cum videretur illi puella deſtinari. illum autem vtique volentem hanc vxorem habere, ad ſatisfactionem veniſſe. tunc vero minus placuiſſe matri generum. Itaque cum deſponſam audiſſet filiam, quotidiana conſuetudine vulgi iratam dixiſſe, Morietur celerius quam nubat. Cæterum de fato puellæ, vna cum accuſatore queretur. Cauſam fati crudelitati fingitur.

CCCLV. *Tutor lenocinii reus.*

Pupillus cum tutore agebat tutelæ. Tutor cum pupillo, adulterii Remiſerũt inuicem actiones. Lenocinii tutor reus eſt.

SERMO.

Fuiſſe quoſdam vtriuſq; inimicos, hic tutor dicet, qui ab initio moleſte tulerint non ipſis potius relictam eſſe tutelam: & quoniam ab hac præda excluſi ſint, diſtulerint ſpes ſuas in diem vltimum tutelæ, vt rudem & imperitam pupilli ætatem fraudibus ſuis circunſcriberent. Se autem tutelæ rationes, vt debebat, reddidiſſe. Cæterum metuentem, ne dimiſſus à ſe pupillus fraudibus & inſidiis inimicorum circunſcriberetur, velut alteram eius tutelam geſturum, in domo retinuiſſe. Tunc vero conſurrexiſſe illos, qui tutelam ipſis non commiſſam moleſte tulerant, & grauiter excanduiſſe, ne peracto quidem tutelæ tempore, à domo tutoris pupillum dimitti: nullam occaſionem ad deſpoliandum imperitum iuuenem dari. Cogitaſſe igitur quemadmodum pupillum, ac tutorem mutuo dolore diſtraherent. Nam ſi rationes tantum infirmarent, videbãt futurum, vt optima conſcientia tutor non expectaret vltimam contentionem iudicii, ſed per communes amicos, propinquoſq; pupilli, ſatiſfaceret. inueniſſe illos rationem, qua mutuo dolore diſtraherent. Summiſiſſe qui dicerent, male tractatas à tutore rationes; non omnia noſſe pupillum qui taceat: ſi litigare velit, futurum vt ſua recipiat. Per alios inde internuntios ſollicitatum maritalem animum, qui pupillum falſo crimine adulterii inquinarent. Se vtique maritum credulum nihil tanti putaſſe, vt ſuſpicioni ſuæ ſatiſfaceret. Diu hac fraude inimicorum, pupillum tutoremq; deceptos: ſed poſteaquam veriores amici interuenerint, & ſe interrogauerint, quam actionis haberet fiduciam: pupillum item ſeduxerint, & querelæ cauſas quæſierint: tum demum apparuiſſe mutuũ errorem: & ſe quædam certius etiam ab vxore quæſiſſe. Detecta igitur fraude inimicorum, facile depoſitas, quæ nullis fundamentis niterentur, actiones: & reditum in gratiam: ſed tamen nondum inimicos effugiſſe, à quibus reus factus ſit. Accuſator autem non committet, ſi in pupillum dixerit. Id enim crimen illi obiiciet, quod

ille

ille noluerit diluere. Dicet ergo propter amorem adultera, illum in domo tutoris remanſiſſe. Nam ante quatuordecim annos, incredibile eſt crimen, remanſiſſe ergo amorem, nec illam indulgentiam in retinendo pupillo fuiſſe tutoris, ſed conſcientiam, cum ſcriret male redditis rationibus, non eſſe offendendum pupillum. Mulieri autem multa donata: quæcunque deſiderauerit, conceſſa. His ſceleribus inuicem cognitis, primo vtrunque excanduiſſe: deinde tutorem ex conſcientia rationum, omiſiſſe potius matrimonii vindictam, quam mutuis caderet actionibus. Sic pares acceptaſque factas actiones.

CCCLVI. *Filius pro meretrice patris, ſuam redimens.*

Quidam luxurioſo filio amanti meretricem dedit pecuniã, vt ſibi emeret eam meretricem quam ipſe pater amabat. ille eam redemit quam ipſe adoleſcens amabat. Abdicatur.

SERMO.

Hic ſenex dicet filium fuiſſe luxurioſum, & non ſine maximo patrimonii ac famæ damno amaſſe meretricem: cui malo voluiſſe mederi patrem, ſæpe obiurgatum filium: ſæpe ſecreto, ſæpe etiam palam caſtigatum. Cum iam nec ſumptibus, nec verecundiæ finis imponi poſſet habuiſſe cum cognatis conſilium, quidnam ſe facere oporteret. Abdicaret, ſed tanto liberior fuiſſet luxuria. Caſtigaret, ſed nihil caſtigando profecerat. Succurriſſe cognatis & amicis rationem, qua putarent iuuenem poſſe emendari, ſi ſimularet pater amari à ſe meretricem, & daret pecuniam potiſſimum ipſi filio ad redimendam: quod ſi feciſſet, futurum vt meretrix redempta altera meretrice, deinde ab ipſo adoleſcente redempta, indignaretur, & illum amare deſineret. Nam initio ſtatim dicendum eſt, culpa meretricis iuuenem hæſiſſe: & ideo quæſitam qua auocaret, & illa ratione datam iuueni pecuniam. At illum protinus cucurriſſe ad meretricem ſuam: patrem autem quoniam nullo modo ſanare filium potuerit, ad vltimam vltionem confugere: Abdicare filium, quia emendare non poteſt.

CCCLVII. *Vxor non relinquens ob adulterium excæcatum.*

ADVLTER EXCAECETVR. VXOR VIRVM IN CALAMITATE NE DESERAT. Quædam patri de marito ter queſta, & tacere iuſſa, poſtea ab excæcato ob adulterium viro, quia non recedit, abdicatur.

SERMO.

Hæc mulier dicet acceptum à patre maritum, ſe ab initio amare cœpiſſe, adoleſcentem, lenociniis adulteræ illius vſque eo captum eſſe,

vt reuocari à cupiditate non poſſet. Vt neceſſe erat, modeſte ſe tuliſſe, & eo magis quod maritum diligeret. voluiſſe ergo experiri quid de adulteris pater ſentiret: indicaſſe ei adoleſcentis errorem. reſpondiſſe illum, eſſe quædam ætatibus conceſſa, nec reprehendi luſus in eiuſmodi iuuenta debere. Tum vero cariorem ſibi virum factum, poſtea quam luſibus eius patrocinari etiam ſenex cœperit. Sed cum videret nequiſſimæ mulieris illecebris maritum teneri, & iam vindictam adulterii, atque occaſionem captare adulteræ maritũ: iterum ad patrem veniſſe, vt illius ſaltem auctoritate emendari adoleſcens poſſet. In eadem voce illum perſeueraſſe iterum ac tertio. Miſerrimum ergo iuuenem fraude & inſidiis deceptum, eam fortunam ſuſtinere, quam illi ſemper vxor timuerit. Acceſſiſſe nouum amori ſuo ſacramentum, & iudicio patris factum iuuenis affectum. Hoc colore optime defenditur mulier, alioqui lege imbecilla. Nam ex contraria parte infinitum potens eſt illud, maritum eſſe damnatum.

CCCLVIII. *Expoſito pulſatori amputata manus.*

TALIONIS SIT ACTIO. QVI PATREM PVLSAVERIT, MANVS PERDAT. Quidam expoſito, quem in locum filii ſuſtulerat, pulſatus, tanquam pater manus incidit. Agnitus ille, aduocato naturali patre, talionem petit.

SERMO.

Hic adoleſcens iure infirmus eſt. Nam quod lege agitur, non ſolet vindicari lege. Cur enim potius ab educatore, quam à carnifice petatur talio? Sed præter quam lege agitur, etiam facto laborat: quod quamuis educatorem, tamen patris loco pulſauerit. Dicat tamen educatorem fuiſſe hunc ab initio crudelem, & hinc ſuſpicatum iuuenem, non eſſe illum verum patrem. Sæpe amicis queſtum: quibuſdam etiam mandaſſe vt inquirerent, qui aliquando infantes expoſuiſſent. Hac re validius offenſum ſenem, itaque dediſſe operam vt ſe pulſandum præberet: deceptum certe ab eo etiam tempore ipſo iuuenem, incidiſſe in eum quem minime prouocatum iniuria vellet. At illum confeſtim tanquam de alieno non deliberaſſe ſanguine: & quia redditurus eſſet expoſitum, deliberaſſe. Certe cum lege patris vſum, qui ſciret nec ſe patrem, nec hunc filium. Adoleſcentem autem quia nondum proſpectum illo tempore patrem habuerit, certe quia probare non potuerit, tacuiſſe: nunc petere talionem.

CCCLIX *Lis publicani de vnionibus.*

PRÆTER INSTRVMENTA ITINERIS, OMNES RES QVADRA-

QVADRAGESIMAM PVBLICANO DEBEANT. PVBLICANO SCRVTARI LICEAT. QVOD QVIS PROFESSVS NON FVERIT, PERDAT. MATRONAM NE LICEAT ATTINGERE. Matrona iter faciens, cum ad publicanos veniſſet vniones habens. CCCC. in ſinum abdidit, hos cum requireret publicanus, matrona ſcrutandi poteſtatem fecit, publicanus noluit ſcrutari. Tranſlatis manum iniecit, & ſuos dicit.

SERMO.

Quæſtiones ſunt, an inſtrumenta itineris videri vniones poſſint. an etiam ſi non poſſint videri, tamen quoniam ad vſum, & ornamentum matronæ parati ſint, in commiſſum venire potuerint: an in vſum parati ſint an ſi in vſum parati ſint, non oſtenſi teneri poſſint, cum oſtenſi nihil debuerint. an quamuis ſcrutari matronam non liceat, & ipſa permittente & publicano licuerit, perinde ſit ſcrutationem permiſiſſe, ac rem oſtendiſſe. an dimiſſa res peti poſſit, an hæc dimiſſa ſit. Dicit enim publicanus non rem, ſed controuerſiam dimiſſam.

CCCLX. *Lis de dotibus. ſocrus & nurus.*

PRIMA RATIO DOTIS HABEATVR. Quædam apud filium, amiſſo viro, dotem reliquit. Adoleſcens, ducta vxore dotata, deceſſit. Res ſoluendo non eſt. Contendunt ſocrus & nurus, vtra primum dotem accipiat.

SERMO.

Mulierem illam ſocrum nurus dicet hanc ruinam patrimonij poſt mortem viri ſtatim ſenſiſſe: non ſumpſiſſe dotem, ne & filium decoloraret & dotem quoque perderet. Itaque etiam dotatam filio quæſiſſe vxorem, quo facilius poſſet ruentis patrimonii rationem fulcire. Addat, donaſſe illam filio petitionem: hodie, quia deceſſit, retractare. Sed & præſcribat.

DECLAMATIO.

SERO petis, & aliud patrimonium eſt. Dudum heres mariti tui erat, à filio petere debuiſti. ego ex bonis mariti mei repeto. Nam duæ mortes maritorum, diuerſas ſucceſſiones habent. Bona mariti mei, morte eius facta ſunt: dum viueret, patris fuerunt. Dos eſt, ſi à viro, aut ab herede eius repetatur: tu amiſſo viro, cum dotem non petiiſti, feciſti creditum ex dote.

SERMO.

Circunſcriptam ſe nurus queretur: & in vltimo quæret, in quem

uſum anus dotem deſideret Contra illa dicet. hanc mulierem ambitioſam & profuſam fuiſſe. non minime propterea ad egeſtatem perductum virum.

DECLAMATIO.

Nurus oportet à viro dotem repetat, ſocrus à patrimonio.

CCCLXI. *Depoſiti rapti quadruplum.*

QUI DEPOSITVM PERDIDERIT, IVRET, ET SIBI HABEAT. Quidam cum depoſitum furto amiſiſſet, iurauit. poſtea furem damnauit, exegit quadruplum. Dominus hoc quoque petit.

DECLAMATIO.

MEæ pecuniæ acceſſio ad me pertinet. Quid ſi enim cognitor meus, quid ſi procurator hoc idem reſpondeat? denique, quid ſi damnatus fur, non totum ſoluiſſet? nempe meum damnum erat An iacturam debeo ſentire, acceſſionem non debeo? Ego enim à te receſſi, cum iuraſti, iam cum fure mihi negotium eſt: hic quicquid ſoluerit, ad me pertinet.

SERMO.

Contra, ille ſuo nomine egiſſe ſe dicet: inueſtigaſſe, laboraſſe: illud præterea potens eſt pro illos. non potuiſſe dominum illum furti agere. Itaque iudex quid pronuntiauit? nimirum mihi furtum eſſe factum.

CCCLXII. *Inuicem pulſatores patrum.*

QUI PATREM PVLSAVERIT MANVS EI INCIDANTVR. Duo adoleſcentes æquales iurauerunt, vt alter alterius patrem cæderent. cæciderunt. petuntur manus: patres vindicant.

SERMO.

Fuiſſe duos ſodales: patribus ex auſtero indulgentibus, ſæpe coiſſe ad luſum. frequenter vna fuiſſe. Quodam tempore cum alter ex his ſerius in conuiuium veniſſet, dixiſſe alterum, Fortaſſe te, vt ſolet, ille ſenex retinuit, ſed non feret impune: ego illum verberabo. hunc deinde reſpondiſſe, Et ego tuum cadam. Cum alternis verbis iactarentur mina, & vterque metueret, ne inultum haberet patrem, iuraſſe in vltionem magis parentum, quam iniuriam.

CCCLXIII. *Veſtiplica pro domina.*

MALÆ TRACTATIONIS SIT ACTIO. Quidam pauper formoſæ

formoſæ maritus, à peregrino vicino negotiatore, ter de ſtupro vxoris, adiecto pretio appellatus, veſtiplicam dominæ habitu miſit. Malæ tractationis reus eſt.

SERMO.

Maritus illo colore defendendus eſt, vt dicatur fuiſſe diligens cuſtos pudicitia vxoris: natura quoq; ſollicitus & ſedulus. Cum eſſet de ſtupro vxoris appellatus, admiratus tantam peregrini negotiatoris audaciam: tum deinde etiam repetitus, ſuſpicari aliqui etiã de vxore cœpiſſe, quantum nũc appareat, ſua naturæ potius vitio, quam culpa vxoris. Cum vero tertio quoq; inſtaret adulter, non potuiſſe diſſimulare ſuſpicionem & ſollicitudinem ſuam. itaq; quia putaret aliquid ante cum ſua vxore loquutum adulterum per veſtiplicam aduecaſſe illam, & quæſiſſe, num aliquid de adulterio ſciret. illam reſpondiſſe, innocentem eſſe dominam, & ne notã quidem negotiatori: denique ſi dubitas, me vxoris tua habitu mitte: videro an poſſit diſcernere.

CCCLXIV. *Conuiciator pauper occiſus.*

Pauper ad diuitis domum nocte conuitiari ſolebat. Quodã tempore, diues proceſſit, & inſanire eum dicens, decem ſeruis imperauit, vt eum domum ducerent. Cum iiſdem occiſus poſtero die inuentus eſt. Diues cædis reus eſt.

SERMO.

A parte diuitis color ille introduci poteſt, vt dicatur pauper fuiſſe factioſus, aut turbulentus: habuiſſe huiuſmodi furoris ſui comites, quibus inſidiis diſpoſitis, ipſe tantum ad concitandam rixam ſe oſtenderet: cæterum illos in præſidio haberet, ſi quid forte diues moliretur. Et hoc ipſa rei conditio monſtrat: cum ſit incredibile pauperem ſolum, & præterea nocte ad conuitium diuiti faciendum veniſſe. Quare enim dic tacuit? quare in foro non maledixit? Apparet illum noctem expectaſſe, qua facilius comites abſconderet. Paratum ergo ad rixam cum telo veniſſe. Diuitem nihil tale ſuſpicatum, magis inſanire credentem, dediſſe qui deducerent. Tunc vero pauperem quaſi cuſtodia excanduiſſe: acceſſiſſe & cæteros eius conſcios, qui dum eripere pauperem vellent, rixam concitauerint, & fortaſſe illum pauperem ſilentio occiderint, ne poſtea comprehenſus pauper auctores facinoris cogeretur fateri. Et hoc dubie ponendum eſt. qua conſtitutio in reliqua quoq; cauſa parte ſeruanda eſt. nihil enim pro certo affirmare debemus: ſed tantum ſuſpicionem iudicum à nobis alio prauertere. Ergo ab illis videri factam cadẽ, qui adhuc beneficio temporis latent. diuitem ſuper damna patrimonij, & tot ſeruorum cadem reum eſſe.

CCCLXV.

CCCLXV. *De vi ſeptem iudices.*

DE VI SEPTEM IVDICENT. QVOD MAIOR PARS IVDICVM STATVERIT, REVS PATIATVR. Duo ignominiam ſtatuerunt, duo exilium, tres mortem. Petitur ad mortem.

DECLAMATIO.

QVOD MAIOR PARS, inquit, IVDICVM STATVERIT. Ego exiſtimo maiorem partem eſſe, in qua plures idem ſentiunt, eandem pœnam pronuntiant, in eadem verba iurant. Et hoc verbum eſſe ab ipſis verbis legis diſce. QVAM POENAM. Non de pluribus ſuppliciis, ſed de vno loquitur: etenim nemo poteſt plura ſupplicia vnus nocens ferre. Scrutare & alia verba. STATVERIT, inquit, nonne tibi conſentientis per omnia partis illius videtur vnā vocem includere? QVAM POENAM STATVERIT, id eſt, quod genus ſupplicii placere ſibi pronuntiauerit, qua pœna nocentem affici voluerit. Sed quatuor, inquit, iudices, me noluerunt mori. Tu nunc indicas, quam pœnam tranſierint, non quam ſtatuerint: lex autem certam illorum ſententiam exigit. Quid enim aliud diceres, ſi nondum pronuntiaſſent? ſi negaſſent liquere ſibi de ſupplicio tuo? nunquid ſententias illorum numerares? minime. Horum enim primum iam verba ſignaui: illorum quatuor quæ ſignabo? dubitate illos? neſcire quid pronuntient? etiam num ergo ſuſpenſos? cur dimitti poſtulas ſi iudex deliberat? Plures, inquit, me mori noluerunt. Quid igitur velint, pronunties oportet: illorum ſententiam ſignare volo. accuſator recitare his iudicibus volo, vt habeant quod ſequantur. Duo, inquit, exilium mihi iniungunt. Iam igitur aperte vna plures facis: iam turbam iſtam, quæ vniuerſa noceret, diuidendo extinguis: duo exilium, duo ignominiam pronuntiant. Vis ego illos iungam, qui ſe ipſi diuidunt? Reuertere nunc ad verba legis, vt paulo ante. QVAM POENAM, inquit, MAIOR PARS IVDICVM STATVERIT. Partem intelligimus eidem numero applicatam, quemadmodum ſententia coniunctam. ſic turba, alioqui ſe miſcere tibi, & in genere diſſentientes licet, cur hos tres ſeparas? Quomodo enim hi ab illis quatuor diſcrepant, ſic illi inter ſe pugnant. Ergo non idē ſentientes non poteſ iungere: idem ſentientes compara. Ego qui mortem pronuntient, tres habeo. Produc illos qui exilium pronunciant: vinco, produc qui ignominiam: æque vinco. Dubitari poteſt

teſt valentiorem eſſe partem, quæ cõpoſita neutri ſuccumbit, vtramque ſuperat? Quid ſi enim quatuor illi in totidem diſputarent ſententias: nunquid illos pro vna parte opponeres? Nemo ſine dubio cum tribus meis ſtaret, ſed nemo alteri eſſet adiunctus; nunquid ex quatuor ſententiis vnum corpus efficeres? minime. At quid intereſt bini an ſinguli diſſentiant? æque numerari pars non poteſt, ſi in partes ſcinditur? Quid ſi duo ignominiam pronuntiarent, duo exilium, duo mortem, vnus (vt plerunque euenit) taceret? ſine dubio pares eſſent ſententiæ. Si ergo detracto vno, pares eſſent: adiecto, nõ ſunt ſuperiores? At enim vt ſcias non vtique duas partes legem exigere, verba inſpice: QVOD STATVERIT, inquit, non vtrũ potuerit. Denique, iudices, breuiter agendum eſt. Reus damnatus, quam tandem pœnam pati debet, ſi mortis pœnam relinquit? Quam? ſcilicet exilii. Ergo cum tribus ſententiis quatuor non cedant, duabus quinque ſuccumbent? At eadem eſt iniquitas. Quid acturus es? pœnarum controuerſia vtrunque ferre non potes ſiue ignominiam ſuſtines, in patria morandum eſt: ſiue expelleris, patriam relinquis. Quid ergo, inquit, moriar, cum tres tantum me perire voluerint? Quid enim autem iniquum eſt te mori damnatum, confeſſum, etiam tuo iudicio ſupplicio digniſſimum? Cui enim te reſeruabimus? videlicet egregium exemplum ciuium futurus es, qui ſic viuis, vt damnari potueris.

CCCLXVI. *Legatus filius proditoris occiſus.*

LEGATVS SACROSANCTVS SIT. PRODITOR CVM LIBERIS EXVLET. Cuius filius legatus erat, proditionis damnatus eſt. Reuertentem legatum quidam occidit, cædis reus eſt.

SERMO.

Fatetur cædem reus, ſed iure defendit.

DECLAMATIO.

EXVLEM, inquit, occidi. Exul ille quando factus eſt? quis illum accuſauit? quis damnauit? quis expulit? Atqui ſic fieri exulem, pater illius exemplo eſt. & inde exul quoque dictus eſt, quaſi ex ſolo patrio expulſus. Pater, inquit, illius proditionis damnatus eſt: lex autem exulare & proditoris

toris liberos iubet. Vt omnes lex puniat, huic tamen ignoranti, damnatio patris nocere non debuit. Puta in priuatum compendium peregrinatum: non ante exúl erit denique, quã ſcierit ſe eſſe exulem. Aliquis pœnam ſuſtinet, quam ignorat, & eius eſt conditionis, cuius ſe eſſe neſcit? Quem talem ſacrilegum audiſtis, quem homicidam, quem veneficum? Noui generis nocentem producis, tam ſecurum, vt ſe ne nocentem quidem ſciat. Sed, quod paulo ante remiſeram, nego. Nõ omnes lex punit, ſed conſcios, ſed participes ſceleris: illis iraſcitur qui cum patre peccant. Neque enim innocentes vlla lex punit. Et hic non ſolum innocens, ſed etiam honoratus fuit. Legatus fuit. vt proditoris filium licuerit occidere, legatum non licuit. Quid enim lex ait? LEGATVS SACROSANCTVS SIT. An hoc dubium eſt fuiſſe legatum? creatus eſt, miſſus eſt. atqui ſi fuit legatus, non potuit, antequam renuntiat legationem, deſinere. tanquam magiſtratus intra ſuum annum, tanquam ſacerdos. Patris, inquit, damnatione deſiit eſſe legatus. Ad alium forſitan filium pertineat paterna damnatio: ad legatum non pertinet. Ante enim legatus hic factus eſt. Ita in eo iure fuit, in quo illum Reſpub. ante iuſſerat; id eſt, ante legatus fuit, quam damnati filius. Sed puta licuiſſe: non oportuit.

SERMO.

Hic de iniuria publica querendum, quod ignoretur quid renũtiaturus fuerit, vltima deſcriptio erit, qua nihil tale merens, occiſus ſit, etiam inter hoſtes tutus.

CCCLXVII. *Luxurioſi pater fortis.*

Luxurioſi pater fortiter fecit, præmium non optauit ex lege. Dementiæ reus fit à filio.

DECLAMATIO.

DEMENTIÆ reo quid obiicis? vſitata fortaſſe crimina, Tractas per publicum veſtes, non reddita ſalutantibus nomina, non diſcretos ab inimicis amicos, aut diſſipata luxuria bona, & aliena ætati vitia. Habet hoc crimen domus noſtra, ſi reum mutas. An vero deſidiam obiicis? Bellum non ſentio? hoſtem non intelligo? patriam non vindico? Præmiũ, inquit, non optas. Puta me rationem non poſſe reddere. Non eſt vnius criminis dementia. Vt hoc ſit argumentum dementiæ, infirmum eſt, quia ſolũ eſt. deinde nunquam in vno dementia deprehenditur. obiice & alia. Sed quid ſi ne hoc quidem

quidem obiici poteſt? Quid? tu liberalitatem, dementiā vocas? Non expedit tibi, adoleſcens, hanc legem introducere. Non optas. Age, quiſquis non eſt auarus, demens eſt? Varii ſunt mores. Puta me nolle optare, non concupiſcere præmium. non inuenio quid optare poſſim: deinde patriam onerare nolo bello afflictam. Deinde gratuitæ deben t eſſe virtutes, deinde hoc eſt præmium, intueri debitorem populum. Licet differre: permittes & tua cauſa. vxorem tibi opto, honores opto. Statim, inquit, opta. Ergo ſi facio, ſanus ſum. En crimen quod ſtatim tolli poteſt? Quid vis optem? optô ſtatuas? vultum contrahit. dies feſtos? iraſcitur? Quid igitur? pecuniam? & ſi hanc deſideras, cur non fortiter pugnabas? deſcende in aciem. an ego pro te pugnaui? Si perſeueras in foro potius militare, quam in prælio, Abſolutionem opto: tolle iudicium.

CCCLXVIII. *Alens patrem rapta abdicata.*

Rapta inuito patre nuptias optauit. ob hoc abdicata, tacuit. egentem patrem quia inuito marito alebat, eſt repudiata: ingrati agit aduerſus maritum.

DECLAMATIO.

BENEFICIVM dedit, vitam donauit. Magnum beneficium eſt, lucem dare. ideo ſunt parentes cariſſimi: & illi vitam dant non ſentientibus. Quid, quod beneficium dedit, cū accepiſſet iniuriam? Iam non tantum vitam tuam donauit tibi, ſed etiam vltionem ſuam: nec tantum non exegit ſupplicium, ſed etiam conceſſit matrimonium. Quid his vis adiiciam? exorta eſt. Solent dolere raptæ, & contineri non poſſunt, nec à patribus. Dedit ergo beneficium. Quid ſi etiam contra patris voluntatem reſeruauit? illum offendit, vt tibi parceret; & quam grauiter etiam abdicata eſt? Cum tibi beneficium dat, ipſa accipit iniuriam. Donauit tibi etiam teſtamentum patris. Accepiſti ergo beneficium, non retuliſti gratiam. Quid ſi feciſti etiam iniuriam? Expectatis vt dicam? Cultus negauit, viduam fecit quantum eſt veſtis & ornamentum? Matrimonia ſunt ab ipſa rerum natura inuenta. Sic mares fœminis iunguntur, vt imbecillior ſexus præſidium ex mutua ſocietate ſumat. Puta illum habere patrem, ad quem ſe recipiat: infamata eſt, nunc bis vidua eſt, mendico patre. Ergo maritum eripis. quem tandem maritum? quem tantopere dilexit, vt patri præferret. Potuit tibi controuerſiam facere de

nuptiis

nuptiis iuris ſui, ſi ad ingratum reuerti vellet. Quid his obilatis? Patrem, inquit, alit. accuſas quod miſeretur. Patrem ali nō ſolum oportet, verum etiam neceſſe eſt. Sed me, inquit, perire voluit. Ecquid ignoſcitis, iudices, ſi talem oderat, qui ante cognouerat? nam hæc ignorauit. Perire voluit. merito: rapueras. Lex te occidebat, non huius pater. Sed non defendo illū, qui non ad te venit. Peccauit: idem te non rogat: filiam rogat, te vxor. Nempe hæc ei petit cibum ſeni, cui alieni porrigunt. Nec multum eſt quod detur, & hæc miſericors eſt. Sed expellis, & cum patre mendicare cogis, non es ingratus? ergo matrimonium eripis. quid? quod matrimonium? iuris ſui poterat iniuſti repudii agere ſi vellet. Inimicum, inquit, meum alebat. Miraris? miſericors eſt, & hoc accuſas. forſitan non perſonam æſtimauit, ſed fortunam. Eſt hoc vitium illius: nuper & raptoris miſerita eſt. Sed quid iam valde iſte peccauit, vt mori debeat? Me, inquit, perire voluit. Imitaris quod arguis. Ergo peccauit. idem facis. Crudelitatem & accuſas & imitaris. Sed ille merito: quippe raptorem. Puta peccaſſe: ſatisfecit, rogat, miſer eſt. hoſtes quoque parcunt. Denique hæc meruit: hanc reſpice. Te quoque, inquit, abdicauit. Relinque æſtimationem ipſi doloris ſui: ſine ipſe vindicet. Sed cur vindicet? merito abdicata eſt. Te ſeruauerat, meruit exulare. Sed puta iniuſte abdicaſſe pater eſt. Non reſpicimus in eiuſmodi fortuna, quid meruerit. Denique quid faciet mulier, cum ad ianuam venerit? & quantulum eſt quod præſtat? Quo nunc ſe miſera conferet? cum patre nimirum mendicandum habet. Facile tamen maritum inueniet: tantum, ne impune læſa ſit, ſolatium petit.

CCCLXIX. *Armis ſepulchri victor.*

SEPVLCHRI VIOLATI SIT ACTIO. Quidam arma de ſepulchro viri fortis ſuis conſumptis, ſuſtulit. victor repoſuit. Reus eſt violati ſepulchri.

DECLAMATIO.

POTVI inficiari quod obiicitur. Detracta arma dicis? Nego. mentior? eamus in rem præſentem. adnumerare volo: ſi quicquam defuerit, damnari volo. Sed non corrumpam gloriam meam, vt diſſimulem propter quod vir fortis honoratus ſum. Sed quid faciam? non licet mihi iſta narrare.

instas

inſtat liuor: & id, quo ſalu' eſt, odit. Sepulchrum, inquit, violaſti. Non vtcunque attingitur ſepulchrum, violatur: alioqui nec inter mortuos licet nec collapſa reficere, nec ornare. Aut ſi cunque attingitur, violatur, bis ergo peccaui, & cum ſuſtuli, & cum repoſui. Sed non ita eſt: & mens abſoluitur. Sic Romani glorioſe ſpoliarunt Iouem: ſic Saguntini fecerunt parricidium. Si ergo mens in factis ſpectatur, meam inſpicite. quare violo? inimici ſepulchrum eſt: imo etiam commilitonis amici. credibile enim eſt ſimiles propoſitis amicos fuiſſe. Deinde, vt etiam viuo nocere voluerim, mortuo tamen parcendum eſt. Deinde, quo tempore? bello inter pericula odiis vacuà. Sed quid ſuſtuli? aurum credo, aut defoſſam pecuniam? Arma. Iſta virtutis inſtrumenta, non ſceleris ſunt pretia, quibus præmia merui. Niſi iſta ſuſtuliſſem, non accuſaſſes: non haberes leges. Suſtuli, confiteor: ſed publicæ ſalutis cauſa. Miraris? ipſorum ſepulchrorum ruina ſi poſſem, hoſtem repellerem: tecta in ſubeuntes. & ſacra, quin etiam templorum faſtigia, deſperantium tela ſunt. Certum eſt omnia licere pro patria. Deniq; vos interrogo, quin faciā? magna pars exercit' in me ceſſat. Armati ſunt interim etiam inertes, etiam mortui: ſolus nudus ſteti. Quanquam quod quæro, habeo: ſententias veſtras honoraſtis, & ſciebatis his me armis viciſſe. nec ſane aliud dediſſetis conſilium, quam locus & tempus. Viſus eſt mihi emergere tumulo vir fortis.

CCCLXX. *Rapta competitrix diuitis filiæ.*

INSCRIPTI MALEFICII SIT ACTIO. QUI INGENUAM STUPRAVERIT, DET DECEM MILLIA. Pauperis & diuitis filiæ petebant ſacerdotium. Rumor erat pauperis filiam futuram ſacerdotem. Eam paraſitus ſub diem comitiorum rapuit. Diues offert pro eo decem millia. Inſcripti maleficii reus eſt.

DECLAMATIO.

NON eſt, inquit, inſcriptum: quia certa lege comprehenſum eſt. Hoc diceret raptor, ſi cum illo agerem. Sed aliter mecum tibi conſiſtendum eſt. Rapere enim viſitatum eſt: ſubiicere raptorem, nouum. Nunquam hoc timuere maiores.

CCCLXXI. *Viri fortis pater, reus proditionis.*

ABDICARE LICEAT. VIR FORTIS OPTAT QUOD VOLET.

LET. Qui proditionis patrem reum habebat, fortius pugnauit Rogante patre vt optaret abolitionem ſuam, non optauit: ſed in iudicio, reo affuit. Abſolutus pater abdicat filium.

DECLAMATIO.

QVID peccaui cur abdicer? num aduerſum patriam iners ſum? luxuriæ deditus, bella fugio? An aduerſus patrem impius? reor. In qua parte filii ceſſat officium? Non optaſti, inquit, quod volui. Iam excedis legem tuam. patet filio debes imperare, forti non potes. potes peregrinationem potes militiam: ſed non ſententiam iudicii, non decretum magiſtratus, non præmium forti. Quid enim lex ait? FORTIS OPTET. Me nominat, & æquum eſt hoc mihi contingere: pugnaui. Cum quo mihi res eſt? cum patre, non eſt contumaciter agendum. Ego vero etiam viri fortis optionem remitto: ſi æquum petis. Quid petiiſti? vt abolitionem optarem. Memento non omnia, pater, nos poſſe petere: præmium accipimus, non regnũ. Neſcis quantum ſit abolitionem petere, accuſatori ſilentium indicere, reum eximere, leges tollere. Nec pro te tenuiſſem, & præmium perdidiſſem. Sed cuius abolitionem? meam, inquit. Animaduertitis quodammodo parricidii reum. Agam potius cauſam. Hoc præmium primum turpe eſt: deinde ſuperuacuum. Turpe: damnaberis tuo iudicio in perpetuum. quanto grauius eſt à ſe damnari? tamen alii poſſunt dicere, Gratia victi ſumus. Deinde ſuperuacuum: nocens eras? At enim dubia eſt iudicii fortuna. ſed nobis non timenda. Diluendum iudicium eſt: inuidia tantum criminis fiducia erat & in timore tuo. Itaque apparuerunt iudicibus vna omnia, & profuit tibi quod abolitionem non optaui. apparuit certa innocentiæ fiducia. Ergo aduocatum tuum abdicas, participem laboris? de me facile eſt, inueniam patrem: ſed tibi timeo, ſoles enim periclitari.

CCCLXXII. *Pulſator educatoris expoſitus.*

QVI PATREM PVLSAVERIT, MANVS EI INCIDANTVR. TALIONIS SIT ACTIO. Quidam expoſitum ſuſtulit, pro filio educauit. Pulſatus ab eo, tanquam pater manus incidit. Agnitus eſt adoleſcens aduocato naturali patre, cum educatore agit talionis.

DECLAMATIO.

SCeleratiſſimus omnium, iudices, iuuenis ingratus, vel quia lucem beneficio meo accepit: vel quia in patrem

bis

bis parricida eſt, ſemel domi, iterum in foro, quam merito cruentas perdiderit manus, ſi quis adhuc dubitabit, aſpiciat: iterum me in conſpectu veſtro pulſat: etiam truncus ac debilis, ſola rabie integer, in miſerum ſenem incurrit. Quid ſi haberet manus? ac ne quis illum coercitum pœna p[illegible]t, etiam audacior factus eſt. Debilitatem meã concupiſcit, & ei præcipuæ corporis parti iraſcitur, per quam viuit. Fateor, iudices, fateor præcidendas fuiſſe has manus. ſed cum illum tollerent. Nec erubeſco (quod ab iſto minimum eſt) male audire, & crudelitatis quoque reus fieri. Sane crudelem me vocet: dum ſe oſtendat, non timeo ne iſtud in[illegible]e crimen credibile ſit, cum miſericordiæ meæ aduerſat[illegible]us ipſe monumentum ſit. Nam quo[illegible] pater parricidæ adeſt non miror: debilem non timet, aliquando crudelior, cum expoſuit. Neque enim dubito quibuſdam illum ſomniis & prodigiis commotum, quia videlicet iſtum parricidam defungi vt: que in patrem fatale erat; vt ſe metu liberaret proieciſſe. Il[illegible] ergo crudelis, iudices, quem ſolus iſte carnificem vocat, acceſſi miti vultu: miſertus ſum: ad ſummam, alienus ſuſtuli quem proiecerat pater. nec contentus, filii loco habui. Quid? hac indulgentia quid profecerim quæritis? effeci ne deeſſet qui pulſaret ſenem: ille quem præſidio ſuſtuleram, ille quem vindicem etiam aduerſus alienos ſperauerim, tam aperte pulſauerat, vt ne inficiari quidem poſſet. Stultus eadem indulgentia etiamnum perſeuerabam, & quærentibus amicis à quo eſſem pulſatus, mentiebar. Quid tu, inquiunt, expectas donec occidat? rapuerunt me in forum: oſtenderunt verberati oris notas. Iſte faſſus eſt: iudex damnauit: carnifex manus abſtulit. nihil in illo iudicio meum, niſi fletus fuit. Dum iactatur tota ciuitate parricidium, inuenit impietas originem ſuam: en, vt videtis, iterum pulſat. Talionem, inquit, peto. Quid agis? crudelitatis arguis? quem ſaltim pulſaui? miſereri ſoleo etiam alienorum. Ego te, cum meus eſſes, debilitaui: num per vinum? num per furorem? num iratus? Talio, iniuriæ vltio eſt. In hoc ſcripta eſt lex, ne quis impune petulans ſit. Hoc ergo dicis. Me iniuria abſtuliſſe. lege incidi, nec ego, ſed carnifex. Quicquid lege factum eſt, vindicari lege non ſolet. Et qua lege? QUI PATREM PULSAVERIT. Sed tu, inquit, pater non fuiſti. puta. Iudicia tamen iudiciis reſcindi non poſſunt.

SERMO.

Hic de ſanctitate iudiciorum.

DECLAMATIO.

Sera poſt damnationẽ, innocentiæ defenſio eſt. Iſtud quod nunc dixiſti, ante dixiſſes: ſed non potuiſti dicere. Pater tuus eram, iure præſen is conditionis. Abdicare itaq; potui: occidere potui: omnem poteſtatem, tanquam in filium, exercere. Miraris? nec ille potuit contradicere, qui pater erat. Non eras, inquit, naturalis Tanto igitur plus merueram: alienum ſuſtuleram, cum eſſent qui ſuos proiicerent. Sed vt non fuerim, tu tamen putaſti patrem. Lex autem mentem punit, vt ſcias verum eſſe hoc, imperraui. Sed tu, inquit, ſciebas non eſſe filium tuum. Poteram quidem ſcire: ſed meritis pater eram, ſed tu tanquam patrem cecideras Sed, teſtor, nolui, expoſitum quoque collegeram: indignati ſunt amici. ipſe falſus es. Quid nunc facies? præcides manus quæ te ſuſtulerunt?

CCCLXXIII. *Ornamentis redemptus.*

ABDICARE LICEAT. SEPVLCHRI VIOLATI SIT ACTIO. Amiſſa vxore, & defoſſis in ſepulchro eius ornamentis, ſuperduxit filio nouercam. Captus à piratis pater, de redemptione ſcripſit. Moran e filio, vxor è ſepulchro prioris vxoris, eruit ornamenta, & miſit. Ob hoc à priuigno ſepulchri violati accuſata, & damnata eſt. Pater redit, & abdicat filium.

DECLAMATIO.

ANtequam parricidium, inertiam obiicio. Non es peregrinatus, etiam me peregrinante coactus ſum tuas vices ſuſtinere. Sed dices non totam domum in periculum committi debuiſſe: remanſiſti vt redimeres patrem captum? deſeruiſti. maximum crimen, imo parricidium. Quantum in te fuit, occiſus ſum, & grauiſſimis quidem tormentis. Neque eſt, quod paupertatem excuſes: impietas fuit. Moraris. & quid facis? vt ſciam occiſum, accuſas. Hoc vacat? & quam accuſas? vxorem meam. Sepulchrum, inquit, violauerat. Quid ad te? mea iniuria eſt: ego vindicabo. Sed ne ego quidem debeo: recte violauit. Vt ſcias, inquit, peccaſſe, damnata eſt. Miraris, abſente viro? Ego te vxor damnaui, optima fœminarum. ſed vindicabo.

CCCLXXIV. *Abdicatus heres ob tyrannicidium.*

ABDICATVS, DE PATERNIS BONIS NIHIL HABEAT. Quidam hortatus eſt in tyrannicidium filium. nolentem abdicauit. Moriens ſcripſit heredem, qui tyrannum occidiſſet. Abdicatus occidit: petit bona.

DECLAMATIO.

ABDICATVS, inquit, NE QVID DE BONIS PATRIS CAPIAT. Paterna hæc eſſe bona conſtat: abdicatum te eſſe æque patet: quæ vltra quæſtio eſt? Hæredem, inquit, ſcripſit tyrannicidam: ego autem tyrannum occidi. Nihil refert, an aliquod ius poſtea acquiſieris: filii perdidiſti. Lex enim quæ abdicatis paterna bona negat, per omnia illos amouet. Superuacuum namque erat, abdicatum ſubmouere, qui alioqui perdiderat paternam domum. Igitur lex iſta ſcripta eſt, ne qua lege reuerti in domum poſſet. Licet ergo ſis tyrannicida, non prodeſt tibi. Nec vlla lex reducit, quem aliqua excluſit: & ſemper, iudices, potentior lex eſt quæ vetat, quam quæ permittit. NE QVID, inquit, EX BONIS CAPIAT. Hoc etiam in magiſtratuum poteſtate ſeruatur: & plus poteſt, inquit, vnus qui vetat, quam omnes qui iubent. In permittente enim, libera poteſtas: in vetante pœna eſt. Deinde hæc lex publica eſt, ad omnes pertinet: teſtamentum priuatum eſt. Potentius eſt quod in albo lego, quam quod in teſtamento. Sed pater, inquit, voluit me eſſe heredem, & ideo tyrannicidam ſcripſit, quia ſciebat me facturum tyrannicidium. Falleris. tenamque minime voluit. nam ſi voluiſſet, ſcripſiſſet, Filius meus, ſi fecerit tyrannicidium, heres mihi ſit. Nunc autem apparet dolentem, iratumque ſcripſiſſe: & adoptare in locum filii, tyrannicidam voluiſſe, quia in virtutem tyrannicidæ, filium excitare non poterat. Iratum timido fuiſſe: abdicauit. Nunquam leuiter excandeſcunt patres, & qua cauſa? quod tyrannum non occideras. Vides quemadmodum inertiam execratus ſit, ne iudiciis quidem malis excitatam. Tantum abdicauit? imo non reduxit. Paſſus eſt exulare: ne moriens quidem miſeritus eſt. etiam teſtamento exhæredauit, etiam alios adoptauit.

SERMO.

Vltima partes æquitatis.

DECLAMATIO.

Tamen, inquit, tyrannum occidi. Puta te meruiſſe. habes præmium à republica. Illud virtutis præmium debet eſſe, hoc inertiæ ſupplicium Sed quando occidiſti? teſtamentum te excitauit.

SERMO.

In vltimo tuenda mortuorum iudicia: commendabimus iudicibus teſtamenta. Nullam autem maiorem illi fieri poſſe iniuriam, quam ſi hunc hæredem habuerit.

CCCLXXV. *Fortis, filius proditionis rei, frater deſertoris.*

Proditionis reo patre, alter ex filiis deſeruit. alter fortiſſime pugnauit. Rogauit pater, vt abolitionem ſuam optaret, ille fratris impunitatem optauit, & in iudicio affuit patri. Pater abſolutus abdicat. ille C. D.

DECLAMATIO.

FAteor, non poſſum luſus arguere, qui donari ætati poſſunt. Non eſt luxurioſus, ſed contumax. hæc minus ſeuenda ſunt vitia. Dicas licet fortiſſimum, quid mihi prodeſt, ſi magis patrem contemnis? Mea, inquit, lex eſt. Quicquam tibi me viuo tuum eſt? Ego re in aciem miſi, mea eſt virtus, mea lex, mea optio. Non iniquam rem poſtularem, ſi dicerem, Amicum reum vindica: quid ſi patrem, etiam innocentem? Vrget conſpiratio Sed turpis eſt, inquit, abolitio. Quid ad te? Ego meæ conditionis arbiter ſum. Sed, inquit, ſuperuacua erat. innocens eras. quid autem? ego quia nocens eram, petieram? verebar fortunam iudiciorum & exempla. Sed fratris, inquit, ſalutem optaui. Iam ergo noli dicere, Superuacua abolitio fuit, alium enim mihi præstuliſti: & innocenti nocentē: reo damnatum, qui certo perire debebat. Si miſereris tuorum, eos ſaltim adiuua, de quibus iudex etiamnum dubitat. Quid ergo, inquit, petiiſſet? Si me interrogas, occupatus ſum, non audio. Si patriam, deſertor eſt. Quædam, iudices, comparatio minuit. per ſe crudele fuit, perire fratrem: ſed comparatum mihi, tolerabile. Quid ergo? ego periiſſem? Fratrem, inquit, ſeruaui. Itaque nunc frater te abdicat: ille beneficii gratiam debet, ego peccati pœnam. Sed quid, ſi non pietati ſeruiſti, ſed vt me occideres? quantum in te fuit, damnatus ſum. Adfui, inquit, alioqui abdicareris tantum.

CCCLXXVI.

CCCLXXVI. *Expoſitus iuratus ob nuptias educatoris filiæ.*

Quidam moriens adoleſcenti, quem pro filio educauerat, indicaturum ſe veros parentes pollicitus eſt, ſi iuraſſet ſe filiam quam relinquebat, ducturum vxorem. Iurauit adoleſcens. ille deceſſit. poſt mortem educatoris, à naturali patre receptus, quia non vult orbam diuitem ducere vxorem, abdicatur.

DECLAMATIO.

ABDICAT tam cito? ſi non eram idoneus, non eram recipiendus. Tam exiguo tempore quid peccare potui? etiam ſi quid peccaui, ignoſce. nondum noui mores tuos. Nouitiis etiam ſeruulis ignoſcitur. Sed quid obiicis? Vxorem, inquit, non ducis, quam volo. Quid tum? neſcis noſtri arbitrii eſſe matrimonia? Affectus noſtri vobis non ſeruiunt. Non potes efficere imperio, vt vel amem quem velis, vel oderim. Matrimonium vero, tum perpetuum eſt, ſi mutua voluntate iungitur. Cum ergo quæratur mihi vxor, ſocia tori, vitæ conſors, in omne ſæculum mihi eligenda eſt. alioqui quid proficis inuitum cogendo? repudiabo. At enim, inquit, lege cogeris orbam ducere. Quid? tu illius patronus es? ſine me illi reſpondere. Si poteſt, lege illa cogat. interim noli mihi patriam maieſtatem opponere. Sed nimirum non poteſt cogere, & ideo non cogit. alioqui forſitan illi reſponderem, non habere orbas priuilegium, ſed vacuis inducere nuptias non occupatis. Quid ergo, inquit, orbam non ducis? Gaudeo, pater, quod miſereri fortunæ potes. & hæc orba eſt, & hæc patrem perdidit. Fortuna ſimilis, indulgentia proprior eſt. In eadem domo educati ſumus: noui mores, probo vere cundiam, probo genus. Quid ſi mihi à patre commendata eſt? quid ſi rogatus ſum? quid ſi etiam iuraui? vis me fidem non præſtare? & cui? qui me ſuſtulit, qui patrem egit, qui te mihi patrem dedit. quemadmodum rogauit. non eſt quod dicas, Ego cogo. æque tamen peiero. Et quales futuræ nuptiæ, quæ periurio iunguntur?

SERMO.

Vltima comparatio puellarum: illam eſſe diuitem, facile inuenturam maritum. hanc, in totum deſtitutam: & nunc vero orbam, ſi eam hic quoque deſerit. referendam eſſe gratiam expoſitos colligentibus.

CCCLXXVII *Vocatus à patre in militiam, venenum terens.*

PARRICIDII SIT ACTIO. Pater filium in militiam vocauit. Ille ornatus donis ad patrem redijt. adhibitis amicis petijt à patre, ne ſe amplius mitteret: non impetrauit. Iterum fortiſſime pugnauit. rediit terens venenum à patre deprehenſus eſt. Interrogatus, dixit ſe mori velle. Parricidii reus eſt, patri.

DECLAMATIO.

PARRICIDII reus ſum. Quædam crimina ipſa magnitudine fidem non impetrant. Parricidium aliquando legem non habuit, nec immerito. Quis enim facile vincl:s naturæ exoluat? Vos eſtis qui naſcentes excipitis. Itaque ad tantum nefas, magna oportet ſerie parricida veniat, & per hominum Deorumque contemptum, ad vltimum nefas conſcendat. Quid hoc eſt, iudices? maximũ omniũ reo crimen obiicitur, & ſolum: non circunſcriptus amicus: ceſſant etiam familiaria adoleſcentiæ crimina: & ne in ſcortis quidem reus male audio. Plus fortaſſe quam putatis, iudices, pollicebor: non quemlibet ex illis ſubſelliis, ſed accuſatorem ipſum, laudatorem dabo: nunquam abdicauit. Quid ni non abdicaret? cuius non ſolum innocentiam, ſed etiam virtutem cognouerat? Facinus indignum: inter ſpecioſa militiæ opera, impietatis priuatæ reus ſum, ſponſor ſalutis publicæ. Non ſunt eiuſdem pectoris vitia & virtutes. Etiam pro alienis patribus dimicare ſoleo. Sed forſitan non ſolum puram, ſed etiam ſpecioſam innocentiam grauet in parricidium cauſa. nunquid abdicaueras, & exuere naturalem indulgentiam prior docueras? An etiam hereditatis cupiditate volebam te occidere? ſcilicet immenſis luxuriæ oneratus damnis. An infeliciter te iubente pugnaueram & inertiæ pœnam verebar? Imo, inquit, inuitus militabas. Sic fit ergo, vt quiſquis hoſtem timet, patrem occidat. Ergo iners ſum. atqui parricida non ſolum audax debet eſſe, ſed etiam temerarius. inuitus. Quid ergo? rogare non poſſum, ad preces decurrere, non ad venena, iterum allegare amicos non poſſum? denique perſeueras. mori non poſſum. Finge enim qualem te velis eſſe. crudelem? & hunc iudex vindicabit: & propter hunc occidit filium. Sed melius ego de te iudico. Puto te omnia indulgenter imperare filio. Auida eſt gloriæ

gloriæ paterna pietas. Noſtra tyrocinia timidiora ſunt. Nunquid offenderis, ſi te laudo. Sed ne tali quidem patri parco. Quemadmodum occidere volo? conducam percuſſorem? inſidiabor peregrinanti? nihil horum eſt. Meas manus inquino, & ſic paro venenum, vt deprehendar? Secreta ſunt parricidarum ſcelera Cur ergo, inquit, venenum habuiſti? O miſeram liberandæ adoleſcentiæ meæ ſortem, & malis quoque ipſis triſtiora remedia! Excuſandum eſt, quod ne diluerem, mori volueram: & vltimæ cogitationes reuocantur ad iud. paulo minus quam poſt fata accerſor reus. Sed ne fallam te, pater, reſpondebo verbis fortunæ meæ, reſpondebo quod ſoleo, id eſt, non alius reus quam filius mori volo. O quanto facilius tibi mortis cauſas, quam parricidii reddam! imo paſſim obiectas & publicatas, tantummodo tranſibo. Mori volui, quæris quare? quia natus ſum ad miſerias hominum, incendia, naufragia, bella. Felices qui ſuo arbitrio moriuntur. Scipio, inquit, bene habet. puto quia vltra pugnaturus non erat. Catonum & ille peccauit? idem feci quod Cato. Ad quietem hoc iter eſt, & dulcis quædam ad ſecuritatem via. Quare mori voluerim quæris? en: quia viuam. Reus ſum, quare mori volui. Vides enim. ex voto adoleſcentiam egeram. nihil vnquam me offendit: quanquam interim & ſecunda ad vſum meum faciunt. quicquid rogauit & pater, etiam ſolus exoraui pace maieſtatis tuæ dictum ſit, non omnes tam fortes ſumus, non omnes bella ſuſtinere poſſumus. Sed non quiſquis occidere hoſtem non poteſt, continuo patrem poteſt. Varia ſunt ingenia, alii otio delectantur: ego tecum volebam militare. En parricidam, ſub iudicio tuo viuere volo, in hoc etiam ambitioſus apud te, pater, amicos adhibui. Sed poſtquam iuſſus ſum obſequendum eſt, inquam, patri, eamus in bellum. Quid habeo quod pro me timeam, ſi de filio pater ſecurus eſt? vidi alios ſterni, alios fugari, vinctos exercitus cædi: dedi me periculo, ſubieci, tanquam vilis mihi, fortunæ, & ideo puto, miſer vici. Tum vero in æſtimatione periculorum ac vulnerum, Quid hic, inquam, nemo vincere poteſt, niſi mori voluerit? Redii in domum patris, nulla erat miſſio, ne poſt victoriã quidẽ. Si neceſſe eſt, moriamur, inquam, ſed domi: ibi certa pater ſepeliet. inter hæc tamen, paternam clementiam ſperans, videat, inquam, pater, deprehendar. qui roganti non credidit, morienti credat. Ipſe me cum veneno obtuli, vt eſſem miſerabilis. Sed, vt video, crudeliorem feci patrem:

& non intelligo. Filium perire voluiſti, cum in aciem miſiſti: ſi perſeueras, venenum redde: liceat meis inſtrumentis mori. Sed miſerere hæredis, miſerere viri fortis. iudicio impetrem, quod per amicos exorare non potui.

SERMO.

Hoc eſt difficillimum in hac controuerſia. quod in eadem conditione & parricidii, & mortis, eſt militia metus: quam ſi inficiamur, non habuimus cur ipſi vellemus mori: ſi fatemur, habuimus cur patrē vellemus occidere. medio igitur temperamento opus eſt.

CCCLXXVIII. *Auctor pacis abdicandus.*

Victa duobus prælíis ciuitate, tertia inſtructa acie, pollicitus pacem adoleſcens, ſi permitteretur ſibi cum duce hoſtium loqui. poſt diſceſſum eorum, quia non indicat patri, abdicatur.

DECLAMATIO.

NON eſſe priuilegium parentibus datum mentior: datam eſſe video liberis reſpondendi poteſtatem, & de abdicatione iudicem cognoſcere. Dico igitur certa eſſe quæ imperent patres, nauigationem, militiam. Quædam excipi, ſenatoris, magiſtratus, iudicis ſententiam: & liberos eſſe, quia ciues. Hinc vero nouam legem Silentium crimen eſſe, cum abdicetur procacitatis petulantia, ſub hoc patre tacere non licet. Finge re quærere quid amico deliberanti ſuaſerim. ex torquebis? quare iudex reum damnauerim? quam rationem ſenator in ſententia ſecutus ſim? Iſto modo leuiſſimis quoque cauſis expellemur, & vtcunque delicatis viſum fuerit, teſtamenta perdemus. Abdicas. Amaui? potaui? & fortaſſe iſta donaſti. Tanti ſupplicii quod crimen eſt? Non indicas, inquit, quid locutus ſis. Finge nolle: licet. Magiſtratus non exigit, patria non exigit. ſi proditorem putas, accuſa. Sunt quædam ſecreta, iudices, & animi parentum imperiis vacant.

CCCLXXIX. *Diues à paraſito ſacrilego reus cædis.*

Pauper & diues inimici. diues, pauperem quodam tempore cum vxore occiſum, adulterii crimine in publicum abiecit. Poſtea dimiſſus ab eo paraſitus, in ſacrilegio deprehenſus, è lege tortus, inter alia dixit, à diuite pauperem illum inimicum iniuria occiſum. Diues cædis reus eſt.

DE-

DECLAMATIO.

RE o cædis quid obiicitur? petulantia, improbitas, circunſcriptio? Iſta ne pauper quidem obiecit: nec potuit latere anteacta vita ſub eiuſmodi inimico, quem vſque eo vehementem dicitis, vt mea manu eſſet iugulandus. Sed inimicum occidi. Quem? pauperem, qui nihil in curia, nihil in contentione poterat. Inimici ſunt ex pari. Sed puta inimicum fuiſſe. ſtatim ad cædem confugiendum eſt? verborum contentiones armis finiuntur: etiam hoſtibus parcitur. Cæſar Catoni voluit ignoſcere. Deinde mea manu occido. Tam efferati animi ſum? non venenum eſt, non percuſſor, & diues ſum? Deinde cum vxore ne illi quidem parco. Deinde quemadmodum rapio? de publico? non clamat, non Quiritum fidem inuocat? & tanti facinoris paraſitum conſcium aduoco, & eundem poſtea eiicio: non timeo indicem? Quemadmodum ergo, inquit, vxorem corrupit? alieni facti rationem à me exigis. Quis ſcio an hoc genere vindicare ſe voluerit, qui aliter non poterat? Pauper, inquit, fuit. Quaſi tantum pretiis mulieres corrumpantur, præſertim diuites: imo illecebris & blanditiis magis capiuntur. Vtique ſi quis domeſticorum adiuuit, per paraſitum factum: & ideo eiectus, ideo à nullo receptus, quod eū læſiſſet, à quo liberaliſſime exceptus eſt. At enim dixit paraſitus. Primum vnus teſtis eſt: deinde paraſitus. Tortus dixit. Eo minus credo: mentiuntur plerunque torti. Deinde hic habuit mentiendi cauſam, quod expulſus eſt, quod ſacrilegium propter inopiam admiſit. Aſtiti præſens: inde ille exarſit vali-dius & feſellit. hinc reus factus ſum.

CCCLXXX. *Crux ſcripta ſeruo non danti venenum.*

DE INIVSTO SVPPLICIO TRIBVNOS APPELLARE LICEAT. Æger à ſeruo, cui libertatem ſcripſerat, venenum petit. nolenti dare, crucem ſcripſit. Heredes volunt ſupplicium ſumere. ſeruus appellat Tribunos.

DECLAMATIO.

TESTAMENTO, inquit, cautum eſt. Ideo Tribuni cognoſcunt, non verum ſcriptum, ſed quare ſcriptum ſit. Crux ſcripta eſt. quare? quid commiſit? anteactam vitam ſcrutemur. Video illi prius libertatem fuiſſe ſcriptam. Quid igitur tam ſubito peccauit? nunquid venenum dare domino voluit, quo

Dicimus pecuniarias lites eſſe : litigatorem eſſe, non reum, non qui de capite ſortiatur. illud iudicium, vocari quæſtionē, quidlibet potius quam litem. Æſtimet, inquit, Quam familiare, quam quotidianum verbum eſt? ſi quid commodatum non redditur, nota ſunt verba poſtulantium, QVANTI ÆSTIMET. Ergo pecuniarium verbum eſt. huic tu mortem putas ſubiici? Veneficus exulat, alii ſcelerati mitius puniuntur: malæ tractationis damnatus occidetur? Mea, inquit, æſtimatio eſt imo iudicium. Tua in vna lege eſt, quam habuiſti. & lex vbi perire vult hominem, aperte ſignificat : DESERTOR OCCIDATVR.

SERMO.

Vltima ſunt preces, vt exoretur mulier.

DECLAMATIO.

Serues munus : nam remoueas licet ſecures, ſi iraſceris, morietur. alioqui putas illum dilaturum nuptias tuas. Denuncio, iterum rapiet.

CCCLXXXIV. *Virgo immolata peſtilentia.*

In peſtilentia reſponſum eſt, virginem immolandam. Sorte ductam pater virginem negauit. Magiſtratus immolauit. non finiebatur peſtilentia. iterum ſortiti ſunt: altera immolata eſt : ſedata eſt peſtilentia. Prioris patri magiſtratus reus cædis eſt.

COLORATÆ.

SOrtem filiæ tuæ Deus inter virgines eſſe noluit : ſed tanquam alienæ turbæ exemit.

CCCLXXXV.

Lenoni reus, qui meretrici amatorium dedit.

DAMNI INIVRIA DATI SIT ACTIO. Adoleſcens cum amaret ancillam meretricem, & multa ei donaſſet, amatorium ei dedit. videbatur amare ancilla adoleſcentem. agit leno cum eo, damni iniuria dati.

DECLAMATIO.

SI quis vtranque partem inſpexerit, intelliget profecto, ex vtra parte ſit damnum. Nam lenonis impudentiam ſatis admirari non poſſumus, qui non contentus in lupanari vendiditare ancillam, in foro venditat, quo plures amatores inueniat. Quod ſi aliquid valet amatorium, fateor, hic bibit.

SER-

SERMO.

Rei geſtæ ordinem quia neceſſe eſt exponere, in eiuſmodi perſona neceſſe eſt erubeſcere. Quæſtiones illæ ſunt, an leno damni iniuria dati agere poſſit, an impune illi iniuria fieri: an cum ſuam iniuriam non poſſit vindicare, mancipij poſſit: an ſi mancipij non poteſt, proſtituti poſſit. Quid ſi damnum datum eſſe: cum quis non habeat, quod ante poſſederit. Etiamnum, vt in primo loco comparatio perſonarum, vtrum credibilius ſit adoleſcẽtem intuliſſe damnum, an accepiſſe. Felicem eſſe ætatem ſi ſeruare poſſit ſua: & lenonem circumſcriptum quis crediderit?

DECLAMATIO.

Quanquam vt fecerim damnum, merito relata tibi talio eſt, propter quem damna omnes faciunt. Leno, eſt publicum damnum. Atqui tuam ancillam habes. Malo, inquit, exemplo datum eſt. Quid n? ait ciuitatem ſtare non poſſe, quia meretrix amet. Amatorium, inquit, dediſti. Damni agis, & veneficium obiicis.

SERMO.

Hic an amatorium effectum habeat. Quid enim ſi deformis det, ſibilis, ſi cæcus, ſi pro abſente? nunquid enim mandata medicamẽtum accipere? & illud prius, quomodo animum mutet, quod corpori non noceat per quod tranſit, & mutat animum, vt indulgentiam præcipiat, iſto modo lenonem diuitias in manu habere. Cur ergo, inquit dediſti? Multa miſeros etiam ſine ratione tẽtare. Huic, cum triſtis eſſet, ſuperueniſſe anum: menſtraſſe. hunc, antequam daret monſtratam potionem, ne quid noceret, priorem bibiſſe: reum autem ſub hac culpa eſſe, quod non tacuerit. Vltima figuratio, quẽadmodum leno damnum æſtimaturus ſit. nimirum voluiſſe illum æſtimare ancillam, & fortaſſe huic vendere. Supra etiã illud quæremus, vnde intelligat amare ancillam. Quod ſæpius veniat. Hoc illam ſæpe feciſſe dicet, nempe amat, ſine illa non poteſt viuere. hoc eſt miſeri iuuenis amatorium. Et illo loco dicemus, Non poſſe illum aliquando damnum ſentire, qui nullo labore tantos quæſtus faciat. Inuidendum illi, niſi leno eſſet.

CCCLXXXVI. *Epicrates cum gladio.*

Reus eſt Epicrates ꝙ vim iudicio fecerit, cum Cotyn Thracum regem in id adduxiſſet, & gladio cinctus ipſe veniſſet.

DECLAMATIO.

NON tulimus tabellas, ſed fugientes proiecimus: non iudices reum abſoluerunt, ſed reus iudices. Quid eſt vis? hæc fit alias patientia, alias metu. quorum alterum ad corpus,

corpus, alterum ad animum pertinet. Si male iudicatum eſt fuit aliquid quod iudex timeret. Hoc ſi probo, qualis in iudicium venis? Ego illum habitum reorum noueram. Ad ſummam, id ſolent rei à iudicibus petere, quod nuper iudices petiere à reo, vt ſibi parceret.

SERMO.

Reus dicit, Non, inquit, hoc animo feci, vt vim facerem. Ideo, inquit, gladium retuli, vt illo me, ſi innocens oppreſſus eſſem, interficerem.

CCCLXXXVII. *Fortis abdicans ſeruatum.*

Deſertorem filium, cuius deſertoris ſalutem ipſe fortis optauerat, abdicat.

DECLAMATIO.

DVAS leges habui, viri fortis, & patris. Viri fortis legem, tranſtuli in patrem: patris, in virum fortem.

CCCLXXXVIII. *Auia teſtis.*

Qui habebat matrem, duxit vxorem, ex qua natum filium, auiæ nutriendum dedit. Moriens, hæredem filium fecit: ſubſtituit vxorem. diſpenſatorem ſuum manumitti iuſſit. Puer reductus ad matrem, & ab ea in fundo maritimo, viſis piratis relictus, non comparuit. Poſt paucos dies, cadauer confuſis lineamentis, quod filius putaretur, in idem littus eiectum, mater ductis ſepeliuit exequiis. Diſpenſator manumiſſus ab ea poſt aliquot annos negotiatum profectus, adoleſcentem, quem dominum diceret, apud venalitiarium repertum, iudicio aſſerens, euicit. Cum eo reuertit in patriam. Puerum agnoſcit auia: negat ſuum mater.

DECLAMATIO.

CAVSAM, iudices, probatam peregre probatam domi propinquis, domeſticis, libertis, auiæ (facinus indignũ!) matri tantum probare non poſſumus, vſque eo ſe libenter credit orbatam, vt ſuos non niſi mortuos agnoſcat. Quod ſi antea ignotum fuit, quantum pecuniæ cupiditas poſſit, victrix etiam de natura triumphat. Mulier modo cadauer, tanquam filium, complexa: nunc filium, tanquam cadauer, fugit. quæ funus ſuum tantum ſibi credidit, gratulationem nemini credidit. infelicem puerum, ſola non agnoſcit ex propinquis. Cauſam quæritis? quia viuit.

NARRATIO.

Habuimus adoleſcentem optimum propinquum, mitiſſimum patronum, fideliſſimum amicum: maritum vero nimi-

nimium quoque vxorium, quod ignouimus: filium ſuſtulerat. Puer continuo ad auiam translatus eſt. Scilicet ad illa matris indulgentia occupata eſt, & hæc ablatum non indignata eſt. Toto illi corpore innotuit. non tamen vlteriorem auiæ notitiam profiteor, nepotem ſuum optime facie nouit. Moriens igitur propinquus noſter, teſtamentum ſcripſit breue & ſimplex. Nam neque diu de primo hęrede cogitandum fuit, habenti filium: nec de ſecundo, habenti priorem. Nec ſane inuidimus iſti honorata viri iudicia, quibus vtinam gratiam referret. Neque auia captare teſtamentum eius fas putauit, cui deſtinauerat ſuum. Hæc eſt noſtra narratio. iſta narret ſuos piratas. Non inſequar eam malignis ſuſpicionibus, niſi quod ſuos libenrius mortuos agnoſcit. Habetis narrationem pueri, habetis & matris: audite liberti. Interpoſito tempore, libertus notæ probitatis (Deorum credo numine, quod rebus humanis, etiam qua non apparet interuenit) peregre negotiandi cauſa profectus eſt: cum forte videt puerum venalibus interpoſitum, ſimul & agnouit, & agnitus eſt. Quis, inquit, vobis narrauit, in quas terras delatus eſſem? num auia viuit? Itaque habuit puer aſſertorem, aſſertor ſponſorem, peregrinus aduocatos. cum ipſe vultus, cauſam ingenuitatis ſuæ ageret, filium iſtius, quid aliud dicam, quam agnouerũt? Nec mirum: nihil erat confuſum. Fateor multum abſentium quoque profuiſſe nomina, cum diceremus, Habet matrem, habet auiam. In vna re, iudices, mentiti ſumus. Affirmauimus enim futurum, vt hunc mater agnoſceret.

ARGVMENTA.

Bona paterna filio peto. Sed ego, inquit, hæres ſum. Sed hic prior hæres. Periit, inquit. Quando? apud auiam valuerat, ad mortem arceſſitus eſt? diutius captiui apud piratas viuunt. Viſis, inquit, piratis, relictus, fluctibus obrutus eſt. Quid ais, relictus? vlli metus filii memoriam tibi excutiunt? matrem non agnoſco, Quædam animalia ipſo ore in periculis catulos ſuos transferunt: nouaſque illis indulgentia manus commenta eſt: noxios alioqui morſus, huic vni officio mitigant. Nidulorum, ſi infeſtantur, crebra mutatio eſt: nec quicquam vſque eo ferum eſt, vt non cum progenie ſua migret: adeo illis quibus omnium rerum intellectus negatus eſt, hic tamen affectus relinquitur. Romani generis auctor, diuiſis inter patrẽ & filium pietatis officiis,

cum

cum vtrunque ad fugiendum anni deficerent, alterum tulit, alterum traxit. Mater diſce fugere. puto non miraminí cur mater non recipiat quem tam vilem habet; vt tanquam cadauer relinquat. Primus, inquit, hæc eſperiit. Niſi fallor, iudices; in hoc controuerſia eſt, vtrum fluctibus ſubmerſus ſit puer, an a piratis raptus ſit. Si doceo non periiſſe, nimirum raptus eſt: ſi raptum oſtendo, doceo etiam viuere: ſi viuit, nimirum hic eſt quem inuenit libertus, cui ſit aſſertor, iudex remiſit, auia recepit. Verum vt propoſitum ordinem ſequar: nego in mari periiſſe. Littus amœnitate notum, nunquam elato alluitur mari, ſed molliter deuexum, æquali planitie, paulatim ſuperueniente pelago, ſubſedit. Longo ſpatio ingredientem fatigat, antequam deſtituat. Porro, tu tranquillo mari, an æſtuãte progreſſa es? Credibilius ſcilicet, ad hæc oblectamenta lætiores eligimus dies: horridus vero decidentium vndarum fragor, & exæſtuantis fluctus minax facies, & tibi opportuna ſecundum ipſa habitandi littora, non rapienda, ſed expectanda obſeſſio eſt. Ita habitas, vt tibi etiam tranquillitates eligere faſtidioſe liceat. Sane tamen aduerſis tempeſtatibus, & ſæuientibus ſ vndis offerre libuerit: ne hoc quidem periculoſum. venientis enim fluctus; & conſurgentis freti facies, ante terget, quam decipit. Vtinam quidem eiuſmodi tempeſtatibus productus eſſes, puer: tu potius patrem reliquiſſes. Denique quo tempore ſubmerſus? dum applicant piratæ, an ante? necdum ſcis? tam ſecura es? hoc matri non credo. Cur enim nemo ex pædagogis vidit? ſi vidit, cur laboranti auxilium non tulit, dum applicant? neceſſe eſt vtique tunc fluctus vitauerit, & ipſe quoque piratas fugerit. An vero eodem tempore & pirata applicat, & fluctus prædatur? Rogo vos, qui ante aduentum tutus fuit, aduentu piratæ periit? Cur ergo, inquit, nemo clamantem audiit? Primum vicinus vndarum ſæuientium fragor, audientium auribus minorem excludebat ſonum, deinde in tanto tumultu fugientium, præteriiſſe vocem non mirum eſt. Quid ita, non auditus eſt? Ne quæſo, infelici puero vilitatem tui imputauerit, quod relictus, quod deſertus eſt. Cur non audiſt? longius fugeras. Sed poſt paucos dies, corpus expulſum eſt. Quid mirum, vbi piratæ vagantur? Quid tu porro, impune ſæpe maria traiici putas? non minus poſſum dicere alienum fuiſſe, quam tuum filium ſigna confuſa ſunt: immo credibilius eſt, naufragi fuiſſe (littus enim amœnum, non infeſtos ſcopulos habet) vtique poſt paucos

dies,

dies, cum dicas expulſum: illum vero longo tempore non expulſum, ſed aduolutum. Quomodo autem potuit confuſa facie agnoſci? Ætas, inquit, conueniebat. Hoc inter argumenta mea minimum eſt, ſtatura: hoc in actione loci. Quare ergo maret ſepelini? neſcio. hoc vnum dico, non poterat agnoſci: feſtinauit in bono.

SERMO.

Summouimus peregrinum cadauer: reſtat vt inducamus filiũ.

DECLAMATIO.

Primus inquit, hæres ſepultus eſt. Hic ergo, quis eſt? vnde? qua fiducia? Ætas eadem eſt. Quia ſi ſolet quidem hoc argumentum apud te valere? Sed cur ex æqualib. nemo alius hanc ſpem vindicat? hoc argumentum tranſeo: ſtatura ſuffragatur: hec hoc me mouet, & tu hæc dicis. Sed hæc valeant, vbi confuſus eſt vultus, vbi liniamenta oris, oculorum, & coloris proprietas, capillorumq; habitus, omnia ſtaturæ leuia. At ſimilitudo fecit illi animum. Age, quid ſi ancilla cognoſcit? Eſt quidẽ humilis perſona, & ei fortuna grauitatem detrahit. Sed ſæpe magnorum fides ex magnis venit. Quid ſi frugi probatæ domini? Sunt etiam in his morum diſcrimina. Quid? ad fontem cauſæ per gradus venio. Libertus paternus agnoſcit. frugi ſeruos, libertos facimus: ſortimur genus, nec eligimus: nec ante nos noſtri arbitrii ſumus. Et neſcio an maius ſit facere genus. libertus viri tui, mulier, cuius iudiciis gloriaris, qui te filio ſubſtituit, hunc etiam à filio manumiſit. quod tibi dedit, nulli abſtulit quod huic, etiam filio ſubduxit. Facilius eſt viro placere, quam domino. Sed per ſe mentitus, agnoſcit patronum. Seruitutem ſibi manumiſſus imponit? Huic (inquit) debeo munus, operas, teſtamentũ. Vindictam magno redimere ſolent. Colludit, inquit, cum auia. Bene agis. Dum euertere vis teſtem, alterum dediſti. Conuenit, inquit, illis. Proba conueniſſe. Sperauerunt effectum mendacii. Qui potuit eſſe ſermo? nepos meus periit fluctibus, & ſepultus eſt. Tu tamen vade, aliquem venalem adduc, ego agnoſcam. perfectum eſt. Non timent deprehendi? non omnia ſigna confuſa ſunt ſi odit, teſtamentum potius dementiæ accuſet, dicat ſubiectum, dicat falſum, accuſet te quod filium ad mare duxeris: dicat, tua culpa periiſſe. Quare deinde tã ſero, poſt annos conſiliũ initum

eſt eiuſmodi? Res inter initia vrunt, & liuor mora ſoluitur? Sed ad hoc proficiſcitur, qua ratione alienum ſeruum euincit, modo dicebam, libertum habeo, at iam præiudicium habeo? ſi teſtis honeſtior iurauerit, conficitur controuerſia. At ego multos iudices iuratos dabo: cauſa cognita, excuſſa & abſoluta eſt. Nego ſoluenda eſſe iudicia: hunc eſſe puerum, inuenti ſunt qui iurarent. Peregre, inquit, illic dicis, vbi non grana, vbi contra hæc omnia nuda veritas ſtabat. hoc meum argumentum eſt. Quid? quod non tantum iudicatum, ſed etiam peregre iudicatum eſt, vbi non propinqui, vbi vix quiſquam erat, qui patrem huius noſſet? At hercules, quale domi iudicium eſt? ibi ſolus libertus vicit: hic & auia defendit. Dedit, inquit, libertus pecuniam venaliriario, vt præuaricaretur. Sane nec auia libertum timuerit, nec libertus venaliriarium. Proba libertum habuiſſe pecuniam, tuliſſe, dediſſe, neceſſe eſt multum venaliriarius popoſcerit. Æſtimauit enim non rem ſuam, ſed ſpem noſtram. Age deinde, non timet libertus, ne ille qui puerum vendidit, vbi vendat indicium? ne veniat, ne ſcribat? ſi corruptum iudicium non probas, vici. Agnoſcit auia, quæ maiorem temporum partem huius oblectatione conſumpſit. Filius meus, inquit, in hac æ ate talis fuit. Digna eſt teſtis notitia, de nepote dicit cauſam: nullum teſtamentum captat, etiam ſuum pignoratur. Sero hoc placuit. hoc & tuum argumentum eſt, Filium ſuſtulit. pudicæ argumentum eſt, hunc curioſe educauit, in nullum litus duxit. Sed filius illam notauit. Si merito, huius crimen: ſi immerito, illius. Dic quare? immo noli mortuum illius criminari filium. non queritur: ſed ſperat pecuniam. Primum eius ætatis eſt, vt debeat contemnere. Odit me, inquit. Quam habet iniuriam tuam? nihil queritur: niſi quod filium tuum in lites duxiſti. ideo pereiat. nimirum oſcula ſua venaliriarius inquinat. Non debeo, inquit, videri inuita filium agnoſcere: mater ſum. In multis, nihil matris vltra titulum eſt: nec nouercæ omnes.

SERMO.

In matrem & illa Cicero dixit, Mater enim à me, tametſi in hunc hoſtili odio, & crudelitate eſt, mater, inquam, appellabitur. Sub hoc tamen titulo inſidiatam, filio dicit quaſiſſe pericula, vt filii ſui bona ſector poſſideret.

DE-

DECLAMATIO.

Nihil quidem vltra hæc timendum fuit: & ſupra fidem læſus eſt. Gratulari tamen tibi inter calamitates tuas, cruenta, poſſum, quod auia ſecunda heres non fuit. Multa ſunt quæ animum tuum ſollicitent: ingentis patrimonii hereditas, & grauior poſſeſſionis, quam ſpei iactura eſt: & diu cum ea fuit. Illa tecum (habeo certum) cogitas, Si recipio, ducet vxorem, quam fortaſſe cariorem habeat quam matrem. Ergo ſola obſtat patrimonii cogitatio. A piratis dimiſſum, à fortuna, ô te, liberie, inofficioſum! reduxiſti, non ad imagines, ſed vt propius amiſſam dignitatem aſpiceret. Etiam, inquit, fortunam meam noueram. Non eſt puer, quod cum liberto quereris. omnia tibi reddit, præter matrem.

HABET HVCVSQVE CONTROVERSIAS NVMERO CXLIII.

INCIPIVNT EX CALPVRNIO FLACCO EXCERPTÆ X.

Rhetorum minorum.

I. *Vxor tyrannicida.*

QVINQVE CVM TYRANNO PROXIMÆ FAMILIÆ PVNIANTVR. Quæ habebat duos filios, & tyrannum virum, tyrannicidum fecit. præmio impunitatem liberis poſtulauit, meruit. Ex his alter occupauit arcem, eum mater occidit. Petit alteri impunitatem. contradicitur.

CONTRA MATREM.

OCCIDAM, inquit. Quanta nobis patienda ſunt, dum occidere tyrannum fœmina poſſit, & mater velit: non poſſum filii mei mortem videre. Hoc eſt ergo, quare illum velimus occidere.

PARS ALTERA.

Petit præmium, non quod accipiat, ſed quod accepit.

II. *Natus Æthiops.*

Matrona Æthiopem peperit. arguitur adulterii.

CONTRA MATRONAM.

EXPERS iudicii eſt amor: rationem habet, non ſanitatem: alioquin omnes quidem amaremus. Nonnunquam incredibiliter peccare, ratio peccandi eſt. Non ſemper, inquit, ſimiles parentibus liberi naſcuntur. Quid tibi cum iſto patrocinio eſt, niſi vt appareat te peccaſſe ſecurius? Miramur hanc legem eſſe naturæ, vt in ſobolem tranſeant formæ, quas quaſi deſcriptas ſpecies cuſtodiunt? Sua cuique genti etiam facies manet. Rutili ſunt Germaniæ vultus, & flaua proceritas Hiſpaniæ, nō eodē omnes colore tinguntur. Ex altera parte qua conuexus & deficiens mundus vicinum mittit orientem, illic effuſiora corpora, illic collectiora naſcuntur. diuerſa ſunt mortaliū genera: nemo tamen eſt ſuo generi diſſimilis. Quid ergo? inquit, amauit Æthiopem. Eſt interdum, iudices, malarum quoq; rerum ſua gratia, eſt quædam formarum voluptas. Miraris ſi aliquis non ſapienter amat, cum incipere amare non ſit ſapientis? da mihi ſanos mulieris oculos. nemo adulter formoſus eſt. perituræ pudicitiæ minima eſt in eo ſollicitudo, quemadmodum pereat. Proprium eſt profanæ libidinis neſcire quo cadat. Vbi ſemel pudor corruit, nulla inclinatis in vitium animis ruina deformis eſt. Is demum libidini placuit in quem non poſſet mariti cadere ſuſpicio.

PARS ALTERA.

Ita non maius eſt argumentum pudicitiæ, quod parere noluit, quam impudicitiæ quod feliciter peperit? Vides partum læſis fortaſſe viſceribus excuſſum. Multum fortunæ etiam intra vterum licet. vides ſanguinis vitio peruſtam cutem, calorem putas. iſtud fortaſſe infantis iniuria eſt. Hoc ipſum quod ita infuſcatam cutem liuor infecit, dies longus extenuat. niuea plerunque membra ſole fuſcantur, & corpori pallor excedit: quamuis naturaliter fuſcos artus vmbra cogit albeſcere. Tantum tempori licet: quantum putas licere naturæ?

III. *Miles Marianus.*

Miles Marii adoleſcens propinquum Marii Tribunum vim ſibi inferentem peremit. Reus eſt cædis. C. D.

PRO

PRO MILITE.

PRopinquus,inquit,imperatoris occiſus eſt. macte virtute adoleſcens,& Marium vindicaſti. Vbicunque periclitatur pudicitia,ſuam legem habet. Quid agis Tribune? tibi nondum vir eſt,qui Mario miles eſt? Non longe ab eo eſt miles vt promittat ſtuprum,qui rogatus tantummodo negat. Crede, imperator, male de te iudicaſſet miles tuus, ſi tribuno pepercifſet.Hanc vim Virginius parricidio fugit: propter hanc Lucretia pectus ſuum ferro fodit.Pudet me imperator. Fœminæ exemplis militem tueor. Stuprum minatus eſt militi tuo: minus eſt quod nobis Cimbri minantur.

PARS ALTERA.

Miles tuus, imperator, iam aliquid impudici habet, quod ad impudicitiam placet. Tu gladium commilitonis tui cruore tinxiſti,quem ſatis fuit minari.

IV. *Parricida carcerem petens.*

DAMNATVS PARRICIDII ANNO CVSTODIATVR. Qui ſub nouerca damnatus eſt, vult illum pater domi cuſtodire. ille petit vt publico carcere ſeruetur.

PRO PARRICIDA.

Iubete quamprimum ad illas me impiorum tenebras trahi: liceat impetrare quod non licet recuſare. Ego me vnquam crederem tam infelicem,vt mihi aliquis etiam carcerem inuideat?Parum eſt tibi in cruciatus meos annus & carcer, & veteris ne quem gemitum miſeri aures tuæ perdant? ne non ſingulis tormentis meis paterni oculi fruantur?ne laxata vincula deſit qui adſtringat? Non potes aduerſus damnatum iure patris vti: iam non larem habeo,non ſeruum, non patrem; ac ne damnatum eſſe pœniteat,non nouercam. Video carcerem publicum, ſaxis ingentibus ſtructum, anguſtis foraminibus tenuem,lucis vmbram recipientem.In hunc coniecti,robur Tullianum proſpiciunt:& quoties iacentes ferrati poſtis ſtridor excitat,exanimantur, & alienum ſupplicium expectando ſuum diſcunt. Sonant verbera, cibus recuſantibus ſpurca manu carnificis ingeritur. Sedet ianitor inexorabili pectore,qui matre flente ſiccos teneat oculos,illuuies corpus exaſperat:manum cathenæ premunt. Quid eſt quod me lex anno reſeruat? neſcio quid adhuc cogitat,nimirum de parricidio:etiam cum creditur,non liquet? Æſtimate,iud. quid fugiam qui hoc poſtulo? Quid hoc eſt,iudices,à patre parricida

 non

non timeor? dicam, ſæuite, cum rogem: dicam, miſeremini, cum carcerem rogem.

PARS ALTERA.

Egone ſecretum iſti conſcientiæ dabo: & ibi te patiar includi vbi non erubeſcas? Dignus es patricida, dignus es videre patrem ſi tam graue putas, vt vel carcerem malis. debeo, iudices, debeo tandem agere mitius pater, ſi tam grauiter ſibi damnatus iraſcitur? Mirabar ſi quis tantum ſceleris auderet qui contemnere carcerem poſſet. fugit, odit, auertitur, & lumen patris execratur. Ignoras profecto ſortem tuam, ſi putas aliud iudices debere reſpicere, quam quod nolis. Hanc carcerem patere, ſi grauis eſt: hunc diem, ſi odiſti, vide, nihil illi aduerſus patrem liceret, etſi patricida non eſſet.

V. *Leno.*

Iuuenes frequenter ad lupanar veniebant. Cum his leno frequenter denuntiaſſet, ne accederent, foueam fecit, & compleuit ignibus. adoleſcentes cum veniſſent, exuſti ſunt: accuſatur à parentibus eorum leno læſæ reip.

CONTRA LENONEM.

DEnuntiaui, inquit, dii boni! quantum auſus eſt, quod ne poſt denuntiationem quidem creditum eſt. fuit in illis ſumma pietas: placuere parentibus ſumma frugalitas, diſplicuere lenoni. Tu re iure audes defendere? nihil eſt cui in quem nihil non licet Denuntiaui, inquit nouimus lenonum venales minas. Iniuriam, inquit, faciebant mancipiis meis. Quid enim aliud in his, quam iniuriam vendis?

PARS ALTERA.

Vbi quid futurum eſt denuntiatum, culpa patientis eſt.

V I. *Decreto reditu occiſus.*

Adoleſcens diues nobilis, hoſpitatus apud exulem. exul ſcripſit Senatui velle ſe indicare de affectata tyrannide. Senatus reuocandum cenſuit, hoc diuite contradicente. dum reuertitur exul, occiſus eſt. accuſatur diues affectatæ tyrannidis.

CONTRA DIVITEM.

INtercepiſſe te puras indicium, ipſe feciſti. Secundum ſententiam diuitis, pauper non eſt reuerſus: dicturum ſe de tyrannide pollicetur. quid vis ſuſpicemur? tu nihil nuntias, ſed inde veniſti: venerunt epiſtolæ conſecutæ. Sed cur de publico ſtatu mandare hoſpiti noluit? putatis illum contradixiſſe? Confeſſus eſt. Sceleratis ingenuis, & pluſquam ciuilia cupientibus, non dominari inſtar ſeruituris eſt. Iampridem te atc

nostra

noſtræ tua fortuna minatur:ſupra ciuilem hanc æquationem, diuitiæ te eleuarunt. non ſine exemplo timemus. In Manlio quondam potuiſſe, damnatum eſt.

PARS ALTERA.

Non intelligo quemadmodum infamet mors ſententiam meam. Ego ſi auditus eſſem, ille non eſſet occiſus. inquieta res eſt homo cui iam in deterius nihil ſupereſt. Egerat mecum illic multa de iudicibus, de ignominia ſua. Prodam neceſſe eſt affectus hoſpitis mei. hoc tyrannis videbatur.

VII. *Diues imperator.*

Pauper & diues inimici. pauperi duo filii. diues imperator creatus. Rumor ortus eſt prodi rempublicam à pauperis filiis. vtrunque torquens pernegantem necauit. corpora eorum extra vallum proiici iuſſit, quæ hoſtes ſepelierunt & receſſerunt. Pauper accuſat diuitem cædis.

CONTRA DIVITEM.

NVnquam, iudices, contra iſtum tutior veni. quicquid auferri potuit, amiſi. ſoli omnium torti ſunt. donec mentirentur. Ita laniatos miſeros, ita confuſis lineamentis proiici iuſſit, vt iam nec pater poſſet agnoſcere. Miramini ſi ab hoſtibus ſepulti ſunt: nullos ſic ab iſto eſſe tortos niſi captiuos putarent? Proditores putas, quoſ tam miſere, tamque crudeliter punitos hoſtis non vindicauit. Pauperes, inquit, erant: & ideo potuere corrumpi. Age, quis neſcit illos ideo periſſe, quod diuitias nimis odeꝛant? Super ignem corpus extenditur, & irato imperatori tortor non ſufficit, vritur, & flagella ignibus adiuuantur. Quæ iſtius exitum? pernegauit: tortor, inimicus tamen, quod quærebat, inuenit nos proditores: qui pro te, patria, etiam ſub iſto militauimus.

PARS ALTERA.

Negas potuiſſe corrumpi? pauperes fuerunt. negas voluiſſe prodere? inimici. Non poſſum tibi proditionis argumentum adferre? præſentius. Quandiu vixere pugnatum eſt: cum mihi ciuitas mandaret imperium, quo malo laboraret, intellexit. Imperatorem me fecit inimicus.

VIII. *Demens per triumphalis.*

Ter triumphalis, ter conſularis, cum haberet liberos, æque ter triumphales, ter conſulares, ſuſpendit ſe. liberatus à liberis, ab iiſdem reus fit dementiæ.

PRO PATRE.

OMnium calamitatum materia eſt homo diu felix. Neſciunt ſtare ſucceſſus, & quotiens prodire felicitas non poteſt, redit. Mori volo. quid me iam fortuna cuſtodit?

PARS ALTERA.

Ter conſulatum geſſiſti, ter triumphaſti, licet iam velit fortuna mutari, in illius poteſtate non eſt, fuiſſe. Quis timeret fortunam, niſi prodeſſet?

IX. *Pater excæcatus.*

Cum luxurioſo filio, pater abdita matre receſſit in ſecretū. excæcatus rediit, petit à filio talionem: mater ſe feciſſe dicit.

CONTRA FILIVM.

INuenit, iudices, pessimus adoleſcens, quando vtrumque excæcaret parentem. quid te ſecreto feciſſe credamus? matrem in foro excæcas. Non vis pro matre verum dicere cum illa pro te mentiatur? in tantum iuuenis proceſſit amentia, vt propter illum pater, vt perderet oculos mater odiſſet. Tu me mulier excæcare potuiſti, quæ nec patricida potes? vt innocens ſis, dum excæcaretur pater, expectaſti. Non feci, inquit. non crederem, ſi confitereris Talis es adoleſcens, vt excæcare nolueris patrem, aut te excæcari velit pater Quam ſceleratus es: plus te pater odit, quam eum à quo excæcatus eſt. Tantum auſus eſt integro patre, quid facturus eſt inter duos cæcos? Quam miſer eſt pater, cui verum dicendum eſt! quam miſera mater, cui mentiendum! non eruit oculos quiſquis laborat vt hoc fecerit. Cuius crimen eſt excæcare? excæcaſſe patrem! patronum! excæcare matrem! qui fieri potuit vt mala fuerit vxor, quæ tam bona mater eſt? Ego feci. Non ſceleris, ſed matris iſta confeſſio eſt.

PARS ALTERA.

Si neganti, iudices, non vultis, quod proximum eſt, credite confitenti. ſed ſi difficile eſt fateri etiam cum feceris, damni paulum*.

X. *Pa-*

X. *Pater receptis oculis.*

Cui erant tres filij, amiſſis duobus, flendo oculos perdidit. ſomniauit ſe recepturum oculos, ſi tertius filius periſſet. Somnium indicauit vxori, illa filio prodidit. ſuſpendit ſed adoleſcens. Pater recepit oculos. Repudiat vxorem. agit illa iniuſti repudij.

PRO MARITO.

ANte omnia hoc ad vos meæ defero infelicitatis, quod videre cœpi. Si ſpectatores oculi tertiæ redeunt orbitatis, qui calamitatibus ceſſerant, parricidio reuerterunt. Mirabar profectò, quod in vtriuſque orbitate ſolus pater oculos perdidiſſet. Iuſſus ſum videre poſtquam orbitas tertia ſpectatorem non habebat. nunquid d ſentiunt recti neceſſitatem, qui aliquid amore fecerunt? Ceſſate parumper exhauſti fletus: differ aliquantum ſaucium lumen decet eſſe oculos duriores, qui ſcelere reuerterunt. Nullum in tali calamitate ab vxore ſolatium. Miſerationem meam tum habuit: poſt cœpi monere de filio, & horret referre animus, quod pœnitet indicaſſe, nec remedia quærenda ſunt, vbi maior ſupplicii ſanatio. Gratulandum patri eſt, quod non filius ſomniauit. debet hoc ſola mater audire, vel vt filio caueat, vel ne mariti doleat cæcitatem. accerſo coniugem. Iam, inquam, cæcus eſſe cupio. Etiam nūc apud me latet, quod ſola tu noſti ſubito aſpectu ſomnii in metus veni, & fateor de filio quod eſt timui, ſed de matre non credidi. Nullum impatientius malum, quam inuidia cum calamitate, qui vt ſcelerate viderem non recepi oculos, ſed perdidi cæcitatem. Vidi miſer primùm quod vltimùm videram. pendebat extinctum, & contentus laqueus adoleſcentis colla tenuabat. Proh nefas! hæc in filium cum oculis meis venerāt. O quam putaſti, nec maritum poſſe ſanari! iam tempus eſt fletus, imo iam tempus eſt cæcitatis.

XI. *Damnati adoptiui.*

Pauper & diues inimici: pauperi tres filij: quodam tempore viſi ſunt amici. Petit diues à paupere filios in adoptionem, & accepit. vnus in adulterio deprehenſus eſt, & occiſus. alius affectat atyrannidis reus factus eſt, & damnatus. tertium pauper repetit. diues contradicit.

PRO PAVPERE.

NIhil tam præter luctus meos grauius, quam quod vbi odia nihil fecere, videatur amicitia plus nocere. quid-

quid eſſe potuit in paupere, totum diues accepit. Qui ſi bonum animũ in adoleſcentes meos tenuit filios ambo perdidimus. Nouum audaciæ genus, tyrannidem affectat pauperis filius. Vtinam ſic filium perdidiſſem, vt queri de fortuna liceret. Dolere integre non poteſt, qui vrgetur iraſci. Scio quales habuerim, & inimico & diuiti placere po uerunt diuitiæ inconſtantium animorum. In ſumma pernicies, vel velle ad me redire, vel nolle. Si vult, non delectat qui renetur inuitus Si non vult, iam timeo quod diuitias amare cœpit. Permiſſæ licentiæ magna ſecuritas eſt poteſtas cum moderatione. Recordare quantis meis redemerim malis, ne adhuc redimerentur inimici.

XII. *Venefi ij rea.*

VENEFICII REA TORQVEATVR DONEC CONSCIOS INDICET. Amiſſa vxore, ex qua habebat filium, duxit alteram; & de ea ſuſcepit filiam. adoleuerunt ambo infantes: repente ambiguis ſignis periit adoleſcens. Pater vxorem accuſauit & damnauit; cum torqueretur, filiam ſibi conſciam dixit. Petitur puella ex lege ad pœnam. adeſt ei pater.

PRO FILIA.

NOuerca filios noſtros aut inſimulatione perſequitur, aut veneno, quæ ſcelus ſuum, & in domo veneficas, & in ſuppliciis docuit parricidæ. adoleuerunt ambo, ſed minor filia, & præter ſexum multo fratre ſimplicior. In vno vtriuſque mentem videris. Cnm periit adoleſcens, & patri venenum datum eſt & ſorori. O nouerca! eſt alta crudelitas: amaſſet, & conſciam putaremus? Proh nefas! conſcia dicitur cui frater perit? Cur poſtquam adoleuit puella eſt interemptus adoleſcens? Tandiu ergo fuit quieta nouercæ crudelitas quamdiu ætas illius ad perſuaſionem conſcientiæ peruenerit. Modum non habet iracundia mentiendi.

XIII. *Medicus tyrannicida.*

TYRANNICIDÆ PRÆMIVM; Tyrannus ſuſpicatus ſibi venenum datum ab eo medico quem in arce habebat, torſit eum. ille pernegauit. Miſit ad medicum ciuitatis. dixit datum illi ab illo venenum, ſed ſe remedium daturum, dedit poculum, quo exhauſto ſtatim periit tyrannus, contendunt de præmio.

PRO MEDICO ARCIS.

ABſit, ſanctiſſimi iudices, vt hanc vos fidem tyrannicidii detrahatis, quam & medicus confirmauerit & tyrannus

nus. Confingunt nocendi voluntatem, poſtquam ſanandi remedium perdiderunt. Pœnas meas hinc cogitate, in quibus nec ira, nec natura ceſſauit. Tolerabilis vis eſt vbi ab conſuetudine mali, cauſa neceſſitatis emergit. Præmium conſequitur qui auſus eſt & confirmare meum venenum, & ſuum remedium polliceri, Vltio quidem illa non quæſtio. Tyrannus venenum quæſiuit? ſed vindicauit, O quam facile gerunt perſuaſiones, inlecebramque in contrarium transferunt. Vt virus ſerpebat interius, & artus omnes longa pœnarum dilatione languebant, veneficium iam tyrannus agnouerat, quia inſtantem interitum ſentiebat. feſtinans medicum flagitabat. vnde venenum tam celeriter præparaſti? dicis forte. Maior mihi dandi veneni fiebat occaſio, quæ ex ipſius voluntate veniebat. Notum hoc genus mortis eſt, vt ex ſenſu priore, ad cuncta cautior ſollicitudo procedat: nonne iam apud tyrannum cuncta ſuſpecta præſens formido faciebat? Medicum tota arce clamabat, quaſi ego de tyrannicidio non negaſſem. In arce enecauimus, deſeruit me venenum.

XIV. *Abdicatus patrem liberans.*

ADDICTVS FOENERATORI SERVIAT. ABDICATVS DE BONIS PATERNIS NIHIL HABEAT. LIBERTORVM BONA AD PATRONOS PERTINEANT. Quidam ex duobus liberis alterum abdicauit, addictum poſtea creditori patrem redemit & manumiſit: quo mortuo ambigunt de bonis abdicatus iure patroni, & filius qui in familia permanſit.

PRO ABDICATO.

EQuidem nec auarum me fuiſſe, nec impium docui. Nam & redemi patrem & manumiſi. Abdicatus es, inquit. En quem putes doluiſſe caſum meum. filius dicit beneficio parentis ſe eſſe nutritum, eius indulgentia libertatem ciuitatemque ſortitum. At hæc ipſa patronus liberto ſuo contulit quæ filius à parente percepit. Perinde beneficium hæreditatis filio datur, patrono redditur. addictus nunquam ſperat libertatem. negligenter enim & contumaciter ſeruit, qui ſeruire non nouit. Quid mihi abdicatorum obiicies legem? Ego ſi quaſi filius expeterer, merito vt abdicatus expellerer. Vtor patroni actione non filii. Quid enim? ſi non eſſet manumiſſus, peculium ſerui mei peteres? ſpecta defuncti conditionem quæ fuit mortis tempore, non quæ aliquando præ-

præceſſit. Siſtitur vænalis pater, non feſtinat hic bonus filius? non denique metuit ne illum redimat abdicatus? filius incolumi dignitate non potuit explicare quantum abdicatus explicuit. Quotiens ſe pater pœnitere confeſſus eſt? quotiens de huius ſimplicitate conqueſtus? vtinam licuiſſet addicto exercere ius patrium. eſſet hic abdicatus, hic filius bona ipſa meo ſunt labore quæſita, vnde ſenex teſtari noluit, ne mihi quaſi ſuum relinqueret quod meum ſciret. Tu illud prius conſumpſiſti patrimonium, illud amplum, illud quod vobis parabatur hæredibus. ego poſtulo tenue libertinum, quod vix ſufficit ipſius funeri. Hic enim quando ſepeliet iacentem, qui noluit redimere venalem?

XV. *Ter fortis deſertor.*

DESERTOR CAPITE PVNIATVR. TER VIR FORTIS MILITIA VACET. PRÆMIVM VICTOR IMPERATOR ACCIPIAT. Ter virum fortem imperator coegit ad bellum, coactus deſeruit. imperator præmio impunitatem deſertoris petit. deſertor contradicit.

PRO DESERTORE.

AEquo animo imperator ferat, ſi quem virum fortem ſenſerat obſequentem, deſertorem videat cõtumacem: nec pœnam poſſum recuſare poſt culpam, nec veniam ſuſtinere poſt gloriam. Miſerum me, cuius nec infamia poteſt latere nec gloria. Non ante Rempublicam quam me ipſe deſerui: armis & telis honeſtiſſimum corpus onerant: &, quod non ſine piaculo factum eſt, conſecrata iamdudum arma depoſui. Sto & pugno pro legibus. Aliter enim fortiter facere iam in hac ætate non poſſum. Grata ſunt & crimina deſertoris apud quẽ nihil valuerunt priuilegia viri fortis. Nouum genus damnationis. Ignoſcere vos nolo. cur enim dubitem per infamiam ſenex emori, qui etiam iuuenis optaui ſæpe gloriam?

XVI. *Rapta tacens.*

LEX RAPTARVM. Rapta producta ad magiſtratus, tacuit & fleuit. magiſtratus de raptore ſupplicium ſumpſit. puella ſe interemit. Reus eſt magiſtratus quod cauſa mortis fuerit.

CONTRA MAGISTRATVM.

REum cædis vnius acceſſo, qui duos pariter occidit. Aditus huic reo miſericordiæ clauſus eſt. quid enim ſperare poterit à lacrymis iuuenis etiam facie liberalis, qualem nemo

non

non ſibi aut filium optat aut generum? Is cum puellæ peteret nuptias, diu peteret, etiam ſperare cœpiſſet, feſtinauit vt amator: & quid dicam, rapuit an duxit? Virgo quod ſolum potuit, nihil queſta eſt. Quis non inhorruit, quis tecum puella non fleuit? dicat nunc. Libuit & licuit, Cuius hæc, an regis oratio eſt? nec erat arbiter iudicii ſui, ſed miniſter alieni. Tacuit, inquam. O mira & muta ſententia! Omnes ſciunt lacrymas ex vno miſericordiæ fonte manare, in amore vel maxime. nam iiſdem oculis quibus amatur, & fletur. miſer ille quem nullo accuſatore puniſti: miſerior illa quam te vindicare ſimulaſti. Quis te oro poterit aut liberare flentem, aut flere damnatum?

XVII. *Pædagogus cruciarius.*

CIVITATEM PEREGRINVS VSVRPANS VÆNEAT. Pauper & diues inimici viſi ſunt in gratiam rediiſſe. Pauper accuſatus peregrinitatis, vænit. emit eum diues & pædagogum filio dedit. Adoleſcens in adulterio deprehenſus, occiſus eſt. agitur pædagogus in crucem. appellat Tribunos de iniuſto ſupplicio.

PRO PÆDAGOGO.

EQUIDEM, iudices, propitium mihi diuitem ſemper optaui, totum me diuitis fidei & antequam redimerer, addixi. Audio me ſubito peregrinum, quod nec pater ipſe nec mater aliquando prodiderat, nec denique vnquam inimicus diues obiecerat. filio me luxurioſo iam & petulanti dedit. quamuis omnia & pater ipſe curaret & regeret. Imploro auxilium quod veſtri maiores ſeruis etiam natis reliquerunt. Vnum non eſt in ſeruitute naſci & libertate multari. Statim credidiſti fidum, & idoneum iudicaſti. ſed non eſſe felicem iam tum ſcire potuiſti. Occiſus eſt, inquit, filius meus. Si iniuria, interfectorem argue: ſi iure, leges. Ego illum adulterum feci, credo, luxuria mea, ſeruus nouitius & pauper antequam ſeruus. Multa largiebaris, indulgebas omnia, nihil vnquam negabas.

XVIII. *Armati abdicati.*

Abdicati ad curiam conuenerunt armati, petentes reuocari. Vnus ex patribus contradixit. filius eius ſe interemit. Idem ſuadet vt recipiantur.

PRO ABDICATIS.

PEto vt indulgeatis iræ domeſticæ, cum me videatis publice pœnitere ſententiæ. Nam ſicut in vita nunquam erra-

errare, felicis eſt: ita errorem quam primum emendare, ſapientis. Parentum illa deliberatio fuit, hæc iam cunctatio parricidarum eſt. Ætate lapſi ſumus, egeſtate correcti. In hoc vox exoramus loco, in quo etiam hoſtes ſuperati non fruſtra ſupplicauerunt. Ego ille triſtis, & ſæuus cum abdicarem tamen fui, & ſemper ex eo licet tacitus ingemui, & opportunum ius reſtitutionis optaui. Reſtituet vobis filios auctoritas publica, tanquam alia natura. Vereor iam P. C. ne ſapientior videatur & certior ille abdicatorum ſenatus. Fateor armatorum facie non immerito * terremur enim ſua morte. Quemadmodum poſſum te, fili cariſſime, vel in morte reuocabo, inferam maiorum ſepulcris, & elogio, quod optaſti, nomen inſcribam.

XVIV. *Abdicatus immolandus.*

In peſtilentia reſponſum eſt finem futurum immolato eo qui patrem non haberet: offert ſe abdicatus. Qui abdicauit, contradicit.

PRO ABDICATO.

AMplexus ſum mortem vſque adhuc neceſſariam, nunc etiam glorioſam. Mori prohibes, & interuenis quominus ſpiritum, quem fortunæ meæ debeo, patriæ profundam. Quotiens te video, totiens ſcio me patrem non habere.

XX. *Proſtitutus ex geminis.*

Ex duobus geminis alter proſtat, reddit alter in ſenatu cauſas mortis voluntariæ.

PRO FRATRE MORITVRO.

VTinam quidem P. C. mori vellet fiaret: homini verecundo, cui neceſſe eſt vt ea de germano meo dicam, quæ tanti habeo petire ne videam, noſtis nos, P. C. Etenim pluribus noti ſumus, quam & ætas & verecundia poſtulat. Raptus eſt mihi frater peſſimis comitibus & perditis. Duce namque luxuria & ſubremigante, ſeu potius veliſicante nequitia in illos impudicitiæ ſcopulos, & ipſa famæ ſuæ naufragia delatus. Proh deum atque hominum fidem! qua in ciuitate proſtitui licet, mori non licet? an vtranque congruere æſtimatis huic ordini, & vitam turpem promittere, & ab honeſta morte prohibere? viuere non ſuſtinerem, ſi hæc in mea vel ſorore vidiſſem. Improbi flagitatores, qui detrimenta pueritiæ ſuæ mutuo dedecore compenſant.

XXI.

XXI. *Pictura viri fortis.*

VIRORVM FORTIVM FACTA PINGANTVR. VIRI FORTES DE PRÆMIO ARMIS CONTENDANT. Fratres fortiter fecerunt: pater à minore petit, vt maiori cederet: non impetrauit. Prælio interficit maiorem minor. Petit præmio, ne facta pingantur. Pater contradicit.

CONTRA FILIVM.

SI quid precibus contra filium meum poſſem, domi manere quam publice maluiſſem. Nihil audeo filio dicere, quã quod ab ipſo nuper audiui: leges vti valeant, quam quicquam mali facere. Cede fratri, cede vel patri. victor eris, mihi crede ſi ceſſeris. Didici ſaluis legibus, parricidium poſſe committi. Cætera iam non ſunt narranda, pingenda ſunt. Vana & inepta formido eſt, videre non poſſe quod feceris, & colorem timere, quod per ſanguinem ſimiletur hoc factum, non tantum colore, ſed ære ſi poſſit & lapide, & quacunque corporum noſtrorum materia vel ars æmulata eſt. Infecta quemadmodum poſſunt eſſe, quæ facta ſunt? Picta quidem interim non ſunt, ſed in omnibus pectoribus inciſa ſunt: in oculis, in animis, in ipſis denique tuis manibus. Tu victoria clarus es, ille innocentia.

XXII. *Priuignus tyrannicida.*

TYRANNICIDÆ PRÆMIVM. PRÆMIO CEDERE LICEAT. Qui nouercam habebat, occidit tyrannum: ceſſit nouercæ præmio: illa priuigni nuptias petit. Contendunt quis contradicat, maritus, an priuignus.

PRO MARITO.

CVm ſuo parente contendit, vt mihi videatur melior adhuc priuignus eſſe quam filius, cœpit & hic me ſic habere deſpectui, vt qui nouercæ beneficium ſe dediſſe lætatur, à me nec accipere dignetur. Ego primus in domo mea, fateor, errauit qui vxorem duxi ſenex, cum iam eſſet in domo filius, & quidem iuuenis. Dum nimium confido pietati, oculos mulieris inceſtos, & infanda deſideria nutriui. Nouercæ præmio ceſſit, cum haberet in domo patrem, cui nemo præferret in tali honore vel matrem. Non priuignum ante tentarat? quis, rogo, fructus eſt, impetrare nuptias hominis inuicti? Vter vobis actor vtilior videretur & verior, maritus an cœlebs? filiusfamilias, an pater? ſenior, an iuuenis? qui repudiatur, an qui præponitur? qui beneficium dedit,

an qui accepit iniuriam? mea vxor abducitur. tu quis es? meum cubile deſeritur, ad te dolor iſte quid pertinet? Ego, inquit, præmio ceſſi: tu ergo non potes reuocare quod de e is, eamque reprehendere, quam paulo ante laudaueris. Cauendum tibi eſt, ne ſi victus (vt ſunt iudiciorum incerta) diſceſſeris, dicaris iudicio quoque ſic ceſſiſſe quaſi præmio. Sic eſt liuoris ingenium omnia ſuſpicantur, qui nihil audiunt. Das amanti ſolatium: affers in amore vel iurgium.

XXIII. *Peregrinus cruciarius.*

CIVITATEM PEREGRINVS VSVRPANS, VÆNEAT. LICEAT IN MATRIBVS ADVLTERIA VINDICARE, ET DE INIVSTO SVPPLICIO TRIBVNOS APPELLARE. Qui videbatur de ciuibus natus, cum abſente patre, eam quæ mater videbatur in adulterio deprehenſam inſequeretur armatus, ait illa, Non es meus, perſeuerauit & occidit. Poſtea iudicio peregrinus pronuntiatus; emptus eſt ab interfectæ patre: ab eodem agitur in crucem. Reuerſus peregre is qui videbatur, appellat Tribunos de iniuſto ſupplicio.

PRO PEREGRINO.

VIX dum reuerſus in patriam, ſi tamen hanc aduerſarii vel meam patriam eſſe contendunt, parabam, Tribuni, cognito filii mei caſu, appellare vos de iniuſto ſupplicio ſeruituris: ſed quatenus ſocer ſæuit, vt nec generum vellet agnoſcere, vel nepotem, det & mihi veniam doloris, ſi non deſum filio, bene de me, bene de legibus merito, cum ipſe vindictam quærat exigere filiæ, vel nocenti. Huius ego legibus filiam duxi, eamque prægnantem ſimul vidimus, & vteri decem menſes ambo numerauimus, & natum ex ea pignus accepimus. Sed, cum me neceſſitas peregrinationis abduceret, commendaui auo filium meum, adoleſcentulo præcepi, in domo partibus fungeretur: & vt plus illi neceſſitatis imponerem, ſententiam veſtræ legis ingeſſi: denunciaui poſtremo, futurum ipſius crimen, ſi non patri paruiſſet & legi. Adulteram, quæ per inſanam libidinem, ſtimulis tanti furoris exarſerat, vt nec ſe iam agnoſceret, interemit. Peregrinus eſſe filius meus poſt adulterium matris ſuæ, cœpit. Occidit, inquit, filiam meam. Graue eſt, Tribuni, in ſeruitute defendere, quod in libertate commiſeris. merito mulier ſuos iam negabat eſſe, quos læſerat: ipſa, poſt tantum furorem, iam ſua non erat. Illa dixit, meus non eſt: at ego dico, meus es.

Mater

Mater armatum timuit. ſed pater ſeruientem (quod eſt maius) agnoſcit.

XXIV. *Indemnatus carnificem recuſans.*

Lege indemnatorum, interficiendum pater filium carnifici tradidit. Ille vult manu patris interfici. pater ipſe qui fuerat offenſus, vltro ſe non poſſe facere, quod cœperat, confitetur.

PRO FILIO.

QVam morigerum ſibi filium ſenex iſte formarit, nolo aliud indicium, quam quod nec patrem lædere, nec mortem recuſauit. Mori iuſſus adoleſcens, in primis adhuc annis, quo tempore & vita chariſſima eſt, & mors acerba, non quæro vitam. Si poteſt fieri, ad hoſtiam quam Diis penatibus vouit, ſatis ſibi fiat meo ſanguine. imo & ipſo ſuo: dum non per manum vilem ius pietatis infuſcet: quia nec iuris ratio permittit, vt adhibeatur aduerſum eum carnifex, in quem non fuit iudex. Faciat vitæ finem, qui originem fecit: non de morte cum patre, ſed de mortis patris genere diſſentio. Eripere vis vitam quam dediſti? non inficiabor. quid per alterum petis? Ius quod tibi vindicas, experire, nemo te prohibet: occide, ſi potes: confitere, non potes. Nemo vnquam magiſtratum fecit vicarium, nec in alio militauit, nec ſacra gentilitia inſertiua ſtirpe corrupit. Vita mihi tollitur, ſed manus paterna debet. Non potes, pater, legis eiuſdem & inrogare ſupplicium, & denegare ſolatium. Placabo dexteram meam. Cedo, tantiſper exoſculer. O manus olim mea, quæ me paruulum ſæpe geſtaſti: quam ſæpe lacrymis puer laui. Erras pater, qui facilius exiſtimas huiuſmodi cædem videre, quam facere.

XXV. *Fortis duo præmia.*

VIRO FORTI DVO PRÆMIA. RAPTARVM LEX. POENA RAPTORIS IN DIEM TRIGESIMVM DIFFERATVR. Ex duobus fratribus vnus rapuit. rapta mortem optauit, pœna dilata eſt, alter fortiter fecit. Primo præmio petit fratris incolumitatem, impetrauit. Secundo, raptæ mortem poſtulat. frater cõtradicit.

PRO RAPTA.

DVm dies computo, & à rapta bonum nuntium ſpero: ſubito nuntiatur fratrem meum veniſſe victorem, petii mihi & veniam, putaui pariter & nuptias. Nec dii ſi-

nant, vt conuerſo iure, pro raptore rapta teneatur. Interdum præſtat ad gloriam non certare; quam vincere. Ego, niſi rebus ipſis oſtendo quod amaui, confiteor iniuriam me feciſſe, quod rapui. Lex dicit: RAPTOR AVT PEREAT, AVT DVCAT. Ergo raptori ſi pœna remittitur, raptę debetur?

XXVI. *Tria præmia ſacerdotis.*

VIRO FORTI PRAEMIVM. VICARIVM POENAE LICEAT OFFERRE. SACERDOS MARTIS DAMNATVM LIBERET. Sacerdos Martis fortiter fecit. tres liberi eius deſeruerunt. vnum ſeruauit priuilegio ſacerdotii, alterum præmio viri fortis. offert ſe pro tertio vicarium.

PRO SACERDOTE.

FAcilius fuerat amittere filios, quam eligere. Hos enim pueros in ipſis ſacris Deum & altaribus educaui. Eapropter nimis fretus auxiliis Deorum, in aciem duxi pueros adhuc teneros: quorum patri adeo iuuenis inuentus eſt, vt & militare poſſet, & vincere. Reſiſto orbitati, non iure, vel ſanguine. Dulcis eſt omnibus vita, & iucunda, vel miſeris huius lucis vſura: nec inuenio quis poſſit vicarius eſſe, niſi filius. Mihi videtur & ille, qui primus hanc condidit legem, nihil aliud cogitaſſe quam patrem. Meum nunc ſanguinem fundo, quem fundere in bello nolui. num iniquum eſt, æque vt patiar pro liberis meis, quod ſum paſſus pene pro veſtris? Magis religio polluitur funeſtato, quam mortuo ſacerdote. Quod ſi religio vos tenet, etiam liberis ſacerdotis, moneo, parcatis. Ipſi quoque omnia ſemper in templo pro ſacerdote geſſerunt. Agricolæ antiquas arbores exſtirpant, vt nouas inſerant: horum virtus ſpectabitur, noſtra delabitur. Melior quidem fama ſeniorum: ſpectata in minoribus maior eſt recordatio veniæ magnus eſt ſtimulus induſtriæ. Non intereſt orbi[illegible] vno me vulnere feriant, an pluribus. Dediſti mihi liberos fortuna: rapuiſti. concedit alios reſpublica: nec hos relinques? Quis me feriet carnifex innocentem? an commilito laureatum? vbi denique? hic, inter aras & altaria, vbi publica vota ſuſcepi? an in campo, vbi nuper aquilas, & ſigna protexi? Vos, duo liberi, omnibus in vita liberis: hunc & ipſi vitæ meæ præfero. Factus eſt mihi ſuo periculo charior, ſed & *meo: vos mihi honorem præſtatis, hic ſanguine. ſi mi non licet pro filio, peribo cum filio.

XXVII

XXVII. *Fortis inimicum diuitem ſeruans.*

VIRO FORTI PRAEMIVM. DESERTOR CAPITE PVNIATVR. Pauper & diues inimici. Belli tempore diues ſe promiſit forti-ter facturum ſi ſibi mo s pauperis decerneretur. Decreta eſt: Ambo proceſſerunt in prælium: pauper fortiter fecit. Diues deſeruit. Petit pauper præmio diuitis incolumitatem, diues contradicit.

PRO PAVPERE.

SEro cœpit hic miles, iudices, mortem contemnere. Ego tacui cum peteret: hic viuere iubetur, & queritur. Expectaui diu diuitem, vt ille po ius quod promiſit, impleret. Ab ipſo quoque diuite, inire debeo maximam gratiam: quod il-le debebat, ego ſolui. Idem in præmio facio, quod in prælio, ſeruo ciuem, commilitonem meum protego. idem eris inæ-ſtum qui ſupremo die fueris.

XXVIII. *Diues fortis inimicus duorum.*

Diues duobus pauperib. inimicus, promiſit ſe fortiter factu-rum, ſi ſibi mors vnius decerneretur. Decreta eſt. alter con-tradicit. Diues fortiter f cit. petit præmio mortem illius qui contradixerat: alter C. D.

PRO PAVPERE.

Ego quidē verba facturus in alterius periculo nuper in meo tacui: cum præmium peteret iniuſtum, qui per leges nec-dum poſſet petere vel iuſtum: per tot innocentium capita graſſatur. hunc relinquit, hunc arripit, hunc timore punit, hunc morte.

XXVIIII. *Fortis diues inimici alteram filiam petens.*

Pauper & diues inimici. pauperi duæ filiæ. Belli tempore promiſiſſe diues fortiter facturum, ſi in matrimonium ſibi pauperis vna filia daretur: populus tacente paupere decreuit: diues fortiter fecit. puella ſe interemit. Petit diues aliam, pau-per contradicit.

CONTRA DIVITEM.

PRius quam fortiter faceret, poſtulauit, confiſus id ſollicito extorquere ſe populo, quod imperare a victore non poſſet. Ducat diues aliquam, ſed æqualem: ducat volen-tem. Velis enim nolis, ſuſpecta res eſt amator inimicus, ſquallor & mœror, gemitus & luctus, inimici. Filia talis da-batur? pauper & diues? inimicum eſt matrimonium. Ne

pecora quidem iugum niſi paria ſuccedunt. Ego autem, quid faciam? laqueum filiæ ſoluam, an flameum ſuperponam? facem nubenti præferam, an rogum iacentis accendam? Aliter enim merces in timore promittitur, aliter onus in pace præſtatur. Feſtinauit ad laqueum, properauit ad mortem, non creditis patri? credite vel ſorori. ſi vicerit, ad patrem reuertetur: ſi victa fuerit, ad ſororem.

XXX. *Nepos ex meretricio ſuſceptus.*

Qui habebat filios frugi & luxurioſum, ab amore meretricis abdicauit. Abdicatus ſe ad meretricem contulit. Illuc, cum egrotare cœpiſſet, miſit ad patrem & commendauit illi filium de meretrice ſuſceptum, rogans vt eum in familiam recipiat & obijt vult illum ſenex in familiam recipere. Reus eſt alteri filio dementia.

CONTRA PATREM.

NEceſſe eſt, me hodie in cauſa amplius dolere, quam dicere. Pius eſt ſine dubio filius, qui in patre mentis errorem morbo potius adſignat, & fato, quam moribus. Miſeranda potius in meo patre, quam accuſanda dementia eſt. Multum poteſt abdicatio, cum timetur: poſt ex pudore iam liberius erratur. Vos interrogo, iudices, vtrum ſit ſanus, qui & ſuos abdicat, & adoptat alienos. Adoptio ſancta res eſt quidem, quæ beneficia naturæ & iuris imitatur: in quo puero neſcio quid ſit indignius, vtrum patris origo, quod eſt dubia; an matris origo, quod certa eſt. Dixit ille ſuum filium: dixit vt amator: dixit imo ipſe, iam parum ſanus.

XXXI. *Adultera ſoror & mater.*

ET MATRES ET SORORES IN ADVLTERIO DEPRIHENSAS LICET OCCIDERE. Quidam cum ſororem deprehendiſſet, occidit. furorem paſſus, reſipuit: inuenit & matrem: non occidit. abdicatur à patre.

PRO FILIO.

SOror, inſaniendum eſt. & mater adultera viuit, domo patria carendum eſt. Hic exitus venit, vt ex quo malo furor cœperat, vt ex eo ſanitas naſceretur. Voluit me explorare fortunam gloria: quantum nobis honoris attulerit, tantum virtutis expoſcit. Innocentiam patris dum liberare quæris, infamas. Homini verecundo in huiuſmodi crimine, longe grauior eſt fama, quam pœna. Vetus, iudices, dictum eſt, vt aurũ igne, itidem innocentiam iudicio ſpectari ſolere. Melius eſt pa-

patri, virtutum tuarum argumento te prodeſſe, quam præmio.

XXXII. *Amator meretricis dominæ.*

Meretrix, ſeruum ſuum amantem ſe, in crucem agit. appellat tribunos ille de iniuſto ſupplicio.

PRO SERVO.

MIror quidem à muliere tam comi, crucis nomen auditum: quæ nullum vnquam niſi amore cruciauerit. Amor, animi peculiare ſecretum eſt. Accuſatur à vobis amor & homo, qui deum noſtrum patitur? Eſſet meum crimen aut error, ſi te ſolus adamaſſem.

XXXIII. *Raptam pater vinculis tenens.*

RAPTA RAPTORIS MORTEM, AVT INDOTATAS NVPTIAS PETAT. Raptam pater vinculis continet, raptor duci ad magiſtratus deſiderat.

PRO RAPTORE.

NIhil equidem leges clementius parauerunt, quam de lege raptarum. non licet aliud iudicare. medius his nemo eſt. Sum reus. ſed exhibe iudicem meum. Proh deum atque hominum fidem: in qua ciuitate raptor ſolutus eſt, in ea rapta vincitur?

XXXIV. *Mater & nouerca inuicem reæ.*

Repudiata eſt à marito quæ filium habebat. petit aſſidue vt reconciliaretur, non impetrauit: poſtremo ait, vindicabo me. ſuperduxit ille puero nouercam. obijt puer ſignis ambiguis cruditatis & veneni. Reas ſe inuicem faciunt, repudiata mater & nouerca ſuperducta.

PRO MATRE CONTRA NOVERCAM.

TOtum nouerca commiſit, quæ vno tempore & maritum miſeræ præripuit, & filium. Comparate, iudices, non ante rerum argumenta quam nomina. Quid matri deliquerat filius? neque enim temere ſic filius deleui causa, quaſi priuignus, occiditur. Repudiata es, inquit. Mariti hæc culpa, non filii eſt: nec matris officium repudio deponitur, ſed vxorium nomen amittitur. Dolor orbitatis facinoris arguetur: &, ſi graue eſt amittere filios, longe grauius occidere. Nonne hoc dicit, ſola dominabor, cum & hic veneno meo perierit, & illa mendacio? iudicaſti pater, qui & repudiatam non accuſando abſoluiſti, & vxorem non defendendo damnaſti.

XXXV. *Speciosus deſertor.*

DESERTOR DVCI SERVIAT. VIRO FORTI PRÆMIVM. Pauper & diues inimici. diues creatus eſt imperator. Pauper ſub illo cum filio, ſpecioſo adoleſcente militauit. Pauper fortiter fecit. adoleſcens deſeruit. Diues iure egit, pauper præmio petit vt occidatur.

PRO PATRE.

Filium meum ſi liberare non licet, ſaltem liceat occidere. Creditis, iudices, quod filio meo bene inimicus velit, pater nolit? profiteor, mortem me filii mei non quidem velle, ſed malle. Vos cogitate quanto ſint mala illa grauiora, quorum ſunt etiam remedia crudelia. O fili, morere conſtanter, fac hoc ſaltem, quaſi meus filius.

XXXVI. *Filius meretricis ſuæ redemptor.*

Diuerſas meretrices amabant pater & filius. Pater filio pecuniam dedit vt amatam patris redimeret. Ille ſuam redemit: abdicatur.

PRO FILIO.

Rideri me, iudices, opinabar à patre, cum ſe quoque amare dicebat. Pater, quod potior, agnoſcit. quid in me pater reprehendat, ignoro. Et amandam meretricem conſentit & emendam. Sciebas vtique quid mallem. Paria ſunt nobis in amore tormenta. primum, quod amor velis nolis in ſenectute frigidior eſt.

XXXVII. *Dementia reus à tribus filiis.*

Ex tribus filiis duo patrem dementiæ accuſauerunt: & ſuperati ſecundum legem puniti ſunt. Tertius inſtituit accuſare. Reddit pater cauſam mortis voluntariæ. Filius contradicit.

PRO PATRE.

QVid? tam poteſt eſſe aduerſum meius? hic ab eo mors impeditur, cuius in altero iudicio vita reprehenditur? In illis P. C. iudiciis grauior mihi fuit vindicta, quam pœna. Mors à vobis dabitur, ſiue dementi remedium, ſiue ſapienti ſolatium. Natura mihi tres liberos dedit: fortunaque duos ſuſtulit: videturne vobis iuſta cauſa eſſe moriendi? imo iam ſera.

XXXVIII. *Fortis viri filius tyranno deditus.*

Abſentis viri fortis filium tyrannus petit ſibi dedi, denuncians bellum. Accepit. Regreſſo eo ſuadetur bellum tyranno indici. vir fortis contradicit.

PRO FORTI.

PRofiteor me filium nec deſiderare, nec habere. Neſcio, an hoc bellum fuerit in tempore ſuo iuſtum: nunc certe cœpit eſſe iam ſerum. At enim filius viri fortis eſt. quid? hoc non erat cum dabatur? O fili! ſi tamen hoc nomen, quod natura dedit, fortuna non abſtulit, agnoſce te filium viri fortis: Vince feliciter, id eſt peri fortiter. Hęc eſt enim iam tua ſola victoria.

XXXIX. *Morietur antequam nubat.*

VENEFICII SIT ACTIO. Adoleſcens petit nuptias virginis à patre. pater vi ginis ad vxorem retulit: illa reſpondit, Ante morietur quam illi nubat. Pater eidem adoleſcenti deſpondit, & diem nuptiis dixit. Intra diem puella obiit dubiis ſignis cruditatis & veneni. quæſtionem cum de familia pater haberet, ex ancillis vna confeſſa eſt adulterium cum illo iuuene matris interceſſiſſe. pater accuſat veneficii matrem.

CONTRA MATREM.

QVæritur filiam cruditate an veneno interfeceris. Nam & cruditas virginis, crimen eſt matris. Morietur antequam nubat, & mortua eſt. ô impiam diuinationem, vel potius denuntiationem! ô infelix puella! ego tibi parabam nuptias, mater exequias! placuit in te, ſponſo tuo ſimilitudo materna. Ego te, fateor, occidi, dum cum matre contendo.

XL. *Rapta, ab ephebo ſtuprata.*

RAPTARVM LEX. Rapuit quidam virginem, & ephebo quem amabat, tradidit ſtuprandam. rapta ad magiſtratus producta, mortem ephebi petit. offert ſe ille qui rapuit.

PRO RAPTORE.

EGo, iudices, rapui: ego domum duxi, ego pariter incluſi, ego vim duobus feci. Perire mihi ſatius eſt, quam hunc videre pereuntem. Callide puella conuenta eſt. Vnum petis, vt duos pariter occidas.

XLI. *Orba confeſſa ſacrilegium.*

MAGISTRATVS DE CONFESSO SVMAT SVPPLICIVM. DE INIVSTO SVPPLICIO TRIBVNOS APPELLARE LICEAT. Quæ quatuor liberos habebat, amiſſis tribus, & marito, detracta eſt à filio cum laqueum induiſſet. Sacrilegium in ciuitate commiſſum eſt. Adiit ipſa magiſtratum, & dixit à ſe factum. vult de illa ſupplicium ſumere. Appellat pro ea filius tribunos de iniuſto ſupplicio. C D.

PRO FILIO.

SVbito Fortuna, ſicut ſolet, ipſa ſuis muneribus inuidit. Alius, inquit, pro alio agere non poteſt. Alius eſt ergo, qui filius eſt? Confeſſio voluntaria ſuſpecta eſt. Confeſſionem ſceleris appellas, vocem doloris? Miſericordiæ veſtræ maximum munus eſt, ſeruare nolentem.

XLII. *Raptor excæcatus.*

TALIONIS SIT ACTIO. RAPTARVM LEX. Quidam rapuit, & in raptu à puella excæcatus eſt, producta ad magiſtratus, mortem optauit. raptor exigit talionem.

PRO RAPTORE.

IMperare pœnam meam, non agere debebas: nec eſſe eadem, iudex & carnifex. Habet quiſque noſtrum ſuam legem, rapta, capitis: excæcatus, oculorum. Tu enim puella, quid paſſa es? virginitate caruiſti. Solenne in his damnum, vt non dixerim votum: erepta autem mihi lux eſt antequam morerer, O oculi, quos ego primus adamaui! digna fortuna vos vlta eſt, vt qui me perdidiſtis, mecum periretis.

XLIII. *Soror infamis immolanda.*

Infamis frater in ſororem virginem, occiſus eſt lege indemnatorum. Lues orta eſt, reſpondit oraculum, virginem immolari debere: offert ſe illa qua infamabatur in fratrem, pater contradicit.

CONTRA VIRGINEM.

DIlexerunt enim ſe mutuo fratres, vltra meum votum ô fortuna crudelis! abſtuliſti mihi filium relinque vel filiam. Partiamur vel ſaltem liberos meos. nemo de polluto grege hoſtiam ſumit: quis hanc hoſtiam perimet? pater, ſacerdos, an carnifex? quamuis hæc fortaſſe deſideret ipſo illo gladio perire quo frater occiſus eſt.

XLIV. *Indemnatus raptoris filius.*

LEX RAPTARVM. INDEMNATOS LIBEROS LICEBAT OCCIDERE. Quidam rapuit & fugit. de raptu puella concepit & peperit. Reuerſo raptore, puella mortem raptoris optauit. Filium ille indemnatum vult occidere: rapta contradicit.

PRO RAPTORE.

NIſi forte moleſte tulit, quod & non hunc ipſa damnauit, iam cum illo meo errore: vel facto, voluntaria pro-

profectione, tranſegeram. Hic me, iudices, hic puer prodidit. Si perſeuerat in mea pœna, hunc mater occidet. dicere me raptorem nemo debebat poſt interuallum, poſt exilium, poſt reum filium. Non eſt, inquit, filius tuus. Nuptiis enim ſolennibus non eſt natus. Ciuis ergo niſi faces accenderit, & feſcennina cecinerit, pater eſſe non poterit. Perquam es inhumana: non vis eſſe patrem qui te fecerit matrem?

XLV. *Vir fortis & orator.*

Vir fortis & orator conſulatum petebant.

PRO ORATORE.

QVam plus ad veſtra iudicia cuiuſque, iudices, proficiunt merita priuata quam publica? Poſtremo, quod maxime voluntatem plebis offendit, rogare non noſti. orare & exorare noſtrum eſt, qui hinc etiam nomen accepimus.

XLVI. *Adulter vxoris.*

Ex duobus filiis alteri vxorem dedit, alter incidit in aduerſam valitudinem, medici dixerunt animi eſſe languorem. Quærenti patri, fratris vxorem ſe amare confeſſus eſt. Petit pater à filio, vt matrimonio cederet: impetrauit. inuentus in adulterio poſtea. Patrem & vxorem ſecundus maritus occidit: abdicatur à patre.

CONTRA FILIVM.

SEro me, ſanctiſſimi iudices, abdicare patet. Ius enim ad hoc redit, vt excuſare compellar: non quod extrema non tulerim, ſed quod illa priora tolerauerim. Qui capitis pœnas à ſuo fratre pro vxore dilecta petit, quid ipſe meruerit, oſtendit. Crimen ſuperius huic imputare non poſſum. nam frater ignouit. Quantum tibi nuptiarum ceſſione præſtiterit, adulterio probauerunt. tibi liberas & perperes noctes: ſibi, furtiua commercia, & amorum pericula reliquerunt. ignoſce amantibus, ſi vere amaſti.

XLVII. *Infamis in nurum.*

ADVLTERVM CVM ADVLTERA LICEAT OCCIDERE. REVS CÆDIS ADVOCATVM QVEM VOLET, ELIGAT. Erat infamis in nurum: inuenit adoleſcens incertum quem adulterum, capite velato, vxorem ſolam peremit. fit reus cædis. Aduocatum patrem poſtulat. contradicit.

PRO FILIO.

ACcuſator obiicit quod adultero pepercerim: pater dolet quod nurum eius occiderim. adulter occidi maluit, quã videri. Habet adulter pœnam ſuam, cruciatur conſcientia,

 pudore

pudore torquetur. Et ſi interim tectus euaſit, inueniet illum poſtremo vel fama.

XLVIII. *Pauper imperator imperium recuſat.*

Pauper & diues inimici, belli tempore, diues eſt creatus imperator, qui cum bis fugatus eſſet, pauper legem tulit, vt qui ter fugatus eſſet, in crucem tolleretur. Tertio diues fugatus eſt, & in crucem latus. Filius diuitis fert rogationem, vt imperium transferatur ad pauperem. pauper contradicit.

CONTRA PAVPEREM.

HAbes, pauper, grande ſolatium: reliquiſti ſuperſtitem legem. Procede legumlator ad bellum. Muta ſtylum gladio, lorica togã. Iam fortunæ ſatisfecimus, & hoſtes, vel dum vincimur, fatigauimus. In victoriam pene ſuccedis alienam.

XLIX. *Raptor duarum filium nutriens.*

LEX RAPTARVM. Quidam duas rapuit: productæ ad magiſtratus, altera nuptias, altera mortem petit. Magiſtratus humaniorem ſententiam ſecuti ſunt. Poſt factas nuptias, illa, quod virgo perpeſſa eſt, quem conceperat, peperit. Expoſuit, raptor ſuſcepit, qui tunc erat maritus alienus, & alere cœpit. Reus eſt vxori, malæ tractationis.

PRO MARITO.

VEnit ad vos praua mulier, accuſatura pietatem. infantem adhuc iuſſit feris, canibus, & diris alitibus exponi. Puto, patris ſimilis apparuit, vnde matrem tam grauiter offendit. Nam qui poteſt expoſitum præterire? agnoſce, non potui: tu me docueras, puella, miſereri. de matre nihil meminit. O gratum infantis errorem, te exiſtimat matrem. Diſce infelix puer, natalium tuorum, diſce fortunam. Pariter nos ambos mulier afflixit: & pariter factum alia ſeruauit.

L. *Vir fortis gladiator.*

INFAMIS NON MILITET. Vir fortis in piratas incidit: reſcripſit patri de redemptione. illo ceſſante, redemit eum laniſta, & rudem ei in arena dedit. Reuerſo belli tempore denunciat militiam imperator.

PRO VIRO FORTI.

OMnia fieri poſſe credidi cum me fortuna ſeruum ex libero, & gladiatorem de viro forte feciſſet. Imperator vobis ingerit militem, cuius operam non eſſe reipublicæ neceſſariam, proxime non redimendo iudicaſtis. Veniam à vobis, iudices, poſtulo: quod gladiator infamis in iudicio loquor. Erraui, fateor, iudices, errau i qui ſemper credidi immortalitatem eſſe pro Republica mori: cum fama etiam viuentium conſeneſcat. Gladiatorem me fecit non pirata, ſed patria. Sed, ô virtus, in aduerſis comes, ſola tu me ſecuta in carcerem, tu in ludum, virum fortem tu ſola non decipis. Scitis me, iudices, periculum contemnere: ſed non contemno flagitium. virum igitur gladiatorem negat, negat aliquis infamem? an negat gladiatorem? vtrumque mendacium eſt. Neque enim conditione gladiatoria quidquam eſt humilius in vulgo, nec meo nomine quidquam nobilius in ludo. Fortunæ, inquit, fuit. Quouſq; Fortunam facimus humanorum negotiorum ream? Eſto: Fortuna fecit, vt caperer; quis fecit, vt nemo redimeret? Etſi victoria ſolita prouenerit, poſt rudem triumphabo.

LI. *Inuicem adoptati.*

Pauper & diues inimici viſi ſunt in gratiam rediiſſe. Dederunt inuicem filios adoptandos. Dudes occidit lege indemnatorum quem acceperat, Qui eſt apud pauperem, reddit cauſſam mortis voluntariæ. Pauper contradicit.

PRO PAVPERE.

VTinam P.C. liberis noſtris exire de vita, ſine nobis orbatis non liceret. Perquam indignum eſt, ſi vtrunq; pignus amittam, & quod dedit aliquando natura, & quod nunc ſubſtituit amicitia. Amo enim iuuenem, quia non genui meo ſanguine, ſed redemi.

EXPLICIT.

DE ORATORIBVS, SIVE DE CAVSIS CORRVPTÆ ELOQVENTIÆ, DIALOGVS,

Qui ab aliis Corn. Tacito, à quibuſdam M. Fab. Quintiliano tribuitur.

SÆpe ex me requiris, Iuſte Fabi, cur cum priora ſecula tot eminentium oratorum ingeniis gloriaque effloruerint, noſtra potiſſimum ætas deſerta, & laude orbata, vix nomen ipſum oratoris retineat. neq; enim ita appellamus niſi antiquos, horum autem temporum diſerti, cauſidici, & aduocati, & patroni, & quiduis potius quam oratores vocantur. Cui percontationi tuæ reſpondere, & tam magnæ quæſtionis pondus excipere, vt aut de ingeniis noſtris male exiſtimandum, ſi idem aſſequi non poſſumus, aut de iudiciis, ſi nolumus, vix hercule auderem, ſi mea ſententia proferenda, ac non diſertiſſimorum, vt noſtris temporibus, hominum ſermo repetendus eſſet, quos eandem hanc quæſtionem pertractantes iuuenis admodum audiui. Ita non ingenio, ſed memoria ac recordatione opus eſt, vt quæ à præſtantiſſimis viris & excogitata ſubtiliter, & dicta grauiter accepi, tum ſinguli diuerſas, vel eaſdem, ſed probabiles cauſſas afferrent, dum formam ſui quiſque & animi, & ingenii redderet, iiſdem nunc numeris, iiſdemq; orationibus perſequar, ſeruato ordine diſputationis. neq; enim defuit, qui diuerſam quoque partem ſuſciperet, ac multum vexata & irriſa vetuſtate, noſtrorum temporum eloquentiam antiquorum ingeniis anteferret. Nam poſtero die quam Curiatius Maternus Catonem recitauerat, cum offendiſſe potentium animos diceretur, tanquam in eo tragœdiæ argumento ſui oblitus, tantum Catonem cogitaſſet, eaque de re per vrbem frequens ſermo haberetur, venerunt ad eum M. Aper, & Iulius Secundus, celeberrima tum ingenia fori noſtri, quos ego in iudiciis non vtroſque modo ſtudioſe audiebam, ſed domi quoq; & in publico affectabar mira ſtudiorum cupiditate, & quodam ardore iuuenili, & fabulas quoq; eorum, & diſputationes, & arcana ſemotæ dictionis penitus exciperem: quamuis maligne pleriq; opinarentur nec Secundo promptum eſſe ſermonem, & Aprum ingenio potius & vi naturæ, quam inſtitu-

tione

tiene & literis famam eloquentia conſecutum. Nam & Secundo purus, & preſſius, & in quem ſatis erat profluẽs, ſermo non defuit: & Aper communi eruditione imbutus contemnebat potius literas, quam neſciebat, tanquam maiorem induſtriæ & laboris gloriam habiturus, ſi ingenium eius nullis alienarum artium adminiculis inniti videretur. Igitur vt intrauimus cubiculum Materni: ſedentem ipſum, quem pridie recitauerat librum intra manus habentem deprehendimus. Tum Secundus, Nilne te, inquit, Materne, fabulæ malignorum terrent, quo minus offenſas Catonis tui ames? An ideo librum iſtum reprehendiſti, vt diligentius retractares, & ſublatis ſi qua prauam interpretandi materiam dederunt, emitteres Catonem non quidem meliorem, ſed tamen ſecuriorem? Tum ille, Leges tu quidẽ ſi volueris, & agnoſces quæ audiſti. quod ſi qua omiſit Cato, ſequenti tractatione Thyeſtes dicet. Hanc enim tragœdiam diſpoſui iam, & intra me ipſe formaui. atq; ideo maturare libri huius editionem feſtino, vt dimiſſa priore cura, nouæ cogitationi toto pectore incumbam. Adeo te tragœdia iſta non ſatiãt, inquit Aper, quominus omiſſis orationum & cauſarum ſtudiis, omne tempus modo circa Medeam, ecce nunc circa Thyeſtem conſumas? cum tot amicorum cauſſæ, tot coloniarum & municipiorum clientelæ in forum vocent, quibus vix ſufficeres, etiam ſi non nouũ tibi ipſe negotium importaſſes, Domitium & Catonem, id eſt, noſtras quoq; hiſtorias & Romana nomina Græcorum fabulis aggregares? Et Maternus: Perturbarer hac tua ſeueritate, niſi frequens ac aſſidua nobis contentio iam prope in conſuetudinem vertiſſet. Nam nec tu agitare & inſequi poetas intermittis, & ego cui deſidiam aduocationum obiicis, quotidianum hoc patrocinium defendendæ aduerſus te poeticæ exerceo. Quo lætor magis oblatum nobis iudicem, qui me vel in futurum vetet verſus facere, vel, quod iam pridem opto, ſua quoque auctoritate compellat, vt omiſſis forenſium Muſarum anguſtiis, in quibus ſatis mihi ſuperq; ſudatum eſt, ſanctiorem iſtam & auguſtiorem eloquentiam colam. Ego vero, inquit Secundus, antequam me iudicem Aper recuſet, faciam quod probi & modeſti iudices ſolent, vt in his cognitionibus ſe excuſent, in quibus manifeſtum eſt alteram apud eos partem gratia præualere. Quis enim neſcit, neminem mihi coniunctiorem eſſe & vſu amicitiæ, & aſſiduitate contubernii quam Saleium Baſſum, cum optimum virum, tum abſolutiſſimum poetam? Porro ſi poetica accuſatur, non alium video reum locupletiorem. Securus ſit, inquit Aper, & Saleius Baſſus, & quiſquis alius ſtudium poeticæ & carminum gloriam fouet, cum cauſas agere non poſſit. & ego enim

quatenus

quatenus arbitrum litis huius inueniam, non patiar Maternum ſollicitè plurium defendi: ſed & ipſum ſolum apud eos arguam, quod natus ad eloquentiam virilem & oratoriam, qua parare ſimul & tueri amicitias, adſciſcere nationes, complecti prouincias poſſit, omittit ſtudium, quo non aliud in ciuitate noſtra vel ad vtilitatem fructuoſius, vel ad dignitatem amplius, vel ad vrbis famã pulcrius, vel ad totius imperii atque omnium gentium notitiam illuſtrius excogitari poteſt. Nam ſi ad vtilitatem vitæ omnia conſilia, dicta, facta noſtra dirigenda ſunt: quid erit tutius quam eam exercere artem, qua ſemper armatus præſidium amicis, opem alienis, ſalutem periclitantibus, inuidis vero & inimicis metum & terrorem vltro feras, ipſe ſecurus, & velut quadam perpetua potentia ac poteſtate munitus? cuius vis & vtilitas rebus proſpere fluentibus aliorum, præſidio & tutela intelligitur. ſin proprium periculum increpuit, non hercule lorica aut gladius in acie firmius munimentum, quam reo & periclitanti eloquentia præſidium ſimul & telum, quo propugnare pariter & inceſſere vel in iudicio, ſiue in ſenatu, ſiue apud principem poſſis. Quid aliud infeſtis patribus nuper Eprius Marcellus, quam eloquentiam ſuam oppoſuit? qui accinctus & minax, diſertam quidem ſed inexercitatam & eiuſmodi certaminum rudem Heluidii ſapientiam eluſit. Plura de vtilitate nõ dico, cum præſertim minime contradicturum Maternum meum arbitrer. Ad voluptatem oratoriæ eloquentiæ tranſeo, cuius iucunditas non vno aliove momento, ſed omnibus prope diebus, & prope omnibus horis contingit. Quid enim dulcius libero & ingenuo animo, & ad voluptates honeſtas nato quam videre plenam ſemper & frequentẽ domum concurſu ſplendidiſſimorũ hominum, idque ſcire, non pecuniæ, non orbitati, neque officii alicuius adminiſtrationi, ſed ſibi ipſi dari? illos quinimmo orbos & locupletes venire plerunque ad iuuenem & pauperem, vt aut ſua aut amicorum diſcrimina commendent? Vllane tanta ingentium opum ac magnæ potentiæ voluptas, quam ſpectare homines veteres, & ſenes, & totius orbis gratia ſubnixos, in ſumma omnium rerum abundantia confitentes id quod optimum ſit, ſe non habere? Iam vero qui togatorum comitatus & egreſſus? quæ in publico ſpecies? quæ in iudiciis veneratio? quod gaudium conſurgendi aſſiſtendique inter tacentes, in vnum conuerſos? coire populum, & circunfundi coram, & accipere affectum quemcunque orator induerit? Vulgata dicentium gaudia, & imperitorum quoque oculis expoſita, percenſeo. Illa ſecretiora, & tantum ipſis orantibus nota, maiora ſunt. Siue accuratam meditatamque affert orati-

ratio-

vationem eſt quoddam ſicut ipſius dictionis, ita gaudii pondus &
conſtantia: ſiue nouã & recentẽ curam non ſine aliqua trepidatio-
ne animus attulerit, ipſa ſollicitudo commendat euentum, & leno-
cinatur voluptati. Sed extemporalis audaciæ, atque ipſius teme-
ritatis vel præcipua iucunditas eſt. Nam in ingenio quoque ſicut in
agro, quanquam alia diu ſerantur atque elaborentur, gratiora ta-
men quæ ſua ſponte naſcuntur. Equidem vt de me ipſo fatear, non
eum diem lætiorem egi, quo mihi latus clauus oblatus eſt, vel
quo homo nouus, & in ciuitate minime fauorabili natus quæſtu-
ram, aut tribunatũ, aut præturã accepi, quam eos quibus mihi pro
mediocritate huius quantulacunque in dicendo facultatis, aut reũ
proſpere defendere, aut apud Centumuiros cauſſam aliquam feli-
citer orare, aut apud principem ipſos illos libertos & procurato-
res principum tueri & defendere datur. Tum mihi ſupra tribuna-
tus, & præturas & conſulatus aſcendere videor, tum abire: quod
ſi non in alio oritur, nec in codicillis datur, nec cum gratia venit.
Quæ fama & laus cuiusuis artis cum oratorum gloria comparan-
da eſt, qui non illuſtres in vrbe ſolum apud negotioſos, & rebus in-
tentos, ſed etiam apud iuuenes & adoleſcentes, quibus morum &
indoles eſt, & bona ſpes ſui? Quorum nomina prius parentes liberis
ſuis ingerunt? quos ſæpius vulgus imperitum, & tunicatus hic po-
pulus tranſeunteis nomine vocat, & digito demonſtrat? Aduenæ
quoque & peregrini iam in municipiis & coloniis ſuis auditos,
cum primum vrbem attigerunt, requirunt, ac vultus agnoſcere
concupiſcunt. Auſim contendere Marcellũ hunc Epirum, de quo
modo locutus ſum, & Criſpum Vibium (libentius enim nouis &
recentibus, quam remotis & obliteratis exemplis vtor) non mi-
nus eſſe in extremis partibus terrarum, quam Capuæ aut Vercel-
lis, vbi nati dicuntur. Nec hoc illis alterius ter millies ſeſtertium*
præſtat. quanquam ad has ipſas opes poſſunt videri eloquẽtiæ bene-
ficio veniſſe. ſed ipſa eloquentia, cuius numen & cœleſtis vis mul-
ta quidem omnibus ſeculis exempla edidit, ad quantam vſque
fortunam homines ingenii viribus peruenerint. Sed hæc, vt ſu-
pra dixi, proxima, & quæ non auditu cognoſcenda, ſed oculis ſpe-
ctanda habemus. Nam quo ſordidius & abiectius nati ſunt, quo-
que notabilior paupertas & anguſtia rerum naſcentes eos circum-
ſteterunt, eo clariora, & ad demonſtrandam oratoriæ eloquentiæ v-
tilitatẽ illuſtriora exempla ſunt, quod ſine commendatione nata-
lium, ſine ſubſtantia facultatum, neuter morib. egregius, alter ha-
bitu quoq; corporis contemtus, per multos iam annos potentiſſimi
ſunt ciuitatis, ac donec libuit principes fori, nunc principes in

Cæſaris

Cæſaris amicitia agunt feruntq́ꝫ cuncta, atque ab ipſo principe cum quadam reuerentia diliguntur. Quia Veſpaſianus venerabilis ſenex & patientiſſimus veri bene intelligit, cæteros quidem amicos ſuos niti iis quæ ab ipſo acceperint, quæq́ꝫ ipſi accumulare, & in alios congerere promptum eſt. Marcellum autem & Criſpum attuliſſe ad amicitiam ſuam quod non à principe acceperint, nec accipi poſſit. Minimum inter tot ac tanta locum obtinent imagines ac tituli & ſtatuæ, quæ neq́ꝫ ipſa tamen negliguntur tam hercule quam diuitiæ & opes, quas facilius inuenies qui vituperet, quam faſtidiat. His igitur & honoribus, & ornamentis, & facultatibus refertas domos eorum videmus, qui ſe ab ineunte adoleſcentia cauſſis forenſibus & oratorio ſtudio dederunt. Nam carmina & verſus, quibus totam vitam Maternus inſumere optat (inde enim omnis fluxit oratio) neq́ꝫ dignitatem vllam auctorib. ſuis conciliant, neque vtilitates alunt: voluptatem autem breuem, laudem inanē & infructuoſam conſequuntur. licet hæc ipſa, & quæ deinde dicturus ſum, aures tuæ, ô Materne, reſpuant. cui bono eſt ſi apud te Agamemnon aut Iaſon diſerte loquitur? quis ideo domum defenſus & tibi obligatus redit? Quis Saleium noſtrum egregium poetam, vel (ſi hoc honorificentius eſt) præclariſſimum vatem deducit, aut ſalutat, aut proſequitur? Nempe ſi amicus, ſi propinquus, ſi deniq́ꝫ ipſe in aliquod negotium inciderit, ad hunc Secundum recurret, non ad te Materne, quia poeta es, neq́ꝫ vt pro eo verſus facias. hi enim Baſſo domi naſcuntur, pulcri quidem & iucundi: quorum tamen hic exitus eſt, vt cum toto anno, per omnes dies, magna noctium parte, vnum librum excudit & elucubrauit, rogare vltro & ambire cogatur, vt ſint qui dignentur audire: & ne id quidē gratis, nam & domum mutuatur, & auditorium exſtruit, & ſubſellia conducit, & libellos diſpergit. & vt beatiſſimus recitationem eius euentus proſequatur, omnis illa laus intra vnum aut alterum diem velut in herba vel flore percepta, ad nullam certam & ſolidam peruenit frugem: nec aut amicitiam inde refert, aut clientelam, aut manſurum in animo cuiuſquam beneficium, ſed clamorem vagum, & voces inanes, & gaudium volucre. Laudauimus nuper vt miram & eximiam Veſpaſiani liberalitatem, quod quingenta ſeſtertia Baſſo donaſſet. Pulcrum id quidem, indulgentiam principis ingenio mereri: quanto tamen pulcrius, ſi ita res familiaris exigat, ſe ipſum colere, ſuum genium propitiare, ſuam experiri liberalitatem? Adiice quod poetis, ſi modo dignum aliquid elaborare & efficere velint, relinquenda conuerſatio amicorum, & iucunditas vrbis, deſerenda cætera officia, vtque ipſi dicunt, in

nemora & lucos, id eſt, in ſolitudinem recedendum eſt. Nec opinio quidem & fama, cui ſoli ſeruiunt, & quod vnum eſſe precium omnis ſui laboris fatentur, aeque poetas quam oratores ſequitur, quoniam mediocres poetas nemo nouit, bonos pauci. Quando enim rariſſimarum recitationum fama in totam vrbem penetrat, nedum vt per tot prouincias innoteſcat? quotusquiſque cum ex Hiſpania vel Aſia, ne quid de Gallis noſtris loquamur, in vrbem venit, Saleium Baſſum requirit? atque adeo ſi quis requirit, & ſemel vidit, tranſit, & contentus eſt, vt ſi picturam aliquã vel ſtatuam vidiſſet. Neque hunc meum ſermonem ſic accipi volo, tanquam eos quibus natura ſua oratorium ingenium denegauit, deterream à carminibus, ſi modo in hac ſtudiorum parte oblectare otium, & nomen inſerere poſſunt famae. Ego vero omnem eloquentiam, omneſque eius partes ſacras & venerabiles puto. Nec ſolum cothurnum noſtrum, aut heroici carminis ſonum, ſed lyricorum quoque iucunditatem, & elegorum laſciuias, & iamborum amaritudinem, epigrammatum luſus, & quamcunque aliam ſpeciem eloquentia habeat, anteponendam caeteris aliarum artium ſtudiis credo. ſed tecum mihi Materne res eſt quod cum natura tua in ipſam arcem eloquentiae ferat, errare mauis, & ſumma adeptus, in leuioribus ſubſiſtis. Vt ſi in Graecia natus eſſes, vbi ludicras quoque arteis exercere honeſtum eſt, ac tibi Nicoſtrati robur ac vires dij dediſſent, non paterer immanes illos & ad pugnam natos lacertos, leuitate iaculi aut iactu diſci vaneſcere: ſic nunc te ab auditoriis & theatris in forum, & ad cauſſas, & ad vera praelia voco: cum praeſertim ne ad id quidem confugere poſſis, quod pleriſq; patrocinatur, tanquam minus obnoxium ſit offenſis, poetarum quam oratorum ſtudium. Efferueſcit enim vis pulcherrimae naturae tuae, nec pro amico aliquo, ſed quod periculoſius eſt pro Catone offendis. nec excuſatur offenſa neceſſitudine officij, aut fide aduocationis, aut fortuitae & ſubitae dictionis impetu: meditatus videris elegiſſe perſonam notabilem, & cum auctoritate dicturam. Sentio quid reſponderi poſſit, hinc ingentis ex his aſſenſus, hinc in ipſis auditoriis praecipue laudari, & mox omnium ſermonibus ferri. Tolle igitur quietis & ſecuritatis excuſationem, cum tibi ſumas aduerſarium ſuperiorem. nobis ſatis ſit priuatas & noſtri ſeculi controuerſias tueri, in quibus expreſſis ſi quando neceſſe ſit pro periclitante amico potẽtiorum aures offendere, & probata ſit fides & libertas excuſata. Quae cum dixiſſet Aper acrius, vt ſolebat, & intento ore, remiſſus & ſubridens Maternus, Paraui, inquit,

etiam his ad quorum aures peruenerint. Itaque hercule non minus probari video in te Secunde quod Iulij Aſiatici vitam componendo, ſpem hominibus feciſti plurium eiuſmodi librorum, quam in Apro quod nondum à ſcholaſticis controuerſiis receſſit, & otium ſuum mauult nouorum rhetorum more, quam veterum oratorum conſumere. Tum Aper, Non deſinis Meſſalla vetera tãtum & antiqua mirari, noſtrorũ autem temporum ſtudia irridere atque contemnere? Nam hunc tuum ſermonem ſæpe excepi, cum oblitus & tua, & fratris tui eloquentiæ, neminem hoc tempore oratorem eſſe contenderes. atque id eo credo audacius, quòd malignitatis opinionem non verebaris, cum eam gloriam quam tibi alij concedunt, ipſe tibi denegares. Neque illius, inquit, ſermonis mei pœnitentiam ago, neque aut Secundum, aut Maternum, aut ipſum Aper (quanquam interdum in contrarium diſputes) aliter ſentire credo. Ac velim impetratum ab aliquo veſtrum, vt cauſſas huius infinitæ differentiæ ſcrutetur, ac reddat, quas mecum ipſe plerunque conquiro: & quod quibuſdam ſolatio eſt, mihi auget quæſtionem, quia video etiam Graijs accidiſſe, vt longius abſit Æſchine & Demoſthene Sacerdos iſte Nicetes, & ſi quis alius Epheſum vel Mytilenam contentis ſcholaſticorum clamoribus quatit, quàm Aper, aut Africanus, aut vos ipſi à Cicerone aut Aſinio receſſiſtis. Magnam, inquit Secundus, & dignam tractatu quæſtionem mouiſtis: ſed quis eam iuſtius explicauerit, quam tu, ad cuius ſummam eruditionem & præſtantiſſimum ingenium cura quoque & meditatio acceſſit? E. Meſſala, Aperiam, inquit, cogitationes meas, ſi illud à vobis ante impetrauero, vt vos quoque ſermonem hunc noſtrum adiuuetis. Pro duobus, inquit Maternus, promitto: nam & ego & Secundus exequemur partes quas intellexerimus te non tam omiſiſſe, quam nobis reliquiſſe Aprum enim ſolere diſſentire & tu paulo ante dixiſti, & ipſe ſatis manifeſtus eſt iamdudum in contrarium accingi, nec æquo animo perferre hanc noſtram pro antiquorum laude concordiam. Non enim, inquit Aper, inauditum & indefenſum ſeculum noſtrum patiar hac veſtra conſpiratione damnari: ſed hoc primum interrogabo, quos vocetis antiquos? quam oratorum ætatem ſignatione iſta determinetis? Ego enim cum audio antiquos quoſdam veteres & olim natos intelligo, ac mihi verſatur ante oculos Vlyſſes & Neſtor, quorum ætas mille fere & cc. annis ſeculum noſtrum antecedit: vos autem Demoſthenem & Hyperidem profertis, quos ſatis conſtat Philippi & Alexandri temporibus floruiſſe, ita tamen vt vtrique ſuperſtites eſſent, Ex quo apparet

paret non multo plures quam ccc. annos intereſſe inter noſtram & Demoſthenis ætatem quod ſpatium temporis ſi ad infirmitatem corporum noſtrorum referas, fortaſſe longum videatur: ſi ad naturam ſeculorum, & reſpectum huius immenſi æui, perquam breue, & in proximo eſt. nam ſi, ſicut Cicero in Hortenſio ſcribit, is eſt magnus & verus annus, quo eadem poſitio cæli ſiderumque, quæ cum maxime eſt, rurſum exiſtet, iſque annus horum quos vocamus annorum XII. DCCCLIV. complectitur, incipit Demoſthenes veſter, quem vos veterem & antiquum fingitis, non ſolum anno quo nos, ſed fere eodem menſe extitiſſe. Sed tranſeo ad Latinos oratores, in quibus non Menenium, vt puto, Agrippam, qui poteſt videri antiquus, noſtrorum temporum diſertis anteponere ſoletis, ſed Ciceronem. & Cæſarem, & Cælium, Caluum, & Brutum, & Aſinium, & Meſſallam, quos quidem cur antiquis temporibus potius aſcribatis quam noſtris, non video. nam vt de Cicerone ipſo loquar, Hirtio nempe & Panſa conſulibus, vt Tiro libertus eius ſcripſit, VII. Idus Decemb. occiſus eſt. quo anno diuus Auguſtus in locum Panſæ & Hirtij ſe & Q. Pedium COSS. ſuffecit. Statue. VI. & L. annos, quibus mox diuus Auguſtus Rempubl. rexit: adijce Tiberii tres & viginti, & prope quadriennium Cai, ac bis quaternosdenos Claudii & Neronis annos, atque ipſum Galbæ & Othonis, & Vitellii longum & vnum annum, ac ſextam iam felicis huius principatus ſtationem, qua Veſpaſianus Rempublicam fouet, & C & XX. anni ab interitu Ciceronis in hunc diem colliguntur, vnius hominis ætas. Nam ipſe ego in Britannia vidi ſenem, qui ſe fateretur ei pugnæ interfuiſſe qua Cæſarem inferentem arma Britannia, arcere litoribus, & pellere aggreſſi ſunt. Ita, ſi eum qu. armatus C. Cæſari reſtitit, vel captiuitas, vel voluntas, vel fatum aliquod in vrbem pertraxiſſet, idem Cæſarem ipſum & Ciceronem audire potuit, & noſtris quoque actionibus intereſſe. Proximo quidem congiario ipſi vidiſtis pleroſque ſenes, qui ſe à diuo quoque Auguſto ſemel atque iterum accepiſſe congiarium narrabant. ex quo colligi poteſt, & Coruinum ab illis & Aſinium audiri potuiſſe. Nam Coruinus in medium vſque Auguſti principatum, Aſinius pene ad extremum durauit. Nec diuidatis ſeculum, & antiquos, ac veteres vocetis oratores, quos eorundem hominũ aures agnoſcere ac velut coniungere & copulare potuerunt. Hæc ideo prædixi, vt ſi qua ex horum oratorum fama, gloriaque, laus temporibus adquiritur, eandem docerem in medio ſitam &

pudore torquetur. Et ſi intérim tectus euaſit, inueniet illum poſtremo vel fama.

XLVIII. *Pauper imperator imperium recuſat.*

Pauper & diues inimici, belli tempore, diues eſt creatus imperator, qui cum bis fugatus eſſet, pauper legem tulit, vt qui ter fugatus eſſet, in crucem tolleretur. Tertio diues fugatus eſt, & in crucem latus. Filius diuitis fert rogationem, vt imperium transferatur ad pauperem. pauper contradicit.

CONTRA PAVPEREM.

HAbes, pauper, grande ſolatium: reliquiſti ſuperſtitem legem. Procede legumlator ad bellum. Muta ſtylum gladio, lorica togā. Iam fortunæ ſatisfecimus, & hoſtes, vel dum vincimur, fatigauimus. In victoriam pene ſuccedis alienam.

XLIX. *Raptor duarum filium nutriens.*

LEX RAPTARVM. Quidam duas rapuit: productæ ad magiſtratus, altera nuptias, altera mortem petit. Magiſtratus humaniorem ſententiam ſecuti ſunt. Poſt factas nuptias, illa, quod virgo perpeſſa eſt, quem conceperat, peperit. Expoſuit, raptor ſuſcepit, qui tunc erat maritus alienus, & alere cœpit. Reus eſt vxori, malæ tractationis.

PRO MARITO.

VEnit ad vos praua mulier, accuſatura pietatem. Infantem adhuc iuſſit feris, canibus, & diris alitibus exponi. Puto, patris ſimilis apparuit, vnde matrem tam grauiter offendit. Nam qui poteſt expoſitum præterire? gnoſce, non potui: tu me docueras, puella, miſereri. de matre nihil meminit. O gratum infantis errorem, te exiſtimat matrem. Diſce infelix puer, natalium tuorum, diſce fortunam. Pariter nos ambos mulier afflixit: & pariter factum alia ſeruauit.

L. *Vir fortis gladiator.*

INFAMIS NON MILITET. Vir fortis in piratas incidit: reſcripſit patri de redemptione. illo ceſſante, redemit eum laniſta, & rudem ei in arena dedit. Reuerſo belli tempore denuntiat militiam imperator.

PR

PRO VIRO FORTI.

OMnia fieri poſſe credidi cum me fortuna ſeruum ex libero, & gladiatorem de viro forte feciſſet. Imperator vobis ingerit militem, cuius operam non eſſe reipublicæ neceſſariam, proxime non redimendo indicaſtis. Veniam à vobis, iudices, poſtulo; quod gladiator infamis in iudicio loquor. Errauì, fateor, iudices, erraui qui ſemper credidi immortalitatem eſſe pro Republica mori: cum fama etiam viuentium conſeneſcat. Gladiatorem me fecit non pirata, ſed patria. Sed, ô virtus, in aduerſis comes, ſola tu me ſecuta in carcerem, tu in ludum, virum fortem tu ſola non decipis. Scitis me, iudices, periculum contemnere: ſed non contemno flagitium. virum igitur gladiatorem negat, negat aliquis infamem? an negat gladiatorem? vtrumque mendacium eſt. Neque enim conditione gladiatoria quidquam eſt humilius in vulgo, nec meo nomine quidquam nobilius in ludo. Fortunæ, inquit, fuit. Quouſq; Fortunam facimus humanorum negotiorum ream? Eſto: Fortuna fecit, vt caperer: quis fecit, vt nemo redimeret? Etſi victoria ſolita prouenerit, poſt rudem triumphabo.

LI. *Inuicem adoptati.*

Pauper & diues inimici viſi ſunt in gratiam rediiſſe. Dederunt inuicem filios adoptandos. Duces occidit lege indemnatorum quem acceperat, Qui eſt apud pauperem, reddit cauſam mortis voluntariæ. Pauper contradicit.

PRO PAVPERE.

VTinam P.C. liberis noſtris exire de vita, ſine nobis orbatis non liceret. Perquam indignum eſt, ſi vtrunq; pignus amittam, & quod dedit aliquando natura, & quod nunc ſubſtituit amicitia. Amo enim iuuenem, quia non genui meo ſanguine, ſed redemi.

EXPLICIT.

DE ORATORIBVS, SIVE DE CAVSIS CORRVPTÆ ELOQVENTIÆ, DIALOGVS,

Qui ab aliis Corn. Tacito, à quibuſdam M. Fab. Quintiliano tribuitur.

SÆpe ex me requiris, Iuſte Fabi, cur cum priora ſecula tot eminentium oratorum ingeniis gloriaque effloruerint, noſtra potiſſimum ætas deſerta, & laude orbata, vix nomen ipſum oratoris retineat. neq; enim ita appellamus niſi antiquos, horum autem temporum diſerti, cauſidici, & aduocati, & patroni, & quiduis potius quam oratores vocantur. Cui percontationi tuæ reſpondere, & tam magnæ quæſtionis pondus excipere, vt aut de ingeniis noſtris male exiſtimandum, ſi idem aſſequi non poſſumus, aut de iudiciis, ſi nolumus, vix hercule auderem, ſi mea ſententia proferenda, ac non diſertiſſimorum, vt noſtris temporibus, hominum ſermo repetendus eſſet, quos eandem hanc quæſtionem pertractantes iuuenis admodum audiui. Ita non ingenio, ſed memoria ac recordatione opus eſt, vt quæ à præſtantiſſimis viris & excogitata ſubtiliter, & dicta grauiter accepi, tum ſinguli diuerſas, vel eaſdem, ſed probabiles cauſſas afferrent, dum formam ſui quiſque & animi. & ingenii redderet, iiſdem nunc numeris, iiſdemq; orationibus perſequar, ſeruato ordine diſputationis. neq; enim defuit, qui diuerſam quoque partem ſuſciperet, ac multum vexata & irriſa vetuſtate; noſtrorum temporum eloquentiam antiquorum ingeniis anteferret. Nam poſtero die quam Curiatius Maternus Catonem recitauerat, cum offendiſſe potentium animos diceretur, tanquam in eo tragœdiæ argumento ſui oblitus, tantum Catonem cogitaſſet, eaque de re per vrbem frequens ſermo haberetur, venerunt ad eum M. Aper, & Iulius Secundus, celeberrima tum ingenia fori noſtri, quos ego in iudiciis non vtroſque modo ſtudioſe audiebam, ſed domi quoq; & in publico affectabar mira ſtudiorum cupiditate, & quodam ardore iuuenili, & fabulas quoq; eorum, & diſputationes, & arcana ſemotæ dictionis penitus exciperem: quamuis maligne pleriq; opinarentur nec Secundo promptum eſſe ſermonem, & Aprum ingenio potius & vi naturæ, quam inſtitutione

liene & literis famam eloquentiæ conſecutum. Nam & Secundo purus, & preſſus, & in quem ſatis erat profluēs, ſermo non defuit: & Aper communi eruditione imbutus contemnebat potius literas, quam neſciebat, tanquam maiorem induſtriæ & laboris gloriam habiturus, ſi ingenium eius nullis alienarum artium adminiculis inniti videretur. Igitur vt intrauimus cubiculum Materni: ſedentem ipſum, quem pridie recitauerat librum, intra manus habentem deprehendimus. Tum Secundus, Nilne te, inquit, Materne, fabulæ malignorum terrent, quo minus offenſas Catonis tui ames? An ideo librum iſtum reprehendiſti, vt diligentius retractares, & ſublatis ſi qua prauam interpretandi materiam dederunt, emitteres Catonem non quidem meliorem, ſed tamen ſecuriorem? Tum ille, Leges tu quidē ſi volueris, & agnoſces quæ audiſti. quod ſi qua omiſit Cato, ſequenti tractatione Thyeſtes dicet. Hanc enim tragœdiam diſpoſui iam, & intra me ipſe formaui. atq; ideo maturare libri huius editionem feſtino, vt dimiſſa priore cura, nouæ cogitationi toto pectore incumbam. Adeo te tragœdia iſta non ſatiāt, inquit Aper, quominus omiſſis orationum & cauſarum ſtudiis, omne tempus modo circa Medeam, ecce nunc circa Thyeſtem conſumas? cum tot amicorum cauſſæ, tot coloniarum & municipiorum clientelæ in forum vocent, quibus vix ſufficeres, etiam ſi non nouū tibi ipſe negotium importaſſes, Domitium & Catonem, id eſt, noſtras quoq; hiſtorias & Romana nomina Græcorum fabulis aggregares? Et Maternus: Perturbarer hac tua ſeueritate, niſi frequens ac aſſidua nobis contentio iam prope in conſuetudinem vertiſſet. Nam nec tu agitare & inſequi poetas intermittis, & ego cui deſidiam aduocationum obiicis, quotidianum hoc patrocinium defendendæ aduerſus te poeticæ exerceo. Quo lætor magis oblatum nobis iudicem, qui me vel in futurum vetet verſus facere, vel, quod iampridem opto, ſua quoque auctoritate compellat, vt omiſſis forenſium Muſarum anguſtiis, in quibus ſatis mihi ſuperq; ſudatum eſt, ſanctiorem iſtam & auguſtiorem eloquentiam colam. Ego vero, inquit Secundus, antequam me iudicem Aper recuſet, faciam quod probi & modeſti iudices ſolent, vt in his cognitionibus ſe excuſent, in quibus manifeſtum eſt alteram apud eos partem gratia præualere. Quis enim neſcit, neminem mihi coniunctiorem eſſe & vſu amicitiæ, & aſſiduitate contubernii quam Saleium Baſſum, cum optimum virum, tum abſolutiſſimum poetam? Porro ſi poetica accuſatur, non alium video reum locupletiorem. Securus ſit, inquit Aper, & Saleius Baſſus, & quiſquis alius ſtudium poeticæ & carminum gloriam fouet, cum cauſas agere non poſſit. & ego enim

quatenus

quatenus arbitrum litis huius inueniam, non patiar Maternum ſellicite plurium defendi: ſed & ipſum ſolum apud eos arguam, quod natus ad eloquentiam virilem & oratoriam, qua parare ſimul & tueri amicitias, adſciſcere nationes, complecti prouincias poſſit, omittit ſtudium, quo non aliud in ciuitate noſtra vel ad vtilitatem fructuoſius, vel ad dignitatem amplius, vel ad vrbis famã pulcrius, vel ad totius imperii atque omnium gentium notitiam illuſtrius excogitari poteſt. Nam ſi ad vtilitatem vitæ omnia conſilia, dicta, facta noſtra dirigenda ſunt: quid erit tutius quam eam exercere artem, qua ſemper armatus præſidium amicis, opem alienis, ſalutem periclitantibus, inuidis vero & inimicis metum & terrorem vltro feras, ipſe ſecurus, & velut quadam perpetua potentia ac poteſtate munitus? cuius vis & vtilitas rebus proſpere fluentibus aliorum, præſidio & tutela intelligitur. ſin proprium periculum increpuit, non hercule lorica aut gladius in acie firmius munimentum, quam reo & periclitanti eloquentia præſidium ſimul & telum, quo propugnare pariter & inceſſere vel in iudicio, ſiue in ſenatu, ſiue apud principem poſſis. Quid aliud infeſtis patribus nuper Eprius Marcellus, quam eloquentiam ſuam oppoſuit? qui accinctus & minax, diſertam quidem ſed inexercitatam & eiuſmodi certaminum rudem Heluidii ſapientiam eluſit. Plura de vtilitate nõ dico, cum præſertim minime contradicturum Maternum meum arbitrer. Ad voluptatem oratoriæ eloquentiæ tranſeo, cuius iucunditas non vno alioue momento, ſed omnibus prope diebus, & prope omnibus horis contingit. Quid enim dulcius libero & ingenuo animo, & ad voluptates honeſtas nato quam videre plenam ſemper & frequentẽ domum concurſu ſplendidiſſimorũ hominum, idque ſcire, non pecuniæ, non orbitati, neque officii alicuius adminiſtrationi, ſed ſibi ipſi dari? illos quinimmo orbos & locupletes venire plerunque ad iuuenem & pauperem, vt aut ſua aut amicorum diſcrimina commendent? Vllane tanta ingentium opum ac magnæ potentiæ voluptas, quam ſpectare homines veteres, & ſenes, & totius orbis gratia ſubnixos, in ſumma omnium rerum abundantia confitentes id quod optimum ſit, ſe non habere? Iam vero qui togatorum comitatus & egreſſus? quæ in publico ſpecies? quæ in iudiciis veneratio? quod gaudium conſurgendi aſſiſtendique inter tacentes, in vnum conuerſos? coire populum, & circunfundi coram, & accipere affectum quemcunque orator induerit? Vulgata dicentium gaudia, & imperitorum quoque oculis expoſita, percenſeo. Illa ſecretiora, & tantum ipſis orantibus nota, maiora ſunt. Siue accuratam meditatamque affert oratio-

ratio-

rationem eſt quoddam ſicut ipſius dictionis, ita gaudii pondus & conſtantia: ſiue nouã & recentẽ curam non ſine aliqua trepidatione animus attulerit, ipſa ſollicitudo commendat euentum, & lenocinatur voluptati. Sed extemporalis audaciæ, atque ipſius temeritatis vel præcipua iucunditas eſt. Nam in ingenio quoque ſicut in agro, quanquam alia diu ſerantur atque elaborentur, gratiora tamen quæ ſua ſponte naſcuntur. Equidem vt de me ipſo fatear, non eum diem lætiorem egi, quo mihi latus clauus oblatus eſt, vel quo homo nouus, & in ciuitate minime fauorabili natus quæſturam, aut tribunatũ, aut præturã accepi, quam eos quibus mihi pro mediocritate huius quantulacunque in dicendo facultatis, aut reũ proſpere defendere, aut apud Centumuiros cauſſam aliquam feliciter orare, aut apud principem ipſos illos libertos & procuratores principum tueri & defendere datur. Tum mihi ſupra tribunatus, & præturas & conſulatus aſcendere videor, tum abire: quod ſi non in alio oritur, nec in codicillis datur, nec cum gratia venit. Quæ fama & laus cuiuſuis artis cum oratorum gloria comparanda eſt, qui non illuſtres in vrbe ſolum apud negotioſos, & rebus intentos, ſed etiam apud iuuenes & adoleſcentes, quibus morum & indoles eſt, & bona ſpes ſuit? Quorum nomina prius parentes liberis ſuis ingerunt? quos ſæpius vulgus imperitum, & tunicatus hic populus tranſeunteis nomine vocat, & digito demonſtrat? Aduenæ quoque & peregrini iam in municipiis & coloniis ſuis auditos, cum primum vrbem attigerunt, requirunt, ac vultus agnoſcere concupiſcunt. Auſim contendere Marcellũ hunc Epirum, de quo modo locutus ſum, & Criſpum Vibium (libentius enim nouis & recentibus, quam remotis & obliteratis exemplis vtor) non minus eſſe in extremis partibus terrarum, quam Capuæ aut Vercellis, vbi nati dicuntur. Nec hoc illũ alterius ter millies ſeſtertium præſtat. quanquam ad has ipſas opes poſſunt videri eloquẽtiæ beneficio veniſſe. ſed ipſa eloquentia, cuius numen & cœleſtis vis multa quidem omnibus ſeculis exempla edidit, ad quantam vſque fortunam homines ingenii viribus peruenerint. Sed hæc, vt ſupra dixi, proxima, & quæ non auditu cognoſcenda, ſed oculis ſpectanda habemus. Nam quo ſordidius & abiectius nati ſunt, quoque notabilior paupertas & anguſtia rerum naſcentes eos circumſteterunt, eo clariora, & ad demonſtrandam oratoriæ eloquentiæ vtilitatẽ illuſtriora exempla ſunt, quod ſine commendatione natalium, ſine ſubſtantia facultatum, neuter morib. egregius, alter habitu quoq; corporis contemtus, per multos iam annos potentiſſimi ſunt ciuitatis, ac donec libuit principes fori, nunc principes in*

Caſaru

Cæſaris amicitia agunt feruntq́; cuncta, atque ab ipſo principe cum quadam reuerentia diliguntur. Quia Veſpaſianus venerabilis ſenex & patientiſſimus veri bene intelligit, cæteros quidem amicos ſuos niti iis quæ ab ipſo acceperint, quæq; ipſi accumulare, & in alios congerere promptum eſt. Marcellum autem & Criſpum attuliſſe ad amicitiam ſuam quod non à principe acceperint, nec accipi poſſit. Minimum inter tot ac tanta locum obtinent imagines ac tituli & ſtatuæ, quæ neq; ipſa tamen negliguntur tam hercule quam diuitiæ & opes, quas facilius inuenies qui vituperet, quam faſtidiat. His igitur & honoribus, & ornamentis, & facultatibus refertas domos eorum videmus, qui ſe ab ineunte adoleſcentia cauſſis forenſibus & oratorio ſtudio dederunt. Nam carmina & verſus, quibus totam vitam Maternus inſumere optat (inde enim omnis fluxit oratio) neq; dignitatem vllam auctorib. ſuis conciliant, neque vtilitates alunt: voluptatem autem breuem, laudem inanẽ & infructuoſam conſequuntur. licet hæc ipſa & quæ deinde dicturus ſum, aures tuæ, ô Materne, reſpuant. cui bono eſt ſi apud te Agamemnon aut Iaſon diſerte loquitur? quis ideo domum defenſus, & tibi obligatus redit? Quis Saleium noſtrum egregium poetam, vel (ſi hoc honorificentius eſt) præclariſſimum vatem deducit, aut ſalutat, aut proſequitur? Nempe ſi amicus, ſi propinquus, ſi denicq; ipſe in aliquod negotium inciderit, ad hunc Secundum recurret, non ad te Materne, quia poeta es, neq; vt pro eo verſus facias. hi enim Baſſo domi naſcuntur, pulcri quidem & iucundi: quorum tamen hic exitus eſt, vt cum toto anno, per omnes dies, magna noctium parte, vnum librum excudit & elucubrauit, rogare vltro & ambire cogatur, vt ſint qui dignentur audire: & ne id quidẽ gratis, nam & domum mutuatur, & auditorium exſtruit, & ſubſellia conducit, & libellos diſpergit. & vt beatiſſimus recitationem eius euentus proſequatur, omnis illa laus intra vnum aut alterum diem velut in herba vel flore percepta, ad nullam certam & ſolidam peruenit frugem: nec aut amicitiam inde refert, aut clientelam, aut manſurum in animo cuiuſquam beneficium, ſed clamorem vagum, & voces inanes, & gaudium volucre. Laudauimus nuper vt miram & eximiam Veſpaſiani liberalitatem, quod quingenta ſeſtertia Baſſo donaſſet. Pulcrum id quidem, indulgentiam principis ingenio mereri: quanto tamen pulcrius, ſi ita res familiaris exigat, ſe ipſum colere, ſuum genium propitiare, ſuam experiri liberalitatem? Adiice quod poetis, ſi modo dignum aliquid elaborare & efficere velint, relinquenda conuerſatio amicorum, & iucunditas vrbis, deſerenda cætera officia, vtque ipſi dicunt, in

nemora

*nemora & lucos, id eſt, in ſolitudinem recedendum eſt. Nec opi-
nio quidem & fama, cui ſoli ſeruiunt, & quod vnum eſſe precium
omnis ſui laboris fatentur, æque poetas quam oratores ſequitur,
quoniam mediocreis poetas nemo nouit, bonos pauci. Quando e-
nim rariſſimarum recitationum fama in totam vrbem penetrat,
nedum vt per tot prouincias innoteſcat? quotusquisque cum ex
Hiſpania vel Aſia, ne quid de Gallis noſtris loquamur, in vr-
bem venit, Saleium Baſſum requirit? atque adeo ſi quis requi-
rit, & ſemel vidit, tranſit, & contentus eſt, vt ſi picturam aliquã
vel ſtatuam vidiſſet. Neque hunc meum ſermonem ſic accipi
volo, tanquam eos quibus natura ſua oratorium ingenium dene-
gauit, deterream à carminibus, ſi modo in hac ſtudiorum parte ob-
lectare otium, & nomen inſerere poſſunt famæ. Ego vero omnem
eloquentiam, omneſque eius parꝭes ſacras & venerabiles puto.
Nec ſolum cothurnum noſtrum, aut heroici carminis ſonum, ſed
lyricorum quoque iucunditatem, & elegorum laſciuias, & iam-
borum amaritudinem, epigrammatum luſus, & quamcunque a-
liam ſpeciem eloquentia habeat, anteponendam cæteris aliarum
artium ſtudiis credo. ſed tecum mihi Materne res eſt quod cum
natura tua in ipſam arcem eloquentiæ ferat, errare mauis, &
ſumma adeptus, in leuioribus ſubſiſtis. Vt ſi in Græcia natus eſ-
ſes, vbi ludicras quoque arteis exercere honeſtum eſt, ac ti-
bi. Nicoſtrati robur ac vires dij dediſſent, non paterer immanes
illos & ad pugnam natos lacertos, leuitate iaculi aut iactu diſci va
neſcere: ſic nunc te ab auditoriis & theatris in forum, & ad cauſſas,
& ad vera prælia voco: cum præſertim ne ad id quidem confugere
poſſis, quod plerisq; patrocinatur, tanquam minus obnoxium ſit of-
fenſis, poetarum quam oratorum ſtudium. Efferueſcit enim vis
pulcherrimæ naturæ tuæ, nec pro amico aliquo, ſed quod periculo-
ſius eſt pro Catone offendis. nec excuſatur offenſa neceſſitudine of-
ficij, aut fide aduocationis, aut fortuitæ & ſubitæ dictionis impetu:
meditatus videris elegiſſe perſonam notabilem, & cum auctoritate
dicturam. Sentio quid reſpondere poſſit, hinc ingentis ex his aſſen-
ſus, hinc in ipſis auditoriis præcipue laudari, & mox omnium ſer-
monibus ferri. Tolle igitur quietis & ſecuritatis excuſationem,
cum tibi ſumas aduerſarium ſupericrem. nobis ſatis ſit priuatas &
noſtri ſeculi controuerſias tueri, in quibus expreſſis ſi quando neceſ
ſe ſit pro periclitante amico potẽtiorum aures offendere, & probata
ſit fides & libertas excuſata. Quæ cum dixiſſet Aper acrius, vt ſo-
lebat, & intento ore, remiſſus & ſubridens Maternus, Parani, in-*

quit, me non minus diu accuſare oratores, quam Aper laudauit. Fore enim arbitrabar vt à laudatione eorum digreſſus detractaret poetas, atque carminum ſtudium proſterneret: arte quadam mitigauit, concedendo his qui cauſſas agere non poſſent, vt verſus facerent. ego autem ſicut in cauſſis agendis efficere aliquid & eniti fortaſſe poſſum, ita recitatione tragœdiarum ingredi famam auſpicatus ſum, tum quidem cum in Nerone improbam, & ſtudiorum quoque ſacra profanantem vaticinij potentiam fregi. hodie ſi quid in nobis notitiæ ac nominis eſt, magis arbitror carminum, quam orationum gloria partum. ac iam me deiungere à forenſi labore conſtitui: nec comitatus iſtos & egreſſus, aut frequentiam ſalutationum concupiſco, non magis quam æra & imagines; quæ etiam iam me nolente in domum meam irruperunt. Nam ſtatum cuiuſque ad ſecuritatem melius innocentia tuetur, quam eloquentia. nec vereor, ne mihi vnquam verba in ſenatu niſi pro alterius diſcrimine facienda ſint. Nemora vero, & luci, & ſecretum ipſum quod Aper increpabat, tantam mihi afferunt voluptatem, vt inter præcipuos carminum fructus numerem, quod nec in ſtrepitu, nec ſedente ante oſtium litigatore, nec inter ſordes ac lacrymas reorum componuntur, ſed ſecedit animus in loca pura atque innocentia, fruiturque ſedibus ſacris. Hæc eloquentiæ primordia, hæc penetralia hoc primum habitu cultuque commoda mortalibus, in illa caſta & nullis contacta vitiis pectora influxit ſic oracula loquebantur. Nam lucroſæ huius & ſanguinantis eloquentiæ vſus, recens, & malis moribus natus, atque, vt tu dicebas Aper, in locum teli repertus. Cæterum felix illud, &, vt more noſtro loquar, aureum ſeculum, & oratorum & criminum inops, poetis & vatibus abundabat, qui benefacta canerent, non qui male admiſſa defenderent, nec vllis aut gloria maior, aut auguſtior honor primum apud deos, quorum proferre reſponſa, & intereſſe epulis ferebantur: deinde apud illos diis genitos ſacroſque reges, inter quos neminem cauſſidicorum, ſed Orphea ac Linum, ac ſi interſpicere altius velis, ipſum Apollinem accepimus. vel, ſi hæc fabuloſa nimis & compoſita videntur, illud certe mihi concedis Aper, non minorem honorem Homero quam Demoſtheni apud poſteros, nec anguſtioribus terminis famam Euripidis aut Sophoclis, quam Lyſiæ aut Hyperides includi. plures hodie reperies qui Ciceronis gloriam, quam Virgilij detractent. Nec vllus Aſinii aut Meſſalæ liber tam illuſtris eſt, quam Medea Ouidii, aut Varii Thyeſtes. Ac ne fortunam quidem vatum, & illud felix contubernium compa-

rare

tantimuerim cum inquieta & anxia oratorum vita. licet illos certamina & pericula ſua ad conſulatus euexerint: malo ſecurum & ſecretum VIRGILII ſeceſſum, in quo tamen neque apud diuum Auguſtum gratia caruit, neque apud populum Romanum notitia. Teſtes Auguſti epiſtolæ, teſtis ipſe populus, qui auditis in theatro verſibus Virgilii, ſurrexit vniuerſus, & forte præſentem ſpectantemque Virgilium veneratus eſt ſic quaſi Auguſtum. Ne noſtris quidem temporibus Secundus Pomponius Aphro Domitio vel dignitate vitæ, vel perpetuitate famæ ceſſerit. Nam Criſpus & Marcellus, ad quorum exempla me vocas, quid habent in hac præſenti fortuna concupiſcendum? an quod timent, an quod timentur? quod cum quotidie aliquid rogentur, hi quibus præſtant, indignantur? quod alligati cum adulatione, nec imperantibus vnquam ſatis ſerui videntur, nec nobis ſatis liberi? Quæ hæc ſumma eorum potentia eſt? Tantum poſſe liberti ſolent. Me vero dulces (vt Virgilius ait) Muſæ remotum à ſolicitudinibus & curis, & neceſſitate quotidie aliquid cõtra animum faciendi, in illa ſacra illoſque fontes ferant: nec inſanum vltra & lubricum forum famamque pallentem trepidus experiar: non me fremitus ſalutantium, nec anhelans libertus excitet. nec incertus futuri, teſtamentum pro pignore ſcribam: nec plus habeam quam quod poſſim cui velim relinquere, quandocunque fatalis meus dies veniet: ſtatuarque tumulo non mæſtus & atrox, ſed hilaris & coronatus: & pro memoria mei nec conſulat quiſquam, nec reget.

Vixdum finierat Maternus concitatus, & velut inſtinctus, cum Viſpanius Meſſala cubiculum eius ingreſſus eſt, ſuſpicatuſque ex ipſa intentione ſingulorum, altiorem inter eos eſſe ſermonem: Num parum tempeſtiuus, inquit, interueni, ſecretum conſilium & cauſſæ alicuius meditationem tractantibus? Minime minime, inquit Secundus, atque adeo vellem maturius interueniſſes. delectaſſet enim te & Apri noſtri accuratiſſimus ſermo, cum Maternum vt omne ingenium ac ſtudiũ ſuum ad cauſſas agendas converteret, exhortatus eſt: & Materni pro carminibus ſuis læta, vtque poetas defendi decebat, audentior, & poetarum quam oratorum ſimilior oratio. Me vero, inquit, & ſermo ipſa infinita voluptate affeciſſet, atque id ipſum delectet, quod vos viri optimi, & temporum noſtrorum oratores, non forenſibus tantum negotiis, & declamatorio ſtudio ingenia veſtra exercetis, ſed eiuſmodi etiam diſputationes adiungitis, quæ & ingenium alunt & eruditionem, & literarum iucundiſſimum oblectamentum cum vobis qui illa diſputatis, afferunt, tum

etiam his ad quorum aures peruenerint. Itaque hercule non minus probari video in te Secunde quod Iulij Aſiatici vitam componendo, ſpem hominibus feciſti plurium eiuſmodi librorum, quam in Apro quod nondum à ſcholaſticis controuerſiis receſſit, & otium ſuum mauult nouorum rhetorum more, quam veterum oratorum conſumere. Tum Aper, Non deſinis Meſſalla vetera tãtum & antiqua mirari, noſtrorũ autem temporum ſtudia irridere atque contemnere? Nam hunc tuum ſermonem ſæpe excepi, cum oblitus & tua, & fratris tui eloquentia, neminem hoc tempore oratorem eſſe contenderes. atque ideo credo audacius, quod malignitatis opinionem non verebaris, cum eam gloriam quam tibi alij concedunt, ipſe tibi denegares. Neque illius, inquit, ſermonis mei pœnitentiam ago, neque aut Secundum, aut Maternum, aut ipſum Aper (quanquam interdum in contrarium diſputes) aliter ſentire credo. Ac velim impetratum ab aliquo veſtrum, vt cauſſas huius infinita differentia ſcrutetur, ac reddat, quas mecum ipſe plerunque conquiro: & quod quibuſdam ſolatio eſt, mihi auget quæſtionem, quia video etiam Graijs accidiſſe, vt longius abſit Æſchine & Demoſthene Sacerdos iſte Nicetes, & ſi quis alius Epheſum vel Mytilenam contentis ſcholaſticorum clamoribus quatit, quam Aper, aut Africanus, aut vos ipſi à Cicerone aut Aſinio receſſiſtis. Magnam, inquit Secundus, & dignam tractatu quæſtionem mouiſtis: ſed quis eam iuſtius explicauerit, quam tu, ad cuius ſummam eruditionem & præſtantiſſimum ingenium cura quoque & meditatio acceſſit? E Meſſala, Aperiam, inquit, cogitationes meas, ſi illud à vobis ante impetrauero, vt vos quoque ſermonem hunc noſtrum adiuuetis. Pro duobus, inquit Maternus, promitto. nam & ego & Secundus exequemur partes quas intellexerimus te non tam omiſiſſe, quam nobis reliquiſſe Aprum enim ſolere diſſentire & tu paulo ante dixiſti, & ipſe ſatis manifeſtus eſt iamdudum in contrarium accingi, nec æquo animo perferre hanc noſtram pro antiquorum laude concordiam. Non enim, inquit Aper, inauditum & indefenſum ſeculum noſtrum patiar hac veſtra conſpiratione damnari: ſed hoc primum interrogabo, quos vocetis antiquos? quam oratorum ætatem ſignatione iſta determinetis? Ego enim cum audio antiquos quoſdam veteres & olim natos intelligo, ac mihi verſatur ante oculos Vlyſſes & Neſtor, quorum ætas mille fere & cc. annis ſeculum noſtrum antecedit: vos autem Demoſthenem & Hyperidem profertis, quos ſatis conſtat Philippi & Alexandri temporibus floruiſſe, ita tamen vt vtrique ſuperſtites eſſent, Ex quo apparet

parte

paret non multo plures quam CCC. annos intereſſe inter noſtram & Demoſthenis ætatem quod ſpatium temporis ſi ad infirmitatem corporum noſtrorum referas, fortaſſe longum videatur: ſi ad naturam ſeculorum, & reſpectum huius immenſi æui, perquam breue, & in proximo eſt. nam ſi, ſicut Cicero in Hortenſio ſcribit, is eſt magnus & verus annus, quo eadem poſitio cæli ſiderumque, quæ cum maxime eſt, rurſum exiſtet, iſque annus horum quos vocamus annorum XII. DCCCLIV. complectitur, incipit Demoſthenes veſter, quem vos veterem & antiquum fingitis, non ſolum anno quo nos, ſed fere eodem menſe extitiſſe. Sed tranſeo ad Latinos oratores, in quibus non Menenium, vt puto, Agrippam, qui poteſt videri antiquus, noſtrorum temporum diſertis anteponere ſoletis, ſed Ciceronem, & Cæſarem, & Cælium, Caluum, & Brutum, & Aſinium, & Meſſallam, quos quidem cur antiquis temporibus potius aſcribatis quam noſtris, non video. nam vt de Cicerone ipſo loquar, Hirtio nempe & Panſa conſulibus, vt Tiro libertus eius ſcripſit, VII. Idus Decemb. occiſus eſt. quo anno diuus Auguſtus in locum Panſæ & Hirtij ſe & Q. Pedium COSS. ſuffecit. Statue. VI. & L. annos, quibus mox diuus Auguſtus Rempubl. rexit: adijce Tiberii tres & viginti, & prope quadriennium Cai, ac bis quaternos denos Claudii & Neronis annos, atque ipſum Galbæ & Othonis, & Vitellii longum & vnum annum, ac ſextam iam felicis huius principatus ſtationem, qua Veſpaſianus Rempublicam fouet, & C & XX. anni ab interitu Ciceronis in hunc diem colliguntur, vnius hominis ætas. Nam ipſe ego in Britannia vidi ſenem, qui ſe fateretur ei pugnæ interfuiſſe qua Cæſarem inferentem arma Britanniæ, arcere litoribus, & pellere aggreſſi ſunt. Ita, ſi eum qu. armatus C. Cæſari reſtitit, vel captiuitas, vel voluntas, vel fatum aliquod in vrbem pertraxiſſet, idem Cæſarem ipſum & Ciceronem audire potuit, & noſtris quoque actionibus intereſſe. Proximo quidem congiario ipſi vidiſtis pleroſque ſenes, qui ſe à diuo quoque Auguſto ſemel atque iterum accepiſſe congiarium narrabant. ex quo colligi poteſt, & Coruinum ab illis & Aſinium audiri potuiſſe. Nam Coruinus in medium vſque Auguſti principatum, Aſinius pene ad extremum durauit. Nec diuidatis ſeculum, & antiquos, ac veteres vocetis oratores, quos eorundem hominũ aures agnoſcere ac velut coniungere & copulare potuerunt. Hæc ideo prædixi, vt ſi qua ex horum oratorum fama, gloriaque, laus temporibus adquiritur, eandem docerem in medio ſitam &

proprium nobis quam Ser. Galba, Caio Carboni, quoſque alios antiquos merito vocaremus. Sunt enim horridi & impoliti, & rudes, & informes, & quos vtinam imitatus non eſſet Caluus veſter, aut Calius, aut ipſe Cicero. Agere enim fortius iam & audentius volo ſi illud ante prædixero, mutari cum temporibus formas & genera dicendi. Sicut Catoni ſeni comparatus C. Gracchus, plenior & vberior: ſic Graccho politior & ornatior Craſſus: ſic vtroque diſtinctior & vrbanior & altior Cicero: Cicerone mitior Coruinus & dulcior, & in verbis magis elaboratus. Nec quæro quis diſertiſſimus. Hoc interim probaſſe contentus ſum, non eſſe vnum eloquentiæ vultum, ſed in illis quoque quos vocatis antiquos, plures ſpecies deprehendi: nec ſtatim deterius eſſe quod diuerſum eſt: vitio autem malignitatis humanæ vetera ſemper in laude, præſentia in faſtidio eſſe. num dubitamus inuentos qui pro Catone Appium Cæcum magis mirarentur? Satis conſtat nec Ciceroni quidem obtrectatores defuiſſe, quibus inflatus, & tumens, nec ſatis preſſus, ſupra modum exultans, & ſuperfluens, & parum antiquus videretur. Legiſti vtique & Calui & Bruti ad Ciceronem miſſas epiſtolas, ex quibus facile eſt deprehendere, Caluum quidem Ciceroni viſum exanguem, & attritum, Brutum autem otioſum atque diſiunctum: rurſumque Ciceronem à Caluo quidem male audiuiſſe tanquam ſolutum & eneruẽ: à Bruto autem, vt ipſius verbis vtar, tanquam fractum atque elumbem. Si me interroges, omnes mihi videntur verum dixiſſe. ſed mox ad ſingulos veniam, nec mihi cum vniuerſis negotium eſt. Nam quatenus antiquorum admiratores hunc velut terminum antiquitatis conſtituere ſolent, quem vſque ad Caſſium Seuerum faciunt, quem primum affirmant flexiſſe ab illa vetere, atque dicendi via directa non infirmitate ingenii, nec inſcitia literarum tranſtuliſſe ſe ad id dicendi genus contendo, ſed iudicio & intellectu. Vidit namque, vt paulo ante dicebam, cum conditione temporum, ac diuerſitate aurium, formam quoque ac ſpeciem orationis eſſe mutandam. facile perferebat prior iſte populus, vt imperitus & rudis, imperitiſſimarum orationum ſpatia: atque id ipſum laudabat, ſi dicendo quis diẽ eximeret. Ita vero longa principiorum præparatio, & narrationis alte repetita ſeries, &, multarũ diuiſionum oſtentatio, & mille argumentorum genera, & quicquid aliud aridiſſimis Hermagoræ & Apollodori libris præcipitur, in honore erat: & ſi quis odoratus philoſophiam, atque ex ea locũ aliquem orationi ſuæ insereret, in cælum laudibus ferebatur. Nec mirum. erant enim hæc noua & incognita: & ipſorum quo-

que

*quæ oratorum pauciſſimi præcepta rhetorum, aut philoſophorũ placita cognouerant. At hercule peruulgatis iam omnibus, cum vix in cortina quiſquam aſſiſtat, qui elementis ſtudiorum etſi non inſtructus, at certe imbutus ſit, nouis & exquiſitis eloquentiæ itineribus opus eſt, per quæ orator faſtidium aurium effugiat, vtique apud eos iudices, qui vi & poteſtate, non iure & legibus cognoſcunt, & nec accipiunt tempora, ſed conſtituunt, nec expectandum habent oratorem dum illi libeat de ipſo negotio dicere, ſed ſæpe vltro admonent, atque alio tranſgredientem reuocant & feſtinare ſe teſtantur. Quis nunc ferat oratorem de infirmitate valetudinis ſuæ præfantem? qualia ſunt fere principia Coruini. Quis quinque in Verrem libros expectauerit? Quis de exceptione & formula perpetietur illa immenſa volumina, quæ pro M. Tullio, aut A. Cæcinna legimus? Præcurrit hoc tempore iudex dicentem, & niſi aut curſu argumentorum aut colore ſententiarum, aut nitore & cultu deſcriptionum inuitatus & corruptus eſt, auerſatur dicentem. Vulgus quoque aſſiſtentium, & affluens & vagus auditor aſſueuit iam exigere lætitiam & pulchritudinem orationis: nec magis prefert in iudiciis triſtem & impexam antiquitatem, quam ſi quis in ſcena Roſcii aut Turpionis, aut Ambiuii exprimere geſtus velit. Iam vero iuuenes & in ipſa ſtudiorum iucunde poſiti, qui profectus ſui cauſſa oratores ſectantur, non ſolum audire, ſed etiam referre domum aliquid illuſtre & dignum memoria volunt, traduntque inuicem, ac ſæpe in colonias ac prouincias ſuas ſcribunt, ſiue in ſuis aliquis arguta & breui ſententia effulſit, ſiue locus exquiſito & poetico cultu enituit. exigitur enim iam ab oratore etiam poeticus decor, non Attii, aut Pacuuii veterno inquinatus, ſed ex Horatii, & Virgilii, & Lucani ſacrario prolatus. Horum igitur auribus & iudiciis obtemperans noſtrorum oratorum ætas, pulchrior & ornatior extitit. Neque ideo minus efficaces ſunt orationes noſtræ, quia ad aures iudicantium cum voluptate perueniunt. Quid enim ſi infirmiora horum temporum templa credas, quia non rudi cæmento, & informibus tegulis extruuntur, ſed marmore nitent & auro radiantur? Equidem fatebor vobis ſimpliciter, me in quibuſdam antiquorum vix riſum, in quibuſdam autem vix ſomnum tenere, nec vnum de populo, Canuti * aut Atti de Furnio & Toranio, quique alios in eodem valetudinario hæc oſſa & hanc maciem probant. Ipſe mihi Caluus cum vnum & viginti, vt puto, libros reliquerit, vix in vna aut altera oratiuncula ſatisfecit. nec diſſentire cæteros ab hoc meo iudicio video. quotus enim quiſque Calui in Aſi-*

tiũ aut in Druſum legit? at hercule in hominũ ſtudioſorum manibus verſantur accuſationes quæ in Vatinium conſcribuntur, ac præcipue ſecunda ex his oratio. eſt enim verbis ornata, & ſentẽtijs auribus iudicum accommodata: vt ſcias ipſum quoque Caluum intellexiſſe quid melius eſſet: nec voluntatem quin ſublimius & cultius diceret, ſed ingenium ac vires defuiſſe. Quid ex Cælianis orationibus? nempe hæ placent: ſiue vniuerſæ, ſiue partes earum, in quibus nitorem & altitudinem horum temporum agnoſcimus. Sordes autem verborum, & hians compoſitio, & inconditi ſenſus, redolent antiquitatem. nec quenquam adeò antiquarium puto, vt Cælium ex ea parte laudet, qua antiquus eſt. Concedamus ſanè C. Cæſari vt propter magnitudinem cogitationum, & occupationes rerum, minus eloquentia eſſe erit, quàm diuinum eius ingenium poſtulabat: tam hercule, quàm Brutum philoſophiæ ſuæ relinquamus. Nam in orationibus minorem eſſe famæ ſuæ etiam admiratores eius fatentur, niſi fortè quiſquam aut Cæſaris pro Decio Samnite, aut Bruti pro Deiotaro Rege*, cæteróſque eiuſdem lentitudinis ac temporis libros legit, niſi qui & carmina eorundem miratur. fecerunt enim & carmina, & in bibliothecas retulerunt, non melius quàm Cicero, at felicius, quia illos feciſſe pauciores ſciunt. Aſinius quoque quanquam propioribus temporibus natus ſit, videtur mihi inter Menenios & Appios ſtuduiſſe. Pacuuium certè & Attium non ſolum tragœdiis, ſed etiam orationibus ſuis expreſſit: adeò durus & ſiccus eſt. Oratio autem, ſicut corpus hominis ea demum pulcra eſt, in qua non eminent venæ, nec oſſa numerantur, ſed temperatus ac bonus ſanguis implet membra, & exſurgit toris, ipſos quoque neruos rubore tegit, & decore commendat. Nolo Coruinum inſequi, quia non per ipſum ſtetit quo minus lætitiam nitorémque noſtrorum temporum exprimeret. Viderimus, inquam, iudicio eius vis, aut animi aut ingenij ſufficeret. Ad Ciceronem venio, cui eadem pugna cum æqualibus ſuis fuit, quæ mihi vobiſcum eſt. Illi enim antiquos mirabantur, ipſe ſuorum temporum eloquentiam anteponebat: nec vlla re magis eiuſdem ætatis oratores præcurrit quàm iudicio. Primus enim excoluit orationem, primus & verbis delectum adhibuit, & compoſitioni artem: locóſque lætiores attentauit, & quaſdam ſententias inuenit: vtique in his orationibus quas ſenior iam & iuxta finem vitæ compoſuit, id eſt, poſtquam magis profecerat, vſúque & experimentis didicerat, quod optimum dicendi genus eſt. Nam priores eius orationes non carent vitiis antiquitatis: lentus eſt in principiis, longus in narra-*

narrationibus, otioſus circa exceſſus: tardè commouetur, rarò incaleſcit: pauci ſenſus opt. & cum quodam lumine terminatur: nihil excerpere, nihil referre poſſis: & velut in rudi ædificio, firmus ſanè paries & duraturus, ſed non ſatis expolitus & ſplendens. Ego autem oratorem ſicut locupletem ac laudatum patrem familiæ, non eo tantùm volo tecto tegi, quod imbrem ac ventum arceat, ſed etiam quod viſum & oculos delectet: non ea ſolùm inſtrui ſupellectile quæ neceſſariis vſibus ſufficiat, ſed ſit in apparatu eius & aurum, & gemmæ, vt ſumere in manus, vt aſpicere ſæpius liceat: quædam verò procul arceantur, vt iam obliterata & olentia: nullum ſit verbum velut rubigine infectum, nulli ſenſus tarda & inerti ſtructura in mortem Annalium componantur: fugiat fœdum & inſulſam ſcurrilitatem, variet compoſitionem, nec omnes clauſulas vno & eodem modo terminet. Nolo irridere rotam fortunæ, & ius Verrinum, & illud tertio quoque ſenſu in omnibus pro ſententia poſitum, Eſſe videatur. Nam & hoc inuitus retuli, & plura omiſi, quæ tamen ſola mirantur atque exprimunt hi qui ſe antiquos oratores vocabant. neminem nominabo, genus hominum ſigniſſe contentus: ſed vobis vtique verſantur ante oculos, qui Lucilium pro Horatio, & Lucretium pro Virgilio legunt: quibus eloquentia tui Aufidii Baſſi, aut Seruilii Noniani ex comparatione Siſennæ aut Varronis ſordet: qui rhetorum noſtrorum commentarios faſtidiunt, oderunt, Calui mirantur: quos more priſco apud iudicem fabulantes non auditores ſequuntur, non populus audit, vix denique litigator perpetitur. adeò mœſti & inculti illã ipſã quã iactant ſanitatẽ, ſed infirmitatẽ ieiunio conſequũtur. Porrò ne in corpore quidẽ valetudinem medici probant, quæ animi anxietati confinis ſit: parũ eſt ægrum non eſſe, fortem & lætum & alacrem volo. propè abeſt ab infirmitate, in quo ſola ſanitas laudatur. Vos verò diſertiſſimi, vt poteſtis, vt facitis, illuſtrate ſeculũ noſtrũ pulcherrimo genere dicẽdi. Nam & te Meſſala video lætiſſima quæque antiquorum imitantem: & vos Materne ac Secunde ita grauitati ſummum nitorem & cultum verborum miſcetis, ea electio inuentionis, is ordo rerum, & quotiens cauſſa poſcit, vbertas, ea, quotiens permittitur, breuitas, is compoſitionis decor, ea ſententiarum planitas: ſic exprimitis affectus, ſic libertatem temperatis, vt etiam ſi noſtra iudicia malignitas & inuidia tardauerit, verùm de vobis daturi ſint poſteri noſtri. Quæ cùm Aper dixiſſet, Agnoſcitiſne, inquit Maternus, vim & ardorem Apri noſtri? quo torrente, quo

impetu ſeculum noſtrum defendit? quàm copioſè ac variè vexauit antiquos? quanto non ſolùm ingenio ac ſpiritu, ſed etiam eruditione & arte ab ipſis mutuatus eſt, per quæ mox ipſos inceſſeret? Tuum tamen Meſſalla promiſſum ita immutaſſe non debes; neque enim defenſores antiquorum exigimus, nec quenquam noſtrorum, quanquam modò laudati ſumus, his quos inſectatus eſt Aper, comparamus. ac ne ipſe quidem ita ſentit: ſed more veteri & aliis à veſtris philoſophis ſæpe celebrato, ſumpſit ſibi contradicendi partes. Exprime nobis non laudationem antiquorum (ſatis enim illos fama ſua laudat) ſed cauſſas cur in tantum ab eloquentia eorum receſſerimus, cùm præſertim centum & XX. annos ab interitu Ciceronis in hunc diem effici, ratio temporum collegerit. Tum Meſſala; Sequar à te præſcriptam formam Materne; neque enim diu contradicendum eſt Apro, qui primum, vt opinor, nominis controuerſiam mouit, tanquam parum propriè antiqui vocarentur, quos ſatis conſtat ante centum annos fuiſſe. Mihi autem de vocabulo pugna non eſt, ſiue illos antiquos ſiue maiores, ſiue quo alio mauult nomine appellet, dummodo in confeſſo ſit, eminentiorem illorum temporum eloquentiam fuiſſe. Ne illi quidem parti ſermonis eius repugno, ſi comminus fatetur plures formas dicendi etiam iiſdem ſeculis, nedum diuerſis extitiſſe. Sed quomodo inter Atticos oratores prima Demoſtheni tribuuntur, proximum autem locum Æſchines & Hyperides & Lyſias & Lycurgus obtinent, omnium autem conſenſu hæc oratorum ætas maximè probatur; ſic apud nos Cicero quidem cæteros eorundem temporum diſertos anteceſſit: Caluus autem & Aſinius, & Cæſar, & Cælius, & Brutus ſic verè & prioribus & ſequentibus anteponuntur; nec refert quòd inter ſe ſpecie differant, cùm genere conſentiant. at ſtrictior Caluus, numeroſior Aſinius, ſplendidior Cæſar, amarior Cælius, grauior Brutus, vehementior & plenior & valentior Cicero: omnes tamen eandem ſanitatem eloquentiæ ferunt, vt ſi omnium pariter libros in manum ſumpſeris, quamuis in diuerſis ingeniis, eſſe quandam iudicij ac voluntatis ſimilitudinem & cognationem fatearis. Nam quòd inuicem ſe obtrectauerunt, & ſuperſunt aliqua epiſtolis eorum inſerta, ex quibus mutua malignitas detegitur, non eſt oratorũ vitiũ, ſed hominum. Nam & Caluum, & Aſinium, & ipſum Ciceronem credo ſolitos & inuidere & liuere, & cæteris humanæ infirmitatis vitiis affici, ſolum inter hos arbitror Brutum non malignitate, nec inuidia, ſed ſimpliciter & ingenuè iudicium animi ſui detexiſſe. An inuideret Ciceroni, qui mihi videtur

Digitized by Google

detur ne Cæſari quidem inuidiſſe? Quod ad Ser. Galbam & C. Lælium attinet, & ſi quos alios antiquorum agitare non deſtitit, non exigit defenſorem, cùm fatear quædam eloquentiæ eorum, vt naſcenti adhuc nec ſatis adultæ defuiſſe. Cæterùm ſi omiſſo optimo illo, & perfectiſſimo genere eloquentiæ, eligenda ſit forma dicendi malim hercule C. Gracchi impetum, aut L. Craſſi maturitatem, quàm calamiſtros Mæcenatis, aut tinnitus Gallionis: adeò melius oratorem vel hirta toga induere; quàm fucatis & meretricijs veſtibus inſignire. Neque enim oratorius iſte, immò hercule ne virilis quidem cultus eſt, quo plerique temporum noſtrorum actores ita vtuntur, vt laſciuia verborum, & leuitate ſententiarum, & licentia compoſitionis hiſtrionales modos exprimant: quodque vix auditu fas eſſe debeat, laudis & gloriæ & ingenij loco plerique iactant, cantari ſaltarique commentarios ſuos. Vnde oritur illa fœda & præpoſtera, ſed tamen frequens quibuſdam exclamatio, vt oratores noſtri tenerè dicere, hiſtriones diſertè ſaltare dicantur. Equidem non negauerim Caſſium Seuerum quem ſolum Aper noſter nominare auſus eſt, ſi his comparetur qui poſtea fuerunt, poſſe oratorem vocari, quanquam in magna parte librorum ſuorum plus vis habeat quàm ſanguinis. Primus enim contempto ordine rerum, omiſſa modeſtia, ac pudore verborum, ipſis etiam quibus vtitur armis incompoſitus; & ſtudio feriendi plerunque deiectus, non pugnat, ſed rixatur. Cæterum vt dixi, ſequentibus comparatus, & varietate eruditionis, & lepore vrbanitatis, & ipſarum virium robore, multum cæteros ſuperat, quorum neminem Aper nominare, & velut in aciem educere ſuſtinuit. Ego autem expectabam, vt incuſato Bruto, Aſinio, & Cælio & Caluo, aliud nobis agmen produceret, pluresque vel certè totidem nominaret, ex quibus alium Ciceroni, alium Cæſari, ſingulis demum ſingulos opponeremus. Nunc detrectaſſe nominatim antiquos oratores contentus, neminem ſequentium laudare auſus eſt, niſi in publicum, & in commune. veritus credo ne multos offenderet, ſi paucos excerpſiſſet, quotus enim quiſque ſcholaſticorum non hac ſua perſuaſione fruitur, vt ſe ante Ciceronem numeret, ſed planè poſt Gabinianum? At ego non verebor nominare ſingulos, quo facilius propoſitis exemplis appareat, quibus gradibus fracta ſit & deminuta eloquentia. Appropera, inquit Maternus, & potius exolue promiſſum: neque enim hoc colligi deſideramus, diſertiores eſſe antiquos, quod apud me equidem in confeſſo eſt: ſed cauſſas exquirimus, quas te ſolitum tractare pau-

le

*lo ante plane mitiore eloquentia & temporum noſtrorum * mire tus, antequam te Aper offenderet, maiores tuos laceſſendo, Non ſum, inquit offenſus Aprina diſputatione, nec vos offendi decebit, ſi quid forte aures veſtras perſtringet, cum ſciatis hanc eſſe eiuſmodi ſermonum legem, iudicium animi citra damnum affectus proferre. Perge, inquit Maternus, de antiquis loquaris antiqua libertate, à qua vel magis degenerauimus, quam ab eloquẽtia. Et Meſſalla, Non reconditas, Materne, cauſſas requiris, nec aut tibi ipſi, aut huic Secundo, vel huic Apro ignotas, & iam mihi partes aſſignatis proferendi in medium quæ omnes ſentimus. Quis enim ignorat & eloquentiam & cæteras artes deſciuiſſe ab illa vetere gloria, non inopia hominum, ſed deſidia iuuentutis, & negligentia parentum, & inſcientia præcipientium, & obliuione moris antiqui? quæ mala primum in vrbe nata, mox per Italiam fuſa, iam in prouincias manant: quanquam noſtra nobis notiora ſunt. Ego de Vrbe & his propriis ac vernaculis vitiis loquar, quæ natos ſtatim excipiunt, & per ſingulos ætatis gradus cumulantur, ſi prius de ſeueritate ac diſciplina maiorum circa educandos formandoſque liberos, pauca prædixero. Iam primum ſuus cuique filius ex caſta parente natus, non in cella empta nutricis, ſed gremio ac ſinu matris educabatur: cuius præcipua laus erat, tueri domum, & inſeruire liberis. Eligebatur autem aliqua maior natu propinqua, cuius probatis ſpectatiſque moribus omnis cuiuſpiam familiæ ſoboles committeretur, coram qua neque dicere fas erat quod turpe dictu, neque facere quod inhoneſtum factu videretur: ac non ſtudia ſolum moreſque, ſed remiſſionei etiam luſuſque puerorum, ſanctitate quadam ac verecundia temperabat. Sic Corneliam Gracchorum ſic Aureliam Cæſaris, ſic Acciam Auguſti matrem præfuiſſe educationibus, ac produxiſſe principes liberos accepimus. quæ diſciplina ac ſeueritas eo pertinebat, vt ſincera & integra & nullis prauitatibus detorta vniuſcuiuſque natura toto ſtatim pectore arriperet artes honeſtas & ſiue ad rem militarem, ſiue ad iuris ſcientiam, ſiue ad eloquentiæ ſtudium inclinaſſet, id ſolum ageret, id vniuerſum hauriret. At nunc natus infans delegatur Græculæ alicui ancillæ, cui adiungitur vnus aut alter ex omnibus ſeruis plerunque viliſſimus, nec cuiquam ſerio miniſterio accommodatus. horum fabulis & erroribus teneri ſtatim & rudes animi imbuuntur, nec quiſquam in tota domo penſi habet, quid coram infante domino audicat, aut faciat: quando etiam ipſi parentes nec probitati, neq; modeſtiæ paruulos aſſuefaciunt, ſed laſciuiæ & libertati: per quæ paulla-*

paullatim impudentia irrepit, & ſui alieniq; contemptus. Iam vero propria & peculiaria huius vrbis vitia pene in vtero matris concipi mihi videntur, hiſtrionalis fauor, & gladiatorum equorumque ſtudia: quibus occupatus & obſeſſus animus quantulum loci bonis artibus relinquit? Quotum quemque inueneris qui domi quicquam aliud loquatur? quos alios adoleſcentulorum ſermones excipimus, ſiquando auditoria intrauimus? Nec præceptores quidem vllas crebriores cum auditoribus ſuis fabulas habent. Colligunt enim diſcipulos non ſeueritate diſciplinæ, nec ingenii experimento, ſed ambitiones ſalutantium, ſed illecebris adulationis. Tranſeo prima diſcentium elementa, in quibus & ipſis parum elaboratur: nec in auctoribus cognoſcendis, nec in euoluenda antiquitate, nec in notitiam vel rerum, vel hominum, vel temporum ſatis operæ inſumitur: ſed exſpectantur quos rhetoras vocant, quorum profeſſio quando primum in hanc vrbem introducta ſit, quamque nullam apud maiores noſtros auctoritatem habuit ſtatim audietis. Referam neceſſe eſt animum ad eam diſciplinam qua vſos eſſe eos oratores accepimus, quorum infinitus labor, & quotidiana meditatio, & in omni genere ſtudiorum exercitationes, ipſorum etiam continentur libris. Notus eſt vobis vtique Ciceronis liber qui Brutus inſcribitur, in cuius extrema parte (nam prior commemorationem veterum oratorum habet) ſua initia, ſuos gradus, ſuæ eloquentiæ velut quandam educationem refert: ſe apud Q. Mutium ius ciuile didiciſſe, apud Philonem Academicum, apud Diodorum Stoicum omnis philoſophiæ partes penitus hauſiſſe: neque his doctoribus contentum, quorum ei copia in vrbe contigerat, Achaiam quoque & Aſiam peragraſſe, vt omnem omnium artium varietatem complecteretur. Itaque hercule in libris Ciceronis deprehendere licet, non Geometriæ, non Muſicæ, non Grammaticæ, non denique vllius ingenuæ artis ſcientiam ei defuiſſe. Ille dialecticæ ſubtilitatem, ille moralis partis vtilitatem, ille rerum motus cauſſaſque cognouit. ita enim eſt, optimi viri, ita, ex multa eruditione, ex pluribus artibus, ex omnium rerum ſcientia, exundat & exuberat illa admirabilis eloquentia. neque oratoris vis & facultas, ſicut cæterarum rerum, anguſtis & breuibus terminis cluditur: ſed is eſt orator, qui de omne quæſtione pulcre & ornate & ad perſuadendum apte dicere pro dignitate rerum, ad vtilitatem temporum, cum voluptate audientium poſſit. Hac ſibi illi veteres perſuadebant: ad hæc efficienda intelligebant opus eſſe, non vt rhetorum ſcholis declamarent, nec vt fictis, nec vllo modo ad veritatem accedentibus controuer-

trouerſiis linguam modo & vocem exercerent , ſed vt his artibus pectus implerent, in quibus de bonis ac malis de honeſto ac turpi, de iuſto & iniuſto diſputatur. Hæc enim eſt oratoris ſubiecta ad dicendum materia. Nam in iudiciis fere de æquitate, in deliberationibus de honeſtate dicimus , ita vt plerumque hæc ipſa inuicem miſceantur. de quibus copioſe & varie & ornate nemo dicere poteſt, niſi qui cognouit naturam humanam , & vim virtutum, prauitatemque vitiorum, & intellectum eorum, quæ nec in virtutibus , neque in vitiis numerantur. Ex his fontibus etiam illa profluunt , vt facilius iram iudicis vel inſtiget, vel leniat, qui ſcit quid ira ſit: promptius ad miſerationem impellat, qui ſcit quid ſit miſericordia, & quibus animi motibus concitetur. In his artibus exercitationibuſque verſatus orator , ſiue apud infeſtos, ſiue apud cupidos, ſiue apud inuidentes, ſiue apud triſtes, ſiue apud timentes dicendum habuerit, tenebit habenas animorū: & prout cuiuſque natura poſtulabit, adhibebit manum, & temperabit orationem parato omni inſtrumento, & ad omnem vſum repoſito. Sunt apud quos adſtrictum, & collectum, & ſingula ſtatim argumenta cōcludens dicendi genus plus fidei meretur. apud hos dediſſe operam dialecticæ proficiet. Alios fuſa, & æqualis, & ex communibus ducta ſenſib. oratio, magis delectat. ad hos permouendos mutuabimur aliquid a Peripateticis: hi aptos & in omnem diſputationē paratos iam locos dabunt. Academici pugnacitatem, Plato altitudinem, Xenophon iucunditatem: ne Epicuri quidem & Metrodori honeſtas quaſdam exclamationes aſſumere , hiſque, prout res poſcit, vti , alienum erit oratori. neque enim ſapientem informamus, neque Stoicorum ciuitatem, ſed eum qui non quaſdam artes audire, ſed omnes liberaliter debet. Ideoque & iuris ciuilis ſcientiam veteres oratores comprehendebant, & grammatica, muſica, & geometria imbuebantur. Incidunt enim cauſſæ plurimæ quidem, ac pene omnes, quibus iuris notitia deſideratur: pleraque autem in quibus hæ quoque ſcientiæ requiruntur. Nec quiſquam reſpondeat : ſufficere vt ad tempus ſimplex quiddam & informe doceamus. Primum enim aliter vtimur propriis, aliter commodatis: longeque intereſſe manifeſtum eſt, poſſideat quis quæ profert, an mutuetur. Deinde ipſa multarum artium ſcientia etiam aliud agentes nos ornat, atque vbi minime credas , eminet & excellit. Idque non doctus modo & prudens auditor, ſed etiam populus intelligit: ac ſtatim ita laude proſequitur, vt legitime ſtuduiſſe, vt per omnes eloquentiæ numeros iſſe , vt denique oratorem etiam fateatur. quem non poſſe aliter exiſtere , nec extitiſſe vnquam

con-

confirmo, niſi eum qui tanquam in aciem omnibus armis inſtructus, ſic in forum omnibus artibus armatus exierit quod adeo negligitur ab horum temporum diſertis, vt in actionibus eorum fex quoque quotidiani ſermonis, fœda ac pudenda vitia deprehendantur, vt ignorent leges, non teneant S. C. ius ciuitatis vltro derideant: ſapientiæ vero ſtudium, & præcepta prudentium penitus reformident: in pauciſſimos ſenſus & anguſtas ſententias detrudant eloquentiam, velut expulſam regno ſuo: vt quæ olim omnium artium domina pulcherrimo comitatu pectora implebat, nunc circumciſa & amputata, ſine apparatu, ſine honore, pene dixerim ſine ingenuitate, quaſi vna ex ſordidiſſimis artificiis diſcatur. Ego hanc primam & præcipuam cauſſam arbitror, cur tantum ab eloquentia antiquorum oratorum receſſerimus. Si teſtes deſiderantur, quos potiores nominabo, quam apud Græcos Demoſthenem? quem ſtudioſiſſimum Platonis auditorem fuiſſe memoriæ proditum eſt. Et Cicero, his (vt opinor) verbis quicquid in eloquentia effecerit, id ſe non rhetorum, ſed Academiæ ſpatiis conſecutum. Sunt aliæ cauſſæ magnæ & graues, quas à vobis aperiri æquũ eſt, quoniam quidem ego iam meum munus expleui, &, quod mihi in conſuetudine eſt, ſatis multos offendi: quos ſi forte hoc audirent, certum habeo dicturos, me dum iuris & philoſophiæ ſcientiam tanquam oratori neceſſariam laudo, ineptiis meis plauſiſſe. Et Maternus, Mihi quidem, inquit, ſuſceptum à te munus adeo peregiſſe nondum videris, vt inchoaſſe tantum, & velut veſtigia ac lineamenta quædam oſtendiſſe videaris. Nam quibus inſtrui veteres oratores ſoliti ſint, dixiſti, differentiamque noſtræ deſidiæ & inſcientiæ aduerſus acerrima & fœcundiſſima eorum ſtudia demonſtraſti. Cætera expecto, vt quemadmodum ex te didici quid aut illi ſcirent, aut nos neſciamus, ita hoc quoque cognoſcam, quibus exercitationibus iuuenes iam & forum ingreſſi confirmare & alere ingenia ſua ſoliti ſint, neque n. arte & ſcientia, ſed longe magis facultate eloquentiam contineri, nec tu puto abnues, & hi ſignificare vultu videntur. Deinde cum Aper & Secundus idem annuiſſent, Meſſalla quaſi rurſus incipiens: Quoniam initia & ſemina veteris eloquentiæ ſatis demonſtraſſe videor, docendo quibus artibus antiqui oratores inſtitui erudirique ſoliti ſint, perſequar nunc exercitationem eorum: quanquam ipſis artibus ineſt exercitatio, nec quiſquam percipere tot reconditas aut tam varias res poteſt, niſi vt ſcientiæ meditatio, meditationi facultas, facultati vis eloquentiæ accedat. per quæ colligitur eandem eſſe rationem & percipiendi quæ proferas, &

pro-

proferendi quæ perceperis. Sed ſi cui obſcuriora hæc videntur, iſque ſcientiam ab exercitatione ſeparat, id certè concedet, inſtructum & plenum his artibus animum longè pariorem ad eas exercitationes venturum quæ propriæ circa oratoriam videntur. Ergo apud maiores noſtros iuuenis ille, qui foro & eloquentiæ parabatur, imbutus iam domeſtica diſciplina, refertus honeſtis ſtudiis, deducebatur à patre vel à propinquis ad eum oratorem qui principem locum in ciuitate tenebat, hunc ſectari, hunc proſequi, huius omnibus dictionibus intereſſe ſiue in iudiciis, ſiue in concionibus aſſueſcebat, ita vt altercationes quoque excipere & iurgiis intereſſe, vtque ſic dixerim, pugnare in prælio diſceret. Magnus ex hoc vſus, multum conſtantiæ, plurimum iudicii iuuenibus ſtatim contingebat, in media luce ſtudentibus, atque inter ipſa diſcrimina, vbi nemo impune ſtultè aliquid, aut contrariè dicit, quod & iudex reſpuat, & aduerſarius exprobret, ipſi denique aduocati aſpernentur. Igitur vera ſtatim & incorrupta eloquentia imbuebantur: & quanquam vnum ſequerentur, tamen omnes eiuſdem ætatis patronos in plurimis & cauſis & iudiciis cognoſcebant: habebántque ipſius populi diuerſiſſimarum aurium copiam, ex qua facilè deprehendebatur quid in quoque vel probaretur, vel diſpliceret. Ita nec præceptor deerat, optimus quidem & electiſſimus; qui faciem eloquentiæ, non imaginem præſtaret: nec aduerſarii & æmuli ferro non ſudibus dimicantes, ſed auditorium ſemper plenum, ſemper nouum ex inuidis & fauentibus, vt nec bene nec malè dicta diſſimularentur. Sciitis enim magnam illam & duraturam eloquentiæ famam non minus in diuerſis ſubſelliis parari quàm ſuis, quinimo conſtantius ſurgere ibi, fidelius corroborari. Atque hercule ſub eiuſmodi præceptionibus iuuenis ille de quo loquimur, oratorum diſcipulus, fori auditor, ſectator iudiciorum, eruditus & aſſuefactus alienis experimẽtis, cui quotidie audienti notæ leges, nõ noui iudicũ vultus, frequens in oculis conſuetudo concionum, ſæpe cognitæ populi aures, ſi accuſationem ſuſceperat, ſiuè defenſionem, ſolus ſtatim vnicuique cauſæ par erat. Nonodecimo ætatis anno L. Craſſus C. Carbonem, vno & vigeſimo Cæſar Dolabellam, altero & XX. Aſinius Pollio Catonem, non multò ætate antecedens Caluus Vatinium, iis orationibus inſecuti ſunt, quas hodiéque cum admiratione legimus. At nunc adoleſcentuli noſtri deducuntur in ſcenas ſcholaſticorum, qui rhetores vocantur: quos paulò ante Ciceronis tempora extitiſſe, nec placuiſſe maioribus

noſtris

noſtris ex eo manifeſtum eſt, quod Marco Craſſo *&* Domitio *cenſoribus cluderi (vt ait Cicero) ludum impudentiæ iuſſi ſunt. Sed, vt dicere inſtitueram, deducimur in ſcholas, quibus non facile dixerim vtrumne locus ipſe, an condiſcipuli, an genus ſtudiorum plus mali ingeniis afferant. Nam in loco nihil reuerentiæ, ſed in quem nemo niſi imperitus æque, intrat. In condiſcipulis nihil profectus, cum pueri inter pueros, & adoleſcentuli inter adoleſcentulos pari ſecuritate dicant & audiantur. Ipſæ vero exercitationes magna ex parte contrariæ, Nempe enim duo genera materiarum apud rhetoras tractantur, ſuaſoriæ & controuerſiæ. ex his ſuaſoriæ quidem, & ſi * tanquam plane leuiores & minus prudentiæ exigentes pueris delegantur: controuerſiæ, robuſtioribus aſſignantur, quales, per fidem, & quam incredibiliter compoſitæ! Sequitur autem vt materiæ abhorrenti à veritate declamatio quoque ſimilis adhibeatur. Sic fit vt tyrannicidarum præmia, aut vitiatarum electiones, aut peſtilentiæ remedia, aut inceſta matrum, aut quicquid in ſchola quotidie agitur, in foro vel raro vel nunquam, ingentibus verbis perſequantur: cum ad veros iudices ventum eſt *** rem cogitare, nihil humile, nihil abiectum eloqui poterat. Magna eloquentia ſicut flamma, materia alitur, & motib. excitatur, & vrendo clareſcit. Eadem ratio in noſtra quoque ciuitate antiquorum eloquentiam prouexit. Nam & ſi horum quoque temporum oratores ea conſecuti ſunt, quæ compoſita & quieta & beata Repub. tribui fas erat, tamen iſta perturbatione ac licentia plura ſibi aſſequi videbantur: cum mixtis omnibus, & moderatore vno carentibus, tantum quiſque orator ſaperet, quantum erranti populo perſuaderi poterat. Hinc leges aſſiduæ, populare nomen, hinc conciones magiſtratuum pene pernoctantium in roſtris, hic accuſationes potentium reorum, & aſſignatæ etiam domibus inimicitiæ, hinc procerum factiones & aſſiduæ ſenatus aduerſus plebem certamina: quæ ſingula etſi diſtrahebant Rempublicam, exercebant tamen illorum temporum eloquentiam, & magnis cumulare præmiis videbantur: quia quanto quiſque plus dicendo poterat, tanto facilius honores aſſequebatur, tanto magis in ipſis honoribus collegas ſuos anteibat, tanto plus apud principes gratiæ, plus auctoritatis apud patres, plus notitiæ ac nominis apud plebem parabat. In clientelis etiam exterarum nationum redundabant. hos ituri in prouincias magiſtratus reuerebantur, hos reuerſi colebant. hos & præturæ & conſulatus vocare vltro videbantur. hi ne priuati quidem ſine poteſtate erant, cum & populum & ſenatum conſilio & auctoritate regerent. quinimo ſibi ipſi perſuaſerant,*

rant, neminem ſine eloquentia aut aſſequi poſſe in ciuitate, aut tueri conſpicuum & eminentem locum. nec mirum, cum etiam inuiti ad populum producerentur, cum parum eſſet in ſenatu breuiter cenſere, niſi qui ingenio & eloquentia ſententiam ſuam tueretur, cum in aliquam inuidiam aut crimen vocati, ſua voce reſpondendum haberent, cum teſtimonia quoque in publicis non abſentes nec per tabellam dare, ſed coram & præſentes dicere cogerentur. Ita ad ſumma eloquentiæ præmia; Magna etiam neceſſitas accedebat, & commoda. Diſertum haberi, pulchrum & glorioſum: ſed contra, mutum & elinguem videri; deforme habetur. Ergo non minus rubore, quam præmiis ſtimulabantur, ne clientulorum loco potius quam patronorum numerarentur: ne tradita à maioribus neceſſitudines ad alios tranſirent: ne tanquam inertes, & non ſuffecturi honoribus, aut non impetrarent, aut impetratos male tuerentur. Neſcio an venerint, an manus veſtras hæc vetera, quæ & antiquorum bibliothecis adhuc manent, & nunc maxime à Mutiano contrahuntur: ac iam vndecim (vt opinor) actorum libris, & tribus epiſtolarum compoſita & edita ſunt. Ex his intelligi poteſt Cn. Pompeium & Marcum Craſſum non viribus modo & armis, ſed ingenio quoque & oratione valuiſſe: Lentulos & Metellos, & Lucullos, & Curiones & cæteram procerum manum; multum in his ſtudiis operæ curæque poſuiſſe: nec quanquam illis temporibus magnam potentiam ſine eloquentia conſecutum. His accedebat ſplendor rerum & magnitudo cauſſarum, quæ & ipſa plurimum eloquentiæ præſtant. Nam multum intereſt vtrumne de furto, aut formula, & interdicto dicendum habeas, an de ambitu comitiorum, expilatis ſociis, & ciuibus trucidatis, quæ mala ſicut non accidere melius eſt, iſque optimus ciuitatis ſtatus habendus eſt, quo nihil tale patimur: ita cum acciderent, ingentem eloquentiæ materiam ſubminiſtrabant. Creſcit enim cum amplitudine rerum vis ingenii, nec quiſquam claram & illuſtrem orationem efficere poteſt, niſi qui cauſſam parem inuenit. Non, opinor, Demoſthenem orationes illuſtrant, quas aduerſus tutores ſuos compoſuit: nec Ciceronem, magnum oratorem P. Quintius defenſus, aut Licinius Archias faciunt: Catilina, & Milo, & Verres, & Antonius, hanc illi famam circundederunt: non quia tanti fuit R.P. malos ferre ciues, vt vberem ad dicendum materiam oratores haberent: ſed vt ſubinde admoneo, quæſtionis meminerimus, ſciamuſque nos de ea re loqui, quæ facilius turbidis, & inquietis temporibus extitit. Quis ignorat vtilius ac melius eſſe frui pace,

quam

quam bello vexari? Plures tamen bonos prœliatores bella quam pax ferunt. ſimilis eloquentiæ conditio. Nam quo ſæpius ſteterit tanquam in acie, quoque plures & intulerit ictus & exceperit, quo maior aduerſarius, eo acrior qui pugnas ſibi aſperas deſumpſerit, tanto altior & excelſior, & illis nobilitatus criminibus in ore hominum agit, quorum ea natura eſt vt ſecura nolint. Tranſeo ad formam & conſuetudinem veterum iudiciorum: quæ & ſi nunc aptior eſt; ita erit eloquentia tamen illud forum magis exercebat, in quo nemo intra pauciſſimas horas perorare cogebatur, & liberæ comperendinationes erant, & modum dicendi ſibi quiſque ſumebat, & numerus neque dierum neque patronorum finiebatur. Primus tertio conſulatu Cn. Pompeius adſtrinxit impoſuitque veluti frænos eloquentiæ, ita tamen vt omnia in foro, omnia in legibus, omnia apud prætores gererentur: apud quos quanto maiora negotia olim exerceri ſolita ſunt? quod maius argumentum eſt, quam quod cauſſæ centumuirales, quæ nunc primum obtinent locum, adeo ſplendore aliorum iudiciorum obruebantur, vt neque Ciceronis, neque Cæſaris, neque Bruti, neque Cælii, neque Calui, non denique vllius magni oratoris liber apud Centumuiros dictus legatur, exceptis orationibus Aſinii quæ pro heredibus Vrbiniæ inſcribuntur, ab ipſo tamen Pollione mediis diui Auguſti temporibus habitæ, poſtquam longa temporum quies, & continuum populi otium, & aſſidua ſenatus tranquillitas, & maximi principis diſciplina, ipſam quoque eloquentiam, ſicut omnia alia, pacauerat? Paruum & ridiculum fortaſſe videbitur quod dicturus ſum, dicam tamen vel ideo, vt rideatur. Quantum humilitatis putamus eloquentiæ attuliſſe pænulas iſtas, quibus aſtricti & velut incluſi cum iudicibus fabulamur? quantũ virium detraxiſſe orationi auditoria & tabularia credimus, in quibus iam fere plurimæ cauſſæ explicantur? Nam quomodo nobiles equos curſus & ſpatia probant, ſic eſt aliquis oratorum campus, per quem niſi liberi & ſoluti ferantur, debilitatur ac frangitur eloquentia. Ipſam quin immo curam & diligentem ſtili anxietatem contrariam experimur: quia ſæpe interrogat iudex quando incipias, & ex interrogatione eius incipiendum eſt. frequenter probationibus & teſtibus ſilentium patronus indicit. vnus inter hæc dicenti ac alter aſſiſtit, & res velut in ſolitudine agitur. Oratori autem clamore plauſuque opus eſt, & velut quodam theatro: qualia quotidie antiquis oratoribus contingebant, cum tot pariter ac tam nobiles forum coartarent: cum clientelæ quoque, & tribus, & municipiorum legationes,*

ac partes Italiæ periclitantibus aſſiſterent: cum in pleriſque iudiciis crederet populus Ro. ſua intereſſe quid iudicaretur. Satis conſtat C *Cornelium, & M Scaurum, & T. Milonem, & L. Beſtiam, & P. Vatinium, concurſu totius ciuitatis & accuſatos, & defenſos: & frigidiſſimos quoque oratores ipſa certantis populi ſtudia excitare & incendere potuerint. Itaque hercule eiuſmodi libri extant, vt ipſi quoque qui egerunt non aliis magis orationibus cenſeantur. Iam vero conciones aſſiduæ, & datum ius quoque potentiſſimum quemque vexandi, atque ipſa inimicitiarum gloria, cum ſe plurimi diſertorum ne à P. quidem Scipione, aut Sylla, aut Gn Pompeio abſtinuerint, & ad inceſſendos principes viros, vt eſt natura inuidiæ, populi quoque hiſtriones aurib. vterentur, quantum ardorem ingeniis, quas oratoribus faces admouebant? Non de ocioſa & quieta re loquimur, & quæ probitate & modeſtia gaudeat: ſed eſt magna iſta & notabilis eloquentia alumna licentiæ, quam ſtulti libertatem vocabant, comes ſeditionum, effrenati populi incitamentum, ſine obſequio, ſine ſeueritate, contumax, temeraria, arrogans, quæ in bene conſtitutis ciuitatibus non oritur. Quem enim oratorem Lacedemonium, quem Cretenſem accepimus? quarum ciuitatum ſeueriſſima diſciplina, & ſeueriſſimæ leges traduntur. Nec Macedonum quidem ac Perſarum, ac vllius gentis, quæ certo imperio contenta fuerit, eloquentiam nouimus. Rhodii quidam, Athenienſes plurimi oratores extiterunt: apud quos omnia populus, omnia imperiti, omnia (vt ſic dixerim) omnes poterant. Noſtra quoque ciuitas donec errauit, donec ſe partibus, & diſſenſionibus, & diſcordiis confecit, donec nulla fuit in foro pax, nulla in ſenatu concordia, nulla in iudiciis moderatio, nulla ſuperiorum reuerentia, nullus magiſtratuum modus, tulit ſine dubio valentiorem eloquentiam, ſicuti indomitus ager habet quaſdam herbas latiores. Sed nec tanti Reipublicæ Gracchorum eloquentia fuit, vt pateretur & leges: nec bene formam eloquentiæ* Cicero *tali exitu penſauit. Sic quoque quod ſupereſt antiquis oratoribus forum, non emendatæ, nec vſquam ad votum compoſitæ ciuitatis, argumentum eſt. Quid enim, quod nemo nos aduocat, niſi aut nocens, aut miſer? Quod municipium in clientelam noſtram venit, niſi quod aut vicinus populus, aut domeſtica diſcordia agitat? Quam prouinciam tuemur, niſi ſpoliatam, vexatamque? Atqui melius fuiſſet non queri quam vindicari. Quod ſi inueniretur aliqua ciuitas in qua nemo peccaret, ſuperuacuus eſſet inter innocentes orator, ſicut inter ſanos medicus. Quomodo tamen minimum vſus minimumque profectus ars medentis habet*

in his

in hiſ gentibus quæ firmiſſima valetudine ac ſaluberrimis corporibus vtuntur: ſic minor oratorum obſcuriorque gloria eſt inter bonos mores & in obſequium regentis paratos. Quid enim opus eſt longis in ſenatu ſententiis, cum optimi cito conſentiant? Quid multis apud populum concionibus, cum de republica non imperiti & multi deliberent, ſed ſapientiſſimus & vnus? Quid voluntariis accuſationibus, cum tam raro & tam parce peccetur? Quid inuidioſis, & excedentibus modum defenſionibus, cum clementia cognoſcentis obuiam periclitantibus eat? Credite optimi, & in quantum opus eſt, diſertiſſimi viri: ſi aut vos prioribus ſeculis, aut iſti quos miramur, his nati eſſent, ac deus aliquis vitas veſtras, veſtra tempora repente mutaſſet, nec vobis ſumma illa laus & gloria in eloquentia, neque illis modus & temperamentum defuiſſet. Nunc quoniam nemo eodem tempore aſſequi poteſt magnam famam, & magnam quietem, bonis ſeculi ſui quiſque, citra obtrectationem alterius vtatur. Finierat Maternus: Tum Meſſalla, Erant quibus contradicerem, erant de quibus plura dici vellem, niſi iam dies eſſet exactus. Fiet, inquit Maternus poſtea arbitratu tuo, & ſiqua tibi obſcura in hoc meo ſermone viſa ſunt, de his rurſus conferemus. Ac ſimul aſſurgens, & Aprum complexus, Ego, inquit, te poetis, Meſſalla antiquariis criminabimur. At ego vos rhetoribus & ſcholaſticis, inquit. Cum adriſiſſent, diſceſſimus.

PETRVS PITHOEVS
PETRO NEVELETO DOſchio, ſororis filio.
S.

QVÆ requiris, altioris ſunt indaginis, & maius otium deſiderant. Interea tamen quæ de iis in mentem venerunt pro tempore hæc habe.

Declamatio aut Suaſoria eſt, aut Controuerſia. Auctor dialogi de oratoribus: *Nempe duo genera materiarum apud Rhetores tractantur, Suaſoriæ, & Controuerſiæ. Ex iis ſuaſoriæ quidem, & ſi *tanquam plane leuiores & minus prudentiæ exigentes pueris delegantur: Controuerſiæ robuſtioribus aſſignantur.* Fabius lib. 2. c. 1. *Suaſoriæ, inquit, apud Rhetorem materiæ ſunt inter rudimenta dicendi.* Seneca lib. VI. Controu. de Seuero Caſſio: *Aiunt eundem non tam bene Suaſorias quam Iudiciales Controuerſias dicere.* Sic apud Græcos Anaximenes Iudicialem & Concionalem generales cauſarum partes eſſe voluit, Fabius lib. III. c. IV.

Suaſoriarum Senecæ titulum qui non probant, & Laudabilia inſcribi malunt, auctorem arguunt qui ſuum ipſe librum ſic appellauit.

Demonſtratiuum genus, quod Ariſtoteles & alii plerique ἀποδεικτικόν, Hermogenes vocat πανηγυρικόν, magis ad Suaſorias pertinere videtur Fab. lib. III. c. VIII. Et quamquam locum nullus aut felicius, aut ſæpius a Caſſiodoro tractari dicatur in ſcholis, quam laudis aut vituperationis, vt qui ſit communis omni dicendi generi, demonſtratiuæ tamen materiæ appellationem iam inueterata ignoratione ſublatam Emporius rhetor ait. Interdum tamen & hoc genus controuerſiarum eſt, vt legum laus & vituperatio apud Græcos, apud quos earum lator ad iudicem vocatur, vt Fabius ait lib. 2. c. 4. Romanis pro concione ſuadere, aut diſſuadere

moris

moris fuit: Itaque apud eius & hæc proximę ad Suaſorias accedit, vt apud Quintil. declam. 255.

προσομιλητικὴ Platonica, vt à forenſi ratione, ſic à ſcholaſticis ſecundis exercitationib. diſiuncta eſt, vtpote priuatis ſermocinationibus accommodatior, & ad Dialectica magis pertinet.

Sermo extra Controuerſiam eſt, & præcepta artis continet in themate propoſito, quæſtionis, & diuiſionis quæ penè hoc proprium habet oſtendere oſſa & neruos controuerſiæ, & vt ſic dixerim, ipſam controuerſiam ἀνατομίζειν, finitionis, tractationis, interdum & coloris, prout thema exigit: ſed & actionis ipſius & quod ad perſonam agentis attinet, & quod ad agendi modum.

Tractatio non illa quam M. Tullius in collocatione verborum ponit, ſed quæ proprio nomine à poſterioribus Rhetoribus ſic appellata eſt, videtur fuiſſe loci communis, & a quæſtione diſtinguitur. Seneca lib. I. Controuerſ. Adiecit quæſtionem Gallio alteram, an abdicari poſſit iam adoptatus ob id vitium, quod antequam adoptaretur notum fuit adoptanti. Hoc autem ex æquitatis parte pendet, & tractatio magis eſt quam quæſtio. Quæſtio controuerſiæ pars eſt, vt & diuiſio. Idem Seneca proœmio lib. VII. de Albutio: Raro totam controuerſiam implebat; non poſſes dicere diuiſionem eſſe, non poſſes declamationem. tanquam declamationi multum deerat, tanquam diuiſioni multum ſupererat. Et paulo poſt de eodem: Erat & illud in argumentatione vitium, quod quæſtionem non tanquam partem controuerſiæ, ſed tanquam controuerſiam implebat. Omnis quæſtio ſuam probationem habebat, ſuam excuſationem, ſuos exceſſus, ſuas indignationes, epilogum quoque ſuum. Ita vnam controuerſiam proponebat, plures implebat. Quid igitur? omnis quæſtio per numeros ſuos implenda non eſt? eſt quidem, ſed tanquam acceſſio, non tanquam ſumma.

Prælocutio Senecæ ſermo eſt, interdum & ſedentis vt lib. V. Controu. de Portio Latrone: Id quod nunc à nullo fieri animaduertimus, ſemper fecit: antequam dicere inciperet, ſedens quæſtionem eius quam dicturus erat Controuerſiæ, proponebat. Et in proœmio lib. III. Silo Pompeius ſedens, cum facundus & diſertus & literatus haberetur, ſi à proclamante dimitteret, tam male declamabat vt videar non male optaſſe quum dixi. Numquam ſurgas. Idem lib. VII. de Albutio Silone Nouarienſi. Incipiebat ſedens. &c. De quo & Suetonius

tonius libello de Illuſtrib. Rhetor. Solitus, inquit, propoſitâ controuerſia ſedens incipere, & calore demum prouectus conſurgere ac perorare. declamauit autem genere vario, modo ſplendide atque adornate, tum ne vſquequaque ſcholaſticus exiſtimaretur, circunciſe ac ſordide & tantum non triuialibus verbis. Sic is locus cum ex veteri meo exemplari, tum ex doctiſſimi Fabri noſtri coniectura reſtituendus eſt.

Præfatio non ſolum extra controuerſiam, ſed etiam extra ſermonem controuerſiæ fuit. Fabius lib. VIII. Inſt. c. III. Nam memini iuuenis admodum inter Pomponium & Senecam etiam præfationibus eſſe tractatum, an, Gradus eliminat, apud Accium in tragœdia dici oportuiſſet. C. Plinius lib. IV. Epiſt. XI. de Licinnio Valeriano, Et de fortuna præfationibus ſe vindicat.

Altercatio cuius præcepta tradit Fab lib VI. c. V. tota mihi videtur fori potius eſſe, quam ſcholæ: vt non immerito ſuſpectum habeam quod Rodolph. Agricola lib. III de Inuent. Dial. c. XV. & lib. II. c. XII. iactat, habere ſe M. Fabii Altercationum librum vnum, quem ego Antiphontis librum eodē iure dixerim quo Gallio pater Othonis Iunii libros Colorum. Quanquam ſcio habuiſſe non Rhetores modo ſed & Oratores ipſos locorum communium commentarios, vt Ciceronem in vitia, itemque prooemiorum ſiue initiorum volumen à Quintiliano laudatum, cuius ipſe lib. XVI. epiſt. ad Atticum meminit, exemplo ſcilicet Demoſthenis. Nā eius exſtant δημηγορικὰ προοίμια eius generis quod a Sulpitio Victore & Hieronimo galeatum, ab aliis vulgare dicitur. Huiuſmodi etiam fuerunt Q. Hortenſii loci communes, & Domitii Afri de Teſtibus libri duo apud eundem Quintilianum lib. II. c. I. & lib. V. c. VII. & illi ipſi colorum Othonis Iunii quos Seneca irridet. Sed & pericula illa ſententiarum apud Fabiū lib. II c. XI. & lib. X. c. I. Et codicilli ſiue manualia, quorum Paullus Æginetа in præfatione meminit, & Fabius ipſe ſub finem lib. X Quin & pueri ipſi Commentarios ſuos habuerunt, in quos ea congererent quæ aliis declamantibus laudata eſſent, vt ait idem Fabius lib. 2.

Declamationes aut ſunt Tractatæ, aut Coloratæ.

An Tractatæ quæ aliquotiens tractatæ ſunt? vt apud Quintilianum noſtrum declam. 261. Coloratæ vero, quarum thema ab ipſo declamatore primum fingitur?

An Coloratæ illæ quæ à M. Fabio Figuratæ controuerſiæ, à Philoſtrato in Polemone ſophiſta ἐσχηματισμέναι ὑποθέσεις dicuntur, & ab eodem Fabio exponuntur lib. IX. Inſt. c. I. his verbis, Zoilus id ſolum putauit ſchema quo aliud ſimulatur dici quam dicitur, quod ſane vulgo quoque ſic accipi ſcio. Vnde & figuratæ controuerſiæ de quibus poſt paullo dicam, vocantur. & poſtea: Iam ad id genus quod & frequentiſſimum eſt, & expectari maxime credo veniendum eſt, in quo per quandam ſuſpicionem quam non dicimus, accipi volumus non vtique contrarium vt in Ironia, ſed aliud latens & auditori quaſi inueniendum. quod vt ſupra oſtendi iam fere ſolum ſchema à noſtris vocatur, & inde figuratæ controuerſiæ dicuntur. Eius triplex eſt vſus: vnus, ſi dicere parum tutum eſt: alter ſi non decet: tertius qui venuſtatis modo gratia adhibetur, & ipſa nouitate ac varietate magis quam ſi relatio ſit recta, delectat. Ex his quod eſt primum, frequens in ſcholis eſt. Hieronymus epiſtola 66. ad Rufinum: Præfatiuncula tua oblique, immo aperte petor: qua mente ſit ſcripta, tu videris: quid intelligatur, & ſtultis patet. Poteram & ego qui ſæpiſſime figuratas controuerſias declamaui, aliquid de vetere artificio repetere, & tuo te more laudare. Sed abſit à me, vt quod in te reprehendo, imiter. Ad has & illa Senecæ pertinere videntur lib. I. Controu. ſed corrupta: Albutius figuram diuiſit in controuerſiam & quæ de ſchemate ex Portii Latronis ſententia ſcribit ſub finem prooemii. Et in prooemio VII. de Albutio, Figurabat egregie præparabat ſuſpicioſe.

Atqui hæc quoque Tractatarum communia ſunt: & in Tractaris vt figuras & ſchemata, ſic colores adhiberi certum eſt, vt apud ipſum Quintil. declam 285. & 384. quæ inter Tractatas numerantur. Quin & Colores ſenſus ſiue ſententiarum, ſunt ſchemata: irriſuſque eſt ob id à Fabio lib. IX. Cornelius Celſus, quod verbis & ſententiis figuras colorum adiicere voluerit.

An Coloratas dicemus eius figuræ ſiue thematis controuerſias quod à Rhetoribus παράδοξον dicitur, id eſt, vt M. Fabius & Sulpitius victor interpretantur, admirabile, vt Auguſtinus, malæ opinionis? quod genus thematis omnino colorate tractandum eſt, & vt Seneca lib. 2. Controu. in ſpecioſo iuuene cum vxore in cubiculo deprehenſo dixit, ſuſpicioſe. Idem Fabius lib. IV. c. II. Sunt quædam & falſæ ex-

poſitiones,quarum in foro duplex eſt genus. Alterum quod inſtrumentis adiuuatur, vt P. Clodius fiducia teſtium qua nocte inceſtum commiſerat, Interamnæ ſe fuiſſe dicebat: alterum quod eſt tuendum dicentis ingenio. Id interim ad ſolam verecundiam pertinet, vnde etiam mihi videtur dici Color; interim ad quæſtionem.

Quæri à pluribus non immerito poteſt, & quæ ſint illæ Rhetorum declamationes quas ab Hieronymo continuas appellari ſolitas legunt in libello Sacerdotis, quem Caſſiodorus ſe collegiſſe ait, quique Bedæ nomine amplior editus eſt, verba hæc ſunt: ὁμοιοτέλευτον, id eſt ſimilis terminatio dicitur figura, quotiens media & poſtrema verſus ſine ſententiæ ſimili ſyllaba finiuntur, vt

Eos reduci quam relinqui, deuehi quam deſeri malui.

Hac figura poëtæ & oratores ſæpe vtuntur, vt

Peruia diuiſi patuerunt cærula ponti &c.

Et huiuſmodi orationes eſſe reor quas Hieronymus continuas (ſiue vt quædam impreſſa exemplaria habent, cachinnas) Rhetorum declamationes appellat. At ego in veteribus ſchedis lego Concinas Rhetorum declinationes: in aliis, Concinas declamationes: vt dubitem an concinas declinationes dixerit concinentes flexus & terminationes ſententiarum, id eſt, ſimiliter cadentes clauſulas & eodem deſinentes modo, ſiue ſimilem ſententiarum aut dictionem finem: an cincinnos declamationis, vt auctor dialogi de Oratoribus Calamiſtros Mæcenatis, qui homœoteleutis & homœoptotis maxime conſtant, & M. Tull. III. de Oratore, Cincinnos oratorum & poëtarum. De vtroque ſuſtineo.

Declamationis vero præcepta colligi poſſunt ex Annæi Senecæ patris controuerſiis, & ſuaſoriis ex vtroque Quintiliano, itemque Petronii Arbitrii Satyrico, & C. Plinii Epiſtolis quibuſdam, quæ ab alio nihil opus eſt vt requiras, cum tibi ipſe præſtare & poſſis & debeas. Bene vale. Raptim. II. Non. April. CIↃ IↃ LXXX.

VARIÆ LECTIONES, EMENDATIONES, & Notæ

In M. Fab. Quintiliani Declamationes.

IN hac editione veteris exemplaris fidem ſequuti ſumus. nihil adeo coniecturis datum eſt aut alienis, aut noſtris: quibus hic ſuum potius locum aſſignauimus, ſimul & emendationibus errorum quorundam ex his qui inter relegendum occurrerunt, præcipue vero ex diſtinctionibus, quas in huiuſmodi argutiis apte & conuenienter notare non cuiuſuis eſt hominis, vt facile operis eam culpam ignoſcam, in qua, vt verum fatear, ne mihi quidem ipſe ſatisfeci. omnia notare nec animus, nec otium fuit. Dabunt veniam æqui lectores, immo & gratiam de beneficio habebunt. cæteros nihil moramur. Illud vero admonere viſum eſt, in veteris exemplaris initio vnam tantum, aut alteram paginam deſiderarant: quod & quaternionum ſigna & declamationum ad finem adſcriptus numerus ſatis arguunt. Nouem tamen nondum hactenus editarum noua acceſſio de reliquis, quas intercidiſſe dolemus, ſpem fortaſſis non vanam cupidis earum dabit.

Pag.227.l.18.damnabatur animo) *malim*, animus. *& paulo poſt*, ius rediiſſe. Si

228.lin.6.à fin. damnari poterat?

5. à f. ſoluere. Si ipſam.

vlt.rei petas.] *an potius* repetas.

229.l 5.teneatur: dep.

22.& hæc ipſa) *malim*, At hæc. *& paulo poſt*, tribuere, pat, paternum: ſed

230.14.à f.quo membra ſoluuntur? *& poſtea*, Potionem iſt. cui dediſti?

231.1.hominem quem) *malim*, homini

ead.l.11.auferretur, illa

15. Ego,

15. Ego, inquit, tantum) *malim*, tamen. *& poſtea lego*, Inuenta eſt, tota ciuitate vna quæ magis amaret, vna

232.4. nec tempore vt parr.) *Hic locus ſic fortaſſe reſtituendus eſt:* nec tempore vt patrimonium fit matrimonium, ſed iure, hæc certo comprehendenda ſunt finitionibus. Dicit pars diuerſa, Non fuiſti vxor non nupſiſti cum illo, *& paulo poſt*, Tu non eſt tradita. *Patrimonium fit tempore quod vſucapitur. Atqui & vſu fit vxor. quod alibi pluribus tractauimus. Sed hæc rhetoricę dicuntur, non iuridice.*

ead. l. 3. à fin. nuptiis conuicimus) *lego*, communibus. *Communes nuptias vocat quæ fiunt iure communi, non illo ſingulari ex lege raptarum.*

233 15. eam ipſam coniungi, *& poſtea*, 22. vocat, an h. d. ſ. q. v. n. accipiat Si

ead. l. pen. continua) continuo

p. 234. l. 2. tantum non) *leg.* tantumnon, *vno vocabulo, quod etiam pluribus auctorum veterum locis ignoratione corruptum eſt, non modo apud Valerium Maximum, ſed & apud Senecam, Aſconium, & Suetonium Tranquillum qui & eadem forma* tantumquod *dixit pro, vixdum, vt Marcellinus,* modo non, *quod pluribus hic perſequi non eſt inſtituti noſtri.*

8. an vultu) *leg.* aut vultu, *vel*, an ſi vultu a. d. f. e. c. ſ. p. videretur. Quæ facie a. q. t. o. m. prodidit, fleuit, idem fecit.

ead. l. 11. à f. duplicis imprudentiæ] *vet.* dulcis.

p. 235. 2. cui omnino licet) *videtur leg.* cui non licet. *Non eſt noua horum verborum permutatio in veterib. libris.*

6. aliquando) *lego*, aliquanto

p. 236. 9. præ morte) *lego*, conſtituiſſe. pro morte hominis innocentis, pro vita denique, quinquennii conſt.

13. à fin. per imprudent:m) *malim* per imprudentiam *& paulo poſt*, ſed ab imprudente ita eſſe, pronuntiari oportuit.

p. 237. 4. ſunt poſita, vt imprudens

18. per coniecturam vtriuſque) *malim*, vtriſque

p. 240. 14 à f. delatus es, & in hoc. *& poſtea*, vetat, etſi inchoari

p. 241. 19. ageret?

22. Hæc adius, illa ad æquitatem) *Huiuſmodi pleriſque in locis Sermonis videntur eſſe, non declamationis. Qua in re tamen vet. exē. bona fide ſecuti ſumus. Sequitur,* Quid adeo iuſtum eſt. *ſi n. lego.*

p. 242. 23. vxori. quid

p. 243.

p.243.7.à f.maieſtatis crimen) *lex.videtur*,crimine

p.244.17.nullam)*leg.*nullam imo tam certam d. vt o. q. ingeniis malorum.

l.9.à f. argumenti ſatis] *delendum videtur* argumenti. *&* *paulo poſt leg.* tantum illi vacauit.

p.245.l.5. ſoluet quod] ſoluit

4.à f. iniuriarum] *vet.*iniuriam.

246.4.circa cauſſas maleficii iſtius etiam moror?] *vet. ex.* morbi. *vt fortaſſe legendum ſit*,& iam morbi. *maleficium morbus ſit communis cum iam quaſi in more eſt. Seneca lib.3. Controu.*Et vt ad morbum te mecum vocem,&c.*& lib.1.de Benef.* morbo ſuo morem geſſit.*ſic enim recte legitur.& poſtea lego*, An diutius q.p.a.m.ſ. cuius pœnam ſoluit p.o.n.c.n. ſectero (quanquam iſta q.p.facta ſunt)ſed p.a. magiſtratus.

248.14.à f.leuiora videantur) *vet.*leuior aut videatur.

4.à f.ope rogationis] *vet. ex.cuius etiam vitia hic annotare libuit*, operationis rog.

3.à f.Prima igitur]Primum igitur.

249.5.à f contra alicuius voluntatem] *vet.ex.* contra alicuius legis voluntatem.

251.21.velut grauiorem]*fortaſſe leg* vel vtique

22. hæc de iure] *& hac Sermonis propria ſunt.*

24. noſtra tentauit] *al.* veſtra

252.6.à f.iudicaretis?recipiemus?] *pro interrogationis notis virgula potius adiici debuerunt. Sed iam minuta iſthac arbitrio lectoru relinquamus.*

253 3. Transfugas non eſſe recipiendos] *Sic vet. ex. ſed hac ex notis lectorum margini adſcriptis in textum irrepſiſſe palam eſt, vt & alia quadam.*

7. eſſe transfugas hoc dicunt) *leg.* eſſe transfugas dicunt, hoc dicunt.

254.16.ex die mei doloris] *vet.ex.*meæ ſanitatis.

255.1. Si ab alio)*leg.vid.*S a a r.e.pater,& ſt.v r.a.g. fortuna abdicare meis volu ſſet, dicerem tamen, Quid intra t.b.r. commiſi?

Penult. Deſcendamus] *vet.* deſcendi.

256.12.& ita demum] *vid.deeſſe*, poteſt.

10.à f in iſta conditione ſpectaui] *vet.ex.*peccaui.

258.4. ſed pugnandi quærere videbaris] *idem ex.*ſed pugnam diuidebas.

11. Diſcede de domo mea] *Hac eſt Graca abdicationis formula*

mula mutuata ex Romana repudii, infra Declam. 262. Cui non omnino abſimilis & illa, qua amicitia more maiorum dirimebantur, vt eſt apud Tacitum lib. vi. Annal. cuius exempla ſi quis requirat, reperiet apud Suetonium in Auguſto 66. Caio, 3. & de illuſtrib. Grammat. in Curtio Nicia. Valer. Max. lib. 5. cap. 8. & alios auctores, quorum hic locos aſcribere nihil opus eſſe putaui.

261.4. optime pater) *al.* optione, *non abſurdo ſenſu.*

5. ſatis tutum in) *In vet. ex leg.* tura

263.2. ſi quid hic læſerit) *vet.* quod hic, *& paulo poſt.* publicor. oper. impenſæ verſa,

17. à fi. vos eum largiri tantum) *vet.* largitarum,

264.3. neque ad inferos) *Idem ex.* feros

265.8. forſan minus) *vet. ex.* mitius: *non male.*

10. tempeſtiuiora) *fortaſſis melius* intempeſtiuiora *& paulo poſt,* ille l. vixit. & q. c. i. h. t. eſt, aliquid fortaſſe donauit.

14. Et cum iuuenis es) *al.* Et tu, *& poſtea,* tanquam iſtum abdicatis præſtiterit. *Item,* quales eos accuſator eſſe condemnaret.

266.7. verecunde h. ſeruitutis) *lego,* verecunde nomine ſeueritatis diſſimulatur veſtra crudelitas.

20. Vos æſtimatis cauſas) *videtur leg.* Vos æſtimate cauſſas, *& poſtea* onerosum patrimonio, vid.

267.11. à f. prætera illud) *emenda,* præter illud

268.5 conſtabit) *adiicit vnum exemplar,* eiicere?

9. à f. poteram dicere aliud eſſe iuſtum.

270.9. iſta dicere) *melius* iuſta dicere.

16. Non opinor ipſum ſaltem dicere auſurum, *& poſtea,* proxime contradixerat. *Sic leg. vid.*

271.15. nondum enim rogatio erat) *fort.* rogatio recepta erat.

272 9. à f. arguerent teſt.

273.5. dimid. p. pat. accipi) accepi

18. maiores noſtros) *vet.* veſtros

6. à fin. & apparet potuiſſe) *In quibuſdam exemplarib. lego,* & apparet voluiſſe legumlatorem vti pars dimidia patr. &c. *non male, & poſt illud* perueniret *interrogationis notam adiicio.*

274.14. cæterum quidem) *al.* cæteroquin

275.6. à f: Hæc ego ita dicerem) *vet. ex.* iſta

276.2. duos auctores habet) *malim* actores

20. ſe-

20. temeraria licet) *fort.* ſcilicet.

277.9. valere debeat ſemper) *vet.ex.* inſuper

15. quomodo in cæteris) quoniam

22. interim accuſaret) *leg. vid.* iterum

278.5. à f. hodie futuræ tyr.) *lego*, odio. *& paulo poſt*, vt prædius ſpectent ad priorum

279.9. arx fecit) *v. e.* ara

18. ſecuriſſima reip.) *leg.* rep.

280. penul. teſt. ſuo voluit: ſed qui magis fuerit

281. vlt. cura vacare vtique) *vet.ex.* vtraque. *vnde P. Ærodius v.c. cui tertia harum* Declamationum *castio debetur, repoſuit*, itaque, *propius ad antiquam ſcripturam.*

282.11. Tamen quidam) *al.* quædam ſapientem ex tabulis Reipub. tantum. *locus eſt valde corruptus.*

283.21. Vſque ad eam) *Et hic quoque locus emendatione indiget..*

284.15 ſenſum ciuitatis) *Fab. lib.* v.c.III.

285 penul. Homines in tormentis) *Idē Fab.* c.IV. *eiuſdē libri.*

290.6. à fin. Si impares) *& hæc ſermonis eſſe videntur.*

291 5. à f. erat illud) Erat, *&*, Fuit, *verba ſunt quib. aliquem vita defunctum ſignificabant.*

penul. Ignoſcant leges minores) *lege & diſtinguo*, ignoſcant leges) minore ſacramento tuli & contra hoſtes, &c.

292.17. incautiorem illum) *vet. eod.* illudi

294.21. & aciem illam) *videtur legendum*, & acie illa. *& paulo poſt.* Nec recuſo vt poſſit.

297.10. à f. hæc præſens) *malim*, nec in præſens modo tempus, ſ.i. v.ſ.v.t.f c ſtabit?

298.12. à f. ſi prætercam) *lego*, ſi præter ea quæ a.n. f. v. fecit, partem ſ.c.e.c.n.a.eſt?

299.15. à f protinus enim) *al.* eum.

10 à f. ad delictum) *al.* addictum

300.18. quis vetabat ſubſtitui) *videtur legendum*, quis vetabat inſtitui, vel ſubſtitui, &c. *& paulo poſt*, 28. manifeſtum teſtamento fecit

penul. diu eget) *vid. leg* diu egebit

302. antep. Prægnantium) *In vet exempl.* prægnātium. *&* prægnas, *&* prægnantem, *conſtanter ſcriptum eſt, vt & in Piſanis Pandectis.*

304.15. voluta eſt?

ead. quorum libido ratione continetur) *ſic vetus. legendum*

dum tamen videtur, non tenetur. *niſi quis malit ſic intelligere, frænari etiam ratione mutorum animalium libidinem, & hac in re muta quoque animalia iuris & rationis peritia cenſeri, vt IC. loquitur.*

19. præſtaret?

306.10.à f. Adiecta pecunia] *hoc exemplum eſt ſcholaſticum ſacramenti in cauſſa criminis, vt & infra declamat.* 363.

308.15. poſtea nudari filium] *Fuit hoc tum incerti iuris. pubertas in maſculis annis & ætate, an habitu corporis æſtimanda eſſet. Fab. lib.* IIII. *cap* II. De re, *inquit,* conſtat, de iure quæritur, vt apud centumuiros filius an frater debeat eſſe inteſtatæ heres: pubertas annis an habitu corporis æſtimetur. *Sic enim is locus emendandus eſt. Caſſianorum ſiue Sabinianorum ſententiam Iſidorus in nuptiis ſequutus videtur lib.* v. *Etym. quod relatum eſt in cap.* III. *de ſponſalib. impub. Proculianorum Iuſtinianus noſter tandem probauit. Priſcus Iabolenus quamlibet in multis aliis iuris articulis Caſſianus fuerit, in hoc mediam quandam ſententiam ſecutus eſt, vt & alii plerique. Seruius ad illud Virgil. Ecloga* VI. *It* Alter ab vndecimo. Bene, *inquit,* cum annis iungit habitum corporis. Nam & iure pubertas ex vtroque colligitur. *De fœminarum pubertate conſtitiſſe inter omnes videtur, inſpectionem corporis ſexus pudori non congruere. Itaque quod deeſt apud Vlpianum in libro ſingulari Regularum, titulo de Tutelis, ſic etiam ſuppleri poteſt,* fœminæ autem tutela liberantur omnimodo, quæ XII. annos expleuint. *ſcilicet propter feſtinationem votorum, vt eſt apud Aur. Macrobium. Sed hæc ſunt alterius loci.*

310.12. itaque ſicut ſi dies finiatur nihil vltra illum iuris futurum eſt.

311.22. ita blanditur actione libenter, iudices, credo remanſura eſt in eo matrimonio. *Sic lego. Sed minuta iſthæc proſequi magis piget quam pudet. itaque ea tantum notabimus quæ maioris momenti videbuntur: cætera lectoris diligentiæ relinquemus.*

314.5. & certe nullus excuſatus] *vet. exemplar.* excuſatius, *recte.*

14. à fin. ego in te hanc patientiam corporis] *vet. eod.* patiendam.

An patienda vt fruenda *apud Auſonium? Vix puto.*

315.13. honoretur] *al.* coronetur.

318.23. ſed & ſpectat] *vet. eod* ſed exſpectat. *Et paulo poſt,* 24 illis quæ conuenerant.

219.18. Quæ ſi ſequenda] *Fab. lib.* VII.c.IV.

r. à fin. At enim petiuit] *al.* At enim depoſuerit. petiuit poſtea.

antep. n. me redditurum] non redditurum. *& paulo poſt*, utrique periturum.

323.4. Olynthii factum,] *legendum videtur*, fatum

329 3. quod iam] *vet. cod.* qūm.

332.2. diuitum, malunt quærere] *vet. cod.* diuitum malum.

333.10. vltima peragitur qualitas] *vet. cod.* vltimæ pelagi qualitas.

337.8. eſt noſtra frugalitas] *vet. cod.* fragilitas. *Et paulo poſt*, rogaſſem te prius menſæ communis. *corrupte.*

339.13. armorum inſcientiam) *al.* ſcientiam.

16. à fin. ſed affuit pugnæ) *vet. cod.* pugna.

342.23. inter binos metus cunctationes) *vet. exempl.* cunctatio? nec occidere &c.

346.1. legum obliuiones) *fortaſſe melius*, abolitiones *Et paulo poſt.*

16. quoniam non omnia ſubit omnis ætas. *qui locus à Seneca alicubi tractatur.*

11. Aſpice illam virginem) *hoc pertinet ad l. vij. C. de Repud. l. 9. & l. 22 C. de nupt. 30. q. 5. Tertull. lib.* II. *ad vxorem.*

368.4. à fi. quo me ducis anime) *vet. cod.* ante me ?

374.8. vt dicas, Quod ego merui) *Sic leg. Reſpicit hoc quodammodo formulam actionis. vide declam. 325. meritum legati l. 9 D. pro ſoc. meritum hæreditatis capiendæ. l. 16. in fi. D. de caſtr. pec.*

23. quærere) *lege* querere

379.16. iudicium) *al.* iudices,

5. à f. aſſiſtentib. locis) *al.* exiſtentes.

386.7. à f. qui auxilio iuuiſſet) *vet. cod.* iuueſſit, *verbo, vt puto, legitimo, quod nouari non debuit.*

387.23. dedicationem deſtinabat) *vet. cod.* Deſtinationem deſtinabat.

391.22 quædam argumenta. c. c. i. p. ſ.) *Videtur hac potius Sermonis.*

392.22. ſerit virtutum) *vet. cod.* ſedit

397.18. illum vt interrogarem torſi) *vet. cod.* illum interrogatum torſi.

398.10. à f. vt alte exquirendum atque eruendum) *vet. cod.* eru-

erudiendum. *& paulo poſt*, 25,ſi ad Deos exiſtimemus pertinere præmia.

400.3.ſicut aduerſus alios) *vet.cod.*aduerſos

406.11.tempeſtiuum) *ſic ſupra pro intempeſtiuō.*

412. 4.ad gratularionem) *vet.cod.* gratulationem. *quod prætermiſſum nouimus.*

415.18.Ira actus) *ſic vet.cod.cuius veſtigiis malim. ita loqui, loquantur irati:* me in latrones incidiſſe.ſoler fieri: ſummum eſt ſequens,ſcio,ſed nemo &c.

418.12.infirmitari conſuluit) *vet.cod.*infirmitatem.

423.12 à f.peperiſſe matem) *vet. cod.* matrem.

424.4.interim inſtrumentum) *vet.cod.*interim ſtrumentum excutere.*quod nec auſim indicta cauſſa expungere.*

427.15.à f.abiectis armis] *vet.cod.*ab iſtis.

* penult. per publica roſtra iecit] *lego;* per publicanoſtra iecit.

430.10.à f.quanto illud iniuſtius] *Pertinet hoc ad vectigal viceſima hereditatium*

432.16.hoc loco poni ſolet] *eſt hoc ſermonis.*

7.à fin quaſi honeſta] *vet.cod.*quaſi hoſtā.

433.16.Hæc quod ad ius,illa quod ad merita) *Sunt & iſta potius Sermonis,& quod ſequitur pagina ſequent.*4.Quam cauſſam &c. *Declamationis videtur.*

442.21.Ergo vxor) *pertinet & ad hoc L.Vxor C. de Repud.*

444.7.Et exercitus partem dicimus) *vid. legendum*, & exercitus partem ducimus (*ſeu* decimamus)& in aciem ductis militibus certe innocentibus multum contigiſſe imperatori videtur,ſi etiam non incruentam victoriam referat.

446.13. qui laudatas filii ſui ceruices) *Nic.Faber mauult,* laureatas. *Cui optimo & amiciſſimo viro lubens adſentior.*

447.35.in latrones) *al.*latrinas *fortaſſe rectius.vel* lautumias.

penult.Venena coerceat) *vet. cod.* noceant.

448.14 qui faciat alias,nunc venenum eſt.

vlt.eiuſdem tractatæ.) *vet.cod.* Coloratæ *quod ordo ipſe non patitur.*

449.19.Conterere) *leg.* conterrere

450 6.non etiam facta) *vet.cod.* ficta, *rectius*

452.6.cauſſam fati crudelitati fingitur) *malim*, cruditati affinger.

463.3.nec inter mortuos) *fortaſſe melius*, nec inferre mortuos.

465.19.

465.10.ſane crudelem) *v. e.* ſane crudelitatem me vocet, dum oſtendat.

466.21.morante filio) *vet.cod.*orante, *vale.*

468.4 .à f. nunc frater) *v. c.*fra *vid.leg.* pater.

470 1.Vocatus à patre) *vet.cod.* Locatus

471.14. mori volui

473.6.nihil in contentione) *malim* concione.

10. tam efferati animi) *vet.cod.*afferenti

474.15.proferr à ſinu) *vet.cod.* proferre à ſinu

476.9.tua in vna lege eſt) *malim*,tua,in bona è lege eſt.

480.15. decidentium) *al.* decidenti die *& paulo poſt*,occaſio eſt.

481.6.in bono) *malim*,in bona.

19. ſæpe magnorum fides ex magnis venit-) *videtur potius legendum*, ex paruis.

482.18.vbi vendat) *lego*, tibi vendat.

483.14. Haber huc vſque Controuerſias numero CXLIII.) Sic vetuſtiſſimum & optimum exemplar S. T. R. quod Claudii Falceti V.C.& doctiſſ. beneficio habuimus. Sequebantur vero in eodem exemplari declamationum Annæi Senecæ libri decem, breuiati illi quidem, vt alias ſeparatim editi ſunt, ſed aliquanto tamen meliores vulgatis, cum hac inſcriptione, INCIPIT SENECA DECEM RHETORVM: que[illegible]am in aliis exemplarib. titulum fuiſſe vel illa Io. Saliſ[illegible]ſis ex lib.VIII.Polycr. arguunt. Legantur,inquit,& libri illi quos Seneca decem oratorum ſententiis ſub imagine declamationum ſcholarium illuſtrauit. Eſſe autem illas declamationes non L.Annæi Senecæ quam Nero quinquennii magiſtrũ habuit, ſed patris ipſius quem Marcum quidam prænominant, & nobis ante viſum fuit, & ab elegantiſſimo diligentiſſimoque antiquitatis Lipſio nuper in Electis notatum eſt. Poſt has incipiebant, EX CALPVRNIO FLACCO EXCERPTÆ X. RHETORVM MINORVM. quo ordine ſuperior noſtra coniectura de hac inſcriptione nonnihil confirmatur. Sed nec illud diſſimulare volumus in illo optimo & vetuſtiſſimo codice Calpurnii Flacci vix ſuperfuiſſe quartam partem : reliqua nos habuiſſe ex Italico exemplari non adeo vetuſto. Quis autem hic Calpurnius fuerit,alii fortaſſe dicturi ſunt: mihi quidem nondum ſcire contigit.

IN CALPVRNIVM FLACCVM.

484.9. Quas quaſi [*vetuſtius exemplar*, quas quaſi deſcriptas.

11. Hiſpaniæ] *alterum exemp*. Heſperiæ

13. illic eff.) *al*. illic offuſciora corpora, illic coloratiora. *male*.

19. Formoſus) *fortaſſ. melius*. non formoſus.

22. quo cadat vbi ſemel pudor corruit. Nulla

12. à f. *forte*, voluit quam, imp. quod infeliciter

485.5. *al*. qui Mario iam miles eſt,

15. minari] *vet*. mirari

22. recuſare] *vet*. excuſare

25. miſeri] *al*. miſeriæ noſtræ aur.

31. *leg. vt in vet*. robur Tullianumque proſp.

anrep. cogitat. nimirum de parricidio etiam cum c. n. l.

486 2 rogem?

13. liceret, ſi p. n. e.

28. patientis] *vet*. parentis

5. à f ſuſpicemur] *vet*. pollicemur

vlt. arci noſtræ] *vet*. archonra

487.1. æquationem] *al*. peræquationem

5. infamet mors] *al*. infament iſta

9. à fin. pernegauit] *fort. leg*. pernegarunt torti,

488[illegible]id me] *fort*. Cui me, *vel*, quo m. f. cuſtodis?

17. [illegible]ndo] *lego*, quomodo.

22. paricida] *lege* paricidam

23. expectaſti] *fort*. ſpectaſti. N.

489.8. Si ſpectat] *fort*. Sic ſp.

16. miſerationem meam] mei

18. ſupplicii ſanatio] *fort*. ſuppliciis

27. extinctum] *forte*, extinctus, *vel* ex tigno

penult. Nihil rami] *lego*, iam

490.7. inconſtantium] *vet*. inconſtantiæ. *locus emendatione indiget: fortaſſe hac*, Diuitiæ inconſtantiam animorum ſumma pernicies, vel velit ad m. r. vel nolit.

26 O nouerca eſt] *malim*, O nouercæ alta crudelitas! amaſſet, & conſciam putemus.

491.4. conſequitur] *malim*, conſequetur.

14. morris eſt] *malim*, moris.

8. à fin. Proinde beneficium hereditatis filio datur, patrono redditur.

492.1.

492.1.non feſtinat] *vel legendum*, Num, *vel delenda interrogationis nota.*

28. Grata ſunt &] *lego*, ei

31. ſæpe gloriam] *lego*, ſæpe per gloriam

493.25. Dedit quamuis

penul. publice] *malim*, publicæ

494.4.à f. promittere] *legendum* permittere,

495.15. per ſanguinem] *hic adiici debuit aſteriſcus, qui corruptum locum notaret.*

496.21. eſſe contendunt] *fortaſſis melius*, concedunt,

467.17. ſed de mortis patris genere] *lego*, ſed de mortis genere. *& paulo poſt*, quid per alterum petis ius quod tibi vindicas?

4 à fin. PRO RAPTA] *lege*, PRO RAPTORE.

498.1. conuerſo iure] *ex manuſc.* conuerſo

21. quem fundere in bello nolui] *legendum*, volui.

500.4. aliter onus] *fortaſſe*, honos.

9. & luxurioſum ab amore] *lego*, & luxurioſum, luxurioſum ob amorem.

22. in quo puero] *malim*, in hoc puero.

8.à f. Soror inſaniendum eſt] *probo coniecturam Neueleti mei*, Soror occidit, inſaniendum eſt: mater.

502.5. iure egit] *lego* agit. *nempe vt ſibi duci ſeruiat ex lege ſpecioſus adoleſcens deſertor.*

20. quod potior] *malim*, patior. *& paulo poſt*, patria non ſunt nobis.

503.10 à f. callide puella conuenta eſt] *legendum potius* commentaes.

504.15. ſolemne in his damnum] *melius fortaſſe*, inis.

17. quos ego] per quos ego

vlt. iam cum illo errore vel facto] *lego*, iam cum illo meo errore vel fato.

505.19. Inuentus in adulterio] *lego*, inuentas in adulterio poſtea fratrem & ſororem,

506 9.à f. O gratum] *Hic locus ſic reponendus videtur Neueleto meo*, O gratũ infantis errorẽ! te exiſtimat matrẽ. diſce infelix puer natalium tuorum fatum, diſce fortunam. Pariter nos ambos mater afflixit, & pariter alia ſeruauit, *acute.*

507.19 Et ſi] *malim*, & ſi v.ſ.p p.r. triumphabo?

6.à f. Sine nobis orbatis non liceret] *videtur potius delenda negatio.*

In dialogum de Oratoribus,

An eius ſæculi oratores antiquioribus, & quare concedant.

SCripſeram ante annos octo ad veterum Iuriſconſultorum fragmenta, lubentius me hunc librum M. Fabii Quintiliani de cauſſis corruptæ eloquentiæ inſcripturum. Quod & ſagaciſſimo elegantiſſimoque Lipſio viſum eſt. Nunc, vt verum fatear, Tacito potius adſeruerim, ſequutus non modo Pomponii Sabini, ſed & omnium exemplarium fidem. Nec me iam ſtili ratio vſque eo mouet, cum ſciam pro ætate facile genus dicendi mutari: & quod adoleſcentis fuit lætum, luxurians, profluens ac floridum, ſenis fieri conciſum, breue, graue, ſobrium ac maturum: quale ipſius Annalium & Hiſtoriarum eſt, ad quæ ſcribenda iam ſenex ſub Nerua animum appulit. In huius autem dialogi editione præter exemplar in Italia ante aliquot annos deſcriptum, maximo nobis adiumento fuit Lipſii noſtri diligentia, qui ſui in Tacitum commentarii apud nos deſiderio, nunquam niſi ſero ſatisfacturus eſt.

Pag. 508. Lin 19 *Iuuenis admodum*) Hoc Taciti ætati magis congruit. Nam Fabius Domitium Afrum, qui ſub Nerone periit, adoleſcentulo ſibi notum fuiſſe ait. Et cum de Iulio Secundo magnifice loquatur, lib. x. Inſtit. Aprum ac Maternum ne nominat quidem. Sed & de cauſſis corruptæ eloquentiæ continuo libro non dialogo ſcripſiſſe videtur. Adde quod ne in iis quidem quæ in iſto deeſſe apparet, vllus locus eſt ampliori tractationi de hyperbole: & quæ de iuuenta primum declamandi ratione ille dixerat, hic paulo aliter exponuntur.

509. 2. *In quem*) leg. in quantum. quod & Rheuanus monuit, cuius apud omnes literatos memoria grata eſſe debet & ſancta. Sic infra, Credite optimi, & in quantum ſatis eſt diſertiſſimi viri.

18. *Et cauſſarum*) al. Et curarum. vt ſupra, ſiue nouam & recentem curam.

23. *Aggregares*) lego, adgregare?

510 1. *Litis huius inueniri*) Hunc totum locum ſic lego, Ego enim

enim quatenus arbitrum litis huius inueni, non patiar Maternum ſocietate plurium defendi. Poteſt & legi, Sollicitudine. vtrumque hoc ſenſu, Quando te, Secunde, huius litis arbitrum nactus ſum.

13. *Cuius vis & vtilitas*) Diſtingue ſic, Cuius vis & vtilitas rebus probe fluentibus, aliorum præſidio & tutela intelligitur: ſin proprium per. in c &c. manifeſto ſenſu.

33. *Et totus nobis gratia*) Fuit cum legerem, totius vrbis, vel ipſius orbitatis gratia. Amm. Mar vt alios omittam, Vilia omnia exiſtimant præter orbos & cælibes, nec credi poteſt qua obſequiorum diuerſitate colantur homines ſine liberis Romæ.

511.15. *Tum abire quod ſi non*) Hic locus valde corruptus eſt. Quid ſi interim legamus? Tum habere quod in aluo oritur, nec c. d.

13. à f. *Seſtertium præſtat, quamquam ad has i. o. p. v. e. beneficio veniſſ.: ſed ipſa eloq*) ſic diſtinguendus eſt hic locus.

8. à f. *Sentio quid reſponderi poſſit*) Hic locus aſteriſco mihi indigere videtur.

516.11. *Neq; illius*] In exemplari Italico ad hunc locum adſcriptum fuit, Eadem verba ſunt Petronii. Et ſane quædam ſunt initio Satyrici Petroniani quæ huius diſputationis locis aliquot valde conſentanea ſunt.

18. *Sacerdos iſte Nicetes*) Sic legit doct. ſſ. & elegantiſſimus Lipſius ex Plinio, cuius coniecturam magis confirmat Philoſtrati Lemnii de Nicete elogium in vitis ſophiſtarum: cuius indicium Neuelero meo debeo.

517.9 XII. DCCCLIV.) Variat hic numerus in exemplarib. Seruii in illud 1 Æneid. Triginta magnos. Et lib. 3. Inter ea magnum. itemque apud Cenſoriū in illuſtri volumine de die natali ad Q. Cerellium. Macrob. comment. in Somn. Scipionis. & Iul. Firmicum lib. 1. Matheſ.

10 *Non ſolū anno quo nos ſed fere eodē menſe*] Quin potius ex analogia, Non ſolum menſe quo nos, ſed fere eodem die.

519 13. *Pro M. Tullio*] C. arius Fortunatianus lib. 2. Rhetor. ſchol.

6 à f. *Nec de populo Canuti*] Hic locus aſteriſco notari debuit.

520.6. *Quid ex*] lege, Quid? ex Cælianis orationibus, nempe hæ placent.

17. *Lentitudinis ac temporis*] Si quis malit Tepo:is, non repugno.

pugno. Sequitur enim paullo poſt, Lentus eſt, tarde commouetur, raro incaleſcit.

11. à fi: *Viderimus inquam*) Et hic locus corruptus videtur. Quid ſi legimus? num ingenio &c. Et pag. ſeq. terminantur.

522. 7. à f. *Ita ſentit*] ſic diſtingue, ac ne ipſe q. ita ſentit: ſed more veteri & alias à veſtris.

19. *Si comminus*] Malim. ſi communius quod aliis fortaſſe nouum videbitur.

523. 7. *Calamiſtos Mæcenatis*] Pomponius Sabinus mediæ ætatis grammaticus in Carmen de obitu Mæcenatis Cornelius, inquit. Tacitus appellat ſcripta Mæcenatis, calamiſtros.

7. à fin. *Excerpſiſſet*] excepiſſet.

524. 24. *Ac non ſtudia ſolum moreſque*] vet. Ac non ſtudia modo curaſque, ſed remiſſiones etiam luſuſque. rectius.

535 14. *Sed expectantur*] expetuntur.

526. 23. *Locos dabunt, Ac. p p. a. X. iucunditatem ne Epicuri quidem* &c. *prout reſpoſcet.* ſic diſtingue.

528 22. *Non ſudibus*] Lipſius, rudibus:

529. 2. *Vt Cicero ait*] Locus eſt lib. II. de oratore, ex perſona L. Craſſi. Hoc, inquit, cum vnum traderetur, & impudentiæ ludus eſſet, putaui eſſe Cenſoris ne longius id ſerperet, prouidere, quanquam non hæc ita ſtatuo atque decerno vt deſperem ea tradi ac perpoliri: ſed hominibus opus eſt eruditis &c. ex quo apparet hic legendum eſſe L. Craſſo non M. vt & apud Sueton. in libello de claris Rhetoribus. &. A. Gelli. lib. xv. cap. xI. Cæterum quod ad Ciceronem ipſum attinet, certum eſt cum ex eodem Suetonio tum ex Seneca in proœmio lib I. Controuerſiar. ad præturam vſque Græce declamaſſe: Latine vero ſeniorem quoque, & quidem cum Hirtio & Panſa Coſſ. quos diſcipulos & grandes prætextatos vocabat. Quin & cum Prætura fungeretur, ſcholam quoque M. Antonii Gniphonis frequentaſſe, qui tum Rhetoricam ita docebat in vrbe, vt quotidie præcepta eloquentiæ traderet, declamaret vero non niſi nundinis. hunc vero cum in Gallia natus fuerit, & quidem ingenuus, inter noſtros Rhetores recenſeri par fuit. Ciceronis ipſius de ſe teſtimonia ſunt hæc, in Bruto: Commentabar declamitans. (ſic enim nunc loquuntur) ſæpe cum M. Piſone, & cum Q. Pompeio, aut cum aliquo quotidie. Idque faciebam multum etiam Latine, ſed Græce ſæpius. Et lib. I. Tuſcul. Vt enim ante declamitabam cauſſas, quod nemo

me

me diutius fecit.ſed videamur lib.7. Famil.Epiſt.vlt. & lib. VIII. Epiſt.XVI.& XVIII.

15. *Vitiatarum electiones*] Recte. Reſpicit ad legem ſcholaſticam quæ raptarum dicitur, Rapta raptoris mortem vel nuptias optet.

18. *Cum ad veros iudices ventum eſt*] Qui ſequitur ſermo non iam Meſſallæ eſt,ſed Materni.Itaque multa hoc loco deſiderari videntur.

28. *Panepernoctantium*] Eadem figura nocturni aduocati dicuntur à Petronio, & Seneca in libro de breuitate vitæ. Quos à baſilica,inquit,immiſſi demum canes eiiciunt. Quem locum Pincianus homo doctus & diligens fruſtra emendare conatus eſt, vt in commentatione noſtra de Centumuiralibus, Decemuiralibus, & Septemuiralibus iudiciis amplius oſtendimus.

5.à f. *Parabat*] al.probabat.

530.6.*Cum teſtimonia*] Idem Tacitus lib. 2. Annal. Vrgulaniæ potentia adeo nimia ciuitati erat, vt teſtis in cauſſa quadam quæ apud Senatum tractabatur, venire dedignaretur.

531 12. *Finiebatur*] al. cauebatur.

532 17. *Sine ſeueritate*] al. ſeruitute.

7.à f. *in clientelam*] al. in ciuitatem.

4 à f. *Quam vindicari*] al quam iudicari

533.8.*Excidentibus modum*] vet.excellentibus morum.

11. *Veſtra tempora*] vet.veſtra tempora.

4 à f. *Antiquariu*] Vet. cum antiquariis.

In epiſtola quæ ſequitur Dialogum de Oratorib. pag. 536. lin. 22. poſt illa verba, locorum communium commentarios, *adde*, quos Plato in Menexeno παρεσκευασμένους λόγους appellat.

Pag. 537. lin. 16. poſt illa verba, frequens in ſcholis eſt, *adde*, quæ à Iulio Rufiniano de ſchematis dianœas exemplis adhibitis fuſius explicantur.

M. FAB. QVINTILIANI DECLAMATIONVM CXLV. QVÆ EX CCCLXXXVIII. ſuperſunt, Index.

ccxliv.	Exul reueiſus ante tempus, cædis reus	227
ccxlv.	Depoſiti inficiator	228
ccxlvi.	Soporatus fortis priuignus	229
ccxlvii.	Raptoris diuitis bona	231
ccxlviii.	Octo anni duplicis imprudentiæ	234
ccxlix.	Abolitio adulteri fortis	237
ccl.	Sortitio ignominioſorum	240
ccli.	Rapta ſterilis repudiatæ	241
cclii.	Paraſitus raptor candidatæ	243
ccliii.	Tyrannicida volens dedi.	247
ccliv.	Exul accuſatur, & ſententiæ pares	248
cclv.	Transfugæ excludendi	252
cclvi.	Furioſus trium filiorum pater	254
cclvii.	Nuptiæ inter inimicorum filios	ib.
cclviii.	Fortis contumax patri forti	257
cclix.	Pauper naufragæ liberator, maritus	258
cclx.	Paſtor abdicatorum	262
cclxi.	Æquatio patrimoniorum	267
cclxii.	Maritus virginis raptor	268
cclxiii.	Ignominioſus contra tres rogationes	269
cclxiv.	Fraus legis Voconiæ	272
cclxv.	Ignominioſi pulſator in templo	274
cclxvi.	Ex proditore exule, fortis	276
cclxvii.	Flens ad arcem, depoſitor tyrannidis	278
cclxviii.	Orator, Medicus, Philoſophus	279
cclxix.	Diues ſub Tyranno auctionatus	283
cclxx.	Rapta ex duabus geminis	286
cclxxi.	Ter fortis contra tertium fortem	290
cclxxii.	Orbata proditrix	292
cclxxiii.	Debitor adulter.	295

cclxxiv.

cclxxiv.	Tyrannus fulminatus	297
cclxxv.	Heres ob adulterum fratrem	299
cclxxvi.	Bona raptoris qui ſe ſuſpendit	301
cclxxvii.	Prægnans adultera	302
cclxxviii.	Expoſitor petens cum forti x. millia	304
cclxxix.	Diues ſpecioſi adulter	306
cclxxx.	Raptor reuerſus	309
cclxxxi	Abdicandus cum gladio	312
cclxxxii.	Tyrannicida veſte muliebri	313
cclxxxiii.	Cynicus diſerti filius	314
cclxxxiv.	Adulter ſacerdos	ibid.
cclxxxv.	Imperator exulis filius	315
cclxxxvi.	Adulter fratris ex ſponſa	ibid.
cclxxxvii.	Fortis filius proditionis rei	317
cclxxxviii.	Tyrannicida filiorum duorum	318
cclxxxix.	Amator filiæ	ibid.
ccxc.	Abdicans reductum ob furorem	320
ccxci.	Adulter vxoris, qua ceſſerat fratri	321
ccxcii.	Laqueus Olynthii ſpecioſi	322
ccxciii.	Tyrannus victæ ciuitatis	323
ccxciv.	Diues proditionis reus	324
ccxcv.	Demens ex vinculis fortis	325
ccxcvi.	Exul cæce	326
ccxcvii.	Meretrix ab amatore forte cæcata	328
ccxcviii.	Ruſticus paraſitus	330
ccxcix.	Oſſa eruta parricidæ	332
ccc.	Adultera apud filium iudicem rea	334
ccci.	Rapta a diuite pro ancilla	335
cccii.	Auctoratus ob ſepeliendum patrem	339
ccciii	Proditionis rei, fortes	340
ccciv.	Tria præmia diuitis ſacerdotis	ibi.
cccv.	Exules à diuite pugnare inter ſe coacti	341
cccvi.	Expoſitus, negatæ matris nuptias petens	344
cccvii.	Conſcius veneno proditoris.	348

DECLAMATIONES COLORATÆ.

cccviii.	Duo teſtamenta	350
cccix.	Raptor conuictus	353
cccx.	Fortis bis adulterii damnatus	355

cccxi

cccxi.	Addictus manumiſſus	357
cccxii.	Heredes de depoſito	359
cccxiii.	Falſo cædis damnatus	360
cccxiv.	Ego te, pater, occidi	363
cccxv.	Fortis pater deſertoris	366
cccxvi.	Flens luxurioſi pater	369
cccxvii.	Imperator prouocatus à filio	371
cccxviii.	Legatum inter libertos	373
cccxix.	Adultera venefica	375
cccxx.	Multati ſocius	376
cccxxi.	Inuicem venefici frater & medicus	378
cccxxii.	Abdico te niſi deſinis	383
cccxxiii.	Alexander templum dedicans	385
cccxxiv.	Bona ſacrilegi	388
cccxxv.	Hereditas fideicommiſſa	390
cccxxvi.	Legati filius victima peſtilentiæ	392
cccxxvii.	Sterilis trium nouerca	394
cccxxviii.	Diſcordes fratres	395
cccxxix.	Sepultura tyranni qui ſe occidit	398
cccxxx.	Abdicandus qui alit adulteram matrem	401
cccxxxi.	Bis damnatus iniuriarum, tertio abſolutus	403
cccxxxii.	Diuitis & pauperis teſtamenta	407
cccxxxiii.	Pauper impenſis diuitis deſertus.	409
cccxxxiv.	Proditoris accuſator ex defenſore	412
cccxxxv.	Infamis in nouercam vulneratus	413
cccxxxvi.	Ager communis, & nouæ tabulæ	416
cccxxxvii.	Seditio populi & exercitus	418
cccxxxviii.	Lis de filio expoſitoris, & repudiatæ	421
cccxxxix.	Rogatio Demoſthenis	425
cccxl.	Nouitius prætextatus	427
cccxli.	Res furtiua improfeſſa apud Publicanos	429
cccxlii.	Ancilla in Archipiratæ nuptias miſſa	431
cccxliii.	Circunſcriptor pauperis, diuitis raptoris ſocer	433
cccxliiii	Redempta meretrix à diuite pauperis filio	436
cccxlv.	Pauper ad tyrannicidium mercede conductus	438
cccxlvi.	Tutor filii ſui in adoptionem dati	440
cccxlvii.	Abſente marito rumor & nuptiæ	441
ccc.xlviii.	Cum proditoribus carcer incenſus	443
cccxlix.	Raptoris pater, dementiæ reus	445
cccl.	Aqua frigida priuigno data.	447

cccli.	Exul index tyrannidis	449
ccclii.	Reus tyrannidis, qui deliberauit victor arma deponere	450
cccliii.	Diſpenſatores torti	451
cccliiii.	Morietur antequam nubat	ibid.
ccclv.	Tutor lenocinii reus	452
ccclvi.	Filius pro meretrice patris, ſuam redimens	453
ccclvii.	Vxor non relinquens ob adulterium cæcatum	ib.
ccclviii.	Expoſito pulſatori amputatæ manus	454
ccclix.	Lis Publicani de vnionibus	ibid.
ccclx.	Lis de dotibus, ſocrus & nutus	455
ccclxi.	Depoſiti rapti quadruplum	456
ccclxii.	Inuicem pulſatores patrum	ibid.
ccclxiii.	Veſtiplica pro domina	ibid.
ccclxiiii.	Conuiciator pauper occiſus	457
ccclxv.	De vi ſeptem iudices	458
ccclxvi.	Legatus filius proditoris occiſus	459
ccclxvii.	Luxurioſi pater fortis	460
ccclxviii.	Alens patrem rapta abdicata	461
ccclxix.	Armis ſepulchri victor	462
ccclxx.	Rapta competitrix diuitis filiæ	463
ccclxxi.	Viri fortis pater reus proditionis	ibid.
ccclxxii.	Pulſator educatoris expoſitus	464
ccclxxiii.	Ornamentis redemptus	466
ccclxxiiii.	Abdicatus heres ob tyrannicidium	467
ccclxxv.	Fortis, filius proditionis rei, frater deſertoris	468
ccclxxvi.	Expoſitus iuratus ob nuptias educatoris filiæ	469
ccclxxvii.	Vocatus à patre in militiam, venenũ terens	470
ccclxxviii.	Auctor pacis abdicandus	472
ccclxxix.	Diues à paraſito ſacrilego reus cædis	ibid.
ccclxxx.	Crux ſcripta ſeruo non danti venenum	473
ccclxxxi.	Nouerca torta filiam conſciam dicens	474
ccclxxxii.	Tyrannicida conductus	ibi.
ccclxxxiii.	Rapta male tractata	475
ccclxxxiv.	Virgo immolata peſtilentiæ	476
ccclxxxv.	Lenoni reus, qui meretrici amatorium dedit	ib.
ccclxxxvi.	Epicrates cum gladio	477

ccclxxxvii

cccclxxxvii. Fortis abdicans ſeruatum 478
cccclxxxviii. Auia teſtis ibid.

CALPVRNII FLACCI DECLA- mationum Index.

i.	Vxor tyrannicida	483
ii.	Natus Æthipos	484
iii.	Miles Marianus	ibid.
iv.	Parricida carcerem petens	485
v.	Leno	486
vi.	Decreto reditu occiſus	ibid.
vii.	Diues imperator	487
viii.	Demens ter triumphalis	488
ix.	Pater excæcatus	ibid.
x.	Pater receptis oculis	489
xi.	Damnati adoptiui	ibid.
xii.	Veneficii rea	490
xiii.	Medicus tyrannicida	ibid.
xiv.	Abdicatus patrem liberans	491
xv.	Ter fortis deſertor	492
xvi.	Rapta tacens	ib.
xvii.	Pædagogus cruciarius	493
xviii.	Armati abdicati	ibid.
xix.	Abdicatus immolandus	494
xx.	Proſtitutus ex gemmis	ibid.
xxi.	Pictura viri fortis	495
xxii.	Priuignus tyrannicida	ibid.
xxiii.	Peregrinus cruciarius	496
xxiv.	Indemnatus carnificem recuſans	497
xxv.	Fortis duo præmia	ibid.
xxvi.	Tria præmia ſacerdotis	498
xxvii.	Fortis inimicum diuitem ſeruans	499
xxviii.	Diues fortis inimicus duorum	ibi.
xxix.	Fortis diues inimici alteram filiam petens	ibid.
xxx.	Nepos ex meretricio ſuſceptus	500
xxxi.	Adulteræ ſoror & mater	ibi.
xxxii.	Amator meretricis dominæ	501
xxxiii.	Raptam pater vinculis tenens	ibid.
xxxiv.	Mater & nouerca inuicem reæ	ibid.
xxxv.	Speciouſus deſertor	502

xxxvi.

xxxvi.	Filius meretricis ſuæ redemptor	ibid.
xxxvii.	Dementiæ reus à tribus filiis	ibid.
xxxviii.	Fortis viri filius tyranno deditus	ib.
xxxix.	Morietur antequam nubat	503
xl.	Rapta, ab ephebo ſtuprata	ibid.
xli.	Orba confeſſa ſacrilegium	ibid.
xlii.	Raptor excæcatus	504
xliii.	Soror infamis immolanda	ibid.
xliv.	Indemnatus raptoris filius	ibid.
xlv.	Vir fortis & orator	505
xlvi.	Adulter vxoris	ibid.
xlvii.	Infamis in nurum	ib.
xlviii.	Pauper Imperator imperium recuſat	506
xlix.	Raptor duarum filium nutriens	ibi.
l.	Vir fortis gladiator	ib.
li.	Inuicem adoptati	507

FINIS.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

[illegible] Google

image
not
available